
NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 E
17
1
Digitized by Google

Digitized by Google

REGVLARE
TRIBVNAL
SEV
PRAXIS
FORMANDI PROCESSVS
NEDVM IN FORO
REGVLARIVM
SED ETIAM
SECVLARIVM.

AVCTORE

FR. PETRO MARIA PASSERINO
de Sextula S.T.Mag. Procurat.Gen. Ord.Prædicatorum,
In Romana Sapientia Lectore Iubilato.



Pertinet ad
Bibliothecam
S. Francisci
Transtyberim

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE, Sumptibus Nicolai Angeli Tinaſſij. M. DC. LXXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

A3 1 E 17

Digitized by Google

REVERENDISSIMO PATRI

F. IOANNI THOMÆ DE ROCABERTI

ORDINIS PRAEDICATORVM

Generali Magiſtro.

QVANDO Romano à cœlo Valentinam in Regiam es rediturus, Reuerendiſsime Pater, Italiæ iacturam, Hiſpaniæ felicitatem, Religionis Guſmanæ amantiſſima Vota contemplor. Abſentem gemet Religio in Te Dominicum Patrem, abſentem in Te ſuſpirabit Italia ſacratum Heroem, & in Ioanne Thoma renatum ſuum Angelicum Thomam. In hoc Roma gaudebit, quod ſi olim Imperatores ab Iberia ſumpſit; paucis ab annis Te Generalem accepit Ordinis, nunc eidem Te Præſulem ter venerabilem reddit. Quod alibi Poeta pro immatura Marcelli morte, & his pro breui Tuo regimine repetam Religioni:

O nimium fælix, dona hæc, ſi longa fuiſſent.

E luſtro, quo præſides, cùm tàm illuſtrem ſe cernat, in alijs quæ in Te quàmplura ſperabat, quot certe arguebat & noua Doctrinæ lumina, & ſuccedentia ſemper ſydera ſanctitatis, quando tot in Sanctis adſcriptis Guſmanæ Stellæ Soles addere potuiſti. Vix ſedet Clemens Decimus in Apoſtolico Throno, cùm Tù ad Magiſterium ſtas Ordinis: Vix ille Terris eripitur, cùm Tù ſubduceris Ordini: adeò ipſi charus cum fueris, ſolùm forte ipſi conuiuere guſtabas Romæ; & ſuauiſſimus Pontifex in proprio mortuus Solio, in Pontificia & Tua Cathedra, in Tuo & pectore rediuiuus crederetur. Vnus Alexandri Ma-

A3 1 E 17

REVERENDISSIMO PATRI
F. IOANNI THOMÆ
DE ROCABERTI
ORDINIS PRAEDICATORVM
Generali Magiſtro.

QVANDO Romano à cœlo Valentinam in Regiam es rediturus, Reuerendiſsime Pater, Italiæ iacturam, Hiſpaniæ felicitatem, Religionis Guſmanæ amantiſſima Vota contemplor. Abſentem gemet Religio in Te Dominicum Patrem, abſentem in Te ſuſpirabit Italia ſacratum Heroem, & in Ioanne Thoma renatum ſuum Angelicum Thomam. In hoc Roma gaudebit, quod ſi olim Imperatores ab Iberia ſumpſit; paucis ab annis Te Generalem accepit Ordinis, nunc eidem Te Præſulem ter venerabilem reddit. Quod alibi Poeta pro immatura Marcelli morte, & his pro breui Tuo regimine repetam Religioni:

O nimium fælix, dona hæc, ſi longa fuiſſent.

E luſtro, quo præſides, cùm tàm illuſtrem ſe cernat, in alijs quæ in Te quàmplura ſperabat, quot certe arguebat & noua Doctrinæ lumina, & ſuccedentia ſemper ſydera ſanctitatis, quando tot in Sanctis adſcriptis Guſmanæ Stellæ Soles addere potuiſti. Vix ſedet Clemens Decimus in Apoſtolico Throno, cùm Tù ad Magiſterium ſtas Ordinis: Vix ille Terris eripitur, cùm Tù ſubduceris Ordini: adeò ipſi charus cum fueris, ſolùm forte ipſi conuiuere guſtabas Romæ; & ſuauiſſimus Pontifex in proprio mortuus Solio, in Pontificia & Tua Cathedra, in Tuo & pectore rediuiuus crederetur. Vnus Alexandri Macedo-

Digitized by Google

cedonis celebretur adamatus Epheſtion: Tù duorum Dilectus Pontificum Clementis X. & Innocentij XI. illius Aſtra, Tuis in Rupibus Rorem ſtillarunt gratiarum; iſtius Aquila, & ſacrum manibus fulmen, & adoratam Capiti Tiaram detulit: ille per Te auxit Sanctorum glorias, hic Te populis mittet in ſanctitatis Exemplar. Quin ſi duorum Pontificum, Auſtriadum etiam Regnantum Dilectus ipſe, cùm è tot alijs electus ipſe ad tantæ apicem Dignitatis, & benè per calculos Regum aſſumitur Vir eximius. Non tamen hoc nouum Tuæ inter Principes perinſignis Familiæ Decus, cùm iàm tres dederit eа Tarraconæ Archiepiſcopos; nec nouum itidem mihi, quod Thomam de Villanoua Valentiæ renoues, quando à Te antiquæ prodierunt experimenta pietatis. Hos inter plurium Regnorum deuotos Tibi applauſus, meum & infimus ipſe addo addictiſſimi Cordis obſequium, cùm & Sinetæ ſe ſiſtant Artaxerſi. Si nunc Tibi Mitram Vaticanum exornat, ecce ſtruit mea Officina Tribunal. Iam Regulari Aſtreæ congratulor, non enim ampliùs illa, vt fabulæ ſomniarunt, fugitiua è terris, quando ſuum in Te Tribunal attollit, & ne quis impugnans deijciat, fortiſſimis obuallat in Rupibus. Hoc Tibi à ſe diſceſſuro per me & Roma & Religio munus offert: vt qui iàm à Clemente ante Regnante pietatem hauſeras, nunc in hoc Tribunali docente iuſtitiam ſtatuas, vt iuxtà Pauli præceptum effectus Epiſcopus benignitatem ſis ſponſaturus cum zelo. Vt in Thronis Iudex Deus, Tribunali in iſto cum iudicares ipſe ſediſti hoc æquilibrio affectuum, vt nec priuatus Amor deflecteret, nec nimius rigor obduraret. Incaſſum forte iuſtitiæ ſedem offero, quando in Te iam reperit; & illa Areopagum, & cæteræ Templum Virtutes. Doctiſſimi labores Auctoris, & ſenis opus exhibeo Artificis; qui vt æquitati ſolium, Palladium ſapientiæ priùs per acclamata Volumina condidit. Reus ipſe interea in hoc Tribunali arguar, quando longe grandiora offerre deberem, at ſi me forte Iuſtitia condemnat: vt enixè precor, Tua me benignitas abſoluet. Semper tamen venerabundo obſtrictus amore, quicumque pergas, captiuo corde Te ſequar, cui Dux Virtus, Comes Fortuna, & pediſequa Gloria. Romæ die 25. Nouembris 1676.

P. T. REVERENDISS.

Humiliſſimus, & deuotiſſimus ſeruus

Nicolaus Angelus Tinaſſius.

Fr. Io: Thomas de Rocabertì Sacræ Theologiæ Profeſſor, Ord. Præd. humilis Magiſter Generalis & ſeruus.

HArum ſerie, noſtrique auctoritate Officij Tibi Adm. Reu P. Mag. F. Petro Mariæ Paſſerino de Sextula noſtri Ordinis Procuratori Generali, quantum in Nobis eſt, concedimus, quod Opus à te ſtudioſè elaboratum, cui Titulus eſt Regulare Tribunal, ſeu Praxis Fabricandi Proceſſus per Iudices Regulares à duobus Noſtri Ordinis Theologis approbatum prælo ſubijcias publiceque vtilitati euulges, ſeruatis reliquis de iure ſeruandis. In quorum, &c. Romæ 20. Iunij 1676.

Fr. Io: Thomas de Rocabertì
Magiſter Ordinis.

Regiſt. Fol. 63.

F. Franciſcus Iuſtinianus Mag. & Socius.

EX mandato Superiorum attentè perluſtraui hoc Opus eruditum, cui titulus TRIBVNAL REGVLARE &c. mihique videor in eo reperiſſe concinnam imaginem, typum, & ornatum illius *Tribunalis*, quod olim Salomon (: 3. Reg. cap. 7. v. 8.) *à pauimento vſque ad ſummitatem cedrinis* vndequaque *lignis* cenſuit obueſtiendum. Illud Regale, hoc Regulare Tribunal, Opus vtrumque *Cedro digniſſimum*. Illud Ciuilem, hoc Regularem Iudicem de porticu bene compaginata erudit, inſtruitque ſoliditate cedrina excludere corruptelam, reſiſtere occultis cariei terebris, & procera æquitatis rectitudine omnem vitare tortuoſi Iudicij obliquitatem. Denique vt illa, ſic pariter iſta ingenioſi Tribunalis odora contabulatio Sapientiam ſpirat Salomonis, medullam imputribilium Canonum, peritiam Architecti. Cum ergo in alterutro nil vſquàm offenderim quo recti veriquc amans poſſit offendi, cenſeo, hoc nouum *Regulare Tribunal* ſalubriter elaboratum æquè Iudicibus, Actoribus, & Reis profuturum, ideoque ceu tutum Iuſtitiæ gnomonem vſui publico exponi poſſe. Et in fidem &c. Romæ 22. Nouembris 1676.

F. Leonardus Hanſen Magiſter Prouincialis Angliæ, Ord. Præd. manu prop.

IVſſu Reuerendiſſimi Patris Fratris Ioannis Thomæ de Rocaberti Magiſtri Generalis Ordinis Prædicatorum, quantum potui accuratius euolui, & perlegi opus inſcriptum *Regulare Tribunal, ſeu praxis fabricandi proceſſus per Iudices Regulares*, quod Pater Magiſter Fr. Petrus Maria Paſſerinus de Sextula eiuſdem Ordinis Procurator Generalis conſcripſit, & cum nullibi lapſum, aut quicquam in fidei dogmatibus, vel morum inſtitutione diſſonum compererim, ideo digniſſimum iudico opus, quod in lucem prodeat in communem omnium vtilitatem. Romæ 22. Nouembris 1676.

Fr. Petrus Paulus Ciardus Sac. Theol. Magiſter Ord. Prædicatorum.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Mag. Sacri Palatij Apoſtolici.

I. de Angelis Archiep. Vrb. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capiſucchius Sacri Palatij Apoſtolici Mag. Ord. Prædicatorum.

ERRATA			*LEGE.*
P. 126.	num. 49.	prebet	probet
127.	num. 56.	cuius	eius
133.	num. 82.	valde	valide
134.	num. 86.	indueit	induit
207.	num. 27.	Ionis	iuris.
	num. 28.	iuuare	iurare.
213.	num. 45.	dierum	dictum
214.	num. 51.	omnis	animo
366.	ſum.n. 73.	imo	in ter.
358.	num. 93.	vt puto	vt puta
	num. 96.	beat	debeat
359.	num. 98.	quem	quod
	num. 99.	niſi	non niſi
361.	num. 108.	tum	tam
	num. 109.	perſcriptionẽ	prȩſcriptionem
362.	num. 113.	perſcribi	præſcribi.
	num. 114.	111	112
	num. eod.	ſe	ſed
364.	num. 120.	ob	ab
	num. eod.	pro	per
365.	num 130.	conteſtatum	conteſtatam
367.	num. 138.	defactu	defectu.
368.	nnu. 144.	deductus	deductis:
	num. eod.	interum	iterum.
	num. 145.	carceeur	carcetetur.
369.	num. 146.	apelle	apellat
371.	num. 6.	vnus	vnius
	num. 7.	fortitudo	formido.
372.	num. 9.	num. 3.	art. 10.
	num. 11.	aliquod	aliquid
373.	num. 14.	aliquid	aliqui.
375.	num. 25.	Rorum	Verum
376.	num. 25.	hoc fieret	hoc non fieret
	num. 29.	Indubitatu	indubitata
	num. eod.	fortior	fortius

Multa alia ſimilia errata inuenies, amice lector, & præcipue quia aliqua litera ſit falſa, quæ ex te ipſo benigne corrigere poteris. Hoc tamen inſuper aduertendum pluries erratum fuiſſe in numero Quæſtionum aſſignando. Et ſic pag. 176. leges qu. 14. & p. 250. 252. 253. & 254. leges qu. 16. & p. 256. 257. 258. 260, 262. 264. leges. q. 17. & p. 265. & 266. leges q. 18. & pag. 268. 269. 270. 271. 272, & 274. leges qu. 19. & pag. 276. 280 284. 286. 288. & 290. leges qu. 20. & pag. 292, & 294. leges q. 21. Et pag. 295. 296. 298. 300. 302. & 304. leges. q. 22. & pag. 305. & 312. leges. q. 23. & pag. 336. & 338. leges. q. 24. & pag. 339. 340. 342. 344. 354. 356. 358. 360. 362. 364, 366. 368, & 370. leges q. 25. & p. 371. 372. 374. & 376. leges qu. 26.

IN-

INDEX
QVAESTIONVM, ET ARTICVLORVM,
& Capitum huius operis.

QVAESTIO I.

De cauſa finali Iudicij. Pag. 1.

Articulus Vnicus.
Quid ſit iudicium, & quis ſit eius finis. pag. 1.

QVAESTIO II.

De cauſa efficiente iudicij. Pag. 2.

Articulus 1. Quis, & qualis debeat eſſe Iudex. 2.
Articulus 2. Quis Regularium ſit Iudex ordinarius. 3.
Articulus 3. Quis ſit Iudex Delegatus. pag. 5.
Articulus 4. Quam Opinionem ſequi debeat Iudex in fabricando proceſſu, & ſententiando in cauſa criminali contra Reum. 10.

QVAESTIO III.

De ijs, quæ impedire poſſunt Iudicem, nè in cauſa procedat, & præcipuè de Iudicis recuſatione. Pag. 13.

Articulus 1. Quid ſit Iudicis recuſatio, & an ipſa ſit de iure naturæ. 13.
Articulus 2. Vtrum recuſatio legitimè poſſit tolli per legem, aut Principem reſcriptum. 15.
Articulus 3. Vtrum omnis Iudex recuſari poſſit. 18.
Articulus 4. An Prælatus Regularis poſſit à ſuo ſubdito recuſari. 23.
Articulus 5. Qualiter recuſatio, & ſuſpecionis cauſa proponi debeat. 26.
Articulus 6. Ex qua cauſa poſſit Iudex recuſari. 31.
Inimicitia. 31.
Conſanguinitas. 32.
Familiaritas. 32.
Propria cauſa. 33.
Dominium. 35.
Locus non tutus. 35.
Defectus Iuriſdictionis. 35.
Iudicis conditio. 36.
Articulus 7. Quando proponenda ſit recuſatio. 36.
Articulus 8. Quid faciendum recuſatione propoſita. 37.
Articulus 9. Vtrum proceſſus factus à Iudice recuſatio ſit ipſo iure nullus. 40.

QVAESTIO IV.

De cauſa materiali iudicij. Pag. 44.

Articulus 1. Quot ſunt genera delictorum. 44.
Articulus 2. Quid & quotuplex ſit actio Iudicalis. 46.
Articulus 3. An Actor ſit de eſſentia iudicij. 48.
Articulus 4. Vtrum quilibet poſſit quemcumque iudicialiter accuſare. 50.
Articulus 5. Vtrum liceat agere in iudicio zelo, & animo iniurias proprias vindicandi. 52.

QVAESTIO V.

De cauſa formali iudicij. Pag. 54.

Articulus 1. Quæ ſint ſubſtantialia iudicij ſeruanda in Summario iudicio. 54.
Articulus 2. Quò iure Regulares in iudicio procedere poſſint ſummariè relicta via ordinaria in cauſis criminalibus. pag. 57.

QVAESTIO VI.

De initio Iudicij Criminalis. Pag. 59.

Articulus vnicus.
A quo Iudicium ſumat initium, & quot ſint modi incipiendi Inquiſitionem, ſeu proceſſum criminalem. 59.

QVAE-

QVAESTIO VII.

De modo incipiendi proceſſum per accuſationem. Pag. 61.

Articulus 1. Quæ ſint de ſubſtantia accuſationis. 61.
Articulus 2. Quæ Iuſtitia requiratur in accuſatione. 62.
Articulus 3. An Religioſus poſſit alium accuſare de delictis occultis non præcedente infamia, vel alio æquiualenti. 63.
Articulus 4. An accuſationem præcedere debeat correctio fraterna. 64.
Articulus 5. Ad quam pœnam teneatur Accuſator, ſi non probet contra accuſatum. 65.

QVAESTIO VIII.

De modo incipiendi proceſſum per Inquiſitionem, ſeu ex Officio. Pag. 69.

Articulus 1. Quænam ſit, & quotuplex inquiſitio. 69.
Articulus 2. An Inquiſitionem ſpecialem præcedere debeat infamia. 71.
Articulus 3. An ad inquirendum delictum ſit neceſſe, quod delictum ſit famoſum. pag. 72.
Articulus 4. An vbi præceſſit denunciatio, ad hoc vt Iudex inquirat contra aliquem, neceſſe ſit, quod denunciatus ſit de delicto infamatus. 72.
Articulus 5. An vbi præcedunt indicia, Iudex poſſit incipere proceſſum contra indiciatum non diffamatum. 73.
Articulus 6. De quibuſdam alijs caſibus in quibus non eſt neceſſe, quod Inquiſitionem præcedat infamia. 74.
Articulus 7. An ex Inquiſitione generali paretur via ad Inquiſitionem ſpecialem. 75.
Articulus 8. An Iudex toties, quoties voluerit, poſſit generaliter inquirere. 76.
Articulus 9. An in modo procedendi per Inquiſitionem generalem ſit neceſſe probare præuiam infamiam. 78.
Articulus 10. An ſolemnitas infamiæ ſit de ſubſtantialibus Iudicij. Ita quod & in ſummario iudicio ſeruanda ſit à Regularibus priuilegiatis. 81.
Articulus 11. Vtrum ad damnandum Regularem ſufficiat depoſitio teſtium habita in Inquiſitione generali. 82.
Articulus 12. An denunciantes in Inquiſitione generali ſint teſtes, & probent, poſſintque iterum in Inquiſitione ſpeciali repeti, & admitti. 83.
Articulus 13. Quæ ſint conditiones Inquiſitionis legitimæ. 85.

QVAESTIO IX.

De modo incipiendi proceſſum per denunciationem. Pag. 86.

Articulus 1. Quotuplex ſit denunciatio. pag. 86.
Articulus 2. Qualis debeat eſſe denunciatio iuridica. 88.
Articulus 3. Quis poſſit, & debeat religioſum denunciare. 89.
Articulus 4. An denuncians iudicialiter teneatur præmittere correctionem fraternam. 92.
Articulus 5. Quomodo Iudex porrecta ſibi denunciatione ſe gerere debeat. pag. 94.

QVAESTIO X.

De modo procedendi per euidentiam facti. Pag. 96.

Articulus 1. De modo procedendi per viam notorij. 96.
Articulus 2. De modo procedendi contra Reum repertum in flagranti crimine. pag. 99.
Articulus 3. De modo procedendi per viam articulorum. 100.

QVAESTIO XI.

De probationibus in communi. Pag. 102.

Articulus 1. Quid, & quotuplex ſit probatio. 102.
Articulus 2. An Iuramentum ſit de ſubſtantia probationis. 104.
Articulus 3. An adhoc vt Iudex det iuramentum non ſubdito, neceſſaria ſit licentia ſuperioris ipſius teſtis, & in ſpecie. 109.
Articulus 4. An Superior regularis poſſit ſine tali licentia examinare ſub iuramento perſonam ſecularem. 109.

QVAE-

Index Quæſtionum, & Articulorum.

QVAESTIO XII.
De probatione per Teſtes. Pag. 112.

Articulus 1. Qui ſunt teſtes non idonei, ſeu inabiles in genere. 112.
Articulus 2. Quotuplex ſit inhabilitas teſtium. 112.
Articulus 3. Inhabilis eſt non ſanæ mentis. 114.
Articulus 4. Impubes, & minor. 114.
Articulus 5. Cœcus, Surdus, Mutus. 115.
Articulus 6. Teſtis Inimicus. 116.
Articulus 7. Teſtis habens intereſſe in cauſa. 118.
Articulus 8. Teſtis de vniuerſitate. 119.
Articulus 9. Teſtis Laicus. 121.
Articulus 10. Teſtis Amicus. 122.
Articulus 11. Teſtis familiaris, & domeſticus. 122.
Articulus 12. Teſtis conſanguineus, & affinis. 124.
Articulus 13. Teſtis infamis. 125.
Articulus 14. Teſtis ſocius criminis. 129.
Articulus 15. Teſtis criminoſus. 132.
Articulus 16. Teſtis Periurus. 133.
Articulus 17. Teſtis Excommunicatus. pag. 133.
Articulus 18. Teſtis Iudæus, & Infidelis. pag. 134.
Articulus 19. De reliquis teſtibus inhabilibus. 135.
Articulus 20. In quibus caſibus teſtes non Idonei admituntur. 137.
Articulus 21. An in Iudicio ſummario, & in Iudicio regulari Teſtes inhabiles admitti poſſint. 140.
Articulus 22. An admitti poſſint inhabiles plures patientes defectus. 145.
Articulus 23. Quantum probent teſtes inhabiles. 146.

QVAESTIO XIII.
De numero teſtium. Pag. 152.

Articulus 1. De teſte vnico. 152.
Articulus 2. De duplici teſte. 154.
Articulus 3. De teſtibus ſingularibus. pag. 155.

QVAESTIO XIV.
De teſtibus, qui inferendo teſtimonio deficiunt. Pag. 172.

Articulus 1. De teſtibus contrarijs. 172.
Articulus 2. Teſtibus hinc inde contrarijs quibus magis ſit credendum. 172.
Articulus 3. De teſtibus varijs, & ſibi met contrarijs. 177.
Articulus 4. Quando attendi debeat primum, vel ſecundum dictum teſtis varij, & ſibi contrarij. 180.
Articulus 5. De teſte ſe corrigente. 182.
Articulus 6. De teſte falſo. 183.
Articulus 7. De teſte corrupto. 188.
Articulus 8. De teſte inſtructo. 189.
Articulus 9. De teſte obſcure, aut ſub dubio deponente. 190.
Articulus 10. De teſte de credulitate, aut iudicio proprio. 191.
Articulus 11. De teſte de auditu alieno. pag. 193.
Articulus 12. De teſte de auditu proprio. pag. 195.
Articulus 13. De teſte de nocte, & non nullis alijs de falſitate ſuſpectis. 197.
Articulus 14. De teſte deponente non reddita cauſa ſcientiæ. 198.

QVAESTIO XV.
De legitimo examine teſtium. Pag. 202.

Articulus 1. Examen teſtium fieri debet à Iudice competenti. 202.
Articulus 2. De examine teſtium parte non citata. 207.
Articulus 3. De teſtibus citandis, & cogendis. 210.
Articulus 4. De teſte vltroneo. 217.
Articulus 5. De teſte examinato tempore non debito. 217.
Articulus 6. Quot & quales teſtes Iudex teneatur examinare. 219.
Articulus 7. De teſte relatiuè reſpondente non admittendo. 220.
Articulus 8. De alijs obſeruandis à Iudice in examine teſtium. 221.
Articulus 9. De tortura teſtium. 227.
Articulus 10. Quibus teſtibus magis credatur. 232.

QVAESTIO XVI.
De indicijs. Pag. 233.

Articulus 1. Quid & quotuplex ſit indicium. 233.

Ar-

QVAESTIO VII.

De modo incipiendi proceſſum per accuſationem. Pag. 61.

Articulus 1. Quæ ſint de ſubſtantia accuſationis. 61.
Articulus 2. Quæ Iuſtitia requiratur in accuſatione. 62.
Articulus 3. An Religioſus poſſit alium accuſare de delictis occultis non præcedente infamia, vel alio æquiualenti. 63.
Articulus 4. An accuſationem præcedere debeat correctio fraterna. 64.
Articulus 5. Ad quam pœnam teneatur Accuſator, ſi non probet contra accuſatum. 65.

QVAESTIO VIII.

De modo incipiendi proceſſum per Inquiſitionem, ſeu ex Officio. Pag. 69.

Articulus 1. Quænam ſit, & quotuplex inquiſitio. 69.
Articulus 2. An Inquiſitionem ſpecialem præcedere debeat infamia. 71.
Articulus 3. An ad inquirendum delictum ſit neceſſe, quod delictum ſit famoſum. pag. 72.
Articulus 4. An vbi præceſſit denunciatio, ad hoc vt Iudex inquirat contra aliquem, neceſſe ſit, quod denunciatus ſit de delicto infamatus. 72.
Articulus 5. An vbi præcedunt indicia, Iudex poſſit incipere proceſſum contra indiciatum non diffamatum. 73.
Articulus 6. De quibuſdam alijs caſibus in quibus non eſt neceſſe, quod Inquiſitionem præcedat infamia. 74.
Articulus 7. An ex Inquiſitione generali paretur via ad Inquiſitionem ſpecialem. 75.
Articulus 8. An Iudex toties, quoties voluerit, poſſit generaliter inquirere. 76.
Articulus 9. An in modo procedendi per Inquiſitionem generalem ſit neceſſe probare præuiam infamiam. 78.
Articulus 10. An ſolemnitas infamiæ ſit de ſubſtantialibus Iudicij. Ita quod & in ſummario iudicio ſeruanda ſit à Regularibus priuilegiatis. 81.
Articulus 11. Vtrum ad damnandum Regularem ſufficiat depoſitio teſtium habita in Inquiſitione generali. 82.
Articulus 12. An denunciantes in Inquiſitione generali ſint teſtes, & probent, poſſintque iterum in Inquiſitione ſpeciali repeti, & admitti. 83.
Articulus 13. Quæ ſint conditiones Inquiſitionis legitimæ. 85.

QVAESTIO IX.

De modo incipiendi proceſſum per denunciationem. Pag. 86.

Articulus 1. Quotuplex ſit denunciatio. pag. 86.
Articulus 2. Qualis debeat eſſe denunciatio iuridica. 88.
Articulus 3. Quis poſſit, & debeat religioſum denunciare. 89.
Articulus 4. An denuncians iudicialiter teneatur præmittere correctionem fraternam. 92.
Articulus 5. Quomodo Iudex porrecta ſibi denunciatione ſe gerere debeat. pag. 94.

QVAESTIO X.

De modo procedendi per euidentiam facti. Pag. 96.

Articulus 1. De modo procedendi per viam notorij. 96.
Articulus 2. De modo procedendi contra Reum repertum in flagranti crimine. pag. 99.
Articulus 3. De modo procedendi per viam articulorum. 100.

QVAESTIO XI.

De probationibus in communi. Pag. 102.

Articulus 1. Quid, & quotuplex ſit probatio. 102.
Articulus 2. An Iuramentum ſit de ſubſtantia probationis. 104.
Articulus 3. An adhoc vt Iudex det iuramentum non ſubdito, neceſſaria ſit licentia ſuperioris ipſius teſtis, & in ſpecie. 109.
Articulus 4. An Superior regularis poſſit ſine tali licentia examinare ſub iuramento perſonam ſecularem. 109.

QVAE-

QVAESTIO XII.
De probatione per Teſtes. Pag. 112.

Articulus 1. Qui ſunt teſtes non idonei, ſeu inabiles in genere. 112.
Articulus 2. Quotuplex ſit inhabilitas teſtium. 112.
Articulus 3. Inhabilis eſt non ſanæ mentis. 114.
Articulus 4. Impubes, & minor. 114.
Articulus 5. Cœcus, Surdus, Mutus. 115.
Articulus 6. Teſtis Inimicus. 116.
Articulus 7. Teſtis habens intereſſe in cauſa. 118.
Articulus 8. Teſtis de vniuerſitate. 119.
Articulus 9. Teſtis Laicus. 121.
Articulus 10. Teſtis Amicus. 122.
Articulus 11. Teſtis familiaris, & domeſticus. 122.
Articulus 12. Teſtis conſanguineus, & affinis. 124.
Articulus 13. Teſtis infamis. 125.
Articulus 14. Teſtis ſocius criminis. 129.
Articulus 15. Teſtis criminoſus. 132.
Articulus 16. Teſtis Periurus. 133.
Articulus 17. Teſtis Excommunicatus. pag. 133.
Articulus 18. Teſtis Iudæus, & Infidelis. pag. 134.
Articulus 19. De reliquis teſtibus inhabilibus. 135.
Articulus 20. In quibus caſibus teſtes non Idonei admittuntur. 137.
Articulus 21. An in Iudicio ſummario, & in Iudicio regulari Teſtes inhabiles admitti poſſint. 140.
Articulus 22. An admitti poſſint inhabiles plures patientes defectus. 145.
Articulus 23. Quantum probent teſtes inhabiles. 146.

QVAESTIO XIII.
De numero teſtium. Pag. 152.

Articulus 1. De teſte vnico. 152.
Articulus 2. De duplici teſte. 154.
Articulus 3. De teſtibus ſingularibus. pag. 155.

QVAESTIO XIV.
De teſtibus, qui inferendo teſtimonio deficiunt. Pag. 172.

Articulus 1. De teſtibus contrarijs. 172.
Articulus 2. Teſtibus hinc inde contrarijs quibus magis ſit credendum. 172.
Articulus 3. De teſtibus varijs, & ſibi met contrarijs. 177.
Articulus 4. Quando attendi debeat primum, vel ſecundum dictum teſtis varij, & ſibi contrarij. 180.
Articulus 5. De teſte ſe corrigente. 182.
Articulus 6. De teſte falſo. 183.
Articulus 7. De teſte corrupto. 188.
Articulus 8. De teſte inſtructo. 189.
Articulus 9. De teſte obſcure, aut ſub dubio deponente. 190.
Articulus 10. De teſte de credulitate, aut iudicio proprio. 191.
Articulus 11. De teſte de auditu alieno. pag. 193.
Articulus 12. De teſte de auditu proprio. pag. 195.
Articulus 13. De teſte de nocte, & nonnullis alijs de falſitate ſuſpectis. 197.
Articulus 14. De teſte deponente non reddita cauſa ſcientiæ. 198.

QVAESTIO XV.

De legitimo examine teſtium. Pag. 202.

Articulus 1. Examen teſtium fieri debet à Iudice competenti. 202.
Articulus 2. De examine teſtium parte non citata. 207.
Articulus 3. De teſtibus citandis, & cogendis. 210.
Articulus 4. De teſte vltroneo. 217.
Articulus 5. De teſte examinato tempore non debito. 217.
Articulus 6. Quot & quales teſtes Iudex teneatur examinare. 219.
Articulus 7. De teſte relatiuè reſpondente non admittendo. 220.
Articulus 8. De alijs obſeruandis à Iudice in examine teſtium. 221.
Articulus 9. De tortura teſtium. 227.
Articulus 10. Quibus teſtibus magis credatur. 232.

QVAESTIO XVI.

De indicijs. Pag. 233.

Articulus 1. Quid & quotuplex ſit indicium. 233.

Ar-

Articulus 2. De fama. 236.
Articulus 3. Quantum probet inimicitia contra Reum inimicum. 244.
Articulus 4. Quodnam indicium oriatur ex Rei mendacio, variatione, vacillatione, titubatione, trepidatione, timore, pallore. 247.
Articulus 5. De quibuſdam alijs indicijs per ſe non ſufficientibus ad torturam. pag. 248.
Articulus 6. Quantum probet fuga prætenſi delinquentis. 250.
Articulus 7. Quantum probent minæ contra minantem. 252.
Articulus 8. Quantum probet indicium deſumptum ex eo, quod apud aliquem reperta ſit res furata, vel corpus occiſi, vel ex eo, quod inuenitur Reum cum offenſo pacem feciſſe, vel habuiſſet ſuſpectum conſortium. 254.
Articulus 9. Quantum probet deprehenſio in actu proximo delicto. 255.

QVAESTIO XVII.

De probatione per præſumptiones. Pag. 256.

Articulus 1. Quid ſit præſumptio, ſuſpicio, coniectura. 258.
Articulus 2. Quantum probent præſumptiones, ſeu qualiter ex illis in criminalibus poſſit quis damnari. 262.

QVAESTIO XVIII.

De probatione per ſcripturam. Pag. 265.

Articulus vnicus.

QVAESTIO XIX.

De corpore delicti. Pag. 269.

Articulus vnicus.

Ante inquiſitionem ſpecialem conſtare debet de corpore delicti. 269.

QVAESTIO XX.

De examine Rei. Pag. 276.

Articulus 1. Quæ probatio ſit neceſſaria ad conteſtandam litem Reo, ſeu ad conſtituendum aliquem inter Reos, & illum iuridicè interrogandum. 276.
Articulus 2. De Rei citatione. 277.
Articulus 3. De Rei captura. 280.

QVAESTIO XXI.

De exceptionibus, quæ opponi poſſunt ante litem conteſtatam, ſeu ante quàm Reus interrogetur, & conſtituatur inter Reos. Pag. 290.

Articulus vnicus.

Plures exceptiones dari poſſunt à Reo ante quam conſtituatur, & interrogetur. pag. 291.

QVAESTIO XXII.

De interrogatione Rei. Pag. 295.

Articulus 1. Qualiter Iudex Reum interrogare debet. 295.
Articulus 2. De ſuggeſtione à Iudice fugienda. 297.

QVAESTIO XXIII.

De Rei reſponſione iuridica. Pag. 305.

Articulus 1. Qualiter Reus teneatur fateri delictum. 305.
Articulus 2. De confrontatione Rei cum teſtibus. 308.
Articulus 3. De confeſſione Rei. 309.
Articulus 4. De confeſſione qualificata. pag. 313.
Articulus 5. De ſponte confeſſo. 316.
Articulus 6. De confeſſione habita coram Iudice incompetente. 316.
Articulus 7. De confeſſione incidenter, vel per viam exceptionis emanata. pag. 317.
Articulus 8. De confeſſione erronea. 319.
Articulus 9. De confeſſione extraiudiciali. 320.
Articulus 10. De confeſſione extorta per torturam ſine præcedentibus, aut non ſufficientibus indicijs. 322.
Articulus 11. De confeſſione facta in tortura præcedentibus indicijs. 326.
Articulus 12. De confeſſionibus tacitis. pag. 327.

QVAESTIO XXIV.

De Reo conuicto. Pag. 335.

Articulus 1. De Reo conuicto per teſtes. pag. 335.
Articulus 2. De conuicto per indicia. 336.

Index Quaeſtionum, & Articulorum.

Articulus 3. De conuicto per ſcripturam. pag. 338.

QVAESTIO XXV.

De defenſionibus. Pag. 339.

Articulus 1. Reo dari debent defenſiones. 339.
Articulus 2. Danda eſt Reo copia proceſſus. 341.
Articulus 3. De examine poſt publicationem proceſſus. 345.
Articulus 4. Pendente termino aut dilatione data ad faciendum defenſiones Iudex debet ſuperſedere, nec ad vlteriora procedere. 347.
Articulus 5. De repetitione Teſtium. pag. 348.
Articulus 6. De defenſionibus Rei ex nullitate proceſſus. 351.
Articulus 7. De defenſionibus ortis ex non probato delicto. 356.
Articulus 8. De defenſione, quæ fit excuſando, quod factum non poſſit haberi & puniri tanquam delictum. 360.
Articulus 9. De defenſione, quæ oritur ex eo quod delictum imputatum non ſit punibile. 360.
Articulus 10. De defenſione, quæ competit Reo ex perempta inſtantia. 364.
Articulus 11. De defenſione, quæ competit Reo ex eo, quod cauſa ſit finita. 366.

QVAESTIO XXVI.

De tortura. Pag. 371.

Articulus 1. Torturam debent præcedere indicia. 375.
Articulus 2. Quæ conſiderare debeat Iudex antequam ad torturam deueniat. pag. 378.
Articulus 3. Tortura qualiter dari, vel non dari poſſit conuicto. 381.
Articulus 4. Quæ perſonæ poſſint, aut non poſſint torqueri. 383.
Articulus 5. Ex qua cauſa poſſit Reus torqueri. 385.

QVAESTIO XXVII.

De arbitrio Iudicis in iudicando. Pag. 386.

Articulus 1. An Iudex poſſit pœnam à lege inductam augere. 386.
Articulus 2. An Iudex pœnam legis poſſit minuere. 391.
Articulus 3. An Iudex poſſit pœnam legalem extendere de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam. 392.
Articulus 4. An Reo imponenda ſit pœna legalis, vel ſtatutaria. 393.
Articulus 5. An Iudex poſt ſententiam datam poſſit iſtam minuere, vel augere, & ſic pœnam impoſitam minuere, vel augere. 393.

QVAESTIO XXVIII.

De cauſis ex quibus minui poteſt pœna legis. Pag. 395.

Articulus 1. Quomodo ceſſante dolo delictum minus puniatur. 395.
Articulus 2. De cauſis minuentibus pœnam ex conditione delinquentis deſumptis. 400.

QVAESTIO XXIX.

De ſententia. Pag. 411.

Articulus 1. Quæ probatio ſit neceſſaria ad ſententiam. 411.
Articulus 2. An ex ſcientia priuata poſſit Iudex ferre ſententiam. 420.
Articulus 3. Quæ obſeruanda in ferenda ſententia. 425.
Articulus 4. De alijs obſeruandis circa ſententiam. 428.

QVAESTIO XXX.

Articulus vnicus.

De reparatione proceſſus, & ſententia deficientis. Pag. 434.

QVAESTIO XXXI.

Articulus vnicus.

De executione ſententia. Pag. 439.

QVAESTIO XXXII.

Articulus vnicus.

De appellatione. Pag. 441.

PRA-

Digitized by Google

INDEX SECVNDAE PARTIS PRAXIS Cauſarum Criminalium.

CAP. I.

Praxis incipiendi proceſſum. Pag. 453.

CAP. II.

Praxis probandi corpus delicti. 454.

CAP. III.

Praxis examinandi teſtes. 458.

CAP. IV.

Praxis citandi Reum. 465.

CAP. V.

Praxis admittendi exceptiones. 467.

CAP. VI.

Praxis interrogandi Reum. 468.

CAP. VII.

Praxis defenſionum. 469.

CAP. VIII.

Praxis torturæ. 477.

CAP. IX.

Praxis ferendi ſententiam. 481.

CAP. X.

Praxis appellandi. 486.

RE-

REGVLARE TRIBVNAL
SEV
PRAXIS FABRICANDI PROCESSVS PER IVDICES REGVLARES.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Iudicium. & num. 2.*

3 *Iudicium aliud priuatum, & aliud publicum. Et quid Iudicium Forenſe. ibid.*

4 *Iudicium verſatur circa Iuſtitiam commutatiuam, & diſtributiuam, vt circa materiam, formaliter tamẽ eſt actus ſolius iuſtitiæ diſtributiuæ. In Deo non datur Iuſtitia Commutatiua, bene tamen Iuſtitia diſtributiua, ad quam pertinet Iuſtitia vindicatiua. ibid.*

5 *Finis Iudicij publici, & præcipuè Criminalis eſt bonum Commune, & communis pax & tranquillitas.*

6 *Iudicium publicum per ſe reſpicit publicum bonum, quod ex iuſta diſtributione bonorum & malorum pœnæ conſurgit, licet ex charitate poſſit ordinari ad emendationem & ſalutem perſonarum priuatarum.*

7 *Iudicium publicum eſt ſummè neceſſarium ad conſeruandam pacem & tranquillitatem communem Reipublicæ maximè Eccleſiaſticæ, & Regularis.*

QVAESTIO I.

De cauſa finali Iudicij.

ARTICVLVS VNICVS.

Quid ſit Iudicium, & quis ſit eius finis.

1. CVm cuiuſcumq; rei creatæ dentur quatuor cauſę ſcilicet finis, efficiens, forma, & materia, cumque ſcire ſit rem per cauſam cognoſcere, primo inueſtigare oportet, quæ ſint cauſæ Iudicij forenſis, vt ex his quidditas & qualitates ipſius pleniùs cognoſci poſſint. Et quia finis eſt cauſarum prima, quia forma nonniſi medio efficiente introducitur in materia, & efficiens non efficit niſi propter finem, & motu à fine; ideò primo videndum eſt, quid ſit iudicium, & quis eius finis.

2. Soluitur enim hæc quæſtio ex D. Thoma 2. 2. *q.* 60. *art.* 1. dicente, *quod iudicium propriè nominat actum Iudicis in quantum Iudex eſt. Iudex autem dicitur, quaſi Ius dicens, hoc autem eſt obiectum iuſtitiæ vt ſupra dictum eſt. Et ideò Iudicium importat ſecundum primam nominis impoſitionem, diffinitionem, vel determinationem iuſti, ſiue Iuris. Quod autem aliquis benè definiat aliquid, in operibus virtutis propriè procedit ex habitu virtutis ſicut Caſtus rectè determinat ea, quæ pertinent ad Caſtitatem. Et ideò iudicium, quod importat rectam determinationem iuſti, ſiue eius quod eſt iuſtum propriè pertinet ad iuſtitiam. Propter quod Philoſophus in 5. Ethic. dicit quod homines ad Iudicem confugiunt ſicuti ad quamdam iuſtitiam animarum.* Iudicium ergo eſt determinatio eius, quod iuſtum eſt, & formaliter eſt actus iuſtitiæ, licet elicitiuè ſit à ratione. Vnde ibidem ſubdit D. Thom. *in reſp. ad* 1. *In omnibus tamen ad rectum iudicium duo requiruntur, quorum vnum eſt ipſa virtus proferens iudicium. Et ſic Iudicium eſt actus rationis: dicere enim vel diffinire aliquid rationis eſt. Aliud autem eſt diſpoſitio iudicantis, ex qua habet idoneitatem ad rectè iudicandum. Et ſic in his quæ pertinent ad iuſtitiam iudicium procedit ex iuſtitia, &c. Sic ergo iudicium eſt quidam actus iuſtitiæ ſicut inclinantis ad rectè iudicandum, prudentiæ verò ſicut iudicium proferentis.*

3. Verùm quia Iudicium, quod eſt definitio iuſti poteſt eſſe priuatum, & publicum, ſiue à priuata perſona vim non habente ad cogendum ſeruari, quod eſt definitum, vel quod eſt à perſona publica habente authoritatem & poteſtatem coactiuam, Iudicium forenſe eſt iudicium publicum proueniens ab eo, qui publica authoritate iudicat, & poteſt compellere ad executionem Iudicij, vt docet D. Thom. 2. 2. *q* 60. *art.* 1. & ſic iudicium forenſe eſt determinatio eius, quod iuſtum eſt, authoritate publica fa-

ăa; vnde eſt actus Iudicis, vt Iudex eſt.

4. Sed cum iuſtitia diuidatur in commutatiuam & diſtributiuam, iudicium ſic verſatur circa vtramque, vt circa materiam, quod tamen formaliter eſt actus, ſolius iuſtitiæ diſtributiuæ, quod explicauit D. Thomæ 2.2. *q.63. art.4. ad primum* dicens: *Quod iudicium poteſt dupliciter conſiderari; vno modo quantum ad rem iudicatam, & ſic iudicium ſe habet communiter ad commutatiuam & diſtributiuam iuſtitiam. Poteſt enim iudicium definiri, qualiter aliquid commune ſit, diſtribuendum in multos, & qualiter alteri vnus reſtituat, quod ab eo accepit: Alio modo poteſt conſiderari quantum ad ipſam formam iudicij, prout, ſcilicet, Iudex etiam in ipſa commutatiua iuſtitia ab vno accipit, & alteri dat; & hoc pertinet ad diſtributiuam iuſtitiam. Et ſecundùm hoc in quolibet iudicio locum habere poteſt acceptio perſonarum.* Et hoc maximè verificatur in iuſtitia vindicatiua, quæ ordinatur ad hoc, vt iuxta proportionem culparum diſtribuantur pœnæ. Vnde hæc iuſtitia eſt iuſtitia diſtributiua. Et cum ſecundùm D. Thom. 1. *p. q.21.* in Deo non detur iuſtitia commutatiua, datur tamen iuſtitia vindicatiua iuxta illud Deuter. 23. *Mea eſt vltio & ego retribuam.* Datur enim in Deo iuſtitia diſtributiua, ad quem pertinet iuſtitia vindicatiua. Sic ergo Iudicis iuſtitia, ſic reſpicit, vt rem iudicatam iuſtitiam commutatiuam, quòd maximè ſpectat ad iudicium ciuile, quod tamen reſpicit commutationes ſub formalitate boni communis diſtributi ſecundum exigentiam, & proportionem meriti, vel demeriti, & ſic formaliter eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ: Quod euidentius fit manifeſtum in Iudicio Criminali, per quod iuxta proportionem culparum decernuntur pœnæ, quæ Reis infliguntur.

5. Ex his habetur quid ſit finis iudicij publici, & præcipuè Iudicij Criminalis, eſt enim bonum commune & communis pax, & tranquillitas conſurgens ex eo, quod auctoritate publica, tam bona, quàm pœnæ, iuſta merita, & demerita diſtribuuntur.

6. Sed numquid iudicium publicum non ordinatur etiam ad emendationem & ſalutem priuatam eorum, qui iudicantur? Reſpondetur quod ex charitate iudicium publicum quantum ſit ex ſe ordinatur etiam ad perſonarum priuatarum emendationem & ſalutem, ſed per ſe hoc iudicium reſpicit bonum vel malum, non vt eſt priuatum, ſed vt publicum, & ad bonum commune Reipublicæ. Sylu. *v Iudicium num* 4. & ideò ſiue ſingulares perſonæ velint emendari, ſiue non velint, decernit quod iuſtum eſt, & ad illud compellit. Et ideò per ſe neceſſario non reſpicit priuatam emendationem perſonarum, ſed publicum bonum, quod ex iuſta diſtributione bonorum & malorum pœnæ conſurgit, vt docet D. Thom. *in 4. d.19. q.2. art. 3. q. 1. ad 4. in 2. reſponſ. & d. 35. q.1. art.3. ad 6. & q.3. de virtute ar.2. ad 6 & 22. q. 33. art. 1. & q.68.* & tradunt omnes DD. qui ſentiunt non eſſe præmittendam correctionem fraternam ante accuſationem, vel denunciationem iudicialem.

7. Hinc eſt quod hoc iudicium publicum eſt ſummè neceſſarium ad pacem, & tranquillitatem communem ſeruandam. Reſpublica enim duobus ſubſiſtit, ſcilicet, præmio, & pœna, vt per præmium boni ad virtutes excitentur, & mali per pœnam à flagitijs arceantur. Vnius enim pœna eſt metus multorum, *l. 1. C. ad leg. vel repet* & facinoroſis non punitis communi lætitia turbatur, & ira Dei in nos prouocatur, *l. Nemo C. de Epiſc. audit.* Et ideò pinguior Deo victima non mactatur, quam homo iniquus, per cuius punitionem populi incolumnitas procuratur, *l. Prouinciarum C. de ferijs*. Vnde valdè intereſt Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita, & vt ipſa malis hominibus careat, *l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquiliam*. Inde eſt quod ſumma pietas eſt ſæuuire in delinquentes, & impium eſt delicta relinquere impunita, *l. in delict. §. cum Dominus ff. de noxalibus*. Nam cum vni facinoroſo indulgetur ad prolapſi contagium prouocantur vniuerſi *l. eſt inhibendum C. de conab. Cleric.* Et propterea bonum Reipublicæ ſuadet, vt ſcelera puniantur *l. locatio alias licitatio §. quod illicitè ff. de vectigalibus, & Prouinciæ malis hominibus purgentur l. congruit ff. de off. Prat.* Et hoc multo magis intereſt Reipublicæ Eccleſiaſticæ, & Regularis. Melius enim eſt, quod vnus damnetur, quàm per vnius licentiam multi periclitentur D. Bernard. *lib. de modo benè viuendi ſerm.* 118. Nam & delicta ſunt grauiora quando perſona, & locus ſunt ſanctiora *l. ſi quis C. de Epiſc. & Cleric. & cap. felicis de pænis in 6.* Et ideò multo magis quam in laicis peccata manifeſta correctione ſunt purganda *cap. 1. de punit. & nomin.* Et vt dicitur *cap. qualiter & quando el 2. §. ad corrigendas de accuſ.* Prælatus tantò diligentius ad corrigendos ſubditorum exceſſus debet aſſurgere, quanto damnabilius eorum offenſas deſeruerit incorrectas. Hinc eſt quod Religiones per rectum vſum Iudiciorum non perdunt bonum nomen, & odorem, ſed potius conſeruant.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa efficiens Iudicij publici eſt Iudex. Iudicium in tantum eſt licitum in quantum eſt actus Iuſtitię, ad quod tria requiruntur. ibid.*

2 *Conditiones, & qualitates veri Iudicis.*

QVAESTIO II.

De cauſa efficiente Iudicij.

ARTICVLVS I.

Quis & qualis debeat eſſe Iudex.

1. CAuſa efficiens Iudicij publici Iudex eſt, de quo iuxta ordinem doctrinæ agendum eſt, poſtquam actum fuit de cauſa finali. Qualis verò debeat eſſe Iudex oſtendit D. Thom. 2.2. q.60.

Digitized by Google

2. 2. *q.60. ar.2. Iudicium*, inquit, *in tantum eſt licitum in quantum eſt iuſtitiæ actus, ſicut autem ex prædictis patet ad hoc vt Iudicium ſit actus Iuſtitiæ tria requiruntur. Primo quidem vt procedat ex inclinatione iuſtitiæ, ſecundo quod procedat ex auctoritate præſidentis; tertio quod proferatur ſecundum rectam rationem prudentiæ, quodcumque autem horum defuerit iudicium erit vitioſum & illicitum. Vno quidem modo quando eſt contra rectitudinem iuſtitiæ. Et ſic dicitur iudicium peruerſum vel iniuſtum. Alio modo quando homo iudicet de his, in quibus non habet auctoritatem, & ſic dicitur iudicium vſurpatum. Tertio modo quando deeſt certitudo rationis, puta cum aliquis de his iudicat; quæ ſunt dubia, vel occulta propter aliquas leues coniecturas, & ſic dicitur iudicium ſuſpicioſum vel temerarium.*

2. Primò igitur Iudex debet eſſe iuſti & recti cupidus, non acceptator perſonarum, & iuſtum telo iuſtitiæ amore proſequens, vt nec cupiditate, & auaritia, nec timore à rectitudine iuſtitiæ declinet, & vt pœnas inferat non ex odio, ſed vt iuſtitiam protegat, & delictorum nocumenta auferat. D. Thom. *2.2. q.* 108. *art.* 2. Secundò debet habere Iuriſdictionem; nam iure naturali per ſe notum eſt nemine ſine iuriſdictione ius dicere poſſe *l. vltima ff. de Iuriſd. omn. iud.* Et ſine iuriſdictione inualidum eſt iudicium, & iuriſdictionis defectus eſt inſanabilis. Sed præterea tertio, Iudex debet eſſe prudens, & propterea debet notitiam Iuris poſſidere, vt aduertunt DD. *in l. Certi Iuris C. de Iudic. & cap. cum in cunctis de elect.* Aliter enim officio Iudicis non poſſet prudenter fungi *l. 2. §. ſeruus ff. de orig. iuris.* Vnde à Supremo Iudice grauiter plectendus eſſet. D. Thom. *p. 2. q. 76. art.* 2. Et prætereà iuxta conditiones perſonarum, & delictorum, & aliarum circumſtantiarum prudentia duce, debet iuſtitiæ miſericordiam iungere, vt rigor diſciplinæ regat manſuetudinem, & manſuetudo ornet rigorem, vt nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. Debet verò Iudex eſſe facilior ad abſoluendum, quam ad puniendum, D. Thom. 2. 2. *q.70. ar.* 1. *ad primum*, & in arbitrarijs potius diminuere pœnas, quam augere. D. Thom. 2. 2. *qu.* 67. *num.* 4. *ad* 1.

SVMMARIVM.

3 *Quot ſint genera Iudicum, & quis ſit Iudex Ordinarius.*

4 *Si Superior Iudex committens alicui ordinario inferiori aliquid, quod excedat eius ordinariam iuriſdictionem, reſpectu illius ſe habet vt delegatus, non vt ordinarius, ſecus ſi illud non excedat eius ordinariam iuriſdictionem.*

5 *Cauſæ meri & mixti imperij non poſſunt delegari de Iure Ciuili, bene tamen de Iure Canonico.*

6 *Iudex ordinarius cauſas alteri delegatas poteſt ad ſe auocare, etiam re non integra.*

7 *Qui ſint Iudices Ordinarij in Religionibus.*

Legati à Latere & Nuncij in ſuis legationibus ſunt Ordinarij exemptorum, tamen non poſſunt cognoſcere illorum cauſas in prima inſtantia.

Qui alij Iudices ſint Ordinarij, vel delegati. ibidem.

8 *Archiepiſcopus, ſeu Epiſcopus non eſt Iudex Ordinarius Regularium exemptorum.*

9 *Qui ſint Iudices Ordinarij intra Religionem Ordinis Prædicatorum.*

In eadem Religione Ordinis Prædicatorum Superior & Vicarius Prioris, ſiue abſente, ſiue præſente Priore non eſt Ordinarius ſed delegatus, idem dicendum eſt de Vicario Generali & Prouinciæ. ibid.

10 *Priores locales in Ordine Prædicatorum poſſunt formare proceſſus, & cauſas criminales ſuorum ſubditorum cognoſcere vltimatè, ſecus Guardiani in Ordine S. Franciſci.*

11 *Generalis in Ordine Prædicatorum eſt Prælatus immediatus omnium Fratrum, Conuentuum, & Prouinciarum, ideò poteſt omnium cauſas ad ſe auocare.*

ARTICVLVS II.

Quis Regularium ſit Iudex Ordinarius.

3. TRia ſunt Iudicum genera nimitum Iudices Ordinarij Delegati, & Arbitri Diu. Thom. 2. 2. *q.67. art.* 1. Ordinarius Iudex multipliciter à DD. diffinitur. Sed dicas breuiter, illum eſſe Iudicem Ordinarium, qui habet Dignitatem, & officium, cui à Iure vel conſuetudine, aut priuilegio eſt annexa iuriſdictio; ita quod ſuo Iure iudicandi poteſtatem habet, & ex natiuo non datiuo nomine. Et ſic Iudices Ordinarij ſunt Papa, Imperator, Reges, Epiſcopi in ſuis Diœceſibus, Prælati Regulares in ſuis Ordinibus, Prouincijs, & Conuentibus. Ordinarius enim Iudex eſt ille, cui reſpectu certi loci datur iuriſdictio, vel qui deputatur certo loco cum generali commiſſione, vt ex Anchar. & Butrio, & Dom. & Franc. dixi *in cap. legatos num.* 8. *de off legat. in* 6. Vide etiam quæ dixi *cap. cum Epiſcopus num* 4. *de off. Ord. in* 6.

4. Eſt verò aduertendum, quod ſi Superior alicui Ordinario inferiori, puta Pontifex Epiſcopo commiſerit aliquid, quod excedit ordinariam iuriſdictionem illius, reſpectu talis commiſſionis Epiſcopus non eſt Ordinarius, ſed delegatus, niſi commiſſio fuit habita ratione ad Ordinarij officium, & commiſſio fuit prorogando ordinariam iuriſdictionem, vt ſi dicatur hoc pertineat ad officium talis Iudicis. Sed ſi inferiori Ordinario committitur aliquid, ad quod eius ordinaria iuriſdictio ſe extendit, cenſetur excitata ordinaria iuriſdictio illius Iudicis, & ordinaria iuriſdictione de illa cauſa cognoſcit. Niſi in literis comiſſionis Superior ponat clauſulam *auctoritate noſtra*, quia tunc Ordinarius procedit, vt delegatus. Et ſi in eiſdem literis ponitur clauſula *etiam auctoritate noſtra*, tunc *procedit vt ordinarius & delegatus* ſimul.

 5. Iſti

Digitized by Google

5. Iſti etiam Iudices Ordinarij cauſas ſubdelegare poſſunt in totum, & licet de Iure Ciuili cauſæ meri, & mixti Imperij non poſſint delegari, tamen de Iure Canonico delegari poſſunt, vt probat Couarr. *l. 3. var. cap.* 20. Sed & de conſuetudine etiam per Ordinarios Ciuiles has cauſas poſſe delegari tradunt Clar. §. *fin. q.* 41. *num.* 5. & Tulc. *l. D. concl.* 546. *num.* 10. prout adnotaui *cap. Quamuis num.* 12. *de poteſtat. Iudic. deleg. in* 6.

6. Sed inſuper Iudex Ordinarius cauſas alteri delegatas etiam re non integra ad ſe auocar, quando voluerit. Et ſufficit auocatio tacita, eo quia Ordinarius incipit per ſeipſum cauſam cognoſcere, vel cum alteri delegat. Eſt tamen neceſſarium, vt auocatio innoteſcat delegato, aliter ſi ipſe procedat ad vlteriora in cauſa proceſſus non erit attentatus. Effectus verò huius auocationis habet locum ſolum in illa cauſa, quæ fuit auocara. Videantur de his ea, quæ dixi in ſimili de Delegato Papæ *d. cap. quamuis num.* 2. *& ſeqq. de off. Iud. deleg. in* 6.

7. Qui verò in Religionibus ſint Iudices Ordinarij, non poteſt per Regulam Vniuerſalem declarari, ſed cuiuſcumque Religionis ſtatura inſpici debent. Certum eſt Summum Pontificem eſſe Iudicem Ordinarium omnium Religioſorum, nedum ex ſuprema Pontificia iuriſdictione, ſed quia eſt Summus Religioſorum Prælatus, vt dixi *tom. 3. de Statut. q.* 189. *num.* 188. *pag.* 150. Et quia Sacræ Congregationes Cardinalium non habent Tribunal diſtinctum à Tribunali Papæ, ſed pertinent ad idem Conſiſtorium, vt adnotaui *quaeſt. vnic. ad titulum de appellat. num.* 73. *in* 6. *pag.* 230. Ideò & illi cenſentur eſſe Iudices Ordinarij etiam Regularium. Nam vt habetur ex Conſtitutione 74. Sixti V. Eminentiſs. Cardinales harum Congregationũ ſunt Summi Pontificis adiutores, eidem vt Summo Capiti cohærentes & aſſiſtentes, laborumq; & conſiliorum ſocij, & participes, totiuſque Eccleſiaſticæ Reipublicæ Summi Senatores. Et pariter quia Legati à Latere, & Nuncij conſimilem auctoritatem cum Legatis à Latere habentes in ſuis Legationibus ſunt Ordinarij exẽptorum, vt tradunt communiter DD. quorum plures retuli, loco proximè citato num. 74. Ideò & illi numerantur inter Iudices Ordinarios. Aduertendum tamen quod ex decreto Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. Illi non poſſunt cognoſcere cauſas, vel Clericorum, vel Regularium in prima inſtantia, ſed hoc ſpectat ad proprios eorum Prælatos & Ordinarios, vt probaui *in cap. Romana num.* 4. *de for. compet. in* 6. *pag.* 32. Signatura Iuſtitiæ etiam & Auditor Cameræ ſunt Iudices Ordinarij, ſed quomodo poſſint procedere in cauſis Regularium oſtendi, *quæſt. vnic. ad tit. de appellat. in* 6. *art.* 18. *n.* 616. *& ſeqq.* magis tamen propriè loquendo. At vero Iudices Romanæ Curiæ in ea iudicantes, ſed quorum iuriſdictio extinguitur per mortem Pontificis, vel quibus cauſæ particulares Regularium committuntur ſpecialiter, nec habent facultatem iudicandi niſi ſuper cauſis particularibus ſibi, toties, quoties negotium id poſtulat, commiſſis, non ordinaria, ſed delegata iuriſdictione iudicant.

8. Cæterùm ex Prælatis Sæcularibus nullus alius, ſiue Archiepiſcopus, ſiue Epiſcopus eſt Ordinarius Iudex Regularium exemptorum, quia Regulares iſti tam de Iure communi, quàm Iure priuilegiorum exempti ſunt à iuriſdictione ordinaria Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum locorum, vt eſt per ſe manifeſtum, & latè oſtendi *tom. 3. de ſtat. q.* 189. *a.* 10. *num* 672. *& ſeqq.* vbi etiam oſtendi in quibus caſibus Regulares ſint ſubiecti Epiſcopis, vt Delegatis Sedis Apoſtolicæ.

9. Intra Religionem verò in Ordine Prædicatorum Iudices Ordinarij ſunt Capitulum Generale eo durante, & Magiſter Generalis pro toto Ordine, Capitulum Prouinciale eo durante, & Prouincialis pro ſua Prouincia, Priores locales pro ſuis Conuentibus, Vicarij etiam Conuentuum paruorum, qui non ſunt membra alicuius Conuentus, ſed immediatè ſunt ſub Prouinciali, iſti enim ſunt horum Conuentuum paruorum Prælati, non ſubiecti alicui Prælato locali, ſed ſolum Prouinciali. Item Supprior, aut Vicarij legitimè inſtituti, vt Vicarius Generalis tempore quo Religio non habet Generalem præſentem, vel abſentem, vel Vicarius Prouinciæ tempore quo vacat Prouincialatus, vel Supprior, aut Vicarius in Capite tunc cum vacat Prioratus. Iſti enim tunc ſunt Capita Religionis, vel Prouinciæ, vel Conuentus, & verè Prælati cum non conueniat Religionem, Prouincias, vel Conuentus eſſe ſine Capite, qui ſubditos dirigat. Cæterum Conuentu habente Priorem præſentem, vel abſentem, Supprior, aut Vicarius nec eſt Prælatus, nec poteſt diſpenſare in Conſtitutionibus, nec poteſt ſibi eligere Confeſſarium. *Conſtit. in prologo* §. 3. *l. E.* Ideo nullam habet iuriſdictionem, ſed ſolum habet poteſtatem Oeconomicam, ſeu dominatiuam, talem qualem habent Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ Monialium. Et licet Prior in ſui abſentia teneatur relinquere Suppriori, vel Vicario auctoritatem neceſſariam pro omnibus caſibus neceſſarijs, & præcipuè pro ſpectantibus ad forum conſcientiæ. *Conſtit. loco citato* hæc auctoritas quatenus ſit iuriſdictio eſt merè delegata. Quod idem dicitur de Vicario Generali, vel de Vicario Prouinciæ; Iſti enim non habent iuriſdictionem niſi ex conceſſione Superioris, vnde mortuo Generali, vel Prouinciali iſti Vicarij ceſſant. *Conſtit. in prol.* §. 9. Iuriſdictio verò ordinaria non ceſſat ob mortem concedentis. Iſti igitur non ſunt Iudices Ordinarij. Nihilominus, ſicut Vicarius Generalis Epiſcopi habet quodammodo iuriſdictionem ordinariã. Vnde multi exiſtimant illum eſſe Iudicem Ordinarium, quamuis verè, & eſſentialiter ſit delegatus, vt probaui *cap. licet* 2. *num.* 5. *&* 6. *de offic. Vicar. in* 6. Ita cum proportione idem dici poteſt de Vicario Generali Religionis, aut Prouinciæ,

uinciæ,

inciæ, qui etiam eſt deputatus ad Vniuerſita. em Cauſarum. Vnde eius Iuriſdictio multum habet de iuriſdictione ordinaria. In hoc Ordine etiam Procurator Generalis nullam habet iuriſdictionem ex officio, & ſolum habet delegatam ſi ſibi concedatur, vel etiam habet ordinariam, ſi fiat Vicarius mortuo Generali. Commiſſarij verò quicumque ſolum delegatam iuriſdictionem habent.

10. An verò omnes Prælati Regulares poſſint formare proceſſus, & Criminaliter punire, vnuſquiſque conſulat ſui Ordinis Leges. Id non poſſe facere Prælatos locales, ſcilicet, Guardianos, non poſſe proceſſus facere, & cauſas ſententialiter definire dixit Didac. Sgroi Capuccinus *in luce Prælat. p.1. c.1. num.2. & 4.* Et nihilominus eos poſſe excommunicare addidit. Bordon. *in praxi cap. 1. num. 7.* In Ordine Prædicatorum Priores locales, & habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & dignitatem, & Cauſas Criminales ſuorum ſubditorum cognoſcunt, & proceſſus formant, puniuntque ſubditos, ſiue intra, ſiue extra Conuentum delinquant Territorium enim Regularium eſt totus Mundus, quia ad totum Mundum ſe extendit votum obedientiæ, ex quo Religioſi ſuis ſubduntur Prælatis, qui propterea illos punire poſſunt pro delictis vbicumque patratis. Portell. *q. 1. caſ. 19.* Bordon. *in praxi cap.1. num.12.* Et eadem ratione puniunt hoſpites intra ſuos Conuentus, vel eorū diſtrictus delinquentes. Hoc in Ord. Præd. hoc eſt expreſsè ſancitum *diſt.2. c.13. text. 2. & in Gloſſ. ibid. l.D.* vbi additur Prælatos Ordinis etiam locales poſſe caſtigare hoſpites etiam pro delictis alibi commiſſis.

11. Et quia in eodem Ord. Prædicat. Magiſter Ord. eſt Prælatus immediatus omnium Fratrum, Conuentuum, & Prouinciarum, vt dicitur *in Conſtitut. d. cap. 15. text. 1. l.F.* ideò poteſt cauſas omnium Religioſorum ad ſe auocare, etiam re non integra. Et hoc idem eadem ratione poteſt facere Prouincialis in ſua Prouincia.

SVMMARIVM.

12 *Iudicis delegati diffinitio, ſeu deſcriptio.*
Iuriſdictio Iudicis delegati ſe extendit tantum ad illam cauſam, ſeu articulum in commiſſione expreſſum ibid.
13 *Diſtinctio Iudicis delegati ex parte delegantis.*
14 *Diſtinctio Iudicis delegati ex parte cauſarum.*
15 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, licet non poſſit ſuam generalem iuriſdictionem in totum ſubdelegare, poteſt tamen cauſas particulares ſubdelegare.*
16 *Quomodo delegatus poſſit cauſas ſubdelegatas ad ſe auocare.*
17 *Quid operetur clauſula* Confiſi, &c. *in commiſſione poſita.*
18 *Quæ ſint clauſulæ, ex quibus colligatur quod ſit electa induſtria perſonæ.*
Delegatus non debet de facili cauſas ſubdelegare. ibidem.
19 *Delegata iuriſdictio per mortem delegantis ceſſat ſi res ſit integra, tamen re non integra manente non ceſſat.*
Delegatus cenſetur mortuus, ſi ab officio, ſeu à dignitate ſit ſimpliciter amotus. ibid.
20 *Cum iuriſdictio delegati ſe extendat ad annexa & connexa poteſt delegatus ſuam iuriſdictionem defendere contra impedientes, rebelles, &c. procedendo etiam per cenſuras.*
Quomodo Iudices delegati Regulares debeant tueri ſuam iuriſdictionem. ibidem.
21 *Licet Iudex delegatus ad tuendam ſui iuriſdictionem non teneatur monere, tamen debet imponere præceptum ſub aliquo termino peremptorio.*
22 *Delegatus poteſt punire impedientes ſuos Officiales & Miniſtros, & etiam impedientes Teſtes, ne examinentur.*
23 *Ad hoc vt delegatus habeat exercitium ſuæ delegationis, debet prius præſentare literas dictæ ſuæ delegationis.*
24 *Quomodo ſit probanda delegatio, & num. 25.*
26 *Delegatus non tenetur oſtendere copiam ſuæ delegationis, ſi pars illam non petit.*
Quomodo à delegato citandus ſit abſens. ibid.
27 *Ordinario Loci petenti ſibi oſtendi à delegato mandatum ſuæ delegationis tenetur oſtendere.*
28 *Iudices delegati debent publicare, & notificare litteras ſuæ commiſſionis, & præcipuè Regulares.*
Quomodo delegatus Regularis ſe debeat gerere in publicatione ſuæ commiſſionis. ibid.
29 *Iudicis inferioris delegatur ſententiam ſuam exequi non poteſt, ſed ſententia lata eius iuriſdictio expirat.*
Quid ſit dicendum de delegato Papæ, aut Principis. ibid.
30 *Iudici delegato iniuſtè, notoriè, & nulliter agente poteſt Ordinarius reſiſtere, & quomodo poſſit reſiſtere.*
31 *Ordinarius Iudex punire poteſt delegatum ſi delinquat extra officium ſuum, & etiam ſi delinquat in officio excedendo, & abutendo in iudicando, non verò ſi ſolum excedat in fabricatione proceſſus.*
32 *Qui nam ſint Iudices delegati apud Regulares.*
33 *Delegati à Magiſtro Generali Ordinis non poſſunt dici delegati à Principe, quia Generalis habet Superiorem Iudicem nempè Papam, cui Regulares ſunt ſubiecti vt ſupremo Prælato.*

ARTICVLVS III.

Quis ſit Iudex delegatus.

12. DElegatus Iudex eſt, qui non ex titulo & officio proprio, ſed ex alterius commiſſione habet Iuriſdictionem, cuius vices gerit *cap. ſanè, & cap. cum olim de off. & poteſt. iud. deleg.*

deleg., *& toto titulo eodem in 6. & l. 1. ff. de offic. eius cui mundi eſt iuriſd.* Et ideò delegata iuriſdictio non ſe extendit, niſi ad illam cauſam, ſeu articulum in commiſſione expreſſum. Eſt quoque hæc iuriſdictio reuocabilis ad nutum concedentis, ſed tamen ad vnam cauſam delegatus cenſetur delegatus ad omnia incidentia, acceſſoria, dependentia, emergentia, neceſſaria, annexa, ſine quibus comodè cauſam non poteſt expedire, Felin. & alij *in cap. præterea de off. delegat.* vbi Barboſ. plures refert. Quod tamen limitat Felin. vt hoc non procedat, ſi annexum ſit reſeruatum Papæ. Vnde excommunicatus à Papa non poteſt abſolui à delegato. Secundo id limitatur, vt non procedat, ſi annexa ſpeciali iure ſint prohibita delegato. Dom. *cap. 2. de Sub. in 6.*

13. Diſtinguuntur verò Delegati primò ex parte delegantis, quia alij ſunt delegati à Principe & alij ab inferiore. Delegatus à Principe poteſt cauſam ſibi delegatam alteri ſubdelegare, etiam in totum. Et licet de Iure Ciuili non poſſint delegari cauſæ meri & mixti Imperij, tamen hodie ex generali conſuetudine huiuſmodi cauſæ ſubdelegantur, quod de Iure Canonico procedit indubitatè, vt per DD. *in cap. Sedem de off. Ord. & cap. Archiepiſcopatus de raptoribus, & cap. peruenit 95. diſt.* & probaui *cap. Quamuis num. 12. de off. delegat. in 6.* Sed vt ibidem dictum eſt *num.* 13. Delegatus ab inferiori Iudice non poteſt in totum cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare, licet quantum ad vnum articulum non requirentem iuriſdictionem, ſed nudi miniſterij cauſam ſubdelegare poſſit, prout contingit in Ciuilibus, & ſimplex *teſtium* receptio, & executio citationis, Innocent. *in cap. cum Bertoldus* & ibi Panormit. *num.* 19. Sanchez *diſput. 3. de matrim. num.* 10. Vbi tamen ſit conſuetudo, vt delegatus ſubdelegare poſſit, valet ſubdelegatio; quæ etiam valet, ſi fiat Superiore conſentiente, & ad hoc ſufficere conſenſum tacitum, qui colligitur ex eo, quod ſubdelegatio fiat ſciente & tollerante Superiore tradit Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 31. num. 7.* & Felin. Nauar. Maranta & alij. Nudum etiam miniſterium ſibi commiſſum non poteſt quis ſubdelegare, niſi nudum miniſterium ſit commiſſum ex priuilegio, vel alicui competat ratione dignitatis, cui hoc fuit conceſſum ex priuilegio, vel quando in nudo miniſterio non exigitur induſtria perſonæ.

14. Diſtinguuntur ſecundo delegati ex parte cauſarum, quia alij ſunt delegati ad vniuerſitatem Cauſarum, alij verò ad vnam vel alteram cauſam. Quamuis verò aliquis ſit delegatus ad cognoſcendum de homicidio contra quoſcumque, & in tota Prouincia, non eſt per hoc delegatus ad vniuerſitatem Cauſarum, ſed talis ille ſolus eſt, qui vniuerſaliter ad omnes cauſas eſt delegatus; quamuis forſan aliqua grauior cauſa ſit reſeruata: ſicut Vicarius Generalis Epiſcopi eſt delegatus ad Vniuerſitatem Cauſarum, quamuis multi ſint caſus grauiores ſoli Epiſcopo reſeruati. Delegatus verò ad omnes cauſas generaliter cenſetur delegatus ad vniuerſitatem Cauſarum, etiam ſi commiſſio ſit ſpecialis quantum ad locum, vel ad tempus, vel ad quantitatem. Barboſ. *cap. cum cauſam num. 5. de appellat.* & alij ab illo citati, Sanchez *l. 7. de matr. diſp. 31. num. 12.*

15. Sed non eſt delegatio ad vniuerſitatem Cauſarum, ſi ſit reſtricta ad particulares perſonas. De hoc verò delegato ad vniuerſitatem Cauſarum dicitur, quod poteſt ſubdelegare, quia aſſimilatur Iudici Ordinario. Nihilominus veritas eſt, quod non poteſt in totum ſuam generalem iuriſdictionem ſubdelegare. Neque enim Vicarius Epiſcopi poteſt alium in Vicarium generalem inſtituere. Poteſt tamen cauſas particulares ſubdelegare, imò plures cauſas, imò omnes totius particularis loci, aut Prouinciæ, *cap. cum cauſam de appellat. l. cum Prætor ff. de re iudic.*

16. Delegatus autem poteſt cauſam ſubdelegatam ad ſe auocare ob mortem delegati, re adhuc integra, ſed re non integra, ſi iam delegatus incœpit cognoſcere, & ſibi perpetuauit iuriſdictionem, illam cauſam non poteſt ad ſe auocare. Quando autem res non dicatur integra oſtendi *cap. Quamuis de off. deleg. in 6 quæſt. vnic. art. 1. & in eod. cap. num. 10 ex gloſſ. & alijs* oſtenſum eſt, quod Delegatus ad vniuerſitatem Cauſarum, quia comparatur Ordinario, poteſt etiam re non integra cauſas commiſſas ad ſe auocare.

17. Philippus autem de Bictis *in Enit. q. 2. prohæm. num. 6.* arbitratur, quod Delegatus ad vniuerſitatem Cauſarum, ſi ſit electa induſtria perſonæ (quam eſſe electam colligi putat ex clauſula *confiſi*, *&c.* vel *alia ſimili*) non poſſit ſubdelegare. Sed conſiderandum eſt, quod clauſula *confiſi, &c.* ſæpiſſimè ponitur in literis commiſſionis, non vt reſtringat, ſed vt iuſtificet commiſſionem, tanquam motiuum rationabilis commiſſionis, ideò vt plurimum ponitur in literis commiſſionis, imo ponitur etiam in literis inſtitutionis Ordinariorum, ideò ex illa non ſatis colligitur, quod ſit electa induſtria perſonæ, taliter, vt inſtitutus, aut delegatus non poſſit alias, prout iuris eſt, ſubdelegare. Imo in delegatione facta ad vniuerſitatem Cauſarum illa clauſula non poteſt intelligi vt reſtrictiua. Nam cum regulariter delegatus ad vniuerſitatem Cauſarum non poſſit per ſeipſum cauſas omnes cognoſcere, quæ in magna Communitate occurrunt, contra rationem limitaretur Delegati facultas, vt cauſas non poſſet prout opus ſit alteri delegare. Delegatus igitur ad vniuerſitatem Cauſarum non poteſt quidem in totum ſuam iuriſdictionem ſubdelegare, etiam ſi in literis commiſſionis non ſit poſita clauſula illa *confiſi, &c.* ſed ea non obſtante poteſt cauſas particulares ſubdelegare, prout ſibi bene viſum fuerit, niſi aliunde colligatur id ſibi eſſe prohibitum. Panormit. *in c. cum cauſam num 21. de ſent. & reind.* & alij plures apud Sanchez *diſput. 31. num. 2.*

18. Quod

Digitized by Google

18. Quod igitur ſit electa induſtria perſonæ lijs clauſulis colligitur, vt ex clauſulis *per-liter cognoſcas, vel per te ipſum cognoſcas, vel trio tuo determines, vel tu expedies & non alius, cuis manibus expedias.* Cenſetur etiam ſecun-n aliquos electa perſona, quando committi-nudum miniſterium, ſiue quando commit-tur illa, quę Principi ſũt reſeruata ratione ſu-mæ maieſtatis, vel negotium commiſſum ſit duum, aut factum eſt variabile, & non com-ttitur res determinata, vel ſi apponitur clau-a *oneramus conſcientiam tuam, &c.* Sed quidem ic certum eſt, quod delegatus non de facili de-t cauſas ſubdelegare, ſed quod ablata ſit oteſtas ſubdelegandi, quam aliàs habet de Iu-, niſi id manifeſtè exprimatur, & reſtringatur, on tam de facili admitti debet, præcipuè in elegato ad Vniuerſitatem Cauſarum, vnde autè legenda quæ de his ſcripſerunt. Ricc. *dec. Cur Archiep.* 88. Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput.* 23. Barboſ. *c. quoniam de off. delegat. & Lux Præl.* p. 1. *Prohem. cap. 1. num. 10.*

19. Delegata verò iuriſdictio ceſſat proculdubio per mortem delegantis, aut eius depoſitionem, ſi tamen res ſit integra, ſed re non integra non ceſſat etiam ſi Iuriſdictio ſit conceſſa ſub conditione abſentiæ, vel ſub conditione, *donec reuocauero* vt per DD. quos ſequutus ſum, *cap. ſi delegatus num. 8. de off. deleg. in 6. vbi num. 9. & ſeqq.* explicatum fuit, quid dicendum, ſi commiſſio ſit data cum clauſula *ad beneplacitum.* Quando verò res cenſeatur non integra declaratur eſt ibidem, *cap. quamuis quæſt. vnica art. 1.* Executor tamen delegatus à Papa ad executionem gratiæ eo mortuo gratiam exequitur, etiam re integra, vt decernitur *cap. ſi ſupra de off. deleg. in 6.* vbi hoc fuit explicatum. Et pariter qualiter ceſſet delegatio conceſſa ſub conditione abſentiæ dictum eſt *cap. ſi delegatus eod. tit. num. 2. & ſeqq.* Ceſſat etiam delegatio ob mortem delegati, niſi delegatio facta ſit officio, ſeu dignitati, quia tunc tranſit ad Succeſſorem in officio, ſeu dignitate. Delegatus autem cenſetur mortuus, ſi ab officio, ſeu dignitate ſit ſimpliciter amotus *cap. Adiſcimus 16. q. 12.*

20. Cum verò, vt ſupra dictum eſt, delegata iuriſdictio ſe extendat etiam ad annexa, & connexa, Iudex delegatus poteſt ſuam iuriſdictionem defendere, & contra illum non recipientes, vel eius iuriſdictionem impedientes, vel ſibi rebelles procedere etiam per cenſuras, illoſq; carcerare, & punire, etiam ſi ſint extraneæ perſonæ, & alias non ſubditæ, vel etiam ſi impediens iuriſdictionem ſit Ordinarius, vt per DD. quos refert & ſequitur Barboſ. *cap. quia quæſitum num. 12. & 13. de off. delegat. & cap. ſignificaſti num. 3. eod. tit.* Et ſic delegatus ad ſui iuriſdictionis defenſam poteſt eſſe Iudex in propria cauſa. Specialiter vero (non vniuerſaliter Regulares, vt voluit Scroi *par. 1. c. 1. num. 98.* ſed Minores Obſeruantiæ) ſi Viſitatoribus ſui Ordinis ſe rebellant, aut eis contradicunt, vel eos non recipiunt, aut eorum iuriſdictionem impediunt, incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam, necnon priuationem vocis actiuæ & paſſiuæ, & officiorum, & ad officia inhabilitatem, prout ſtatuit Gregor. XIII. *in Conſtitutione Quoniam noſtro,* quam refert Rodriquez *tom. 1. q. 54. num 4.* Vt enim ex verbis d. Conſt. habetur, & obſeruat Rodriquez ibidem, illa Bulla fuit procurata, & obtenta à Chriſtophoro de Capite Montium Miniſtro Generali Minorum Obſeruantiæ pro ſuo Ordine. Quamuis vero dicta Gregor. XIII. Conſtitut. nõ ſe extendat ad Viſitatores Apoſtolicos, & ad Prouinciales, ſeu Ordinarios viſitantes, tamen & iſti in Iure communi *cap. Dilecto de ſent. excomm. in 6.* poſſunt viſitando ſuam iuriſdictionem tueri. Et licet idem Didacus Scroi *d. num. 98.* innuat, quod *d. cap. Dilecto* expreſsè loquatur de Epiſcopis, tamen contrarium eſt verum, quin imo, in eo capit Pontifex loquitur de Decano Aurelian. qui erat Prælatus inferior Epiſcopo. Et Pontifex procedit ex ratione generali omnibus Prælatis, & Iudicibus, quos ex illo textu poſſe de facto ſuam iuriſdictionem tueri, & ſe defendere contra impedientes illam, colligunt Gloſſ. Io. Andr. Dom. Franc. & Innoc. *in cap. Dilectus de pœnis,* & Farinacc. *q. 114. n. 26.* Et alij plures, quos ſequitur Barboſ. *ad cap. Dilecto.*

21. Quamuis verò, quam plures DD. communiter arbitrentur non eſſe neceſſe in hoc caſu, quod monitio præcedat cenſuram, quando Iudex ea vtitur ad ſuæ iuriſdictionis defenſam, quia tunc Iudex procedit, non vt Iudex, ſed vt pars. Nihilominus quod Iudex debeat prius ſaltem imponere præceptum ſub aliquo termino peremptorio, intra quem ſi ille, cui ſit præceptum non impleat, quod debet, tunc incurrat excommunicationem, voluerunt Couarr. *in cap. Alma mater p. 1. §. 9. num. 6.* Sayr. *de Cenſ. l. 1. c. 12. num. 20.* Suarez *diſput. 3. ſect. 10. num. 102.* Et hæc ſententia eſt tutior & verior; poteſt enim de facili contingere, quod impediens audito præcepto obediat.

22. Eadem vero ratione poteſt delegatus punire iniurias factas ſuo officiali ex cauſa officij, vel impedientes ſuos Miniſtros in ijs, quæ ad cauſam pertinent, vel impedientes teſtes ne ſe examini ſubijciant, & etiam poteſt falſos teſtes punire pœna extraordinaria, ſi tamen ex hoc impeditur Iudicis iuriſdictio Bald. & Panormit. *cap. Præterea num. 4. de off. delegat.* aliter vt voluit Innoc. *iuxta cap. Dilectus de pœn.* debet delegatus facere, vt huiuſmodi teſtes puniantur per Ordinarium *cap. Præterea de off. delegat.* vbi Bald. & Panormit. quos etiam teſtes à ſuo Ordinario adhuc poſſe puniri pœna ordinaria, voluit Didac. Scroi *in luce Prælat. par. 1. cap. 1. num. 99.*

23. Neceſsè tamen eſt, quod delegatus prius præſentauerit literas ſuæ delegationis, ante quarum præſentationem non habet proximam iuriſdictionem, ſeu illius exercitium, *cap. cum in Iure de off. & poteſt. Iud. de eg.* Nemo enim cogitur exequi, quæ mandantur à delegato niſi

con-

conſtito de eius delegatione *l. vn. C. de mand. Princ. & deleg.* aſſerente ſe Delegatum non creditur (etiam ſi ſit vir excelſus). Malcard. *de probat. concluſ.*494. *num.*18. Farinac. *q.*97. *num.* 52. *&* 54. Barboſ. *d. cap. cum in iure*. Et ideò delegato tam verbo quam facto reſiſti poteſt remoto ſcandalo, & pœnæ & cenſuræ ab eo latè non conſtito de eius delegatione nullæ ſunt.

24. Vbi autem agitur de probanda delegatione diſtinguendum eſt; nam vel ſumus in principio cauſę antequam delegatus incipiat cognoſcere cauſam delegatam, & tunc delegatio probanda eſt per mandatum delegantis in ſcriptura originali legitimè expreſſum R.P.D. Fag. *d. cap. cum in Iure num.*8. *vbi num.* 10. quod probatur etiam per exemplum ab originali ſolemniter ſumptum, & quod idem eſt, ſi partibus conſentientibus tam præſentibus, & non contradicentibus originale fuerit exemplatum in actis. Vel agitur de probatione delegationis poſt factum, ſcilicet, poſtquam delegatus proceſſit in cauſa ad ſuſtinendam eius ſententiam. Et tunc ſi literæ ſunt perditæ, aut delegatio facta ſit ſine expeditione literarum per vocem Superioris, delegatio probatur per teſtes, vel per partium confeſſionem, vel per aſſertionem ſuperioris delegantis. Gloſſ. *cap. cum olim el primo v. ſine reprehenſione de priuil* vbi Panormit. *in fine.* Probatur etiam ex præſentia partis non contradicentis, dum actus iuridicus efficitur, vel diuturnitate temporis, vel ſi delegatus legitimè pronunciat ſuper competentia ſui iudicij, de quibus videatur Vantius *de nullit. rubr.* 14. *num.* 8. *&* 42.

25. Si etiam quis ſit delegatus Magni Principis ſufficere, ſi ipſe aſſerat ſe eſſe delegatum, colligunt aliqui *ex cap. Nobilis* 97. *diſtinct.* Rota *deciſ.* 714 *in antiq.* Vant. *vbi ſupra num.* 45. Et nihilominus quod Cardinali dicenti ſe eſſe Legatum Papæ, quod non detur integra fides, ex Menoch. Henriquez & Sanchez aduertit Barboſ. *d. cap. cum in Iure num.* 2. ſed vt aduertit Panormit. *cap. cum olim de priuil. num.*9. vbi non agitur de præiudicio alicuius creditur probo viro ſe aſſerenti delegatum. At vero vbi agitur de præiudicio, nec Cardinali dicenti ſe eſſe Papæ Legatum neceſſario creditur, niſi literas oſtendat. Etenim vt probat R. P. D. Fagnan. *d. cap. cum in iure n.*6. Præſumptio bonitatis, qua quicquis præſumitur bonus, fallit vbi agitur de præiudicio alicuius. Et ideò idem Fagn. *num.* 51. docet Cardinali aſſerente, aliquid de mandato Papæ eſſe credendum tribus concurrentibus, ſcilicet, vt aſſertio ſit veriſimilis, & Papa ſit præſens, & ad eum facilis recurſus haberi poſſit, & aſſertio non contineat præiudicium tertij. Sufficit etiamſi per teſtes probetur, quod delegatus ſciente & tollerante Superiore, qui poterat delegare ſententiam tulit, vel ex *l. Barbatius ff. de off. Prætor.* Si probetur communis error, & quod communiter Iudex habebatur, vt delegatus, & vt Iudex competens. Vant. *num.* 4. Bict. *q.*4. *num.* 3.

26. Nam & conſiderandum eſt delegatum, dum pars non petit, non teneri & oſtendere copiam ſuæ delegationis, ſed ſufficere ſi aſſerat ſe eſſe delegatum, quæ tamen patenti oſtendenda eſt, vt per Imol. Bald. Innocen. Hoſtien. & alios *cap. Præterea de dilat.* Verum cum prima citatio mittitur ei, qui exiſtit in partibus longinquis extra Diœceſim aut Prouinciam cum prima citatione mittenda eſt copia delegationis, Farinacc. *in fragm. crim. lit. D. num.* 92. *&* 93. Barboſa *d. cap cum in iure num.* 4. plures referens. Verum quia vniuerſaliter petenti danda eſt copia delegationis; ideò cum primo citatur abſens in citatione inſerenda eſt copia delegationis, aliter citatus poterit primæ citationi non obedire, ſed copiam delegationis petere. Et nihilominus etiam cum citatur abſens, ſufficit ſi citetur per Nuncium publicum, vel notum, vt per Curſorem Papæ, Fagn. *num.* 221. Et hic diſtingui debet, quia ad hoc, vt citatus teneatur ad comparendum per ſeipſum, vel per alium ſufficit, quod in citatione Delegatus aſſerat ſe eſſe delegatum Fagnan. *dict. cap. cum in iure num.*18. Non eſt vero neceſsè, vt in citatione tranſmittatur originale commiſſionis ſibi factæ, ſed ſufficit, quod inſeratur tenor delegationis, ad hoc vt citatu teneatur comparere coram Iudice. Si tamen citatus comparens antequam reſpondeat petat ſibi oſtendi originale, tenetur delegatus illud oſtendere, aliter & proceſſus & ſententia, & excommunicatio lata contra citatum eſſet nulla. Silu. *v. Delegat num.* 5. Nauarr. *conſ.*4. *in antiq. & in nou. conſ.* 5. *de ſentent. excommunicat.* Miranda *de Iud. Ord. tit.* 1. *qu.* 2. *num.* 99. Fagnan. *vbi ſupra num.* 29. Vbi quod ſecus ſi, vel citatus malitioſè aſſerat ſe de mandato dubitare allegando mandari falſitates, vel alias rationes friuolas. Silu. *d. num.*5.

27. Cæterum nedum delegatus tenetur oſtēdere literas delegationis, ſed etiam dare illius copiam parti *cap. Accepimus, cap ex literis de fide inſtrument. cap. cum perſonæ de priuil. in* 6. Fagnan. *d. cap. cum in Iure num.* 23. Et hæc exceptio defectus iuriſdictionis delegati dari poteſt poſt litem conteſtatam; imo poſt ſententiam, niſi pars fuit præſens prolationi ſententiæ, & non contradixit, vel niſi ante litis conteſtationem comparuit, & non oppoſuit, ſed ſi pars fuit abſens etiam contumaciter, poteſt opponi hæc exceptio, quæ onus probandi transfert in aduerſarium; ſed nedum parti, ſed & Ordinario loci petenti oſtendere debet delegatus ſuum, mandatum, & ita quod aliter Ordinarius inpunè de facto poſſit illi reſiſtere. Fagnan. *n.*32.

28. Ideò delegatus ad fugiendas lites, & dilationes prius debet commiſſionem ſuam oſtendere ſuperiori loci, vbi aſſumere debet informationes, & etiam regiſtrari facere. Et Regulares prius publicè in Conuentu, ad quem deſtinati ſunt debent facere legere, vel ſi ſint delegati ad vniuerſitatem Cauſarum ſaltem in vno Conuentu Prouinciæ, ad quem miſſi ſunt, & vlterius debent in principio proceſſus inſerere

teno-

errorem delegationis,declarando deſtinationem Actuarij in illa Cauſa, & inſuper iuxta ſui ordinis leges alia ſeruare, quæ ad notificandam Iuriſdictionem ſtatuta ſunt. Vbi verò Delegatio ſit ſufficienter notificata, vel ſit notoria delegati Iuriſdictio, obediendum eſt Delegato, & ipſe poteſt compellere ad ſui obedientiam ſubditos, & contra impedientes ſuam Iuriſdictionem defendere.

29. Delegatus autem Iudicis inferioris ſuam ſententiam exequi non poteſt, ſed lata ſententia eius Iuriſdictio expirat. Delegatus tamen Papæ, aut Principis, ſuam ſententiam exequitur, intra annum tamen à die latæ ſententiæ, in quo tempore poteſt eiuſdem ſententiæ executionem committere ordinario. Panormit. *in cap. querenti de off. delegat. n.6. & 7.* & ibidem alij DD. quos cumulat Barb. *n.2.* Hinc eſt quod delegata cauſa ab inferiori Iudice non intelligitur delegata eius executio, niſi id fuerit expreſſum. Et tamen aduertit Barb. *d. cap. querenti nu. 7.* quod executione facta, ſi victus iterum rem occupet, poterit Iudex delegatus iterum cauſam cognoſcere, & debitæ executioni ſuam ſententiam mandare.

30. Tandem aduertendum, quod Ordinarius, delegato iniuſtè, notoriè, & nulliter agenti reſiſtere poteſt, etiam ſi ſit Delegatus Papæ, vel Principis, *cap. ſollicitudinem de appellat.* Et ſic Ordinarius poteſt obuiare, vt factum Delegati iniuſtum, aut nullum; non ſortiatur effectum; & ita quod poteſt reſiſtere violenter, quia reſiſtit tamquam priuato Gloſſ. *in cap. ex literis v. denuncietis de off. Deleg.* Panorm. *cap.ſi quando eodem tit. num. 2.* Marant. *diſput. 1. num. 25.* Et ſic ſi delegatus omiſſa forma iudiciali velit extraiudicialiter non facto proceſſu procedere ad executionem, poteſt Ordinarius illi reſiſtere, quia in hoc excederet terminos ſuæ Commiſſionis, niſi id ſpecialiter fuiſſet illi conceſſum. Panormit. *d. num. 2.* Et vbi Delegatus procedit iudicialiter, ſi grauamen eſt irreparabile per appellationem, & Delegatus vult illud exequi v.g. de occidendo, & mutilando, poteſt Ordinarius indiſtinctè ei reſiſtere, & idem facere poteſt, vbi non agitur de damno irreparabili, ſi ſententia notoriè ſit iniuſta, vel nulla, vel ſi ab ea fuit appellatum appellatione pendente, ſi certum eſt appellationem validam eſſe. Panormit. *d. num.2.*

31. Puniri etiam poteſt ab Ordinario Delegatus etiam Papæ, ſi delinquat extra officium ſuum, vt puta fornicando, occidendo &c. Et etiam ſi delinquat in officio, excedendo, & abutendo in iudicando, non tamen ſi excedat ſolum in fabricatione proceſſus. *Auth. Si qua in Prouincia C. vbi de crimine agi oportet,* vt ex Farinac. *in fragm. Crimin. lit. I. num. 973. & ſeq.* habet Bictus *q.2. num. 15.* Quomodo autem etiam ſubditus poſſit ſe defendere contra Iniuſtitiam Delegati, & aliorum patrocinium implorare, latè declarant Marta *diſput. 1.* & Farinac. *in fragm. lit. I. à n.973.* Franc. *cap. Dilecto in fin. de ſent. excom.*

32. His præmiſſis de Delegatis in communi, dicitur; quod apud Regulares Delegati ſunt, quibus ab Ordinarijs Prælatis committitur Iuriſdictio, vt ſunt Vicarij, Commiſſarij, & Viſitatores. Ex iis verò Delegati ad Vniuerſitatem cauſarum ſunt Vicarij, vel totius Ordinis in abſentia Generalis, vel Vicarij Generales Prouinciarum, ſeu Conuentuum, & Viſitatores in Ordine Prædicatorum. Delegati ad Vniuerſitatem cauſarum cenſendi ſunt etiam Vicarij nationales in terminis Conſtit. *diſtinct. 2. c. 3. §.12.* Et Vicarij, qui dicuntur in Capite, & ſunt Vicarij etiam ſupra Priorem dati à Generali, aut Prouinciali. Eis enim commiſſa eſt generalis Gubernatio Conuentus. Tales enim ſunt Vicarij Conuentuum, aut Suppriores in abſentia Priorum, ſi tamen illis generalis gubernatio Conuentuum committitur. Vicarij verò Priorum in Conuentibus, aut Suppriores præſente Priore, cum non habeant Iuriſdictionem externi fori, non ſunt ad Vniuerſitatem Cauſarum Delegati, ſed ſolum ad gubernium Æconomicum, quale competit etiam Priorîſſis Monialium, quæ tamen nullam Iuriſdictionem habent, & ideo huiuſmodi Vicarij, aut Suppriores, etiam in abſentia Prioris non habent Iuriſdictionem niſi talem, & tantam, qualis & quanta ſibi conceditur à Priore, & non poſſunt dici Delegati ad Vniuerſitatem Cauſarum, niſi generalis Iuriſdictio ſibi fuerit commiſſa.

33. Delegati autem à Magiſtro Generali ad ſpeciales cauſas poſſunt ne dici Delegati à Principe, vt ſic poſſint Subdelegare? Affirmat de Bict. in Epit. *q. 2. num. 7.* quia Generalis apud Regulares ſit vt Princeps. Verum aduertendum quod in hac materia Princeps ſignificat Iudicem, qui non habet Superiorem. At verò Generales habent Superiorem etiam in linea ſtatus Regularis, quia ſubiecti ſunt Summo Pontifici, vt Supremo Regularium Prælato, & ideo Delegati à Generali, nec dici poſſunt Delegati Principis, nec poſſunt ſubdelegare.

SVMMARIVM.

34 *Iudex in dubio non poteſt ferre ſententiam; ideo Iuſtitia diſtributiua & Legalis non eſt contenta qualibet probabilitate; ſed requirit certitudinem ſaltem moralem.*

Reus non poteſt damnari, niſi ſit delinquens notorius, vel conuictus, vel Confeſſus. ibid.

35 *In dubio facti Iudex tenetur ſequi opinionem certam, vel quæ fauet Reo.*

Iudex non poteſt damnare Reum ad pœnam ordinariam, niſi delictum ſit prorſus plenè probatum. ibid.

36 *Quomodo Iudex ſe debeat gerere in dubio Iuris.*

37 *Quamnam opinionem ex duabus probabilibus, vel vna probabili, & altera probabiliori debeat ſequi Iudex.*

38 *In Iudicio criminali non videtur poſſe dari opiniones æquè probabiles, ſed illa quæ fa-*

Digitized by Google

ret Reo; & benignior eſt, dicitur probabilior.

39 *Iudex non ſemper tenetur iudicare ſecundum opinionem magis communem, & in ſententia aliorum probabiliorem.*

40 *Opiniones ex principijs intrinſecis examinandæ ſunt, & illa quæ ex illis verior eſt, debet ſequi.*

41 *Opinio quæ ſit communis, ſeu communior, & ſit de ſtylo, ſeu conſuetudine Iudicantium, & non habeat contra ſe motiuum forte, & vrgens non eſt cenſenda probabilis, ſed certa moraliter, & ſecundum illam Iudex Iudicare debet.*

Quæ nam dicatur opinio communis, ibid.

42 *Quando ſunt opiniones oppoſitæ, quæ ſint communes, & ex conſuetudine diuerſorum Iudicum approbatæ, quomodo Iudex debeat procedere etiam quando periculum eſt in mora, & ſeqnent.*

ARTICVLVS IV.

Quam opinionem ſequi debeat Iudex in fabricando proceſſu, & ſententiando in cauſa criminali contra Reum.

34. CVm DD. valde inter ſe diſſentiant, an liceat ſequi opinionem probabilem etiam relicta probabiliori, in propoſito noſtro non ſolum conſiderandum eſt in genere, an aliquid ſit magis, vel minus probabile, ſed præcipuè attendi debet, quid exigat virtus particularis, cuius eſt elicere, vel imperare actum, de quo eſt quæſtio, vel lis, an actus ille liceat, vel non liceat. Et in propoſito hoc conſiderandum eſt, quod iuſtitia diſtributiua, & legalis, non eſt contenta qualibet probabilitate, ſed requirit certitudinem, ſaltem moralem, vt non puniatur Reus, niſi conſtet certè de delicto certitudine proportionata, vel ad pænam ordinariam, vel extraordinariam infligendam. Quod enim Iudex in dubio non poſſit ſententiam ferre cum D. Tho. 22. q. 60. a. 2. docent communiter Theologi, & Iuriſperiti *in l. Admonendi* poſt Bart. *ibi num. 19. ff. de Iur. iuran.* Vnde quod non liceat Iudici iudicare, & aliquem ex ſuſpicione punire, & ſi id faciat eum mortaliter peccare docet idem D. Tho. *d. q. 60. a. 3.* Et ideo certum eſt non poſſe Reum damnari, niſi ſit delinquens notorius, vel conuictus, vel confeſſus, & vniuerſaliter niſi contra illum reſultet talis probatio, quæ ſufficiat ad condemnandum, vt explicat Clar. *§. fin. q. 22. & 61.* Et ſi probatio contra Reum non ſit plena, ille debet abſolui ex regula; *Eum qui accuſare ff. de eden.* quæ regula maximè attendi debet in Criminalibus; ita quod ad hoc vt Reus debeat abſolui ſufficiat, ſi nihil contra illum ſit probatum, *cap. Vnico, Vt Eccleſiaſtica beneficia. Et in Clement. ſæpè, de Verb. ſignif.* etiam in Summario iudicio ſunt neceſſariæ legitimæ probationes.

35. Dicendum propterea primò, quod in dubio facti, Iudex tenetur ſequi opinionem certam, vel quæ fauet Reo, & ſic nedum admitti non debet, quod Iudex ex opinionibus æquè probabilibus poſſit ſequi quam maluerit, ſed neque verum eſt, quod poſſit ſequi opinionem magis probabilem, ſed vel certam debet ſequi, vel quæ fauet Reo, ita quod ex facto incerto ea certitudine, quam lex requirit, non poſſit aliquid contra Reum decernere, prout docent Fagn. *cap. ne innitaris num. 158. & ſequent. de Conſtit. Mercor. in praxi opin. probab. 2. p. a. 17.* Philippus de Bictis in Epit. *q. 140. num. 17.* Et apud eum Meroll Leon. Palaus, & Salas, Petrus de Angelis in Comp. *Ord. Iud. 1. p. cap. 25. n. 5.* Quamobrem Iudex non poteſt Reum damnare ad pænam ordinariam, niſi delictum ſit prorſus plenè probatum, nec ad extraordinariam, niſi certum ſit adeſſe talem probationem, quam lex requirit, nec ad torturam, niſi certum ſit adeſſe ad illam ſufficientem probationem, nec ad inquiſitionem ſpecialem, aut alios ſimiles actus, niſi certum ſit in facto adeſſe indicia ad id à lege requiſita. Non enim Reus poteſt priuari re ſua, aut in proprio ſibi damnificari iuſtè, niſi ex iuſta, & certa cauſa.

36. Sed loquendo de dubio Iuris, videndum eſt ex quo iure, & ex qua virtute Iudex teneatur iudicare iuſtè, quantum ſit ex parte ſua. Eſt vero conſiderandum, quod iniuſtum iudicium inuoluit etiam iniuſtitiam oppoſitam commutatiuæ iuſtitiæ, pro quanto aufert, ſeu damnificat aliquem in re ſua. Et ita Iudex ex iuſtitia commutatiua tenetur non inferre damnum Reo, niſi ſatis conſtet de eius demerito vt dictum eſt, ſed tamen iudicare per ſe eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ, ad quam pertinent bona communia particularibus diſtribuere, vt docet D. Thom. *22. q. 61. a. 1. & 2.* Et ideo iuſtitia vindicatiua ſpectat per ſe ad iuſtitiam diſtributiuam. Eius enim eſt pœnas diſtribuere ſeruata æqualitate proportionis pœnæ ad demeritum; quamobrem per ſe loquendo tenetur Iudex ex obligatione iuſtitiæ diſtributiuæ, & etiam iuſtitiæ legalis, quæ reſpicit bonum commune, & ex fidelitate, ſeu debito ſui officij inquirere veritatem, & vt cognoſcat, quid lex iubeat, obſeruare ab initio proceſſus vſque ad perfectionem illius.

37. An vero Iudex ex duabus opinionibus æquè probabilibus, poſſit ſequi quam maluerit, vel poſſit reiecta probabiliori ſequi minus probabilem, ex ijs quæ latius explicaui *tom. 1. de ſtat. q. 186. a. 8. inſpect. 3. dub. 1. nu. 246. & ſeq.* hic pauca adducam. Et ideò primo dico non licere iudici non examinatis opinionibus contrarijs, & facta poſſibili diligentia, vt cognoſcat, quænam ex illis ſit vera, alteram ex illis ſequi, ex hoc ſolo, quod à DD. iudicatur probabilis. In hoc enim caſu, ſi opinio, quam ſequitur eſt falſa, non excuſatur à culpa, quia eius ignorantia non eſt inuincibilis, ſeu probabilis, cum non fecerit quod potuit, & debuit, quia veritatem non quæſiuit, & inuenire non

cura-

Digitized by Google

curauit, & opinionem aliorum ſequutus fuit, non examinata opinione per principia intrinſeca. Iudex enim, qui eſt medius inter Reum, & fiſcum; & debet iuxta exigentiam boni communis, & iuſtitiæ diſtributiuæ iudicare, debet facere quod poteſt, vt iudicet ſecundum legem, & ex conſequenti, vt veram intelligentiam legis acquirat, & ex illa iudicet, & ſi id non facit deficit in officio ſuo, & hoc eſt quod voluit D. Thomas quodl. 8. a.13. & tenent DD. probabilitati contrarij. Et hoc eſt adeo verum, vt nec liceat Iudici in conſcientia ſequi opinionem, quæ iudicatur probabilior, aut communis, ea non examinata, ſaltem ſi habeat aliquod motiuum graue contra illam, & in concurſu opinionum contrariarum ſæpiſſimè DD. vtriuſque partis ſuam opinionem dicunt communem. Et amplius communes opiniones, quæ circumferuntur, vt probabiliores poſſunt eſſe falſæ. Non ſatisfacit ergo muneri ſuo Iudex, ſaltem, ſi habeat graue motiuum in contrarium, ſi opinione communi, aut ab alijs iudicata probabiliori, illam non examinet, & videat, ſi in rei veritate ſit verior, & probabilior.

38. Dicitur ſecundo, quod in Criminalibus vix poſſunt dari opiniones contrariæ, quæ ſint æquè probabiles, quia vel illarum vna erit communior, aut probabilior, aut in praxi magis acceptata, vel ſaltem Reo fauorabilior, aut è contra. At verò in Iudicio Criminali illa opinio eſt probabilior, quæ eſt benignior, & magis fauet Reo. In pœnis enim benignior interpretatio eſt facienda *cap. 59. de regul. iuris. in 6.* Et ſic præſumptio, & coniectura illa eſt fortior, & magis Iuri communi conformis, quæ eſt benignior, & hæc eſt præferenda. D. Thom. *p. 2. q.107. a.6.* Ex Iure Conſulto *l.1. tit. 3. l. 24.* Et ſic in Criminalibus non intrat illa quæſtio, an ſtantibus opinionibus æquè probabilibus, Iudex poſſit ſequi, quam maluerit, quia quæſtio eſt de ſubiecto, non ſupponente, quia omnibus alijs penſatis in dubio, opinio quæ magis fauet Reo eſt magis probabilis, & ius potius nocentem abſolui, quam innocentem damnari approbat.

39. Dicitur tertio Iudicem abſolutè, & in conſcientia nec teneri iudicare ſecundum opinionem magis communem, vel ex opinione aliorum magis probabili, nec eam, quæ fauet Reo, ſed illam, quam examinatis, ne dum per principia extrinſeca, & DD. multitudine, aut auctoritate petita, ſed per principia veritatis intrinſeca, quæ ſunt principia Iuris naturalis, diuini, & poſitiui, iudicauerit veriorem, & probabiliorem, quod idem eſt ac dicere, quam omnibus penſatis abſolutè iudicauerit veram. Quod enim non ſit neceſſe abſolutè ſequi opinionem communem, neque ex ſola multitudine DD. approbantium aliquam opinionem, colligenda ſit rei veritas, habetur ex *cap. 1. de ijs, quæ fiunt à maiori parte, & ibi gloſſ. v. rationabiliter.* Panormit. *in penult. not. & conſ. 1. in fine lib.1. & in cap. Capellanus in 2. col. & cap. ſanè quippe, diſtinct. 9. & l. 1. §. ſed neque C. de veteri Iure Enucl.* & docent Hoſtienſ. *cap. 1. de conſt. in fine, & ibi* Io: Andr. *in fine.* Menoch *de arbitr. iud. l.2. caſu 339. num. 21.* Sylu. *v. opinio num. 2.* Nauar. *conſ. 9. num. 3. de fil. Presbit.* & alij plures, quos refert, & ſequitur Fagn. *cap. Ne innitaris de conſtit. num. 346.*

40. Sed pariter non eſt neceſſe ſequi opinionem ex hoc, quia illa apud hunc vel illum, vel illos ſit probabilior, nedum quia hoc eſſet operari ex fide humana, & ſe habere ſicut pecora, quæ ſine iudicio vnum ſequuntur, ſed quia multæ ſunt opiniones iudicatæ probabiliores, quæ in rei veritate nec ſunt probabiles, ſed imò improbabiles, ſimiliter plures etiam inueniuntur opiniones Reis fauorabiles, quæ verè ſunt contra Ius; non ergo ex eo præcisè quod opinio ſit vel communis, vel apud alios probabilior, vel fauorabilis Reis licet eam ſequi, ſed opiniones ex principijs intrinſecis examinandæ ſunt, vt eorum veritas habeatur. Vnde etiam eſt communior ſententia DD. quod non ſit eligenda ſententia communis in concurſu verioris, & probabilioris, quam tenent *gloſſ. in cap. 1. nu. 4. v. rationabiliter de conſt. Panormit.* & alij plures, quos refert & ſequitur Fagn. *d. cap. Ne innitaris num. 343. de Conſtit.*

41. Et nihilominus dicitur quarto, quod opinio habens has duas conditiones, ſeu tres, nimirum, quod ſit communis, ſeu communior, & ſit de ſtylo, ſeu conſuetudine iudicantium, & non habeat contra ſe motiuum fortè, & vrgens non eſt cenſenda probabilis, ſed moraliter certa, & Iudex ſecundum illam debet iudicare. Aduertendo tamen quod communitas opinionis non debet attendi ex multitudine DD. qui illam ſequuntur, quia DD. illi, qui non examinant opiniones, ſed tanquam pecora ſequuntur alios, nec probant ſuas aſſertiones, niſi citando alios DD. & ſæpè ſine conſideratione, & falſo non magnifaciendi ſunt, & vnus ex DD. claſſicis, & qui non loquuntur ex ore, ſeu mente aliorum tantum, ſed opinionem examinant, & per leges, & rationes ſua dicta probant, præponderat pluribus ex alijs. Ideo illa opinio eſt communior, vt dixit Fagnan. *cap. 1. ne innitaris num. 348. de Conſtit. quam ſex, vel 7.* DD. Claſſici tenent, quam ſit illa, quæ eſt approbata à multo pluribus illorum, qui ſoli auctoritati aliorum innituntur. Et de hoc habetur, *text. in cap. in noſtra de teſt. & in l. prima §. Neque ex multitudine auctorum C. de ver. iuſt. enucl.* Panormit. *cap. Prudentiam in princ. de off. Delegat.* Sanchez *in ſumma l.1. cap.9. num. 9. & l.3. de matr. d.44. num.2.* Philippus de Bict. in Epit. *q.143. num. 2.* Sic ergo communior opinio eſt, quam ſequitur maior numerus DD. grauium, & Claſſicorum, vt colligitur etiam ex *cap. in Canonicis Scripturis 19. diſt.* Hæc igitur opinio ſi ſimul ſit comprobata praxi, & conſuetudine iudicantium, & contra illam non ſit motiuum fortè, debet in moralibus haberi tanquam ſecura, & certa. Et in hoc ſenſu vera eſt ſententia docens iudicem in

iudicando ſequi debere opinionem communem, & illam præ non communi eligrre, quod docene Menoch. *de arbitr. l. 2. caſ. 3*:9.*num.* 21. Sanchez *l.* 1. *Decal. cap.* 9. *num.* 37. Afer. Fellin. Malder. Poriel. Laiuer. Icill. quos refert Diana *p.* 2. *tract.* 13. *reſ.* 3. & communiter DD. *in cap.* 1. *de Conſtit.* Philippus de Bictis in Epit. *q.* 143. *num.* 2. Et aduertendum, quod opinio hæc communis regulariter eſt etiam communis in praxi, regulariter enim Iudices iudicant ſecundum communem opinionem, & rarum eſt, quod habeat contra ſe motiuum graue, quia hoc fuiſſet conſideratum à Doctoribus grauibus, qui illam ſequuntur. Non poteſt vero negari, quod hæc opinio non ſit tuta, & moraliter certa, quia in Iudicio humano non poteſt non haberi, vt certum id, quod & in ſcriptis, & in praxi docent communiter DD. graues diligentiſſimi, veritatis inueſtigatores, & contra quos ratio vrgens non militat.

42. Sed quid faciendum, ſi opiniones oppoſitæ dicantur communrs, imo & conſuetudine diuerſorum Iudicum approbatæ? Iam ſumus in caſu, in quo Iudex non magni faciens DD. vtriuſque ſrntentiæ debet illas ſecundum principia intrinſeca examinare, & ex principijs Iuris de illarum vrritare decernere. Quod ſi id diligenter faciat, vt plurimum inurniet alteram ex illis opinionibus eſſe abſolutè veram, & amplectendam, & alteram fallam, & trijciendam. Ad hoc enim vt opinio, quæ ex probabilibus deducitur, habeatur, vt abſolutè vera, & quod tutè, & in conſcientia quis poſſit illam ſequi ex vniuerſali conſenſu DD. ſufficit quod habeat fundamentum graue, & conſidrrabilis momenti, & quod contra illam nihil adſit, quod conuincat intellectum ad rrcedrndum ab illa. At verò ſic eſt quod DD auctoritas ſola ſine rextu legis, & ratione; non ſufficit ad conuincendum, maximè nunc temporis; & maximè hoc conſiderato, quod ex DD. multi opiniones non examinant, ſrd in fide aliorum loquuntur: & vlterius eorum alij ambiunt ſententias laxiores inducere, & alij ſeueriores ſequi. Ponderandæ igitur ſunt rationes, quæ pro ſententia adducuntur, & ſi hoc fiat fideliter, ſæpè inuenietur; rationes, quibus vna opinio contra aliam ſe fundat, vel fundari ſuper falſis principijs, vel opinantes legis verba non conſideraſſe, aut non intellrxiſſe, vel non obſeruaſſe omnes leges, quæ ſunt circa materiam, de qua agitur, vel non inſpexiſſe regulas, quæ iura pro lrgum interpretatione tradiderunt, vel alio modo defeciſſe; & idro etiam inuenietur quod vnius ex opinionibus rationes non habent vim in rei veritate, vt conuincant, vel inducant intellectum ad hoc; vt ab oppoſita ſententia recedat, cuius rationes habent vim, & detrrminant intellectum ad hoc vt abſolutè iudicet illam opinionem veram eſſe. Iudex ergo, & quicumque alius debrt prius opiniones examinare, & vbi inuenerit alteram ex illis moraliter, & humano modo eſſe veram, illam ſequi debet.

43. Sed vbi examinatis opinionibus, quis non inuenit motiua quibus intellectus conuincatur, aut determinetur ad hoc vt abſolutè alteri earum adhæreat determinatè alia relicta, cum ex DD. alij dicant quod Iudex etiam relicta probabiliori poſſit iudicare ſecundum minus probabilem, alij vero quod tenetur ſrqui probabiliorem, videndum eſt qualis exceſſus probabilitatis ſit in ea, quæ dicitur probabilior. Si enim iſte exceſſus eſt magnus, & notabilis, & talis, vt æquipolleat certitudini morali, vel ad illam valde ſe approximet, potius Iudex in Criminalibus amplecti debet opioionem probabiliorem, vt doceot Sot. *lib.* 3. *de iuſt. q.* 0. *a.* 5. *ad quartum*, Baones 22. *q.* 63. *a* 4. *dub.* 1. Ledeſm. 2. *p.* 4. *q.* 14. *a.* 6. Vaſq. *p.* 2. *q.* 19. *a.* 6. *diſput.* 64. *c.* 2. *n.* 5. Sanchez *in ſum. l. p cap.* 19. *n.* 47. Fagn. *d. c. innitaris de conſtit num.* 355. & apud eum Loymart. Malden. Filliue. Bece. & Tanner. Sed conſiderandum eſt, quod vbi detur exceſſus iſte probabilitatis, iam opinio iſta probabilior talis erit, vt Iudicanda ſit abſolutè, vt vera, & vt talis amplectenda.

44. Vbi ergo examinatis opiniooibus intellectus non conuincitur, aut drterminatur, vt abſolutè adhæreat vni ex oppoſitis opiniooibus, ſed adhuc manet dubius licet nonnihil magis incliuet in vnam partem, quam in aliam ſecundũ Philip. de *Bict. d. q.* 143. *à n.* 11. cui cõſentit *Eliſeus tr.* 4. *q.* 13. *num.* 7. datur Iudici Cooſilium, vt in opinionum conflictu, illam ſequatur, quæ conſuetudine eſt approbata, & hac ceſſante, eligat eam, quæ aliquo Iure probatur, & his deficientibus ſequatur eam, quæ efficaciotibus rationibus munitur, item eligatur illa, quæ eſt benignior, magiſque pia, honrſtior, & quæ eſt iuxta æquitatem, & quæ eſt fauorabilior, & facit quod res non pereat. Item eligat eam, quæ fauet Reo, & quæ à pluribus Doctoribus eſt comprobata; & ſic concludit, quod ſi non de præcepto, ſaltem de conſilio iudex tenetur ſequi communem, & probabiliorem opinionem. Sed hæc enumerata omoino conſideranda ſunt à Iudice, vt videat quid abſolutè facere debeat. Nam multa ſunt ex recenſitis, quæ pênſatis penſandis mouere poſſunt Iudicem ad hoc vt vnam ex opinionibus, vt abſolutè veram, & neceſſario amplectendam eligat.

45. Conſiderandum igitur eſt, quod vbi intellectus vere manet dubius, quamuis aliquo modo magis inclioet in vnam partem, quam in aliam, iudex recurrere debet etiam ad circumſtantias extrinſecas, & vti Epycia, quæ ſi locum habet in lege certa, ita vt ex illa liceat contra legem certam agrre, vt cum D. Tho. 2. 2. *q.* 121. *n.* 1. tradunt communiter DD. multo magis, & facilius in lege incerta, et dubia. Et ideo bene Mercorus in praxi parte ſecunda *cap.* 17. dixit quod in æqualitate opinionum Iudex conſideratis circumſtantijs loci, et temporis debet eligere id, quod ſibi conuenientius hic, et nunc apparet. Itaque et ego admitto quod vbi prnſatis penſandis opiniones oppoſitæ ſunt æquè probabilrs,

Digitized by Google

biles, vel ſi vna eſt probabilior, hæc inæqualitas non eſt tanta, quæ conuincat, vel determinet intellectum, ad hoc vt abſolutè approbet alteram ex oppoſitis opinionibus, ſed relinquit intellectum perplexum & dubium, lex non obliget, ſed res maneat indifferens,& opinans ſit liber, vt ſecundum vnam vel alteram opinionem agat, vt latè explicaui *d. tom.* 1. *de ſtatibus q.* 186. *a.* 8. *à n.* 256. Sed nihilominus dico primò quod loquendo præcipuè de Iudice,& Criminali nō eſt de conſilio conſiderare,an lex faueat Reo,vel nō faueat, ſed eſt de præcepto, quia contra Reum non poteſt deueniri ad infligendum aliquod dānum, niſi ex certo demerito, & ex cauſa quæ ſit iuſta & certa, & ex diſpoſitione certa, & regula Iuris; igitur vbi aliàs ſit incertum, an lex hoc, vel illud iubeat, hoc ex Regula illa certa eſt iudicandum, quod in pœnis mitior debet fieri interpretatio *cap.* 59. *de reg. iur. in* 6. Et quod iuſtitia petit, quod non procedat Iudex ad inferendum damnum tertio ex propria electione & voluntate, ſed ex Iure, & Iuris ordine ſeruato. Ex iuſtitia igitur tenetur Iudex in dubio interpretari legem, vt faueat Reo, & vt illi non noceat, illumque non priuet Iure ſuo. Et hoc eſt ſummè neceſſarium, vt ex ſola propria voluntate Reum non damnet; igitur tenetur Iudex eligere opinionem quæ fauet Reo.

46. Et præterea vel ex iuſtitia,vel ex aliqua alia virtute tenetur Iudex conſiderare circumſtantias negotij. Et numquid data æqualitate opinionum affirmantium, & negantium, quod Iudex poteſt capere Reum in alieno Territorio, poterit Iudex mandare, vt capiatur Reus in Territorio magni Principis imminente periculo mortis alicuius Miniſtri vel alterius ſcandali? At in propoſito noſtro hoc ſemper Iudex debet conſiderare, an ſi ille non ſequatur opinionem, quæ fauet Reo, immineat periculum, vt cauſa cum infamia maxima Religionis deducatur ad forum extra ordinem, vel immineat periculum, vt Reus, qui verè meretur pœnam euadat abſolutus ex eo, quod Iudex ad quem ſit alterius opinionis. Nam & ſcire debet, quod opinio quæ vult, quod in dubio iudicet ſequendo opinionem, quæ fauet Reo, eſt valde rationabilis & communis. In dubio Iuris igitur Iudex ceteris paribus tenetur ſequi opinionem, quæ fauet Reo.

47. Sed quid dicendum, ſi ſit periculum in mora, & Iudex non habet commoditatem, vel tempus examinandi merita opinionum? In hoc caſu Mercor. iudicat, quod Iudex tenetur ſequi opinionem probabiliorem,quia aliter Iudex non faceret quod in ſe eſt, vt vitaret errorem; ſed ego hoc omninò non negando dico, quod tunc Iudex ex notitia quam habet, & ex conſideratione ſibi poſſibili debet facere, quod omnibus pro poſſibili penſatis ſibi videretur eſſe verum, & ſecurum, vt nec ſe exponat periculo nullitatis proceſſus, & iniuſti damni illati Reo, vel alteri. Et ſemper aduerto, quod ſi probabilitas maior non eſt tanta, quæ poſſit determinare intellectum ad abſolutum aſſenſum, ſed relinquat intellectum verè perplexum, vel dubium non eſt neceſſitas ſequendi probabiliorem, & quod hæc inæqualitas probabilitatis non neceſſitat ad ſequendam opinionem magis probabilem. Et iterum quod accipi debet opinio, quæ fauet Reo.

48. Sed quid ſi Iudex non ſit peritus in Iure, & non ſit aptus ve examinet merita opinionum? Iſte ſi mora id permittit, conſulat Supremum Senatum. Si verò caſus non patitur moram, ſequatur communem opinionem, & praxim Tribunalis, ſeu conſulat Peritos, ſi habet paratos, & tandem videat quænam ex opinionibus ſibi verior videtur, & quid omnibus pēſatis ſibi videtur eſſe magis ſecurū hic & nunc, & illud faciat.Sed aduertat hic Iudex,quod ſi dubium non eſt ex eo quod penſatis penſandis in rei veritate dubium ſit, quænam ex illis opinionibus, ſed ex ignorantia illius, non tam de facili excuſabitur à peccato, ſi erret.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit recuſatio Iudicis.*
2 *Huius nominis Ius, multiplex ſignificatio.*
Quid ſit Ius naturale. ibid.
4 *Iudicis ſuſpecti recuſatio non eſt de iure naturæ præceptiuo.*
5 *Dicitur tamen Iudicis recuſatio de iure naturæ negatiuè, & num* 6.
7 *Recuſatio Iudicis ſuſpecti ſimpliciter eſt de iure poſitiuo, licet ex genere poſſit dici de Iure naturæ, & num.* 8. & 9.
10 *Ad quid teneatur Iudex recuſatus vt ſuſpectus ſpectato iure naturali.*
11 *Cauſæ ad recuſandum Iudicem, vt in plurimum fundantur in præſumptione.*
12 *Quare recuſatio Iudicis ſuſpecti ſimpliciter ſit remedium, aut defenſio legalis, ciuilis, ſeu Canonica.*

QVAESTIO III.

De ijs quæ impedire poſſunt Iudicem ne in cauſa procedat, & præcipuè de Iudicis recuſatione.

ARTICVLVS I.

Quid ſit Iudicis Recuſatio, & an ipſa ſit de Iure naturæ.

1. Recuſationem eſſe Iuriſdictionis ſeù Audientiæ cauſa ſuſpicionis propoſitam declinationem dixit Speculator *tit. de recuſat. par.* 1. §. 1. & ſequuntur communiter DD. *in leg. Apertiſſimi C. de Iudic. & in cap. ſuſpicionis* 39. *de off. deleg. & in cap. ſecundo requiris* 41. & *in cap. Cum ſpeciali* 61. *de appellat. & in cap. quod ſuſpecti.* 15. 3. *q.* 5.

2. Sed difficultas eſt,an huiuſmodi recuſatio ſit de Iure naturæ. Hoc autem nomen *Ius* multipli-

tiplicis eſt ſignificationis, & diſtinguitur in præceptiuum, & dominatiuum. Illud idem eſt, quod lex præcipiens, & diſtinguitur in Ius naturale, & poſitiuum. Ius vero naturale nihil aliud eſt, quàm impreſſio Diuini luminis in nobis, iuxta illud Pſalm. 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine?* Vnde nihil aliud eſt quam rectæ rationis naturale dictamen, & participatio legis æternæ in rationali creatura. D. Thom. *p. 2. q. 91. ar. 2. c.* Sed Ius dominatiuum idem eſt quod rei dominium, & eſt facultas vtendi liberè aliqua re, quam facultatem, ſi quis habeat à natura dicitur Ius naturæ, & hoc Ius ſpectat ad materiam, & obiectum Iuris & legis naturalis, & coincidit cum iuſto, quod eſt Iuſtitiæ obiectum. Et hoc modo de Iure naturæ eſt, vt vnuſquiſque viuat, comedat, dormiat, & alia agat, quorum homo à natura dominium habet. Vide Suarez *de leg. lib. 2. c. 14.*

3. Dubium igitur poteſt eſſe primo, an recuſatio ſit de Iure naturæ præceptiuo? Et affirmatiuam ſententiam habent illi, qui tenent, quod ſubditus recuſationi Iudicis non poſſit validè renunciare, quod voluit Paſqual. *deciſ. 349. nu. 6.* Eo quia ſit contra bonum commune, quod in cauſis non ſeruetur Ordo eſſentialis Iuſtitiæ. Si enim huic Iuri non poteſt validè renunciari; Igitur hæc renunciatio eſt contra legem; quia quod nulli legi aduerſatur eſt res indifferens poſita in hominis poteſtate.

4. Sed dicitur, quod recuſatio Iudicis ſuſpecti non eſt de Iure naturæ præceptiuo, & quod proptereà poteſt ei & validè & licitè renunciari. Panorm. *in cap. inter Monaſterium 20. de re iud. num. 3.* & ex Didac. Perez, Rodriguez, & Maranta, Formoſ. *in cap. ſi quis contr. 4. quæſt. 42. num. 1. de foro compet.* Quoniam iuri pro ſe introducto poteſt quilibet renunciare *l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis.* Nam & virtutis eſt voluntariè ferre iniurias, & damna, quando virtus fortitudinis, aut patientiæ id expoſtulat. Vtraque enim virtus eſt, per quam quis animo forti aduerſa ſuſtinet, & voluntariè patitur. D. Thom. *2. 2. q. 123. & 136.* Et in propoſito adeò verum eſt, quod recuſationi Iudicis ſuſpecti poteſt renunciari, quod vt infra probatur de facto cenſetur illi renunciatum, ſi qui Iudicem recuſauit iterum coram illo comparet. Nec ratio in oppoſitum valet, quæ ſi probaret, patientiæ virtutem tolleret; qui enim patitur iniurias non eſt cauſa quod alius iniuſtè agat, ſed ex cauſa iuſta alterius iniuſtitiam permittit & patitur, quod non eſt contra bonum commune, ſed bono communi valde fauet, cum in patientia ſua Chriſtifideles animas ſuas poſſideant. Ideò nedum perſona priuata, ſed tota vna Religio renunciare poteſt recuſationi iſti ad euitandas lites iurgia, & diſciplinæ Regularis relaxationem, quæ ex huiuſmodi recuſatione, & iuris apicibus, & ſolemnitatibus conſurgit, vt teſtatus fuit. Bonifac. VIII. *in Conſtitut. ſua 2. in Bullario Rom.* & infra magis explicabitur. Itaque non recuſare Iudicem ſuſpectum, non eſt de præcepto legis naturalis, niſi quando ex circumſtantijs, nec liceat ſuſtinere damnum, ſed lex ad iuſtam defenſionem obliget.

5. Nihilominus dicitur ſecundo, quod recuſatio Iudicis ſuſpecti eſt de lege naturali negatiuè, quia non eſt a lege naturali prohibita, ſed permiſſa. Diſtinctio hæc eius quod eſt eſſe de lege naturali poſitiuè, vel negatiuè colligitur ex D. Thoma *2. 2. q. 66. a. 2. ad 1.* eamque explicat Suarez *lib. 2. de leg. cap. 14. num. 14.* Et illud dicitur eſſe de iure naturali poſitiuè, quod lex præcipit, aut prohibet. Et hoc modo negatum eſt, quod recuſatio Iudicis ſuſpecti ſit de iure naturali præceptiuo, quia lex naturalis, neque hoc prohibet, neque poſitiuè præcipit abſolutè loquendo, ſed negatiuè eſt de iure naturali, quia eſt ſecundum naturam; vnde lex id concedit, & admittit.

6. Sed loquendo de iure naturali dominatiuo, recuſationem Iudicis ſuſpecti eſſe de iure naturali dixerunt Panorm. *cap. ad hæc 20. num. 8. de reſcript. & cap cum inter 5. num 9. de except.* & alij, qui hac ratione moti dixerunt. Principem non poſſe tollere recuſationem Iudicis ſuſpecti, quos referam infra, & videri poſſunt apud Farinacc. *in frag. p. 2. litt. I. num. 955.* Sed contrarium alij ſentiunt, & præcipuè Felin. *d. cap. Cum inter num. 8. & 9.* negauit recuſationem eſſe de iure naturali. Alij proptereà dicunt recuſationem Iudicis ſuſpecti emanaſſe à iure naturali, ſed eam eſſe iuris humani defenſionem, Formoſ. *cap. ſi quis contr. qu. 1. num. 3. & 15. de for. compet.*

7. Dicendum igitur eſt primo recuſationem Iudicis ſuſpecti eſſe quodammodo de iure naturali. Habetur hæc concluſio *in d. cap. quod ſuſpecti 15. 3. q. 5. Nam quodammodo naturale eſt ſuſpectorum Iudicum inſidias declinare. Et in cap. 2. Secundo requiris 41. de appellat.* ibi: *Ipſa namque ratio dictat, quod ſuſpecti, & inimici Iudices eſſe non debeant.* Et idem habetur *ex Clem. Paſtoralis, de re iudic.* Ratio eſt, quia homo habet à natura ius, vt ſe defendat ab imminentibus iniuſtitijs, & iniurijs, & damnis, recuſatio vero eſt ſpecies defenſionis; ita hæc concluſio eſt communis, quam explicat Turrecremata *d. cap. quod ſuſpecti num. 6.*

8. Dicendum eſt ſecundo recuſationem eſſe de iure naturæ ex genere, ſed non ex ſpecie propria, & ideò ſimpliciter loquendo eſſe de iure poſitiuo, Felin. *d. cap. cum inter 5. num. 9 de except.* Formoſ. *d. cap. ſi quis contra 4. q. 1. num. 3. de foro compet.* Habet autem hæc aſſertio duas partes, quarum prima eſt euidens. Nam cum defenſio ab iniurijs, & iniuſtitijs ſit de iure naturæ *l. vt vim ff. de iuſtit. & iure.* Recuſatio verò Iudicis ſuſpecti ſit ſpecie defenſionis, proculdubio recuſatio iſta ex genere ſuo eſt de iure naturæ; ſed nedum ex genere remoto, quia, ſcilicet, defenſio in genere eſt de iure naturali, ſed etiam ex genere proximo. Nam recuſatio Iudicis ſuſpecti genus quoddam eſt, quod habet ſub ſe plures ſpecies. Etenim etiam ante quamcumque

legem

Digitized by Google

legem poſitiuam, potuiſſet Iudex inimicus recuſare, & ſic à natura ipſa homo habet vt Iudicem inimicum recuſare poſſit. Ex quo colligitur, quod hoc ius eſt de ſe indeterminatum. Nam tale eſt ius genericum ſe defendendi, quod fieri poteſt varijs modis, ſcilicet, & vim vi repellendo, & per recurſum ad Iudicem, ad quem etiam pluribus modis recurri poteſt, inter quos eſt recuſando Iudicem inferiorem Superioris iudicium interpellare.

9. Secunda vero pars aſſertionis etiam euidenter probatur. Nam illud iure naturali dominatiuo, non debetur homini, quod eſſentialiter ſumptum eſt quid conſtitutum per legem poſitiuam, à qua ſola vim ſuam habet, & efficaciam, & qua non exiſtente eſſet quid inane, & inutile; ſed recuſatio Iudicis ſuſpecti eſt huiuſmodi conſtitutum per legem poſitiuam; igitur recuſatio Iudicis ſuſpecti non eſt de iure naturali dominatiuo alicuius. Maior eſt euidens ex terminis, minor probatur, quia duo ſunt effectus præcipui, qui tribuuntur huic recuſationi, ſcilicet, ſuſpendere exercitium iuriſdictionis Iudicis ſuſpecti & cauſam ad Superiorem Iudicem deuoluere. At horum neutrum illi conuenit de iure naturali. Non quidem ſecundum, quia, vt videbimus ex Iure Ciuili ſufficit, quod Iudici ſuſpecto detur adiunctus, & ſic non eſt neceſſe, vt cauſa ad alium Iudicem deuoluatur. Vnde multo minus hæc recuſatio ſuſpendit, quia maius eſt ſuſpendere, quam deuoluere. Vnde omnis appellatio deuoluit, & tamen appellatio extraiudicialis non ſuſpendit ex communi conſenſu DD. & per notata à me *tractat. de elect. cap. 32. q. 1. num. 7. & cap. 34. q. 22. 35. & ſeqq.* Et ratio eſt, quia ius ſe defendendi contra Iudicem non aufert à Iudice iuriſdictionem, quæ etiam eſt quid ſpirituale, quod non poteſt tolli de facto, ſed ſolum à Iure, ſcilicet, ab eo qui illam dedit. Manente autem iuriſdictione valet actus Iudicis, niſi aliunde irritetur.

10. Quamobrem ſpectato iure naturali Iudex recuſatus vt ſuſpectus ad duo tenetur, nimirum, vt odium omne, vel illegitimum amorem deponat, & omne aliud iuſti iudicij impedimentum, vt iuſtè iudicet, ſecundo vt quatenus ex circumſtantijs opus ſit eneruet præſumptionem iuſti belli, quam poſſit habere recuſator, & ex qua poſſit nolle coram illo Iudice comparere. His enim duobus poſitis nedum validè, ſed iuſtè poteſt ad vlteriora procedere, & recuſatorem compellere iuxta regulas iuris, vt ſtet in iudicio.

11. Nam & hoc aduertendum, quod ex cauſis, quæ cenſentur iuſtæ ad recuſandum Iudicem, quam plurimæ fundantur in præſumptione, quæ ex naturali iure verè efficaciam immediatè non habet, ſed contingentem & fallacem conſequentiam, vt quod Iudex ſit conſanguineus, familiaris, amicus partis aduerſæ, vel ex eadem terra cum illo, aut illi ſubditus, aut ab eo munera accipiat, & aliæ plures, quas recenſet DD. *in cap. Accedens il 2. vt lit. non conteſt.* Ideò ſpectata ſola vi naturalis legis non ſunt ſufficientes ad recuſandum Iudicem, niſi tales ſint rerum circumſtantiæ vt penſatis penſandis à tali Iudice in iuſtitia timeri iuſtè poſſit.

12. Itaque ergo dicitur quod recuſatio Iudicis ſuſpecti ſimpliciter eſt remedium aut defenſio legalis, Ciuilis, ſeu Canonica, & hoc propter duo. Primum eſt quantum ad determinationem legis naturalis. Hæc enim concedens ius ad iuſtam defenſionem in genere concedit ius indeterminatum, quod lex poſitiua determinauit, determinando tempus & formam huius defenſionis, tam in appellatione, quam in recuſatione, vt quod recuſatio debeat fieri ante litis conteſtationem, quod ſit prima exceptio, quod adhiberi debeat iuramentum, vel aſſignari cauſa legitima ſuſpicionis, quod fiat in ſcriptis, & alia huiuſmodi, quæ inferius explicabuntur. Secundò principaliter recuſatio eſt defenſio Ciuilis aut Canonica, quantum ad ſuam eſſentialem vim, quia ſimpliciter non ſuſpendit, & deuoluit cauſam, nec cauſat attentata in contrarium, ita quod proceſſus etiam ſi alias iuſtus, ſit ipſo iure nullus, niſi ex vi legis poſitiuæ. Ratione tamen appellationis adiunctæ deuoluere poteſt iuxta notata à me in tractatu *de elect. cap. 32. q. 1. & ſeq. 34. q. 2.* Et dicta *ad tit. de appell. quæſt. vnica a. 2.*

SVMMARIVM.

13 *Nullus Iudex inferior Principe ſupremo poteſt reſtribere cum clauſula,* recuſatione remota, *pariter non poteſt cauſam committere cum clauſula* appellatione *remota.*
Similiter inferior Iudex non poteſt committere cauſam cum clauſula ſummariè & de plano. *ibid.*
15 *Princeps ſupremus poteſt tollere recuſationem Iudicis ſuſpecti.*
16 *Quomodo ius dominatiuum ſubditorum ſit in multis ſubiectum diſpoſitioni Supremi Legiſlatoris.*
17 *Quibus caſibus & quomodo poſſit Princeps impedire recuſationem Iudicis ſuſpecti, & n. 18.*
19 *Recuſatio vt eſt de iure naturali non tollitur per clauſulam* recuſatione remota.
20 *Clauſula* recuſatione remota *abſolute poſita in reſcripto debet intelligi ſtrictiſſimè.*
21 *Quomodo habeat efficaciam illa clauſula* recuſatione remota, *num. 22. 23. & 24.*
25 *Idem dicitur de clauſula appellatione remota.*
26 *Si Princeps non apponat in commiſſione clauſulam,* recuſatione remota *non intelligitur remouere recuſationem Iudicis ſuſpecti.*
28 *Prohibita appellatione eſt prohibita recuſatio, & num. 29.*

ARTICVLVS II.

Vtrum recuſatio legitimè poſſit per legem, aut Principis reſcriptum tolli.

13. Reſolutio huius difficultatis conſequitur euidenter ex præcedentis determinatio-

Digitized by Google

natione. Eſt autem apud omnes certum quod nullus inferior Principe ſupremo poteſt reſcribere cum clauſula recuſatione remota, ſicut enim non poteſt committere cauſam cum clauſula *appellatione remota l. 1. in fine ff. quib appell. non liceat*, etiam ſi eſſet legatus à latere, vt per *ſpecul. in tit. de legat. §. nunc oſtendendum verſ. 14. cum alijs per Viuian. deciſ. 69. num. 1. a 2.* Et ſicut etiam non poteſt committere cauſam cum clauſula *ſummariè, & de plano, gloſ. in cap. finali verſic. figura, de hæres*, & *in* Clement. *Sæpè Verbo mandamus, de verb. ſignificat.* ita nec poteſt committere cauſam cum clauſula recuſatione remota. Domin. *in cap. 1. de accuſ. in 6. num. 13.* Io: Andr. *in cap. Poſtremo in verb delegat. de appellat.* & ibi Franc. *num. 5.* Bellam. *num. 1. ſpeculat. in tit. de recuſat. §. 1. num. 5.* Seraphin. *priuileg. 7. num. 1.* Scacc. *de appellat. q. 16. limit. 1. num. 122. & 125.* Farinac. in Fragmen. *part. 2. lit. I. num. 964.* Fermoſ. *d. cap. Si quis contra 4. q. 27. num. 2. de for. compet.* Et ratiò eſt, quia inferior non poteſt contra ius commune ſtatuere vel reſcribere, ius vero commune, tam Ciuile, quam Canonicum decernit Iudicem ſuſpectum poſſe recuſari.

14. De Principe verò ſupremo, quod nec ille poſſit recuſationem tollere tradiderunt Dom. *cap. 1. de accuſ. in 6. num. 13.* Ripa, Barbatia, Neuo, Baldus apud Farinac. vbi ſupra *num. 955.* Mutcheſan. *de Commiſſ. p. 2. c. 8. §. 1. nu. 3.* licet dicat Principem poſſe cauſam recuſationis non approbare. Io. Paulus Xamar *de off. Iudicis p. 1. q. 12. nu. 131. & 132.* qui mouentur ex eo, quod Recuſatio eſt defenſio *cap. cum inter de except. & in cap. quod ſuſpecti* 15. *3. q. 5.* & ideo eſt de Iure naturali, quod per Principem ſine cauſa tolli non poteſt.

15. Hæc tamen opinio à veritate deficit. Primo quia vt probatum eſt *art. 1.* Recuſatio Iudicis ſuſpecti, licet ortum habeat à Iure naturali, ſimpliciter tamen eſt defenſio Ciuilis ſeù Canonica, ideo ſubiecta diſpoſitioni Principis ſupremi habentis facultatem diſpenſandi, vel etiam abrogandi Ius commune, & ſupremum, vt poſſit nedum per reſcriptum, ſed etiam per legem iuſtam diſponere, quod vtile fuerit Reipublicæ. Et ita recuſatio quæ ſimpliciter eſt defenſio Ciuilis, cui poteſt renunciari, poteſt etiam tolli ex conuentione, & pacto, & valet pactum, vt non valeat recuſatio etiam ex iuſta cauſa. Quidquid ſecus dixerit. Scialoya *de for. compet. cap. 9. nu.* 196. poſt Nouarr. & Ricc. Nam ideo etiam renunciari poſſet recuſationi, vt eſt naturalis defenſio, vt dictum eſt *art. 1.* ſi adeſſet cauſa, ex qua hoc fieret honeſtum. Secundo loquendo etiam de recuſatione, vt eſt de Iure naturali aduertendum eſt, quod defenſio naturalis non eſt de Iure naturali poſitiuè, cum lex naturalis abſolutè non præcipiat homini vt ſe defendat, ſed hoc ſolum præcipiat in caſu circumſtantionato, & particolari. At vero Princeps poteſt ex cauſa diſponere circa illa, quæ ſunt de Iure naturali negatiuè; ſic enim licet de Iure naturali res ſint communes, quia de iure naturali nullius ſunt propriæ, ius gentium poſitiuum diſpoſuit, vt res fierent propriæ ſingulorum pro illarum parte, & ſic poteſt etiam ex cauſa diſponere, quod vtile fuerit Reipublicæ circa recuſationem, etiam vt eſt defenſio naturalis.

16. Dices eſſe de Iure naturali poſitiuo, vt nullus impediatur ne iuſtè ſe defendat ab imminentibus Iniuſtitijs, ſi ſe defendere velit. In hoc enim adeſt Ius dominatiuum, quod eſt obiectum, & materia legis naturalis, ex quo ſicut homo habet dominium ſuæ vitæ, honoris, & famæ, ſuarumque actionum, ita habet Ius vt ſua iſta defendat contra violentias, iniurias, & iniuſtitias. Reſpondetur nihilominus, quod Ius Dominatiuum ſubditorum in multis eſt ſubiectum Supremi Legislatoris diſpoſitioni, vt ex cauſa de illis, etiam de vita diſponere poſſit. Quamuis hoc verum ſit quod huiuſmodi, quæ ſunt de Iure dominatiuo ſingulorum, Princeps validè tollere non poſſit abſque iuſta cauſa, Clem. Paſtoralis *de re iud.* Panormit. *cap. cum inter 5. num. 9. de except.* Et nec poſſit ea tollere vniuerſaliter prohibendo, vt nullus ſe naturaliter defendat contra Iudicum Iniuſtitias; nam neque huius prohibitionis vniuerſalis dari poteſt iuſta cauſa. Et alias eſſet hac ſubuertere iuſtitiam in Regnis, & fouere innocentium oppreſſiones.

17. Nihilominus in caſu ſingulari, & ex circumſtantijs particularibus poteſt Princeps dupliciter impedire recuſationem. Primo per præceptum declaratiuum, ſcilicet declarando, quod in hoc caſu ſingulari huius Iudicis v. g. notorij inimici ſecundum præſumptionem humanam, realiter non adeſt vere ſuſpicionis cauſa aut periculum iniuſtitiæ, vel ex incorruptis moribus Iudicis, vel ex eo quod ſummopere Iudicem interſit rectè iudicare, & ab omni fumo iniuſtitiæ cauere. Sic igitur quia ex quam pluribus cauſis poteſt contingere quod præſumptio ſuſpicionis, quæ oritur ex conſanguinitate, amicitia, auaritia, amore, odio &c. elidatur, poteſt Princeps in caſibus iſtis ſingularibus prius declarando non adeſſe ſuſpicionem rationabilem, inhibere recuſationem, eo quod tunc ad illam natura non det Ius, illaque non ſit naturalis defenſio. Ideo qui tenent, quod Princeps non poſſit tollere recuſationem, hoc limitant in caſu, in quo ſit dubium, an cauſa ſit ſufficiens, quia poteſt Princeps inſpecta veritate declarare cauſam inſufficientem Dom. *cap. 1. de neceſſ. in 6. num. 13.*

18. Secundo recuſationem poteſt Princeps impedire etiam vt eſt defenſio naturalis, diſpoſitiuè enim ius naturale dominatiuum ſubiectum eſt, & voluntati habentis illud, & voluntati Principis, quatenus Princeps habet legitimam poteſtatem in omnes priuatas perſonas, & bona earum quantum ad debitam gubernationem, & exigentiam boni communis neceſſarium eſt; ſic in pœnam leges, & Principes priuant homines

etiam

etiam vita Iure naturali non obſtante; ſic legibus inducta eſt ſeruitus; nam captus in bello iuſto fit ſeruus; ſic ob bonum commune obligantur homines ad bellum cum periculo vitæ; ſic ergo in ſimilibus caſibus poſſet Princeps prohibere, vt aliquis ſe defenderet.

19. Ex his colligitur primo, quod per clauſulam *recuſatione remota* non tollitur recuſatio vt eſt de Iure naturali, quia niſi hoc Princeps exprimat, non intelligitur diſponere contra Ius naturale, etiam ſi id poſſit facere modo ſupra expoſito. Quia tollere recuſationem, & defenſionem eſt res odioſiſſima; ideoque ſtrictiſſimè interpretanda, non ergo exponi poteſt, vt tollat defenſionem naturalem etiam in illis caſibus, & eo modo, quo eam tollere poſſet ex ſpeciali cauſa, & boni communis promotione, aut defenſione, ſolum igitur illa clauſula intelligitur da recuſatione, vt eſt defenſio Ciuilis.

20. Colligitur ſecundo quod clauſula recuſatione remota poſita in Reſcripto debet explicari, vt intelligatur de recuſatione friuola. Sanchez *lib.* 6. *in Decal. cap.* 8. *num.* 111. Scacc. *de appellat. q.*16. *limit.* 1. *num.* 120. Barboſ. pluries referens *clauſ.*131. *num.* 2. Peyr. *in ſubd. q.* 1. *cap.* 29. E contra Felin. *d. cap. cum inter* 5. *de except. num.* 8. exiſtimat quod intelligatur de quacumque recuſatione, quia indeffinita regulariter æquiualet vniuerſali per gloſſam *in cap. vt circa de elect. in* 6. Sed cum hoc communiter reijciatur, eo maximè quod remotio recuſationis odioſiſſima eſt, ideò clauſula remota recuſatione debet ſtrictiſſimè interpretari. Primum quoque inſtantiam habet, quia nihil ſuperfluum admitti debet in Reſcriptis.

21. At verò clauſula illa recuſatione remota eſſet ſuperflua, ſi ſolam recuſationem friuolam tolleret. Nam ſi recuſatio eſt notoriè friuola, tollitur Ipſo Iure etiam nulla poſita clauſula. Si vero eſt notoriè valida, non tollitur etiam poſita clauſula generali; ſolum ergo ſi recuſatio ſit dubia, vel non ſit notoriè, aut iuſta, aut non iuſta poteſt habere efficaciam clauſula *recuſatione remota*, vt tollat recuſationem, etiam ſi non ſit notorium eam eſſe friuolam.

22. Nihilominus poteſt hæc communis interpretatio ſuſtineri, eam declarando, & addendo, quod per clauſulam *recuſatione remota*, non teneatur iudex ſtarim, ac ſibi intimatur recuſatio ſe habere vt recuſatum, ſed poſſit ſummariè, & de plano ſe informare an recuſatio ſit friuola, & eam inuentam talem reijcere. Mihi tamen verius videtur dicendum, quod clauſula *recuſatione remota* tollat recuſationem, vt eſt vnus de apicibus Iuris, ſiue vt eſt remedium Ciuile; hoc enim ſignificat nomen recuſationis propriè ſumptum in ſignificatione legali, & rationabile eſt, vt lex poſitiua diſponat per illam clauſulam ſic abſolutè prolatam, vt tollatur recuſatio, vt eſt remedium legis poſitiuæ, non vero vt eſt remedium legis naturalis; & ideo in dubio iudex poterit cognoſcere an recuſatio ſit friuola.

23. Colligitur eadem ratione tertio, quod clauſula recuſatione remota non debet accipi, vt remoueat ſolam recuſationem iniuſtam, prout dixerunt *ad cap.* 1. *de accuſ. in* 6. Dom. *num.* 13. Franc. *num.* 1. Prob. *num.* 2. ſed debet hoc intelligi iuxta declarationem n. ſuperpoſitam; vt ſcilicet Iudex etiam vbi recuſatio non eſt notoriè iniuſta, poſſit illam reijcere, ſi facta inquiſitione de plano, & ſine ſtrepitu Iudicij eam inuenerit eſſe iniuſtam.

24. Colligitur quarto quod cum ablatio recuſationis Iudicis ſit eius, quod eſt fundatum in Iure naturæ; ideo clauſula *recuſatione remota* intelligi debet, vt non excludat omnem recuſationem, quæ ſit ex cauſa in Iure expreſſa, & approbata vt eſt textus *in cap. Paſtoralis*, & ibi notant Doctores *de appellat. & gloſſ. in l. Apertiſſimi C. de iud. in verb. recuſare*, & ex Ialon. ibidem habet Marcheſ. de Commiſſ. *p.* 2. *cap.* 8. §. 1. *num.*30.

25. Hoc enim etiam dicitur de clauſula *appellatione remota*, vt non excludat appellationes, quæ in lege indulgentur *cap. Paſtoralis* 53. *de appellat.* & ibi Panormit. *num.* 14. vbi ergo recuſatio ſit ex cauſa in Iure expreſſa; non poteſt Iudex eam reijcere, niſi ſit notoriè falſa.

26. Colligitur quinto, quod numquam Princeps intelligatur remouere recuſationem, niſi apponat clauſulam *recuſatione remota*. Vndè etiam ſi Princeps ex certa ſcientia, & motu proprio committat cauſam Iudici notoriè ſuſpecto, non per hoc intelligitur prohibere recuſationem, ſed commiſſio intelligenda eſt ſaluo Iure reuocationis. Sic enim Commiſſio valida eſt, ſi pars non recuſat iudicium *cap. Accedens* 11 *p. Vt lite non conteſt.* vbi Panorm. & Felin. *d. cap. cum inter* 5. *de except. num.* 8. Marcheſ. *p.* 2. *cap.*8. §. 1. *num.* 78. Scacc. *de appell. q* 16. *lim.* 1. *num* 119. & vt addit Felin. hoc eſt verum etiam ſi Princeps valde commendaret perſonam delegati. Nam imo etiam inferior Principe, licet non poſſit tollere recuſationem, poteſt tamen cauſam committere notoriè ſuſpecto ſaluo Iure recuſationis. Scacc. vbi ſupra *num.* 122. Et tamen quod ſuſpecto ex certa ſcientia non reſcribat Signatura dixit Marcheſ. *de commiſſ. part.* 2. *cap.*8. §. 1. *num.*167.

27. Colligitur ſexto, quod ex prohibitione appellationis non intelligitur remota recuſatio. Quia habetur hoc expreſsè definitum *in cap. poſtremo* 36. *de appellat.* vbi id tenent *gloſ. in figur. caſus in* Io. Andr. *num.* 5. Dec. *nu.*1. Anchar. *num.* 4. Bellarm. *num.* 3. Butr. *num.* 2. Panormitan. *num.* 1. & 2. Card. Zabar. *in fin.* Franc. *num.* 2. vbi dicit textum illum eſſe notabilem, clarum, & apertum, & idem habet Franc. *cap.* 1. *de accuſ. in* 6. *num.* 2. & alij plures, quos ſequitur Farinacc. *vbi ſupra num.* 957. vbi quod hoc procedit etiam de iure ciuili.

28. Sed incontrarium eſt textus *in cap. ſuper eo* 12. *de appellat.* ibi: *In cauſis quoque Eccleſiaſticis, vbi appellationis remedium tollitur ſicut appellationi, ita & recuſationi non eſt aliquatenus*

defe-

deferendum. Reſpondent autem aliqui ex *gloſſ.* & Hoſtien. vt ſimilitudo attendi debeat ſecundum cauſam, vt ſicut non admittitur appellatio data ſine rationabili cauſa, ita nec recuſatio. Sed meritò reſponſionem hanc reijciunt Panormit. *num.*9. & Fagnan. *num.* 25. *d. cap. ſuper eo*, quia textus non loquitur de cauſa appellationis, vel recuſationis, ſed abſolutè vult quod vbi tollitur appellatio recuſationi non ſit deferendum.

29. Reſpondetur igitur quod de iure prohibita appellatione eſt prohibita recuſatio, vt decernitur *in d. cap. ſuper eo*. Nec contrarium ſtatuitur *in d. cap. poſtremo 36. de appellat.* quia ibi non dicitur abſolutè, quod per ablationem appellationis non tollatur recuſatio, ſed ſolū, quod in cauſa delegata per clauſulam *appellatione remota* non tollitur, quin poſſit recuſari Iudex ex cauſis ibidem expreſſis. Et Iure meritò nam ſimilitudo inter appellationem, & recuſationem debet intelligi cum proportionalitate, non vero ſecundum omnimodam æqualitatem. Nam appellatio ſupponit grauamen illatum; cauſa vero ſuſpicionis eſt timor futuri grauaminis, ex qua cauſa non licet appellare. Senſus ergo illius capitis poſtremo eſt, quod ſicut ablatio appellationis non tollit appellationem ſuppoſito certo grauamine, maximè ſi ſit in Iure expreſſum, ita ablatio appellationis non tollit recuſationem, ſuppoſito timore certo iniuſti grauaminis. Vnde ex illo textu iuncto *d. cap. ſuper eo*, habetur quod appellatio, & recuſatio in remotione æquiparantur. Itaut ablata appellatione cenſeatur ablata reuocatio, ſed ſicut per clauſulam *appellatione remota* non tollitur illa, quæ eſt ex cauſa certa, ita nec tollitur recuſatio quæ fiat ex cauſa certa, & à Iure approbata. Et ſic ex vi ablatæ appellationis non tollitur recuſatio, quæ ſit ex cauſa ſimili, ex qua locum haberet appellatio non obſtante clauſula *appellatione remote*.

SVMMARIVM.

30 Supremi Iudices, qui nullum Superiorem habent non poſſunt recuſari, & num.31.

Quid ſit agendum in caſu, quo præſumeretur inordinatus amor, aut odium in ſupremo Iudice. ibid.

32 Quilibet Iudex præter Supremos Principes poteſt de iure communi, & ex iuſta cauſa recuſari.

Iudex ſuſpectes in vno articulo non cenſetur ſuſpectus in tota cauſa. ibid.

33 Pars, quæ Iudicem recuſauit, poteſt illum approbare altera parte diſſentiente.

34 Iudex Ordinarius de iure ciuili poteſt recuſari.

35 De Iure Canonico tam Iudex Ordinarius, quam delegatus in totum recuſari poteſt, de Iure vero Ciuili Ordinarius Iudex in totum recuſari non poteſt.

Iudici Ordinarie recuſato de Iure Ciuili adiungitur alius Iudex à Superiore, vel ipſe Ordinarius ſibi adiungit ſocium, qui ſimul cognoſcet cauſam. ibid.

36 Licet de Iure Canonico poſſit recuſari in totum Iudex Ordinarius, tamen ob aliquas ſubſiſtentes cauſas poteſt ipſi dari Adiunctus.

37 Cauſæ in quibus Iudex Ordinarius ſuſpectus poteſt recuſari in totum etiam de Iure Ciuili.

38 Iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum habendus eſt in hoc ac ſi eſſet Ordinarius, & ideo eo modo recuſandus eſt, ac recuſatur Ordinarius.

Epiſcopus in viſitatione generali, ſeu ſpeciali non eſt recuſandus, ſi tamen procedat ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſolum ad morum correctionem. ibid.

39 Epiſcopi ſuſpicio, ob quam recuſatur Epiſcopus, dat legitimam cauſam recuſandi eius Vicarium.

40 Vicarius Epiſcopi, etiam ſi ſit confirmatus à Pontifice, recuſari poteſt recuſato Epiſcopo, & num.41.

42 Etiam Vicarij foranei recuſari poſſunt, ſi Epiſcopus ſit ſuſpectus.

Idem dicendum eſt de quocumque Officiali Epiſcopi, qui in ſui iuriſdictione dependeat ab Epiſcopo. ibid.

43 Vicarius Epiſcopi non inſtitutus ab Epiſcopo, ſed à Pontifice recuſari non poteſt ex eo quod Epiſcopus ſit ſuſpectus.

44 Familiaris vero, ſi ſit ſub poteſtate Epiſcopi, recuſari poteſt.

45 Quæ dicta ſunt de Epiſcopo applicanda ſunt Archiepiſcopo.

46 Ex eo quod Vicarius Epiſcopi ſit ſuſpectus, non recuſandus eſt Epiſcopus, niſi cauſa recuſandi Vicarium eadem ſit, vel Communis Epiſcopo.

47 Quid ſit dicendum de alijs Ordinariis.

48 Quid de Vniuerſitatibus, Collegijs, & præcipuè de Sacra Rota & num. 49. 50.

51 Ex ſuſpicione delegantis non poteſt recuſari delegatus.

52 Quomodo Iudex delegatus poſſit allegari ſuſpectus, & num.53. 54.

55 Iudex ab aliqua parte acceptatus non poteſt ab illa recuſari.

Hoc limitatur, ſi ſit acceptatus à Procuratore in Curia, quia pars principalis exiſtens extra Curiam poteſt illum recuſare. ibidem.

56 Pariter ſi ſuperueniat noua cauſa ſuſpicionis, ſeu ſi antiqua de nouo cognoſcatur, recuſari poteſt.

57 Quid ſit dicendum de Arbitris.

ARTICVLVS III.

Vtrum Omnis Iudex recuſari poſſit.

30. IVdicum alij ſunt Supremi non cognoſcentes Superiorem, & alij inferiores, & horum alij ſunt Ordinarij, alij Delegati, & horum alij ſunt Vniuerſitates, ſeu Collegia, alij perſonæ Singulares, & alij ſunt Iudicum Aſſeſſores, vel

vel Adiuncti, aut Conſiliarij. Et de his omnibus interrogari poteſt, an poſſint recuſari?

31. Certum autem eſſe debet Pontificem, Concilium Generale iunctum capiti, quod eſt Pontifex, & alios Principes Supremos nulli ſubiectos non poſſe recuſari, quia cum iſti non habeant Iudicem Superiorem, à quo poſſint Iudicari, hos recuſare non eſſet niſi recuſare iudicium, & à nullo velle iudicari. Io caſu tamen, in quo penſatis circumſtantijs in Principe Supremo iuſtè præſumeretur inordinatus amor, aut odium, & ſic iuſtè timeri poſſet ab eo iniuſtum grauamen, teneretur ille per ſeipſum, vel per alium ſic agere, vt & coram Deo, & coram hominibus iuſtitia illius appareret, & omne ſcandalum tolleretur, & Iudicium illius vndèquaque æquitate ſplenderet.

32. Præter Supremos Principes autem quilibet Iudex de Iure communi, ſiue ſit delegatus, ſiue ſit Ordinarius, poteſt ex cauſa iuſta recuſari, ſed eadem cauſa non ſufficit pro recuſando quolibet. De Delegato Papæ habetur hoc expreſsè diffinitum *cap. Iudex ſup. de offic. delegat. in 6. & de Delegat. Imperat.* ſancitum fuit *in l. Apertiſſimi C de Iud.* Vndè multo magis recuſari poſſunt delegati ab inferioribus Superioribus, quod neminem negare teſtatur Farinac. *vbi ſupra num.* 731. Ex quo tamen Iudex ſit ſuſpectus in vno articulo, puta in poſſeſſorio, non ſequitur, quod ſit ſuſpectus in tota cauſa, vt in petitorio Scial. *de for. compet. cap.* 9. *num.* 181. Rouit. *in pragm. p.* 2. 65. Non poteſt tamen recuſari Iudex, niſi ab illa parte, pro qua vim habet cauſa ſuſpicionis. Vnde ſi pars, quæ ex cauſa poteſt recuſare Iudicem, vel abſtinet à lite, vel iudicem non recuſat, vt puta, ſi actor poteſt iudicem recuſare, & id non facit, non poteſt illum ex illa cauſa recuſare Reus, quidquid ſecus dixerit Scial. citatus *num.* 285. & 186. Verum eſt enim, quod ſuſpicio poteſt ab vtraque parte proponi, ſi habeat cauſam; ſecus ſi cauſa deſit, nec cauſa vni propria ſit alteri communis. Nauar. *ex coll.* 214. *num.* 72. Giurb. *deciſ.* 99. *num.* 13. Ricc. *collect.* 120.

33. An vero pars, quæ Iudicem recuſauit poſſit illum approbare altera diſſentiente, non poſſe ait idem Scial. *num.* 187. Sed certè de Iure communi hoc non procedit, ſed imò ſecundum communem ſententiam, vt dicetur infra *a.* 9. pars quæ recuſauit Iudicem, ex hoc ſolo renunciare cenſetur recuſationi, quod comparet coram Iudice. Nec opus habet conſenſu aduerſarij, vt cedat iuri ſuo. Ordinarium vero Iudicem poſſe recuſari de Iure Canonico eſt certum ex *cap. de ſpec.* 61. *de appell.* vbi id docuerunt *gloſ. in verſ. cum Iudice, & in verſ. De recuſationis.* Hoſtien. *col.* 1. Bald. *poſt num.* 14. Bellam. *nu.* 10. Panorm. *num.* 2. Zabarell. *num.* 3. Franc. *nu.* 46. Dec. *num.* 5. Præpoſ. Mediol. *num.* 11. & quamplures alij, quos referunt & ſequuntur Mandoſ. *in commiſſ.* 8. *in verb. Adiunctum.* Scacc. *de Iud. cap.* 66. *num.* 13. Farinac. *vbi ſupra num.* 374. Fagn. *cap. cauſam, de elect.* Fermoſ. *cap. ſi quis contra q.* 9. *n.* 1. Hoc idem probat Turrecremata *cap. quod ſuſpecti num.* 33. *q.* 5. *ex cap. placuit* 2. *q.* 6. *& ex cap. Neapolitanum* 2. *q.* 7. *& ex d. cap. quod ſuſpecti*, vbi habetur quod Anaſtaſius recuſauit Patriarcham ſuum.

34. De Iure vero Ciuili licet Ordinarium Iudicem non poſſe recuſari dixerint *gloſſ in l. Apertiſſimi in v. Iudices*, & Io: Iacob. Laur. *de Iud. ſuſpecto cap.* 5. *num.* 1. & Farinac. *vbi ſupra num.* 733. qui plures alios referunt, tamen in re communiter conueniunt DD. & melius loquuntur, qui dicunt etiam de Iure Ciuili poſſe ordinarium Iudicem recuſari. Amor enim, odium, timor, auaritia, & aliæ huiuſmodi affectiones, ex quibus iniuſtæ emanant ſententiæ cum habetent mortalium oculos, *cap. quatuor* 11. *q.* 3. Non minus in delegatis, quam in Ordinarijs locum habere poſſunt, & ab vtriſque grauamen iniuſtum. Cum igitur partes rationabiliter aliquando grauamē timere poſſint merito Iuri naturæ inhærendo leges voluerunt, vt huiuſmodi ſuſpecti Iudices recuſari poſſint Hoſtien. *in Summ. in tit. de recuſat. Iud. delegat.* §. *quis recuſetur, & tic. tum in Summ. poſt tit. de appellat. vbi de recuſat. num.* 1. Præpoſ. Mediolan. *in cap. cum ſpeciali n.* 14. Bellam. *in cap. ſuſpicionis nu.* 9. *de off. deleg.* Cyn. *in l. apertiſſimi n.* 1. *C. de Iud.*

35. Verum eſt eſſe diſcrimen, quod de Iure Canonico tam Delegatus, quam Ordinarius Iudex in totum recuſari poteſt, ſed de Iure Ciuili Ordinarius Iudex non recuſatur in totum, ſed ei adiungitur alius, cum quo iudicet *Authent. Si vero contingerit C. de Iud* vbi decernitur, quod Ordinario Iudici recuſato adiungatur Epiſcopus, qui cauſam amicabiliter componat; ſed iam vſus obtinuit, vt non adiungatur Epiſcopus, vt amicabilis compoſitor, ſed quilibet alius bonus vir non ſuſpectus, qui cauſam inſimul cum recuſato Iudice cognoſcat ſecundum Bartol. & DD. *in l. apertiſſimi C. de Iud.* quos ſequuntur Marta *de Ord. Iud. p.* 4. *diſtinct.* 5. *n.* 42. Laurent. *de Iud. ſuſpect. num.* 1. *& ſeqq.* Farinac. plures referens, *vbi ſupra num* 736. Fermoſ. *in d. cap. Si quis contra de for. compet. q.* 1. *num.* 42. & Sanchez *lib.* 6. *conſil cap.* 8 *dub.* 3. *num.* 4. Hic vero adiunctus Iudici ſuſpecto datur, vel à Superiore, vt cum ab Epiſcopo datur adiunctus Vicario ſuſpecto, vel Iudex ipſe Ordinarius ſibi adiungit Socium. Fermoſ. *vbi ſupra q.* 12. *nu.* 2. *&* 3. vel ſecundum praxim locorum, & ſtatuta municipalia Iudici adiungitur.

36. Sed quamuis Iudex in totum poſſit recuſari de Iure Canonico, tamen dari adiunctum Ordinario recuſato per Signaturam Sanctiſſimi tam in Romana Curia, quam extra ſubſiſtente legitima cauſa teſtatur Mandoſius *in praxi commiſſ.* 8. *in Verb. Adiunctum.* Quod etiam in caſu, in quo agebatur de cauſa ſpectante ad menſam Archiepiſcopi Mediolan. quia Vicarius Archiepiſcopi allegatus fuit ſuſpectus à parte de ordine Sanctiſſimi mandatum fuerit, vt ſcriberetur S. Carolo Boromeo tunc Archiepiſcopo, vt Vicario daret adiunctum confidentem debitori

conuenio, quia Vicarius ſit Ordinarius, cui quando allegatur ſuſpectus datur Adiunctus, refert Fagnan. *cap. noſtr. n.22. de elect.*

37. Sed & de Iure Ciuili plures à DD. referuntur caſus, in quibus Iudex Ordinarius ſuſpectus in totum recuſatur, & alteri cauſa committitur, nimirum primo ſi Iudex fuerat Aſſeſſor, vel Aduocatus eiuſdem cauſæ *l. Prætor l.ſolet ff. de iuriſd. omn. Iud.* Franc. *in cap. cum ſpeciali num.*48.*de appellat.* Secundo ſi cauſæ continentia faciat, vt ex pluribus Iudicibus Ordinarijs actor neceſſiteur ad vnum adeundum, ceſſat hæc neceſſitas, ſi ille ſit ſuſpectus *l. Nulli C. de Iudic. l. ſi parter ff. de liberali cauſa.* Tertio ſi Iudex ex eo haberetur ſuſpectus, quod voluit cogere mulierem, quæ non conſenſit in eius voluntatem. Quarto ſi ſuſpicio ſit ex magna inimicitia *l. ſi parter ff. de liberali cauſa*, Bartol. *l. quia poterat ff. ad Trebell.* Quinto ſi cum datione. Adiuncti manet adhuc ſuſpicio. Bart. *in l.2. in ſecunda lectione in fine ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.* Sexto ob conſanguinitatem, Panorm. *in cap.poſtremo num.2. de appellation.* Septimo ob nimiam familiaritatem cum parte, *cap. inſinuante de off. deleg.* vbi Bellamer. *num.* 8. Panorm. *num.*5. Hoſtien. *in Summa tit. de recuſ.* §. *ex quibus cauſis num.* 2. Octauo quando Iudex in cauſa haber intereſſe, vel commodum, *l. qui Iuriſdictioni præeſt ff. de iuriſd. omn Iudic.* Panorm. *cap.cauſamque num.*5.*de off. delegat.* Nono Iudex etiam de Iure Ciuili in totum recuſari poteſt ab orphanis, & viduis, *l. vnic. C. quando Imperat. inter Pupill. & Viduas.* Decimo ſi Iudex vni parti nimis fauet Hoſtien. *vbi ſupra. Speculator in tit. de recuſat.* §.2. *num.* 2. De his vero & alijs ſimilibus caſibus conſulendi DD. quos ſequuntur Farinacc. *in fragmen. Criminali p.*2.*litt.I.nu.*742. *& ſeqq.* & Fermol. *in cap. ſi quis contra qu.* 1. *de foro compet.* ex quibus deduco ego, quod in multis caſibus etiam de Iure Ciuili arbitrarium eſt, vel dare adiunctum Iudici ſuſpecto, vel eum in totum tollere.

38. Delegatus vero ad vniuerſitatem cauſarum in hoc habetur, ac ſi eſſet Ordinarius, & eo modo recuſari poteſt, quo poteſt Ordinarius Iudex recuſari; vnde de Iure Ciuili datur illi Adiunctus. Laur. *de Ind. ſuſpecto cap.*5. *n.*24. Farinacc. *vbi ſupra num.* 739. Mandoſ *in praxi commiſſ* 8. *in verſ. Adiunctum.* Maranta *part.* 4. *diſtinct.*5. *num* 42. Fermoſ. *cap. Si quis contra qu.* 9.*num.*3. *de off. delegat.*

Colligitur primo ex his Epiſcopum & quemcomque Iudicem Eccleſiaſticum ſuſpectum recuſar poſſe ex iuſta cauſa, *cap. ſi quis contra* 4. *de off. delegat. cap. cum ſpeciali* 67. *de appellat. cap quod ſuſpecti* 3. *q.* 5. & ita ſine controuerſia tenent DD. omnes. An vero Epiſcopus viſitans poſſit recuſari. Fagnan. *cap.Conquerenti num.*37. *de offic. Ordin.* refert Sacram Congregationem Concilij cenſuiſſe non poſſe, nec cum generalem viſitationem aggreditur, nec cum ad ſpecialem deſcendit, ſi modo ſine ſtrepitu & figura iudicij procedens pœnas non imponat delictorum ordinatias, ſed eas tantum, quæ morum correctionem reſpiciunt, & modum in corrigendo non excedat, per doctrinam. Archid. *c. quia plerique de off. Ordinar.*

39. Recuſato autem Epiſcopo, ex hac Epiſcopi ſuſpicione regulariter allegari poteſt ſuſpectus eius Vicarius. Gloſſ. *in cap. ſi contra vnũ in v. Epiſcopi in* 6. *& tit.* & dictum eſt ibi *num.* 35. Huius vero ratio eſt, non quia Epiſcopi & Vicarij ſit idem Tribunal, quia in recuſatione hoc non admittitur, vt conſiderauit Gloſſ. *c.* 1. *in verbo videtur de off. Vicarij in* 6. quam ſequuntur Archid. *num.*2. Franc. *nu.*10. & Laurent. *de Iudici ſuſpecto cap.*4. *num.*3. & ratio eſt, quia recuſatio non reſpicit Tribunal, ſeu iuriſdictionem, quæ non eſt ſuſpecta, ſed perſonarum conditiones, quæ in Epiſcopo & Vicario multum diuerſæ eſſe poſſunt; ſed quia cum Vicarius ſit amouibilis ad nutum Epiſcopi, eſt illi ex magno intereſſe coniunctus. Humani enim moris eſt illum timere, & revereri, cuius iudicio & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur *cap.*2. 6. *qu.* 2. Vnde cum Vicarius Epiſcopum à quo creatus fuit timere debeat, quod illum ex libito reuocare poſſit, ex Gloſſ. *in Clement. fin. de procur. Et in Clement. & ſi principales in verb. per electionem de reſcript.* vbi Card. *num.* 20. Anchar. *num.*9. ſitque veriſimile Vicarium obſequij intuitu & remotionis timore in ſenſum Epiſcopi trahi poſſe, ideò iuſta Epiſcopi ſuſpicio dat cauſam legitimam recuſandi eius Vicariũ: quod vniuerſaliter habendum erit pro Regula, vt recuſato Superiore eius officialis recuſari poſſit, qui ab eodem nunc erigi poteſt nunc deprimi. Quod verò dicitur de Vicario Epiſcopi extenditur ad Vicarium Capituli, vt poſſit recuſari, ſi Capitulum ſit ſuſpectum, Fermoſ. *vbi ſupra qu.* 13. *num.* 4. Pendet tamen hæc quæſtio ab illa. An Vicarius Capituli ad nutum poſſit reuocari.

40. Hoc autem eſt verum de Vicario Epiſcopi, etiam ſi ſit confirmatus à Pontifice, Laurent. *de Iud ſuſpect. cap.* 4. *num.* 9. Barboſa *in Paſtorali allegat.* 54. *num.* 149. Narb *de appellat. Vic ad Epiſc. p.* 1. *num.* 135. Fermoſin. *d. cap. ſi quis contra* 4. *de off. delegat. q.* 13. *num.* 16. Farinacc. *vbi ſupra num.*762. Et ratio eſt, quia ſimplex confirmatio non tollit, quin Epiſcopus Vicarium ſuum poſſit ad libitum remouere, & Vicarius habeat vnde multum timere poſſit Epiſcopum, ſi ſecundum eius ſenſum non iudicet; confirmatio enim regulariter fit ſine alterius præiudicio, Fermoſ. *num.*17. & Bald. *in l.* 1. *ff. de Conſtit.* & Narbona *vbi ſupra* 139. Et ideò Epiſcopus Vicarium à Papa confirmatum remouere poteſt.

41. Ex hoc oſtenditur, vt non interſit, ex cuius iuriſdictione Vicarius Iudicet, vel ſcilicet ex ſua ordinaria, vel ex delegata à Papa, vel ab Epiſcopo ipſo, & ſi vel ſolus ſit à Papa delegatus, vel ſimul cum alio, vel alijs, & etiam cum Epiſcopo ipſo; nam ſemper militat eadem ratio deſumpta ex intereſſe, quod habet Vicarius, vt non diſcedat in iudicando à ſenſu Epi-

ſcopi

ſcopi ſuſpecti; & ideò Epiſcopo allegato ſuſpecto ex hoc in omnibus præfatis caſibus recuſari poteſt eius Vicarius, Laurent. *vbi ſupra num.* 2. Farinacc. *num.* 756. Fermoſ. *d. qu.* 13. *num.* 30. Scacc. *de appell. q.*8. Sbrocc. *de off. Vic. l.*3. *q.*14. *num.* 7. Et merito Fermoſ. aduertit, hæc omnia verificari, etiam ſi Vicarius habitet ſeorſim ab Epiſcopo, quamuis contrarium ſenſerit Felin. *cap. inſinuante num.* 1. *de off. deleg.* & approbauerit Rota *deciſ.* 2. *num.* 23. *p.*2. *diuerſ.* & Scacc. *de appell. q* 8 *num.*7. ſemper enim militat ratio ſupra allata.

42. Extenditur etiam Doctrina data ad quemcumque Vicarium etiam foraneum, quamuis non ſit idem Tribunal Vicarij foranei & Epiſcopi, hoc enim vt dictum eſt, non attenditur in præſenti, ſed conſideratur, quod Epiſcopi Vicarius foraneus poteſt amoueri ab officio ad Epiſcopi beneplacitum, & habet vnde multum ſibi timeat, ſi à ſenſibus Epiſcopi in iudicando diſcordet; qua ratione id quod dicitur de Vicario, dicitur de quocumque Officiali Epiſcopi, qui in ſui iuriſdictione dependeat ab Epiſcopo, & ab ipſo poſſit inſtitui & deſtitui, vel cuius intereſſe graue ſit coniunctum cum beneplacito & ſenſu Epiſcopi *cap. inſinuante* 25. *de off. delegat.* vbi Gloſſ. *in v. officialis* Io. And. *num.*3. Anchar. *num.* 1. *in* 4. *notab.* Imol. *ante num.* 1. Tabar. *nu.* 1. *in* 3. *notab.* Farinacc. *vbi ſupra num.* 753. Fermoſ. *q.*13. *num.* 23.

43. Si etiam Vicarius Epiſcopi non ſit inſtitutus ab Epiſcopo, ſed à Summo Pontifice, vt v. g. quia Epiſcopus ſit excommunicatus, quia tunc ceſſat etiam iuriſdictio Vicarij facti ab Epiſcopo *cap. Ad probandum* 24. *de re Iud. cap. audiuimus* 24. *q.*1. Fermoſ. *d. q.* 13. *num.* 1. Suarez *de cenſ. diſp.* 3. *ſect.*2 & ſic ſi Pontifex dederit Vicarium Apoſtolicum in Diœceſi, tunc iſte Vicarius ex eo quod ſit ſuſpectus Epiſcopus, non poteſt recuſari; quia non dependet ab Epiſcopo, nec habet vnde illum timeat, Laurent. *de Iud. ſuſpecto cap.*4. *num.* 10. Farinacc. *vbi ſupra num.* 762. Felin. *in cap. inſinuante* 25. *num.* 2. *in fine de off. deleg.* Fermoſ. *d. q.* 13. *num.*22. Sbrocc. *de off. Vicarij lib.*3. *q.*14. *num.*11. Pax Iordan. *l.*13. *tit.*4. *num.* 30.

44. Bene tamen præfata amplliantur ad familiam, ſeu familiares Epiſcopi, & dicitur poſſe recuſari Iudicem, qui alias ſit de familia Epiſcopi, ſi Epiſcopus ipſe ſit ſuſpectus; quia talis familiaris per proprium intereſſe habet nimiam dependentiam, & coniunctionem ad Epiſcopum, & vt non diſcordet à ſenſibus & voluntate Epiſcopi, *cap. inſinuante* 25. *de off. deleg.* vbi Gloſſ. *in v. familiaris* Panorm. *num.* 6. vbi ex Hoſtien. hoc explicat, vt non omnis familiaritas ſufficiat ad hoc vt familiaris Epiſcopi ſuſpecti recuſetur, ſed ſola familiaritas poteſtatiua, ſcilicet familiaritas eius, qui eſt ſub Epiſcopi poteſtate. Nam alias quilibet tenetur ad proximi familiaritatem, & mutuam affectionem; nam natura inter homines cognationem inſtituit. Quamuis etiam amicitiæ ſpecialis ſit ſufficiens cauſa recuſationis, & poſſit recuſari Iudex, qui ſit amicus aduerſarij, vt notat ibidem Panorm. ſed hoc ſpeciali ratione verum eſt de familiari, qui ſit ſub dominio ſuſpecti, nam ſuſpecto dominio, ex hoc ſuſpecti haberi poſſunt ſubditi.

45. Quæ dicta ſunt de Epiſcopo nedum cõmunia ſunt Archiepiſcopo, in quantum & ipſe eſt Epiſcopus, ita quod & ipſe poſſit recuſari ex iuſta cauſa, & eo recuſato ex hoc recuſari poſſint eius officiales & Vicarij & familiares, ſed etiam quia recuſari poſſint Epiſcopi ei ſuffraganei in caſu & terminis *cap. accedens el* 1. *vt lite non conteſt.* & notat ibi *gloſſ. in verb. ſubeſſe* Gloſſ. *in cap. inſinuante verſ. tunc purgarent de Purgat. Canon.* Præp. Mediol. *in cap. Poſtremo num.* 11. *de appell.* vbi Franc. *num.* 20. Farinacc. *vbi ſupra num.*752. Laurent. *de Iud. ſuſpecto cap.* 4. 8. Fermoſ. *d. q.*13. *num* 28.

46. Etiam Epiſcopi Vicarius indubitatè ex iuſta cauſa poteſt recuſari. An vero recuſato Vicario recuſari poſſit Epiſcopus, affirmant, qui in hac recuſatione affirmanda ducuntur ex eo, quod Epiſcopi & Vicarij ſit vnum Tribunal. Et ita hoc ex hac ratione ſenſerunt Dec. *in cap.* 1. *de off. delegat.* & Rebuff. *in pract. tit. de Vic. Arch. ep. num.*219. apud Farinacc. Sed iam oſtenſum eſt ex identitate Conſiſtorii non poſſe deduci cauſam recuſandi Epiſcopum vel Vicariũ, cum recuſatio pro cauſa habeat conditionem perſonæ non vero Tribunal, ſeù iuriſdictionem; & ideò omnino dicitur, quod ex eo, quod Vicarius ſit ſuſpectus non poteſt recuſari Epiſcopus. Quod tenuit Gloſſ. *cap. ſi contra vnum de appellat. in* 6. *in verſ. Epiſcopi* et probatum eſt ibi *num.*35. Et præter ibi citatos tenent Farinac. *num.*755. Scacc. *de appell. q.*8. *num.*57. Fermoſ. *d. q.*13. *num.*32. Pax Iordan. *lib.*13. *tit.* 4. *nu.*29. Niſi cauſa recuſandi Vicarium eadem ſit, vel communis etiam Epiſcopo. Vnde poſſit iuſtè vterque recuſari, vt citati DD. aduertunt.

47. Ex ijs ergo dictis de Epiſcopis & eorum Vicarijs colligi poterit, quid dicendum ſit de alijs Ordinarijs Iudicibus Eccleſiaſticis, ſiuè ſæcularibus Feudorum Dominibus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus, & iſti enim vel in totum, vel vt ſibi detur Adiunctus recuſari poſſunt iuxta ſancita de Iure Canonico, vel Ciuili, Fermoſ. *d. cap. ſi quis de for. compet. q.* 9. *num.* 1. & pariter quid dicendum ſit de eorum Vicarijs vel Locumtenentibus, aut familiaribus.

48. De Vniuerſitatibus autem loquendo pariter aſſeritur, quod poſſunt recuſari, & ſic recuſari poſſunt Concilia Prouincialia, Synodi Diœceſanæ, Senatus, & aliæ Vniuerſitates, & Collegia. Quod tamen intelligitur ſi cauſa ſuſpicionis comprehendat omnes de Vniuerſitate, vel ſaltem tot, vt ex non ſuſpectis non remaneãt tot, quot ſunt neceſſarij ad iudicandum. Videantur Farinacc. *in fragm. lit. I. num.*724 Fermoſ. *in d. cap. ſi quis de foro compet. q.*7. Menoch. *de arbitrar. caſu* 458. Pax Iordan. *d. lib.*13. *tit.*4. *num.*18. Et hoc extenditur etiam ad Congrega-

tio-

tiones, quæ non habent votum deciſiuum, ſed conſultiuum; quia vt plurimum Iudices iudicant ſecundum votum taliumCongregationum. Sed vbi cauſa ſuſpicionis ſe extendit ſolum ad aliquos, quibus remotis adhuc manet Congregatio habens ius iudicandi, ex hac cauſa non poteſt recuſari tota vniuerſitas, ſed ille ſolus, vel illi ſoli, qui ſunt ſuſpecti. Marcheſ. *p.* 2. *c.* 8. §. 2. *num.* 3. Vbi quod ſi recuſetur ſuſpectus aliquis Rotæ Auditor, non allegatur ſuſpecta tota S. Rota, ſed ille ſuſpectus in eo inſtanti amouendus eſt à Rota, & poſtea cauſa per alios Dominos de Collegio terminanda eſt. Sic æquitas non patitur, vt aliquis Rotæ Auditor interſit, quando eius, vel conſanguineorum vſque ad quartum gradum cauſæ tractantur, iuxta illius Tribunalis ſanctiones & reformationes Tribunalium Vrbis fel. record. Pij IV. Quod etiam teſte eodem Marcheſ. ſeruatur in Signatura, dum cauſa diſcutitur, & ex vnius ſuſpicione non habentur, vt ſuſpecti alij, qui imo in dubio contra coadiutorem pronunciant.

49. Sic etiam ſi aliquis Cameræ Apoſtolicæ Clericus recuſatur à recuſante debet exprimi cauſa recuſationis, quæ dicto Clerico excluſo diſcutitur in plena Camera, quæ ſi approbatur à maiori parte, Clericus vt ſuſpectus amouetur Pius IV. *in Conſtit.* 87. *cum inter cætero.* §. 9. Paulus V. *Conſt.* 71. §. 12. 13. *&* 14. Marcheſ. *de Commiſſ. p.* 1. *c.* 3. *n.* 72. Similiter ſi Clericus aliquis habeat intereſſe in cauſa, vel agatur de intereſſe alicuius coniuncti ipſius vſque ad quartum gradum, non allegatur Camera ſuſpecta, ſed ipſe Clericus, dum Camera diſcutit debet à Camera recedere Pius IV. *d. conſtit.* 87. & Paulus V. *d. Conſt.* 71.

50. Tertius caſus eſt, ſi ſit ſuſpectus Præſes Vniuerſitatis v. g. Epiſcopus, qui eſt Præſes Synodi, vel Prælatus Collegij, & in hoc caſu ex ſuſpicione Præſidis recuſari poteſt totum Collegium, ſi Caput ſeu Præſes ſit talis cui Vniuerſitas, Collegium, Synodus, conſilium non audet contradicere, & eſt illi ſubiectum, quia tunc cauſa ſuſpicionis totam reſpicit Vniuerſitatem. Marcheſ. *vbi ſupra*. Imò ſi Præſes vel Caput ſit tale, vt eo remoto non maneat in Vniuerſitate Iuriſdictio, & facultas iudicandi, in idem coincidunt, quod recuſetur Caput, & quod recuſetur tota Vniuerſitas. Et ſic recuſato Epiſcopo ſimul tota Synodus eſt recuſata; quia Synodus Epiſcopo ablato, nec eſt Synodus, nec poteſt leges condere, aut de cauſis iudicare, Fermoſ. *d. qu.* 6. *num.* 2. Cæterum vbi Præſes non habet niſi ſuum votum, & alij poſſunt vel ſine illo cauſas cognoſcere, vel ei contradicere, recuſato Præſide non eſt Collegium, aut Concilium recuſatum, ſed ſolus Præſes cenſendus eſt recuſatus.

51. Iudex etiam Ordinarius cui competit delegare, ſicut & delegatus Papæ poſſunt ex cauſa iuſta recuſari, ſed ex ſuſpicione delegantis, non poteſt recuſari delegatus, Fermoſ. *in cap. ſi quis contra* 4. *de for. compet. q.* 15. Et ratio eſt. Tum primo quia exceptio, quæ nocet delegant, non nocet delegato *l. Doli mali except.* 19. *ff. de nouat.* Tum quia in delegato non militat, vel quod eius & delegantis ſit idem Tribunal, cum ſit diuerſum, vnde à delegato appellatur ad delegantem, vel timor reuocationis, quia ſubdelegato habente radicatam iuriſdictionem in terminis *cap. delatum, & cap. gratum, & cap. licet de off. deleg.* ipſa iuriſdictio perpetuatur ſecundum communem Canoniſtarum ſententiam. Tum quia timor reuocationis eſt nimis leuis, tam reſpectu obiecti, quia eſſe Iudicem in cauſa particulari, non eſt tam commodum, quam onus, vnde non eſt eadem ratio de Vicario Epiſcopi, ſeu delegato ad vniuerſitatem cauſarum, aut alio officio ſimili habente annexum continuum lucrum, & de delegato ad vnam vel alteram cauſam.

52. Et hic debet conſiderari quod ex Pariſ. *conſ.* 31. *num.* 89. *lib.* 1. & Carauit. *ſuper ritu magnæ Curiæ* 265. *num.* 2. Aduertit Farinacc. *vbi ſupra num.* 919. nimirum, quod allegare ſuſpectum Iudicem, niſi allegetur in cauſa famoſa, & inhoneſta, non tendit in ipſius Iudicis dedecus, imo potius & in honorem, & comodum, ex quo ipſum exonerat à iudicandi munere. Tū etiam quia timor leuis eſt ex parte periculi, quod eſt remotum, ſine enim cauſa iuſta idem non remouebitur de facili; & ideo niſi delegatus ſit vir malæ famæ, vel damnum imminens Iudici ex recuſatione ſit rebus penſatis magnū, & penſatis penſandis damnum probabiliter immineat, quod erit prudentis Iudicis iudicare, non poteſt reijci delegatus, quia delegans ſit ſuſpectus.

53. Probatur etiam *ex cap. Iudex* 5. *de off. deleg. in* 6. in quo decernitur, quod ſubdelegatio facta à delegato ſuſpecto ante eius recuſationem non poſſit impugnari; poſſet enim impugnari, ſi ſuſpicio delegantis redundaret in delegatum; nam ex hoc motiuo recuſari poſſet ab eo ſubdelegatus. Item vt probatum eſt *eodem capite num* 20. 22. *&* 21. Epiſcopus ſeu Ordinarius ſuſpectus poteſt cauſam delegare, quod verum non eſſet, ſi ex ſuſpicione delegantis poſſet recuſari delegatus. Vbi tamen tam in delegante, quàm in delegato militaret eadem cauſa recuſationis, tunc etiam delegatus poſſet recuſari, ſed recuſaretur ex cauſa propria, non verò ex cauſa delegantis. Pariter vbi delegans eſt ſuſpectus ex capite inimicitiæ, vel quia cauſa de qua agitur eſt propria delegantis, vel in ea habet proprium intereſſe ratione ſui aut ſuorū, quod ſuſpicio delegantis redundet in delegatum & tunc ſuſpectus in iudicando ſit quoque ſuſpectus in delegando voluit Scialoia *de for. compet. c.* 9. 11. 168. Sed hoc non admittitur, niſi adſit aliqua alia cauſa recuſandi delegatum, vt quia ſit valde amicus delegantis, vel habeat aliquod intereſſe in cauſa.

54. Nedum vero Iudices, ſed & Aſſeſſores, & Adiuncti recuſari poſſunt, imo & Ponentes & cauſæ Relatores, & Periti in arte, & Arbitri ex

Digitized by Google

ex cauſa iuſta recuſantur. Merus tamen executor ſententiæ ab alio latæ, non poteſt recuſari, *cap. nouit. de appell.* Vbi Doctores, qui etiam explicant qualiter executor mixtus recuſari poſſit.

55. Communiter etiam dicitur, quod Iudex datus de conſenſu, vel vnius, vel alterius partis non poteſt à parte, quæ conſenſit in illum, vt ſuſpectus recuſari, quod etiam eſt verum de Iudice à Procuratoribus partium electo, vel in quem ipſi conſenſerunt. Tamen hoc fallit primo in Iudice, in quem conſenſit Procurator exiſtens in Curia, quia tunc recuſare poteſt principalis extra Curiam in partibus exiſtens, niſi ipſe Dominus coram hoc Iudice comparuerit, vel alio modo in illum conſenſerit, vt fuit deciſum *in vna Genuen. coram Capizucchio* 16. *Decemb.* 1566. quam ſequitur Lancellott. *de attent. part.* 2. *c.* 6. *num.* 72.

56. Secundo ex communi ſententia id fallit, ſi ſuperueniat noua ſuſpicionis cauſa, aut ſi antiqua ignota de nouo cognita fuerit; ex huiuſmodi enim cauſa poteſt Iudex recuſari ab eo etiam, qui in illum conſenſit.

Hinc habetur quid dicendum ſit de Arbitris. Diſtinguitur vero Arbiter in Arbitrum Iuris, & neceſſarium, & Arbitrum voluntarium. Arbitri Iuris ſunt, qui neceſſario ex Iure eligi debent; Vndè neceſſario à partibus eliguntur. Et tales ſunt, qui de Iure Canonico eliguntur dum Iudex allegatur ſuſpectus. Arbitri vero voluntarij dicuntur, qui ex mera partium voluntate eliguntur. In arbitris Iuris eligendis eſt neceſſitas eligendi, ſed cum libertate ſpecificationis eligendi hunc vel illum, ſed in arbitris voluntarijs datur etiam libertas ad eligendum. Arbitratores vero ſunt amicabiles compoſitores non ad litem decidendam, ſed ad diſcordias potius de facto, quam de Iure dirimendas. Sylueſt. *v. Arbiter num.* 1. Laurent. *de Iud. ſuſp. cap.* 7. Farin. *in fragm. Crim.* 1. 716.

57. Agentes vero de recuſatione aliqui reſpondent cum diſtinctione, & dicunt Arbitros Iuris poſſe recuſari non vero Arbitros Voluntarios, aut Arbitrator, & niſi ex cauſa noua, vel de nouo cognita, ita Farinac. *num.* 717. & alij quos ſequitur Fermoſ. *cap. ſi quis contra* 4. *de for. compet. q.* 9. *num.* 8. Sed non video diſcrimen adeſſe in hoc puncto, quia arbitri Iuris licet neceſſariò eligantur quantum ad exercitium eligendi, perſonæ tamen non niſi liberè eliguntur; ideo poſtquam electæ ſunt, non poſſunt recuſari, niſi ex cauſa noua, aut de nouo cognita; Vel niſi Arbitri ſint tales, quod ſint electi non à partibus, ſed à Iudice accedente partium conſenſu, iſti enim recuſari poſſunt,

SVMMARIVM.

58 *Quomodo Regulares poſſint recuſare ſuos Superiores.*

59 *Diuerſæ opiniones Doctorum circa recuſationem Superiorum Regularium à ſuis ſubditis, & vſque ad* 64.

64 *Explicatur quomodo ſit verum quod remota appellatione tollatur recuſatio.*

65 *Regularibus eſt prohibita Iudicis Regularis recuſatio.*

66 *Hoc verificatur, ſi Iudex procedat ad correctionem ſecundum Regulam.*

67 *Quando Iudex Regularis procedit Iudicialiter, ſeu ſi ſit timor quod excedat in correctione poteſt recuſari, ſi tamen adſit cauſa Iuſta, & certa in Iure, & de facto.*

68 *Ad recuſationem non ſufficit timor grauaminis, niſi timeatur iniuſtitia.*

69 *Ad hoc vt recuſatio ſit licita, requiritur periculum grauis iniuſtitiæ.*

70 *Si Iudex Regularis recuſatus ſolum ex probabili cauſa procedat ad vlteriora, quid ſit agendum.*

71 *Regularis, recuſato Iudice ex graui, & Iuſta cauſa, non tenetur coram Iudice comparere.*

72 *Acceptata dicta recuſatione à Iudice Superiori manet ſuſpenſa Iuriſdictio Iudicis inferioris, etiam in Regularibus.*

73 *Quid ſit dicendum quando apud Regulares ſit ſtatutum, vt non liceat recuſare Iudicem ordinarium, & ſequent.*

ARTICVLVS IV.

An Prælatus Regularis poſſit à ſuo ſubdito recuſari.

58. CVm in articulo ſecundo probatum ſit recuſationem poſſe tolli per Principem; videatur vero quod hæc Regularibus ſit interdicta, hic quæſtio iſta examinanda eſt, antequam difficultates expendamus, quæ nullam recuſationis prohibitionem ſupponunt. Videtur vero Prælatos, ſeu Iudices Regulares à ſuis ſubditis Regularibus non poſſe recuſari, hoc enim videtur probari ex *cap. ad noſtram* 3. & *cap. Reprahenſibilis* 26. & *cap. cum ſpeciali* 62. *de appellat.* vbi etiam appellatio Regularibus eſt interdicta.

59. Propterea DD. diuerſimodè textus iſtos interpretantes in varias tranſierunt ſententias. Marcheſ. *de commiſſ. p.* 2. *cap.* 8. § 2. *nu.* 8. dixit quod Religioſi habentes qualitates obſeruantiæ perfectè, vti ſuſpecti non recuſantur, & citat Pariſ. *conſ.* 30. *num.* 111. & exemplum dat de Carthuſianis, & Franc. *cap. Poſtremo col.* 596. *de appell.* Et quod ita de conſuetudine ſeruatur. Sed alij diſtinguunt inter Prælatum extraiudicialiter corrigentem ſubditum, & iudicialiter procedentem ad eius punitionem, & dicunt primum non poſſe recuſari, benè tamen id fieri poſſe, dum Prælatus iudicialiter procedit. Ita enim *in d. cap. cum ſpeciali ſenſerunt* Hoſtien. *nu. vlt.* Ioannes Andr. *num.* 18. Butr. *in fine* Bellamer. *num.* 14. & Franc. *num.* 4. Alij verò diſtinguunt inter Prælatum iudicantem, & corrigentem ſecundum Regulam, & inter Prælatum excedentem modum in corrigendo, & ſic dicunt primum non poſſe recuſari, at poſſe recuſari ſecundum,

Digitized by Google

dum, ita *gloſſ. in d. cap. ad noſtram in v. minus, & in d. cap. cum ſpeciali* 61. Innoc. & Panorm. §. *Porro num.*3. Fermoſ. *cap. ſi quis contr.*4. *q.*33. *num.*4. *de foro compet.* Alij diſtinguunt vbi cauſa recuſationis eſt leuis, & dubia, & tunc dicunt, Regulares non poſſe ſuum Prælatum recuſare, quod tamen facere poſſunt ex cauſa graui manifeſta, & certa ita Sanchez *lib.* 6. *in Decal. cap.*8, *num. fin.* Palaus *tom.* 3. *tract.* 16. *diſput.* 4. *p.* 16. *nu.*11, Card. de Lugo *de Iuſt. diſput.* 37. *ſect.*14. *num.* 176. Lezana *p.* 1. *cap.* 9. *num.* 8. Bictus *in praxi q.*6. *num.* 58. Didacus Scroi. *p.*4. *c.*1. *n.*44. Alij abſolutè reſpondent Prælatum, ſeu Iudicem Regularem poſſe ex iuſta cauſa recuſari, & tamen tandem limitant aſſertionem ſuam, vel vt ſit vera, quando Iudex excedit in corrigendo, vel quando eſt manifeſta iniuſtitia, ita Peirin. *in ſubd. q.*1. *c.*19. Paſqual. *decis.*346. *n.*4. *& fin.* Sed Franciſcus de Sancto Iuliano Diſcalceatus Sanctiſſimæ Trinitatis in Tribunali Regularium *cap.* 7. *n.*8. vult quod etiam, vbi cauſa ſit dubia, liceat Regulari ſuum Iudicem recuſare.

60. Fundamentum harum ſententiarum quatenus admittunt Prælatum Regularem poſſe recuſari eſt, quia recuſatio ſit remedium iure naturali conceſſum, contra quod Ius non poteſt lex poſitiua, vnde & iniuſtum, & inualidum prorſus eſſe ſtatutum, quod tollat omnino recuſationem ex quacumque cauſa, ſentit Paſqual. *decis.* 349. Sic enim quod neque Princeps poſſit committere cauſam recuſatione Iudicis remota probat ibidem alleg. Panorm. *cap. Ad hæc de Reſcript. & in cap. cum inter de except.* Ramon. *conſ.* 3. *num.* 37. *&* 38. *& dicta decis.* 346 *num.*6. dixerat quod Regulares neque renunciant, neque renunciare poſſunt facultati recuſandi Iudicem, neque Religio poteſt hanc renunciationem acceptare, quia eſt contra bonum commune, quod in cauſis non ſeruetur Ordo eſſentialis iuſtitiæ. Ad eiuſdem vero aſſertionis probationem allegantur *cap. ſi quis contra Clericum, de foro compet. & cap. ſecundo requiris* §. *tertio, de appellat. & cap. in ſingulis de ſtatu Monach.*

61. Quod verò etiã non ſufficiat cauſa dubia probat Franciſcus à Sancto Iuliano. Tum quia ex cauſa dubia poſſunt recuſari Inquiſitores ſecundum Palaum *tom.*4. *diſp.*8. *p.* 8. *num.* 3. Tum ſecundo quia ſecundum Salos 2. 2. *q.* 68. *art.* 1. *contr* 3. Iudex dubius, an ſit ſemiplena probatio, non poteſt Reum interrogare, vel damnare igitur in dubio an cauſa appellandi ſit iuſta, potius fauendum eſt Reo.

62. Conſideratur etiam à Sanchez *lib.*6. *conſil. cap.* 8. *dub.* 3. *num.* 17. quod in priuilegijs Regularium non inuenitur prohibita recuſatio, at vero ex appellationis prohibitione non debet cenſeri prohibita recuſatio. Et ſic ſtandum erit Iuri communi, & dicendum, quod illis liceat Iudicem ſuſpectum recuſare. Quamobrem cum *in c. ad noſtram* 3. *& cap. reprehenſibilis* 26. *de appellat.* prohibita ſit appellatio ex illis non eſt Regularibus prohibita recuſatio,

63. *In cap. verò cum ſpeciali* 60. *de appellat.* etiam prohibita eſt recuſatio, in fine enim illius *cap. ſic habetur. Cæterum has duas Conſtitutiones præmiſſas nolumus ad Regulares extendi contra ſuas ſpeciales obſeruantias.* Ibi vero prima Conſtitutio modum recuſandi Iudicem ſuſpectum determinauerat. Pluribus verò modis hunc textum explicant DD. Primo enim dicunt textum intelligendum eſſe quando Prælati corrigunt ſecundum Regulam, ſecus ſi Prælati grauent. Ita Sanchez *lib.* 6. *in Decal. c* 8. *num.* 111. Peyr. *in Subd. q.*1. *cap.*19. Paſqual. *decis.*346. & fuit ſententia Panormit. *in d. cap. cum ſpeciali* §. *porrò num.*3. & aliorum Interpretum ibi. Aliter verò alij textum interpretantur, & dicunt illum loqui in caſu dubio, nimirum vt non liceat Regularibus recuſare Prælatum ex cauſa dubia, ſed ſolum ſi cauſæ recuſationis ſit certa, ita Sanchez *d. num.*111. Lezana *par.* 1. *cap.* 9. Paſqual. *decis.* 346. *num.*7. quia nec obſtant, quæ habet Franciſcus de S. Iuliano *in Tribun. Regul. c.*7. *aduerſ.* 2. §.4. *num.* 8. quia licet ſit verum quod ad recuſandum Iudicem ſufficiat dubium procedens de imminenti iniuſtitia, vnde nec cauſa debet eſſe probata ſed ſufficit, quod ſit probabilis, tamen ſtante quod in citata decretali *Cum ſpeciali* recuſatio ſit prohibita Regularibus, ſatis eſt, ſi intellecta Decretali ſtrictè intelligatur de ſola recuſatione ex cauſa dubia, & excipiatur tanquam non prohibita recuſatio ex cauſa graui & manifeſta.

64. Mihi in primis conſiderandum videtur quod vt dictum eſt ſupra in hac *quæſt. art.* 2. *in fine*, appellatio, & recuſatio de Iure Canonico æquiparantur, & quod vna auferiur alia ablata, vt per textũ *in c. ſuper* 12. *de appell.* ibi: *in Cauſis quoque Eccleſiaſticis, vbi appellationis remedium tollitur, ſicut appellationi ita recuſationi non eſt aliquatenus deferendum.* Quod quidem intelligitur formaliter, & cum proportione; quia enim aliæ ſunt cauſæ appellandi, & aliæ recuſandi Iudicem; nam appellatio Iudicialis ſupponit grauamen illatum, recuſatio verò fieri poteſt ob timorem futuri grauaminis. Inde eſt, quod etiam ſi vel non adſit cauſa appellandi, vel prohibita ſit appellatio, poteſt eſſe, quod adſit cauſæ ralis recuſandi, quâ ſtante, etiam clauſula *recuſatione remota* non tollat recuſationem, vt apertè decernitur *in cap. poſtremo de appellat.* Regula igitur intelligitur cum proportione, vt verè ex eo quod tollitur appellatio tollatur recuſatio, ſed ita tamen, vt ſicut prohibitio appellationis non tollit appellationem vel in caſibus in Iure permiſſis, vel vbi iniuſtitia Iudicis eſt manifeſta. Ita ex vi clauſulæ *appellatione remota*, vel clauſulæ *recuſatione remota* non tollatur recuſatio in caſibus à Iure permiſſis, ſeu vbi cauſa recuſandi eſt manifeſta, & à Iure probata. Et hic eſt ſenſus vtriuſque textus citati, & ex hoc habetur dari poſſe in ſingulari plures caſus, in quibus non liceat appellare, & tamen liceat recuſare, quia ſtat non dari cauſam appellationis, & dari cauſam recuſationis. Et nihi-

nihilominus ex vi clauſulæ *appellatione remota* per ſe & formaliter tollitur recuſatio, niſi in caſibus conſimilibus, in quibus illa clauſula ſtante adhuc admitteretur appellatio.

65. Hinc ad quæſtionem noſtram dicitur, quod Regularibus eſt prohibita recuſatio Iudicis Regularis, nedum ex vi *d. cap. cum ſpeciali*, ſed ex vi Priuilegiorum prohibentium appellationem, quia vt habetur ex *d. cap. ſuper eo*, & Io. And. & Panorm. *ibidem*, & Fermoſ. *cap. 4. de foro compet. quæſt. 41. num. 7.* Militat in vtraque eadem ratio, quæ eſt breuitas litium, & in Regularibus fauor diſciplinæ Regularis. Quod eo magis eſt verum, quod, vt infra probabitur, *art. 9.* recuſatio ſe ſola, niſi ſibi adiungatur appellatio, paruam vim habet, nec ſuſpendit Iudicis recuſati iuriſdictionem.

66. Dicitur igitur quod ſicut ex dictis *ad tit. de appell. in 6. art. vltim.* Regularibus non eſt permiſſum appellare appellatione ſuſpenſiua à correctione, ab exceſſu vero correctionis, ſeù à correctione iudiciali non eſt permiſsū appellare ex ſola cauſa probabili, ſed dubia, ſed ſolum ex cauſa certa & manifeſta; idem dicendum eſt de recuſatione, prout dixerunt Sanchez *l. 6. in Decal. cap. 8. in fin.* Palaus *tom. 3. tr. 16. d. 4. p. 16. num. 11.* Card. de Lugo *de iuſt. d. 37. ſect. 14. num. 176.* Lezana *p. 1. cap. 9. num. 8.* Peir. *in Subd. q. 1. cap. 19.* Paſqual. *dec. 348. in fin.* Bictus *in praxi q. 6. num. 58.* Didacus Scroi *in Luce Præl. p. 4. cap. 1. num. 44.* & ſic Prælatum purè corrigentem ſecundum Regulam non licet recuſare. Vbi vero ſit timor, quod excedat in correctione, vel vbi Iudex procedit iudicialiter poteſt recuſari Iudex, non tamen ex puro timore dubio, ſeù probabili, ſed ſolùm ex timore certo futuræ iniuſtitiæ, aliter recuſatio non habet vim ſuſpendendi iuriſdictionem Iudicis.

67. Ad hoc igitur, vt Regularis poſſit recuſare Iudicem Regularem debet dari cauſa iuſta & manifeſta, quæ ſcilicet ſit certa in Iure, & de facto, & nedum materialiter, ſed formaliter, ita quod ſit certus timor futuræ iniuſtitiæ. Debet eſſe certa de Iure, quia, ſcilicet, ſit certum talem cauſam eſſe à Iure approbatam. Debet eſſe certa in facto, quia debet eſſe certum dari in facto illam cauſam, v. g. vt ſit certum, quod Iudex ſit inimicus capitalis recuſantis, vel conſanguineus. Sed præterea tertio debet eſſe certus timor iniuſtitiæ, vt, ſcilicet, etiam data cauſa non ſit dubium, ſed certum Iudicem eſſe perſonam talem, & tales rerum circumſtantias, vt certo debeat timeri Iudicem iniuſtè iudicaturum in damnum recuſantis. Huiuſmodi etiam timor ſæpiſſimè locum non habebit reſpectu Iudicis Regularis.

68. Vnde nec ſufficit timor grauaminis, niſi timeatur iniuſtitia, ideò non ſufficit timor ortus ex eo quod Iudex etiam prælo mandauit ſuam opinionem, ſecundum quam ſi iudicet, pronunciabit contra partem. Hic enim nullus eſt iniuſtitiæ timor, alios verò Iudex tenetur iudicare ſecundum quod coram Deo ſibi, viſis videndis, & ſeruatis Regulis Iuris, videtur iuſtum. Aliàs liceret ſubdito prætendenti aliquid contra opinionem communem recuſare Iudicem, quem ſcit iudicaturum eſſe (prout regulariter tenetur, vel ſeruatur) ſecundum communem opinionem. Vel prætendens aliquid ex opinione manifeſtè minus probabili, poſſet reuocare Iudicem, quem ſcit ſecurè iudicaturum ſecundùm opinionem magis probabilem. Pars igitur habet ius contra malitiam vel ignorantiam Iudicis, vt in lite non grauetur ex malitia illius, vel ignorantia, non verò contra iudicium illius prudens & recta conſcientia liberè deductum. Vide infra num. 122.

69. Secundo etiam ſequitur in quampluribus caſibus ratione materiæ, deficere à grauamine imminente rationem iniuſtitiæ. Et hic applicanda eſt doctrina Panorm. *in cap. cum inter 5. num. 9. de except.* qua ipſe teſte Felin. *ibidem num. 8* ſæpiùs vſus fuit diſtinguens inter ea, quæ concedere, vel negare, permittere, vel tollere eſt poſitum in poteſtate Papæ, vel non eſt poſitum; ſic enim quia Prælati Regulares ex vi voti paupertatis, aut obedientiæ præcipuè ex vtilitate boni communis, bona temporalia, adminiſtrationes plures, & alia poſſunt auferre à ſubditis pro ſua voluntate, ſi ex Iudice Prælato ſuſpecto non immineat aliud periculum, quàm quod aliquod ſimile à Prælato auferatur, hoc non eſt periculum iniuſti grauaminis, niſi forſan in modo, vel quia ex falſa cauſa, & irrogante iniuriam, grauamen inferatur. Ideò hæc omnia attendi debent, & niſi ſit periculum grauis iniuſtitiæ, licet ſit periculum grauis damni, recuſatio non eſt legitima.

70. Sequitur tertiò, quod apud Regulares Iudice recuſato ſuſpecto, ſolum ex probabili cauſa, ſi ipſe contempta recuſatione procedat ad vlteriora, valor proceſſus ex futuro aduentu procedit, & inſpiciendum erit an proceſſus fuerit iniuſtus, & an iniuſtè grauauerit recuſatorem, & in præiudicium eius operatus fuerit; Nam ſi omnibus penſatis aliàs proceſſus inueniatur iniuſtus ad eiuſdem recuſatoris inſtantiam, nedum caſſandus erit proceſſus, ſed puniendus Iudex, qui etiam recuſatus iniuſtè contra recuſatorem proceſſit. Videantur quæ *de appell. extraiudiciali*, cui non competit priuilegium attentatorum, dixi in tractatu *de elect. cap. 32. q. 1.* Vbi explicatur qualiter acta contra hanc appellationem ſint caſſanda.

71. Hoc tamen etiam conſiderandum, quod vbi Regularis ex graui cauſa, & manifeſta, poteſt recuſare Iudicem, & licet ſibi vim vi repellere; vnde non tenetur coram Iudice comparere, ſententia lata contra contumacem erit caſſanda, quia talis in rei veritate non eſt contumax; Et ſic non poterit damnari, niſi audiatur, quia hoc eſt de ſubſtantialibus Iudicij.

72. Sequitur quarto, quod vbi recuſatio fuit acceptata à Iudice Superiore, & ille inhibuit, ſuſpenſa manet etiam in Regularibus Iuriſdictio Iudicis inferioris. Intrat etiam tunc lex naturę,

& natutalis ſubordinatio Iudicum, vt non poſſit inferior procedere in cauſa, quam ad ſuum Tribunal iuſtè ſuperior auocanit.

73. Ex dictis tamen patet quid dicendum, dum quæritur, an ſi apud Regulares ſit ſtatutum, vt non liceat recuſare Iudicem Ordinarium, poſſit nihilominus recuſari. Paſqual. *deciſ.* 348. affirmat dicens ſimile ſtatutum explicari debere, vt excludat ſolum recuſationem friuolam, quia aliter ſtatutum eſſet iniuſtum. Citat vero plures DD. qui tamen loquuntur de Iudice delegato à Papa. Et ſic ait intelligendum eſſe ſtatutum *cap. Generali ſui Ordinis aditum anno* 1621. Sed Megala *in pract. Canon. cap.* 4. *num.*23. *verſ. Aduerte tamen* ſenſit in eo ordine ex vi dicti ſtatuti Ordinarinm non poſſe recuſari. Et hoc ſimpliciter eſt verum, quia nulla eſt hic iniuſtitia, cum recuſatio ſimpliciter ſit defenſio Ciuilis, quam lex ex cauſa iuſta poteſt prohibere, ſicut & Religio poteſt huic remedio renunciare, vt ſupra *art.* 2. dictum eſt, ſolùm verò non poteſt vniuerſaliter prohiberi recuſatio in illis caſibus, in quibus ſit de Iure naturæ, & quantum ad effectus, quos de naturæ Iure producere poteſt, alias vero poteſt tolli quantum ad Iuris poſitiui ſolemnitates, & effectus, ad quos non habet efficaciam, niſi ex Iure poſitiuo. Vndè ſuperior, & legiſlator abſolutè poteſt prohibere recuſationem Iudicis Ordinarij, in quantum eſt Ciuilis defenſio, & hoc ex quacumque cauſa contingere poſſit recuſatio, ſi huius prohibitionis detur iuſta cauſa, vt *artic.* ſuperiori dictum eſt, quidquid in contrarium dicat Paſqual. *deciſ.* 349. non aduertens, quod recuſatio ſimpliciter eſt defenſio Ciuilis.

74. Attendi tamen debet, an Capitulum Generale poſſit tollere recuſationem in caſibus conceſſis Regularibus de Iure communi, ſed conſiderandum eſt, quod contra id, quod eſt de Iure communi ſolum negatiuè poteſt Capitulum Generale diſponere. Et poteſt renunciare illis, quæ pro fauore ſui Ordinis conceſſa ſunt. Et vlterius penſari debet quod Bonif. 8. *in ſua Conſtit.*4. vult ſeruari Regularium Conſtitutiones, & ſtatuta in materia formandi proceſſus, & non attendi apices, & rimulas Iuris.

75. In caſu etiam, quod apud Regulares non eſſet prohibita recuſatio, vt eſt defenſio Ciuilis, adhuc verum non eſſet, quod huiuſmodi recuſatio in omnibus regulanda eſſet ſecundum Ius commune Canonicum. Nam Innoc. 3. in Concil. Lateranenſi, vt habetur *cap. cum ſpeciali* 61. *de appellat.* in quo Capitulo ponitur forma ſeruanda in recuſatione, & in fine ſic diſponitur. Cæterum *has duas Conſtitutiones præmiſſas nolumus ad Regulares extendi contra eorum ſpeciales obſeruantias.* Ideò Regulares non ſubduntur neceſſitati eligendi Arbitros coram quibus probentur cauſæ ſuſpicionis, ſed in hoc proprias obſeruantias ſeruare poſſunt. Et quia quod Iudex recuſatus cognoſcat de iuſtitia, & veritate cauſarum, ob quas recuſatur, non eſt prohibitum lege naturæ, vim in hoc habebunt Religionum ſtatuta, & laudabiles conſuetudines, iuxta quas ſuperior præcipuè Ordinarius, ſi ſummariè, & de plano, imò & extraiudicialiter inueniat cauſas eſſe calumnioſas, & friuolas poterit ad vlteriora procedere. Et tandem illi ſufficiet, ſi ſpeciali Religionis ſtatuto, vel conſuetudini non reſiſtat.

76. Si tamen ſuperior deſerat recuſationi, & illam admittat, manebit ſuſpenſa eius Iuriſdictio. argum. eius quod decernitur de appell. *in cap. cum in appell. in* 6.

SVMMARIVM.

77 *Iudex licite recuſatus, procedens ad vlteriora, nulliter procedit.*
Proceſſus factus à Iudice Inimico non recuſato, ſi alias ſit Iuſtus, eſt validus. ibid.
78 *Quomodo fieri debeat recuſatio, & n.*79.
80 *Diuerſimodè recuſatur Iudex ex Iure Ciuili, & ex Iure Canonico.*
De Iure Canonico requiritur, quod exprimatur in libello recuſationis cauſa legitima ſuſpicionis. ibid.
81 *Et hac cauſa exprimi debet in particulari non in communi.*
82 *Quo tempore cauſæ ſuſpicionis exprimi debeant in libello recuſationis.*
83 *Solæ cauſæ quæ expreſſæ fuerunt in recuſatione attendi debent.*
84 *Quid requiratur ad hoc vt Iuriſdictio delegati tollatur, vel executio iuriſdictionis Ordinarij impediatur.*
85 *Hoc explicatur triplici caſu diſtincto, necnon adducuntur aliquæ limitationes, & ſequent.*
91 *De Iure Ciuili non eſt neceſſe quod exprimatur, & probetur aliqua cauſa, ſed ſufficit quod recuſans iuret de calumnia, & num.*92.
95 *Declaratur hoc varijs doctrinis, & exemplis, & ſequent.*

ARTICVLVS V.

Qualiter recuſatio, & ſuſpicionis cauſa proponi debeat.

77. HOc autem primo prò certo haberi debet, quod ad hoc, vt ipſius Iudicis ſuſpecti Iuriſdictio, vel tollatur, vel ſuſpendatur, ipſeque teneatur abſtinere à Iuriſdictionis exercitio, & ſi aliter faciat proceſſus non valeat, neceſſe eſt quod recuſatio præcedat; Vndè bene valet quidquid per Iudicem ſuſpectum actum eſt, antequam fuerit recuſatus, etiam, quod Pater eſſet Iudex in cauſa filij. Io.Andr. *in c. Poſtremo num.*4. *in verb. recuſari de appell.* vbi Anchar. *in primo notab.* Bellam. *num.* 3. Butr. *nu.*9. Panormit. *num.* 7. Imol. *num.* 3. Anan. *num.* 7. Præpol. Mediolan. *numer.* 5. Franc. *in* 2. *not.* Iterum Panormit. *in cap. cum veniſſent in fine de Iud.* Felin. *cap. cauſam quæ, verſ. ſeptimo fallit de offic. deleg.* & ibi Dec. *num.*11. Fermoſin. *cap. ſi quis contra* 4. *de off. delegat. q.*10. *num.*7. Farin. *in fragm.*

Digitized by Google

in fragm. Crim. l. I. num. 705. Excipiunt vero Farinac. & Fermoſ. poſt Præpol. Mediol. *in cap cum ſpeciali num.* 40. *in fine de appellat.* Cauſam capitalis Inimicitiæ, vt proceſſus factus ab Inimico etiam non oppoſita Inimicitia, & Iudice non recuſato ſit nullus. Verum cauſam hujus diſcriminis, & limitationis non video. Et alij DD. abſolutè requirunt quod præceſſerit recuſatio, vt proceſſus non valeat, & implicat quod proceſſus factus à non recuſato non valeat ex vi legum irritantium proceſſum factum à recuſato. Et Inimicitia de ſe ex iure naturæ non tollit à Iudice Iuriſdictionem. Proceſſus ergo factus ab Inimico non recuſato, ſi alias ſit iuſtus, nec alium defectum patiatur, validus erit.

78. Secundo etiam habendum eſt pro certo, quod recuſatio fieri debet à parte ipſa, ita quod non valeat ſi fiat per Procuratorem non habentem ad hoc ſpeciale mandatum, Rota apud Caputaquen. *deciſ.* 268. *p.* 1. & apud Gregor. XV. *deciſ.* 368. *num.* 2. & apud Duran. *deciſ.* 178. *n.* 1. Et Neucaſtren. Archidiacon. 3. *Decembris* 1588. *coram Gypſio*, *& deciſ.* 440. *num.* 2. *p.* 2. *recent.* Nam vt probat Farinac. *in fragm. l. I. num.* 704. Allegans Iudicem ſuſpectum tenetur actione iniuriarum ſecundum Bald. *cap. ſuper quæſtionum de off. delegat.* & Angel. *in l. quæ omnia ff. de Procur.* Procurator vero non poteſt ſine ſpeciali mandato aliquid facere, per quod Dominus incidat in pœnam, ſecundum Bart. *in l. ſi Procurator num.* 6. *&* 7. *ff. de cond r. indeb.* Et licet ſufficiat tacita ratificatio principalis, quæ ſufficienter deducitur ex eo, quod principalis iudicium proſequutum fuit coram alio Iudice. Rota *d. deciſ.* 440. *num.* 2. *p.* 2. *recent.* Beltram. *ad deciſ.* 368. *num.* 8. *Greg. XV.* Nihilominus ſi oppoſitus fuit defectus mandati, non ſufficit, etiam ſi poſt oppoſitionem doceatur, de mandato ſpeciali, vt dictum fuit in vna Placentina 27. *Ianuarij* 1559. quam ſequitur Lancellott. *de attent. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 6. Quia licet Domini de Rota admittant, quod ſufficiat poſtea docere de mandato *deciſ. alias* 248. *de Procur.* in antiquis hoc tamen non procedit, quando oppoſitus fuit defectus mandati, per DD. quos refert ibidem Lancellott. *num.* 7. qui *num.* 56. benè aduertit quod geſta poſt recuſatum Iudicem à Procuratore tenent facta ante principalis ratificationem. Imò valent geſta poſt ratificationem, quouſque ratificatio non fuit intimata. Farinac. *vbi ſupra n* 704. Quamuis verò Farinac. ibidem ex Rebuff. dicat quod ſi principalis ſit abſens, Procurator poſſit Iudicem allegare ſuſpectum cum promiſſione de rato infra certum petitum terminum, & teneretur Iudex interim abſtinere à cognitione cauſæ, quod ex Baiardo ad Clarum voluit Scialoia *de for. compet. cap.* 9. *num.* 133. tamen non lego quod huius dicti reddant rationem: Et è contra: ſi horum ſententia vera eſſet, ſequeretur, quod in præiudicium alterius partis poſſet per menſes, & annos retardari proſecutio iudicij, donec ex partibus valde diſtantibus haberetur recuſationis ratificatio, quod iuſtitiæ non eſt conſonum. Ideò dicitur, quod ex quo principalis non dedit ſpeciale mandatum ad iudicem recuſandum, procuratoris recuſatio nullam vim habet, vt liget manus Iudicis, & claudat os, eumque ſilere faciat. Benè verum eſt, quod principalis cenſetur dediſſe ſpeciale mandatum ad recuſandum Iudicem; ſi in mandato Procuræ ſit ſolita clauſula. *Ad Iudices, & Notarios recuſandum.* Beltram. *ad dec.* 363. *Greg. XV. num.* 8.

79. Tertio pariter eſt certum, quod recuſatio proponi debet in ſcriptis, nec ſufficit verbis recuſare Iudicem *l. Apertiſſimi C. de Iudic.* ibi: *Libello recuſationis ei porrecto iuxta gloſſ. in v. libello & in l. finali eod. tit.* Gloſſ. *in cap. quoniam in verb. recuſatione, de probat.* & ibi Barboſa plures referens *num.* 26. Lancellott. *de attent. cap.* 5. *num.* 76. Fermoſ. plures allegans *d. quæſt.* 4. *num.* 8. Nihilominus Turrecremata *cap. quod ſuſpectis num.* 4. *in fine* 3. *quæſt.* 5. exiſtimat, quod recuſatio poſſit fieri ſola voce, ſicut & appellatio, & allegat Caput litigatorum 2. *q.* 7. Sed hoc certum ſit quod ad minus, vt de illa conſtet, neceſsè eſt, quod recuſatio deſcribatur per Notarium cauſæ in actis.

80. His ſic præmiſſis obſeruandum eſt, diuerſum eſſe modum recuſandi Iudicem ex Iure Ciuili, & ex Iure Canonico. Nam de Iure Canonico in libello recuſationis exprimi debet cauſa legitima ſuſpicionis, *cap. cum ſpeciali de appellat.* ibi coram eodem *cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſſignet*, *& cap. ſecundo requiris* §. *finali eodem tit. & cap. legitima de appell. in* 6. ibi *legitima ſuſpicionis cauſa contra Iudicem deſignata* Et ibidem Interpretes communiter.

81. Arbitratur autem Lancellott. *de attent. cap.* 6. *num.* 67. ſufficere generalem expreſſionem cauſæ recuſationis, nec requiri ſpecialem. Addit vero *num.* 68. quod poteſt probari per iuramentum, ſed hoc vt explicatur infra, procedit de Iure Ciuili, non vero de Iure Canonico. Et in hoc ſenſu loquitur Lancellott. Nam, vt ex citatis textibus conſtat, cauſa iuſta, & legitima ſuſpicionis, debet exprimi in libello recuſationis, & ita communiter DD. illos textus intelligunt, & dicunt in libello exprimendam eſſe cauſam, vel cauſas ſuſpicionis. Specul. *lib.* 1. *tit. de recuſ.* §. 4. *& lib.* 4. *tit. de off. deleg.* Marcheſ. *p.* 2. *cap.* 8. §. 1. *num.* 23. Pax Iord. *l.* 13. *tit.* 4. *nu.* 122. Nam debet exprimi cauſa, quæ probari poſſit, hæc vero non eſt cauſa aliqua generalis & vaga, ſed ſpecifica eſſe debet, ideò expreſſio facienda eſt nominatim, nec ſufficit generalitas inimicitiæ, odij, & ſimilium, vt ex Specul. *tit. de recuſ.* §. 5. *num.* 28. & Io. Andr. ibidem probat Pax Iord. *d. tit.* 4. *num.* 224.

82. Imò nec quocumque tempore licet recuſanti exprimere recuſationis cauſas. Nam tempore recuſationis, illas debet exprimere, cum illas exprimere teneatur in libello recuſationis *l. apertiſſimi C. de Iud. cap. quoniam contra de probat.* Et licet Bald. hic dixerit, quod poteſt primo

Digitized by Google

Iudex recuſari, & poſtea cauſa ex interuallo exprimi, tamen dicendum eſt cum Hoſtienſi *in ſumm. poſt tit. de off. deleg. tit. de recuſ. §. qualiter recuſatio*, quod omnes cauſæ ſimul in libello exprimi debeant, & quod ſi hoc non fiat, præſumptio vrgeat contra recuſantem, & eum de dolo arguat: quod ſi recuſans ex interuallo cauſas exprimat, vel reijciendus eſt, vel ſi Iudex illum reijcere non vult, debet illi præfigere diem, in quo omnes exprimat, poſtquem illum non debet amplius audire, niſi cauſa exprimenda ſit noua, vel de nouo cognita, quod ex Speculat. *d. §. 5. num. 32.* voluit etiam Pax Iord. *d. tit. 4. num. 128.*

83. Solæ igitur illæ cauſæ ſpeciales, quæ in recuſatione expreſſæ fuerunt debent attendi, Lancellott. *d. cap. 6. num. 68.* Nec licet, aut ſufficit recuſanti probare cauſam non expreſſam. Quamobrem ſi recuſans deficiat in probatione cauſæ, aut cauſarum expreſſarum, non debet admitti, vt aliam cauſam proponat, niſi illa ſit noua, aut de nouo cognita, quod ipſe probare tenetur, ſi autem ab initio nullam cauſam proponat, nihil valet recuſatio, donec cauſam in tempore oportuno propoſuerit. Cauſa verò ſuſpicionis proponenda eſt coram Iudice recuſato, ſed probanda apud Arbitros, vel Superiorem, vel alios Coniudices iuxta tradita *cap. ſi contra vnum de appellat.* Probationes verò in materia recuſationis debere eſſe claras, & non admitti iuramentum ſuppletorium, & non ſufficere fides authenticas, etiam perſonæ in dignitate conſtitutæ, ſed debere formiter examinari cum iuramento teſtes, aduertit Ang. Scialoia *de for. compet. cap. 9. num. 137. & 138.*

84. Diſtingui etiam debet, quia ad effectum vt in totum tollatur iuriſdictio delegati, vel impediatur in totum executio iuriſdictionis Ordinarij, cauſa debet eſſe probata, ſed ad hoc vt recuſatio, exercitium pro interim aliquo modo ſuſpendat, vel impediat, ſufficit quod ſit cauſa, quæ ſi probetur ſit legitima, ſeù quæ probari poſſit, nec eſt neceſsè vt ſit probata.

85. Quod etiam declaratur triplici caſu diſtincto. Nam vel cauſa eſt notoriè friuola, vel notoriè iuſta, vel non eſt notoriè iuſta, aut friuola, ſed eius valor vel inſufficientia poteſt aliqua tergiuerſatione celari, & ſic datur eius aliqualis dubietas. In ſolo hoc tertio caſu eſt neceſſaria probatio, ſemper quidem debet cauſa proponi, ſed ſi ſit notoriè iuſta, Iudex ſine alia probatione tenetur ſe habere vt ſuſpectus, & ſi ſit notoriè friuola, poteſt recuſationem reijcere, & ad vlteriora procedere nulla alia expectata ſententia, ſeù declaratione Arbitrorum, aut alterius Superioris. Put. *decis. 370. lib. 1.* Seraph. *dec. 532. num. 1.* Laurent. *de Iud. ſuſpecto cap. 4. num. 123.* Xamar. *p. 1. de off. Iud. q. 12. num. 134.* Lancellott. *de attent. cap. 6. num. 31. & 34.* vbi ad id allegat Rotam *in vna Papien. Bonorum 27. Nouembris 1577. coram Lancellotto & decis. 563. num. 4. part. 1. diuerſ.* Et quod in manifeſta calumnia licitum ſit Iudici partium reclamatione non obſtante ad vlteriora procedere; dixit Seraphin. *decis. 897. num. 6.* Quamobrem ſi Iudex recuſatus pronunciet recuſationem eſſe friuolam validè procedit ad vlteriora, niſi ab hac pronunciatione fuerit appellatum, vt ex Innocent. *cap. cum ſpeciali num. 6. de appell.* & ex Achill. *decis. 1. de except. & Caputaquen. decis. 390. p. 2. & in præfata Papien. Bonorum* concludit Gregor. XV. *decis. 466. num. 7.*

86. Sed in præſenti attendi poteſt & Ius, & factum. Nam ſi de Iure conſtat cauſam allegatam non approbari, ſed haberi pro friuola, hoc ſufficit vt reijciatur recuſatio. Quamuis enim ad validè recuſandum Iudicem ſufficiant etiam cauſæ leues *dec. 2. num. 10. & 11. p. 2. diuerſorum & dec. 93. num. 1. par. 1. diuerſ.* Beltram. *ad decis. 327. num. 14.* Gregor. XV. & Rota *decis. 167. num. 7. p. 6. recent.* Nam materia recuſationis cenſetur fauorabilis, vt ſubditur *ibidem num. 8.* Tamen cauſæ leuiſſimæ ſperni poſſunt Greg. XV. *decis. 327. num. 2.* Sed imò valde conſiderandum eſt, quod non eſt eadem ratio recuſationis cuiuſcumque Iudicis, & quod cauſæ omnes; quæ ſufficiunt ad recuſandum delegatum, non ſufficiunt ad recuſandum Ordinarium, vt etiam dicetur infra. Et præterea non ſufficit quod cauſa allegata ſit notoriè iuſta ex Iure: ſed vlterius eſt neceſsè, quod adſit notorium facti, nimirum quod ſit notorium cauſam illam dari de facto. Poteſt tamen Iudex vt dicebatur cognoſcere, an ſit cauſa notoriè friuola, vel non friuola, & ſi pronunciet eam eſſe notoriè friuolam, & non appelletur, validè procedit ad vlteriora. Rota *decis. 284. num. 4. p. 2. recent. & decis. 20. nu. 27. par. 6.*

87. Calumnia tamen in recuſatione arguitur ex perpetua ſeù continua Iudicum recuſatione, vſque ab initio facta, Rota *decis. 563. num. 1. par. 1. diuerſ. & dec. 197. coram Seraphino, & in vna Hiſpalen. primitiarum 31. Maij 1617. coram Pamphilio*, Beltram. *ad decis. 327. num. 15.* Gregor. XV. Ideò quod recuſatio Tertij Iudicis præſumatur calumnioſa, dixit eadem Rota *dec. 245. num. 1. coram Eminentiſs. Ottobono*. Calumnioſam etiam in totum præſumi, ſi vna ex cauſis expreſſis calumnioſa apparet, ex Rota *dec. 563. num. 3. p. 1. diuerſ.* dixit Beltramin. *vbi ſupra*.

88. Nedum verò ſi cauſa ſit notoriè friuola, ſed etiam ſi delictum ſit notorium poſſe reijci recuſationem, & contemni; dicunt DD. cum duplici tamen limitatione. Prima eſt, vt delictum ſit notorium facti permanentis, quia ſi factum tranſijt, cum de præſenti ſenſibus non appareat, indiget probari, & ſic neceſſitatem probationis non excludens, non facit, quod Iudex contempta recuſatione ſtatim poſſit ad vlteriora procedere, Lancellott. *de attent. cap 6. nu. 32.* At vbi delictum eſt notorium facti permanentis, etiam ſi Reus negat, euidentia facti clamat, & ideò Iudex non poteſt recuſari. Fermoſ. *vbi ſupra q. 10. num. 1.*

89. Secunda limitatio eſt, vt pro delicto ſit impo-

Digitized by Google

impoſita certa pœna, & ſic quod Iudex non habeat niſi exequi pœnam legis, nec poſſit arbitrio ſuo nocere; nam quotieſcumque Iudex poteſt ex ſuo arbitrio nocere, notorium facti non impedit, quin Iudex poſſit recuſari Lancellott. *vbi ſupra num.* 34. Fermoſ. *vbi ſupra q.* 1. *num.* 20. *& q.* 10. *num* 2. *& alij apud ipſum*.

90. Addit tertiam limitationem Lancellott. *num.* 33. vt ſcilicet, hoc non procedat in cauſis ciuilibus; ſed hoc dubium eſſe ſentit Fermoſ. *d. q.* 10. *num.* 6.

91. Sed de Iure Ciuili non eſt neceſsè, quod exprimatur, & probetur aliqua cauſa, ſed ſufficit quod recuſans iuret de calumnia. In his tamen non conueniunt DD. Primo mihi videtur dicendum verum non eſſe, quod adducit Farinacc. *in fragm. lit. I. num.* 883. nimirum, quod ad recuſandum Iudicem ſufficiat ſola voluntas recuſantis, quia imo neceſsè eſt etiam de Iure Ciuili quod recuſatio non ſit temeraria, ſed iuſta. Marcheſ. *de Commiſſ. p.* 2. *cap.* 8. § 1. *nu.* 21. Fermoſin. *cap. ſi quis contr.* 4. *de for. compet. q.* 4. *num.* 5. Non eſſet vero iuſta recuſatio, ſi fieret ſine cauſa, ſed eſſet temeraria, ſi fieret ex ſola voluntate recuſantis.

92. Cum vero apud Farinacc. *nu.* 884. multi voluerint, quod etiam de Iure Ciuili cauſa iuſta à recuſante ſit alleganda & probanda, alij verò quod licet non ſit probanda, ſit tamen proponenda, & alij, quos recenſet *ibidèm num.* 883. quod nec ſit proponenda nec probanda, hæc vltima eſt communis ſententia, quam præter DD. ibi citatos tenent Marcheſ. *vbi ſupra num.* 19. Maranta *de Ord. Iudic. par.* 4. *diſtinct.* 5. *num.* 40. Fermoſ. *vbi ſupra q.* 2. *num.* 10. Nam cum de Iure Ciuili, vt dicitur infra, ſufficiat quod recuſans iuret de calumnia, ſicut aliter non tenetur iuſtam cauſam recuſationis probare, ita nec exprimere: quod adeo eſt verum, vt nec in generali ſit neceſſaria hæc expreſſio, vt patet dicendo, recuſo ex iuſta cauſa, vt poſt Pacianum, *lib.* 2. *de probat. cap.* 45. *num.* 40. Aduertit Farinac. *num.* 894. quem ſequitur Fermoſ. *d. q.* 2. *num.* 10. contra Bero. *conſ.* 8. *n.* 4. *lib.* 3. & Laur. *vbi ſupra cap.* 5. *num.* 10.

93. Alium caſum ponit Farinac. *in fragm. littera I. num.* 891. ex Aufredo *in tract. de recuſat. num.* 47. ſcilicet, ſi cauſa exprimi non poſſit ſine ſcandalo, ſicut quando pro cauſa ſuſpicionis inducitur riualitas inter Iudicem, & partem. Hoc quoque voluit Angel. Scialoia *in tract. de foro compet. cap.* 9. *num.* 145. vbi ait, quod quando cauſa ſuſpicionis non poteſt exprimi ſine ſcandalo, & præiudicio tertij, ſufficit iuramentum partis. Sed cum de Iure Canonico non poſſit recuſari Iudex niſi cauſa probata, quomodo non debet exprimi, quod neceſſe eſt iudicialiter probari? Neque in hoc Iudex inferior poteſt diſpenſare, & ſi diſpenſare vellet, de cauſa iuſtæ diſpenſationis conſtare deberet, quod vix fieri poſſet, niſi expreſſa cauſa recuſationis. Et præterea ſi Iudex nolit ſe habere vt recuſatum, niſi cauſa exprimatur, & nolit iuramento recuſationis ſtare, ſicut ſtare non tenetur de Iure Canonico, inutilis erit, & ſine fructu recuſatio, quæ vt valeat, tandem cauſa exprimi debebit, & probari.

94. Quando ergo recuſatio proponitur coram Superiore poterit contingere facilius, vt ſufficiat exprimere cauſam extraiudicialiter ad vitandum aliquod ſcandalum, aut præiudicium tertij, quia tunc Superior poteſt cauſam alteri Iudici committere nulla allegata cauſa, ſed cum non poteſt proponi recuſatio coram Superiore, poterit dari caſus, vt ex lege charitatis, imo & iuſtitiæ, quis debeat poſtponere Ius ſuum, & ſic ceſſare à recuſatione Iudicis, ſicut pars hoc ſemper tenetur facere, cum cauſa eſt occulta, & illam non poteſt probare. Sed ſi pars ex charitate, aut iuſtitia non tenetur cedere Iuri ſuo, & abſtinere à recuſatione Iudicis, & alias cauſa recuſationis eſt manifeſta, & poteſt in Iudicio probari, non habet locum ſcandalum, vel præiudicium tertij, quia recuſans vtitur Iure ſuo, & ſumus in caſu, in quo ipſe non tenetur ius ſuum negligere ex proximi charitate, vel iuſtitia. Exemplum verò ab Aufredo allatum inſufficientem cauſam non expreſſionis cauſæ manifeſtè continet, Si enim ſcandaloſum cenſetur, ſi pro cauſa exprimitur riualitas inter Iudicem, & partem, numquam poterit recuſari Iudex allegata eius Inimicitia cum recuſante, quod manifeſtè eſt contra Clement. Paſtoralis *de re iudic.* & communem DD. ſenſum.

95. Nihilominus ſatis veriſimile, & rationabile eſt, quod docuit idem Pacian. *vbi ſupra num.* 89. quod ſcilicet etiam de Iure Ciuili, & proponenda ſit, & probanda cauſa iuſta, vbi agitur de remouendo Iudice in totum.

Nam & quamuis ſit communis ſententia, quod de Iure Ciuili ſufficiat, ſi recuſans iuret de calumnia, tamen mihi valdè conſiderandum videtur, nullum dari textum in quo excludatur neceſſitas proponendi, & probandi cauſam iuſtam, & affirmetur ſufficientia iuramenti de calumnia, ſed vt ex Pacian. *vbi ſupra cap.* 45. *num.* 68. refert Farinac. *num.* 886. *in fine*, conſuetudine communi receptum fuit ad remouendam calumniæ ſuſpicionem, & recuſationem, vt recuſantes iurare teneantur, Seraph. *Priuil.* 7. *nu.* 2. *&* 8. Laurent. *de Iud. ſuſpecto cap.* 5. *n.* 17. Hæc igitur conſuetudo interpretari debet ſeruata legis naturalis æquitate, quæ non patitur, vt Iudex ſaltem ordinarius, & etiam delegati præcipui, in quibus fulget magna iuſtitiæ præſumptio, in totum remoueantur ex ſolo iuramento partis recuſantis.

96. Dubium verò eſt, an hoc iuramentum debeat eſſe per Iudicem delatum, & iudicialiter præſtitum; affirmant enim Marcheſ. *vbi ſupra nu.* 38. *&* 39. & alij plures apud Farinac. *n.* 886. Sed conſuetudinem eſſe in contrarium dixit Conar. *pract. q. cap.* 26. *num.* 1, & ex eo Farinac. *d. num.* 836. & alij apud illum.

97. Pariter dubium eſt, an hoc iuramentum

tum ſit de forma. Nam ita plures exiſtimant, ita quod iuramento hoc omiſſo, etiam ſi pars non opponat, recuſatio ſit nulla. Ita Fermoſ. *vbi ſupra q. 4. num.* 3. & apud eum Auend. Gomez. & Rodriquez. Nihilominus recuſationem ſuſtineri dixerunt apud eundem Perez., & Azoueal. ſed prior opinio amplecti debet, quia naturali rationi repugnat, quod iudex priuetur Iuriſdictionis exercitio, nulla iuſta cauſa exiſtente, & ſaltem iuramento probata, ex ſola recuſantis voluntate; Nam & hæc eſt conſuetudo, vt abſque partis petitione, & Iudicis iuſſu iuramentum apponatur in libello recuſatorio.

98. Quod adeò verum eſt, vt etiam in Commiſſionibus, in quibus ratione ſuſpicionis committitur cauſa, vt teſtatur Marcheſ. *vbi ſupra num.*20. praxis inoleuerit, vt ponatur clauſula. *Eum ſuſpectum in manibus ſanctitatis Veſtræ iurare paratus eſt, & quatenus opus ſit iurat.*

99. Cum autem Scacc. *de Iud. cap.*66. *n.*16. concludere videatur, quod cum de dando adiuncto Iudici Ordinario ſuſpicionis cauſæ etiam de Iure Canonico cenſeantur ſufficienter probatæ per Iuramentum, & quod ita in Vrbe ſeruatur, præſertim in Criminalibus, ſtante ſtatuto Vrbis *lib.*1. *c.* 7. In quo ſtatuitur Senatorem ſeruare debere Ius Ciuile. Farinac. *num.* 889. meritò negat eſſe hanc conſuetudinem in Vrbe in Tribunalibus, in quibus ſeruatur Ius Canonicum, addens vt plurimum in Commiſſionibus exprimi cauſas ſuſpicionis, numquam verò dari adiunctum, niſi extraiudicialiter coram Ponente Referendario cauſa ſuſpicionis fuerit probata, & de ea per eundem Referendarium fiat fides in Signatura.

100. Verum eſt, quod in ijs, quæ ſunt parui momenti etiam de Iure Canonico ſufficit iuramentum. Et in hoc caſu intelligi clauſulam poſitam in Commiſſionibus dixit Marcheſ. *d. cap* 8. §.2. *num.*20. Et ideo Iuramentum ſufficit in recuſatione Notarij. Rota *in Romana electionis Notarij die* 14. *Nouembris* 1611. coram Vbaldo apud eundem Marcheſ. *poſt d.* §. 1. Bald. *in cap. ſuper quaſt. num.*1. *de off. deleg.* Franc. *in cap. cum ſpeciali num.* 43. *de appell.* Et in recuſatione Aſſeſſoris, & Conſultoris non eſt probanda cauſa Farinac. *num.* 714. Fermoſ. *q.* 11. *num.* 3. ſed ſufficit cauſam allegare ſub iuramento. Idem ſufficit in recuſatione Matronæ, ſeu alterius Periti in arte per DD. quos refert, & ſequitur Sanchez *l.* 7. *de matrim. diſp.* 113. *num.* 8. Fermoſ. *q.*17. *n.* 8. In recuſatione tamen Adiuncti cauſa probari debet. Fermoſ. *in q.*12. *n* 7.

101. Sindicatores etiam electos ad Sindicandum Officialem, imo & Commiſſarios, qui mittuntur in partibus ad recipiendum examen, poſſe ſolo iuramento recuſari, dixit Scialoia *de for. compet. c.*9. *n.*142. *&* 144. & allegat quoad priores Pariſ. *de Sindic. v. ſuſpicio num.* 1. & quoad Commiſſarios Farin. *q.* 78. *num.* 123. & Guazzin. *def.* 13. *cap.* 10. *poſt num.* 2. Sed dici poteſt, quod in huiuſmodi caſibus ſufficiat iuramentum, non quia non requiratur cauſa legitima recuſationis, ſed quia ſufficit leuis, & quæ iuramento ſit probata; Imò quod debeat præcedere informatio de ſuſpicione in recuſatione Notarij, eo quod ſolo iuramento non poſſit recuſari ex P. Franciſco de Tondutis in tractatu de præuentione *cap.* 26. *num.* 10. refert Scialoja *de foro compet. cap.*9. *num.*140.

102. Nihilominus communis ſententia vult, quod in his leuibus ſufficiat Iuramentum. Optimum tamen erit, ſi ille, qui debet admittere recuſationem, ſumat prius aliquam informationẽ extraiudicialiter. Limitanda quoque ſunt omnia ſupradicta, vt vera ſint re integra, non verò ſi res non ſit integra, ſed ſit inceptum in cauſa. Tunc enim nullus prædictorum poteſt recuſari, niſi cauſa tandem examinata, & probata. Scialoia *d. cap.* 9. *num.* 140. *&* 141.

103. Hinc ſequitur, quod in Imperio in his, ſeruandum eſt Ius Ciuile: in terris verò Pontificis Ius Canonicum. Andr. Gail *obſeru.* 33. *num.*26. *lib.*1. Farinac. *num.* 885. & vbique ſeruandæ ſunt propriè Regnorum leges, aut Ciuitatum ſtatuta, & locorum conſuetudines. Pacian. *de probat. l.*2. *cap.*45. *poſt num.* 62. Tuſc. *in ver. ſuſpicio, concluſ.* 913. *num.* 3. Farinac. *d. num.*885.

104. De Iure etiam Ciuili hoc ſeruandum eſt, quod ſi in libello recuſationis aliqua cauſa fuit expreſſa, illa eſt probanda, nec ſufficit, nec eſt audiendus recuſans, ſi coram Arbitris velit probare aliam, ſecundum Ioannem Andream *in cap. poſtremo num.*5. *de appellat.* & Anch. *nu.*3. Boic. *num.* 8. Bellamer. *num.* 3. *&* 4. Butr. *nu.*7. Panormit. *num.* 7. Neuo. *num.* 19. quos refers, & ſequitur Farinac. *num.*894. idemque dixerunt Lancellott. *de attent. cap.* 6. *num.* 55. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 64. *Tuſc. v. ſuſpicio concluſ.* 913. *num.* 31. Laur. *de Iud. ſuſpecto cap.*5. *num.* 20.

105. An verò in cauſa ſuſpicionis poſſit ipſe Iudex interrogari, diſputatur apud DD. Sed dicitur, eum non teneri reſpondere in ſui infamiã interrogationi criminoſæ, ſed aliundè cauſam ſuſpicionis probari debere. Guaz. *defen.*1. *c.*19. *n.* 24.

106. Quod tamen in cauſis ſuſpicionum Iudex recuſatus teneatur deponere tanquam principalis ex Theſ. *deciſ.*6. Guazzin. *defenſ.* 1. *c.*19. *num.* 24. Rouit. *in pragmatic. c.* 41. & Franc. *deciſ.*408. *n.*28. dixit Scialoia *de foro compet. cap.*9. *num.*139. Quod tamen non tenetur facere litigatori; Vbi etiam Arbitri ſunt electi, quod Iudex poſſit cogi ad reſpondendum, & iurandum an cauſa recuſationis ſit vera, & quod ſi arbitri non ſunt electi, poſſit Iudex abſque iuramento interrogari, docet Farinac. *vbi ſupra num.* 892. *alleg.* Butr. & Imol. *in cap.* 1. *de except.* Franc. *in cap. cum ſpeciali nu.* 28. *de appell.* Alexand. de Neur. *num.* 3. *&* 4. quod tamen eſſe verum, vbi non eſt cauſa criminis, dixit Panorm. *cap.*1. *de except. num.*13. quia tunc honeſtum ſit illum reſpondere. Et hoc etiam voluit Archidiac. *de appellat. cap. ab arbitris num.*3.

SVM-

SVMMARIVM.

107 *Iudex poteſt recuſari, vt ſuſpectus etiam è leui cauſa.*
108 *Cauſa quæ ſufficit ad recuſandum Arbitrum, & Procuratorem eſt ſufficiens ad recuſandum Iudicem.*
109 *Ad recuſandum Ordinarium Iudicem, requiritur maior cauſa, quam ad recuſandum delegatum.*
110 *Cauſæ ſufficientes ad recuſandum Iudicem enumerantur, nempe Inimicitia, & ſeq.*
113 *Conſanguinitas, & ſequent.*
116 *Familiaritas.*
117 *Iudicis commodum, ſeu intereſſe, & ſeq.*
129 *Dominium.*
130 *Locus non tutus.*
131 *Iuriſdictionis defectus, & ſeq.*
133 *Conditio Iudicis, & n.134.*

ARTICVLVS VI.

Ex qua cauſa poſſit Iudex recuſari.

107. EX leui cauſa Iudex tanquam ſuſpectus recuſari poteſt Gloſſ. *in cap. poſtremo verb. Conſanguinei*, & ibi Hoſtien. *n.1.* Bellam. *num.2.* Butr. *num.10.* Franc. *num. 20.* Dec. *n.16.* Neuo. *num.12.* Menoch. *de arbitr. lib.2. caſ.152. num.9.* Rota *deciſ. 2. num. 13. p. 2. diuerſ. & deciſ. 327. num.... coram Gregorio XV.* Seraph. *priuil. 7. num. 4.* Tuſcus *v. ſuſpicio Concl.* 908. *num.13.* Farinac. *in fragm. Crimin. lit. I. nu.777.* Nam & facilius recuſatur Iudex ſuſpectus quam teſtis; quia difficilius ſit inuenire teſtes non ſuſpectos, quam Iudices, ſeu facilius ſit inuenire plures Iudices, quam vnum teſtem. Gloſſ. *in cap. Inſinuante 25. in ver. familiarem de off. deleg.* vbi Innoc. *num. 1.* Hoſtien. *num. 3.* Anchar. *num. 2.* Butr. *num.13.* Panormit. *num. 7.* Zabarell. *nu.3.* & alij quos refert, & ſequitur Farinac. *vbi ſupra num.778.*

108. Notabilem vero Regulam tradidit Tancred. apud Panorm. *in cap. poſtremo 36. num. 2. de appellat.* Vt nimirum illa cauſa ſufficiat ad recuſandum Iudicem, quæ ſufficit ad recuſandum Arbitrum, & Procuratorem; quod ibidem ſenſiſſe Io. Andr. & alios plures, refert Farinac. *num. 779.* Qui tamen ſubdit *num. 780.* quod contrarium voluit in eodem *cap. poſtremo nu. 7,* poſt Anchar. & Alex. Et hoc veriùs videtur, quia regulariter Iudicia committuntur viris, de quibus præſumitur abundantius rectitudo iuſtitiæ. Et ideo omnis cauſa, quæ ſufficit ad recuſandum Iudicem ſufficit ad recuſandum Arbitrum, & Procuratorem non è contra.

109. Maior cauſa etiam requiritur ad recuſandum Ordinarium, quam delegatum. Hoſtien. *in ſumm. tit. de recuſ. deleg. num. 3. in fine, & tit. de appell. rubric. de recuſ.* §. Ex quibus, Pax Iordan. *l.12. tit.4. num.7.* Tum quia Iuriſdictio Ordinaria eſt veluti naturalis, delegata verò accidentalis; natura vero fortior eſt accidente, §. *Sed naturalia Inſtit. de Incarnat. gent.* Tum quia Iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, delegata verò odioſa, & extraordinaria. Gloſſ. *in cap. 1. v. proceſſus, & in cap. 3. v. vel conuentionis de Reſcript. in 6.*

Cum verò multæ ex cauſis ex quibus poteſt recuſari Iudex ſint in Iure expreſſæ, non tamen iſtæ ſolæ ſufficiunt, ſed plures aliæ ſunt illis ſimiles, ex quibus eadem recuſatio fieri poteſt. In arbitrio verò Iudicis eſt iudicare ex ſimilitudine ad cauſas in Iure expreſſas, quæ nam ſit iuſta cauſa recuſandi Iudicem Panormit. *in cap. cum ſpeciali 61. num. 7. de appellat.* Menoch. *de arbitr. p. 2. caſu 52. num. 2.* Pax Iordan. *lib. 2. tit. 4. num. 66.* Quamobrem ex multis cauſis, quæ à DD. recenſentur, quamplurimæ ſunt arbitrariæ, & non niſi ex prudentis Iudicis arbitrio admittendæ.

Inimicitia.

110. PRima cauſa ſufficiens ad recuſandum Iudicem eſt Inimicitia Capitalis *l. ſi pariter 9. ff. de liberali cauſa cap. Accuſatores el 1. & c. quod ſuſpecti 3. q. 5.* Clement. Paſtor. *de re iud.* & DD. communiter.

111. Hoc verò procedit primò, ſi Iudex ipſe ſit Inimicus partis recuſantis. Item ſecundo, ſi Iudex ſit Inimicus Domini ipſius recuſantis, & multo magis, ſi ſit Inimicus Patris eiuſdem, vel maioris in Domo, in quo caſu quilibet de familia poteſt Iudicem ſuſpectum recuſare. Tertiò ſi Iudex ſit ſubditus Inimici ipſius recuſantis. Quartò ſi idem Iudex ſit Inimici eiuſdem recuſantis conſanguineus, familiaris domeſticus, amicus, & confæderatus: Farinac. plures referens *in fragment. Crimin. lit. I. num.* 874. Pax Iordan. *lib. 13. tit. 4. num. 69.* Fermoſ. *cap. ſi quis contra 4. de for. compet. q. 3. nu.3. & 4.* Angel. Scialoia *de foro compet. cap. 9. num.61.* Quintò omnes conſanguinei, & affines ipſius recuſantis poſſunt recuſare ipſum Iudicem inimicum eiuſdem recuſantis, vel alicuius eorum conſanguinei, aut affinis. Quod intelligitur vt ſi inimicitia tangat totam familiam extendi poſſit conſanguinitas ſaltem vſque ad quartum gradum, & affinitas vſque ad tertium, ſecus conſanguinitas vſque ad tertium, & affinitas vſque ad ſecundum gradum, ſed vt alij dicunt in linea aſcendentium, & deſcendentium extendatur in infinitum, in alijs vſque ad quartum gradum etiam affinitatis.

112. Omnis verò Inimicitia ſufficit, ſi non ſit affectata, & ita quod aliquando ad Iudicis arbitrium ſufficiat leuis, & nedum manifeſta, ſed præſumpta, vt ſi quis aliquem non ſalutat, vel cum eo inhumaniter agit, vel ſi quis dixerit quod libenter noceret parti, aut contra eam ſententiam proferret. Vt ſufficiat quoque ſi adſit cauſa inimicitiæ, licet inimicitia ſit ignorata, aut occultata, ſeu non manifeſtata, quia

hæc

hæc ſit inimicitia præſumpta; Nec referat ex quacumque cauſa orta ſit, etiam ſi ex recuſantis culpa, & nedum ex veritate, ſed ex falſitate, & ita quod, ſi Iudex ipſe ſit Inimicus partis, cenſeatur durare Inimicitia, etiam ſi ſequuta ſit reconciliatio de recenti tamen. Et ita quod non cenſeatur purgata; ſi ex ſpoliatione proueniens res ablata fuerit reſtituta. Et ſufficiat ad hoc vt Iudex recuſetur ab vna parte, etiam ſi ſit vtriuſque inimicus, & non referat an inimicitia ante litem ſit orta, vel in litis curſu, ita vt ſi facto compromiſſo oriatur Inimicitia Capitalis, compromiſſum expiret parte petente. Quamuis aliqui velint, quod ſi Inimicitia eueniat cauſa partis, non expiret compromiſſum, ſed pars illam pœnam compromiſſi incurrat, ſed vera eſt prior opinio, quia iuſtè timetur iudicium inimici. Et ſi Iudex in loco, vbi eſt Iudex, contraxit inimicitiam, non tenetur ſtare ſindicatui in illo loco, ſed poteſt quemlibet de loco recuſare ſuſpectum, & adire ſuperiorem, & allegare Inimicitiam, de quibus vide *ſpeculat. tit. de Iudic. deleg*. §.7. Panormit. *& D. in cap. Accedens el* 2. vt lite *non conteſtata* Franc. *in cap. poſtremo* 36. *num*.32. *& ſeq. de appellat.* Maranta *p*. 6. *verſ.* Et quandoque appellatio *à num*. 35. Dom. *in cap*. 3. *de Procur. in* 6. Innocent. *in cap. cum I. & A. de Iudic.* Felin. *in cap. cum inter num*. 3. Farinac. & Fermoſin. vbi ſupra, Angel. Scialoia *de foro compet. cap*. 9. *à num*. 61. Pax Iordan. *d. tit*. 4. *à num*. 70. *vbi num*. 81. quod non ſufficit exprimere Inimicitiam in genere, ſed oportet eam ſpecificare, nimirum in ſpecie cauſam inimicitiæ ſpecificando.

Conſanguinitas.

113. SEcunda cauſa ex qua poteſt Iudex recuſari, eſt, ſi Iudex ſit partis aduerſæ conſanguineus *cap. poſtremo* 36. *de appellat. cap. accuſatores* 13. 3. *quæſt*. 5. *cap. exiſtimamus* 13. *q*.2. *l. quia poterat ff. ad Trebell.* vel ſi ſe exiſtimat conſanguineum, quamuis re vera non ſit, quod extenditur etiam ad conſanguinitatem inimici partis recuſare volentis. Quod ex DD. alij extendunt ſolum ad conſanguinitatis quartum gradum, alij ad ſeptimum, alij ad decimum, alij nullam limitationem ponunt, eo quia, qui ſunt de eadem familia ſe valdè diligunt, & ſæpè magis quam agnati de alia familia, ideo vltra quartum gradum ſtandum erit ſtatutis, aut conſuetudinibus locorum, ſi adſint, vel arbitrarium erit Iudici, an conſanguinitas det cauſam ſufficientem recuſationis; & vbi circa hoc ſit aliqua conſuetudo ſeruari debebit. Extenditur verò hoc ab aliquibus etiam ad conſanguinitatem illegitimorum, quod tamen non audet affirmare. Pax Iord. *num*.88.

114. Idem verò dicendum eſt de affinitate, vt recuſari poſſit, vel partis aduerſæ, vel etiam inimici partis recuſantis affinis: ex DD. verò alij volunt, quod hæc cauſa ceſſet ceſſante affinitate, alij quod duret; & alij diſtinguentes dicunt durare cauſam recuſandi diſſoluta affinitate, ſi remaneant filij. Et pariter non concordant in aſſignando gradu, ad quem vſque hæc cauſa ſufficiat. Dicunt tamen, quod ſi Iudex ſit vtriuſque partis conſanguineus, vel affinis in eodem gradu, non poſſit ex hac cauſa recuſari, niſi aliunde ex circumſtantia aliqua conſtet Iudicem maiori amore proſequi Aduerſarium. Sunt verò qui negant, in his attendi debere conditionem Iudicis, ſi ſit Religioſus, aut Sanctitate polleat, quod tamen alij affirmant. Et certè in his arbitrium Iudicis prudentis iudicare debet, quamuis vbi cauſa ſpecifica ſit in Iure expreſſa, & pars vti velit exceptione recuſationis, non poterit impediri ab inferiori Iudice, ſaltem regulariter, ex præſumpta perſonæ rectitudine, ne illam in Iudicem recuſet. Quod ſi aliquis Iudex ex cauſa affinitatis ſit per decretum declaratus ſuſpectus, diſſoluta affinitate non poteſt amplius illam cauſam cognoſcere, ex eo quod abſolutè Iudex, qui ex vna cauſa fuit declaratus ſuſpectus, etiam ceſſante cauſa, non poteſt amplius procedere; Quod extenditur, vt etiam Iudex, qui ſe habuit vt recuſatum partibus conſentientibus, etiam ſi poſtea cauſa recuſationis ceſſet, ſi res non ſit amplius integra, non poſſit amplius litem illam, ſeù negotium cognoſcere. Et ſi alicui conſiliario commiſſa cauſa, ille fuerit recuſatus ſuſpectus, & cauſa alteri fuerit commiſſa, eadem cauſa non redit ad Conſiliarij recuſati ſucceſſorem.

115. Etiam ad cognationem ſpiritualem, aliqui hæc extendunt, ſed alij hoc negant. Vnde ſeruanda erit conſuetudo loci, vbi adeſt, vel ſi non adeſt conſiderandum erit, quid temporis circumſtantiæ ferant. Nulla enim eſt lex, quæ expreſsè dicat poſſe Iudicem ex cognatione ſpirituali recuſari. DD. in alterutram partem ſuper hac cauſa conſanguinitatis diſputantes, habes apud Franc. & Barboſ. *d. cap. Poſtremo de appellat.* Farinac. *in fragment. Crimin. litt. I. à n*. 832. *& ſeq.* Fermoſ. *d. q*. 30. *num*. 39. Iord. *d. tit*. 4. *num*. 81. Angel. Scialoia *de foro compet. cap*. 9. *num*.52.

Familiaritas.

116. TErtia cauſa, ex qua Iudex poteſt recuſari; eſt ſi ſit nimis familiaris, aut valdè amicus vnius partis, vel etiam Inimici illius, vt illa pars Iudicem recuſare poſſit, ſi nimio amore ſit, vel præſumatur coniunctus, vel eiuſdem partis inimico, vel parti aduerſæ contra quam eſt litigandum *cap. Inſinuante de off. deleg. cap. accedens el* 2. *vt lite non conteſt. cap. poſtremo* 36. *de appell.* & ibi DD. ſed hoc limitatur, vt procedat in familiaritate poteſtatiua, qualis eſt vxoris ad maritum, filiorum ad Patrem, vel auum, famulorum ad Dominum: De qua familiaritate videnda ſunt dicta ſupra. In familiaritate verò ſociali verificatur, ſi ſit nimia, vel magna, vt ſi Iudex partis aduerſæ ſit domeſticus, aut ſocius, aut commenſalis, aut

ſecretè tractet cum parte aduerſæ, niſi propalet, quæ ſecretè cum illo tractantur; quod tamen non eſt ſecurum, quia quis ſcit, an verum referat? ſi cum parte aduerſa ſimul comedit, bibit, dormit, & aliquando etiam Inficere poterit, ſi Iudex ſit de eadem patria in patria aliena, vel ſi conciuis detur Iudex inter conciuem, & forenſem. Quamuis ex circumſtantia ſanctitatis, ſine rectitudinis inflexibilis, qua Iudex ſplendet poſſit elidi ſuſpicio ex familiaritate orta. Ideò non ſufficit allegare familiaritatem, ſed neceſſe eſt exprimere qualitatem illius, & an ſit parua, & magna, & ex qua cauſa oriatur, & ſi iudicet in Iudice talem amorem, ex quo præſumi poſſit, quod ab illo inducatur, vt à iuſtitia declinet. De his Conſulæ DD. ſupracitatos. Et quod non poſſit Iudex recuſari in cauſa ſui Confeſſoris tanquam deciſum refert Soialoia *de for. compet. cap.9. num.* 183. ex Nouar. *collect.* 218. *num.* 4. & de Angelis ad Gizzarell. *deciſ.* 66. *num.* 7. *in fine*.

Iudicis commodum, ſeù Intereſſe.

117. QVarta ratio, ob quam Iudex poteſt recuſari eſt, ſi ipſe habet in cauſa intereſſe. Ob hanc enim rationem regulariter Iudex in propria cauſa poteſt recuſari *l. qui iurium ff. de iur. omn. ind. & l.* 1. *C.* Ne quis in cauſa propria. Et hoc extenditur, vt locum habeat in caſu, quod Iudex ex eadem cauſa litem habeat cum alio, vel ſi Iudicum vnus inuicem ſit Iudex alterius, vndè præſumi poſſit quod vnus ad fauorem alterius ſit indicaturus, vt ille ſic viciſſim ad ſui fauorem pronunciet. Similiter ſi Iudex iudicauit in cauſa ſimili, ſi in cauſa quam primo terminauerat ſit datus Iudex appellationis, *cap. cauſam, quæ de Iud.* vbi Barboſ. *num.* 3. plures referens. Item ſi in cauſa teſtium onium dixit, de quibus DD. quos refert, & ſequitur Fermoſ. *d. q.* 31. *num.* 8. *& ſeq.* Habet quoque locum hæc cauſa, ſi Iudex à parte aduerſa recipiat munera, aut prætium, aut ab ea fuerit ſubſtitutus hæres, vel eiuſdem ſit fideiuſſor, vel eidem obligatus de euictione, vel cauſa incæperit aliquo modo ad illum pertinere, & in ea habeat aliquod proprium intereſſe. Item ſi Iudex datus ſit ad petitionem partis aduerſæ, vel ſi ipſe procurauit ſe impetrari. Ex his igitur, & ſimilibus cauſis poteſt Iudex recuſari, de quibus ſæpè citati DD. conſuli poſſunt. Etiam fideiuſſor in cauſa fideiuſſionis poteſt tanquam intereſſe habens recuſari. Fermoſ. *q.* 38. *num.* 7. Vide etiam nouiſſimè Angelum Scial. de hoc latè differentem *in tract. de for. compet. cap.*9.

118. Sic Epiſcopus, aut Prælatus in cauſis propriè Eccleſiæ recuſari poteſt, ſiue ſpectent ad menſam propriam, ſiue ad menſam Eccleſiæ ſuæ, & ſiue ille agat tanquam Eccleſiæ adminiſtrator, ſiue per Procuratorem. Bellamer. *in cap. Inſinuante num.* 1. *de off deleg.* & ibi Felin. *num.* 3. Panormit *in cap. poſtremo* 36. *num.*7. *de appellat.* Et ibi Præpoſ. Mediolanen. *num.* 11. Franc. *num.* 13. Neuo *num.* 18. Pacian. *de probat. lib.*2. *cap.*45. *n.*95. Tuſc. *v. ſuſpicio conclus.* 907. *num.* 7. Laurent. *de Iud. ſuſpect. cap.*5. *num.* 15. Fermoſ. *d. cap. ſi contra q.* 3. *num.* 2. Pax Iord. *l.*13. *tit.*4. *num.* 97. Dictum verò eſt ſupra Vicario Epiſcopi in ſimili cauſa recuſato dari adiunctum. Quod ſi Epiſcopus cum ſuis Clericis litiget, & ipſe ſit actor, & Arbitri erunt eligendi; ad hoc compelli poterunt per Epiſcopum; Si verò Epiſcopus ſit reus, & Clerici actores adeundus erit Archiepiſcopus, ſed imò quod Epiſcopus in cauſis Eccleſiæ ſuæ non poſſit eſſe Iudex pluribus probat Fagnan. *tom.*2. *cap. noſti nu.* 18. *&* 19. *de elect.* Et quod Epiſcopus ſi illi moueatur lis ſuper Iuribus ſpectantibus ad ſuam Menſam, vel ſuper alijs rebus, quæ illum concernunt, non debeat ſe intromittere probat Fermoſ. *d. q.* 31. *num.* 6. *per textum in cap. ſi quis ergo* 16. 2. *q.* 7. alijs DD. allegatis. Vbi tamen viget contraria conſuetudo, vt Epiſcopus de his cauſis cognoſcat, poterit ſaltem tam Epiſcopus, quam eius Vicarius recuſari. Quamuis poſſe huiuſmodi cauſas committi Epiſcopo recuſatione remota, teneat Fagnan. vbi ſupra in fine.

119. Sic quoque ſi Iudex ſit Epiſcopi conſanguineus, & cauſa, de qua eſt lis ſit cauſa Eccleſiæ eiuſdem Epiſcopi, quod poſſit recuſari voluerunt Dom. *cap. leg. ſi contra de off. deleg. num.*6. Franc. *num.* 3. Io: Andr. *in d. cap. poſtremo* 36. *num.* 2. *de appell.* & ibi Anchar. *num.* 7. Bellamer. *numer.* 2. Imola *numer.* 2. Franc. *num.* 11. Dec. *n.* 29. Et alij plures quos ſequuntur, & referunt Farinac. *vbi ſupra num.* 834. Maranta *p.* 6. *num.* 30. Aufred. *de recuſ. num.* 8. Fermoſ. *q.* 31. *num.* 7. quidquid contrarium dixerint aliqui antiqui volentes Iudicem conſanguineum Epiſcopi in cauſa Eccleſiæ non poſſe recuſari, quos refert Butr. *in cap. poſtremo n.* 5. *de appellat.* & ex Farinac. *n.*836.

120. Pariter ex eadem ratione poteſt recuſari Iudex, qui in eadem cauſa fuit Aduocatus, aut Procurator pro parte aduerſa. Etenim eius intereſt, vt non accedat ab illis concluſionibus iuris, & Regulis in iudicando, quas ad fauorem partis aduerſæ approbauit, eiſque pro obtinenda ad fauorem eius victoria vſus fuit, per text. *in c. poſtremo* 36. *de appellat.* vbi Hoſtienſ. *num.* 3. Ancharan. *num.* 2. Bellam. *n.*3. Panormit. *nu.* 5. Butr. *n.*3. Imol. *n.* 2. Et eadem ratio ne recuſatur, qui in eadem cauſa fuit Conſultor, aut Aſſeſſor, & votum ſuum protulit. Quod etiam ad ſollicitatorem extenditur; Imò quod Aduocatus etiam parte non opponente, aut recuſante, imò partibus conſentientibus non poſſit eſſe Iudex in cauſa quam defendit, & hoc etiam derelicta aduocatione, probat Angel. Scial. *tract. de foro compet. cap.* 8. *num.* 86. *& ſeqq. vbi num.*88. quod ad recuſandum Aduocatum ſufficit, ſi cauſæ patrocinium ſuſcepit, licet non incæpit præſtare patrocinium, *& num.* 90. quod ſufficit, ſi cum cliente conuenit de ſalario, ſed hæc vltima ex arbitrio prudentis erunt admittenda, quod verò Aduocatus nec conſentienti-

E bus

bus partibus poſſit eſſe Iudex in cauſa, in qua fuit Aduocatus de Iure communi non procedit. Ex eo tamen quod quis fuerit Aduocatus, aut Procurator partis aduerſæ in alia cauſa, niſi illa ſit connexa, & dependeat à cauſa, in qua de nouo conſtituitur Iudex, non poteſt aduocatus recuſari per allegata à Grat. *diſcept. 4. num. 5.* Non poteſt verò Aduocatus recuſari ne ſit Iudex in cauſa, in qua fuit Aduocatus, niſi ab eo contra quem aduocauit. Fermoſ. *vbi ſupra quæſt. 17. num. 7.* Si verò Aduocatus prius, vt Iudex ſententiam tulit, benè poteſt poſtea, vt Aduocatus illam defendere. Pariter Cliens alicuius Aduocati, ſi contingat quod ille ab actore ſit impetratus Iudex, non poteſt illum recuſare, præcipuè ſi ipſe illi Aduocato non reuelauit ſecreta ſua, niſi fortè Aduocatus cognitis Iuribus illius manifeſtauerit illi mentem ſuam, & dixerit illum non habere Iuſtitiam. Poteſt tamen reus recuſare Aduocatum impetrantis, ſi fuerit Iudex electus, vt ex Decio dixerunt Farinac. *num. 861.* & Fermoſ. *q. 32. num. 10.* Et ſic aliquando contingit quod Ius recuſandi vni litigantium competens non eſt alteri commune.

121. Eadem cauſa recuſari poteſt Iudex, ſi intempeſtiuè propalauit votum ſuum, & hoc ſiue cauſa ſit Ciuilis, ſiue Criminalis, Angel. *in l. qui explicandi C. de recuſ. in fine* Alex. *l. iuſta ff. de Iuriſd. omn. Iud.* Laurent. *de Iudic. ſuſp. cap. 11. n. 18.* Roſa *deciſ. 38. de conceſſ. Præben. in antiquis.* Panormit. *cap irrefragabili §. Exceſſus & alij de off. ordin.* Angel. Scialoia *de for. compet. cap. 9. num. 118.* Quod eſt verum etiam de Adiuncto, nam & ipſe Iudex eſt, & quidem delegatus. Fermoſ. *q. 34. num. 4. vbi num. 3.* dixerat hoc procedere, etiam ſi Iudex non expreſsè declaraſſet votum ſuum, ſed aliquod indicium adhibuiſſet, quo mens eius detegeretur. Cum difficultate enim Iudex mentem iam firmatam mutat ex nouiter adductis, & alia pars non tenetur litigare coram Iudice, quem ſcit firmatum, ad iudicandum contra ipſum.

122. Hinc etiam eſt, quod ſi aliquis Doctor ſcriptis expreſſit opinionem ſuam in libro, quem impreſſit, poteſt recuſari ab eo, cuius intentioni opinio illa eſt contraria. Fermoſ. *q. 32. num. 14.* Ille enim ſe habet, ac ſi in eadem cauſa fuiſſe Iudex, & pro parte aduerſa ſententiam tulerit. Item difficile eſt, quod Iudex recedat à voto, quod typis mandauit. Sed ex Thot. *comp. deciſ. tom 2. v. ſuſpicio.* Nouat. *in coll. ſup. pragmat. num. 42. de ſuff. off. ſan. felic. dec. 78.* de Angel. ad Gizzarell. *deciſ. 66. poſt n. 7.* & meritò oppoſitum ſenſit Angel. Scial. *in tract. de foro compet. cap. 9. num. 107.* Videantur dicta ſupra *art. 3.* Et certè ex Fermoſ. ſententia aduerſa, ſequeretur, quod quo Iudex eſſet doctior, & in moribus ſanctior, & magis profundus opinionum examinator, & maiora ad communem ediderit vtilitatem, eo poſſet magis recuſari, & poſſet contingere, quod doctiſſimus, & in moribus honeſtiſſimus, quia in omni litium materia prælo ſuas opiniones mandauit, non poſſet eſſe Iudex, quia nulla ferè eſſet cauſa, in qua ſuam opinionem non propalaſſet, & ex conſequenti ex qua recuſari non poſſit. Ratio verò à peiori eſt illa, quam loco citato vſi ſumus, quia, ſcilicet, pars habet quidem Ius, vt ſe defendat à malitia, & etiam ab ignorantia Iudicis, & ſic vt non grauetur iniuſtè ſcienter, vel ignoranter. Turrecremata *in cap. quod ſuſpecti num. 6. d. 95.* Et ideò poteſt Iudicem imperitum recuſare, ſed non habet ius, vt ſe defendat à ſcientia Iudicis, & bonitate, etiam ſi inde illi damnum proueniat. Vnde non habet Ius, vt ſe defendat à ſententia Iudicis, quæ dicta ſcientia, & prudentia à Iudice pronunciatur.

123. Crederem tamen quod ſi Doctor typis ſequutus fuiſſet opinionem manifeſtè minus veram, & probabilem ſine ſolido fundamento, talem ſcilicet ex qua Iudex, ſecundum regulas iuris non poteſt Iudicare, quod poſſet recuſari, præcipuè de Iure Ciuili, in quo ſufficit, quod recuſatio non ſit calumnioſa, non quia ſenſum ſuum propalauerit, ſed quia ſenſus eius eſt minus rationabilis; & ex ignorantia procedens, contra quam, etiam ſi ſit inuincibilis in Iudice poteſt pars ſe defendere. Et ſic ſi detur Iudex, qui in iudicando, & eligendo opiniones, ex quibus iudicet, deuiet à Regulis Iuris poterit ex hoc capite recuſari, ſed ex eo quod pars, ſciat quod Iudex contra ſe ipſum ſit iudicaturus regulis Iuris ſeruatis, & ſic iuſtè, & prudenter non poteſt illum recuſare.

124. Sed quid dicendum ſi pars ſciat iudicem in arbitrarijs iudicaturum ad fauorem Aduerſarij? Angel. Scialoia *de for. compet. cap. 9. v. allegato* Rouit. *in pragm. 5. num. 28. & rubr. de ſale venden. num. 10.* aſſerit Iudicem malè facere, & eſſe hippocritam, ſi in cauſis conſanguineorum, vt appareat iuſtus iudicat contra ſuos. Et poſſet hoc probari; Nam in arbitrarijs datur Iudicio prælectio, vt poſſit fauere vni parti, ſicut in materia electionis, vt in concurſu ad beneficia Epiſcopus ex æquè approbatis poteſt, cui voluerit conferre beneficium, vt dixi *tract. de elect. cap. 30. num. 104.* Et poteſt cæteris paribus præferre conſanguineum, vt dixi ibid. *q. 1. num. 27.* Sed reſpondetur, & dicitur, quod loquendo de Iudice, cuius eſt Ius ſuum vnicuique tribuere, & cuius arbitrium non ex beneplacito ſuo, & amore priuato, ſed ex lege dirigi debet, & eſt de Iure certum, verum eſt, quod mihi ſæpius dixit Doctiſſimus, & rectiſſimus Vir Celius Bichius Sacræ Rotæ Auditor, ſcilicet, non dari caſus, in quibus in materia iuſtitiæ ſit in libertate Iudicis, vt præligat, cui in ſententia faueat. Nolo hic diſputare quam opinionem, ſequi debeat Iudex, quia de hoc dictum eſt ſupra *q. 2. a. 4.* Mihi nunc ſufficiat dicere, quod ſit acceptio perſonæ ſi Iudex ex motiuo amicitiæ, vel conſanguinitatis, aut alia perſonali conditione proferat ſententiam fauore alicuius partis. Et quod non eſt in eius libertate, vt vni magis faueat, niſi ille habet maius Ius, & quod in æquali iure partium Iudex

nullum

nullum illatum poteſt gratificare, ſed Regulas Iuris ſeruare debet, vt in criminalibus mitius agat iuxta Regulam in pœnis *de Reg. Iuris in 6.* re ciuilibus verò, ſi ius partium eſt æquale, vel æquè incertum, vel faueat habenti potius ius in poſſeſſorio, vel ſecundum alias legis regulas faciat, vt non ſit inter partes inæqualitas. Eius enim officium eſt non gratificare, ſed Ius ſuum cuique tradere, & non relinquere, vt habenti ius, illud non tribuatur. Vbi verò partes habent æquale Ius, inæqualitas eſt, ſi res, circa quam eſt lis, vni datur tota, & tota alteri auferatur, vel ſecundum ſtatuta, aut conſuetudines particulares cauſa non terminetur. Non ergo ex liberalitate, ſed ex Iuſtitia ſua decreta debet dirigere, vt ex citatis DD. habetur.

125. Nihilominus ad quæſtionem propoſitam reſpondetur, quod dato quod Iudex in iudicando poſſet in aliquo agere ex liberalitate (ſicut poteſt in aliquibus accidentalibus ad Iudicij ordinem ſpectantibus), & ex ſua voluntate aliquem gratificare, non poteſt recuſari Iudex ex eo, quod detur ſuſpicio eius propenſionis ad vnam partem in merè gratuitis, quia in hoc non offendit vnam partem ex eo, quod faueat alteri, & ius naturalis defenſionis reſpicit vim, iniurias, & iniuſtitias non negationem gratuitæ, & non debitæ liberalitatis. Solum igitur poteſt recuſari Iudex, ſi ſit ſuſpicio grauaminis iniuſti inferendi, quod fieri non poteſt, niſi ex eius malitia, vel negligentia, vel ignorantia iuris etiam inculpabili, quæ tamen præſumi non debet in Iudice, in quo etiam non eſt neceſſaria Iuris peritia maxima, ſed ſufficit ordinaria; quando verò non eſt ſuſpicio, quod Iudex non ſit iudicaturus contra leges, & iuſtitiam, non eſt locus recuſationi.

126. Benè verum eſt, quod ſi Iudex haberet opinionem, vt ſtantibus probabilibus opinionibus oppoſitis poſſit partem ſibi amicam gratificare, & ſecundum opinionem illi fauentem iudicare, ſiue ſi quamcumque ſimilem opinionem habeat, vt in materia iuſtitiæ, accipere poſſit vnam partem, altera damnata, ſiue hanc & ſimilem opinionem prælo dederit, ſiue non dederit, aliunde tamen cognoſcitur illum talem opinionem habere, poteſt iuſtè recuſari, quia verè ſimilis opinio vim continet, & iniuſtitiam. Et hoc ideò dicitur de quacumque opinione, per quam Iudex credat ſe poſſe ex priuata ſua opinione contra Iuris Regulas cauſas cognoſcere, & terminare.

127. Iudex etiam qui partem in alia cauſa grauauit, poterit recuſari, ſi de grauamine conſtet: quod cum aliqui abſolutè affirment, alij negent, hoc & verum aliquando & non verum poſſe eſſe, ideòque ex arbitrio Iudicis iudicandum probauit. Menoch. *de arbitr. p.2. caſu* 121. *num.7.* Ferm. *vbi ſupra q.35. num.3.* Nam ſi ſententia prius lata fuit iniuſta, & ſit iniuſtum grauamen, merito grauatus poteſt ſe eximere à periculo, ne iterum iniuſtè grauetur, ſed ſi ſententia contra illum lata fuit iuſta, niſi adſit alia circumſtantia odij, vel ſimilis, non erit vnde Iudex ille recuſari poſſit.

128. Et pariter arbitrarium eſt videre, quando Iudex, à quo quis appellauit in vna cauſa, poſſit eſſe ſufficiens ratio eundem Iudicem recuſandi, ne iudicet in alia. Quamuis enim ex *cap. Ad hæc 6. de appellat.* videatur dicendum id licere abſolutè, de quo videri poteſt Barbol. ibi *num.3. & 4.* tamen quod ex illo textu non concludatur Iudicem à quo, ideò poſſe recuſari ab aliquo, quia ille aliquando ab eo appellauit, probant ibi Panorm. & Butr. Vnde attendendas eſſe coniecturas & circumſtantias alias, & ex illis decernendum, an locum habeat recuſatio, latè probat Fermoſ. *vbi ſupra q. 36. num. 8. & ſeqq. qui quæſt.37.* & ſequenti oſtendit, quod vbi interpoſita fuit appellatio ab interlocutoria; ſi Iudex appellationis iudicat benè appellatum, & ſic conſtat Iudicem à quo iniuſtè grauaſſe appellantē, ſunt ad eundem Iudicem à quo non debet remitti cauſa, ſed haberi debet tanquam ſuſpectus, *cap. quod ſuſpecti 3. q. 5. cap. vt debitus honor de appellat.* Pariter pars ex ea cauſa, qua probata ſemel recuſauit Iudicem, poterit illum in quacumque cauſa recuſare durante illa recuſationis cauſa *cap. ad hæc, cap. propoſuit de appellat.*

Dominium.

129. QVinta cauſa generalis, ex qua poſſit recuſari Iudex, eſt dominium & ſuperioritas. Vnde vaſſallus impetrantis poteſt recuſare ne ſit Iudex, ſed de hac cauſa ſermo habitus eſt ſupra *art.3. num.101.*

Locus non tutus.

130. SExto ex cauſa loci non tuti poteſt recuſari Iudex, *cap. Accedens el 2. vt lite non conteſtata* Clem. *Paſtoralis de re iudic.* vt ſi locus iudicij non eſt tutus alteri parti, vel ad eum non datur acceſſus niſi per terras inimicorum, aut per loca infecta, aut per itinera à graſſatoribus obſeſſa. De quibus per DD. *in d. cap. accedens.*

Defectus Iuriſdictionis.

131. PRoculdubio recuſari poteſt, ne iudicet, qui non habet iuriſdictionem, vel illam habet impeditam: Caret verò Iuriſdictione Iudex, ſi non ſit legitimè inſtitutus, ſed intruſus in officio, vel ab eo qui non habebat iuriſdictionem fuit datus; ſic enim laicus non habet iuriſdictionem in Clericum, *cap. cum ab homine de Iud.* Et vbi dati ſunt plures Iudices inſolidum cum clauſula disiunctim, & in terminis, *cap. cum plures de off. deleg. in 6.* ille, qui eſt præuentus ab alio, non poteſt cauſam cognoſcere, quia id pertinet ad illum, qui præuenit, vt in *d. cap. cum plures ſtatuitur,* & ibi explicatum eſt. Pariter nullus in cauſa propria & perſonali poteſt eſſe Iudex, ſi iniuria, vel offenſa facta

eſt ratione particularis perſonæ, non verò rationе officij, vnde ſi iſte velit iudicare poteſt recuſari. Item aliquando datur ordo inter Iudices; vt vnus alteri præferendus ſit. Sic enim Iudex loci, in quo quis deliquit, præferendus eſt Iudici originis, aut Iudici domicilij Clar. *q.38. verſ. Iudex* Farinacc. *q.7.num.1.* & ſic Reus poteſt opponere, quod Iudex loci delicti præferendus ſit. Bict. *q.88. num.9.*

132. Sed hoc difficultatem habet, nedum quia valde eſt controuerſum, an Iudex originis, vel domicilij poſſit cognoſcere de delicto extra ſuum Territorium commiſſo, vt ex Farin. *q. 7. à num.19* Sed quia dato quod poſſit cognoſcere, & tamen præferendus ſit Iudex loci delicti, hæc prælatio eſt Iuris Iudicis loci delicti, non verè eſt Iuris Rei, qui nullum Ius habet, vt non iudicetur à Iudice Domicilij, ſi ille id facere poteſt, & ideò illum recuſare non poteſt, niſi ſimus in caſu, in quo Iudex domicilij, aut originis non habet iuriſdictionem. Item contra Reum extractum ab Eccleſia, violata Eccleſiæ Immunitate, non poteſt Iudex procedere, ſed Reum Eccleſiæ reſtituere tenetur, *cap. cum inter alia de immun. Eccleſ.* Clar. *q.30.* Farinacc. *q.28. nu.1.* Et ideò in caſibus non exceptis Reus hunc iuriſdictionis defectum poteſt excipere. Eſt verò impedita Iudicis iuriſdictio, ſi Iudex ſit excommunicatus, aut ſuſpenſus. Et quidem ſi Iudex ſit excommunicatus non tolleratus, cum ſit priuatus exercitio Iuriſdictionis, acta eius nulla ſunt ex defectu Iuriſdictionis, ſed etiam ſi ſit excommunicatus occultus, & non denunciatus; quia Reus poteſt nolle communionem cum illo, poteſt illum recuſare. Suar. *de Cenſ. d.15. ſect.7.n.3.* Lezan. *v. Excommunicatio à n.7.*

Iudicis Conditio.

133. Septimam generalem recuſandi cauſam præbet Iudicis qualitas, vt ſi ſit indiferetus, & conſuetudine iniquus, ſi Aduocatum partis non vult audire, aut eſt nimium ſeuerus, & crudelis, ſi ſit illiteratus, & imperitus. De quibus videndi Bald. *in c. ad noſtram de probat.* Franc. *in d. cap. Poſtremo in fine de appell.* Maranta *p.6. num. 37. & 97. 72.* Iaſ. *in l. apertiſſimi C. de Iud.* Pax Iord. *l.13. tit.4. n.111.*

134. Tandem tamen aduertendum, quod non omnes cauſæ ſupra recenſitæ ſufficiunt ad recuſandum quemcumque Iudicem. Vnde Pena ad Eymer. *3. p. com. 30. verſ. verumtamen*, benè aduertit quod in Tribunali Sancti Officij non quælibet cauſa ſufficientes ad recuſandum alios Iudices ſunt admittendæ, ſed ſolum iſtæ, ſcilicet inimicitiæ, conſpiratio in Reos, aut quid tale, vt grauis emulatio, vnde Inimicitia facilè oritur, quæ inimicitiæ ſæpè comparari poteſt. Sic quoque, & in Religionibus ſola inimicitia Capitalis, & aliæ ſimiles graues cauſæ; ex quibus iniuſtitia præſumi poſſit in Iudice, admitti debent.

SVMMARIVM.

135 *Recuſatio debet proponi non ſolum ante litis conteſtationem, ſed etiam ante omnes alias exceptiones.*

136 *Iudex poteſt præfigere terminum parti ad proponendas exceptiones dilatorias.*

137 *Si cauſa de nouo emergat, ſeu antiqua de nouo cognoſcatur, poteſt Iudex recuſari nedum poſt litis conteſtationem, ſed etiam poſt concluſum in cauſa.*

138 *An pars ignorando cauſam recuſationis propter negligentiam, poſſit recuſare Iudicem poſt concluſum in cauſa.*

139 *Poſt conteſtatam litem nõ poteſt recuſari Iudex, ſi cauſa orta fuerit ex culpa recuſantis. ibidem.*

140 *De Iure Ciuili poteſt Iudex recuſari poſt litis conteſtationem ex cauſa antiqua non ignorata.*

141 *In recuſatione Iudicis ſeruandæ ſunt in vnaquaque Prouincia, & Ciuitate propriæ leges.*

ARTICVLVS VII.

Quando proponenda ſit recuſatio:

135. Et verò certum per ſe loquendo recuſationē, quæ eſt exceptio merè dilatoria, de Iure Canonico nedum proponi debere ante litis conteſtationē, ſed ante omnes alias exceptiones. *Cap. cum inter de ſent. & re iudic.* vbi gloſ. & DD. *cap. cum ſpeciali de appellat.* vbi pariter DD. Nam ſi pars, conſenſerit in Iudicem non permittitur amplius eum recuſare, ſed præſumitur renunciaſſe excepr. Panorm. *d. cap. cum ſpeciali num. 3.* Maranta *de Ord. Iud. p. 6.* Marcheſ. *de Commiſſ. cap.8. §.1. num. 55.* Fermoſ. *in cap. ſi quis contra de foro compet. q. 28. num. 1.* Farinac. *in fragm. Crim. l. I. num.897.* Pax Iord. *lib.13. tit.411. 116.* Paſqual. *deciſ.350.*

Imo Iudex poteſt præfigere terminum ad proponendas exceptiones dilatorias, quo elapſo non conceditur amplius facultas excipiendi *cap. Paſtoralis de except.* Vndè poſt terminum etiam ante litis conteſtationem non poſſet proponi recuſatio. Pax Iord. *lib. 13. tit. 4. num 117.*

136. Nihilominus ex cauſa de nouo emergente, vel ex antiqua de nouo cognita in quocumque tempore pars recuſare poteſt Iudicem, ſi ab eo poſſit grauari *cap. Inſinuante de off. delegat.* Ideò nedum poſt litem conteſtatam, ſed poſt concluſum in cauſa, quia tunc licet non recipiantur probationes, nec admittantur exceptiones, ſpecialis tamen ratio eſt, de hac exceptione; quia nimis periculoſum eſt coram Iudice ſuſpecto litigare. Panormit. *in d. cap. Inſinuante num. 9.* Franc. *in cap. Poſtremo num. 1. & in cap. cum ſpeciale num.27. de appell.* & quamplures alij, quos refert, & ſequitur Farinac. *vbi ſupra nu. 906. & 907.* qui tamen *num.908.* Et

Felin.

Felin. *in cap. Inſinuante num.* 9. Couarr. *pract. q. cap.*26. *num.* 2. Laurent. *de Iud. ſuſpecto cap.* 14. *num.* 18. & alijs limitat, vt non procedat, ſi probatum fuerit partem fuiſſe negligentem in perquirendo hanc exceptionem ante litem conteſtatam. Huiuſmodi enim negligentia non excludit omnino conſenſum, niſi adeo ſit leuis, vt in foro externo præſumptum conſenſum non contineat. Hæc tamen negligentia ab eam allegante probanda erit.

137. Aduertit verò Marcheſ. *d. cap.* 8. §. 1. *num.*56. quod ignorantia præſumitur, ſi non probetur, *& num.*57. quod ad illam probandam ſufficit partis iuramentum. Paſqual. *deciſ.*351. *nu.*2. Niſi vehementibus præſumptionibus probetur ſcientia, in quo caſu locum habent relata à Farinac. *num.* 909. nimirum aliter quam per iuramentum probandam eſſe hanc ignorantiam, quando ortum habuit ex negligentia, taliter, ſcilicet, vt præſumi debeat, vel ſcientia, vel conſenſus ſufficiens in Iudicem, & in omni caſu verum eſt, quod ibi ſubditur, ſcilicet, quod hoc iuramentum debet eſſe delatum per Iudicem. Sed idem tamen Marcheſ. *num.* 60. vult, quod poſt concluſum in cauſa non habeat locum allegatio ſuſpicionis ex cauſa antiqua, ſed ignorata, quod ſenſerunt plures apud Farinac. *num.* 911. Et tamen addit, quod poſt concluſum in cauſa Signatura aliquando ratione allegatæ ſuſpicionis dat adiunctum in cauſa; vndè ex hoc probatur etiam tunc habere locum recuſationem, etiam ex cauſa prius ignorata, quia non adeſt conſenſus legitimus in Iudicem, quamuis verum ſit quod poſt concluſum in cauſa, ſi Iudex non poteſt nocere ex ſuo arbitrio, vt quia ex Iure omnino determinatum eſt, quæ ſententia ſit proferenda, non eſt vndè Iudicis recuſatio admittatur Dom. *hic num.* 14. Franc. *num.*3.

138. Limitant alij, vt Iudex recuſari non poſſit poſt litē conteſtatam, ſi cauſa orta fuerit ex culpa recuſantis; ita Maranta apud Farinac. & Didacus Scroi *p.*5. *cap.*1. *num.*20. Sed hoc reijcit Scacc. *de appell. c.* 11. *num.* 52. Et de eo dubitat Farinac. Nam vt dictum eſt ſupra *num.* 112. & tradit idem Farinac. *num.* 879. *ex capite Inimicitiæ* recuſatur Iudex, etiam ſi orta ſit ex culpa recuſantis.

139. Extendunt verò aliqui aſſertionem ſuprapoſitam, vt etiam recuſari poſſit Iudex ex noua cauſa, poſtquam Iudex ſententiam conſcripſit & Notario tradidit, ita quod tunc ſuperſedere debeat ab eius promulgatione, ita Paſqual. *deciſ.*   & Rota *pragm.* 1. *poſt num.* 44. apud Scialoia *de for. compet. cap.* 9. *numer.* 127. Fermoſ. *in d. cap. ſi quis contra* 4. *de for. compet. q.* 18. *num.* 4. & apud eum Couarruu. *pract. quæſt. cap.* 26. *num.* 3.

140. De Iure Ciuili etiam poſt litem conteſtatam, etiam ex antiqua cauſa non ignorata poteſt Iudex recuſari. Nam cum ex hoc iure non ſit neceſsè proponere cauſam, ſed ſufficiat quod recuſatio ſit iuſta, & recuſans iuret ſe non recuſare ex calumnia; in quocumque tempore, poteſt Iudicem iurare ſuſpectum, ſi Iudex poteſt, ſi non recuſetur grauare conſideratur vero quod plus poteſt ex ſententia grauare, quam ex antecedente proceſſu, Fermoſ. *q.* 28. *num.* 4. Allegans in hoc Couarruu. *Pract. quæſt. cap.*26. *n.* 2. Azeued. *in l.*1. *num.* 14. Par. *in praxi tit.* 1. *p.* 1. *cap.*10. *num.*19. Hoc vero explicat Pax Iord. *d. tit.*4. *num.* 118. vt ſufficiat quod infra 20. dies proponat recuſationem lite non conteſtata, vel conteſtata *Auth. & conſequenter C. de ſent. & interloc. omn. Iudic.* ſed illa lex deſumpta ex *cap.*2. *de executor. collect.* 7. loquitur in iudicio reconuentionis, non licet vero ex hoc ſumere Regulam generalem ad alia iudicia.

141. In caſu etiam quod recuſatio non fuiſſet facta tempore debito, dari Eccleſiæ, Reipublicæ, minori reſtitutionem in integrum ſenſit Farinac. *num.*905. ſeruandæ etiam ſunt in vnoquoque Regno, Prouincia, aut Ciuitate propriæ leges. Nam in Regno Neapolitano pars intra quadraginta dies à die Intimationis primi libelli poteſt Iudicem ſuſpectum allegare, & non vltra, niſi noua cauſa ſuſpicionis ſuperueniat, quia tunc vna cauſa opponi poteſt infra alios 30. dies à die nouæ natæ ſuſpicionis, prout refert Angel. Scialoia *de fur. compet. cap.* 9. *num.* 129.

SVMMARIVM.

142 Iudex recuſatus ob cauſam notoriè friuolam, ſeu falſam poteſt procedere ad vlteriora, & etiam pronunciare ſuper illo Articulo.

143 Secus ſi cauſa allegata ſuſpicionis ſit ſufficiens.

144 Declaratur differentia inter appellationem & recuſationem.

Quomodo debeat procedere in cauſa Iudex Ordinarius recuſatus, ibid.

145 Et quomodo Iudex Delegatus, & num. 146.

147 Et quomodo debeant procedere Arbitri ſi eligantur ad cognoſcendam cauſam legitimæ recuſationis, & num. 148.

149 A ſententia Arbitrorum poteſt appellari ad Principem, qui Iudicem delegauit.

150 Electio Arbitrorum receſſit ab Aula in Vrbe & Statu Eccleſiaſtico.

Regulares eligentes Arbitros debent il[illegible]eligere ex proprio Ordine. ibid.

ARTICVLVS VIII.

Quid faciendum recuſatione propoſita.

142. IVdex ſuſpectus, niſi recuſetur, non debet ſe vt ſuſpectum habere, ſed iuxta officij ſui exigentiam tenetur ad vlteriora procedere, & vt ſupra dictum eſt, valent acta per ipſum, ſed vbi recuſatus fuit ab aliqua parte, tunc Iudex debet recuſationem, eiuſque cauſas expreſſas conſiderare. Et quidem ſi inueniat recuſationem eſſe notoriè friuolam, aut fruſtratoriam, vt v. g. quod ſemel cum aduerſario Iudex

eſt ratione particularis perſonæ, non verò ratione officij, vnde ſi iſte velit iudicare poteſt recuſari. Item aliquando datur ordo inter Iudices; vt vnus alteri præferendus ſit. Sic enim Iudex loci, in quo quis deliquit, præferendus eſt Iudici originis, aut Iudici domicilij Clar. *q.38. verſ. Iudex* Farinacc. *q.7.num.*1. & ſic Reus poteſt opponere, quod Iudex loci delicti præferendus ſit. Bict. *q.*88. *num.9.*

132. Sed hoc difficultatem habet, nedum quia valde eſt controuerſum, an Iudex originis, vel domicilij poſſit cognoſcere de delicto extra ſuum Territorium commiſſo, vt ex Farin. *q.* 7. *à num.*19 Sed quia dato quod poſſit cognoſcere, & tamen præferendus ſit Iudex loci delicti, hæc prælatio eſt Iuris Iudicis loci delicti, non verè eſt Iuris Rei, qui nullum Ius habet, vt non iudicetur à Iudice Domicilij, ſi ille id facere poteſt, & ideò illum recuſare non poteſt, niſi ſimus in caſu, in quo Iudex domicilij, aut originis non habet iuriſdictionem. Item contra Reum extractum ab Eeclefia, violata Eeclefiæ Immunirare, non poteſt Iudex procedere, ſed Reum Eeclefiæ reſtitnere renetur, *cap. cum inter alia de immun. Eeclef.* Clar. *q.*30. Farinaee. *q.28. nu.*1. Et ideò in caſibus non excepris Reus hunc iuriſdictionis defectum poteſt exeipere. Eſt verò impedita Iudicis iuriſdictio, ſi Iudex ſit excommunicatus, aut ſuſpenſus. Et quidem ſi Iudex ſit excommunicatus non tolleratus, cum ſit priuatus exercitio Iuriſdictionis, acta eius nulla ſunt ex defectu Iuriſdictionis, ſed etiam ſi ſit excommunicatus occultus, & non denunciatus; quia Reus poteſt nolle communionem eum illo, poteſt illum recuſare. Suar. *de Cenſ. d.*15. *ſect.7.n.*3. Lezan. *v. Excommunicatio à n.7.*

Iudicis Conditio.

133. SEptimam generalem recuſandi cauſam præbet Iudicis qualitas, vt ſi ſit indiſeretus, & conſuetudine iniquus, ſi Aduocatum partis non vult audire, aut eſt nimium ſeuerus, & crudelis, ſi ſit illirteratus, & imperitus. De quibus videndi Bald. *in c. ad noſtram de probat.* Franc. *in d. eap. Poſtremo in fine de appell.* Maranta *p.6. num.* 37. *&* 97. 72. Iaſ. *in l. apertiſſimi C. de Iud.* Pax Iord. *l.*13. *tit.*4. *n.*111.

134. Tandem tamen aduertendum, quod non omnes cauſæ ſupra recenſitæ ſufficiunt ad recuſandum quemcumque Iudicem. Vnde Penna ad Eymer. *3. p. com. 30. verſ. verumtamen*, benè aduertit quod in Tribunali Sancti Officij non quælibet cauſæ ſufficientes ad recuſandum alios Iudices ſunt admittendæ, ſed ſolum iſtæ, ſcilicet inimicitiæ, conſpiratio in Reos, aut quid tale, vt grauis emulatio, vnde Inimicitia facile oritur, quæ inimicitiæ ſæpè comparari poteſt. Sic quoque, & in Religionibus ſola inimicitia Capitalis, & aliæ ſimiles graues cauſæ; ex quibus iniuſtitia præſumi poſſe in Iudice, admitti debent.

SVMMARIVM.

135 *Recuſatio debet proponi non ſolum ante litis conteſtationem, ſed etiam ante omnes alias exceptiones.*

136 *Iudex poteſt præfigere terminum parti ad proponendas exceptiones dilatorias.*

137 *Si cauſa de nouo emergat, ſeu antiqua de nouo cognoſcatur, poteſt Iudex recuſari nedum poſt litis conteſtationem, ſed etiam poſt concluſum in cauſa.*

138 *An pars ignorando cauſam recuſationis propter negligentiam, poſſit recuſare Iudicem poſt concluſum in cauſa.*

139 *Poſt conteſtatam litem nō poteſt recuſari Iudex, ſi cauſa orta fuerit ex culpa recuſantis. ibidem.*

140 *De Iure Ciuili poteſt Iudex recuſari poſt litis conteſtationem ex cauſa antiqua non ignorata.*

141 *In recuſatione Iudicis ſeruandæ ſunt in vnaquaque Prouincia, & Ciuitate propriæ leges.*

ARTICVLVS VII.

Quando proponenda ſit recuſatio:

135. EST verò certum per ſe loquendo recuſationē, quæ eſt exceptio merè dilatoria, de Iure Canonico nedum proponi debere ante litis conteſtationē, ſed ante omnes alias exceptiones. *Cap. cum inter de ſent & re iudic.* vbi gloſ. & DD. *cap. cum ſpeciali de appellat.* vbi pariter DD. Nam ſi pars, conſenſerit in Iudicem non permittitur amplius eum recuſare, ſed præſumitur renunciaſſe except. Panorm. *d. cap. cum ſpeciali num.* 3. Maranta *de Ord. Iud. p.* 6. Marcheſ. *de Commiſſ. cap.*8. §.1. *num.* 55. Fermoſ. *in cap. ſi quis contra de foro compet. q.* 28. *num.* 1. Farinac. *in fragm. Crim. l. I. num.*897. Pax Iord. *lib.*13. *tit.*411. 116. Paſqual. *deciſ.*350.

Imo Iudex poteſt præfigere terminum ad proponendas exceptiones dilarorias, quo elapſo non conceditur amplius facultas excipiendi *cap. Paſtoralis de except.* Vndè poſt terminum etiam anre litis conteſtationem non poſſet proponi recuſatio. Pax Iord. *lib.* 13. *tit.* 4. *num* 117.

136. Nihilominus ex cauſa de nouo emergente, vel ex antiqua de nouo cognita in quocumque tempore pars recuſare poteſt Iudicem, ſi ab eo poſſit grauari *cap. Inſinuante de off. delegat.* Ideò nedum poſt litem conteſtatam, ſed poſt concluſum in cauſa, quia tunc licet non recipiantur probationes, nec admittantur exceptiones, ſpecialis tamen ratio eſt, de hac exceptione; quia nimis periculoſum eſt coram Iudice ſuſpecto litigare. Panormit. *in d. cap. Inſinuante num.* 9. Franc. *in cap. Poſtremo num.* 1. *& in cap. cum ſpeciale num.*27. *de appell.* & quamplures alij, quos refert, & ſequitur Farinac. *vbi ſupra nu.* 906. *&* 907. qui tamen *num.*908. Ex

Felin.

Felin. *in cap. Inſinuante num.* 9. Conarr. *pract. q. cap.*26. *num.* 2. Laurent. *de Iud. ſuſpecto cap.* 14. *num.* 18. & alijs limitat, vt non procedat, ſi probatum fuerit partem fuiſſe negligentem in perquirendo hanc exceptionem ante litem conteſtatam. Huiuſmodi enim negligentia non excludit omnino conſenſum, niſi adeo ſit leuis, vt in foro externo præſumptum conſenſum non contineat. Hæc tamen negligentia ab eam allegante probanda erit.

137. Aduertit verò Marcheſ. *d. cap.* 8. §. 1. *num.*56. quod ignorantia præſumitur, ſi non probetur, *& num.*57. quod ad illam probandam ſufficit partis iuramentum. Paſqual. *deciſ.*351. *nu.*2. Niſi vehementibus præſumptionibus probetur ſcientia, in quo caſu locum habent relata à Farinac. *num.* 909. nimirum aliter quam per iuramentum probandam eſſe hanc ignorantiam, quando ortum habuit ex negligentia, taliter, ſcilicet, vt præſumi debeat, vel ſcientia, vel conſenſus ſufficiens in Iudicem, & in omni caſu verum eſt, quod ibi ſubditur, ſcilicet, quod hoc iuramentum debet eſſe delatum per Iudicem. Sed idem tamen Marcheſ. *num.* 60. vult, quod poſt conclusum in cauſa non habeat locum allegatio ſuſpicionis ex cauſa antiqua, ſed ignorata, quod ſenſerunt plures apud Farinac. *num.* 911. Et tamen addit, quod poſt concluſum in cauſa Signaturæ aliquando ratione allegatæ ſuſpicionis dat adiunctum in cauſa; vndè ex hoc probatur etiam tunc habere locum recuſationem, etiam ex cauſa prius ignorata, quia non adeſt conſenſus legitimus in Iudicem, quamuis verum ſit quod poſt concluſum in cauſa, ſi Iudex non poteſt nocere ex ſuo arbitrio, vt quia ex Iure omnino determinatum eſt, quæ ſententia ſit proferenda, non eſt vndè Iudicis recuſatio admittatur Dom. *hic num.* 14. Franc. *num.*3.

138. Limitant alij, vt Iudex recuſari non poſſit poſt litē conteſtatam, ſi cauſa orta fuerit ex culpa recuſantis; ita Maranta apud Farinac. & Didacus Scoti *p.*5. *cap.*1. *num.*20. Sed hoc reijcit Scacc. *de appell. c.* 11. *num.* 52. Et de eo dubitat Farinac. Nam vt dictum eſt ſupra *num.* 112. & tradit idem Farinac. *num.* 879. *ex capite Inimicitiæ* recuſatur Iudex, etiam ſi orta ſit ex culpa recuſantis.

139. Extendunt verò aliqui aſſertionem ſuprapoſitam, vt etiam recuſari poſſit Iudex ex noua cauſa, poſtquam Iudex ſententiam conſcripſit & Notario tradidit, ita quod tunc ſuperſedere debeat ab eius promulgatione, ita Paſqual. *deciſ.* & Rota *pragm.* 1. *poſt num.* 44. apud Scialoia *de for. compet. cap.* 9. *numer.* 127. Fermoſ. *in d. cap. ſi quis contra* 4. *de for. compet. q.* 18. *num.* 4. & apud cum Couarruu. *pract. quæſt. cap.* 26. *num.* 3.

140. De Iure Ciuili etiam poſt litem conteſtatam, etiam ex antiqua cauſa non ignorata poteſt Iudex recuſari. Nam cum ex hoc iure non ſit neceſſè proponere cauſam, ſed ſufficiat quod recuſatio ſit iuſta, & recuſans iuret ſe non recuſare ex calumnia; in quocumque tempore, poteſt Iudicem iurare ſuſpectum, ſi Iudex poteſt, ſi non recuſetur grauare conſideratur vero quod plus poteſt ex ſententia grauare, quam ex antecedente proceſſu, Fermoſ. *q.* 28. *num.* 4. Allegans in hoc Couarruu. *Pract. quæſt. cap.*26. *n.* 2. Azeued. *in l.*1. *num.* 14. Par. *in praxi tit.* 1. *p.* 1. *cap.*10. *num.*19. Hoc vero explicat Pax Iord. *d. tit.*4. *num.* 118. vt ſufficiat quod infra 20. dies proponat recuſationem lite non conteſtata, vel conteſtata *Auth. & conſequenter C. de ſent. & interloc. omn. Iudic.* ſed illa lex deſumpta ex *cap.*2. *de executor. collect.* 7. loquitur in iudicio reconuentionis, non licet vero ex hoc ſumere Regulam generalem ad alia iudicia.

141. In caſu etiam quod recuſatio non fuiſſet facta tempore debito, dari Eccleſiæ, Reipublicæ, minori reſtitutionem in integrum ſenſit Farinac. *num.*905. ſeruandæ etiam ſunt in vnoquoque Regno, Prouincia, aut Ciuitate propriæ leges. Nam in Regno Neapolitano pars intra quadraginta dies à die Intimationis primi libelli poteſt Iudicem ſuſpectum allegare, & non vltra, niſi noua cauſa ſuſpicionis ſuperueniat, quia tunc vna cauſa opponi poteſt infra alios 30. dies à die nouæ natæ ſuſpicionis, prout refert Angel. Scialoia *de for. compet. cap.* 9. *num.* 129.

SVMMARIVM.

142 *Iudex recuſatus ob cauſam notoriè friuolam, ſeu falſam poteſt procedere ad vlteriora, & etiam pronunciare ſuper illo Articulo*

143 *Secus ſi cauſa allegata ſuſpicionis ſit ſufficiens.*

144 *Declaratur differentia inter appellationem & recuſationem.*

Quomodo debeat procedere in cauſa Iudex Ordinarius recuſatus, ibid.

145 *Et quomodo Iudex Delegatus, & num.* 146.

147 *Et quomodo debeant procedere Arbitri ſi eligantur ad cognoſcendam cauſam legitimæ recuſationis, & num.* 148.

149 *A ſententia Arbitrorum poteſt appellari ad Principem, qui Iudicem delegauit.*

150 *Electio Arbitrorum receſſit ab Aula in[illegible] & Statu Eccleſiaſtico.*

Regulares eligentes Arbitros debent [illegible]ligere ex proprio Ordine. ibid.

ARTICVLVS VIII.

Quid faciendum recuſatione propoſita.

142. IVdex ſuſpectus, niſi renunciet, non debet ſe vt ſuſpectum habere, ſed iuxta officij ſui exigentiam tenetur ad vlteriora procedere, & vt ſupra dictum eſt, valent acta per ipſum, ſed vbi recuſatus fuit ab aliqua parte, tunc Iudex debet recuſationem, eiuſque cauſas expreſſas conſiderare. Et quidem ſi inueniat recuſationem eſſe notoriè friuolam, aut fruſtratoriam, vt v. g. quod ſemel cum aduerſario Iudex

dex manducauerit, vel quia cauſa ſolum in generali fuerit propoſita, vel quia cauſa aſſignata ſit manifeſtè falſa, illam reijciet, & poterit etiam ſuper hoc articulo pronunciare vt dictum eſt ſupra in hac quæſt. *a.* 5. *num.* 140. *&* 141. & ſi à ſententia non appelletur; poterit ad vlteriora procedere. Pariter ſi adſit timor colluſionis, non admittet ſtatim recuſationem, prout ex Io. Iacob. de Laurent. *de iud. ſuſp. c.* 1. aduertit Pax Iord. *lib.* 13. *tit.* 4. *num.* Sed in eo caſu, in quo adſit præſumptio exceptionis malitioſæ, non prohibetur Iudex exigere iuramentum, quod tamen contra Cauillatores non eſſe frænum ſufficiens, dicit idem Pax *num.* 141. Et ſic etiam Iudex Eccleſiaſticus poterit exigere iuramentum, quod electio huius vel illius in Arbitrum fiat bona fide, vt proceſſus non differatur magis. Colluſio vero præſumptionibus & coniecturis probari poteſt, vt dicti DD. tradunt & Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 26. *per totum*, qui DD. videndi ſunt.

143. Cæterum vbi cauſa ſuſpicionis allegata ſit ſufficiens, quia v. g. eſt in Iure expreſſa, & manifeſtè vera, vel ſi etiam ſit dubia, & non ſit notorium eam eſſe friuolam, aut calumnioſam, Iudex interim debet abſtinere ab vlteriori cognitione cauſæ. Recuſatio enim, quæ non ſit manifeſtè friuola, aut calumnioſa pro interim quodammodo iuriſdictionem Iudicis recuſati ſuſpecti, *cap. quoties* 2. *q.* 6. *cap. ſuſpicionis cauſa* 39. *de off. delegat.* vbi Bald. *num.* 1. Imol. *nu.* 6. Hoſtien. *in Summ. tit. de Recuſatione Iud. deleg.* 9. *quis ſit effectus num.* 6. Maranta *p.* 6. *num.* 24. Et alij quos refert Farinac. *in fragment. crimin. lit. I. num.* 930. Marcheſ. *de Commiſſ. p.* 2. *cap.* 8. §. 1. *num.* 4. Pax Iord. *lib.* 13. *tit.* 4. *num.* 130. Sanchez *lib* 6. *conſil. cap.* 8. *dub.* 3. *num.* 3. Et ad hunc effectum cauſandum non eſt neceſsè quod pars appellet, vt bene notat. Hoſtien. *vbi ſupra*, quia recuſatio ipſa hunc effectum cauſat, vt in cauſa principali Iudex allegatus ſuſpectus ſtatim à recuſatione ſaltem pro interim ſuperſedeat.

144. Neque enim confundi debeut recuſatio & appellatio, hæc enim non innititur timori futuri grauaminis, ſi propriè de eo loquamu[illegible] ſed grauamen ſupponit. Et ideò niſi Iud[illegible]gatus ſuſpectus recuſationem reijciat, nō po[illegible]ab eo appellari, ex eo quod ſit ſuſpectus Innoc. *in cap. cum ſpeciali num.* 1. *&* 6. *de appellat.* & ibi Hoſtien. *in v. Recuſationis.* Anchar. *num.* 1. Bellam. *num.* 1. 3. *&* 5. Butr. *num.* 8. Panorm. *num.* 6. Franc. *num.* 6. Aduertunt vero ex Præpoſ. Alexand. *ibi num.* 11. Farinac. *vbi ſupra num.* 923. & Fermoſ. *d. q.* 29. *num.* 19. quod nec valet appellatio conditionata à futuro grauamine, ſcilicet, ſi contingat Iudicem non admittere recuſationem. Hæc tamen appellatio poteſt habere vim appellationis extraiudicialis, quæ eſt appellatio impropriè.

144. Quid ergo tunc agendum erit? Diſtinguendam eſt inter Iudicem Ordinarium, & delegatum. Nam ordinarius ſi nolit cauſas ſuſpicionis diſcuti, ſed ſtatim ſe det vt recuſatum, poteſt duo facere, vel ſcilicet partes remittere ad Superiorem, vel cauſam Iudici non ſuſpecto delegare. Et horum quodlibet poteſt facere etiam recuſatore, ſeù partibus inuitis. De remiſſione ad Superiorem hoc ſentiunt communiter DD. *Gloſſ. in cap. cum ſpeciali* 61. *de appellat. in v. de recuſatoris* Panormit. 16. *num.* 11. & alij Specul. *de recuſat.* §. 4. 5. *num.* 2. *&* 3. Pax Iord. *lib.* 13. *tit.* 4. *num.* 133.

145. De delegatione verò quamplures ex antiquis quos refert Panormit. *cap. ſi quis contra* 4. *de foro compet. num.* 13. ſenſerunt Ordinarium non poſſe cauſam delegare inuito recuſatore, & fundabantur in *d. cap. cum ſpeciali* ibi *de recuſatoris aſſenſu*, ſed vt benè notat Panormit. *ibidem num.* 11. ille textus non adaptatur, quia loquitur in caſu, in quo cauſa ſuſpicionis ſit iam probata, nos verò loquimur in caſu, in quo ſolum eſt propoſita, & textus ille reſpectu Ordinarij continet conſilium non præceptum. Verè enim æquum eſt, vt ad vitandum periculum infinitæ recuſationis Ordinarius recuſatus, vt ſuſpectus non committat cauſam, niſi de conſenſu nedum recuſatoris, ſed alterius partis. In quo diſtingui debet delegatio, à perſona, cui cauſa delegatur. Ordinarius etiam poſt latam ſententiam, per quam probetur illum meritò eſſe recuſatum, etiam inuito recuſatore cauſam delegare poteſt, ſaluo tamen ſemper iure recuſandi perſonam delegatam, & ideò vt impediatur hæc recuſatio, conſilium eſt, vt accedat partium conſenſus. Panormit. *d. cap. ſi quis contra* 4. *de for. compet. à num.* 13. vbi hoc latè probat, & ad contraria reſpondet, *& d. cap. cum ſpeciali num.* 11. Pax Iord. *vbi ſupra num.* 125. Sed aliud aduertendum, quod ſcilicet in cauſa propria, vel in qua ipſe ratione ſui, vel ſuorum habet intereſſe, non poteſt cauſam delegare, quin poſſit delegatus recuſari. Scialoia *de for. compet.* 9. *n.* 165. *&* 168.

146. Quantum verò ad hanc partem delegatus Iudex non poteſt cauſam ſubdelegare, niſi ſeruata diſpoſitione *cap. Iudex de off. deleg. in* 6. Si verò Iudex nolit ſtatim ſe habere, vt ſuſpectum, ſed velit cauſas recuſationis examinari, aut ad Superiorem remittere, vel quia id ſit neceſſarium, ex quo non poſſit cauſam delegare, ſicut non poteſt delegatus, niſi de conſenſu recuſatoris, vel quia cauſa ad Superiorem non poteſt remitti, tunc ſeruanda eſt Decretalis, *cum ſpeciali* 61. *de appellat* prout eam ibi explicant DD. communiter, nimirum, vt iudice recuſato, recuſans, & eius Aduerſarius, ſi habet Aduerſarium, vel ſi Iudex procedit ex officio recuſans, & Iudex ipſe eligant arbitros de communi conſenſu, vel ſi non conueniunt, quilibet illorum ſuum eligat arbitrum, & ſi arbitri in iudicando non conueniant, ipſi eligent tertium, vt id quod ex tribus duo decreuerint firmitatem habeat. Nec eſt opus, vt recuſans petat huiuſmodi Arbitros eligi, quia Iudex ſtatim ad eos eligendos debet cogere partes; In hoc verò caſu recuſationis, ſi contingat Epiſcopum recuſari non

Digitized by Google

non ad Metropolitanum ſpectat cauſam recuſationis cognoſcere, ſed ſunt eligendi arbitri. Laur. *de iud. ſuſp.* c.4. *n.*19.

147. Arbitri autem electi, vt cauſam legitimæ recuſationis cognoſcant, tria præcipuè inquirere, ac decernere poſſunt, nimirum an cauſa in Iure ſubſiſtat, ſecundò an ſit vera, & ſubſiſtat in facto, & tertiò an per recuſantem fuerit recuſationi renunciatum, vt ad *d. cap. cum ſpeciali* tradiderunt. Io: Andr. *n.* 2. *&* 11. Hoſt. *conſ.*1. Ancharan. *num.* 2. Imol. *num.* 1. 8. *&* 17. Butrius *num* 2. *&* 3. *&* 5. Panormit. *n.*1. *&* 2. & alij Interpretes. Præterea verò cognoſcunt de omnibus ad cauſam ſuſpicionis ſpectantibus, incidentibus, & neceſſarijs. Dom. *in cap. ſi qui contra vnum num.* 1. Franc. *num.* 2. *& cap. ſuſpicionis* 39. *de off. deleg. in* 6. *Gloſſ. in ver. ad quos omnia, & v. Tertium*. Hoſtien. *n.*5. 7. 8. *&* 9. Io: Andr. *num.* 2. *&* 6. *&* 7. & alij plures, quos recenſet Farinac. *vbi ſupra n.* 917. meritò enim horum cognitio ablata eſt iudici, & tributa Arbitris, quia plerumque Iudices ex quo recuſantur, indignantur, & ſe prouocatos reputant; Vndè periculum fuiſſet, ne iniuſtè grauarent recuſantem, eius iuſtam recuſationem reijciendo.

148. Ne verò contingat fraus, & arbitri differant diù pronunciare ſuper iuſtitia recuſationis in præiudicium partium, & cauſæ principalis, iudex recuſatus poteſt illis terminum conuenientem præfigere, intra quem pronuncient, & decernant, an recuſatio ſit admittenda tanquam legitima, & vera, quo termino elapſo Iudex in cauſa principali poterit ad vlteriora procedere. Et ſic etiam Arbitri poſſunt præfigere recuſatori terminum ad probandum cauſam, & iuſtitiam recuſationis; quo termino elapſo, ſi recuſatio legitima non fuerit probata, habebitur vt nulla, & Iudex recuſatus procedet in cauſa, quæ omnia probantur ex *d. cap. cum ſpeciali*, & per notata ibi à DD. Et aduertendum, quod in cauſa ſuſpicionis poteſt etiam comparere pars, quæ non recuſauit Iudicem, & ſuſpicioni ſe opponere, dicendo eam non valere de iure, & de iure non militare. Scialoya *de for. compet. cap.* 9. *num.* 19. qui tamen ait hoc intelligendum de Iure, & non per teſtes, ſed huius exceptionis rationem non reddit.

149. A Sententia autem Arbitrorum poſſe appellari ad Papam habetur expreſsè *cap. ab Arbitris de off. deleg. in* 6. & tradunt Canoniſtæ *in cap. ſuſpicionis*, vbi Butrius *num.*7. Panormit. *num.*7. Vniuerſaliter verò appellatur ad Principem, qui cauſam Iudici ſuſpecto delegauit. Andr. Gail. *obſeru.* 33. *num.* 18. *l.* 1. Tuſcul. *v. ſuſpicio concluſ.* 911. *num.* 6. Scacc. *de appellat. q.*7. *num.*109.

150. Aduertendum verò eſt, quod arbitrorum electio receſſit ab Aula in Vrbe, & in Statu Eccleſiaſtico; vt ex Farin. *in fragm. lit. I. n.* 919. *adnotant cap. ſi contra num.* 4. *de off. deleg. in* 6. Sed in vim recuſationis fit recurſus ad Superiorem. Et hoc bonum eſſet ſeruare in Religionibus, de cauſa enim ſuſpicionis melius, & ſecurius cognoſcet Superior; qui etiam cognita iuſtitia cauſæ allegatæ citius de alio Iudice prouidebit. In caſu tamen quod eligantur Arbitri aduertant Regulares, quod in arbitros non poſſunt eligere, vel Laicum, vel Eccleſiaſticum, aut Regularem alterius Ordinis. Non quidem poſſunt eligi Laici; quia arbitri iſti habent à Iure Iuriſdictionem, & poſſunt excommunicare, & interdicere, *cap. ſuſpicionis de off. & poteſt Iud. deleg.* Huius verò Iuriſdictionis incapax eſt Laicus. Sed neque Eccleſiaſtici extra ordinem; quia arbitri tales eſſe debent, in quos Iudex habeat Iuriſdictionem, vt eos compellere poſſit, vt arbitrium ſuſcipiant, & vt in caſu diſcordiæ tertium eligant, & vt terminent cauſam recuſationis, & ſententiam proferant. At verò Iudex Vnius Ordinis non habet Iuriſdictionem in eos, qui non ſunt eiuſdem Ordinis. Iſti igitur non poſſunt eligi in arbitros Iudicis cauſæ recuſationis. Didac. Scroy in luce Prælator. *p.*4. *c.*4. *num.*25. contra Lezanam, & Pennam.

SVMMARIVM.

151 *Diuerſæ opiniones DD. circa validitatem, & inualiditatem proceſſus facti à Iudice recuſato, vſque ad* 158.

158 *Proceſſus factus à Iudice; qui legitimè recuſari non poſſet, validus eſt etiam dicto Iudice recuſato.*

159 *Si recuſatio non ſit legitima, & valida non tenetur Iudex ſuperſedere à Iudicio.*

160 *Recuſatio debet proponi coram Iudice recuſato tempore debito, aliter non tenetur Iudex abſtinere à Iudicio.*

161 *Reuocata recuſatione Proceſſus non redditur nullus.*

Tunc dicitur reuocari recuſatio, quando recuſator comparet coram Iudice recuſato in proſecutione cauſæ ibid.

Si poſt recuſationem proteſtetur Recuſator, ſe non conſentire in Iudicem, Proceſſus eſt nullus. ibid.

Conditiones requiſitæ ad validam proteſtationem. ibid.

162 *Stante legitima recuſatione ſi Recuſator appellet à grauamine ſibi illato, ſuſpenditur Iudicis Iuriſdictio.*

163 *Quid ſit dicendum ſi Recuſans non proſequatur appellationem, & num.*164.

165 *Si Iudex reijciat recuſationem notoriè friuolam valent eius decreta.*

Et ſi non appellatur à decreto, Proceſſus indè ſequutus validus eſt. ibid.

166 *De Iure verius eſt recuſationem Iudicis ſine appellatione non ſufficere ad irritandum ipſo Iure proceſſum ſubſecutum.*

167 *Recuſatio Iudicis prohibet proſecutionem ad vlteriora, ſed non irritat ipſo Iure attentatum in contrarium, vſque ad* 172.

172 *Proceſſus dicitur nullus ex vi appellationis,*

non

Digitized by Google

non ex vi pura recuſationis. ibid.

173 *Hæc verificantur de Iure Canonico.*

174 *De Iure Ciuili proceſſus factus poſt legitimam recuſationem Iudicis eſt ipſo iure nullus.*

Praxis legitimè præſcripta in quacunque Curia ſeruanda eſt. ibid.

174 *Iudex appellationis non poteſt confirmare ſententiam ipſo iure nullam.*

ARTICVLVS IX.

Vtrum proceſſus factus à Iudice recuſato ſit ipſo iure nullus.

151. MVltum controuerſus apud DD. eſt hic articulus, & diuerſimodè ab eis definitur. Quidam enim abſolutè, & indiſtinctè huiuſmodi proceſſum eſſe nullum pronunciant. Ita ſentiunt *cap. Iudex de off. deleg. in 6.* Anchar. *num. 3.* Butr. *num.* 4. Dom. *nu.* 12. Franc. *num.* 7. Barboſ. *num.* 8. Et fuit opinio Gloer. *in cap. quoties 2. q. 6. & in cap. quod ſuſpecti 3. q. 5.* & Hoſtien. *in cap. cum ſpeciali col. 2. & in cap. legitima de appellat. & in ſumm. tit. de recuſ. iud. deleg. §. quis ſit effectus n. 6. in princip.* Panormit. *in d. cap. cum ſpeciali nu. 12.* & quam plures alios referunt Barboſ. *d. nu.* 8. Farinac. *in fragm. Criminal lit. I. num.* 933. Ratio huius ſententiæ eſt, quia recuſatio per ſe ratione ſui ſuſpendit Iuriſdictionem Iudicis, qui propterea ſuperſedere debet à Iudicando. *cap. quoties 2. q. 6.* Bald. *in cap. ſuſpicionis num. 1. & 4.* & ibi Imola *num.* 6. Card. Zabarell. *in col.* 2. ad finem Hoſtien. *vbi ſupra*. Iudex verò cuius Iuriſdictio eſt ſuſpenſa nulliter agit, ſi iudicat. Secundò ad hoc allegatur *cap. ſuſpicionis de off. deleg. & cap. ſecundo requirit de appellat. & cap. quod ſuſpecti 3. q. 5. & l. apertiſſimi C. de Iud.* Tertiò quia ſententia lata poſt appellationem iuſtam eſt nulla ipſo iure, *cap. cum olim de off deleg. & cap. Dilecti filij §. quia verò de appellat.* At verò reuocatio, & appellatio æquiparantur. *cap. cum ſpeciali de appell.* & vbi non eſt locus appellationi, non eſt locus recuſationi; *cap. ſuper eo 2. §. 1. de appellat.*

152. In extremo alia contraria ſententia eſt, vt huiuſmodi proceſſus, nec ſit nullus nec ſit validus, ſed pendeat à futuro euentu, vt ſi pronunciatum fuerit contra recuſatorem, proceſſus ſit validus, ſecus ſi pronuncietur contra Iudicem recuſatum. Ita Lapus *d. cap. Iudex de appell. in 6. num.* 3. Probus ad Ioannem Monac. *cap. ſuper lit. in verb nequit*, quod ſatis æquum apud Farinac, eſſe teſtatur Neuo *in cap. cum ſpeciali num. 39. de appellat.*

153. Mediam viam alij ſequuntur diſtinguentes, & dicentes quod, ſi quis recuſauerit Iudicem, & ſi ille non deſiſtat, vel recuſationem tanquam friuolam reijciat, appellauit ab hoc grauamine ſibi illato, proceſſus inde ſequutus eſt ipſo iure nullus, ſed ſi non appellauit ex vi præciſa recuſationis propoſitæ proceſſus non eſt nullus ipſo iure. Et hæc fuit ſententia Innocentij *in d. cap. cum ſpeciali num. 6.* quam ſequuti ſunt plures, & præcipuè Rota Romana, vt infra referam.

154. Hoc verò aliqui ampliant, adeò vt proceſſus compilatus poſt huiuſmodi recuſationem, & appellationem ſit nullus, etiam quod appellatio fuerit deſerta, quod multis probat alter Lapus *allegat. 1. nu. 9. & ſeqq.* & ibi Mandoſ. *lit. I.* & idem ſenſit Rota *deciſ 2. num. 18. p. 2. diuerſ & deciſ 3. de except.* coram Achill. de Graſſis, *& deciſ. 172. num. 2. par. 1.* coram Capuaquen Lancellott. *de atte tatis cap. 6. n. 17.* Scaccia *de appellat. quæſt. 14. nu. 82.* Card. Tuſc. *l. 5. concluſ. 913. n. 14.*

155. Alij verò cum hac ſententia conuenientes, quantum ad ſecundam partem, vt proceſſus ſit nullus ſi factus poſt recuſationem, & appellationem, quantum ad primam partem diſtinguunt, & dicunt, quod ſi cauſa recuſationis eſt notoriè iuſta, proceſſus ſit nullus abſque vlla appellatione, ſecus ſi cauſa recuſationis ſit notoriè friuola, ita *cap. Iudex de off. deleg. in 6.* Dom. *num.* 12. Franc. *num.* 7. & Bald. *in cap. cum ſpeciali de appellat. num.* 14. & ibi Franc. *num.* 47. Neuo *num.* 46. Card. Tuſc *l. 5. concl. 913. 17. & 10. & l. I. concl 42. num. 19.* Sed ſi res ſit dubia aliter diſtinguitur, quia aut iam electi ſunt Arbitri, & tunc ſi Iudex recuſatus procedat eſt nullus proceſſus, & ita dixit Dom. *vbi ſupra num.* 12. & Bald. *d. num. 14. cap. cum ſpeciali de appell.* vbi idem ſenſit Dec. *n* 33. Præpoſ. Mediol *num.* 40. Neuo *num.* 46. Tuſc. *d. concluſione 913. num.* 13. ſed ſi arbitri nondum ſunt electi proceſſus eſt validus, licet poſſit appellari, & appellatio ſuſtineatur, quia proceſſus ille eſt contra formam à Iure ſtatutam Bald. *d. n.* 14. Sed è contra, quod non ſufficiat ad irritandum ipſo iure proceſſum, quod electi ſint Arbitri, imò nec quod cauſa ſuſpicionis ſit probata, ſed neceſſe ſit quod ſuper ea ſit pronunciatum, voluit Ioannes de Anan. *in cap. ſuſpicionis de off. deleg. num. 5. in fine*, apud Farinac. *in fragm. Crimin. lit. I. num.* 945. vbi quod idem ſentire videtur Paul. de Caſtro *in l. Apertiſſimi num.* 4. & ibi Aretin. *ſub num.* 3. Sed contrarium nimirum, quod poſt recuſationem acta ſint nulla, etiam ſi ſuper recuſatione non fuerit pronunciatum, tenuit Tuſcuſ. *lit. I. concluſ.* 421. *num.* 8. ex Paulo de Caſtro *conſ. 321. n. 1. lib.* 1.

156. Alij diſtinguunt taliter, & dicunt, quod ſi exceptio recuſationis proponitur coram Iudice recuſato, vt quando recuſatur Delegatus Papæ, vel Ordinarius, ſi Iudex recuſatus procedat, proceſſus non eſt ipſo iure nullus, ſecus verò, ſi exceptio proponatur coram Superiore Iudicis recuſati, & hæc fuit opinio Butrij *in cap. cum ſpeciali num. 5. in fine de appellat.* & Imolæ *num.* 20. quos refert Farinac. *vbi ſupra num.* 950.

157. Vltima ex præcipuis opinionibus eſt eorum, qui dixerunt de Iure Ciuili nullum eſſe ipſo Iure proceſſum factum à Iudice recuſato,

At

At vero de Iure Canonico id non procedere, niſi de proceſſu facto poſt recuſationem, & appellationem; Et in hac ſententia quieuit. Bald. *in cap. cum ſpeciali num.*14. *in fine de appellat.* & ibi Imol. *num.* 19. Dec. *num.* 33. Præpoſ. Mediol. *num.*40. Iacob. de S. Greg. *in l. apertiſſimi n.* 16. *& 18. C. de Iud.* & alij apud Tuſc. *l.* 5. *concluſ.* 913. *num.*7. & Farinac. *vbi ſupra n.* 936. Eliſeus de Bellegrandis *p.*4. *q.*23. *n.*2.

158. In hac parte aliqua ſunt certa, & aliqua controuerſa, & dubia. Certum enim eſt primo proceſſum validum eſſe nulla prorſus obſtante recuſatione, ſi Iudex eſt talis, qui non poſſit recuſari. Lancellott. *de attentatis cap.* 6. *num.*41 & de Papa, & Supremo Principe adnotauit Franc. *in d. cap. cum ſpeciali num.*32. Nam quod nec Papa, nec Imperator, nec alius ſupremus Princeps recuſari poſſit ex quacumque iuſta cauſa, & etiam ex cauſa propria, dictum eſt ſupra *art.*3.

159. Certum eſt ſecundò, quod ad hoc, vt Iudex teneatur prætextu recuſationis ſuperſedere à iudicio, oportet quod recuſatio ſit legitima, & valida; quia recuſatio notoriè inualida ineſſicax eſt, vt impediat exercitium Iuriſdictionis, aut eam tollat; inualidum enim impotens eſt ad effectum ſuum producendum, multas verò conditiones ad valorem recuſationis requirit Rota *deciſ.*2. *par.*2. *diuerſ.*

160. Certum quoque debet eſſe tertiò, quod cum vt dictum eſt *cap.* 4. *num.* 26. *de off. delegat. in* 6. Recuſatio debeat eſſe propoſita coram Iudice recuſato; nam & de ea conſtare debet iudicialiter, ideò Iudicis proceſſus, ſi recuſatio non fuerit iudicialiter propoſita eſt inualida, vt *cap. Iudex de off. deleg. in* 6. notat Dom. *nu.* 12. Imo ſi recuſatio fuiſſet ante multum tempus iudicialiter propoſita, quod non ſufficeret, niſi iterum proponeretur, arg. ex ijs, quæ de interpretæ reuocato dixit Rota *deciſ.* 349. *num.*2. coram Millino. Et hoc pro certo habendum eſt, quod recuſatio debet deduci in cognitionem Iudicis recuſati, vt ille teneatur abſtinere. Ideò quod proceſſus factus à Iudice ignorante recuſationem ſit validus, pluribus probauit Thom. Triuiſ. *deciſ.* 151. per totum prout refert Farinac. *vbi ſupra num.* 947. & Rota coram Achille *deciſ.* 2. *de excrpt.* vult valere proceſſum, quando plures delegati inſolidum, licet vnus eorum ſit recuſatus, nihilominus alij ignorantes ſimul cum eo procedunt. Nec magnifacienda eſt, diſtinctio illa Butrij *in cap. cum ſpeciali num.* 5. *de appell.* & ibidem Imol. *num.*20. quia, ſcilicet, non ſemper recuſatio proponitur coram recuſato, ſed aliquando proponitur coram alio, vt coram Superiore. Nam eſto cauſa recuſationis iuſtificanda non ſit coram recuſato, ſed vel coram Collega, vel coram arbitris, vel coram Superiore, & quod vbi Superior ſit præſens immediatè coram illo proponi poſſit recuſatio citata parte, ſicut fit Romæ, dum recuſatur aliquis Officialis inferior, vel etiam ex præcipuis, quia immediatè proponi poteſt recuſatio coram Superiore immediato eiuſdem Iudicis, vel coram Signatura Sanctiſſimi, ſemper nihilominus proponi debet etiam coram Iudice recuſato, vel in notitiam illius deduci debet, licet ad hoc ſufficere aliquando poſſit, ſi recuſatio ſit deducta ad notitiam partis aduerſæ, quia hoc ſufficit ad hoc, vt pars abſtineat ab inſtantia coram Iudice recuſato. Et in caſu, quod pars inſtaret non obſtante recuſatione legitima ſibi iudicialiter notificata, proceſſus eſſet nullus, vel annullandus non ex parte, & malitia Iudicis ignorantis, ſed ex parte partis nulliter inſtantis, & proſequentis cauſam coram Iudice recuſato.

161. Certum eſt quartò, Proceſſum non reddi nullum, ſi recuſatio expreſsè, vel tacitè fuerit reuocata, & caſſata; cenſetur verò caſſata tacitè, ſi recuſator in proſecutione cauſæ comparuerit coram Iudice recuſato, qua comparitione ſtante proceſſus non erit ipſo iure nullus. Butr. *cap. Iudex de off. deleg num.* 6. Dom. *num.*12. Franc. *num.*7. Et *cap. cum ſpeciali de appellat.* Panorm. *num.*12. Franc. *num.*47. Præpoſ. Mediolan. *num.* 40. Neuo *num.* 46. *add. ad* Dec. *num.* 33. Rota *deciſ.* 141. *num.* 2. *& deciſ.* 284. *num.* 5. *p.*2. *recent. & deciſ.* 897. *num.* 2. *& deciſ.* 971. *num.*2. *& deciſ.*1057. *num.*1. coram Seraph. *& deciſ.* 370. *tom.* 1. coram Put. *& deciſ.* 1646. coram Penna, *& deciſ.*292. *num.*1. *& deciſ.*364. *num.*2. *& deciſ.*466. *num.*9. coram Ludou. *& deciſ.*245. *num.* 5. coram Emin. Octobono. Quod tamen non procedit, ſi poſt recuſationem comparens proteſtatur ſe nolle conſentire in Iudicem, ſed perſiſtere in ſua recuſatione; & tamen vt in hoc caſu proteſtatio valeat, debet habere duas conditiones, prima vt vnica non ſufficiat, ſed in qualibet comparitione repeti debeat, *cap. Gratum de off. delegat.* Seraph. Put. & Eminentiſſimus Octobonus *vbi ſupra*. Rota in Tridentina Decimarum coram Sacrato, apud Marcheſ. *de Commiſſ par.*2. *pag* 387. *num.*1. & coram Caualer. *deciſ.* 348. *num.* 5. Lancellott. *de attent. cap* 6. *num.*37. Altera conditio eſt, vt proteſtatio non ſit contra factum. Seraphin. *d.deciſ.* 897. *num.*7. Penna *d. deciſ.* 1646. *num.* 3. Moied. *deciſ.* 2. *de Iud.* & alij ab illis citati; Tunc verò proteſtatio cenſetur contraria facto, quando propter comparitionem factam ſortitur effectum ſuum. Put. *d.deciſ* 370. *num.*3.

162. Certum eſt quintò, quod ſtante legitima recuſatione iudicialiter tempore debito oppoſita, & nec expreſsè, aut tacitè reuocata, Iudex verbo, vel facto reiecta recuſationis exceptione, ſi recuſator à grauamine ſibi illato appellet, legitimè ſuſpenditur Iudicis Iuriſdictio, & ſi ipſe procedat ad vlteriora proceſſus eſt ipſo iure nullus. In hac aſſertione conueniunt DD. tam primæ ſententiæ, quam tertiæ, & aliarum ſubſequentium. Hoc tamen aduertendum, quod appellatio effectum non habet, vt in hoc caſu ſuſpendat Iuriſdictionem, niſi ſit interpoſita in ſcriptis, quia appellatio ab interlocutoria, qualis ſententia eſt, decretum procedendi ad vlteriora, non valet niſi proponatur in ſcriptis *cap.*1.

Digitized by Google

& ibi Franc. *num.* 5. *de appellat. in* 6. Rota *deciſ.* 2. *num* 8. *p.* 2. *recent. & deciſ.* 1646. *n.* 2. coram Panna. Aduertendum eſt etiam, quod per litteram miſſam Iudici à litigantibus non dicitur ſublata recuſatio ipſius Iudicis. Scialoya *de foro compet.* 9. *num.* 194. Capyc. *deciſ.* 85.

163. An verò etiam ſi recuſans non proſequatur appellationem, adhuc appellatio iſta ſuum ſortiatur effectum, ita vt proceſſus ſit nullus, etiam ſi appellatio fuerit deſerta, affirmant quidem DD *ſupra nu.* 154. *citati*. Et id credo verum de proceſſu fabricato contempta appellatione intra tempus, in quo adhuc appellatio viget, nec poteſt cenſeri deſerta. Et in hoc ſenſu procedit doctrina Caputaquen. *dec.* 172. *n.* 2. & aliorum, ſed poſt tempus appellationis iam deſertæ, niſi aliundè proceſſus ſit nullus, non poteſt dici nullus, ex eo quod factus appellatione contempta, quia appellatio deſerta inutilis eſt, & vana.

164. In ſenſu autem huius aſſertionis procedunt ampliationes poſitæ à Lancellott. *de attent. cap.* 6 *num.* 15. *& ſeq.* Nam ſuppoſita appellatione legitima proceſſus poſtea factus nullus eſt à quocumque ſit factus, ſiue, ſcilicet, à Iudice Ordinario, ſiue à delegato ad vniuerſitatem cauſarum, ſiue à delegato ad cauſam particulatem, vt v. g. à compulſore, à quo poteſt appellari, ſi recuſatus ad vlteriora procedat, vt tradit Rota apud Caputaquen. *deciſ.* 172. *num.* 2. *& deciſ.* 393. *&* 194. *p.* 2. Et pariter id eſt verum, etiam ſi recuſans iudicem prius in eum conſenſerat, ſi poſtea ex cauſa de nouo orta, vel cognita recuſet Iudicem, & ſimul ab eo appellat iuxta doctrinam Rotæ *deciſ.* 2. *num.* 18. *p.* 2. *diuerſorum*. Et tertiò, id eſt verum etiam ſi Iudex recuſatus ſit perſona Religioſa, & timoratæ vitæ, quia ſi poteſt recuſari grauat, ſi poſt recuſationem procedit in cauſa; vndè ab eo poteſt appellari, & ſic poſt appellationem proceſſus eſt nullus.

165. Certum mihi videtur ſextò, quod cum Iudicis recuſati ſit videre ſaltem, an recuſatio ſit notoriè friuola, ſi Iudex reijciat recuſationem tamquam notoriè friuolam valet eius decretum, & niſi appelletur, proceſſus indè ſequutus eſt validus, vt habet Rota *deciſ.* 284. *num.* 4. *p.* 2. *& deciſ.* 20. *num.* 25. *p.* 6. *recent.* Non enim Iudex tenetur cœcus, ſine diſcuſſione admittere recuſationem, ſed eam ſi friuola ſit, poteſt reijcere; ſi ergo iudicet eam friuolam, & vt talem eam reijciat, poteſt quidem recuſator appellare, ſed niſi appellet, decretum Iudicis Interlocutorium ſubſiſtit.

166. His vero ſtantibus intrat quæſtio, an recuſatio independenter ab appellatione irritet proceſſum ſubſequutum, ita quod ſufficiat recuſationem eſſe propoſitam coram Iudice recuſato, ad hoc vt proceſſus inde ſequutus ſit ipſo Iure nullus. In hac vero controuerſia pars negans talem recuſationem Iudicis ſufficere ſine appellatione ad irritandum ipſo Iure ſubſecutum proceſſum, eſt de Iure verior, vt tenuerunt *in d. cap. cum ſpeciali de appellat.* Innoc. *num.* 6. Io. Andr. *num* 6. Anchar. *num.* 10. Tabarell. *num.* 3. Franch. *num.* 47. Dec. *num.* 29. Præpoſ. Mediol. 40. Neuo *num* 46. *&* 49. Angel. *l. apertiſſimi num.* 10. *C. de Iud.* Roman. *conſ.* 220. *nu.* 5. Marcheſ. *de Commiſſ. p* 2. *c.* 8. §. 1. *num.* 72. Rota *deciſ.* 2. *num.* 1. *par.* 2. *diuerſ. & in recent. deciſ.* 284. *num.* 4. *p.* 2. *& deciſ.* 20. *num.* 27. *& deciſ.* 165. *num.* 2. *p.* 6. *& deciſ.* 983. *num.* 11. *coram Seraphino, & deciſ.* 1. *&* 3. *de except. coram Achill. & deciſ.* 172. *num.* 2. *q.* 1. *& deciſ.* 60. *num.* 4. *p.* 1. *& deciſ.* 393. *p.* 2. *& coram Caputaqu. deciſ.* 466. *num.* 7. & ibi adden. *num.* 12. *coram Ludouiſio*. Et fuit dictum *in vna Fauentina* 7. *Aprilis* 1559. *& in vna Papien bonorum* 27. *Nouembris* 1577. *coram Lancellotto, & in Tridentina Decimarum* 2. *Decembris* 1619. *& alias ſæpè*. Moueor ad hanc ſententiam amplectendam nedum propter Rotæ authoritatem, quæ maxima eſt, ſed quia ex vna parte peccatum, aut iniuſtitia Iudicis de Iure naturali non tollit eius iuriſdictionem, aut ſuſpendit iuriſdictionis exercitium, vt eſt de fide. Vnde etiam art. primo probatum eſt, quod recuſatio ex vi naturalis legis non ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis, ex alia verò parte in iure humano huiuſmodi nullitas proceſſus ex ſola cauſa ſuſpicionis, nec eſt expreſſa, nec ad bonum regimen, & ad vitandam iniuſtitiam eſt neceſſaria, & imò ſententiæ oppoſitæ rationes de facili contra illam retorquentur, & illam improbant.

167. Quod enim dicitur, quod recuſatio ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis, eſt quidem verum, ſi per ſuſpenſionem intelligat prohibitionem; nam indubitatum eſt Iudicem allegatum ſuſpectum prohibitum eſſe, ne interim ad vlteriora procedat, donec cauſa recuſationis probetur, & examinetur, & pronunciatum fuerit ſuper illa, vt ex *cap.* 4. *&* 5. *de off deleg. in* 6. *& ex cap. ſuſpicionis eodem tit. & cap cum ſpeciali & cap.* 2. *requiris de appell.* ſed ſi ſermo ſit de ſuſpenſione magis propriè ſumpta, & tali, quæ irritet ipſo iure attentatum in contrarium, aſſumptum illud non eſt verum ſaltem de Iure Canonico. Et ex *cap. quoties Epiſcopi* 162. *q.* 6. quod allegatur, probatur oppoſitum vt patet ibi: *Quoties Epiſcopi à ſuis Comprouincialibus, vel à Metropolitano putauerint pregrauari, aut eos ſuſpectos habuerint mox Romanam appellent Sedem, &c.* Ex vi igitur illius *cap. ad hoc* vt habens ſuſpectũ Iudicem poſſit ſine detrimento perſonæ, & terum ſuarum proſequi cauſam ſuam requiritur appellatio. Nam & ratio hoc dictat quod inuocatio protectionis, & iudicij ſuperioris iudicij ſit illa, quæ ita ligat manus inferioris, vt attentet, ſi cauſam ſub protectione, & diſcuſſione ſuperioris poſitam velit cognoſcere.

168. Nec *cap. ſuſpicionis de off. delegat.* & alia iura allegata fauent illi ſententiæ, quia ex illis ſolum colligitur, quod ſit prohibitum Iudici recuſato proſequi cauſam, donec iudicatum fuerit, an recuſatio ſit illegitima, ſed non valet conſequentia à prohibitione agendi ad nulli-

nullitatem actorum ipſo iure inferendam, vt cognouit etiam Bald. *d. cap. cum ſpeciali num.* 14. & probaui late *in tract. de elect. cap.* 9. *q.* 1. Verum tamen puto, quod habet Scialoya *de for. compet. c.9. num.* 167. nimirum quod Iudex, ex quo recuſatus non ceſſat à proſequutione cauſæ redditur ſuſpectus vere, licet cauſa prius allegata ſit falſa. Vnde ex hoc poteſt recuſari; quod intelligi debet niſi cauſa prior allegata fuerit notoriè friuola, vel falſa; tunc enim Iudex non tenebatur ceſſare à cognitione cauſæ.

169. Minus vero probat alia ratio, ſcilicet, quod recuſatio & appellatio in iure æquiparantur, vt fatetur Lancellott. *d. cap.6. num.*7. & videre eſt apud Franc. *in cap. ſuper eo el 2. num.*17. *de appell.* Nam hæc æquiparatio in ſpectantibus ad præſentem articulum non debet admitti, niſi ſit expreſſa in iure, quia nec recuſatio, nec appellatio ſuſpendit iuriſdictionem, niſi ex vi iuris poſitiui. Quod verò appellatio ſuſpendat eſt in iure expreſſum, quod tamen non eſt expreſſum de ſola & ſimplici recuſatione.

170. Sed aſſertio principalis probatur etiã ex eo, quod huiuſmodi nullitas ex vi ſolius recuſationis non eſt neceſſaria ad vitandam iniuſtitiam, quia hoc periculum de facili vitatur per appellationem. Nam Iudex contra recuſatorem non poteſt procedere, niſi illum citet, vt dixit Rota *deciſ.*345. *num.*3. *par.* 2 *recent.* & *deciſ.*518. *num.*7. Vbi quod non applicantur adducta per Gabrielem *citat. concluſ.* 1. quia loquitur in caſu eius, qui expreſsè citatus, dixit quod nolebat comparere, in quo caſu non debebat amplius citari. Cæterum ſi Iudex recuſatus vult proſequi cauſam, tenetur citare recuſatorem. Hac verò citatione præmiſſa recuſans media appellatione ſe eximit ab omni vexatione, & ligat manus Iudicis recuſati. Quod ſi contingat eum non citari, poterit cuiuſcumque actus proceſſus habita notitia appellare, & ſic ſuæ indemnitati conſulere; imò proceſſum ex defectu citationis irritum prætendere.

171. Neque enim exiſtimare debet, quod ſola propoſitio recuſationis ſit appellatio, hoc enim verum non eſt, vt dixit Rota *deciſ.* 20. *num.*28. *p.6. recent.* vt probatum eſt *artic. ſupra num.* 21. Sed imò non ſufficit, dum quis recuſe Iudicem appellare verbis, ſed præſentari debet cedula appellationis in forma, vt dixit eadem Rota, & iterum *deciſ.* 1646. *num.* 2. coram Pen. Imo vt loco citato dictum fuit, non ſuffit appellatio à futuro grauamine, & condignara, vt ſi quis dum recuſat ex tunc appelles ſi contingat quod Iudex nolit deferre recuſationi, quia hæc appellatio eſt extraiudicialis atque ex natura ſua ſuſpendit Iuriſdictionem Iudicis, ſed neceſſe eſt, quod à grauamine illato appellet.

172. Hinc reperitur non eſſe admittendas plures limitationes, & diſtinctiones datas à nonnullis, vt quod proceſſus ſit ipſo Iure nullus, ſi Iudex recuſatur ex cauſa expreſſa in Iure apud Farinac. *vbi ſupra num.*939. Vel ſi cauſa recuſationis ſit notoriè iuſta, apud eundem *num.* 41. Vel ſi poſt recuſationem fuerunt electi Arbitri, apud eundem *num.* 944. Vel ſi recuſatur Iudex delegatus ibidem *num.*951. vel aliæ ſimiles. Nullitas enim proceſſus inducitur ex vi appellationis non ex vi præciſæ recuſationis, ideò etiam ſi electi ſint Arbitri, quia ſaltem de Iure Canonico ad illos non eſt deuoluta cognitio cauſæ principalis, ideò ſi Iudex recuſatus procedit ad vlteriora, niſi appelletur proceſſus non eſt ipſo Iure nullus. Et ſic verum eſt, quod vniuerſaliter docuit Viu. *opin.*866. *num.* 23. quod, ſcilicet, proceſſus factus poſt recuſationem non eſt nullus, ſi factus eſt parte non opponente.

173. Hæc quidem dicta ſunt ſpectato Iure Canonico. Nam de Iure Ciuili hæc non procedunt, imò quod Romæ in Curia Capitulina, in qua ſeruatur Ius Ciuile, ſeruetur, quod proceſſus factus poſt recuſationem ſit ipſo Iure nullus, dixit apud Farinac. *vbi ſupra num.* 936. Pacian. *de probat. l.* 2. *c.* 45. *num.* 5. idemque poſt Luc. Pet. *in praxi Capitulina l.*5. *cap.*9.*n.*11. teſtatus eſt Lancellott *d. cap.* 6. *num.* 4. Et ſic etiam in quacumque Curia ſit praxis legitimè præſcripta, vt proceſſus poſt recuſationem factus ex vi recuſationis ſit nullus, pro tali eſt habendus, ſicuti vbi praxis ſit, vt non habeatur pro nullo, niſi ex vi appellationis, non eſt nullus, habendus, ſi non eſt appellatum, & talis eſt praxis Rotæ Romanæ. Lancellott. *de attent cap.*6. *n.*54. Achill *deciſ.* 1. *de except.* & *deciſ.* 2. *num.* 7. *p.*2. *diuerſ.* Beltram. *ad deciſ.* 466. Ludouiſ. *num.* 12. Et quamuis Lancellott. *d. cap.* 6. *num.* 3. dixerit quod ſtylus Rotæ regulariter extra Curiam non ſit attendendus. Non poteſt tamen negari, quod non ſit maximi ponderis, & efficaciæ per ea, quæ tradit. Garz. *de benefic. in præfat.* Et præterea hoc Vniuerſaliter eſt verum ex vi iuris Canonico. Et ideò in terris Imperij ſeruandum eſſe, vt huiuſmodi proceſſus habeatur pro nullo, ſecus verò in terris Eccleſiæ poſt Oſaſch. *deciſ Pedemontana* 84 *num.* 5. dixit Farinac. *vbi ſupra num.*937.

174. Probus autem ad Monachum *cap. Iudex de off. deleg. in* 6. *num.* 3. exiſtimauit quod ſi Iudex non obſtante recuſatione facta ante ſententiam pronunciauit diffinitiuè, & per recuſantem fuit appellatum, nihilominus Iudex appellationis, aut nullitatis eam ſententiam etiam poſito, quod ſit nulla, ſi tamen ſit iuſta poteſt confirmare, ex actis ante recuſationem factis, poſtquam præceſſerunt acta ſubſtantialia Iudicij, & in prima ſententia non fuit expreſſus aliquis error; qui dictam ſententiam redderet ipſo Iure nullam. Et allegat ad hoc Innoc. Io: Andr. & alios *in cap* 1. *de confirmat. util. vel inutil.* Allegat quoque Bartol. Salicet, & Butr. Hoc idem ex Alex. *conſ.* 67. *in fine vol.* 1. *cuius littera* 5. *vnica q.*13. *num.*23. Et ex Villa Lob. & Lancellott. Farinac. *in fragm. crimin lit. I. n.*953. Sed Innocent. loco citato numquam dicit, quod ſententia alias ipſo iure nulla poſſit à Iudice appellationis, aut nullitatis confirmari. Et

Digitized by Google

licet Princeps ex actis validis poſſit nulliter pronunciatum iterum validè pronunciare, vt valeat, ſeu iterum validè pronunciando decernere id, quod alias fuit nulliter diffinitum, propriè tamen non poteſt ſententiam nullam ipſo Iure confirmare, quia quod nullum fuit, non poteſt non fuiſſe nullum, aut vnquam eſſe validum, niſi materialiter, & ex vi noui decreti, aut ſententiæ, non verò ex vi alicuius confirmationis. Sed hoc non poteſt facere Iudex, qui eſt Iudex ſolius appellationis, ſeu nullitatis. Hic enim non poteſt, niſi dicere, quod ſententia fuit ipſo Iure nulla, ſi talis fuit.

SVMMARIVM.

1 *Materia Iudicij, alia proxima, alia remota; ad Primam ſpectant partes, ſcilicet Actor, & Reus. Ad ſecundam ſpectans delicta.*

2 *Multiplex diſtinctio delictorum adducitur, vſque ad 9.*

10 *Vnde ſumatur maior grauitas delictorum, num. 11. & 12.*

13 *Quis dicatur proditor, vſque ad n. 17.*

QVAESTIO IV.
De cauſa materiali Iudicij.

ARTICVLVS I.
Quot ſunt genera delictorum.

1. POſt conſiderationem eorum, quæ ſpectant ad Iudicem, qui eſt cauſa efficiens iudicij ſequitur conſideratio eorum, quæ ſpectant ad illius cauſam materialem. Duplex verò eſt materia iudicij, ſcilicet, proxima, & remota. Ad proximam materiam ſpectant partes, ſcilicet Actor, & Reus, inter quos eſt iuſtitia, quæ eſt obiectum iudicij. Materia verò remota eſt contractus aliquis, vel delictum ex quo oritur in vna partium debitum aliquod ſatisfaciendi alteri parti. Iudicij vero Criminalis, de quo nunc loquimur, quod eſt iudicium punitiuum, materia remota eſt delictum correctione, & pæna dignum. Et quia delicta non ſunt æqualia, nec eadem pœna punienda, ideò prius Iudex conſiderare debet ſpecies delictorum, vt ſic pœna condigna poſſit illa punire.

2. Eſt verò primo, diſtinguendum delictum in illud, quod eſt tale in foro conſcientiæ, & quod eſt tale in foro externo. Nam in foro conſcientiæ omne peccatum eſt delictum, quia eſt Dei offenſa, & contra legem diuinam; veniale quidem peccatum leue delictum eſt, nec priuat gratia Dei, omne verò mortale peccatum eſt delictum graue, quod punitur pœna æterna. Sed non omne peccatum punitur in foro externo, ſed illud ſolum, quod lex ſtatuit eſſe delictum, nec in omni caſu habet locum pœna legis, aut ſtatuti, & ideo vbi non cadit pœna à Iure expreſſa, factum etiam ſi ſit illicitum, non dicitur delictum. *l. 1. §. 1. ff. vt quis eum qui.* Differt vero delictum á crimine, & maleficio tanquam genus à ſpeciebus, omne enim quod ſit contra legem, etiam ſi ſit ſine dolo, & per ignorantiam, dicitur delictum, ſed crimen eſt, quod ex deliberatione, & dolo malo committitur. Et ideo adulterium vocatur crimen, quia dolo malo committitur *l. penultima §. 5. de adult.* Maleficium vero importat iniuriam, vel damnum dolo malo factō, vel verbo alteri illatum. Malum enim officium proximo præſtat, etiam, qui verbo illum offendit. Sæpè tamen iſta tria delictum, crimen & maleficium pro eodem accipiuntur, ſeu vnum pro alio ſumitur.

3. Diſtinguuntur ſecundo, delicta de Iure Ciuili, quod alia ſunt publica, de quibus quilibet de populo poteſt accuſare, & de quibus damnatus ſit infamis *l. infamem ff. de publicis Iud.* Et hæc ſunt illa, quæ reſpiciunt principaliter offenſam Dei, vel quæ continent offenſam Principis. Et huiuſmodi ſunt hæreſis, crimen læſæ Maieſtatis, adulterij, parricidij, peculatus, falſi teſtamenti, ambitus repetundarum, & annonæ *l. 1. ff. de publ. iud.* Alia ſunt delicta priuata, & hæc ſunt illa, quæ committuntur in priuatam perſonam, niſi lege contrarium caueatur, & talia ſunt crimen iniuriarum, furti, damnum arborum furtim cæſarum, bonorum raptorum, & ſimilium. Sed hæc diſtinctio de Iure Canonico non admittitur, ſed omnia delicta ſunt publica, quia verè omnia offenſam Dei principaliter reſpiciunt. Gloſſ. *cap. Infames, & fures q. 2.* Et ideo de Iure Canonico Iudex ex officio contra omnia delicta procedere poteſt, ſed quod etiam in Iure Ciuili titulus de delictis priuatis non ſit in vſu, ſed Iudices ex officio inquirere poſſint de omni delicto, plures DD. teſtantur, quos refert Farinac. *q. 18. n. 13* Vnde in hoc locorum conſuetudo attenditur.

4. Tertiò diſtinguuntur delicta, quia alij ſunt merè Eccleſiaſtica, de quibus cognoſcit ſolus Iudex Eccleſiaſticus, vt eſt crimen hæreſis, alia ſunt merè laicalia, de quibus cognoſcit ſolus Iudex laicus, alia ſunt mixti fori, de quibus tam Eccleſiaſtici, quam laici Iudices poſſunt cognoſcere. Et hæc ſunt adulterium, blaſphemia non hæreticalis, ſacrilegium non hæreticale, ſortilegium non hæreticale, concubinatus, periurium, inceſtus, ſodomia, de quibus videantur Ang. *de poteſt. ſecul. ſup. Eccleſ. per Regula 2. Clar. q.36.* Farinac. *q. 8. num. 125. & ſeqq.* vbi latè de materia hac tractat.

5. Quarta diſtinctio eſt, quod delictorum alia ſunt nominata, quæ in Iure habent nomen determinatum, vt ſunt adulterium, homicidium, furtum &c. alia ſunt innominata, vt ſunt percutere, ingredi domum. Farinac. *q. 1. num. 19. & ali*; ſed hæc diſtinctio non eſt omnino legitima. Quia vel actio eſt delictum, ſiue ex ſua ſubſtantia, ſiue ex circumſtantia. Et hoc modo habet ſuam ſpeciem nominatam in genere delictorum, ad quam pertinet. Vel actio non eſt delictum, & licet, poſſit eſſe delictum ex circumſtantia, de ſe tamen delictum non eſt, & prout ſubeſt circumſtantiæ malæ eſt delictum nominatum. Melius ergo dici poteſt, quod de-

lictorum

lictorum alia ſunt talia ex ſubſtantia actionis, & alia ex circumſtantia. Et in iſtis non ſufficit, quod Iudex pronunciet ſuper actione, niſi pronunciet ſuper circumſtantia mala.

6. Sic etiam inſtantiam habet, alia diſtinctio quinta. Quia ſcilicet delictorum alia ſunt ordinaria, alia extraordinaria. Nam ſi dicuntur delicta ordinaria, quæ habent certum nomen, extraordinaria verò, quæ in Iure non habent nomen certum, iam diſtinctio coincidit cum præcedenti. Si vero ordinaria dicuntur, quæ habent à Iure determinatam pœnam. Extraordinaria vero, quæ puniuntur arbitrio Iudicis, adhuc conſiderari debet, quod nullum eſt delictum, quod aliquando non puniatur extraordinariè, & hoc maximè pendet, vel ex circumſtantijs delicti, vel quia delictum non eſt omnino plenè probatum. Nihilominus diſtinctio iſta locum habet, quia datur aliquod delictū pro quo lex non taxauit pœnam. Et præterea locum habet, ſi pro delicto ordinario intelligitur delictum in ſua ſpecie completum, extraordinarium illud, cui ex circumſtantia diminuente non debetur pœna ordinaria, ſed extraordinaria ad arbitrium Iudicis, vel ex circumſtantia aggrauante debetur pœna maior.

7. Sexta diſtinctio eſt, quod delictorum alia ſunt excepta, quæ ſub generali legis diſpoſitione non continentur, vt ſunt delicta hæreſis, læſæ Maieſtatis, falſæ monetæ, ſimoniæ, fraudatæ annonæ, fraudati Cenſus, dilapidationis, ſodomiæ, famoſi furis, ſacrilegij, maleficij, & ſimilium de quibus gloſſ. *in l. fin. C. de accuſ. Specul. in tit. de accuſat.* & alij, quos refert Farinac. *q. 18. num. 6.* Alia vero non ſunt excepta, quæ ſub generali legis diſpoſitione cadunt.

8. Septima diſtinctio eſt, quod delictorum alia ſunt notoria, quæ non poſſunt aliqua tergiuerſatione celari, vtpotè facta coram Populo, aut eius maiori parte; alia ſunt occulta. Et hæc ſunt duplicia, quia alia de facili probari poſſunt, ſed alia ſunt difficilis probationis, quæ à communiter accidentibus de facili probari non poſſunt, pro vt ſunt dolus, fraus, ſimulatio, incendium, adulterium, ſodomia, ſimonia, contractus falſitas, partus ſuppoſitio, furtum, tractatus de homicidio, matrimonium clandeſtinum, tortura priuata, occultatio, ſeù laceratio ſcripturarum, conſpiratio, venenatio, falſa moneta, delicta nocturna, & alia de quibus videri poſſunt Menoch. *de arbitr. caſ. 116.* & Farinac. *de Reo confeſſo, & conuicto q. 86. n. 35.*

9. Octaua diſtinctio eſt, quod delictorum alia ſunt leuia, alia grauia, alia grauiora, & enormia, alia grauiſſima, & enormiſſima. Circa quam diſtinctionem conſiderandum eſt primo, quod huiuſmodi differentiæ, vel ſumuntur intrinſecè ex ſpecie delictorum, & per ordinem ad illorum obiectum, & hoc modo grauiora ſunt quæ perfectiori virtuti opponuntur, & ſic grauiſſima ſunt, quæ opponuntur virtutibus Theologicis, vt ſunt deſperatio, hæreſis, & odium Dei, iuxta doctrinam D. Thom. *p. 2. q. 73. a. 3. & 4.* Et huiuſmodi grauitatem non ſemper attendit lex poſitiua, quæ ſæpius minus grauia delicta ex ſpecie magis punit, quia vel frequentius cōmittūtur, vel ex alia circumſtantia maius nocumentum inferunt bono publico. Alia vero ſunt delicta leuia, vel grauia ex circumſtantijs, vel ex circumſtantia perſonæ delinquentis, vel perſonæ offenſæ, vel armorum, vel partis corporis læſæ, vel cauſæ, vel loci, vel temporis, vel euentus, vel ex alijs circumſtantijs, de quibus in *l. aut facta §. pœna grauior ff. de pæn. & l. denunciaſſe §. quid tamen ff. de adult.* & DD. ibidem.

10. Conſiderandum eſt ſecundo, quod ex circumſtantia maius delictum cenſetur, quod magis habet de voluntario. Et ideo grauius cenſetur delictum commiſſum de nocte, nedum quia de nocte tranquillitas, & pax populi magis procuranda ſit, ſed quia præſumitur factum ex maiori præcogitatione, & voluntate, qui enim male agit, odit lucem. Vndè lex malè præſumit contra ea, quæ fiunt de nocte. Et ſic etiam clandeſtinum delictum, quando ex clandeſtinitate præſumitur maior dolus magis punitur. Sed è contra ex parte euentus augetur peccatum directè, vel indirectè, vt explicat D. Thom. *p. 2. q. 73. a. 8.* ſi infert maius nocumentum. In quo caſu etiam, ſi nocumentum ſe habeat per accidens ad peccatum, etiam ſi non ſit præuiſum, & intentum, tamen ex negligentia peccantis imputantur nocumenta, ſi agens dabat operam rei illicitæ. Et hoc modo grauius peccatum eſt delictum manifeſtum, quod eſt ſcandoloſum, quia eſt pernicioſius Reipublicæ *l. 3. §. ſed ex ff. ad l. C. de Stear. capit. nemo q. 4.* D. Thom. *d. a. 4.* Ex circumſtantia etiam mutante ſpeciem ſine dubio delictum ſit maius, quia pluribus virtutibus opponitur. Sic furtum rei ſacræ eſt grauius, quia eſt ſacrilegium oppoſitum, nedum iuſtitiæ, ſed Religioni, & fornicatio in habente votum caſtitatis eſt grauius delictum, quia opponitur virtutibus temperantiæ & Religionis.

11. Quamuis verò circumſtantia non variet ſpeciem, tamen auget delictum, ſi illud multiplicat, vt ſi prodigus det quando non debet, & cui non debet, multiplicius peccat in eodem genere peccati, quam ſi ſolum det cui non debet. Item auget peccatum, ſi auget deformitatem peccati prouenientem ex alia circumſtantia, & hoc modo grauius peccat, qui multum furatur de alieno, quam qui paruula furatur. D. Thom. *p. 2. quaſt. 73. artic. 7.*

12. Simulatio propterea, fictio, & fraus augent delicta, quia addunt ſpeciale peccatum. Aſtutia enim ad cuius executionem ſpectant dolus & fraus eſt ſpeciale peccatum contrarium virtuti prudentiæ. D. Thom. 2. 2. *q. 55. a. 3.*

13. Simulatio verò ſeu fictio eſt peccatum, cum ſit mendacium veritati oppoſitum. D. Tho. 2. 2. *q. 111. a. 1.* Et ſic delictum hipocriſis, & omne ſimile, quod ſub fictione boni committitur, eſt grauius. Valde enim pernicioſum eſt

ſub

ſub ſpecie pietatis impietatem operari, *cap. noſſe 30. q. 1. cap. Non putanda 1. q. 1. cap. Neque enim 1. q. 11. cap. excommunicamus § quia vero de har.* Eadem ratione offendere proximum proditoriè ſub ſpecie amicitiæ eſt maius peccarum, *l. propter inſidias C. qui recuſare non poteſt l. 4. ad l. Iuliam Maieſt. cap. ſi cupis 16. q. 1. cap. ſi Clericus 16. q. 1.* Sic homicidium proditorium grauius peccatum eſt, & ratione iſtius qualitatis grauius punitur arbitrio Iudicis, quam ſimplex homicidium. Et eo magis ſi ex circumſtantia perſonæ offendentis, iuxta textum *in cap. Sacerdos & cap. Clericus 46. diſtinct.* vel perſonæ offenſæ, vt in eo qui prodit ſuum dominum. *Cap. de forma 22. q. 5.* vel ex modo proditionis, delictum augeatur. Proditorius autem homicida eſt, qui hominem veneno occidit, Farin. *qu. 18. num. 74.* Item qui occidit eum, qui non eſt inimicus, nihil tale præcauentem, quia nulla cauſa præcauendi præceſſit, puta fingens ſi illi amicum, vel ſocium itineris, vt per *text. in l. finali C. de dilat. l. 10.* Similiter proditor eſt, qui aliquem occidit per induſtriam inſidioſam *cap. 1. de homicid.* & ſic conſequenter proditor dicitur, qui occidit aliquem retro, & incautum, & non de bono ad bonum. Quod tamen limitatur, vt non procedat niſi in occidente eum, qui non erat inimicus, vel cui occidens ſe amicum fingebat; ſecus verò in occidente inimicum ſuum, qui non, propterea dicitur proditor, quia occidens per inſidias, vel retro; quia debebat præcauere ab inimico ſuo. Bart. *in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pæn.* Bald. *cap. 1. de homic.* Gerard. Aretin. Gomez, & Emanuel, Suarez & Cephal. quos refert Farinac. *q. 18. num. 75.* Qui tamen hoc non admittit cum Conarruu. Gig. & Afflict. ſed vult, quod abſolutè proditor ſit, qui occidit per inſidias, ſicut & proditor dicatur qui alium ſine diffidatione occidit; *& num. 78.* triplicem proditoris ſpeciem diſtinguit, primam eius, qui prodit Principem, vel Rempublicam, ſecundum eius, qui prodit amicum, vel ſocium, tertiam eius, qui prodit illum, quem in fide ſuſcepit, *& num. 79.* plures caſus, in quibus quis dicitur proditor recenſet, inter quos numerantur qui ob timorem veritatem tacet, & non defendit, qui crimen alterius ſibi ſolum notum reuelat, qui ſecretum ſibi commiſſum publicat *cap. Sacerdos de praben. d. 6. cap. Clericus 46. d. cap. ſi peccaueris* & Iudex qui ob pecuniam iuſtitiam barrarauit.

14. Ex conſuetudine etiam delinquendi delictum augetur, & ita quod propter iterationem delictorum pœna pecuniaria poſſit mutari in corporalem, Farinacc. *dicta q. 18. num. 80.* Pariter ex conditione perſonæ delinquentis augetur delictum. D. Thom. *2. 1. p. 79. ar. 10.* nam cæteris paribus grauius delinquit Clericus vel Religioſus quam Laicus. Item ex conditione perſonæ offenſæ, D. Thom. *2. 2. q. 73. ar. 4.* Sic enim grauius delinquit qui offendit perſonam in dignitate conſtitutam, quam priuatam.

15. Dicitur vero quod delicta commiſſa ſine dolo, ſed ex temeritate, vel culpa leuia ſunt *l. ſi ſororem C. de his qui accuſ. non poſſ.* Quod intelligi debet nedum comparatiuè, quia grauius ſit cæteris paribus doloſè delinquere, nam alias v. g. homicidium ſi ſit voluntarium licet non omnino plenè deliberatum, & non doloſum ſemper eſt delictum graue, licet ſit minus graue quam doloſum. Sed quia in iure vbi ceſſat dolus, delicta minus & leuius puniuntur, vt infra ſeu loco probatur.

16. Tandem concluditur quod cum apud DD. dantes exempla de grauibus, vel grauiſſimis delictis ſit magna diuerſitas, & multi confundant grauia cum grauiſſimis, & grauiſſima iudicando, quæ ab alijs grauia dicuntur; ideò concludendum eſt, quod arbitrarium eſt Iudici decernere de qualitate delictorum.

17. In hoc verò Regulares attendere debent leges ſui Ordinis, quia & in vna Religione delicta grauia cenſenda erunt, quæ in alia leuia indicantur. Vbi tamen delicta culpam mortalem ſaltem euidentem annexam non habent, leuia cenſentur, ſed quæ culpam mortalem inuolunnt grauia ſunt. Multa autem horum exempla refert Didaeus Scroi *in luce Prælatorum p. 2. c. 1. num. 11. & ſeqq.* quæ in ſua Religione Cappuccinorum verificari poſſunt, non in alijs. In Ordine Prædicatorum Conſtitutio ipſa diſtinguit culpas leues, graues, grauiores & grauiſſimas, & earum caſus exprimit. In hoc Ordine igitur Iudex Conſtitutiones ſuas conſiderabit, vt decernat culparum lenitatem aut grauitatem.

SVMMARIVM.

18 *Iudicium circa duplicem perſonam ſit, ſcilicet Actorem & Reum.*
19 *Quid ſit actio iudicialis, & num. 20.*
21 *Quæ pertineant ad actionem iudicialem.*
22 *Triplex diuiſio actionis iudicialis explicatur; num. 23. & ſeqq.*

ARTICVLVS II.

Quid & quotuplex ſit actio Iudicialis.

18. Proximior materia Iudicij eſt perſona, circa quam iudicium exercetur. Sed quia iudicium eſt per quod decernitur, vt detur cuique, quod iuſtum eſt, ideò duplex perſona eſt circa quam iudicium ſit, ſcilicet, Reus, qui debet aliquid alteri, & actor, cui id debetur, & cuius eſt agere in iudicio, & inſtare apud Iudicem, vt ſibi ſatisfiat. De hoc ergo actore, & actione modo quæritur, quid, & quotuplex ſit.

19. Eſt verò conſiderandum, quod hoc nomen actio eſt æquiuocum, nam aliquando ſumitur pro operatione, & hoc modo actio eſt nomen commune ad omnes contractus, & delicta, & eſt materia remota iudicij. Alio modo ſumitur pro accuſatione, aut inſtantia facta Iudici pro obtinenda iuſtitia. Et hoc modo actio

eſt

eſt actus agentis apud Iudicem, vt ſibi ius reddat. Et hoc modo actio reſpicit Iudicem, & Reum. Eſt enim inſtantia immediatè facta Iudici, ad hoc vt faciat, quod Reus ipſi actori ſatisfaciat. Sed aliquando actio importat Ius proſequendi in iudicio, quod ſibi iure debetur, & hoc modo actio bene deſinitur à Syll. *v. actio*, & alijs, quod ſit Ius Ciuile, aut Prætorium, quo quis debitum ab alio exigere poteſt, & dicitur Ius Ciuile, aut Prætorium, vt complectatur omnem actionem tam realem, quam perſonalem: ſed actio Forenſis magis propriè dicta eſt illa, quæ ſecundo loco definita eſt, vt ſit actus agentis actu, & exercitè apud Iudicem, vt ſibi Ius dicat. Et ſic duo ſunt de ratione actionis, primo ſcilicet eſt deducere ad notitiam Iudicis ius ſuum, & cauſam, ſeu Iuris ſui fundamentum, ſecundo petere, & inſtare apud Iudicem, vt ſibi Ius dicat.

20. Et ita Actor eſt, qui pulſando Iudicem agit, ſibique ius dici petit *l. in tribus ff. de Iud.* Et ſic actor eſt cauſa moralis impulſiua, quę actione ſua mouet Iudicem ad iudicandum, non vt priuata perſona, ſed vt Iudex eſt.

21. Ad horum verò maiorem notitiam conſideranda ſunt plura, quæ ad actionem iudicialem pertinent, & ſunt iſta, nimirum, agere, experiri, obligatio, cauſa lis, ius, quæſtio, iuſtitia, iudicium, & negotium, & videndum qualiter iſta differunt; Inter iſta vero obligatio eſt prior, & fundamentum, obligatio enim importat debitum, quod quis debet alteri; & ideò obligatio parit Ius, & Ius parit actionem; obligatio autem duplex eſt, ſcilicet legalis, & neceſſitatis, & honeſtatis, ſeù conuenientiæ; legalis vero diuiditur in Ciuilem, & Criminalem, illa importat debitum alicui, vt priuatæ perſonæ, ſed iſta continet debitum publico, & bonum commune, ſeù damnum reſpicit. Suppoſita igitur obligatione ſtatim oritur ius agendi in iudicio, vt obligationi ſatis fiat, & hoc ius fundat actionem. Agere vero eſt ipſum adire iudicem, ſed experiri eſt ius ſuum intentare, & proſequi, quod non fit, niſi ab Actore *l. ſi pupilli §. fin. ff de negot. geſt.* Cauſa autem eſt materia actionis, & iudicij. Eſt enim caſus ille, de quo oritur lis, & controuerſia; hic vero caſus, dum proponitur, habet nomen cauſæ, dum diſcutitur vocatur iudicium, dum finitur dicitur iuſtitia, vt habetur ex *cap. forus de verb. ſignif.* Negotium verò compræhendit omnes actus iudiciales. At lis ferè non differt ab actione, & in Ciuilibus eſt veluti duplicata actio, quia litigantes agunt, & reagunt. Quæſtio quoque aliquando ſumitur pro actione, & inquiſitione, aliquando pro experientia, & aliquando pro tortura *d. cap. forus, de verb. ſignificat.*

22. Diuiditur vero actio in Ciuilem, & Criminalem; quamuis vero in explicanda hac diſtinctione diſſentiant DD. tamen, vt dixi *cap. mediatores num. 11. de text. in 6.* tunc criminaliter agitur, quando agitur ad infligendam pœnam intuitu boni communis, ſed ciuiliter agitur, quando agitur ad priuatam vtilitatem. *cap. per tuas de ſimon.* Et indè eſt, quod ſi aliquis Prælatus amoueatur ab officio, quia vel eſt intruſus, vel immeritus, vel malus adminiſtrator intuitu boni particularis illius Eccleſiæ, actio eſt Ciuilis, vt habetur ex *d. cap. per tuas*. Et tunc ſocius criminis non muneris poteſt eſſe teſtis, vt in *d. cap. mediatores*. Et licet tunc agatur de crimine, nihilominus actio eſt Ciuilis, quia agitur de crimine ciuiliter. Et ſic ſi agitur contra furem non vt puniatur, ſed vt reddat, quod abſtulit, actio eſt Ciuilis. Tunc ergo actio eſt Criminalis, cum ordinatur ad hoc bonum commune, quod eſt publica vindicta. Nam licet actio aliqua ordinetur ad bonum communitatis, ſi communitas illa accipitur, vt priuata perſona, ſicuti fit in iuſtitia commutatiua, actio eſt Ciuilis, & vniuerſaliter dici poteſt, quod actio ſit Ciuilis, quando non habet pro fine, niſi iuſtum commutatiuum, quod eſt ſemper inter priuatas perſonas, & quod non eſt inter Vniuerſitates, niſi vt ille habentur tamquam priuatæ perſonæ; ſed actio Criminalis habet pro fine hoc bonum, quod eſt publica delictorum vindicta, & cum omnis iudicialis actio ortum habeat à contractu, vel quaſi, vel à delicto, aut quaſi delicto, prima eſt Ciuilis, quæ ordinatur ad ſeruandam iuſtitiam priuatam, & commutatiuam in contractu, vel quaſi contractu fundatam, ſed ſecunda eſt Criminalis, ſi ordinatur ad publicam delictorum vindictam.

23 Diſtinguitur ſecundo actio in realem, & perſonalem: realis eſt, quando res ipſa eſt obligata, & ſic maritus habet actionem realem ſuper dotem vxoris, & filius habet realem actionem alimentorum, ſed perſonalis eſt, quando eſt obligata perſona, quando ſcilicet res obligata eſt aliqua actio perſonalis. Et ſic maritus habet actionem perſonalem in vxorem, & Dominus in ſeruum. Vtraque vero obligatio ratione rei obligatæ diſtinguitur, ſic enim obligatio perſonalis, alia eſt v.g. Reſidentiæ, alia famæ, alia iniuriarum, & obligatio realis, alia eſt vindicationis, alia alimentorum &c. & iterum vtraque, vel eſt legalis ex obligatione legis, alicuius, alia conuentionalis ex voto, vel contractu, aut pacto; & rurſus alia eſt ſtricti Iuris, quando ſtatur in rigore verborum, alia bonæ fidei, & æquitatis, vt dicitur *cap. per tuas, de Simon.*

24. Diſtinguitur tertiò actio in actionem veram, & fictam, & ſic actor in verum, & fictum. Hanc diſtinctionem dat Eliſeus de Bellegrandis ab Oriano in Method. *p.1. q. 1. num. 6.* Sed circa illam conſiderandum eſt, duo eſſe accuſatoris, ſeu actoris munera. Primum eſt, deducere ad notitiam Iudicis ius ſuum contra Reum, ſeù delictum pœna dignum. Secundum eſt, inſtare apud iudicem, vt dicat Ius, ſeù vt puniat delinquentem. Quantum ad primum nullus datur actor fictus, quia ſi hoc non facit ille, qui dicitur magis propriè Accuſator, id facit denunciator, vel qui infamiam delinquentis

Digitized by Google

tis deducit ad notitiam Iudicis, vel delinquens ipſe, ſi in præſentia Iudicis audet delinquere. Vel ergo Iudex non habet notitiam delicti, vel illam habet ab aliquo, qui quantum ſit ad hoc eſt verus Accuſator, ſed id quod eſt principale in accuſatore eſt inſtantia apud Iudicem, vt dicat Ius. At quantum ad hoc in Iudicio Ciuili, non habet locum iudicium, niſi actor cuius intereſt, inſtet coram Iudice, quia cum ipſe poſſit cedere iuri ſuo, & donare alteri parti, id ad quod pars eſt obligata, non poteſt iudex cognoſcere de cauſa, niſi actor, qui habet Ius contra Reum inſtet, vt ſibi dicatur ius. Et tanto magis, quod nullus poteſt agere in Iudicio de Iure tertij.

25. At vero in Criminalibus, quia principaliter per delicto offenditur Superior, & Vniuerſitas, eius etiam eſt inſtare apud Iudicem, vt publicam vindictam ſumat de delinquente, ſed non eſt neceſſe, quod hæc Inſtantia fiat ab aliquo particulariter; ſed ſufficit, quod fiat per Scripturam, & leges à Principe pro bono communi datas. Et ideo in Criminalibus Princeps, & Vniuerſitas eſt verus Actor, qui inſtat apud Iudicem pro publica vindicta ſumenda de delicto, cuius notitia ad Iudicem, vt Iudicem peruenit, & ſic neque in Criminalibus datur Iudicium, ſine vero Actore. Et ideo D. Thom. 2. 2. q. 67. a. 3. ad 2. nullam mentionem facit ficti Accuſatoris, aut Actoris, ſed benè docuit, quod infamia habeat locum Accuſatoris, quia per illam delictum innoteſcit Iudici, & vbi delictum innoteſcit Iudici, non eſt opus alio accuſatore, quia ſatis eſt, quod lex præcipiat delinquentem puniri, & bene D. Thom. ibidem docet, quod publicum Iudicium tenet locum accuſatoris, quia ſuppoſita notitia delicti, quam habet Iudex ex infamia delinquentis, vel ex denunciatore, non eſt neceſſarius alius Accuſator, legibus publici Iudicij Inſtantibus, & obligantibus iudicem ad ſumendam de delinquente vindictam. Quamobrem melius erit in hac parte diſtinguere Accuſatorem, aut Actorem verum in magis proprium, aut communiter dictum, ſeu melius in Accuſatorem, aut Actorem habentem qualitates ſubſtantiales ſibi debitas de Iure naturali, & Diuino, aut habentem inſuper qualitates de Iure poſitiuo ſtatutas; ſine primo non datur iudicium, & in Criminalibus ſuppoſita infamia, vel denunciatione, Vniuerſitas exigens pro ſuo intereſſe publicam vindictam ſumi de delictis eſt verè, & propriè actor quantum ſufficit de Iure naturæ, & Diuino, imo & humano ad ſumendum iudicium de delictis, quamuis non habeat omnes illas qualitates, quæ de Iure humano ſunt neceſſariæ ad Accuſatorem.

SVMMARIVM.

26 *Iudicium non poteſt eſſe ſine accuſatore.*

27 *Quomodo ſecundum aliquos in modo procedendi per Inquiſitionem concurrat Actor, & n. 28.*

29 *Quid ſit Iuſtitia, & quid Iudicium.*
Actoris munera ſunt deducere in notitiam Iudicis ius ſuum, & inſtare, vt ſibi dicatur Ius. ibidem

30 *De Iure naturæ, & diuino debet dari aliquis, qui deducat in notitiam Iudicis delictum, & delinquentem.*
Et quomodo poſſit fieri talis notitia. ibid.

31 *Qui præcisè deducit delictum ad notitiam Iudicis non eſt verus, & propriè fictus Actor, ſeu Accuſator, niſi inſtet pro punitione, & querelat.*

32 *De ratione Iudicij eſt, quod vna pars Iudicem pulſet, & petat ſibi dici Ius.*

33 *Ex lege naturali, & diuina non eſt neceſſarium ad Iudicium, quod pars compareat perſonaliter coram Iudice, ſed ſufficit quod pulſet Iudicem, vt ſibi dicat Ius per Procuratorem, Nuncium, vel ſcripturam.*

34 *Accuſator ſolemnis, & qui habet ſolemnitates, & conditiones Iuris poſitiui non eſt de ratione eſſentiali Iudicij.*

35 *Explicantur diuerſa loca ſacræ Scripturæ.*

ARTICVLVS III.

An Actor ſit de eſſentia Iudicis maximè in Criminalibus.

26. Spectato Iure Ciuili antiquo neminem poſſe damnari ſine Accuſatore, quia modus procedendi per Inquiſitionem erat extraordinarius collegerunt DD. ex *l. Reſcripto* §. *ſi quis Accuſatorem ff. de muner. & honor l. fin. ff. de in ius voc. & cap. 1. de Accuſat.* Verum, quod de Iure Canonico in omnibus delictis poſſit procedi per Inquiſitionem, & ex officio tanquam ex remedio ordinario, docuerunt Bald. *in cap. 1. de off. ord.* & alij, quos refert Farinac. *q. 1. num.* 8. qui licet *num* 9. hoc non admittat tamen *num. 10. limit.* 3. docet quod, quidquid ſit hodie de Iure ex generali praxi, & conſuetudine contra omnia delicta poteſt procedi per viam inquiſitionis ſine Accuſatore, vt per DD. quos ibi cumulat. Et nihilominus verum eſſe, quod non poteſt eſſe iudicium ſine accuſatore dicitur, quia vbi Iudex procedit ex officio, Procurator fiſcalis, ſeu fiſcus ſuccedit loco Accuſatoris.

27. Hanc igitur affectionem, quidam explicant de diſtinctione Accuſatoris, ſeu Actoris veri, & ficti fictione Iuris, & dicunt neminem, ſine actore vero, vel ficto eſſe damnandum, & quando Iudex procedit per Inquiſitionem, tunc adeſſe Actorem fictum. Sic enim Infamia probata dicitur Actor fictus. Sic etiam licet aliqui voluerint denunciatorem eſſe actorem verum, tamen & ipſe actor fictus eſt, quia denunciator non mouet efficaciter Iudicem, qui illum ad ſui arbitrium repellere poteſt. Ita ex modernioribus quæſtionem reſoluit in Methodo compendioſa rerum Criminalium *tract.* 1. *q.* 1. Eliſeus de Bellegrandis, qui eadem quæſtione *num.* 7. & ij exi-

Digitized by Google

exiſtimat, quod denunciator voluntarius ſit verus accuſator, ſed denunciator neceſſarius ſit Accuſator ſictus.

28. Et hac opinione ſtante, alia quæſtio inſurgit, an neceſſitas Accuſatoris, ſeù Actoris ſit ex natura Iudicij, ſeù ex lege naturali, & Diuina, an vero ſolum ex lege poſitiua. Non eſſe eum de lege naturali, & Diuina, ſed tantum de lege poſitiua tenuerunt aliqui DD. quos refert, & non nominat d. Eliſeus de Bellegrandis *q. 2. num. 4.* Sed oppoſitum ſenſerunt Nauarrus *de Iud. à num. 79. & cap. inter Verba q. 3. n. 252.* Mirand. *de Ord. Iudic. q. 7. a. 1. & q. 14. concl. 1.* quam ſententiam ſuſtinet idem Eliſeus *d. q. 2.* aſſerens neminem ſine Actore vero, vel ficto poſſe damnari ex natura ipſa Iudicij, & de lege naturæ, & Diuina.

29. Supponendum eſt, ex D. Thoma 2. 2. *q. 67. a. 3.* *Quod Iudex eſt interpres Iuſtitiæ.* Vnde *ſicut Philoſophus dicit in* 4. Ethic. *Homines ad Iudicem conueniunt, ſicut ad quandam iuſtitiam animatam. Iuſtitia autem non eſt ad ſeipſum, ſed ad alterum.* Vnde Iudicij obiectum eſt iuſtitia, non quæ ſit inter Iudicem, & alterum, ſed quæ ſit inter alios, quorum vnus dicitur Actor, & alius Reus. Vnde diffinitur iudicium, quod ſit Actus trium perſonarum, Iudicis, ſcilicet Actoris, & Rei. *cap. forus de verb ſignificat. Clar. q. 5. verſ. quaro*, & alij DD. communiter, ſic ergo materia Iudicij Criminalis eſt iuſtitia, non quæ ſit inter delinquentem, & Iudicem, ſed inter delinquentem, & illum cui per delictum fit iniuria. Vnde procul dubio ex lege naturalis, aut ſupernaturalis iuſtitiæ de ratione iudicij ſunt tres illæ perſonæ, ſcilicet, Iudex, qui eſt Interpres Iuſtitiæ, & Actor, qui per delictum offenditur, & cui ex Iuſtitia debet ſatisfieri, & Reus, qui delinquit, & alium offendit. Sed ad quæſtionis reſolutionem iterum conſiderari debet, duo eſſe munera Actoris, ſcilicet, deducere Ius ſuum in notitiam Iudicis, & inſtare, vt ſibi dicatur Ius, qua ſtante diſtinctione.

30. Dicitur primo omnino de Iure naturæ, & in ſupernaturalibus de Iure Diuino eſſe, vt detur aliquis, qui delictum, & delinquentem deducat in notitiam Iudicis. Cum enim iudicium ſit actus rationalis, quem impoſſibile eſt haberi, ſine cognitione, imò cum Iudicium ſit actus intellectus, vt docet D. Thomas 2. 2. *q. 60. a. 1. ad ſecundum*; implicat omnino, quod Iudex interpretetur Iuſtitiam, quæ eſt inter delinquentem, & eum, qui per delictum offenditur, niſi delinquentem, & delictum cognoſcat. Hoc vero fieri non poteſt, niſi delinquente ipſo ſeipſum manifeſtante, vel per euidentiam facti delinquendo coram Iudice, aut per propriam confeſſionem delicti, vel quia, aut deferente fama, aut manifeſtante denunciatore, aut Accuſatore proponente delinquens, & delictum Iudici innoteſcat. Et ſic ſemper eſt neceſſaria perſona aliqua, per quam Iudici innoteſcat delictum. Hinc ex Claro aduertit Farinac. *q. 1. num. 9.* Iudicem non poſſe contra aliquem ad inquiſitionem deuenire ex ſe ipſo; niſi aliquid detur, quod patet viam Inquiſitioni ſpeciali, ſiue hoc ſit infamia, ſiue denunciatio, ſiue quærela, vel aliquid huiuſmodi, alias proceſſus eſſet ipſo Iure nullus. Neceſſe eſt enim, quod Iudex habeat notitiam delinquentis.

31. Dicitur ſecundo, quod deducens delictum ad notitiam Iudicialem Iudicis ex hoc non eſt verus, & propriè fictus Accuſator, aut Actor quamuis in hoc habeat, & ſuppleat vicem Actoris. Ratio eſt, quia eſſentialis proprietas actoris eſt petere, & inſtare apud Iudicem, vt delinquentem puniat. Diffinitur enim Iudicialis actio, quod ſit ius petendi, vt Iudex dicat ius & Actor eſt, qui pulſando Iudicem petit ſibi dici ius, vt ſupra dictum eſt, at vero ex hoc, quod aliquis manifeſtat Iudici delictum, non inſtat, vt Iudex delinquentem puniat, imò poteſt eſſe, quod ipſe ex ſe nolit delinquentem puniri. Ideo denunciator etiam voluntarius, non poteſt dici Actor verus; ſed hic diſtingui debet, quia denunciator, vel inſtat pro punitione, & quærelat, & hic eſt Accuſator, & Actor verus; ſed ſi denunciator non quærelat, & pulſat Iudicem, vt dicat ius, hic eſt ſimplex denunciator, nec eſt verus Actor, & propriè dictus, etiam, quod voluntariè denunciet. An vero denunciator poſſit dici Actor fictus fictione Iuris quæſtio eſt de nomine. Hoc eſt certum, quod gerit vicem Actoris, & Accuſatoris, vt infra magis explicatur.

32. Dicitur tertio, quod omnino de natura Iudicij eſt, quod detur aliquis, qui pulſet Iudicem petendo ſibi dici ius; Nam ceſſante hac petitione, non eſt opus Iudice. Nam vbi ius partis eſt prorſus manifeſtum, non eſt opus Iudicis interpretatione. Vnde Eliſeus præfatus *q. 1. num. 4. & 12.* Arbitratur quod materia Iudicij ſit partis ius dubium. Et quamuis hoc non ſit verum, quia adhuc iure partis exiſtente notorio, ſi altera pars nolit ſatisfacere, pulſatur Iudex, vt compellat partem ad ſatisfaciendum. Nihilominus ſiue ius partis vnius ſit certum, ſiue dubium, ſi vel pars cedere velit iuri ſuo, & alteri parti remittere, & condonare, quod illa debet, vel altera pars, quæ debet parata ſit ſatisfacere, & ſatisfaciat parti habenti ius, nullum eſt opus Iudice. Igitur ad hoc, vt interet neceſſitas Iudicis, non ſufficit, quod vna pars contra aliam habeat ius certum, vel dubium, ſed vlterius requiritur, quod pars, quæ habet ius contra aliam interpellet Iudicem, vel vt interpretetur ius dubium, vel vt compellat partem ad ſatisfaciendum; ſi enim pars, quæ habet ius, vel non vult ſibi ſatisfieri, ſed condonat debitum, vel non vult ſibi ſatisfieri media via Iudicij, non habet locum iudicium Iudicis. Et ſic etiam in Criminalibus, ſi Reſpublica, vel Princeps contentus humiliatione delinquentis illi condonet delicti pœnam, vel ob bonum commune indicet expedire, quod delictum alicuius non examinetur in Iudicio, Iudex non poteſt in dicta cauſa ſe intromittere. Omnino ergo de eſſentia

Iudicij eſt, quod pars, quæ habet ius contra aliam, inſtet coram Iudice, vt ſibi dicat ius.

33. Et nihilominus dicitur quarto, quod ex lege naturali, aut Diuina non eſt neceſſarium ad iudicium, quod pars, quæ habet ius contra aliam compareat perſonaliter coram Iudice, & perſonaliter illum pulſet, vt ſibi dicat ius, ſed ſufficit, quod hoc faciat, vel per Procuratorem, vel per Nuncium, & Scripturas, vel quocumque modo, & via innoteſcere faciat iudici voluntatem ſuam eſſe, vt ipſe ſibi ius dicat, & per ſe, vel per alium in iudicio ius ſuum experiatur. Iudex enim petenti tenetur dicere ius, inter modos autem interpellandi Iudicem non poteſt negari, quod efficaciſſimus non ſit interpellatio, quæ ſit per legem obligantem ad punienda delicta. Cum enim per delicta ſemper offendatur Deus, Princeps, & Reſpublica, ex quo Deus, Princeps, & Reſpublica conſtituunt Iudices ad ſumendam vindictam malefactorum, & per leges ſuas obligant ad hoc Iudicem, ex hoc efficaciſſimè pulſant Iudicem, vt contra delinquentes inquirat.

34. Dicitur ergo quinto, quod ſi loquamur de Accuſatore ſolemni habente, ſcilicet, ſolemnitates, & conditiones Iuris poſitiui (de quibus ſermo eſt infra) non eſt de eſſentiali ratione iudicij, quod detur hic Accuſator, ſeu Actor, imò nunc etiam de iure poſitiuo diſtinguitur modus, & ſpecies Iudicij per accuſationem à modo, & ſpecie Iudicij per Inquiſitionem ortum habentem, vel ab infamia, vel à ſimplici denunciatione. Sed ſi loquamur de accuſatore ſubſtantialiter ſumpto pro vt Accuſator, vel Actor non importat, niſi habens ius contra alium, & pulſans Iudicem, vt ſibi dicat ius, de eſſentiali ratione iudicij eſt accuſator, ſeu actor, qui pro ſuo iure habendo iudicem pulſet. Hunc verò Accuſatorem, ſeu Actorem ſupplet infamia, vel denunciator, ſeù quicumque ad notitiam Iudicis defert delictum, quod vindictam demeritoriè poſtulat, iuxta illud Geneſ. 3. *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de Terra.* Et Gen. 18. *Clamor ſodomorum venit ad me.* Sic enim poteſt dici, quod quicumque Iudici manifeſtat delictum moraliter quodammodo inſtet apud illum, quia clamorem delicti defert, & quantum ſit ex ſe reducit ad memoriam Iudicis inſtantiam Vniuerſitatis publicam vindictam requirentis. Vnde quidquid ſit an poſſit dici Actor ſaltem fictus. Hoc eſt certum, quod ſupplet vices accuſatoris, ſeù actoris quantum ſufficit ad hoc, vt Iudex procedere poſſit, aut teneatur, vt vindictam publicam ſumat de delinquente. Vbi verò inſtitutus eſt Procurator fiſcalis, hic eſt verus, & propriè dictus Actor, ſeu Vniuerſitatis procurator, & Viceſgerens Accuſatoris.

35. Hinc modo explicantur loca Scripturæ, quæ in hac materia adducuntur. Iudicium enim Dei contra Caim Gen. 3. non fuit ſine accuſatore, quia ſi loquamur de actore, vt deferente crimen Caim ad iudicem, per euidentiam facti hoc fuit Deo manifeſtum clamante Abel ſanguine. Et hoc modo etiam Sodomorum delictum eodem delicto clamante fuit Deo manifeſtum. Et cum clamore delicti ſimul fuit clamor Vniuerſitatis à Deo vindictam poſtulantis. In Iudicio autem Suſannæ Danielis 13. quantum ad officium denunciandi crimen idem Daniel fuit denunciator, qui denunciauit populo tanquam Iudici, ſed poſtea ſimul fuit Iudex à Populo conſtitutus. D. Thom. 2. 2. *q. 67. a. 3. ad ſecundum.* Non enim eſt contra Ius diuinum, vel naturale, quod denunciator delicti eligatur in Iudicem. Iudicium vero Adulteræ Io. 8. non fuit ſine accuſatore, imò Iudeis inſtantibus Dominus Ieſus ſententiam tulit, vt qui inter recuſantes eſſet ſine peccato, primus in illam lapidem mitteret, ſed recedentibus Accuſatoribus Dominus illam non damnauit, quia ius nouum condere voluit, nec ſibi placuit, quod in Eccleſia ſua adulteræ damnarentur ad mortem. In Iudicio quoque Adam non defuit Accuſator ſecundum ſubſtantiam, quia Deo per euidentiam facti innotuit Adæ peccatum, nec defuit inſtantia iuſtitiæ exigentis eum puniri, nam peccatum denuncians, ſimul denunciare cenſetur exigentiam iuſtitiæ, & boni communis, vt delicta puniantur. Sic igitur non deficiente illo, qui deducat delictum in notitiam Iudicis, non deficit Actor, ipſo delicto demeritoriè clamante apud Iudicem, & Vniuerſitate ex communi bono eundem Iudicem pulſante, vt delictum puniat.

SVMMARIVM.

36 *Quilibet poteſt alium accuſare ad repellendam ſuam, & ſuorum iniuriam.*
Quid veniat nomine ſuorum, & quid nomine iniuriæ. ibid.
37 *Etiam ad publicam delictorum vindictam poteſt quilibet alium accuſare, ſi non ſit prohibitus.*
38 *Qui nam prohibentur accuſare.*
39 *Hodie Iudices nemine accuſante poſſunt procedere in quocunque delicto.*
40 *Inhabiles ex Iure humano admittuntur ad accuſandum in criminibus exceptis; ſecus vero Inhabiles ex Iure naturæ.*
41 *Quomodo Clerici, & Regulares prohibiti ſint accuſare, & num. 42.*
43 *De quibus criminibus poſſint Laici Clericos, & Regulares accuſare.*
44 *In quibus caſibus aliquis nedum poſſit, ſed etiam teneatur accuſare.*

ARTICVLVS IV.

Vtrum quilibet poſſit quemcumque iudicialiter accuſare.

36. GEneralis regula eſt, quod ad ſuam, & ſuorum iniuriam repellendam quilibet poteſt alium accuſare *l. hi tamen omnes ff. de accuſat. l. non prohibentur l. non ignorat l. ſi crimen l. de crimine l. qui accuſ. non poſſ. cap. prohibens 2. q. 1.*

q. 1. cap. omnibus 4. q. 6. Et nomine ſuorum veniunt Parentes, & deſcendentes omnes, conſanguinei ſaltem vſque ad ſeptum gradum, vt fert communior ſententia. Item Patroni, Patronæ, & eorum liberi, vxor, ſocer, ſocerus, gener, nurus, vitricus, nouerca, priuignus, vt per DD. quos ſequitur Farinac. q. 2. num. 58. & inſuper omnes contra quos, quis non cogitur dicere teſtimonium, vel quos honorare tenetur ex vi quarti præcepti Decalogi. Et ſic comprehenduntur etiam Patres Spirituales, & Principes. Nomine vero iniuriæ venit quæcumque offenſa facto, vel verbo illata contra perſonam, vel contra res illius.

37. Ad publicam etiam delictorum vindictam (hoc eſt idem, ac dicere in cauſa criminali, quia licet agatur de crimine, ſi non agitur de illo, niſi vt eſt priuata offenſa, & vt priuatæ perſonæ ſatisfiat, cauſa ciuilis eſt, vt ſupra eſt probatum; agitur verò de crimine criminaliter, quando agitur ad ſumendum de illo publicam vindictam) quilibet poteſt accuſare, ſi non ſit prohibitus. Et ita dicitur quod in publicis delictis cuilibet licet accuſare, niſi id ſit ei prohibitum l. qui accuſare ff. de accuſat. l. qui cert. §. fin. ad l. Iul. de vi pub. In priuatis etiam delictis, vbi pœna applicatur Fiſco, cuilibet licet accuſare ſecundum Bartol. quem ſequuntur Clar. quæſt. 17. & Farinacc. q. 12. num. 9. Quamuis oppoſitum ſentiat Bald. Filius etiam familias in Criminalibus, ſiue agendo, ſiue ſe defendendo ſtare poteſt in iudicio ſine Patris conſenſu, iuxta doctrinam eiuſdem Bartoli, & aliorum, quos ſequitur Farinacc. d. quæſt. 12. numer. 10. vbi num. 11. quod in delictis publicis nedum quilibet de populo, ſed forenſis alterius populi poteſt accuſare. Sed modo quia vt ſupradictum eſt in hac quæſtione, omnia delicta ſunt publica, melius hæc veritas declaratur hac diſtinctione, quod, ſcilicet, ad propulſandam propriam, & ſuorum iniuriam quilibet poteſt accuſare, ſed ad publicam vindictam accuſare poſſunt, qui non ſunt prohibiti.

38. Prohibentur vero accuſare contenti in his verſibus.

Fœmina, pupillus, delatus, crimine tentus
Suſpectus, quæſtu corruptus, ſortileguſque
Infamis, ſeruus, pauper cum milite, Princeps
Libertus, ſocius ſocium, necnon inimici
Clericus Eccleſiam nullus deferre valebit.

39. Sed quoniam hæc quæſtio non eſt admodum neceſſaria, tum quia hodie Iudices etiam nemine accuſante (niſi ex lege ſpeciali ſint prohibiti) poſſunt in quocumque delicto procedere, & multo magis id facere poſſunt inſtante accuſatore aliàs inhabili, vt aduertunt Clar. q. 14. & Farinac. q. 12. num. 3. Tum quia de his inhabilibus iterum erit ſermo cum tractabitur de teſtibus inhabilibus, ideò non opus eſt huiuſmodi inhabilitatis ſpecies ſpecialius explicare, & ſufficiat aduertere.

40. Primo quod in criminibus exceptis inhabiles admittuntur ad accuſandum, cap. per tuas de ſimon. Hoc tamen intelligitur de inhabilibus ex Iure humano, non vero de inhabilibus ex iure naturali. Ideò inimicus reijcitur, vt nec in criminibus læſæ maieſtatis, aut ſimoniæ poſſit accuſare. Vbi etiam inhabilitas ſpecialiter inducta eſt in odium magnum perſonæ, non admittitur inhabilis ad accuſandum, etiam in criminibus exceptis. Et ideò excommunicatus non admittitur, quia non poteſt eſſe in iudicio, ipſique petenti ius negatur cap. intelleximus de Iud. & c. 1. de except. in 6. Vbi latè hoc explicaui.

Secundò conſiderandum eſt, quod Clerici prohibiti ſunt accuſare, cap. Sacerdotum 2. q. 7. Quamuis vero Clerici ad ſuam iniuriam repellendum accuſare poſſint, ſi tamen ſit cauſa ſanguinis, debent præmittere proteſtationem, quod Iudex non procedat ad pœnam ſanguinis, aliter accuſator eſſet irregularis. Videantur de his, quæ latè tradidi cap. Prælatus de homicid. in 6.

41. Quæ verò dicuntur de Clerico eadem ratione dicuntur de Religioſo, nedum quia Religioſi vt plurimum ſunt Clerici, ſed quia omnes ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, contra cuius dignitatem eſt accuſare. Quamuis verò Philippus de Bictis q. 21. num. 4 videatur velle, quod prohibitio accuſandi ſit vnus de apicibus Iuris, & quod ex conſequenti Regulares ex Priuilegio Bonifacij VIII. poſſint admitti ad accuſandum, cum talis ſit conſuetudo, Eliſeus tamen de Belegrandis in Method. q. 12. num. 5. obſeruat circa hanc doctrinam cautè incedendum. Nam cum hoc priuilegium Bonifac. VIII. ſit præiudiciale Reo aliàs vero Reo potiùs ſit fauendum, & multa quæ in Iure in fauorem Rei inducta ſunt, non vtique dicendum eſt ſpectare ad apices & ſolemnitates Iuris, ſed potiùs ſubſtantialia iudicij tangere, maximè reo opponente, & excipiente, & ſic in propoſito certum eſt non poſſe admitti ad accuſandum Regulares excommunicatos & inimicos. Vnde ad ſummum ex priuilegio Bonifacij VIII. admitti poterunt ad accuſandum, qui admittuntur in teſtes in criminibus exceptis, vel vbi aliter fieri non poſſit. Sed hæc non de facili admitti debent, quia priuilegium procedendi ſummariè ſola facti veritate inſpecta de ſe non eſt tam præiudiciale Reo, quam actori, ſed vtrique fauet, & de ſe datum eſt Regularibus fauore boni communis, & Regularis diſciplinæ, & tranquillitatis, & pacis. Et ideò verè dicendum eſt, quod prohibitio accuſandi, quatenus eſt ex iure poſitiuo, & non eſt pœna perſonæ, vel ex ſpeciali ratione ſtatuto, quod comprehendat etiam Regulares eſt prohibitum, ſit apex iuris. Verum etiam dato quod prohibitio accuſandi, quæ eſt de Iure poſitiuo ſit apex iuris, non poteſt negari, quod accuſatio non dedeceat valde viros Religioſos. Quia accuſator non ex zelo iuſtitiæ, ſed ex liuore, & odio accuſare præſumitur. Gloſſ. in cap. Decreto 2. q. 6. & eſt text. in cap. ſi omnes 6. q. 1. Vnde accuſatio vocatur illaudabilis intentio, c. ſi quis Epiſcoporum 2. q. 7. Et vix ſine culpa exercetur, vt ibi notat gloſ. Et eo magis, quia nullum eſt vitium, cui per

viam denunciationis non poſſit reſiſti, & accuſatio valde turbat pacem, & parit inimicitias, & auget. Et ita accuſationem non competere Religioſis docent Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 10. c. 12. num. 45.* Peir. *in Inform. lit. B. c. 10. nu. 3.* Thomas à Ieſu *de Regul. Viſit. tit. 1. c. 4. num. 6.* Franc. de Sancto Iuliano *in tribun. cap. 2. aduert. vlt. num. 4.* Philippus de Bict. *in epit. qu. 23.* Ioſeph de Sancta Maria *in trib. tractat. 3. c. 16. §. 4. incomp. p. 1. cap. 10. num. 5.*

42. Nihilominus tamen Didacus Scroi *in luce Regul. p. 3. cap. 2. à num. 8.* Exiſtimat, quod nedum Regularibus liceat alios Regulares accuſare, ſed quod Religionibus vtile ſit dari accuſatores, & denunciatores iudiciales, qui publicæ ſalutis cuſtodiam gerunt, & eorum metu improborum audacia continetur, ſed Doctor iſte non ſatis benè ponderat diſtinctionem accuſationis à denunciatione, & accuſationis ad proſequendam propriam iniuriam, eamque repellendam, aut impediendam, & accuſationis ad publicam vindictam. Nam verum eſt quod ſimplex denunciatio iudicialis, quæ fit non inſtigando Iudicem, ſed ei delicta manifeſtando concurrentibus alijs circumſtantijs requiſitis eſt vtilis Religioni, & ſæpiùs neceſſaria ad publicam quietem, & obſeruantiam Accuſatio etiam ad reprimendam propriam iniuriam, & proprij iuris defenſionem, quæ non continet niſi actionem ciuilem, non eſt illicita Religioſis, quamuis ſæpius maioris longe perfectionis ſit iniurias patienter ferre, quam illas vindicare mediante Iudice. Sed accuſatio criminalis ad publicam vindictam, dato non ſit prohibita, non tamen multum decet Religioſos, & rarius accidit, quod non proueniat ex aliquo odio, vel liuore, aut priuato intereſſe, & alias bono communi, vt plurimum conſuli poteſt per ſimplicem denũciationem: & ideò Bictus & Bellegrand conſulunt Religioſos, vt loco accuſationis potiùs vtantur denunciatione iudiciali.

43. Ab accuſando quoque Clericos & Religioſos reijciuntur etiam laici, tum ob reuerentiam, quam debent illis, tum propter odium, quo præſumuntur Clericos proſequi *cap. 1. 2. & 3. 2. q. 7. cap. Clericus cuiuslibet 11. q. 5. cap. cum P. de accuſat.* Nihilominus laicum ſuum Parochum, aut Prælatum poſſe accuſare, quia illius intereſt habere bonum Superiorem, docent Clar. *q. 7.* & ex eo Farinac. *q. 12. num.* 13. Et ſimul ſemper laicus Clericum accuſare poteſt, vbi agitur de proſecutione iniuriæ ſuæ, aut ſuorum, *cap. omnibus 4. q. 6. cap. de cætero de teſtibus cap. quod vero 2. q. 3.* Item vbi agitur de criminibus exceptis, qualia ſunt crimen læſæ maieſtatis, *d. cap. quod non & cap. ſanè 11. q. 3.* Et crimen hæreſis *cap. Sacerdotes, cap. omnes 2. q. 7.* & crimen ſimoniæ, *cap. qui autem 17. q. 4t.* Poteſt etiam Clericum dilapidatorem bonorum Eccleſiæ accuſare, *cap. non licet 7. qu. 2.* Tandem aduertendum, quod parte non opponente valet proceſſus agitatus ab accuſatore inhabili. Et ſi inhabilitas ſit à lege poſitiua, debet opponi ante litem conteſtatam, ſed ſi eſt à iure naturali, aut gentium poteſt opponi etiam poſt litem conteſtatam. Parte autem non opponente Iudex ipſe ex officio poteſt reijcere accuſatorem inhabilem. Si ſit prorſus inhabilis, vt ſi ſit Iudæus, hæreticus, infamis, ſecus ſi non ſit prorſus inhabilis, ſed poſſit ex partis conſenſu expreſſo, vel tacito admitti, & habilitari. Farinacc. *qu. 12. num. 54. 55. & 56.*

44. An vero nedum aliquis poſſit accuſare, ſed id facere teneatur, dicendum eſt aliquando etiam neceſſarium eſſe accuſare, vt docet Diu. Thom. *2. 2. q. 68. a. 1. Et ideò*, inquit, *Si crimen fuerit tale quod vergat in detrimentum Reipublicæ tenetur homo ad accuſationem, dummodo ſufficienter poſſit probari, quod pertinet ad officium accuſatoris, puta cum peccatum alicuius vergit in multitudinis corruptelam corporalem, ſeu ſpiritualem.* Vt plurimum tamen ſatisfiet huic obligationi per ſimplicem annunciationem iudicialem, abſque eo quod quis aſſumat officium Actoris in iudicio. Nam Iudex ipſe ex officio poterit procedere contra delinquentem, & Vniuerſitatem ab imminenti damno tueri.

SVMMARIVM.

45 *Quid ſit vindicatio.*
46 *Vindicatio virtus eſt ſpecialis annexa virtuti Iuſtitiæ.*
47 *Diuiditur vindicatio in priuatam, & publicam, prima illicita eſt niſi in caſu neceſſitatis, ſecunda licita eſt.*
48 *Quomodo compleatur vindicatio publica, & ad quam Iuſtitiam pertineat, & num. 49.*
50 *Seruato debito ordine licet in iudicio agere ex zelo vindictæ.*
51 *Vindicatio non eſt contraria virtuti patientiæ, ſed ei opponuntur duo vitia, ſcilicet crudelitas, & remiſſio in puniendo, & num. 52.*

ARTICVLVS V.

Vtrum liceat agere in Iudicio zelo, & animo iniurias proprias vindicandi.

45. INter alias virtutes, vna eſt vindicatio, quæ eſt virtus ſpecialis annexa virtuti iuſtitiæ, & cuius actus eſt reddere malum pro malo non ex odio, ſed animo ſe defendendi, & propulſandi proprium malum, & proſequendi proprium bonum. De hac vindicatione autem ita habet D. Thom. *2. 2 q. 108. a. 1. Vindicatio fit per aliquod pœnale malum inflictum peccanti; eſt ergo in vindicatione conſiderandus vindicantis animus. Si enim eius intentio feratur principaliter in malum illius, de quo vindictam ſumit, & ibi quieſcat, eſt omninò illicitum, quia delectari in malo alterius pertinet ad odium, quod charitati repugnat, quia omnes homines debemus diligere, nec aliquis excuſatur ſi malum intendat illius, qui ſibi iniuſtè intulit malum, ſicut non excuſatur aliquis per hoc, quod odit ſe odientem, non enim debet homo in alium* pec-

Digitized by Google

peccare propter hos, quod ille peccauit, hoc enim eſt vinci à malo, quod Apoſt. prohibet ad Rom.13. dicens: *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Si vero intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum, ad quod peruenitur poſt pœnam peccantis, puta ad emendationem peccantis, vel ſaltem ad cohibitionem eius, & quietem aliorum, & ad iuſtitiæ conſeruationem, & Dei honorem, poteſt eſſe vindicatio licita, alijs debitis circumſtantijs ſeruatis.*

46. Hanc vero vindicationem eſſe virtutem ſpecialem docet D.Thom.*ibid. a.2. Sicut,* inquit, *Philoſophus dicit in 2. Ethic. Aptitudo ad virtutem ineſt nobis à natura, licet complementum virtutis ſit per aſſuetudinem, vel aliquam aliam cauſam. Vnde patet, quod virtutes perficiunt nos ad proſequendum debito modo inclinationes naturales, quæ pertinet ad ius naturale, & ideò ad quamlibet inclinationem naturalem determinatam ordinatur aliqua virtus ſpecialis. Eſt autem quædam ſpecialis inclinatio naturæ ad remouendum nocumenta. Vnde & animalibus datur ius traſcibilis ſeparata à vi concupiſcibili. Repellit autem homo nocumenta per hoc quo ſe defendit contra iniurias, ne ei inferantur, vel illatas iniurias vleiſcitur non intentione nocendi, ſed intentione remouendi nocumenta. Hoc autem pertinet ad vindicationem. Dicit enim Tullius in ſua Rhetorica, quod vindicatio eſt, per quam vis, aut iniuria, & omnino quidquid obſcurum eſt ideſt ignominioſum defendendo, aut vlciſcendo propulſatur. Vnde vindicatio eſt ſpecialis virtus.*

47. Hæc igitur vindicatio, ſeu vindicta duplex eſt, priuata, ſcilicet, quæ fit à priuata perſona, & publica, quæ fit à perſona publica, ſcilicet, à Iudice. Vindicta priuata illicita eſt, niſi in caſu neceſſitatis, & in caſu, in quo vim vi licet repellere, vt quando quis vitam propriam non poteſt defendere, niſi inferendo malum aggredienti, & perſequenti, in quo caſu licet aggredientem etiam occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt docet idem D. Thom. 2.2. *q.64. a.7.* Verum extra hunc caſum neceſſitatis priuata vindicta eſt illicita, quia Deus vindictam reſeruauit ſibi, iuxta illud Deuter. 32. *Mihi vindicta, & ego retribuam,* vel ſecundum vulgatam. *Mea eſt vltio, & ego retribuam.* Deus verò cuius eſt vindictam ſumere, an hoc ſuos miniſtros delegauit Principes, & Iudices. Sic enim ad Rom. 13. de Iudice dicitur. *Dei enim Miniſter eſt, vindex in iram ei, qui male agit.* Et in p. Petri cap.2. præcipitur nos ſubiectos eſſe Ducibus tamquam ab eo, ſcilicet à Deo, *miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum;* Et ideo vindicta publica eſt licita.

48. Hæc igitur vindicatio per duplicem perſonam completur, vt dicit Caietanus 2. 2. *q.108. a.1.* nimirum per perſonam offenſi, & inſtantis pro vindicta, & per perſonam Iudicis vindictam ſtatuentis, & delinquentem punientis; & ideo etiam eſt actus plurium virtutum. In perſona priuata eſt actus virtutis vindicationis, vt docet D. Thom. *d. q. 108. a. 2. ad primum,* perſona enim priuata habet ius inſtandi apud Iudicem, vt per punitionem offendentis remoueat nocumenta, & hæc inſtantia facta Iuris ordine ſeruato eſt actus virtutis vindicationis. Iudex verò ad inſtantiam Actoris puniens delinquentem, & ſic recompenſans eius damnum ex debito officij ſui, exercet actum iuſtitiæ commutatiuæ, quod docuit idem D.Thom. 2.2. *q.80. a.1. ad primum,* ſic dicens. *Vindicta, quæ fit auctoritate publicæ poteſtatis ſecundum ſententiam Iudicis, pertinet ad iuſtitiam commutatiuam, ſed vindicta, quam quis facit proprio motu, non tamen contra legem, vel quam quis à Iudice requirit, pertinet ad virtutem iuſtitiæ adiunctam.*

49. Sed in Iudice multiplicis virtutis actus eſt vindicta. Quatenus enim vindicta iſta reſpicit bonum priuatum Actoris, & eſt aliqua remotio nocumentorum eius illius materialiter ſpectat ad vindicationem, ſed formaliter eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, quia redditur Actori, quod illi debetur, ſed quatenus vindicta eſt debita ex bono communi, ad quod ordinatur, eſt actus iuſtitiæ legalis. At vero, in quantum Iudex puniendo ſeruat proportionem demeriti eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ.

50. Ex his igitur patet, quod agere in iudicio ex zelo vindictæ non eſt illicitum, ſi fiat ſeruato ordine debito non ex odio, ſed vel ad emendationem delinquentis, vel ſaltem ad cohibitionem illius, & quietem aliorum, & ad iuſtitiæ conſeruationem, & Dei honorem, ſeruatis alijs debitis circumſtantijs; virtutis enim actus non eſt prohibitus, vindicta vero præfata eſt actus virtutis.

51. Imo hæc vindicatio aliquando eſt neceſſaria, nec eſt contraria virtuti patientiæ; Sic in Euangelio Lucæ 18. non reprehenditur vidua dicens Iudici *vindica me de Aduerſario meo,* ſed laudatur Iudex, qui dixit. *Vindicabo illam, ne in nouiſſimo veniens ſuggillet me.* Ad hoc facit, quod habet D.Thomas *d. q 108. a 1. ad quartum* dicens, *quod iniuria, quæ infertur perſonæ alicui, quandoque redundat in Deum, & in Eccleſiam, & tunc debet aliquis propriam iniuriam vlciſci, ſicut patet de Elia, qui fecit ignem deſcendere ſuper eos, qui venerant ad ipſum capiendum, vt legitur 4. Reg. 1. & ſimiliter Eliſeus maledixit pueris eum irridentibus, vt habetur 4. Reg. 2. Et Syluester Papa excommunicauit eos, qui eum in exilium miſerunt, vt habetur 23. q 4. In quantum verò iniuria in aliquem illata ad eius perſonam pertinet, debet eam tollerare patienter, ſi expediat. Huiuſmodi enim præcepta patientiæ intelligenda ſunt ſecundum præparationem animi, vt dicit Auguſtinus in lib. de Serm. Domini in Monte.* Sic ergo tollerare offenſas, ſecundum quod oportet, laudabile eſt, ſed hoc non eſt neceſſarium ſemper, niſi in præparatione animi, quia nec ſemper expedit tollerare.

52. Valde etiam notandum, quod habet D. Tho. *d. q.108. a.2. ad tertium. Quod vindicationi opponuntur duo vitia. Vnum quidem per exceſſum, ſcilicet, peccatum crudelitatis, vel ſeuitiæ, quæ excedit menſuram in puniendo. Aliud autem*

eſt

eſt vitium, quod conſiſtit in defectu, ſicut cum aliquis eſt nimis remiſſus in puniendo, vnde dicitur Prouerb. 13. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum. Virtus autem vindicationis conſiſtit in hoc, vt homo ſecundum omnes circumſtantias debitam menſuram in vindicando conſeruet.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium duplex eſt, Ordinarium ſcilicet, & Summarium.*
Quæ ſeruandam ſint in Iudicio Ordinario. ibid.
2 *Et quæ in Iudicio Summario, & priuilegiato.*
Quando cauſa committitur ſub his verbis Summariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, *quæ ſint de ſubſtantia Iudicij Summarij. ibid. & ſequent.*
6 *Apices Iuris, qui ſpectant ad pompam, ornatum, & perfectionem Iudicij non eſt opus ſeruare in iudicio Summario.*
7 *Sed ſeruanda eſt* Clement. ſæpe de verb. ſignificat. *& num.* 8.
9 *Quæ ſint apices Iuris, quæ non ſit opus ſeruare in Iudicio ſummario.*
10 *Et quæ ſint ſubſtantialia Iudicij, & neceſſario ſeruanda in Iudicio ſummario, & num.* 11.
12 *Iudex Priuilegiatus, ſi velit, poteſt ſeruare ordinem Iuris cum apicibus, & ſolemnitatibus.*
13 *Quid importet clauſula* ſola facti veritate inſpecta.
14 *Clauſula* ſola facti veritate inſpecta *continet amplius priuilegium, quam clauſula Summariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & num.* 15.
16 *Iudex virtute illius clauſula* ſola facti &c. *non tenetur ſeruare omnia ſtatuta in dicta Clement. ſæpe de verb. ſignif.*
17 *Iudex potens procedere* ſola facti veritate inſpecta, *poteſt etiam procedere* manu Regia.

QVAESTIO V.

De cauſa formali Iudicij.

ARTICVLVS I.

Quæ ſint ſubſtantialia Iudicij ſeruanda in ſummario iudicio.

1. TOtus hic tractatus ordinatur ad explicandam formam Iudicij à Iudice ſeruandam, ſed antequam ad ſingulas partes Iudicij deſcendamus, hoc in genere quæritur de ſubſtantialibus Iudicij Summarij. Eſt enim duplex iudicium, ſcilicet, ordinarium, plenum, & non priuilegiatum, & ſummarium, & priuilegiatum. Panormit. *cap. cum dilecti de Iud.* Sylu. *ver. Iudex, q.* 5. Nauarr. *conſ.* 5. *de appellat.* In ordinario iudicio ſeruanda ſunt omnia, quæ ſeruari mandantur in Iure. Et ita quod Eccleſiaſtici ſic iudicare debeant, iuxta ſancita in Iure Canonico, & quod vbi Ius Canonicũ non diſponit, ſaltem quantum ad vim directiuam, & in conſcientia ſeruandum ſit Ius Ciuile, in iis quæ Iuri Canonico non aduerſantur, & ſi non ſeruentur à Superiore Eccleſiaſtico puniri poſſunt. Leges enim Ciuiles, quæ Iuri Canonico non aduerſantur, approbantur per Canones, & quaſi canonizantur. Suar. *lib.* 3. *de leg. c.* 34. *num.* 13. vt videre eſt *cap.* 1. *de non. op.* nunc *cap. innotuit de arbitr.* Clauis Regia *l.* 3. *c.* 4. *num.* 16. vbi quamplures alios refert Squill. *in tract. de priuil. Cleric. cap.* 7. *num.* 94. A. S. Fauſto, Bellectus, Bona, Diana, Ricc. & Vaſquez, quos refert, & ſequitur Philippus de Bictis *in Epit. q.* 9. *a.* 6. Eliſeus de Bellegrandis *in Methodo tract.* 43. *q.* 4. *a.* 7. Ad Ius vero Canonicum ſeruandum etiam tenentur quantum ad vim coactiuam, & directè & in foro fori. Diu. Antonin. *p.* 3. *tit.* 9. *cap.* 15. §. 7. & alij ſupra citati.

2. Sed in Iudicio ſummario & priuilegiato nõ eſt neceſſe ſeruare apices iuris, & ſolemnitates, ſed proceditur ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Sed conſiderandum quod iudicium ſummarium multiplex eſt iuxta multitudinem clauſularum, cum quibus cauſæ committuntur. Primo igitur videamus, quæ ſint de ſubſtantia iudicij ſummarij, quando committitur cauſa ſub his verbis, *ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij.*

3. Multi verò hoc ita explicant, vt per verbum *ſimpliciter* excludãtur calumniatores, doloſę dilationes, & fruſtratoriæ exceptiones. Et per verbũ *de plano*, omittatur ſeſſio proTribunali, & ſolemnitas nõ procedendi in diebus feſtiuis, & pernicioſa ſuperfluitas teſtium, & reprobatio non neceſſaria ipſorum. Et per ly *ſummariè* non concedatur Reis teſtium iuramenta videre, nec depoſitionum teſtium copia eis detur, ita tamen vt ſaltem eis detur copia articulorum ex dictis teſtium ſummariè extracta & copia iudiciorum in proceſſu apparentium illis non denegetur. Et per ly *ſine ſtrepitu & figura iudicij* amputetur ſolemnitas requiſita multorum teſtium, vt ſufficiant duo teſtes etiam vbi Ius Ciuile plures requirit. Item libellus non detur, nec lis conteſtetur. Ita citatis Sancto Antonin. *p.* 2. *tit.* 9. *c.* 75. Paul. de Caſtr. *in Clem. Diſpendioſam, & Clem. ſæpè.* Panormit. *cap. cum contingat de foro compet.* & aliis deducunt. Philipp. de Bict. *in Epit. q.* 8. *à num.* 181. Didacus Scroi *in luce Prælat. p.* 2. *cap.* 4. *à num.* 4. Eliſeus de Bellegrandis *in Method. tract.* 4. *q.* 14. *num.* 2.

4. Addit Didacus Scroi *num.* 4. quod habens Priuilegium procedendi ſummariè, &c. poteſt procedere *manu Regia*, prout olim tempore Iuriſgentium, *& num.* 10. quod Iudex poteſt procedere ad ſententiam ſine termino peremptorio, *& n.* 12. quod teſtes infames admittuntur *& n.* 14. quod admittuntur teſtes inhabiles (quod & voluit Bict. *d. q.* 8. *nu.* 13.) *& nu.* 16. quod Iudex poteſt iudicare ſuper cauſa non deducta in libello, & poteſt teſtes examinare poſt publicatas atteſtationes, & poſt concluſum in cauſa, *& num.* 17. quod poteſt admittere probationes non

non concludentes, ſed perſuaſiuas, *& num.* 18. quod iſta clauſula tollit appellationem, & quod attentata non reuocantur, & quod poſſunt dari termini breuiores, & quod poteſt incipi ab articulis, quibus probatis fertur ſententia, *& num.* 20. quod poteſt Iudex in Criminalibus aliter quam ſit petitum iudicare, ſed multa ex iſtis controuertuntur, vel non verificantur de iudicio ſummario, ex ſola vi dictę clauſulę *ſummariè, &c.* & ſuis locis videndum erit de illorum veritate. De clauſula verò iſta *ſummariè, &c.* tractant ex profeſſo Barb. *clauſ.* 103. & Marta *clauſ.* 160.

5. Nunc igitur quæ certa ſunt demonſtrando, dicitur primò falſam eſſe ſententiam illorum, qui dixerunt in hoc iudicio ſummario poſſe omitti omnia quæ ſeruanda ſunt de Iure Ciuili & Canonico ſeruatis, quæ ſunt de Iure naturali, & diuino, & gentium. Quoniam multa ſunt ex ſtatutis Iure Ciuili, & Canonico, quæ ſunt de ſubſtantia iudicij ſeruanda etiam in ſummario iudicio. Gloſſ. *in Clementin. ſæpè de verb. ſignif.* D. Anton. 3. *p. tit.* 9. *cap.* 13. Sylu. *ver. Iudex q.* 5. Tabien. *v. Inquiſitor num.* 38. Panorm. *in cap. Dilect. de Iud. num.* 5. *&* 6. Sanchez *lib.* 6. *conſ. c.* 8. *d.* 1. *num.* 3. Suar. *tom.* 4. *de Relig. lib.* 10. *&* 11. *& cap.* 12. *nu.* 2. *&* 3. Card. de Lugo *de iuſt. diſp.* 37. *num.* 162. Franciſcus de Sancto Iuliano *in Trib. Reg.* 1. *cap.* 4. *aduert.* 1. Petrus de Angel. *p.* 1. *c.* 1. *num.* 6. Aldrete *l.* 1. *c.* 8. *num.* 13. Lezana *p.* 1. *cap.* 18. *num.* 16. *& c.* 27. *num.* 26. Donat. *tom.* 4. *tit.* 12. *q.* 2. *a.* 3. Eymer. *in direct. p.* 3. *q.* 11. & ibi Penna *comm.* 104. Caten *p.* 3. *tract.* 2. *num.* 2. Bict. in *Epit. q.* 8. Didacus Scroi *in luce Regul. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. *& ſeq.* Eliſæus de Bellegrandis *in Method. p.* 3. *q.* 1. Mirand. *in ſpec. q.* 14. *a.* 3. *&* 9.

6. Dicitur igitur ſecundò, quòd verum quidem eſt, quod apices iuris & ſolemnitates, quæ non eſt opus ſeruare in ſummario iudicio ſunt illæ, quæ ſpectant ad pompam, ornatum, & perfectionem iudicij, vt explicant Diu. Antonin. Sylu. & alij, & hæc ſunt quæ non tangunt veritatem iudicij. *Clem. ſæpè de verb. ſignif.* Bartol. *in l. ſi fideiuſſor* § *quædam ff. mandati*. Sed per hæc dicta clarè & adæquatè non explicatur vniuerſaliter, qui ſint apices iuris, & quæ rimulæ, vt ex dicendis apparebit.

7. Dicitur propterea tertiò obſeruandam eſſe *Clem. ſæpè de verb. ſignif.* vt benè aduertunt, Eymer. Penna, Sylu. Tabien. *locis citatis*, & alij *in d. vero Clem.* ſic ſtatuitur.

8. *Nos autem dubitationem huiuſmodi (quantum nobis eſt poſſibile) decidere cupientes, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, vt Iudex, cui taliter cauſam committimus, neceſſario libellum non exigat, litis conteſtationem non poſtulet, tempore etiam feriarum ob neceſſitates hominum indultarum à Iure, procedere valeat, amputet dilationum materiam, litem, quanto poterit, faciat breuiorem, exceptiones, appellationes dilatorias, & fruſtratorias repellendo, partium Aduocatorum, & Procuratorum contentiones, & iurgia, teſtiumque ſuperfluam multitudinem refrænando. Non ſic tamen Iudex litem abbreuiet, quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ admittantur. Citationem verò, ac preſtationem iuramenti de calumnia, vel malitia, ſiue de veritate dicenda, ne veritas occultetur per Commiſſionem huiuſmodi intelligimus non excludi. Verum quia iuxta petitionis formam pronunciatio ſequi debet, pro parte agentis, & etiam Rei, ſi quid petere voluerit, eſt in ipſo litis exordio petitio facienda, ſiue ſcriptis, ſiue verbo actis tamen continuo, (vt ſuper quibus poſitiones & articuli formari debeant poſſit haberi plenior certitudo, & vt fiat definitio clarior) inferenda. Et quia poſitiones ad faciliorem expeditionem litium propter partium confeſſiones, & articulos ad clariorem probationem vſus longæuus in cauſis admiſit. Nos vſum huiuſmodi obſeruari volentes, ſtatuimus, vt Iudex ſic deputatus à nobis (niſi aliud de partium voluntate procedat) ad dandum ſimul vtriuſque terminum dare poſſit, & ad exhibendum omnia acta, & munimenta, quibus partes vti volunt in cauſa poſt dationem articulorum diem certam, quandocumque ſibi videbitur, valeat aſſignare, eo ſaluo, quod vbi remiſſionem fieri contingeret, pro teſtibus producendis poſſint etiam inſtrumenta produci, aſſignatione huiuſmodi non obſtante. Interrogabit etiam partes, ſiue ad earum inſtantiam, ſiue ex officio vbicumque hoc æquitas ſuadebit. Sententiam vero definitiuam (citatis ad id licet non peremptoriè partibus) in ſcriptis, & (prout magis ſibi placuerit) ſtans, vel ſedens, proferat, etiam (ſi ei videbitur) concluſione non facta, prout ex petitione, & probatione, & alijs actitatis in cauſa fuerit faciendum; quæ omnia etiam in illis caſibus, in quibus per aliam Conſtitutionem noſtram, vel alias procedi poteſt ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij volumus obſeruari. Si tamen in præmiſſis caſibus ſolemnis ordo Iudiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus obſeruetur non erit proceſſus propter hoc irritus, nec etiam irritandus.*

9. Sic igitur inter apices Iuris, vt ibi explicat *gloſſ.* 6. iſta enumerantur. Primo, quod in iſto Summario iudicio, non eſt neceſſarius libellus, nec litis conteſtatio. Secundo, quod procedi poſſit tempore feriato. Tertio, vt dilatorias exceptiones amputet, & appellationes fruſtratorias, & dilatorias repellat. Quarto, vt procuratorum iurgia, & teſtium multitudinem vitet. Quinto, vt ad ſententiam diffinitiuam citans non teneatur apponere ly *peremptoriè*. Sextò, vt petitio Agentis, & Rei in ipſo litis exordio detur in ſcriptis, aut ſi datur oretenus, ſtatim in ſcriptis redigatur. Quod ſi in his caſibus de conſenſu partium ſolemnis ordo iudiciarius ſeruetur, valeat proceſſus.

10. E contra vero ſequentia ſtatuuntur eſſe ſubſtantialia, & ſeruanda. Primo, vt Iudex probationes neceſſarias, & defenſiones admittat, & citationem, & iuramentum tam de calumnia, & malitia, quam de veritate non excludat. Secundo poſitiones tanquam ad probationem neceſſarias admittat, terminumque tam ad poſitiones dandas, quam ad articulos, & omnia

acta

Digitized by Google

acta exhibenda præfigat. Tertio partes, ſiue ex officio, ſiue ad earum inſtantiam examinet. Quarto ad ſententiam diffinitiuam citet, quam & in ſcriptis ferat. Ita ex illa Clem. colligit *gloſſ.* & in textu expreſsè continetur.

11. Ex his igitur habetur, quod neque in Iudicio Summario poteſt quis damnari, niſi citatus, vel per legitimas probationes conuictus, vel confeſſus, & defenſus. Et quod vbi dicitur, quod in Summario iudicio non ſit neceſſe ſeruare iudicij ſolemnitates, conſiderandum eſt dari ſolemnitates ſubſtantiales, & accidentales, vt in matrimonio aſſiſtentia, Parochi eſt ſolemnitas inducta ex Iure poſitiuo in Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 1.* & tamen eſt omnino ſubſtantialis, qua deficiente matrimoniũ eſt nullum, ſic dantur multa in Iure poſitiuo inducta, quæ ſunt ſubſtantialia, & ſeruari debent, etiam in Summario iudicio. Itaque igitur ſubſtantialia iuris ſeruanda in iudicio ſunt, nedum ſtatuta à Iure naturali, aut Diuino, aut gentium, ſed etiam à Iure Ciuili, vel Canonico, quæ tangunt rei veritatem, ſolumque omitti poſſunt apices rimulæ, ſubtilitates, & accidentales ſolemnitates, quæ veritatem negotij non tangunt, vt ex d. Clement. habetur, & faciunt ad ſolemnitatem, & pompam. Sed præterea Iudex ſui Tribunalis leges, & approbatas conſuetudines ſeruare debet, & obſeruare, vt ſubſtantialia, quæ vt talia haberi debent.

12. Poteſt tamen Iudex Priuilegiatus Ordinem Iuris cum apicibus, & ſolemnitatibus ſeruare, ſi velit. Panorm. *cap. cum contingat num. 26. de for. compet.* & colligitur ex d. Clement. *ſæpè*. Ita tamen, quod licet incæperit proceſſum via ordinaria, non teneatur illum terminare via illa, ſed poſſit aſſumere viam Summariam, in iis, quæ ſibi placuerit. Et ita quod, ſi aſſumpta via ordinaria accidat aliquis defectus, non irritetur proceſſus, ſi ille alias ſubſiſtit ſecundum viam Summariam; & Iudex eo defectu non obſtante poteſt proceſſum terminare. Maranta *diſp. 4. à num. 1.* de Bictis *q. 8. nu. 17.* Qui tamen tutius exiſtimat, quod Iudex, qui incæpit proceſſum vna via, illam proſequatur in tota cauſa, & ſecundam illam cauſam terminet, & quod ſi incæpit proceſſum via ordinaria, non tranſeat ad Summariam, niſi ex cauſa, quam exprimat in proceſſu ſaltem per verba iuſtis de cauſis, ſed tamen delegatus cum dicta clauſula *ſummariè* &c. contradicentibus partibus non poteſt procedere via ordinaria, vt habetur in dicta Clem. *ſæpè*.

13. Aliud iudicium Summarium eſt, quando committitur cauſa cum clauſula *ſola facti veritate inſpecta*. Sed nunquid hæc clauſula, *ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij*, idem importat, quod iſta, *ſola facti veritate inſpecta*, vel quod iſta, *Procedas manu Regia*? Philippus de Bictis *d. q. 8. num. 15.* ex Marta *clauſ. 160. & 250.* & Barboſ. *clauſ. 101.* vult quod clauſula *ſola facti veritate inſpecta* importet idem quod clauſula *manu Regia*, & quod hoc idem importet tota alia clauſula *ſine ſtrepitu, & figura Iudicij*, quæ importat idem, quod tota illa clauſula *ſimpliciter de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij*, & quod idem importet clauſula *manu Regia*, & quod per clauſulam *manu Regia* cenſentur ſublatæ omnes Iuris ſolemnitates, ita vt cauſa decidi poſſit de Iure gentium. Et idem voluit Didac. Scroi *p. 2. cap. 4. num. 4.* Sed ſi ita eſt iam in ſummario iudicio nulla ſolemnitas, quæ ſit de Iure poſitiuo ſeruanda eſſet, ſed ſolum illa ſeruanda eſſent, quæ ſunt de Iure naturali, Diuino, & gentium, quod eſt falſiſſimum, & contrarium nedum d. Clem. *ſæpè, de verb. ſignificat.* & communi ſententiæ DD. ſed etiam ipſi de Bictis, & Scroi, qui cum communi docent in ſummario iudicio omnino ſeruanda eſſe ſubſtantialia Iuris poſitiui.

14. Dicendum igitur eſt, quod clauſula *ſola facti veritate inſpecta* non ex eadem cum dicta clauſula *ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij*, ſed continet amplius priuilegium, vt benè docent Felin. *cap. olim n. 7. de Accuſ.* poſt Franc. *in cap. Dilecti de iudicijs.* Maranta *part. 4. tit. an ſit Iud. comp. nu. 32.* poſt Butr. *in cap. 2. de iuram. calumn.* Barboſ. *clauſ. 173. num. 2.* poſt Honded. *conſil. 93. num. 53. to. 1.* Chacheran. *deciſ. 1. nu. 20.* & Martam *clauſ. 578. num. 4.* Operatur verò hæc clauſula, & aufert ordinem iudiciarium, & omnem ſolemnitatem iuris poſitiui relaxat, & reducit ad formam iudicij inductam de iure naturali, diuino, & gentium. Felin. *dicto cap. olim de accuſ.* poſt Butrium *in cap. 2. de iuramento calumniæ*, Franc. *cap. dilecti de iudicijs*, Barboſ. *dicta clauſ. 173.* poſt Menoch. *conſil. 180. num. 7.* Brunon. à Sole *in locis communibus clauſula 46.* Vellaſc. *de Iure emphit. q. 6. n. 12.* Ricc. *deciſ. par. 3. collect. 699. effect. 1.*

15. Et ratio eſt, quia ſæpiſſimè ex ſolis principijs iuris naturalis, diuini, & gentium poteſt perfectiſſimè cognoſci veritas. Vbi ergo Iudex poteſt procedere *ſola facti veritate inſpecta*, non tenetur ad iuris poſitiui ſolemnitates, ſed ſufficit veritas cognita ſine eiſdem ſolemnitatibus. Et ſic vt habet. Maranta ex Franc. *loco citato* huiuſmodi Iudex poteſt procedere vt Deus, qui ſoli veritati innititur.

16. Inde eſt, quod virtute huius clauſulæ poteſt Iudex nedum ommittere ſolemnitates, quæ ommitti poſſunt ex vi clauſulæ *ſummariè, ſimpliciter, &c.* ſed nec tenetur ſeruare ſtatuta omnia in dicta *Clement. ſæpè de verbor. ſignif.* quatenus vim habent ex ſolo iure poſitiuo, & inter alia virtute huius clauſulæ poteſt Iudex admittere probationes de iure poſitiuo non concludentes, ſed perſuaſiuas. Maranta *loc. cit. num. 34.* poſt Franc. Panorm. Felin. & Bartol. et poteſt admittere teſtes infames et à iure reprobatos, vt ait idem Maranta, et quod poſſit admittere probationes non concludentes, docet Barboſ. *d. clauſ. 173. num. 15.* Multaque alia poteſt facere, quæ recenſet Barboſ. *d. clauſ.* Maranta *loc. cit.* et Marta *clauſ. 568.* prout infra ſuis locis magis explicabitur.

17. Adeſt

Digitized by Google

17. Adeſt verò alia clauſula ſub qua aliquando committuntur cauſæ, nimirum vt *Iudex poſſit procedere manu regia*, de qua agit Barboſ. *clauſ.*78. ei Marta *clauſ.*70. *alias* 71. et pro nunc ſufficiat aduertere quod Iudex, qui poteſt procedere ſola facti veritate inſpecta poteſt etiã pr ocedere manu regia, vt ex Gratian. Rodulfin et Peregrin. tradit Barboſ. *d. clauſ.*173. *nu.*7.

18. Aduertit etiam Maranta *loc. citat. num.* 39. quod clauſula *ſola facti veritate inſpecta* intelligi debet de veritate cui ius patrocinatur, vnde vigore huius clauſulæ non poteſt Iudex oriri facere actionem ex pacto nudo, licet veritas ſit, quod pactum fuerit nullum.

SVMMARIVM.

19 *Regulares non ſolum in cauſis Ciuilibus, ſed etiam Criminalibus poſſunt procedere* ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, et figura iudicij, *num.*20. *&* 21.

22 *Speciale priuilegium conceſſum fuit à Boniſacio VIII. Ordini Prædicatorum, vt Superiores procederent in cauſis criminalibus* ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

23 *Idem conceſſum fuit pluribus alijs Ordinibus.*

24 *Hoc idem Priuilegium conceſſum fuit Ordini Prædicatorum à Bonifacio IX.*

25 *Regulares ita priuilegiati non tenentur ad ſeruandas ſolemnitates iuris poſitiui, ſed ſolum ad ſolemnitates iuris naturalis, diuini, & gentium, & ad propria ſui Ordinis ſtatuta, &c. num.*26.

27 *Quid ſit faciendum quando dubium iuris ſit, an aliquid ſit de ſubſtantialibus iudicij ſummarij, & num.*28.

29 *Quæ ſint ſubſtantialia iudicij ſecundum ſtatuta, & conſtitutiones Ordinis Prædicatorum.*

ARTICVLVS II.

Quo iure Regulares Iudices procedere poſſint ſummariè relicta via ordinaria in cauſis criminalibus.

19. REgulares Iudices in cauſis criminalibus poſſe procedere *ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij*, eſt indubitatum et minimè controuerſum. Ad hoc vero probandum adducuntur *cap. qualiter & quando il* 2. *& cap. olim de accuſat. & cap. per tuas de ſim. & cap. eaque de ſtat. Monach.* Sed Eliſæus de Bellegrandis *in meth.tract.*3. *q.* 1. *à num.* 2. exiſtimat quod in his textibus ſit ſermo de cauſa ciuili, in qua ſcilicet agitur quidem de crimine, ſed ciuiliter ad corrigendum, et reformandum, et amouendum ab officio, ad quod ſufficit ſummaria cognitio. Sed pluſquam euidens eſt, quod *in d. capit qualiter, & quando* ſermo eſt de criminali Inquiſitione et proceſſu ad puniendum ordinato. Verum, eſt quod ex illa *cap. non habetur* quod Regulares poſſint procedere *ſummariè, &c.* ſed ſolum quod in omni rigore non ſint ſeruanda diſpoſita in illo capite per Innoc. Tertium. *Ex cap. autem per tuas de ſimon.* hoc quidem habetur, quod vbi non agitur criminaliter ad deponendum Prælatum, ſed ciuiliter ad illum amouendum, vt immeritum, & damnoſum, non eſt neceſsè ſeruare rigorem iuris, ſicut quorumdam Religionum approbata conſuetudo depoſcit, ſed non per hoc ſtatuitur, quod poſſit procedi *ſimpliciter, &c.* Imò ſi criminaliter ſit agendum innuitur, quod iuris rigor ſit ſeruandus. *In cap. ea quæ de ſtat. Monach.* ſermo eſt etiam de iudicio criminali, vt habetur ex illis verbis. *Et ita puniuntur publicè in Capitulo Generali, quod pœna ipſorum ſit alijs in exemplum*, & ex illis alijs, *vt iuxta culpam publicè debitam pœnam portent*, ſed nihilominus verba illa *Amoueatur abſque iudiciorum ſtrepitu à Regione Abbatia* dicta ſunt pro caſu particulari dilapidationis bonorum Monaſterij, pro qua culpa decernitur amotio ab adminiſtratione, quæ eſt actio iudicij Ciuilis, vt patet ex *d. cap. per tuas de ſimon.* quando amouetur Prælatus, vt immeritus, vel damnoſus.

20. *In cap. autem olim de accuſat.* multum aduertenda ſunt illa verba. *In negotio de plano abſque iudiciorum ſtrepitu procedentes* (*cum talibus maximè in huiuſmodi non deceat Dei ſeruos inuolui.*) Verum cum in eo *cap.* non agatur, niſi de correctione, & reformatione Monaſterij, quæ pertinet ad iudicium Ciuile ordinatum ad morum correctionem & emendationem non poteſt colligi omnino certè ex illo *cap.* quod Regulares dum criminaliter agunt, poſſint procedere *ſummariè, &c.* Sed ſolum quod id facere poſſint in viſitatione, dum pro morum correctione & emendatione agunt. Verum quia viſitatio non ordinatur ſolum ad emendationem morum eorum qui delinquunt, ſed ad publicam pacem & quietem Monaſteriorum, ad quam neceſsè eſt, vt delinquentes per pœnas coerceantur à perturbatione Monaſterij, & vt alij detineantur ne delinquentes imitari velint, ſatis probabiliter colligi poteſt mentem Greg. Noni in eo cap. fuiſſe, vt Viſitatores in negotio viſitationis, etiam dum opus eſt eos criminaliter agere pro reformatione Monaſterij, procedant de plano ſine iudiciorum ſtrepitu.

21. Quod enim dicit dictus Eliſæus *num.* 4. numquam fuiſſe mentem Summorum Pontificum, vt apud Regulares iudicia criminaliter agerentur, ſed ciuiliter & de plano, niſi à temporibus Bonifacij VIII. non habet veritatis fundamentum. Nam ad bonum Vniuerſitatum ſummoperè neceſſarium eſt, vt delicta puniantur in aliorum exemplum, vnde hoc etiam fuit neceſſarium Monaſteriorum paci & quieti. Cum igitur ante Bonifat. VIII. eſſent Monaſteria exempta, vt habetur *ex cap. ea quæ de ſtat. Monach.* in quibus iuriſdictio puniendi manebat in Prælatis Regularibus, numquam fuit mens Pontificum, vt delicta non punirentur, ſicut nec quod in Monaſterijs ſaltem exemptis non punirentur à ſuis Prælatis Regularibus ad publicam vindictam de eis ſumendam, & criminaliter, ſed bene

nè potuit eſſe mens illorum, vt Superiores Regulares in puniendo procederent de plano.

22. Sed ex ſpecialibus Pontificum Priuilegijs magis expreſsè conceſſum fuit Iudicibus Regularibus, vt procedant ſummariè etiam in caufis criminalibus, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij. Nam Bonifacius VIII. *in Conſt.* quæ incipit *Ad augumentum*, & habetur *in Bullar. Romano p.1. num. 4. & in Bull. Ord. Prædic. fol.*66. conceſſit eidem Ordini Prædicatorum, vt infra. *Ad augumentum continuum Religionum, & Ordinum, quos Romana ſuſcepit, & approbauit Ecleſia paternis ſtudijs intendentes, & conſiderantes attentiùs, quod non intermiſſa ſedulitas diſciplinæ Religiones, & Ordines ſupradictos, ſtatuſque Regulares ſalubriter dirigit & conſeruat, quod ſi eam perire, vel remitti contigeret, Ordo quilibet collabi neceſſariò cogeretur. Penſantes etiam quod ſi Regularium perſonarum correptio rimas iuris & apices ſequeretur, huiuſmodi rigor leneſceret, ac multiplici laxatione torperet. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus, vt ad correctiones & punitiones Fratrum eiuſdem Ordinis delinquentium infligendas Prælati Ordinis ſupradicti, ad quos eadem ſpectare noſcuntur, rimulis, & apicibus ipſis poſtpoſitis, liberè procedere valeant ſecundum conſuetudines approbatas, & generalia facta, & etiam facienda ipſius Ordinis inſtituta. Nec volumus eiſdem licere Fratribus ab eiſdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare prouida in hac deliberatione ac maturitate debita obſeruatis.*

23. Similem conceſſionem vt factam ab eodem Bonifacio VIII. Ord. Min. refert Rodriq. *in Bull. num.* 10. & Iul. II. *in Conſt.* 10. *num.* 30. Minimis, & Oliuetanis *in Conſt.*12. *in Bull. Rom.n.*& Leo X. Camaldulēſibus *in Conſt.*2. vt referunt Card. de Lugo *tom.*2. *de Iuſtitia diſp.*37. *ſect.* 14. *num.*162. & Lezana *p.*1. *cap* 27. *num.*26. Nicolaum etiam V. circa hoc conceſſiſſe ampliſſimum Priuilegium Monachis S. Pauli Romæ ex compendio Societatis refert Petrus de Angelis *p.*1. *c.*1. *num.*6 Sed hoc priuilegium non inuenio in Bullar. Caſſin. in quo exactè priuilegia conceſſa Monachis S. Benedicti, quales ſunt Monachi S. Pauli Romæ, recenſentur. Benè tamen in eodem Bullario Caſſin. lego *in Conſtit.*62. & 64. Eugen. IV. conſimile priuilegium Congreg. S. Iuſtinæ conceſſiſſe. Et amplius *Conſtit.*205. Gregor. XIII. eidem Congreg. conceſſiſſe, vt Iudices non teneantur ad apices iuris, & *quod quandocumque contra Monachos iudicium ex quauis cauſa inſtitui contigerit, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſola facti veritate inſpecta, necnon omni, & quacumque appellatione agi.*

24 Sed præterea hoc idem Priuilegium Ordini Prædicatorum conceſſit Bonifacius IX. in Conſtitutione, quæ incipit Sacræ Religionis, & data fuit apud S. Petrum 5. Kal. Maij Pontificatus eius anno 13. quæ habetur in Bullario Ordinis *pag.*92. cuius Verba valde conſideranda ſunt. Neque enim in eis fit mentio de Apicibus, & rimulis Iuris, ſed abſolutè ſic dicitur. *Quodque præſcriptus Magiſter, & alij Præſidentes in dicto Ordine, ad quos id pertinuerit pro tempore in correctionibus fratrum eiuſdem Ordinis Iuris ordine poſtpoſito. ſecundum conſuetudines approbatas, & inſtituta Ordinis antedicti procedere liberè, & licite poſſint, & valeant eis Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia indulgemus. Gloſſ. tamen Conſtitutione cap.*18. *tex* 5. *litt. P.* non diſtinguit inter Priuilegium Bonifatij VIII. & Bonifatij IX. huius enim nullam mentionem facit. *In cap. autem generali Romæ* 1601. *ordinat.* 34. ſic dicitur. *Et quoniam experientia nos docuit in proceſſibus formandis, & cauſis tractandis, ſi apices Iuris ſeruentur cauſas in infinitum protrahi, & fratrum imperfectiones, & delicta apud ſæculares diuulgari, ordinamus ex conceſſione Sanctiſſimi D.N. vt* (hic Pontifex fuit Clement. Octauus) *in cauſis, quæ in Ordine tractandæ occurrunt, ſufficiat, vt fiat iudicium ſecundum Regulas à noſtris legibus, & Conſtitutionibus præſcriptas procedendo ſummariè ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij ſola facti veritate inſpecta.*

25. His ſuppoſitis dicitur, quod Regulares ſic priuilegiati in iudicando non tenentur ad ſeruandas ſolemnitates Iuris poſitiui, ſed ſolum ad ſolemnitates Iuris naturalis, Diuini, & Gentium, & ad proprias Ordinis conſuetudines, & ſtatuta facta, vel facienda. Habetur hoc ex recenſito priuilegio Bonif. IX. in quo duo conceduntur. Primo abſolutè, vt Iudices Ordinis Prædicatorum non teneantur ſeruare Ordinem Iuris. Secundò, quod iudicent ſecundum proprias conſuetudines, & ſtatuta. Item ex dictis priuilegijs Regulares poſſunt iudicare ſola facti veritate inſpecta, hæc vero clauſula tollit neceſſitatem ſeruandi ſolemnitates Iuris poſitiui, vt probatum eſt articulo ſuperiori. Item per dicta priuilegia conceditur, vt Regulares poſſint iudicare ſecundum proprias conſuetudines, & ſtatuta, igitur non tenentur ſeruare ſolemnitates Iuris, quæ non ſint conformes proprijs conſuetudinibus, & ſtatutis. Et ita huius ſententiæ ſunt Suarez *Tom.*4. *de Relig. lib.* 10. *cap.*11. *nu.*1. *Franciſco de Sancto Iuliano in Tribunal. Regul. cap.*4. *Aduert.* 1. §.2. *n.*1. Lezana *part.*1. *cap.* 18. *n.*16. & *cap.* 27. *n.*26. *donat. tom.*4. *tract.*12. *q.*2. Card. de Lugo *t* 2. *diſp.*37. *n.*162. iſti enim explicantes, quæ ſunt de ſubſtantia iudicij, dicunt illa eſſe, quæ ſunt neceſſaria de iure naturæ, & gentiū.

26. Doctores autem, qui ſentiunt contrarium, & quorum plures retulimus ſupra *art.* 1. loquuti ſunt in terminis clauſulæ *ſummariè, ſimpliciter de plano, & ſine ſtrepitu, & figura Iudicij*, per quam vt dictum eſt non excluduntur ſolemnitates omnes Iuris poſitiui, alias vero, & Philippus de Bictis *quæſt.*8. *num.*15. vult quod clauſula *manu Regia* excludat ſolemnitates Iuris poſitiui, & quod hęc eadem ſit cum clauſula *ſola facti veritate inſpecta*, quod & voluit Didacus Scroi *part.*2. *cap.*4. *num.*4. Videtur autem, quod huiuſmodi Doctores non habuerint notitiam præfati priuilegij Bonif. IX. & aliorum concedentium

tium

Digitized by Google

tium poſſe procedi *ſola facti veritate inſpecta*.

27. Sed quid faciendum, vbi dubium Iuris ſit, an aliquod ſit de ſubſtantialibus Iudicij ſummarij? Si dubium ſit merè negatiuum, ſine dubio haberi debet illud, vt ſubſtantiale, quia in hoc dubio legi obediendum eſt, nec Iudex poteſt omittere, id, quod alias certum eſt eſſe de Iure communi, & dubium eſt, an per priuilegium ſibi ſit conceſſum, ſed ſi dubium ſit poſitiuum, & ſint opiniones ex vtraque parte, præter ea, quæ dicta ſunt ſupra *q. 3. a. 4.* additur modo, quod vbi eſt dubium tutius eſt illud ſeruare, & habere pro ſubſtantiali.

28. Certum etiam mihi eſt, quod vbi agitur de delicto, ex quo poteſt prouenire infamia Religioni, & ſimul ſit periculum, quod acta tranſmittenda ſint extra Religionem, tenetur Regularis Iudex habere illud pro requiſito ſubſtantiali, & illud obſeruare duplici ratione. Primo ad vitandam infamiam Religionis, ſecundo ne laceretur, vel caſſetur proceſſus, & Reus culpabilis abſoluatur. Iudices enim extra ordinem aſſueti ſeruare apices Iuris dè facili iudicant apices eſſe ſubſtantiales, & hoc faciIlimè euenit, quando in Iure dubium eſt, an aliquid ſit, vel non ſit de ſubſtantia Iuris ſummarij. Sed & abſolutè hoc habeo pro certo, quod Iudex cauere debet ne iniuſtum damnum inferat Reo, & ad hoc vt ſine cauſa non det ei probabilem cauſam appellandi, & ſuſtinendi damna, quæ ex diuturniori expeditione cauſæ illi prouenire poſſunt. Et ideo tenetur ſumere, quod eſt certum, & incertum relinquere. Et ideo in dubio accipere debet partem potius fauorabilem Reo, ne ſit iniuſta cauſa illius damni. Quod præcipuè tunc verum eſt, quando Reus petat ſeruari id, quod non eſt certum eſſe apicem iuris.

29. Vnuſquiſque igitur ex Iudicibus Regularibus conſuetudines, & ſtatuta ſui Ordinis conſiderare debebit. *In Conſtitut. vero Ordinis Prædicatorum diſt. 1. cap. 18. §. 4. lit. P.* quatuor numerantur, vt omnino ſubſtantialia, primo vt contra aliquem non procedatur, niſi accuſatum, aut denunciatum, aut infamatum. Secundo, vt teſtes examinentur ſub præcepto formali, quod in hoc ordine locum habet iuramenti. Tertio, quod Reus, vel ſaltem per duos teſtes legitimos, & conteſtes, aut per propriam Confeſſionem conuincatur. Quarto, vt indefenſus non damnetur, niſi ſit contumax. In tractatu autem de Iudicijs, quod imprimitur in fine Conſtitutionum eiuſdem Ordinis duodecim enumerantur, vt ſubſtantialia, nimirum primo petitio, ſeu delatio criminis. Secundo Articuli. Tertio Probationes. Quarto Iuramentum de non calumniando, & de veritate non malitioſè dicenda. Quinto Citatio Rei, & Teſtium, ſiue Realis, ſiue ſcripto recepta. Sextò examen Rei, partium, & Teſtium. Septimo defenſiones Reo concedendæ. Octauo Confeſſio, ſeu Conuictio Rei. Nono Inſtrumentum actionis, ſeu proceſſus. Decimo ſententia diffinitiua. Vndecimo Pœna. Duodecima Appellatio. Sed Aduertendum, quod illud formularium non habet vim legis, ſed continet ſolam authoritatem priuati doctoris & quomodo recenſita ab illo ſint ſubſtantialia Iuris dicetur infra ſuis locis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet habere notitiam delicti ad hoc, vt inquirat de illo.*
Nec poteſt ſpecialiter inquirere contra aliquem, niſi illius notitiam habeat. ibid.
2 *Hæc notitia debet eſſe publica, ſcilicet per Notarium ſcripta.*
3 *Proponitur Inſtantia contra hoc.*
4 *Et ſoluitur.*
5 *Ad Incoandam Inquiſitionem ſufficit quæcumque notitia, & vndequaque habita.*
6 *Tres ſunt viæ procedendi in Criminalibus, ſcilicet per accuſationem, denunciationem, & Inquiſitionem.*
7 *Tamen in rei veritate ſunt tantum duæ viæ, nimirum ad Inſtantiam alicuius perſonæ, & ex Officio.*
Modus procedendi per puram denuntiationem quando non ſit criminalis. ibid.

QVAESTIO VI.

De initio Iudicij criminalis.

ARTICVLVS VNICVS.

A quo Iudicium ſumat initium, & quot ſint modi incipiendi Inquiſitionem, ſeu proceſſum criminalem.

1. Principium cuiuſcumque humani, & rationalis actus eſt cognitio, quia non poſſumus velle, niſi cognitum; nec Iudex poteſt Reum abſoluere rationabiliter, vel damnare, niſi eius innocentiam, vel delictum cognoſcat. Initium igitur Iudicij criminalis incipit à notitia delicti, & delinquentis delata ad Iudicem, ſimpliciter vero ad incipiendam inquiſitionem ſufficit notitia delicti commiſſi; hac enim habita, Iudex habet ius inquirendi delinquentem, ſed nihilominus ad inquirendum ſpecialiter contra aliquem, neceſſe eſt, quod habeat aliquam notitiam illius. Hæc vero notitia debet eſſe publica, quia vt docet D.Thom. 2.2. q.67. a. 3. *ad tertium. Ex eo quod ipſe Iudex videt non poteſt procedere ad ſententiam ferendam, niſi ſecundum ordinem publici iudicij, quod tenet locum accuſatoris.* Et ideo in hoc ſenſu veriſſimum eſt, quod de eſſentiali ratione Iudicij eſt accuſator, ſi nomine accuſatoris intelligamus eum, qui ad notitiam Iudicis deducat delictum, & delinquentem. Iudex enim non poteſt per ſe ipſum formare proceſſum contra aliquem, niſi aliqua cognitio præcedat; quæ aperiat viam proceſſui, aliter proceſſus eſſet nullus.

Clar. *in praxi §. fin. q. 3.* Farinac. *in praxi q. 1. n. 9.*

2. Hæc verò notitia, quæ aperit viam Iudici ad inquirendum, ſeu procedendum criminaliter debet eſſe publica. Eſt vero publica notitia, ſi ſit per Notarium ſcripta. Sicut enim de ſubſtantia Iudicij ex iure poſitiuo eſt, vt ſententia detur in ſcriptis. *Clem. ſæpe de verb. ſignificat.* ita totus proceſſus debet eſſe per publicum Notarium ſcriptus, vt ſemper acta videri poſſint, & cognoſci poſſit an proceſſus fuerit legitimè factus, & vt eius copia dari poſſit Reo, vt ſe defendat.

3. Dices non eſſe de Iure naturæ, quod proceſſus redigatur in ſcriptis. Sic enim, vt habetur Ioſue *cap. 7.* Ioſue damnauit Achan. & vt habetur 3. Regum *cap. 3.* Salomon Iudicauit cauſam mulierum litigantium ſuper maternitate vnius Infantis, & vt habetur Danielis *cap. 13.* Daniel liberauit Suſannam, & damnauit Iudices Iniquos, & nullibi legitur, quod huiuſmodi proceſſus in ſcriptis redacti fuerint. Et ratio eſt, quia ſcriptura eſt quid extrinſecum, nec ſpectat ad Iuſtitiam cauſæ, & ideo ſufficit Iudici, quod cauſa cognita non ſit iniuſtus in iudicando. Vbi ergo Iudex non tenetur ad ſolemnitates iuris poſitiui poterit abſque eo, quod ſcribantur acta ſola rei veritate inſpecta ſententiam ferre.

4. Reſpondetur, quod licet abſolutè, & ſimpliciter, ſeu vniuerſaliter non ſit neceſſe de Iure naturæ, quod acta Iudicij ſcribantur, hoc tamen lex naturæ requirit, vt iudicium ita fiat, vt de illo conſtare poſſit, ſi opus ſit, vt aliqua pars ſe defendat ab iniuſtitia Iudicis, qui vel abſoluit nocentem, vel innocentem damnauit. Quamuis ergo quando Iudicium publicè exercetur, (vt fiebat antiquitus), & reus publicè coram accuſatore, & Teſtibus interrogatur, & publicè coram populo, vel multitudine abſoluitur, vel damnatur, non ſit neceſſe de iure naturæ, vt acta redigantur in ſcriptis, quia huiuſmodi Iudicium eſt notorium. Vbi tamen (ſicut modo fit) iudicium eſt ſecretum, & coram ſolo Iudice, & Notario recipiuntur accuſationes, & denunciationes, examinantur Teſtes, interrogatur Reus, & cauſa terminatur, ius naturæ exigit, vt hæc omnia redigantur in ſcriptis, quia aliter de illis conſtare non poteſt, & aliter tolleretur partibus poteſtas ſe defendendi, quod eſt contra Iuſtitiam. Et hoc verum eſt etiam ſi Iudex ſit Princeps Supremus à cuius ſententia non datur appellatio, quia adhuc datur recurſus, vel ad eundem Principem, vel ad Succeſſorem, & iniuria fit parti, ſi non poſſit ſe defendere ex eo, quod non conſtet de actis in Iudicio. In vno tamen caſu non eſſet neceſſaria ſcriptura, ſi ſententia Iudicis ſit omnino notoriè iuſta, nec poſſit iuſtè aliqua tergiuerſatione impugnari. Nunc igitur etiam de iure naturæ neceſſe eſt, vt acta Iudicij legitimè ſcribantur, & ſi id non fiat, proceſſus eſt nullus de iure naturæ, & ſaltem opponente parte annullandus.

5. Non eſt vero neceſſe, quod hæc notitia delicti, vel delinquentis ſit certa, ſed ſufficit, quod ſit talis, ex qua Iudex moueri poſſit prudenter ad ſe informandum, & certificandum de veritate delicti, vel delinquentis; Ideo ad illam præbendam ſufficiunt etiam teſtes inhabiles. Sic exempli gratia, dictum impuberis ſufficit ad Iudicis inſtructionem, & ad inquirendam veritatem, vt per DD. quos refert, & ſequitur Farinac. *q. 18. num. 48.* Et vt infra probatur accuſatio illegitima poteſt ſeruire pro legitima denunciatione, ad hoc vt Iudex inquirere poſſit ex officio. Ad inchoandam igitur inquiſitionem ſufficit quæcumque notitia, vndequaque habita, (præterquam in Sacramento pœnitentiæ) ex qua Iudex inſtrui poſſit, & prudenter moueri ad vlterius inquirendum.

6. Hinc eſt quod diſtinguuntur tres viæ procedendi in criminalibus, nimirum, per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem, *cap. qualiter & quando il 2. de accuſ.* Quæ diſtinctio principaliter reſpicit inchoationem proceſſus, vt notat Clar. *q. 3. verſ. Et aduerte*, quia in proceſſus proſequutione ferè non eſt differentia inter vias illas. Sed melius etiam diſtingui poſſet, addendo aliud membrum, ſcilicet per euidentiam facti. Nam factum Iudici notum fieri poteſt, vel per euidentiam facti, quod cadit ſub ſenſu Iudicis, vel per reuelationem alterius, qui factum ſub ſenſu habuit. Et ſi per reuelationem, hoc fit medio vel accuſatore, vel denunciatore, vel fama, quæ Iudici ſeruit pro accuſatore, vt ad inquiſitionem procedere poſſit ex officio, & vt ſic procedat per viam inquiſitionis. Inquiſitio enim ſumitur dupliciter ſcilicet communiter, & hoc modo omnis proceſſus eſt inquiſitio, & propriè, & hoc modo inquiſitio importat modum ſpecialem procedendi.

7. Sed in rei veritate non ſunt niſi duo modi procedendi, vt benè concludit Clar. *d. q. 3. in principio*, nimirum modus procedendi ad inſtantiam perſonæ alicuius, qui poteſt dici modus procedendi per accuſationem, & modus procedendi ex officio, qui dici poteſt per inquiſitionem. Nam modus procedendi per denunciationem non eſt criminalis, ſi ſolùm præcedat denunciatio euangelica ad emendationem delinquentis ordinata. Et hic eſt modus procedendi per denunciationem, de quo ſermo eſt *in cap. qualiter & quando il 2. de accuſ.* & de quo loquitur D. Thom. *2. 2. q. 67. a. 3. ad 2.* Vel ſi eſt criminalis, quia delictum denunciatur Iudici, vt de eo ſumat publicam vindictam, hoc modo ſi denunciator inſtat apud Iudicem, ille eſt in ſubſtantia accuſator, & Iudex procedit per viam accuſationis; ſed ſi denunciator non inſtat apud Iudicem, vt puniat delinquentem, ſed hoc relinquit arbitrio Iudicis, iam Iudex ſi procedit, non procedit niſi ex officio, & per inquiſitionem. Et ad procedendum hoc modo ſufficit notitia quæcumque habita, vel per famam, vel medio denunciatore, quæ ſit talis, vt prudenter mouere poſſit Iudicem ad magis ſe informandum,

dum, & ad inquirendam veritatem. Hæc verò magis explicabuntur inferiùs agendo in particulari de præfatis modis procedendi.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit accuſatio.*
Per quid diſtinguatur accuſatio à denunciatione euangelica. ibid.
2 *In quo conueniant, & diſconueniant accuſatio & denunciatio iudicialis.*
3 *Quæ conditiones requirantur ad accuſationem, & num. ſeqq.*

QVAESTIO VII.

De modo incipiendi proceſſum per accuſationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quæ ſint de ſubſtantia accuſationis.

1. PRimum quod eſt de ſubſtantia, etiã iudicij ſummarij eſt, vt nullus iudicetur niſi accuſatus, vel denunciatus, vel de delicto infamatus, aut confeſſus. Primo ergo videndum eſt, quid ſit de ratione legitimæ accuſationis, accuſatio enim eſt delatio rei de crimine commiſſo facta in ſcriptis coram Iudice competente ad vindictam publicam, legitima ſeruueniente ſubſcriptione. Ita ex D. Thoma 2. 2. *q.68. a.1.* DD. communiter. Quidam verò non immerito adduur, & magis explicant, vel ad proprium intereſſe. Differt igitur accuſatio à denunciatione euangelica, quod illa non reſpicit pœnam delinquentis, nec illam per ſe intendit & poſtulat, ſed reſpicit, & intendit Fratris emendationem, et eſt actus charitatis, ſed illa habet pro obiecto vel iuſtitiam vindicatiuam, & intendit æqualitatem proportionis inter demeritum delinquentis, & pœnam à Iure debitam pro delicto; & ideò dicitur quod reſpicit publicam vindictam, vel reſpicit etiam iuſtitiam commutatiuam, quæ eſt inter accuſatorem & accuſatum, & quam accuſator ſupponit violatam fuiſſe ab accuſato, & ideò petit ſibi ſatisfieri. Primum horum ſpectat ad Iudicium criminale. Accuſator enim propriè in criminalibus non agit pro intereſſe proprio obtinendo, ſed vt publica vindicta accipiatur de delicto. Secundum ſpectat per ſe ad iudicium Ciuile, in quo agitur de priuato intereſſe partium, & accuſator intendit ſibi ſatisfieri, & poni æqualitatem iuſtitiæ commutatiuæ inter ſe & accuſatum. Sæpè verò vtrumque ſimul coniungitur, ſed tunc cauſa eſt mixta, & ſimul eſt criminalis & ciuilis. Propriè igitur accuſatio Criminalis eſt delatio Rei de crimine commiſſo, ſeù petitio per quam Accuſator deferens coram Iudice delictum Rei, petit iuſtitiam fieri, illumque iuxta leges puniri ob bonum commune. D. Thom. 2. 2. *q.86. a.1.*

2. Conueniunt ergo accuſatio, & denunciatio iudicialis, quod vtraque habet pro fine proximo publicam vindictam, ſeù vindicatiuam iuſtitiam; ſed valde diſtinguuntur, quia accuſator illam intendit & petit; ideò illa potiùs debet dici petitio quam delatio, defert enim coram Iudice rei delictum, intendens, & petens illum puniri iuxta leges, Sylu. *v. accuſatio in princ.* Tabien. *num.* 1. Sed denunciatio iudicialis licet denunciet delictum, vt poſſit puniri, ſi Iudex id opportunum iudicauerit, id tamen non petit, nec inſtat, vt fiat. Ideò diſtinguuntur ſecundo, quod accuſator tenetur probare delictum, quia intendit Rei punitionem, quæ non debetur niſi delinquenti; ideò tenetur fundamentum ſuæ intentionis probare, quod in Rei delicto conſiſtit, ſed Denunciator, qui pœnam & vindictam non petit, non tenetur probare delictum, ſed hoc onus relinquit Iudici, quatenus velit delictum probare. Diſtinguuntur tertio quod Accuſator ſi non probet, tenetur ad pœnam Talionis, ad quam non tenetur Denunciator.

3. Prima ergo conditio accuſationis eſt, vt fiat in ſcriptis, vt tradit D. Thom. 2. 2. *q.68. a.* 2. ſiue accuſator ipſe porrexerit libellum in ſcriptis, ſiue petitionem fecerit coram Notario illam ſcribente in actis, & poſteà illi ſubſcripſerit. Clar. *q.* 12. *verſ. quaro.* Et licet Sanchez *l.* 6. *conſ. dub.*50. *num.* 6. exiſtimet in leuibus delictis non eſſe neceſsè, quod accuſatio ſit ſcripta, ex *l. leuia ff. de accuſationibus*, tamen ſemper debet aduerti, quod cum verba facilè labantur, primò neceſſaria eſt accuſatio ſcripta, ad hoc vt Iudex, qui ſecundum accuſati petitionem iudicare debet, non erret in ſententiando ſecundò quia reus poteſt à ſententia appellare & allegare, quod ſententia non fuerit data iuxta exigentiam accuſationis; & ideò neceſsè eſt vt de accuſatione conſtet per ſcripturam; vnde valde leuia imò leuiſſima debent eſſe crimina, ſi poſſit admitti, quod reus poſſit de illis accuſari accuſatione non ſcripta.

4. Secunda conditio accuſationis eſt, vt in ea exprimantur diſtinctè nomina accuſatoris, accuſati, & Iudicis, & pariter exprimatur delictum in particulari cum circumſtantijs, & præcipuè cum expreſſione anni, menſis, & diei commiſſi delicti *l. libenter ff. de accuſat.* Et licet non ſit neceſsè, vt exprimat horam & momentum, in quo delictum fuit patratum, tamen hoc petente Reo exprimi debet, quia poteſt contingere, quod innocens ſe defendat probando, quod in illa hora vel momento ipſe non erat, vbi fuit commiſſum delictum. Et idem dicitur de alijs circumſtantijs.

Tertia conditio eſt, vt Accuſator iuret de calumnia, quod ſcilicet accuſat non animo calumniandi, ſed zelo iuſtitiæ.

Quarta conditio eſt vt Accuſator ſe ſubſcribat ad pœnam Tallionis *l. libellus ff. de accuſat.*

5. Sed hodie huiuſmodi ſolemnis accuſatio parum eſt in vſu, & loco accuſationis ſucceſſit quærela. Diſtingui verò quærelam ab accuſatione, quia quærela non ſemper fit ob publicam vin-

vindictam; ſed aliquando propter bonum partis leſæ; voluit Didac. Scroi *in luce Pralat. p. 3. c. 1. num.* 5. ſed vt dictum eſt, etiam accuſario fieri poteſt propter intereſſe partis. Eſſentialis verò differentia in hoc conſiſtit, quod ad quærelam non eſt neceſſarius ſolemnis ille libellus, & inſcriptio ad pœnam tallionis, qui eſt neceſſarius in accuſatione. Nihilominus etiam quærela debet eſſe ſcripta, & continere nomen quærelantis, quærelati, Iudicis, & commiſſi criminis, quo loco, anno, & menſe commiſſum fuerit, necnon diem datæ quærelæ, quæ ſi deficiant non procedit talis quærela, quæ hodie datur loco illius libelli ſolemnis, & accuſationis. Farinac. *in praxi q.* 12. *num.* 5. *&* 6. Clar. §. *fin. q.* 12. Quamuis hodie quia Iudices in quolibet delicto procedere poſſunt, & procedunt ex officio, non diſputatur multum ſuper requiſitis in quærela, an adſint, vel non vt ibidem aduertit Farinacc. Nam nunc in omni delicto Iudex poteſt procedere per inquiſitionem & ex officio. Decian. *in rubr. de iud. num.* 68. Clar. *q.* 2. *num.* 7. & ibi Baiar. *num.* 17. *& q.* 3. *& q.* 10. *num.* 2. *& q.* 14. *num.* 1. Farin. *q.* 1. *num.* 8. *&* 10. Guazz. *def.* 3. *c.* 7. *nu.* 7. Niſi ex ſpeciali ſtatuto ſit prohibitum Iudici procedere niſi ex quærela.

6. Sed quid dicendum, ſi delictum probetur quidem fuiſſe patratum, ſed in alio loco, aut tempore, vel ſine qualitate expreſſa in libello accuſationis? Tunc debetne reus abſolui, vel poteſt puniri? Multi multa dicunt, & alij affirmant alij negant, vt videre eſt apud Scacc. *in tract. Crim. cap.* 51. & Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 3. Sed modo dicitur quod ſequi debet condemnatio virtute clauſularum, quæ de ſtylo ponuntur in accuſatione, vt eſt illa *non ſe adſtringens, &c.* & illa *ſaluo iure, &c.* Clar. *q.* 66. Farin. *q.* 1. *num.* 32. *& ſeqq.* Scacc. *d. cap.* 51. *num.* 39. Guazz. *d. cap.* 3. *num.* 13. Sed etiam quia in his Iudex poteſt ex officio ſupplere locum, & alia neceſſaria, vt ſuſtineatur iudiciũ, vt ex Baiar. ad Clar. aduertit Guazz. *d. cap.* 3. *num.* 13. *verſ. Necnon expreſſio.*

7. Pariter ſi in proceſſu contra Reum probatum fuit aliquod delictum, & vel aliqua qualitas non contenta in accuſatione, Reus poteſt damnari in pœnam ordinariam illo delicto, vel grauitati debitam, Guazz. poſt Cyn. Barr. & Caſtr. *defen,* 2. *c.* 4. *num.* 5. Vbi *num.* 6. aduertit quod tot dicuntur eſſe accuſationes, aut inquiſitiones, quot ſunt delicta intentata. Et ideò ineptitudo accuſationis ex vno capite, non vitiat accuſationem in alijs capitibus.

SVMMARIVM.

8 *Accuſator cauere debet in accuſando à calumnia, præuaricatione, & tergiuerſatione.*
Hoc explicatur. ibid.
9 *Qui accuſauit aliquem ratione proprij intereſſe, ſi punitio accuſati non eſt neceſſaria Reipublicæ, poteſt ab accuſatione deſiſtere.*
10 *Quid ſit tergiuerſatio.*
Quibus cauſis poſſit Accuſator deſiſtere ab accuſatione. ibid. & ſequent.
14 *Iudex poteſt procedere in cauſa ex officio Accuſatore deſiſtente ab accuſatione.*

ARTICVLVS II.

Quæ Iuſtitia requiratur in accuſatione.

8. IN accuſando à tribus cauere debet accuſator, nimirum à calumnia, præuaricatione, & tergiuerſatione. D. Thom. 2. 2. *q.* 68. *a.* 1. Primo vitare debet calumniam, nimis enim iniuſtum eſt malitiosè, vel etiam temerariè falſum crimen imponere innocenti. Præuaricatio verò eſt, quando accuſator cum fraude abſcondit crimina, de quibus accuſauit, vel diſſimulando, & non inducendo veras probationes, vel acceptando falſas exceptiones, vt accuſatum liberet, quocumque autem modo accuſator tergiuerſetur in criminalibus, & inde notabile damnum ſequitur Communitati, tergiuerſator peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem. Hoc autem vitium præuaricationis, ſeu colluſionis cadit etiam in Aduocatum, Procuratorem, & Notarium, Sot. *de ſecr. mem.* 2. *q.* 5. *concl.* 5. Et in foro fori punitur Iudicis arbitrio, pro qualitate criminis, & damni illati Reipublicæ *l.* 1. *&* 2. *ff. de præuaricat.*

9. Et nihilominus qui accuſauit aliquem ratione proprij intereſſe, ſi punitio accuſati non eſt neceſſaria Reipublicæ, & poteſt accuſationi renunciare, & dummodo caueat à falſitate poteſt ab accuſatione deſiſtere, vel diſſimulando probationes præterire. Syln. *in v. accuſatio num.* 6. Nauarr. *cap. inter verba concluſ.* 6. *nu.* 645. Azor. *p.* 3. *l.* 13. *c.* 19. *dub.* 7. Et ſic etiam detrahere aliquid ab accuſatione poteſt Accuſator, antequam interrogetur reus, vel lis ſit conteſtata. Scacc. *d. cap.* 51. *nu.* 4. Regulariter enim poſt litem conteſtatam libellus mutari non poteſt, etiam de conſenſu Rei Guazz. *def.* 3. *c.* 5. *n.* 2. Neque enim Iudex poteſt cogere aliquem ad accuſandum. Clar. *q.* 15. Nec qui ſemel expreſsè renunciauit accuſationi poteſt illam vlterius proſequi, licet poſſit etiam per torturam compellere offenſum ad nominandum offenſorem, niſi ille ſe excuſare poſſit, quia vel offenſus fuit de nocte, vel in nundinis in multitudine gentium, vel ex alia ſimili cauſa. Tuſc. *lit. T. concl.* 333.

10. Tergiuerſatio vero eſt, quando Accuſator inordinate renunciat, ſeu deſiſtit à proſecutione accuſationis, cum ex ratione boni communis illam tenetur proſequi. D. Thom. 2. 2. *q.* 68. *a.* 3. *ad tertium*, & huiuſmodi tergiuerſator in foro externo punitur, ſi abſque obtenta Iudicis licentia id faciat, & incidit in pœnam Senat. Conſult. Turpil. *vt in l.* 1. *ff. ad Turp.* Nec Iudex poteſt hanc licentiam concedere, niſi cauſa cognita *l.* 2. *&* 3. *C. de abol.* Ex multiplici tamen cauſa poteſt accuſator deſiſtere ab Accuſatione. Primo in cauſa propria, ſi cauſa nondum

eſt

Google

eſt cæpta, vel ſi eſt cæpta de licentia Iudicis, & cum licentia etiam Rei, ſi ille fuerit tortus, vel ex accuſatione infamatus, *l. ſi quis ff. de his qui not. infam.* Gloſſ. *in cap. 1. de colluſ.* Sylu. *v. accuſatio num. 6. & 8.* Et in actione furti non poteſt actor tranſigere, ſine Iudicis licentia *l. furti §. pactum ff de his qui not. infamia.* An vero, & quando liceat, vel non liceat accuſatori in cauſis ciuilibus, & criminalibus tranſigere cum accuſato, vt Accuſator deſiſtat ab accuſatione videantur Sylu. *v. accuſ. n. 8.* & Guazz. *diſt. 3. c. 6.*

11. Secundo ſi quis bona fide aliquem accuſauit, & poſtea errorem cognoſcit, & videt ſe deceptum, vel ab aduocato, vel à teſtibus, aut alijs, vel ſi res ſibi incipit eſſe dubia, vel ſi animaduertit, ſe non poſſe probare crimen, aut certè videt iudicem non eſſe iudicaturum iuſtè, tunc ab accuſatione deſiſtere poteſt *cap. ſi quem pænituerit 2. q. 3.* Sylu. *v. accuſatio nu. 6.* Tabien. *num. 5.* Clauis Regia *l. 12. c. 15. n. 15.*

12. Tertio, quando Accuſator cognoſcit accuſatum eſſe innocentem tenetur, omni modo poſſibili accuſationem reuocare Sylu. *v. accuſ. num. 6.* Quando etiam in cauſa publica aliquem falſo accuſauit, tenetur deſiſtere ab accuſatione ſtatim, etiam ſi in foro externo ſit puniendus. Ità Scroi *p. 3. cap. 1. n. 43.*

Quarto propter metum cadentem in conſtantem virum Sot. *de ſecret. n. 2. q. 2. concluſ. 5. ſoll. tract. 40. cap. 7. num. 207.* quos ſequitur Scroi *p. 3. c. 1. num. 44.*

13. Quinto ſi Princeps, vel Iudex in caſu, in quo id facere poteſt accuſationem reſciderit, & aboleuerit, D. Thom. *d. a. 3. ad tertium*, & ibi Caiet. Sot. *de ſecret. membr. 2. concluſ. 5. quæſt. 5.* Tabien. *v. accuſatio num. 5.* Iudex enim etiam inferior, ſi videt accuſationem eſſe in maius damnum Reipublicæ, poteſt, vel accuſationem non acceptare, vel illo reijcere, quia bonum commune præferri debet, vt docent Caiet. & Sot. citati Sanchez *lib. 3. op. cap. d. vnico num. 19. & lib. 6. c. 4. d. 1. num. 6.* Rodriquez *tom. 2. q. 43. a. 5.* Clauis Regia *num. 16.* Et ideo intra Regulares Prouinciales imò, & Prælatus localis habens Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & potens cauſas criminales cognoſcere, poteſt, nedum non acceptare accuſationes, ſed acceptatas reſcindere non habito recurſu ad Generalem, ſi id poſtulet bonum commune Religionis, quidquid in contrarium dixerit Didac. Scroi in luce Prælat. *p. 3. cap. 1. num. 46.* poſt Bouer.

14. Accuſatore vero deſiſtente ab accuſatione poterit nihilominus Iudex procedere in cauſa ex officio. Nam modò Iudex poteſt in omni cauſa procedere ex officio, vt quam pluribus DD. citatis docet Farinac. *q. 4. num. 31.*

SVMMARIVM.

15 *Accuſator delinquentem accuſare poteſt, etiam ſi non præcedat infamia, dummodo in iudicio per ſufficientes teſtes delictum probari poſſit.*

16 *Lex prohibens, quod Iudex non procedat, niſi contra infamatum loquitur de Iudice procedente per viam Inquiſitionis.*

Delictum, & delinquens ſunt publica in Iudicio, & pluſquam famoſa ex hoc quod Accuſator nominat Teſtes per quos intendit probare delictum, etiam ſi ſolum ſemiplene probaretur delictum. ibid.

Accuſatio inutilis ad pœnam infligendam illicita eſt. ibid.

17 *Bonum commune Iuſtitiæ vindicatiuæ præponderat bono priuato accuſati, ideo non violatur Charitas ab accuſante delictum probabile in Iudicio non præcedente infamia.*

Solemnitas infamiæ omnino non eſt de ſubſtantia Iudicij. ibid.

Ideo non eſt ſeruanda à Regularibus Iudicibus, niſi teneantur ad id ex proprijs legibus. ibidem.

Iuramentum de non accuſando obligat, ſi accuſatio poteſt remitti, ſine peccato; at Iuramentum de non accuſando delictum antequam ſit commiſſum iniquum eſt. ibid.

ARTICVLVS III.

An Religioſus poſſit alium accuſare de delictis occultis non præcedente infamia, vel alio æquiualenti.

15. HIc diſtinctione opus eſt. Nam vel delictum licet occultum poteſt in Iudicio plenè probari. Et hoc delictum in rigore non eſt occultum, niſi per accidens, & D. Thom. *2. 2. q. 68. a. 1. ad tertium*, bene dixit, quod non eſt omnino ſecretum, quod per ſufficientes teſtes poteſt probari. Et ideo in hoc caſu non eſt neceſſe, quod præcedat infamia, ſed poteſt accuſator delinquentem accuſare. Et nihilominus Palaus *tract. 6. diſp. 3. p. 11. a. 4.* & Franc. *de Sancto Iuliano in ſuo Trib. cap. 2. Aduertere vltima*, exiſtimant accuſationem non poſſe fieri, ſine infamia, aut æquipollenti, & quod talis accuſator peccet, ſaltem contra charitatem. Palaus vero vult, quod peccet etiam contra iuſtitiam.

16. Sed hæc ſententia non habet in Iure fundamentum. Tum quia lex prohibens, quod Iudex non procedat, niſi contra infamatum, loquitur de Iudice procedente per viam Inquiſitionis, vt patet ex *cap. 1. de accuſat. in 6.* Et docent ibi DD. & fuit ibidem à me explicatum. Tum quia ex quo Accuſator nominat teſtes, per quos intendit probare delictum, iam & delictum, & delinquens ſunt publica in iudicio, & pluſquam famoſa. Quod ſi dicant ſaltem requiri infamiam, quando Accuſator ſcit, quod ſolum ſemiplenè poteſt probare accuſari delictum. Reſpondetur, quod neque hoc ſubſiſtit in Iure. Tum quia adhoc, vt Accuſator iuſtè accuſet ſufficit, quod poſſit probare, vel quantum ſufficit ad inferendam accuſato grauem pœnam ſaltem extraordinariam, vel vt teneatur ſe purgare

gare

Digitized by Google

gare per torturam, quia ex hoc ſufficit ad publicam vindictam ſumendam de accuſato, & ad exemplum aliorum. Tum quia nullibi in Iure habetur, quod ſit neceſſe præcedere infamiam, niſi quando Iudex procedit ex officio per viam inquiſitionis, vt conſtat ex textu citato. Tum quia aliud eſt, quod accuſatio ſit inutilis ad pœnam infligendam, & ex hac parte ſit illicita aliud eſt, quod ſit mala ex eo, quod illam non præceſſit infamia. Hoc ſecundum non eſt verum, vt dictum eſt. Primum vero poteſt eſſe verum, ſi accuſatio ſit omnino inutilis ad bonum commune. Ad quod tamen vtilis poteſt eſſe etiam ſemiplena probatio, quæ poteſt ſeruire Iudici, vt ex officio diligentius inquirens probet delictum, vel vt Reus torqueatur, & eius confeſſio habeatur.

17. Neque hic violatur charitas, quia ſemper bonum commune iuſtitiæ vindicatiuæ præponderat bono priuato accuſati, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 68. *a.* 1. Addes etiam, quod ſolemnitas infamiæ non eſt omnino de ſubſtantia Iudicij, vt probaui *d. cap.* 1. *num.* 75. *de accuſat. in* 6. Et non eſt in vigore omnino ſeruanda à Iudicibus Regularibus, niſi ad id ex proprijs legibus teneantur, vt patet ex *cap. qualiter il* 2. *de accuſat. in fin. & probatur vberius q. ſequenti*. Nec Sanchez citatus a S. Iuliano *lib.* 6. *conſ. dub.* 28. eius ſententiæ fauet, ſed ſolum dicit, quod vbi delictum non eſt probabile in iudicio, non licet de illo accuſare, quod eſt veriſſimum; Cæterum nullus ex antiquis Doctoribus dixit, quod accuſationem præcedere debeat infamia, quia iuxtà iura *cap. qualiter il* 2. *de accuſ. Et cap. licet Heli de ſimon.* accuſationem præcedit Inſcriptio, inquiſitionem vero infamia. Et ita quod non ſit neceſſe, vt accuſationem præcedat infamia expreſsè tradidit Card. de Lugo *de iuſtit. d.* 37. *num.* 76. & 167.

Eſt etiam aduertendum, quod quotieſcumque accuſatio poteſt ſine peccato omitti iuramentum de non accuſando obligat. Sed tamen iuramentum de non accuſando factum ante commiſſum delictum eſt iniquum, & reſcindi debet. Card. de Lugo *diſp.* 38. *n.* 61.

SVMMARIVM.

18 *Quando accuſatio ordinatur ad publicam vindictam, ipſam non debet præcedere fraterna correctio.*

ARTICVLVS IV.

An accuſationem præcedere debeat correctio fraterna.

18. Affirmant plures inter quos Bannes 2. 2. *q.* 68. *a.* 1. *d.* 1. & Franciſcus à S. Iuliano *d. aduert. vlt. num.* 10. Sed circa hoc non eſt immorandum; certum enim eſt, quod accuſatio non ordinatur ad correctionem fratris, ſed ad publicam vindictam, ſecundum quam etiam emendatus ad aliorum exemplum poteſt puniri; ideo non eſt neceſſe, quod accuſationem præcedat fraterna correctio, vt probaui *d. cap.* 1. *de accuſat. num* 61. *in* 6. Et latius probatur infra de denunciatore iudiciali. Et imo etiam pœnitens iam emendatus poteſt accuſari, vt ex Innoc. habet Sylu. *v. accuſatio n.* 7.

SVMMARIVM.

19 *An accuſator teneatur ad pænã Tallionis, ſi non probat contra accuſatum, & an hæc pæna receſſerit ab Aula.*

20 *Quid ſentiant doctores circa hoc.*

21 *Regulares ſeruare debent ſuas Conſtitutiones circa hanc pænam.*
Conſtitutiones Prædicatorum obligant Accuſatorem ad pænam Tallionis. ibid.
Et etiam Conſtitutiones Cappucinorum. ibid.

22 *Quid ſit Calumniator verus, & Calumniator præſumptus.*
Tallionis pæna non debet imponi ſecundum æqualitatem, ſed ſecundum analogiam hoc eſt debent conſiderari qualitates accuſantis, & accuſati. ibid.

23 *Verus calumniator puniendus eſt pæna Tallionis, vel reſpectiuè pæna extraordinaria, & arbitraria.*

24 *Talis calumniator afficitur iuris infamia, ſi de calumnia fuerit condemnatus, & efficitur irregularis.*

25 *Pæna Tallionis, ſeu extraordinaria extenditur etiam ad inſtigatorem, ſollicitatorem, ſeu promotorem calumnioſum, & etiam ad denunciatorem, qui ſit in vera calumnia, & qui querelat, & inſtat apud Iudicem.*

26 *Extenditur etiam ad Procuratorem fiſcalem, qui ſit in vera calumnia.*
Ad hoc vt Accuſator damnetur ad damna, & expenſas in fauorem Rei, ſufficit temeritas in accuſando, & quod non habuerit iuſtam cauſam accuſandi. ibid.
Similiter Iudex ex officio calumnioſam inquiſitionem formans tenetur ad damna, & intereſſe, & debet puniri extra ordinem. ibid.

27 *Quomodo Iudex debeat procedere contra calumniatorem.*

28 *Accuſator calumnioſus ad pænam Tallionis damnari debet, etiamſi ad talem pænam non ſe ſubſcripſerit.*

29 *Quid ſit dicendum de calumniatore præſumpto, & num.* 30.

31 *Caſus in quibus Iudex arbitrari poteſt accuſatorem ex iuſta cauſa accuſaſſe, & ita excuſandum eſſe à pæna calumniæ, vſque ad* 40.

40 *Per quid excuſatur accuſator à vera calumnia, & à præſumpta.*

41 *Iuſta cauſa excuſat etiam ne Accuſator teneatur actione iniuratum.*

42 *Cauſa qua excuſat à dolo, & culpa temeritatis excuſat ab expenſis, & pæna calumniæ, ſi vero excuſat ſolum à dolo, non excuſat ab expenſis.*

43 *Praxis*

Digitized by Google

43 *Praxis Status Eccleſiaſtici circa hoc.*
44 *Calumnioſus præſumptus de iure Canonico modo non eſt puniendus pœna Talionis, ſed pœna extraordinaria ad arbitrium Iudicis.*
45 *Tamen in Ordine Prædicatorum Calumniatores præſumpti puniri poſſunt pœna Talionis.*
46 *Quibus caſibus Accuſator Calumnioſus puniri poſſit pœna falſi.*
47 *Abſoluto accuſato non poteſt damnari Accuſator, niſi audiatur, & num. 48.*

ARTICVLVS V.

Ad quam pœnam teneatur accuſator, ſi non probet contra accuſatum.

19. EVm teneri ad pœnam Talionis habetur ex *l. fin. §. 5. l. de accuſat. & l. ſiue C. de Calumnia l. 3. C. de his qui accuſ. non poſſunt, & 2. q. 3. c. 1. 2. 3. 4. & 5. cap. qui crim 2. q. 15.* D. Thom. 2. 2. *q.* 68 *num.* 4. Hic autem primo intrat difficultas, quam Penna ad Eymer. *p.* 3. *comment.* 14. vocat grauiſſimam. An ſcilicet hæc Talionis pœna ſit ex conſuetudine abrogata, & receſſerit ab aula.

20. Affirmant enim poſt *Speculat. in tit. de accuſat. §. 1. n. 4.* communiter DD. quos laté referunt. Menoch. *caſ.* 321. & Farinac. *q.* 16. *n.* 3. Sed de Iure Canonico hanc pœnam ſubſiſtere voluit Clar. *q.* 12. quem ſequuntur Bict. *q.* 23. *num.* 6. Didacus Scroi *p.* 3. *cap.* 1. *num* 7. & Eliſeus de Bellegrand. *tract.* 1. *q.* 12. *num.* 11. Sed & hanc pœnam Talionis fuiſſe innouatam per Pium V. *Conſtit.* 5. §. *monemus præterea*, vult Didacus Scroi, quod & aduerterat Farinac. *q.* 16. *num.* 5. Verum Pius V. in d. Conſtitutione loquitur in caſu particulari ſimoniæ, blaſphemiæ, & ſodomiæ, & concubinatus, & nihil habet de neceſſitate inſcriptionis ad pœnam talionis, ſed ſolum vult quod *ſi aliqui ex calumnia aliquos denunciaſſe comperti fuerint, eos ad pœnam Talionis teneri.* DD. etiam communiter nulla facta diſtinctione dicunt pœnam Talionis receſſiſſe ab Aula. Clar. *q.* 12. *num.* 17. *& q.* 81. *nu.* 3. Scaec. *in tract. crim. cap.* 51. *num.* 14. Farinac. *quæſt.* 16. *num.* 3. Guazz. *defenſ.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. Bict. *q* 23. *num.* 3. Quamuis huiuſmodi calumnioſi accuſatores puniantur pœna arbitraria. Couar. *l.* 2. *var. c.* 9. *num.* 1. Menoch. *de arb. l.* 1. *q.* 79. *num.* 5. Farinac. *q.* 16. *num.* 1. Penna *ad* 3. *p. com.* 14. §. *ſed quid ſi vera.* Et alij, quos ſequitur Guazz. *def.* 3. *c.* 13. *n.* 3.

21. Verum quidquid ſit de hac quæſtione Regulares ſuas Conſtitutiones, & Regulas ſeruare debent, & in Religione Cappuccinorum ſeruari debere pœnam Talionis referunt dd. Bictus, Scroi, & Eliſeus. In Ord. autem Prædicatorum *diſtinct.* 2. *c.* 9. *text.* 4. *litt. D.* ſic ſtatuitur. *Item declaramus, quod ſi Accuſator deficit à probatione illius Criminis, de quo aliquem accuſauit, eadem pœna puniri debet, qua puniendus fuiſſet accuſatus ab Accuſatore conuictus, ſicut fuit ordinatum Valliſolet.* 1605. Idem habentur *d.* 1. *c.* 18. §. 1. *l.* 11. Quamobrem in hoc Ordine accuſator calumnioſus pœna tallionis puniri debet. Videatur *cap. Rom.* 1601. *ordin. Et cap. Valliſol.* 163. *confirmatione* ....

22. Sed maior difficultas eſt: An vbi vel de Iure communi, vel ex ſtatuto pœna talionis locum habet, hoc intelligendum ſit nedum de calumniatore vero, ſed etiam de præſumpto. Calumniator enim verus, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. *q.* 68. *a.* 3. eſt ille, qui falſum crimen ſcienter deponit contra Accuſatum; Vnde ad hoc vt habeatur aliquis, vt calumniator verus, duo ſunt neceſſaria; primo, quod ſit probata falſitas depoſitionis; ſecundo quod probatum ſit Accuſatorem falſum crimen depoſuiſſe ſcienter, & ex malitia, ſed calumniator præſumptus dicitur, vel ex eo, quod non probauit verum eſſe, quod depoſuit, vel ab accuſatione deſtitit, vt communiter DD. docent, quot abunde refert Farinac. *q.* 16. *num.* 15. Eſt vero certum, quod vbi conſtat de vera calumnia, intrat pœna talionis, & hoc abſque dubio eſt neceſſarium iuxta d. Conſtitutionem Pij Quinti. Aduertendum tamen, quod hæc pœna imponi debet non ſecundum æqualitatem, ſed ſecundum analogiam, vt aduertit Didac. Scroi *p.* 3. *c.* 1. *num.* 10. Si enim Princeps plebeium, percutiat non eſt iuſtum, vt repercutiatur ipſe, vel ſi plebeius percutiat Principem, non ſatis eſt, vt ipſe ſimili modo percutiatur. Et ideo Iudex in imponendo hanc pœnam talionis debet conſiderare qualitates accuſantis, & accuſati.

23. De eo igitur accuſatore, & vero calumniatore loquendo certum eſt, quod iuxta Tribunalium praxim, & ſtatuta puniendus eſt pœna talionis, vel reſpectiuè pœna extraordinaria, & arbitraria, vt per DD. quos referunt Clar. *q.* 62. Menoch. *de arbitr. caſ.* 321. *num.* 1. Farinac. *q.* 16. *num.* 10. Et quod hæc pœna, ſi ſit arbitraria extendi etiam poſſit ad pœnam mortis, habetur etiam ex Farinac. *num.* 5. & Guazz. *def.* 2. *c.* 13. *num.* 4. ſecundo hic calumniator tenetur reſtituere, & ſatisfacere quanti intereſt Reo. Sylu. *v. accuſatio q.* 7. Clauis Regia *lib.* 12. *c.* 15. *n.* 13. Et ideo damnari debet etiam ad expenſas à Reo factas. Menoch. *caſ* 321. *numero vltimo*, Farinac. *d. q.* 16. *n.* 11. *&* 13. Clar. *q.* 62. Guazz. *d. c.* 13. *num.* 8.

24. Tertio huiuſmodi calumniator, ſi de calumnia fuerit condemnatus, afficitur Iuris infamia, D. Thom. 2. 2. *q.* 68. *a.* 4. *ad tertium*, quæ quidem ſi proueniat ex ſententia lata in Iudicio Eccleſiaſtico, à ſolo Summo Pontifice poteſt tolli, vt aduertit Clauis Regia *d. cap.* 12. *num.* 18. Vnde quarto huiuſmodi calumniator infamia Iuris affectus efficitur irregularis. Theſaur. *de pœnis p.* 2. *c.* 1. *n.* 3.

25. Extenditur vero huiuſmodi pœna etiam ad Inſtigatorem, Sollicitatorem, ſeu Promotorem calumnioſum, imo & ad denunciatorem, qui ſit in vera calumnia, vt ſaltem puniendi ſint pœna extraordinaria, & Iudici arbitraria, & vt damnentur ad damna, expenſas, & intereſſe.

gare per torturam, quia ex hoc ſufficit ad publicam vindictam ſumendam de accuſato, & ad exemplum aliorum. Tum quia nullibi in Iure habetur, quod ſit neceſſe præcedere infamiam, niſi quando Iudex procedit ex officio per viam inquiſitionis, vt conſtat ex textu citato. Tum quia aliud eſt, quod accuſatio ſit inutilis ad pœnam infligendam, & ex hac parte ſit illicita aliud eſt, quod ſit mala ex eo, quod illam non præceſſit infamia. Hoc ſecundum non eſt verum, vt dictum eſt. Primum vero poteſt eſſe verum, ſi accuſatio ſit omnino inutilis ad bonum commune. Ad quod tamen vtilis poteſt eſſe etiam ſemiplena probatio, quæ poteſt ſeruire Iudici, vt ex officio diligentius inquirens probet delictum, vel vt Reus torqueatur, & eius confeſſio habeatur.

17. Neque hic violatur charitas, quia ſemper bonum commune iuſtitiæ vindicatiuæ præpondetat bono priuato accuſati, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 68. *a.* 1. Addes etiam, quod ſolemnitas infamiæ non eſt omnino de ſubſtantia Iudicij, vt probaui *d. cap.* 1. *num.* 75. *de accuſat. in* 6. Et non eſt in vigore omnino ſeruanda à Iudicibus Regularibus, niſi ad id ex proprijs legibus teneantur, vt patet ex *cap. qualiter il* 2. *de accuſat. in fin. & probatur vberius q. ſequenti*. Nec Sanchez citatus a S. Iuliano *lib.* 6. *conſ. dub.* 28. eius ſententiæ fauet, ſed ſolum dicit, quod vbi delictum non eſt probabile in iudicio, non licet de illo accuſare, quod eſt veriſſimum; Cæterum nullus ex antiquis Doctoribus dixit, quod accuſationem præcedere debeat infamia, quia iuxtà iura *cap. qualiter il* 2. *de accuſ. Et cap. licet Hali de ſimon.* acccuſationem præcedit Inſcriptio, inquiſitionem vero infamia. Et ita quod non ſit neceſſe, vt accuſationem præcedat infamia expreſsè tradidit Card. de Lugo *de iuſtit. d.* 37. *num.* 76. *&* 167.

Eſt etiam aduertendum, quod quotieſcumque accuſatio poteſt ſine peccato omitti iuramentum de non accuſando obligat. Sed tamen iuramentum de non accuſando factum ante commiſſum delictum eſt iniquum, & reſcindi debet. Card. de Lugo *diſp.* 38. *n.* 61.

SVMMARIVM.

18 *Quando accuſatio ordinatur ad publicam vindictam, ipſam non debet præcedere fraterna correctio.*

ARTICVLVS IV.

An accuſationem præcedere debeat correctio fraterna.

18. AFfirmant plures inter quos Bannes 2. 2. *q.* 68. *a.* 1. *d.* 1. & Franciſcus à S. Iuliano *d. aduert. vlt. num.* 10. Sed circa hoc non eſt immorandum; certum enim eſt, quod accuſatio non ordinatur ad correctionem fratris; ſed ad publicam vindictam, ſecundum quam etiam emendatus ad aliorum exemplum poteſt puniri; ideo non eſt neceſſe, quod accuſationem præcedat fraterna correctio, vt probaui *d. cap.* 1. *de accuſat. num* 61. *in* 6. Et latius probatur infra de denunciatore iudiciali. Et imo etiam pœnitens iam emendatus poteſt accuſari, vt ex Innoc. habet Sylu. *v. accuſatio n.* 7.

SVMMARIVM.

19 *An accuſator teneatur ad pœnã Tallionis, ſi non probat contra accuſatum, & an hæc pœna receſſerit ab Aula.*

20 *Quid ſentiant doctores circa hoc.*

21 *Regulares ſeruare debent ſuas Conſtitutiones circa hanc pœnam.*

Conſtitutiones Prædicatorum obligant Accuſatorem ad pœnam Talionis. ibid.

Et etiam Conſtitutiones Cappuccinorum. ibid.

22 *Quid ſit Calumniator verus, & Calumniator præſumptus.*

Tallionis pœna non debet imponi ſecundum æqualitatem, ſed ſecundum analogiam hoc eſt debent conſiderari qualitates accuſantis, & accuſati. ibid.

23 *Verus calumniator puniendus eſt pœna Tallionis, vel reſpectiuè pœna extraordinaria, & arbitraria.*

24 *Talis calumniator afficitur iuris infamia, ſi de calumnia fuerit condemnatus, & efficitur irregularis.*

25 *Pœna Tallionis, ſeu extraordinaria extenditur etiam ad inſtigatorem, ſollicitatorem, ſeu promotorem calumnioſum, & etiam ad denunciatorem, qui ſit in vera calumnia, & qui querelat, & inſtat apud Iudicem.*

26 *Extenditur etiam ad Procuratorem fiſcalem, qui ſit in vera calumnia.*

Ad hoc vt Accuſator damnetur ad damna, & expenſas in fauorem Rei, ſufficit temeritas in accuſando, & quod non habuerit iuſtam cauſam accuſandi. ibid.

Similiter Iudex ex officio calumnioſam inquiſitionem formans tenetur ad damna, & intereſſe, & debet puniri extra ordinem. ibid.

27 *Quomodo Iudex debeat procedere contra calumniatorem.*

28 *Accuſator calumnioſus ad pœnam Tallionis damnari debet, etiamſi ad talem pœnam non ſe ſubſcripſerit.*

29 *Quid ſit dicendum de calumniatore præſumpto, & num.* 30.

31 *Caſus in quibus Iudex arbitrari poteſt accuſatorem ex iuſta cauſa accuſaſſe, & ita excuſandum eſſe à pœna calumniæ, vſque ad* 40.

40 *Per quid excuſatur accuſator à vera calumnia, & à præſumpta.*

41 *Iuſta cauſa excuſat etiam ne Accuſator teneatur actione iniuratum.*

42 *Cauſa quæ excuſat à dolo, & culpa temeritatis excuſat ab expenſis, & pœna calumniæ, ſi vero excuſat ſolum à dolo, non excuſat ab expenſis.*

43 *Praxis*

Digitized by Google

43 *Praxis Status Ecleſiaſtici circa hoc.*

44 *Calumnioſus præſumptus de iure Canonico modo non eſt puniendus pœna Talionis, ſed pœna extraordinaria ad arbitrium Iudicis.*

45 *Tamen in Ordine Prædicatorum Calumniatores præſumpti puniri poſſunt pœna Talionis.*

46 *Quibus caſibus Accuſator Calumnioſus puniri poſſit pœna falſi.*

47 *Abſoluto accuſato non poteſt damnari Accuſator, niſi audiatur, & num. 48.*

ARTICVLVS V.

Ad quam pœnam teneatur accuſator, ſi non probet contra accuſatum.

19. EVm teneri ad pœnam Talionis habetur ex *l. fin.* §. 5. *l. de accuſat. & l. ſiue C. de Calumnia l.* 3. *C. de his qui accuſ. non poſſunt, &* 2. *q.*3. *c.*1. 2. 3. 4. *&* 5. *cap. qui crim* 2. *q.*15. D. Thom. 2. 2. *q.* 68 *num.* 4. Hic autem primo intrat difficultas, quam Penna ad Eymer. *p.* 3. *comment.* 14. vocat grauiſſimam. An ſcilicet hæc Talionis pœna ſit ex conſuetudine abrogata, & receſſerit ab aula.

20. Affirmant enim poſt *Speculat. in tit. de accuſat.* §.1. *n.*4. communiter DD. quos latè referunt. Menoch. *caſ.*321. & Farinac. *q.* 16. *n.* 3. Sed de Iure Canonico hanc pœnam ſubſiſtere voluit Clar. *q.* 12. quem ſequuntur Bict. *q.* 23. *num.*6. Didacus Scroi *p.* 3. *cap.*1. *num* 7. & Eliſeus de Bellegrand. *tract.* 1. *q.* 12. *num.* 11. Sed & hanc pœnam Talionis fuiſſe innouatam per Pium V. *Conſtit.* 5. §. *monemus præterea*, vult Didacus Scroi, quod & aduerterat Farinac. *q.* 16. *num.* 5. Verum Pius V. in d. Conſtitutione loquitur in caſu particulari ſimoniæ, blaſphemiæ, & ſodomiæ, & concubinatus, & nihil habet de neceſſitate inſcriptionis ad pœnam talionis, ſed ſolum vult quod *ſi aliqui ex calumnia aliquos denunciaſſe comperti fuerint, eos ad pœnam Talionis teneri*. DD. etiam communiter nulla facta diſtinctione dicunt pœnam Talionis receſſiſſe ab Aula. Clar. *q.*12. *num.*17. *& q.*81. *nu.* 3. Scacc. *in tract. crim. cap.*51. *num.* 14. Farinac. *quæſt.* 16. *num.* 3. Guazz. *defenſ.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. Bict. *q* 23. *num.*3. Quamuis huiuſmodi calumnioſi accuſatores puniantur pœna arbitraria. Couar. *l.* 2. *var. c.* 9. *num.* 1. Menoch. *de arb. l.* 1. *q.* 79. *num.*5. Farinac. *q.*16. *num.*1. Penna *ad* 3. *p. com.* 14. §. *ſed quid ſi vera.* Et alij, quos ſequitur Guazz. *def.*3. *c.*13. *n.*3.

21. Verum quidquid ſit de hac quæſtione Regulares ſuas Conſtitutiones, & Regulas ſeruare debent, & in Religione Cappuccinorum ſeruari debere pœnam Talionis referunt dd. Bictus, Scroi, & Eliſeus. In Ord. autem Prædicatorum *diſtinct.* 2. *c.*9. *text.* 4. *litt. D.* ſic ſtatuitur. *Item declaramus, quod ſi Accuſator deficit à probatione illius Criminis, de quo aliquem accuſauit, eadem pœna puniri debet, qua puniendus fuiſſet accuſatus ab Accuſatore conuictus, ſicut fuit ordinatum Vallifolet.* 1605. Idem habentur *d.* 1. *c.* 18. §. 1. *l.*11. Quamobrem in hoc Ordine accuſator calumnioſus pœna tallionis puniri debet. Videatur *cap. Rom.*1601. *ordin. Et cap. Vallifol.*163. *confirmatione* ....

22. Sed maior difficultas eſt; An vbi vel de Iure communi, vel ex ſtatuto pœna talionis locum habet, hoc intelligendum ſit nedum de calumniatore vero, ſed etiam de præſumpto. Calumniator enim verus, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. *q.*68. *a.*3. eſt ille, qui falſum crimen ſcienter deponit contra Accuſatum; Vnde ad hoc vt habeatur aliquis, vt calumniator verus, duo ſunt neceſſaria; primo, quod ſit probata falſitas depoſitionis; ſecundo quod probatum ſit Accuſatorem falſum crimen depoſuiſſe ſcienter, & ex malitia, ſed calumniator præſumptus dicitur, vel ex eo, quod non probauit verum eſſe, quod depoſuit, vel ab accuſatione deſtitit, vt communiter DD. docent, quot abunde refert Farinac. *q.* 16. *num.* 15. Eſt vero certum, quod vbi conſtat de vera calumnia, intrat pœna talionis, & hoc abſque dubio eſt neceſſarium iuxta d. Conſtitutionem Pij Quinti. Aduertendum tamen, quod hæc pœna imponi debet non ſecundum æqualitatem, ſed ſecundum analogiam, vt aduertit Didac. Scroi *p.*3. *c.*1. *num.*10. Si enim Princeps plebeium, percutiat non eſt iuſtum, vt repercutiatur ipſe, vel ſi plebeius percutiat Principem, non ſatis eſt, vt ipſe ſimili modo percutiatur. Et ideo Iudex in imponendo hanc penam talionis debet conſiderare qualitates accuſantis, & accuſati.

23. De eo igitur accuſatore, & vero calumniatore loquendo certum eſt, quod iuxta Tribunalium praxim, & ſtatuta puniendus eſt pœna talionis, vel reſpectiuè pœna extraordinaria, & arbitraria, vt per DD. quos referunt Clar. *q.*62. Menoch. *de arbitr. caſ.*321. *num.*1. Farinac. *q.*16. *num.* 10. Et quod hæc pœna, ſi ſit arbitraria extendi etiam poſſit ad pœnam mortis, habetur etiam ex Farinac. *num.* 5. & Guazz. *def.* 2. *c.* 13. *num.* 4. ſecundo hic calumniator tenetur reſtituere, & ſatisfacere quanti intereſt Reo. Sylu. *v. accuſatio q.*7. Clauis Regia *lib.* 12. *c.*15. *n.*13. Et ideo damnari debet etiam ad expenſas à Reo factas. Menoch. *caſ* 321. *numero vltimo*, Farinac. *d. q.*16. *n.*11. *&* 13. Clar. *q.*62. Guazz. *d. c.* 13. *num.*8.

24. Tertio huiuſmodi calumniator, ſi de calumnia fuerit condemnatus, afficitur Iuris infamia, D. Thom. 2. 2. *q.*68. *a.*4. *ad tertium*, quæ quidem ſi proueniat ex ſententia lata in Iudicio Eccleſiaſtico, à ſolo Summo Pontifice poteſt tolli, vt aduertit Clauis Regia *d. cap.* 12. *num.* 18. Vnde quarto huiuſmodi calumniator infamia Iuris affectus efficitur irregularis. Theſaur. *de pœnis p.*2. *c.*1. *n.* 3.

25. Extenditur vero huiuſmodi pœna etiam ad Inſtigatorem, Sollicitatorem, ſeu Promotorem calumnioſum, imo & ad denunciatorem, qui ſit in vera calumnia, vt ſaltem puniendi ſint pœna extraordinaria, & Iudici arbitraria, & vt damnentur ad damna, expenſas, & intereſſe.

Aduertendo tamen, quod ſimplex denunciator qui probare non tenetur, non debet damnari ad pœnam tallionis, ſed alia pœna arbitraria; damnari tamen debet ad damna & expenſas. Denunciator tamen, qui quærelat,& inſtat apud Iudicem, vt accuſatus puniatur, quia licet non ſit propriè accuſator, tamen in ſubſtantia talis eſt, quia inſtat apud Iudicem contra reum, etiam pœna talionis puniri debet, vbi illa eſt in vſu.

26. Et hoc eſt verum, nedum de priuato querelante, ſed & de Procuratore Fiſcali, qui ſit in vera calumnia. Nam nedum tenetur Reo actione iniuriarum, ſed imo concremari debet ex Conſtitutione Imperatoris *in l. vniuerſi C. vbi cauſ. fiſc.* quia hoc delictum etiam in Principis ignominiam redit, & ideò grauius puniri debet, vt per DD. relatos à Farinac. *q.16. num.* 20. *&* 21. Vnde multo magis damnari debet ad damna & intereſſe. Nam & ad hoc, vt accuſator damnetur ad damna & expenſas in fauorem rei, ſufficit temeritas in accuſando, & quod accuſator non habuerit iuſtam cauſam accuſandi. Guazz. *d. cap.*13. *num.* 8. Similiter Iudex ex officio calumnioſam inquiſitionē formans, nedum tenetur ad damna & intereſſe, ſed criminaliter extra ordinem puniri debet arbitrio Iudicis. Baiard. ad Clar. *q.* 62. *num.* 29. Farin. *q.*16. *num.*25. Guazz. *d. c.*13. *num* 9. Imo ad probandam Iudicis inquirentis veram calumniam ſufficit probare, quod Iudex proceſſerit ad inquiſitionem nullis præcedentibus indicijs, niſi forſan leuiſſimis & inanibus. Calumnia enim euidens in his dici poteſt, quod nullum præcedit inditium. Menoch. *de arbitr. caſ.*321. *num.*23. Farinac. *q.*16. *num.*27.

27. Et in hoc caſu veræ calumniæ Iudex contra calumniatorem non ſolum iudicij officio mercenario in eadem ſententia, in qua accuſatus abſoluitur procedit, cum certum ſit etiā accuſatione pendente accuſatum poſſe accuſantem de calumnia accuſare, vt per Clar. *quæſt.* 14. *verſ. tertius eſt caſus*, ſed etiam per viam principalis actionis, & contrariæ accuſationis poſt ſententiam prolatam; ita quod eo ipſo quod in ſententia ad fauorem accuſati prolata, accuſator non eſt damnatus de calumnia, non per hoc eſt abſolutus, ſed contra eum procedi poteſt; & ita quod ſiue ante, ſiue poſt ſententiam accuſator reconuenitur ab accuſato, & ſi adſit indicium ſufficiens accuſator ad carcerem deducitur, & torquetur.

28. Et ampliùs aduertitur, quod huiuſmodi accuſator calumnioſus puniri poteſt, vt ſupra pœna talionis, etiam ſi in libello ad talem pœnā non ſe ſubſcripſit, Syluеſ. *v. Accuſatio num.* 2. Armilla *num.* 3. & alij quos ſequitur Eliſeus de Bellegrandis *tract.* 1. *q.* 12 *num.*12. Et hoc fieri debet, vbi ſtatutum aliquod id decernat.

29. Sed calumniator præſumptus eſt, qui vel accuſationem non probauit, vel ab eo illicitè deſtitit. Ex quo enim accuſator, accuſationem non probauit præſumitur eum accuſaſſe ex calumnia; hæc tamen præſumptio non eſt Iuris, & de Iure, ſed eſt ſimplex præſumptio Iuris, contra quam datur probatio. Eſt verò difficultas. An huiuſmodi calumniator præſumptus pœna talionis puniri debeat. Hoc enim dici debere probatur ex *cap. qui non probauerit, & cap. ſi quis Epiſcop.* 2. *q.*3. *& cap. qui crimen* 2. *q.* 18. in quibus expreſsè ſtatuitur, quod pœna talionis puniatur accuſator, qui non probauerit, quod obiecit. Ex alia verò parte durum videtur, quod ex ſola præſumptione damnetur aliquis ad pœnam grauem etiam mortis. Dicendum verò eſt primò in terminis Conſtitutionis Pij V. ſolum calumniatorem verum puniri pœna talionis; voluit enim eos damnari, quos conſtiterit denunciaſſe per calumniam.

30. Dicendum verò eſt ſecundò, quod iuſta cauſa accuſandi excuſat à pœna talionis, & ab alia extraordinaria calumniatorem præſumptū, qui non probauit, quod obiecit. Habetur hæc concluſio ex D. Thoma 2. 2. *q.*68. *a.*4. *ad* 1. vbi ſic habet. *Et ideò quando Iudex cognouerit aliquem de falſo accuſaſſe, non voluntate nocendi, ſed inuoluntariè propter ignorantiam ex iuſto errore, non imponit pœnam talionis.* Eſt verò hic diſtinguendum inter forum conſcientiæ, & forum fori; nam in foro conſcientiæ error quomodocumque voluntarius, quantum ſufficit ad culpam mortalem, ſicut non excuſat à culpa, ſic non excuſat à pœna æterna, & ab obligatione reſtituendi damnum iniuſtè illatum. Vnde eſt quod vt aduertit Clar. *q.* 62. *verſ. vnum autem*, in foro conſcientiæ tenetur delinquens de damno, & iniuria alteri illatis ex culpa, quæ in foro fori cenſeatur leuis imo leuiſſima. At verò in foro fori delinquens non tenetur, niſi de damno illato per dolum, vel latam culpam. Et ideò ſicut in Ciuilibus actor, qui iuſtam litigandi habuit cauſam à calumnia excuſatur, & propterea in expenſis non condamnatur, etiam quod in actione per eum intentata ſuccubuerit, vt per Rotam *dec.*7. *de dolo, & contumacia*, & Menoch. *de Arbitr. caſ.*177. *num* 1. Farin. *q.*16. *num.* 70. *&* 71. Guazz. *def.*3. *c.*13. *num.*55. *& alios ab iſtis citatos.* Ita pariter & in Criminalibus excuſandus eſt à præſumpta calumnia accuſator, ſi iuſta cauſa, ſeù errore ductus accuſauerit, quamuis, & ipſe in accuſatione ſuccubuerit, vt habetur expreſsè *in l.* 1. 5. *ſed non vtique ff. ad Senat. Conſult. Turpil.* Iuſta enim cauſa non ſolum excuſat litigantem ab expenſis, ſed etiam ab omni Iuris Ciuilis, ſeu Canonici pœna, ſecundum Io. Andræam *cap. fin. de elect. in* 6. Et licet accuſator eo ipſo, quod accuſationem non probat calumniator præſumatur, & conſequenter in dubio in accuſante, ſeù litigante iuſta cauſa non præſumatur. Panormit. *in cap. finem litibus num.* 22. *& in cap. calumniatam de pœnis.* Nihilominus aduerſus iſtam iuris præſumptionem poteſt accuſator probare iuſtam accuſandi cauſam, & deducere alias præſumptiones excludentes animum calumniandi, & iniurandi, & huiuſmodi præſumptiones præferri debent.

Clar.

Clar. *q.*62. *verſ. ſed quæro*, & ibi Baiard. Bartol. & alij, quos refert Farinac. *q.* 16. *num.* 39.

31. Quamuis verò Iudicis arbitrio remittatur, vt videat, quæ ſit iuſta cauſa ſufficiens ad excuſandum accuſatorem præſumptum, vt habetur *in d. l.* 1. *ff ad Senat.Conſult. Turpil.* vt habent Menoch. *de arbitr. caſ.*321. *num.* 3. & Farinac. *d. q.*16. *num.* 4. Tamen numerantur plures caſus, in quibus Iudex arbitrabitur accuſatorem ex iuſta cauſa accuſaſſe, & ſic excuſandum eſſe à pœna calumniæ.

32. Primus caſus eſt, ſi accuſatus erat diffamatus de delicto, de quo accuſatur. Clar. *q.* 62. *& q.*72. *num.*8. Scacc. *d. cap.*13.*nu.*26. Menoch. *caſu* 521. *num.*9. & Farinac *q.*16. *num.*61. Si tamen quis non accuſat de facto commiſſo in propria perſona, Felin. *cap.* 2. *num.* 3. *de calumniator.* ſed accuſat de delicto commiſſo, vel de nocte, vel eo abſente, vel de quo ipſe per ſeipſum certitudinem non habet. Menoch. *de arbitr. caſu* 321. *num.*29. Quod etiam fama non excuſet, ſi quis accuſando non proſequitur ſuam, aut ſuorum inuidiam, ſed aliorum vult Scroi *p.* 3. *c.* 1. *num.* 12. Sed huius non video ſolidum fundamentum, quia fama de ſe valet, vt in accuſatore excludat dolum, & inducat bonam fidem etiam ſi de aliorum iniuria ſit accuſatio. Sylu. *v. accuſatio num.* 2.

33. Secundò excuſatur, ſi delictum ſemiplenè probauerit, Felin. *cap.* 2. *de calumn. numer.* 3. Menoch. *de arbitr. caſu* 231. Guazz. *d. cap.* 13. *num.* 16. quia ex ſemiplena probatione poteſt confeſſus deduci ad torturam, & damnari, ſi fuerit confeſſus. Farinacc. *q.*16. *num.* 41. qui tamen *num.* 47. hoc limitat, vt non procedat, ſi accuſator eſſet ſolitus calumniari, & maximè ſi tanquam calumnioſus aliàs fuit condemnatus. Sed de hac limitatione ego dubito, quia ſemiplena probatio ſufficit ad interrogandum Reum, & imò ad illum torquendum ſaltem in delictis exceptis, imò ſecundum multos, ſi ſit adminiculata, ſufficit ad pœnam extraordinariam. At vero ex eo quod accuſator fuerit calumniator, non debet præſumi quod nunc etiam ſit talis, ſi nunc probauit tantum, quantum ſufficit ad vitandam præſumptionem calumniæ.

34. Tertiò excuſatur accuſator à calumnia præſumpta, ſi fuit deceptus à teſtibus, qui contra promiſſionem factam in iudicio poſteà ſe nihil ſcire dixerunt. Clar. *q* 62. *num.* 8. Guazz. *d. c.* 13. *nu.* 20. Menoch. *caſu* 172. *num.*9. Farinac. *num.*50. Quinto ſi accuſat neceſſitate officij, ex qua cauſa excuſatur Procurator Fiſcalis, Tutor, & alij, qui ex neceſſitate officij, vel præcepti tenentur accuſare. Menoch. *caſu* 321. *num.*21. Farinac. *à num.* 52. Clar. *q.* 62. Guazz. *d cap.* 13. *num.* 31.

35. Sexto ſi accuſator accuſationem probauit per teſtes, qui reiecti fuerunt propter inhabilitatem perſonæ accuſatore hanc inhabilitatem ignorante. Farinac. *num.* 5. Septimo ſi accuſator habuit occiſi exculpationem. Specul. *tit. de calumn. in fine num.* 7. Menoch. *d. caſu* 321. *nu.* 31. Guazz. *d. c.* 13. *num.* 24. Farinacc. *num.* 60. Octauo ſi accuſator poſt propoſitam quærelam deſiſtat ab illa antequam reus citetur. Nono ſi accuſatus propter inditia exiſtentia contra illũ fuerit tortus. Sufficit enim, quod delictum ita ſit probatum, quod reus habeat neceſſitatem ſe purgandi per torturam. Farinac. *num.*62.

36. Decimo ſi accuſator habuerit indicium ſufficiens ad inquirendum. Farinac. *d. num.* 62. Guazz. *d. cap.*13. *num.*39. & multo magis excuſatur, ſi accuſationem probauit per vnum teſtem, Penna *p.* 3. *comm.* 14. §. *tandem accuſat.* Scacc. *tract. crim. cap.* 51. etiam ſi ille teſtis deponeret de confeſſione extraiudiciali. Didacus Scroi *d. cap.*1. *num.* 12. Si tamen iſte teſtis non eſſet infamis, aut fatuus. Guazz. *def.* 2. *cap.* 13. *num* 14. vbi *num.* 15. quod iſti teſti defertur iuramentum in ſupplementũ. Sed hæc non approbo, quia in criminalibus non admittitur, quod detur iuramentum in ſupplementum, Farin. *q.* 16. *num.*43. Et teſtis debet eſſe talis, qui ſemiplenè probet, ad quod non ſufficit teſtis inhabilis, vel vnicus, qui deponat de confeſſione rei.

37. Vndecimo ſi teſtes ab accuſatore nominati mortui ſunt. Duodecimo excuſatur, qui ratione ſanguinis ex immenſo dolore mouetur ad accuſandum, vt puta ſi parentes de morte filij, ſi vir de morte vxoris, vel adulterio in eum commiſſo, & è contra, & in his ſimilibus accuſans. Clar. *q.*62. Menoch. *d. caſ.*321. *num.*24. & 25. Guazz. *d. cap.*13. *num.*33. Farinac. *num.*56. Extendit hoc Guazz. etiam ad illum, qui accuſat calore iracundiæ.

38. Decimotertio excuſatur calumniator præſumptus in delictis atrocibus, in quibus præcipitur propter eorum atrocitatem conſcijs, & participibus, vt reuelent, vt in crimine læſæ maieſtatis, aut falſæ monetæ. Panormit. *c.* 2. *nu.* 2. vbi Felin. *num.* 6. *de calumniator.* Clar. *d. q.* 62. Menoch. *d. caſ.* 321. *num.* 26. Farinac. *num.* 56. Et nihilominus in hoc caſu non excuſari accuſatorem niſi delicta ſint occulta, non vero ſi ſint publica, & vt publica denunciat. Menoch. *d. caſu* 321. *num.*28. Farin. *q.* 16. *num.* 57. Guazz. *d. cap.*13. *num.*29. Vbi ex Maſcar. *concl.*253. *nu.* 16. declarat, vt excuſetur à pœna calumniæ, ſed non à pœna iniuriarum: ſed puto, quod in hoc & ſimilibus caſibus non ſit confundendus denunciator, cum accuſatore; Nam denunciator excuſatur etiam ſi delicta ſint publica, maximè ſi denunciare tenetur. Sed accuſator non eſcuſatur etiam ſi delicta ſint occulta, quia nec tenetur inſtare, vt reus puniatur, nec hoc debet facere niſi poſſit probare, & nihilominus ratione atrocitatis criminis excuſatur à pœna talionis.

39. Decimoquarto excuſatur mulier à præſumpta calumnia, & præcipuè ſi mulier ſit honeſtæ vitæ & famæ. Menoch. *d.caſ.*321. *num.*32. Farinac. *num.*58. Guazz *d. c.*13. *nu.*8. Sed contrarium voluit Alex. *conſ* 11. Et hoc admittunt etiam Far. & Guazz. *in publica meretrice*, vel vbi

mulier eſſet in vera calumnia. Sed licet verum ſit, quod in muliere faciliùs admitti poſſit error excludens præſumptionem doli, nihilominus etiam verum eſt, quod in mulieribus non minus regnat odium, vindicta, & malitia, quam in viris, & ideò arbitrarium erit Iudici videre, an mulier non probans accuſationem puniri debeat ex præſumpta calumnia. Decimoquinto excuſatur, qui fuit impeditus ne probaret accuſationem, vt puta, quia quis per vim & metum impediuit, ne teſtes examinari poſſent, vel fecit, vt falſum deponerent.

40. In iſtis igitur caſibus non excuſatur accuſator à vera calumnia, excuſatur tamen à calumnia præſumpta, ex eo quod non probauit accuſationem. A calumnia enim vera, vbi de ea conſtat nullus color excuſat, non fama, nec indicia, nec præſumptio, nec ſemiplena probatio, nec Principis Reſcriptum. Menoch. *d. caſu* 321. *num.* 23. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 254. *num.* 40. & alij apud Farinac. *num.* 74. A præſumpta etiam calumnia excuſat iuſta cauſa non tamen iniuſta, & non legitima. Axioma enim illud, quod quælibet beſtialis, temeraria ac iniuſta cauſa excuſat delinquentem à dolo *l. igitur ff. de liber cauſ. l. de ætate* §. *qui iuſto ff. de interrogat. act.* non procedit, niſi in delictis extraiudicialibus, ſecus in Iudicialibus, prout eſt delictum calumniæ, vt ex Baldo, & Soccin. probant Menoch. *d. caſ.* 321. *num.* 6. & Farinac. *num.* 65. Diſtinguit tamen Guazz. *d. cap.* 13. *num.* 54. in hoc caſu initium accuſationis ab illius proſecutione. Quia ſi in proſequutione cauſæ accuſator cognoſcit iniuſtitiam, & temeritatem accuſationis, ſi continuat non excuſatur à pœna calumniæ. Excuſatur tamen ex cauſa iniuſta, ſi proponit accuſationem, quia in initio non tenetur ita arcte habere præ manibus probationes legitimas. Verum licet verum ſit, quod facilius in principio accuſationis locum habere poſſit bona fides excludens dolum, & latam culpam. Tamen abſolutè verum eſt, quod accuſans ex iniuſta cauſa præſumitur calumnioſus. Et ideo non excuſatur à calumnia præſumpta, & pœna calumniæ.

41. Voluerunt etiam aliqui, quos referunt Farinac. *q.* 16. *num.* 67. & Guazz. *d. cap.* 13. *n.* 60. quod iuſta cauſa non excuſat accuſatorem, qui non probauit accuſationem, quin teneatur actione iniuriarum. Verum eum in eo, qui habet iuſtam cauſam accuſandi ceſſet omnis dolus, & fraus animi; imo in crimine iniuriarum excuſat etiam cauſa iniuſta, ſecundum aliquos, quos referunt Farinac. *q.* 16. *num.* 71. & Guazz. *d. cap.* 13. *num.* 53. Ideo dicendum eſt, quod iuſta cauſa excuſat, etiam ne accuſator teneatur actione Iniuriarum, in qua præcipuè conſiderari debet, an accuſator habuerit animum faciendi, vel non faciendi iniuriam, à quo dolo cauſa iuſta excuſat Farinac. *d. q.* 16. *num.* 69. Guazz. *d. cap.* 13. *num.* 61.

42. Alij verò voluerunt, quod cauſa iſta licet excuſet à calumnia præſumpta non tamen excuſat à condemnatione expenſarum, ita Panormit. *conſ.* 78. *in fine lib.* 1. Menoch. *d. caſ.* 321. *nu.* 34. Sed oppoſitum docent plures apud Farinac. *num.* 71. Sed placet diſtinctio Farinaecij volentis conſiderari, an cauſa ſit talis, quæ excuſet ſolum à dolo, vel potius excuſet à dolo & culpa temeritatis. Nam ſi cauſa non excuſat à temeritate & culpa, non excuſat ab expenſis, licet aliàs excuſaret à calumnia præſumpta. Qui enim eſt in culpa, iam culpabiliter eſt cauſa damni alterius; & ideò damnari debet vt ſatisfaciat. Et nihilominus quod accuſator non damnetur in Statu Eccleſiaſtico in expenſis, niſi appareat de vera calumnia ex Baiard. ad Clar. *q.* 62. *num.* 24. refert Guazz. *def.* 3. *c.* 13. *num.* 35. addens, ſe nunquam vidiſſe in Curia Romana quod quis damnatus fuerit in expenſis, ſi habuit aliquem colorem accuſandi, & non fuit in vera calumnia. Vbi verò accuſator ex iniuſta cauſa accuſat, poteſt damnari in expenſis, quod verum eſſe etiam in inſtigatore, & denunciatore, tradit idem Guazz. *d. num.* 35. poſt Ant. de Sole, Hier. Grat. & Baiar. *d. q.* 62. *num.* 37. Cæterum, quod iuſta cauſa excuſet ab expenſis etiam ſi adſit ſtatutum, quod victus victori in expenſis condamnetur, probat idem Farinac. *d. q.* 16. *num.* 73. Guazz. *d. cap.* 13. *nu.* 57. Couar. *pract. quæſt. cap.* 27.

43. Quamuis vero iuſta cauſa accuſandi probari debeat tamen ſufficit ad hoc ſemiplena probatio, etiam ex vehementibus coniecturis, & imo per iuramentum ſi aliquæ coniecturæ concurrant, vt pluribus DD. citatis probat Guazz. *d. c.* 13. *num.* 45. 46. & 47.

44. Dicendum eſt tertio quod calumniator præſumptus, nec de Iure Canonico modo puniendus ſit pœna talionis, ſed ſolum pœna extraordinaria ad arbitrium Iudicis. Nedum enim hoc ſentiunt magis communiter DD. etiam Canoniſtæ, ſed deducitur ex d. Conſtitutione *Pij* V. in qua ad pœnam talionis damnantur ſolum calumniatores veri. Nec obſtat quod d. Conſtitutio loquatur de Criminibus Simoniæ, Blaſphemiæ, Sodomiæ, & Concubinatus, quia quantum ad vim directiuam dici debet vniuerſalis, quia non eſt veriſimile quod Pontifex voluerit magis puniri præſumptum calumniatorem, vbi agitur de delictis minus probabilibus, quam vbi agitur de delictis ſimoniæ, &c.

45. In Ordine tamen Prædicatorum huiuſmodi calumniatores præſumpti puniri poſſunt pœna talionis ex vi *l. municipalis ſupra recenſitæ*, quæ non poteſt dici conſuetudine abrogata. Quod enim accuſatores non probantes accuſationem frequenter non damnentur ad pœnam talionis, hoc ideò eſt, quia vt plurimum accuſantes habent iuſtam cauſam id faciendi, vel ex aliqua ex dictis cauſis excuſantur; & ideò non ſubduntur pœnæ talionis, excuſari enim non obſtante ſtatuto, ſi accuſator habuit iuſtam cauſam accuſandi aduertit Guazz. *def* 2. *cap.* 13.

46. An vero accuſator calumnioſus puniri debeat pœna falſi, dicitur non debere puniri, niſi

niſi in his caſibus. Primo ſi interrogatus reſpondet, ſi velle vti quærelę, & probationibus ſubinde factis. Secundo ſi accuſator ſub iuramento examinatus vt teſtis, deponit falſum. Tertio ſi falſos teſtes induxerit, aut aliquam falſitatem immiſcuerit præter accuſationem. Farinac. *d. q. 16. num.* 4. qui latè hanc quæſtionem ibi explicat. Guazzin. *defen. 2. cap. 13. num. 13.*

47. An etiam accuſator calumniator abſoluto per ſententiam accuſato, & quod contra illum non ſit probatum delictum debeat prius audiri, vt dicat cauſam, quare non debeat puniri tanquam falſus accuſator, & calumniator.

Reſpondetur quod cum accuſator ex pluribus cauſis poſſit purgare malitiam, & vel in totum, vel in partem vitare pœnam, non poteſt damnari, niſi auditus, & defenſus, & hæc ſententia eſt generalis, imo Farin. *d. q. 16. nu.* 39. obſeruat, quod accuſator, qui non probauit, & ex hoc eſt præſumptus calumniator poteſt probare iuſtam accuſandi cauſam, & ſatis dicitur probatum contrarium, ſi aduersùs illam præſumptionem deducantur aliæ præſumptiones excludentes animum calumniandi, & iniurandi ex aliqua cauſa, taleſque præſumptiones præferri debeant præſumptioni calumniæ. Poteſt verò accuſator in eodem proceſſu damnari, præmiſſa accuſati abſolutoria, & accuſatore audito. Clar. *q.* 62. quod ſi accuſator non ſit damnatus in eodem iudicio, poterit adhuc in alio iudicio, vel ad inſtantiam partis, vel ex officio per aliam ſententiam damnari. Nam Iudex contra calumniatorem euidentem poteſt ex officio procedere.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit inquiſitio.*
Modus procedendi per inquiſitionem licitus eſt nedum de Iure Canonico, ſed etiam de conſuetudine de Iure Ciuili. ibid.
In iſto modo fama, vel notorietas delicti tenet locum accuſatoris; Fiſcus vero ſeu Procurator Vniuerſitatis habet locum pulſantis Iudicem. ibidem.
2 *Diſtinguitur inquiſitio in generalem, & ſpecialem, & quid ſit vtraque, & quomodo diſtinguantur inter ſe.*
3 *Alij diſtinguunt illam in inquiſitionem generalem, ſpecialem, & mixtam, ſeù in generaliſſimam, generalem, & ſpecialem.*
4 *Diſtinguitur etiam in inquiſitionem paternam, & iudicialem.*
Et prima explicatur, & ſubdiuiditur. ibidem & num. 5.
6 *Inquiſitio iudicialis, de qua hic eſt ſermo, per ſe primo ordinatur ad publicam vindictam.*
Diuiditur in genericam, & ſpecificam, ſeu in inquiſitione facta inſtante accuſatore, & in inquiſitione facta ex officio Iudicis. ibid.

QVAESTIO VIII.

De modo incipiendi proceſſum per Inquiſitionem, ſeù ex officio.

ARTICVLVS I.

Quid ſit & quotuplex Inquiſitio.

1. INquiſitio eſt incerta & occulta inueſtigatio eius, quod certo cognoſci debet, vt Iudex iuſtè iudicare poſſit, et ſoluere vel ligare. Hunc igitur modum procedendi licitum eſſe habetur ex *cap. qualiter & quando il 2. & cap. Inquiſitionis de accuſat. & cap. licet Heli de ſimon. & c. 1. de accuſat. in 6.* vbi DD. Quod eſt verum nedum de Iure Canonico, ſed etiam ſaltem de conſuetudine de Iure Ciuili. Et modo hic modus procedendi eſt remedium ordinarium, quia inquiſitio ſucceſſit accuſationi *l. 2. §. ſi ex publ. ff. de adult. & l. penult. ff. de public. Iudic. & l. congruit ff. de Præſid.* Farinac. *q. 56. num.* 316. Clar. *q.* 51. Vnde hic modus non eſt fallentia Regulæ ſed Regula. Neque in hoc modo procedendi deficit Actor, quia quantum ad munus manifeſtandi delictum Iudici ſama, vel notorietas delicti tenet locum accuſatoris: pulſatio verò Iudicis non deeſt, quia inſtat Fiſcus tanquam miniſter et procurator Vniuerſitatis petentis puniri delicta. De hac materia verò multa dixi, *cap. poſtquam 1. de accuſat. in 6.* quæ ſufficit hic breuiter recenſere.

2. Diſtinguitur inquiſitio in generalem & ſpecialem, vtraque habet pro obiecto delictum & delinquentem, generalis verò inquiſitio eſt, quæ fit à Prælatis & Superioribus viſitantibus Regna, Prouincias, Diœceſes, Conuentus, & inquirentibus, an in illis pullulent zizania, quæ euellenda ſint, vnde vt adnotauit Carena *in praxi p. 3. tit. 1. n. 3.* ad hanc pertinet etiam edictum Inquiſitorum præcipientium denunciari hæreticos, aut de hæreſi ſuſpectos, ſed ſpecialis eſt, quæ ſuper certo delicto fit contra certam & determinatam perſonam. Vtraque præſupponit quodammodo delictum. Sed generalis præſupponit delictum in eſſe poſſibili, ſeù vage ex præſumptione fundata in ea morali neceſſitate, ſecundùm quam Chriſtus dixit neceſsè eſſe, vt veniant ſcandala; ex imperfectione enim & infirmitate humana, & diaboli malitia, ſcandala oriuntur, nec eſt inuenire Communitates hominum, ſine malorum admixtione; & ideò Superiores iuſtè præſumentes inueniri delicta, & delinquentes, ea inuenire procurant, vt emendent, & corrigant; ſed inquiſitio ſpecialis præſupponit delictum in ſingulari, & delinquentem in indiuiduo inquirit. Ideò diſtinguuntur ſecundo ex fine; nam finis inquiſitionis generalis eſt correctio delinquentium, & delictorum purgatio per emendationem, correctionem, & pœnitentiem delictorum; ſed finis inquiſitionis ſpecialis eſt publica vindicta, vt ſcilicet iuxta demerita delinquentes ad exemplum aliorum puniun-

puniantur, & ſic publica pax, & quies Reipublicæ cuſtodiatur, & ſubditi coerceantur à delictis patrandis.

3. Sed multi diſtinguunt Inquiſitionem in Generalem, ſpecialem, & mixtam, quæ partim ſit Generalis partim ſit ſpecialis. Nam poteſt eſſe, quod de delicto conſtet, & delinquens ſit occultus, vel è contra delictum ſit occultum, & de certa perſona inquiratur an deliquerit, vt ſit in ſyndicatu, in quo in fine officij alicuius inquiritur in genere, an adſit aliquid contra ſyndicatum. Et ſic generalem dicunt, quæ eſt de delicto, & delinquente occultis, ſpecialem, qua inquiritur de perſona particulari ſuper delicto certo, mixtam vero quando delictum eſt publicum, ſed delinquens eſt occultus, vel delictum eſt occultum, ſed de certa perſona inquiritur, an aliquod delictum commiſerit, vt ſit in ſyndicatu. Et in idem coincidit alia diſtinctio, qua inquiſitio diſtinguitur in generaliſſimam, generalem, & ſpecialem. Generaliſſima eſt, quando tam delictum, quam delinquens ſunt occulta; generalis quando horum alterum eſt, notum & aliud inquiritur, ſpecialis vero quando ſuper certo delicto inquiritur, an perſona certa illud patrauerit.

4. Sed præcipua diſtinctio, quæ hic attendi debet ex ſine deſumitur, vel enim Inquiſitio ſit ad corrigendum delinquentes paternè, & ad dirigendum per iuſtas leges Communitatem, ſeu etiam ad diſtribuendum dignitates, Prælaturas, & officia iuxta exigentiam boni communis, & iuſtitiæ diſtributiuæ, vel inquiſitio ordinatur per ſe primo ad publicam vindictam, & ad puniendos delinquentes. Prima inquiſitio non eſt iudicialis, ſed paterna, & per ſe primo quærit delicta, & ex conſequenti delinquentes; ideo ex ſententia communi DD. non eſt neceſſe, quod illam præcedat infamia alicuius perſonæ in particulari, quia nec eſt neceſſe, vt illam præcedat notitia alicuius delicti in particulari, vel quod præcedat probatio alicuius corporis delicti, ſed imò reſpicit delicta occulta, & illa quærit non per ſe primo, vt illa puniat, ſed vt illa emendet, & per leges opportunas, ſi opus eſt, illa impediat, & vt communitatem dirigat. Et aliquando etiam de perſona particulari inquirit, an habeat aliquod delictum, vel impedimentum, quo perſona reddatur indigna, vel minus digna, vt ad aliquod officium promoueatur, & ſic poteſt eſſe ſpecialis ex parte perſonæ, & generalis ex parte delicti. Et pariter poteſt eſſe ſpecialis ex parte delicti, de quo conſtat, & ex parte perſonæ generalis, ſed quæcumque illa ſit non ordinatur per ſe primo ad punitionem delinquentis, ſed ad directionem communitatis, & delinquentis emendam.

5. Et huiuſmodi eſt inquiſitio, quam habent Viſitatores Regnorum, Prouinciarum, Religionum, Conuentuum. Et de hac dicunt benè DD. quod non eſt neceſſe, quod denunciantibus detur Iuramentum de veritate dicenda, vel de calumnia, imò multi volunt, quod non poſſit dari. Praxis verò Religionum eſt, vt Viſitatores imponant præceptum obligans ſubditos ad reuelanda, quæ oportet Viſitatorem ſcire, vt poſſit Communitatem dirigere, & delicta corrigere, & emendare. De cuius præcepti obligatione, quam plura DD. tradunt, & communiter docent, quod neceſſariò præmittenda ſit correctio fraterna, & quod non ſint denuncianda delicta emendata, vel etiam delicta occulta, quæ directè non ſunt contra bonum commune, vel non tendunt in præiudicium tertij innocentis. In quo tamen ſemper conſiderandum eſt, quod huiuſmodi Viſitationes non ſolum ordinantur ad emendam particularium perſonarum, ſed ad bonum Regimen Communitatis, & vt non promoueantur indigni, vel inhabiles. Et ideò ſi ad hos fines ſit neceſſaria reuelatio alicuius occulti, obligabitur ſubditus ad illud reuelandum, ſeruando quantum fieri poteſt famam delinquentis, & vt reuelatio non fiat publicè, & in ſcriptis, ſi hoc vitari poteſt; & hoc poteſt habere locum etiam ſi delictum ita ſit occultum, vt probari non poſſit; ſemper enim bonum commune præferri debet bono priuato particularis perſonæ. Alias vero contingere poteſt, vt ad bonum commune conducant neceſſario etiam probabiles ſuſpiciones. Sed de hac inquiſitione extraiudiciali nunc non loquimur.

6. Eſt ergo alia inquiſitio, quæ per ſe primò ordinatur ad publicam vindictam, & hæc eſt inquiſitio iudicialis, de qua in præſenti quærimus. Hæc verò inquiſitio diſtinguitur in geneticam, & ſpecificam. Prima eſt genus ad omnem proceſſum, ſiue fiat per accuſationem, ſiue per denunciationem, ſiue quocumque alio modo. In his ſemper inquiritur veritas, vel delicti, vel Innocentiæ. Et ſic hæc inquiſitio eſt inueſtigatio facta à Iudice ſuper aliquo facto, & Iure dubio, vt eo inuento Iudex decernat ius ei, ad quem ſpectat. Sed inquiſitio ſpecifica eſt illa, quæ ſit per modum procedendi, qui ſit diſtinctus à modo procedendi per accuſationem, aut quærelam. Et hæc eſt inueſtigatio facti, & Iuris occulti, vt ſupra, ſed inchoata à Iudice ex officio, & non ad alicuius particularis inſtantiam. Hic enim modus procedendi retento nomine generico vocatur inquiſitio, ſed clarius modo datur diſtinctio, vt alia ſit Inquiſitio facta inſtante accuſatore aliquo, & alia facta ex officio Iudicis, & de hac eſt ſermo principalis in hac quæſtione.

SVMMARIVM.

7 *Ad Inquiſitionem Generalem, ſeu Generaliſſimam non neceſſario debet præcedere Infamia delicti, ſeu delinquentis.*

8 *Inquiſitio vero ſpecialis, & Iuridica non poteſt fieri à Iudice Ordinario, ſeu delegato, niſi præcedat infamia.*

Ad hanc Inquiſitionem ſufficit infamia publica, vel frequens inſinuatio. ibid.

9 *Et*

9 *Qua infamia non ſufficiat ad Inquiſitionem iuridicam.*

10 *Quid ſentiant DD. an infamia ſit ſufficiens ad conſtituendum Reum in Iudicio.*
Infamia pura in iudicio probata non citato Reo non ſufficit ad interrogandum Reum. ibid.

11 *Sola Infamia probata non citato Reo non ſufficit ad capturam, niſi adſit timor fugæ.*

12 *Ad Inquirendum ſpecialiter contra Reum non præmiſſa Inquiſitione Generali, neceſſario debet præcedere Infamia, quæ ſi non præcedat poteſt per Inquiſitionem generalem parari via ad ſpecialem.*

ARTICVLVS II.

An Inquiſitionem ſpecialem præcedere debeat Infamia.

7. CVm, vt explicatum eſt, inquiſitio diuiditur in generalem, ſpecialem, & mixtam, & certum ſit inquiſitionem generalem, ſeu, vt alij vocant generaliſſimam non præcedere neceſſario infamiam delicti, vel delinquentis, dubitatur, an inquiſitionem ſpecialem, aut etiam mixtam præcedere debeat infamia. Nam, ſpecialis Inquiſitio eſt inueſtigatio certi delicti, & certi delinquentis v. g. an Titius occiſus ſit, & an Seius illum occiderit; Et ſic quæritur, an adhoc, vt Iudex hoc modo inquirat, neceſſe ſit quod præcedat infamia, nimirum, quod homicidium ſit famoſum, & Seius de illo ſit diffamatus, vel in inquiſitione mixta, ſi certum ſit homicidium, & occultus homicida vt poſſit inquiri, an Seius occiderit, ſi de hoc non ſit diffamatus.

8. Hanc enim inquiſitionem ſpecialem, & iuridicam non poſſe fieri niſi præcedat Infamia, ſeu contra famoſum delinquentem decreuit Innoc. III. *cap. cum oporteat*, *& cap. Inquiſitionis*, *& cap. qualiter el 2. de accuſ.* & Cœleſtinus III. *cap. licet Heli de Simon.* Et ſic ad hanc inquiſitionem haud requiritur, quod per prius probetur corpus delicti, iuxta dicenda infra; ſed requiritur, quod delinquens contra quem Iudex vult inquirere, ſit de delicto infamatus. Et hoc eſt verum, ſiue Iudex inquiens ſit ordinarius, ſiue ſit delegatus, & ità vt Iudex per prius debeat probare infamiam, quam inquirat ſpecialiter contra præcenſum Reum, vt per rationes, & DD. relatos *cap. 1. de accuſ. in 6.* ſufficit vero ſi præcedat clamoroſa inſinuatio; qualiter vero diſtinguuntur infamia, & frequens inſinuatio dixi loco citato *num. 22.* Infamia enim publica eſt illa, quæ eſt in loco, vbi eſt Iudex, & quæ illi eſt per ſe ipſam cognita, frequens vero inſinuatio eſt infamia, quæ per ſe ipſam non eſt Iudici manifeſta; ſed frequenter illi inſinuata. Sic ergo per viam inquiſitionis procedi non poteſt (quantum ſic ex Iure ſcripto, & in præfatis textibus contento) nec poteſt Iudex inquirere, niſi contra infamatos, & pro delictis publicis, notorijs, ſcilicet, vel famoſis, vt docuit D. Tho. 4. *diſt. 29. quæſt. 2. a. 3. quæſt. 1. ad quartum*, in prima reſponſione, *& quodlib. 11. a. 13.*

9. Non ſufficit vero qualibet infamia, quia non ſufficit illa, quæ ortum habuit à maleuolis, ſeu maledicis, *cap. qualiter el 2. de accuſat.* Et ideo opus eſt, quod hæc infamia ſit ex probabilibus coniecturis, ex quibus prudentes infamiam deducere poſſint. Et quod ſit conſtans, ſolida, & durans apud probos, & bonos viros. Rota *deciſ. 264. num. 4. & deciſ. 315. n. 11.* apud Farinac. *poſt reſp. crim.* Et ſic non ſufficit, quod infamia duret apud paucos, ſed neceſſe eſt, vt maneat apud multos, graues, & probos viros. Iudex ergo attendere debet cauſam originis infamiæ, & non tantū numerum perſonarum, apud quos viget, & non ſufficit conſiderare, quod dicitur, ſed vnde à quibus, & quid, & quale dicitur, cum alias certum ſit innocentiſſimos viros vulgi opinione periiſſe.

10. Cum vero DD. non conueniant in hoc an ſola infamia ſufficiat ad conſtituendum Reum in Iudicio, & illum interrogandum negantibus id pluribus, eo quod infamia non inducat ſemiplenam delicti probationem, & alijs affirmantibus; Inter quos eſt Serra 2. 2. *q. 67. a. 3. d. 2. concl. 3.* in hoc conueniunt, quod ſi infamia ſit vehemens, ideſt, adminiculata alijs Indicijs, ſit ſufficiens, nedum ad capturam, & ad interrogandum Reum, ſed etiam ad tranſmittendam Inquiſitionem, imo ad torturam. Verum eſt aduertendum, quod ſi ſeruaretur ſtatutum Innoc. III. *in d. cap. qualiter el 2. de accuſ.* vt, ſcilicet, quod antequam interrogetur Reus detur illi copia proceſſus, & informationum, vt videre poſſet an infamia contra illum ſit legitimè probata, bene admitti poſſet, quod infamia ſufficeret ad interrogandum Reum, ſi eſſet talis, quam Reus nec potuiſſet illam impugnare; ſed quia hodie Iudices illud ſtatutum Innoc. III. non ſeruant, ideo potius dicendum eſt, quod infamia pura in iudicio probata non citato Reo, illoque non audito, non ſufficit ad interrogandum Reum, & in hoc vera eſt ſententia Gloſſ. *in cap. veniens v. illorum de teſt.* & ibidem Butt. *num. 10.* Panormit. *num. 8.* Felin. *num. 12.* Dec. *num. 25.* & aliorum, quos refert, et ſequitur Farinac. *in praxi q. 47. num. 59.* Et ſic infamia ſola vix ſufficit ad incipiendam inquiſitionem per examen teſtium. Ad quem effectum ſufficit, quod infamia ſit orta à probis viris, vt voluit Felin. *d. cap. veniens n. 17.*

11. Sed ſi neſciatur vnde infamia ſit orta, vel ortum habuit à maleuolis, tunc opus eſt, vt probetur, quod ſit orta ex probabilibus coniecturis, & vt talis apud probos viros inualuit, vt aduertit Felin. loco citato, & in hoc ſenſu dixit Farin. *num. 154.* quod nuda fama non ſufficiat ad tranſmittendam Inquiſitionem Reo, ſed quod in hoc caſu melius ſit expedire mandatum capturæ, ad quod ſimplex fama ſufficit. Et ſi Reus capiatur, tunc præſens interrogetur, & ſi fugiet tunc infamia adiuncta

fuga,

fuga, & ea probata tunc poterit tranſmitti inquiſitio, quod tamen procedit in ſententia illorum, qui exiſtimant, quod ſola infamia ſufficiat ad capturam, ſed vt dictum eſt hoc controuertitur inter DD. & ſtante praxi hodierna Iudicum dicendum eſt, quod ſola infamia probata non citato Reo, non ſufficiat ad capturam, niſi adſit timor fugæ.

12. Verum hæc quidem procedunt de Iure antiquo & ſcripto. Nam alias ſolemnitatem infamiæ receſſiſſe ab Aula conſuetudine iudicantium dixerunt. Clar. *in praxi* §. *fin.q.6.* Farinac. *q.9. num.31. & ſequent.* Bict. *in epit. q.17. nu.13.* quod probatur & explicatur ex ſequentibus articulis, in quibus probatur ſolemnitatem hanc infamiæ non eſſe neceſſariam, ſed pro concordia dicas quod ad inquirendum ſpecialiter & immediatè contra Reum non præmiſſa Inquiſitione generali, vel denunciatione neceſſariò præcedere debeat infamia, ſed ſine præcedente infamia poteſt per Inquiſitionem generalem parari via ad ſpecialem, vt poſt Innoc. *cap. Bona de elect.* qui dicit hoc totum mundum ſeruare, & R. P. D. Fagnan. *d. c. Qualiter num. 36. de accuſ.* tradunt plurimi DD. quos retuli *cap.1. de accuſat. in 6. num.53. & num.30.*

SVMMARIVM.

13 *Ad inquiſitionem delicti non requiritur quod delictum ſit famoſum, ſed ſufficit quod Iudex habeat cognitionem illius, & ſuſpicionem probabilem.*

14 *Pontifices qui voluerunt, quod infamia præcedat inquiſitionem, loquuti ſunt de inquiſitione delinquentis, non delicti.*

ARTICVLVS III.

An ad inquirendum delictum ſit neceſsè, quod delictum ſit famoſum.

13. ANtequam in particulari deueniamus ad caſus, in quibus non ſit neceſsè quod inquiſitionem præcedat infamia, quia hic duo ſunt ſpectanda, ſcilicet delictũ, & delinquens, videndum eſt, an ſecundum iura diffamatio ſit neceſſaria ad inquirendum delictum, an, ſcilicet, ad inquirendum an ſit commiſſum homicidium neceſsè ſit, quod delictum homicidij ſit famoſum. Et dicitur quod vbi inquiritur, an delictum fuerit commiſſum, non eſt neceſsè, quod delictum ſit famoſum, ſed ſufficit, quod Iudex habeat cognitionem illius & ſuſpicionem probabilem, talem, ſcilicet, vt prudenter ſe moueat ad inueſtigandum an delictum fuerit commiſſum. Probatur ex iuribus citatis, in quibus expreſsè eſt ſermo de inquiſitione delinquentis. Sic enim *cap. Inquiſitionis §. Tertiæ dubitationi de accuſat.* Innoc. III. dicit. *Nullum eſſe pro crimine ſuper quo nulla laborat infamia, ſeu clamoſa inſinuatio non præceſſerit, propter dicta huiuſmodi puniendum, quin imo ſuper hoc depoſitiones contra eum recipi non debere,* & *cap. qualiter & quando il 2. eod. tit.* idem Innoc. III. dixit. *Ex quibus auctoritatibus manifeſtè probatur, quod non ſolum cũ ſubditus, verum etiam cum Prælatus excedit, ſi per clamorem & famam ad aures Superioris peruenerit, &c.* & *cap. licet Heli de ſimon.* Cœleſt. III. & in eodem ſenſu dixit *Contra quos (vt de notorijs exceſſibus taceatur) quod per inquiſitionem clamoſa debet inſinuatio præuenire,* & *cap. 1. de accuſ. in 6.*

14. Poſtquam coram eo, *qui contra de ſuper certis criminibus fuerat deputatus, &c.* & ibidem *cap. 2. Si cui contra te commiſſa fuerat ſimpliciter inquiſitio.* Ex his enim apertè conſtat, quod vbi Pontifices voluerunt, quod inquiſitionem præcedat infamia, loquuti ſunt de inquiſitione, quæ fit contra delinquentem, non verò de inquiſitione delicti, ſeù inueſtigatione an delictum cõmiſſum fuerit. Et ſic Iudex, etiam ſi delictum non ſit famoſum, ſed occultum, poteſt inueſtigare, & inquirere, an illud fuerit commiſſum. Imo, vt infra ſuo loco probatur, de exiſtentia delicti prius debet conſtare, antequam Iudex nquirat contra delinquentem.

SVMMARIVM.

15 *Aliqui DD. affirmant Iudicem poſſe ſpecialiter inquirere contra denuntiatum de delicto infamatum, & aliqui limitate negant.*

16 *Ex ſola denunciatione non poteſt Iudex Reum interrogare.*

Poteſt tamen incipere proceſſum contra Reum, & informationes ſumere, licet delicta non ſint publica, & famoſa. ibid.

Modo denunciatio ſupplet vicem accuſatoris, & vbi eſt neceſſaria accuſatio ſufficit denunciatio iudicialis ibid.

Secundum Conſtit. 5. Pii V. Iudices ad ſimplicem denunciationem poſſunt procedere contra ſimoniacos, & alios criminoſos ſimiles. ibid.

ARTICVLVS IV.

An vbi præceſſit denunciatio, ad hoc, vt Iudex inquirat contra aliquem neceſſe ſit, quod denunciatus ſit de delicto infamatus.

15. DE modo procedendi per denunciationem dicendum erit quæſtione ſequenti, ſed vt videatur an ſolemnitas infamiæ receſſerit ab aula, & quod ad inquirendum non eſt neceſſe, quod ſẽper præcedat infamia delinquentis, neceſſe eſt præmittere hunc articulum, & quærere an vbi denunciatus non eſt de delicto infamatus; Iudex poſſit contra illum ſpecialiter inquirere. Negant aliqui, & alij limitatè affirmant, concedentes non eſſe neceſſe, quod præcedat infamia, quando denunciatio fit à Procuratore fiſcali. Hos retuli *cap. 1. de accuſ. in 6. num.30.*

16. Sed dicitur, quod licet ex ſola denunciatione

Digitized by Google

tione non poſſit Iudex Reum interrogare, nihilominus, nedum ſi delicta ſunt publica, & famoſa, ſed etiam ſi ſint occulta, ſed in iudicio probabilia, poteſt Iudex incipere proceſſum contra Reum, & informationes ſumere pro vt praxis, & conſuetudo Iudicum obſeruat, vnde modo denunciatio ſupplet vicem accuſatoris Clar. *q.* 7. *in princ.* Card. de Lugo *de iuſt. diſp.* 37. *num.* 64. Philippus de Bict. in Epit. *q.* 13. *num.* 15. Et apud eum Boer. Berti. Boſſ. & Aret. Lezan. *p.* 1. c. 27. *num.* 19. Didac. Scrol in Luc. *p.* 3. *cap num.* 9. & apud eum Megal. Et vbi neceſſaria eſt accuſatio ſufficit denunciatio Iudicialis loco accuſationis. Serra 2.2. *q.*68. *a.*1. *d.*1. *concl.*1. Sic enim, & praxis eſt, quod Iudices etiam ſæculares contra denunciatum informationes ſumant, vt ad vlteriora procedant, imò per edicta, & præcepta ſæpe obligant conſcios criminum ad illa denuncianda, & habita denunciatione contra denunciatos Informationes ſumant. Et Pius V. Conſt. 5. conceſſit, quod contra ſimoniacos, & alios criminoſos in illa Conſtitutione recenſitos Iudices poſſint ad ſimplicem denunciationem procedere. Et merito hæc praxis introducta fuit, quia infamia eſt tam difficilis probationis, vt difficillimum ſit punire crimina per inquiſitionem ſeruata ſolemnitate Infamiæ. Et alias vbi criminoſus eſt denunciatus, & præcipuè quando denuncians manifeſtat teſtes de facto informatos, iam criminoſus ſatis eſt in Iudicio diffamatus.

SVMMARIVM.

17 *Secundum aliquos non poteſt Iudex inquirere ſpecialiter contra indiciatum non diffamatum.*

18 *Sed ſi præcedant Inditia ſufficientia poteſt Iudex inquirere ſpecialiter contra non diffamatum.*

Arbitrarium eſt Iudici decernere, quæ ſint indicia ſufficientia. ibid.

Vrgentiora Indicia requiruntur ad Torturam, vel ad traſmittendam inquiſitionem, quam ad interrogandum Reum. ibid.

Et minora horum requiruntur ad capturam, vbi eſt timor fugæ, & adhuc minora ad ſumendam informationem de veritate. ibid.

Præcipuum motiuum, quod moueat Iudicem ad inquirendum eſt vtilitas, & neceſſitas vindictæ publicæ, non ratio ſcandali vitandi. ibid.

Indicia ſupplent vicem accuſatoris. ibid.

Quæ ſi ſint leuia, non ſufficiunt ad prudenter inquirendum. ibid.

ARTICVLVS V.

An vbi præcedunt Inditia Iudex poſſit incipere proceſſum contra inditiatum non diffamatum.

17. NIſi Indicia ſint nota Populo, & de illis ſit infamia, non poſſe Iudicem ſpecialiter inquirere contra inditiatum non diffamatum, ſenſerunt multi, quos retuli *d. cap.* 1. *num.* 39. *de accuſ. in* 6. quia obſtat. *cap. in qui*, *de accuſat.* Et quia indicia non ſuccedunt loco accuſationis, quia niſi ſint famoſa, Iudex ſine ſcandalo poteſt non inquirere, infamia vero tenet locum accuſatoris, quia ſcandalum eſſet, ſi Iudex contra diffamatum, non inquireret.

18 Sed dicitur, quod ſi præcedant indicia ſufficientia, Iudex poteſt ſpecialiter inquirere contra non diffamatum, & hoc eſt certum abſolutè attenta praxi, & conſuetudine, de qua infra in nono caſu, vt habetur ex D. Thom. & ex Caietano 2. 2. *quæſt.*69. *art.*2. Soto *Relect. de ſecreto memb.*2. *q.*16. Et probat Farinac. *in praxi q.*9. *n.*20. & ex Clar. Philipp. de Bict. *q.*20. Innoc. Abb. Butr. *in cap cũ oporteat, de accuſ.* & alij apud Scrol *p.*3. *cap.*9. *num.*3. & DD. quos infra referemus. Eſt vero arbitrarium Iudici decernere, quæ ſint indicia ſufficientia. Farinac. *in praxi q.*1. *num.* 45. *& ſequenti*. Et ſemper aduertendum vrgentiora Indicia eſſe neceſſaria ad torturam, vel ad tranſmittendam inquiſitionem, quam ad interrogandum Reum, & minora ad capturam, vbi eſt timor fugæ, & adhuc minora ad ſumendam Informationem de veritate. Nec ratio ſcandali vitandi eſt vnicum, quod moueat Iudicem ad inquirendum, ſed præcipuum eſt vtilitas, & neceſſitas vindictæ publicæ. Vnde Iudex per viam accuſationis inquirit, de non diffamatis delictis, quæ in Iudicio probari poſſunt, indicia vero ſupplent vicem accuſatoris, quia Iudici indicant crimina, & inſtantiam Vniuerſitatis petentis vindictam publicam. Hæc vero indicia non ſufficiunt ad prudenter inquirendum, ſi fuit leuia. Caiet. 2 2. *q.*69. *a.*2. Lezana *p.*1. *q.*27. *num.* 7. Eliſeus *tract.* 2. *q* 9. *num.* 5. & debent eſſe probata Clar. *q.*22. antequam Iudex ad vlteriora procedat, & tamen ſi delictum ſit enorme, & adſit timor de fugæ, & interim ſumantur informationes, potuit indiciatus carcerari. Clar. *q.* 20. Bict. *q.* 78. Eliſeus *d. q.*9. *num.*7.

SVMMARIVM.

19 *Quando nedum delictum, ſed etiam delinquens eſt notorius etiam Iudici, non eſt neceſſe, quod præcedat infamia.*

Ad hoc vt Iudex procedat ad vlteriora, notorium debet eſſe probatum, ſed ad hoc vt incipiat proceſſum ſufficit, quod Iudex aſſerat Reum notoriè deliquiſſe. ibid.

20 *Si delinquens ſit publicus in Iudicio non eſt neceſſaria ſolemnitas infamiæ.*

Quomodo hoc verificetur. ibid.

21 *Pariter ſi delictum fuit commiſſum in Iudicio etiam Ciuili.*

22 *Et quando Reus extraiudicialiter coram multis delictum confeſſus eſt.*

23 *Et quando Crimen ita ſit Atrox, vt ſit ſtatutum in Iure, quod de ipſo poſſit inquiri non*

Digitized by Google

præcedente infamia, vt eſt crimen hæreſis, & læſæ maieſtatis.

24 *Et quando Princeps ſupremus expreſſe mandat alicui, vt inquirat non præcedente infamia, vel dicat ſibi conſtare de delicto, & infamia.*

Qui veniant nomine Principis. ibid.

ARTICVLVS VI.

De quibuſdam alijs caſibus, in quibus non eſt neceſſe, quod inquiſitionem præcedat infamia.

19. PRimus eſt caſus notorij, cum, ſcilicet, nedum delictum, ſed delinquens eſt notorius etiam Iudici, certum eſt non eſſe neceſſe, quod præcedat infamia, quia notorium eſt pluſquam famoſum, vnde notorius delinquens eſt pluſquam famoſus *cap. euidens de accuſat.* At conſiderandum, quod adhoc vt Iudex procedat adulteriora per viam notorij non ſeruata forma iudicij ordinaria, neceſſe eſt, quod notorium ſit probatum, ſed ad hoc vt incipiat proceſſum, ſufficit, quod Iudex aſſerat Reum notoriè deliquiſſe, & poſtea informationes neceſſarias ſumat.

20. Secundus caſus eſt. Si delinquens ſit publicus in Iudicio, non eſt neceſſaria ſolemnitas infamiæ. Quod verum eſt primo, ſi delinquens coram Iudice, & Notario fateatur delictum, etiam ſi hoc faciat incidenter. Sotus *de ratione reg. ſecret. mem. 2. q. 6.* Bannes 2. 2. *q.* 70. *a.* 1. Serra *a. 3. d. 2. caſu 7.* Quia tunc Iudex, vel ex eadem tela iudicij poteſt præcedere, ſi delictum non ſit extraneum à delicto, de quo Reus inquiritur, vel ex noua tela iudicij, ſi delictum ſit extraneum. Ad hoc tamen non ſufficit confeſſio extorta in tormentis, niſi ſit ratificata. Secundo delinquens eſt publicus, ſi innoteſcat per depoſitionem ſaltem vnius teſtis. ex hoc enim inducitur publicum Iuris. Nauar. de Iud. *n.* 87. Philipp. de Bict *q. 13. num. 19.* Didac. Scroi *p. 3. cap. 9. §. 5.* DD. *in l. 2. §. ſi public. ff. de adult.* Tertio ſi in Iudicio Ciuili detegatur alicuius delictum, vel per Rei confeſſionem, vel per alicuius teſtis confeſſionem; nam tunc Iudex, ſi poteſt criminaliter procedere poterit ex noua tela Iudicij contra delinquentem procedere Clar. *q. 20. verſ. vnum tantum, & q. 54. Item ſi.* Quarto ſi teſti in Iudicio etiam Ciuili obijciatur crimen, quia tunc Iudex ex noua tela Iudicij poteſt contra teſtem inquirere. Quinto hoc verum eſt. etiam ſi confeſſio Rei facta ſit coram Iudice incompetente, dum confeſſio non ſit extorta. Clar. *q. 21. verſ. ſed hic quæro*, poſt Alex. Dec. Ruin. & Socc. & Aret. Dec. & Bart. Philipp. de Bict. *q. 13. num. 23.*

21. Tertius caſus eſt, ſi delictum commiſſum fuit in Iudicio etiam Ciuili, aut in conſpectu Iudicis, vt ſi aliquis aliquem iniuria affecit, vel percuſſit, vel teſtis falſum depoſuit, vel accuſator calumniator fuit, aut pecunia ab accuſatione recedit. Nauarr. *in rubric. de Iudic. n.* 88. *& cap. inter verba coroll. 62. num.* 281. Clauis Regia *l. 12. c. 11. num.* 10. In hoc vero caſu ſi Iudicium eſt criminale, & delictum tangit negotiũ principale, poteſt ab eodem Iudice in eadem tela Iudicij damnari Reus, datis illis defenſionibus, ſed ſi delictum non tangit negotium principale, vel fuit commiſſum in Iudicio Ciuili, noua tela Iudicij requiritur, & in caſu in quo delinquens pro crimine tangente negotium principalem, non ſit punitus in eodem proceſſu, contra illum poteſt inſtitui nouus proceſſus, etiam ab alio Iudice competenti, vt ſi teſtis in cauſa delegata falſum depoſuit, & in eo Iudicio non fuit punitus poteſt puniri. Farinac. *q. 67. num.* 31.

22. Quartus caſus eſt, ſi Reus extraiudicialiter coram multis confeſſus eſt delictum Sotus *de ratione teged. ſecret. mem. 2. q. 61.* & ex illo Serra 2. 2. *q 67. a. 3. d. 2.* & hæc confeſſio, ſit probata in Iudicio. Quod nedum eſt verum, ſi huiuſmodi confeſſio ſit facta coram tot perſonis, vt iam ex illa delinquens ſit famoſus. ſed etiam ſi incidenter, per depoſitionem alicuius ipſa innoteſcat Iudici. Confeſſio enim extraiudicialis, ſi ſit certa, & veriſimilis, & non extorta per vim, aut non emanata calore iræ, vel ioco, aut incidenter ad alium finem prolata, ſi ſit probata, ſufficit etiam ad torturam, vt per DD. quos ſequuntur Clar. *q. 20. verſ. confeſſio* Farinac. *q. 82. à num.* 23.

23. Quintus caſus eſt, ſi crimen ſit atrox, & in Iure ſit ſtatutum, vt poſſit de eo inquiri non præcedente infamia, vt eſt crimen hæreſis; ſic & in crimine læſæ maieſtatis. Nauarr. *de iud. nu.* 44. Sotus *vbi ſupra*. Serra 2. 2. *q. 67. a. 3. d. 2. caſu 6.* Sanchez *l. 6. opuſc. cap 3. num.* 19. Et hoc idem dicendum, quando facinus eſſet commiſſum contra Epiſcopum, vel aliam perſonam huius ordinis, vt ex Soto, & Claui Regia aſſerit Didac. Scroi *p. 3. cap. 9. §. 13. num.* 5. & vniuerſaliter ſi crimen ſit contra bonum commune, & Rodriq. *p. 2. q. 5. a. 6.* exemplificat in furto publici erarij, in homicidio hominis eminentis, à quo ſalus Reipublicæ pendet, in ſubornationibus in beneficiis, & Cathedrarum concurſu, in viarum latronibus: quod extendit Suarez *tract. 10. cap. 12. num.* ad delictum, quod indirectè ſit contra bonum commune, vt quia ex illo Communitati imminet periculum grauis infamiæ, aut ſcandali, vel ſi delictum eſt contra bonum alicuius particularis innocentis, ſi damnum immineat in futurum, & damno imminenti non poſſit aliter prouideri, vt ponderat idem Suarez *num.* 13. Ad hoc tamen, vt in hoc caſu Iudex ceſſet ab inquiſitione non ſufficit ſpes probabilis, ſed requiritur ſpes certa, quia ſcilicet certum ſit imminenti damno Communitatis, aut tertij innocentis poſſe occurri, ſine inquiſitione, vt ex D. Thom. 2. 2. *quæſt. 33. art. 7.*

24. Sextus caſus eſt, ſi Princeps Supremus,

qui

qui poteſt diſpenſare in lege, expreſsè mandet alicui, vt inquirat contra aliquem, etiam non præcedente infamia, vel ſaltem expreſsè dicat ſibi de delicto, & infamia conſtare. Sed in caſu, in quo Princeps dicat expreſsè ſibi conſtare de infamia, nomine Principis veniunt etiam Epiſcopi. Gloſſ. *in cap. 2. verb. fuerat de accuſ. in* 6. Et ideo idem dicendum de Generalibus Religionum. Scroi *d. §. 13. num. 1.* Non ſufficeret tamen in hoc caſu, quod Princeps motu proprio committeret alicui, vt inquireret.

SVMMARIVM.

25 *Inquiſitio eſt actus Iudicis inueſtigantis, quid Ius requirat, vt illud decernat.*
Quod facit Iudex, vel ad inſtantiam partis, ſeu perſona priuatæ, & hæc dicitur Inquiſitio per viam accuſationis. ibid.
Vel facit ex officio, ſeu ad inſtantiam Vniuerſitatis, & hæc dicitur Inquiſitio per viam Inquiſitionis. ibid.
Actor non idem eſt ac inquiſitio, ſed eſt quid præſuppoſitum ad inquiſitionem, vt eius motiuum, & fundamentum. ibid.

26 *Quomodo in Inquiſitione per accuſationem Infamia gerat vicem accuſatoris infamia deficiente.*

27 *Et quomodo Iudex ex Inquiſitione Generali poſſit procedere ſpecialiter per Inquiſitionem contra aliquem.*

28 *Inquiſitio ſpecialis ſupponit delictum, ita quod Iudex non poteſt procedere ad condemnandum Reum, ſi ſibi non conſtet de corpore delicti.*
Et quomodo ſibi conſtare debet de corpore delicti. ibid.
Si teſtes, interrogati in genere, deponant contra aliquem in particulari, poteſt Iudex contra illum procedere, etiam ſi non ſit diffamatus. ibid.

29 *Pariter Teſtis interrogatus de delicto in genere, & delinquente non diffamato tenetur reſpondere, & in ſpecie, & in indiuiduo deponere id quod ſcit, & prout ſcit; etiam non præmiſſa correctione fraterna.*
Quomodo ſe debeat gerere Iudex in hac forma Iudicij. ibid.

30 *Quando delictum eſt occultum, & non probabile in Iudicio, teſtis interrogatus in genere de tali delicto occulto non tenetur illud manifeſtare.*
Sed ſi ſit dubius, an illud delictum poſſit, vel non poſſit probari in Iudicio tenetur reſpondere, & illud manifeſtare. ibid.
Ad damnandum Reum requiritur, quod delictum ſit plenè probatum, ad illam verò interrogandum ſuppoſito delicto, ſufficit ſemiplena probatio. ibid.
Et ſic Teſtis interrogatus debet manifeſtare delinquentem, niſi ſit certus de oppoſito. ibid.

31 *Denuncians vt plurimum non poteſt eſſe Teſtis.*
Quando ſolus vnus eſt conſcius delicti, & delinquentis, & nullus adſit Teſtis, ita vt non poſſit ſemiplene probari delictum, & delinquens teſtis ad interrogationem factam in genere non tenetur manifeſtare delinquentem. ibid.
Si tamen non ſciat certo contra delinquentem non militare alia Iuditia, tenetur reſpondere, & delinquentem manifeſtare. ibid.

32 *Quando adeſt vnus Teſtis de viſu, & alius de auditu, Teſtis de viſu interrogatus tenetur manifeſtare delinquentem.*

33 *Ex manifeſtatione iuſta, ſiue iniuſta delinquentis poteſt Iudex ad vlteriora procedere.*
Hoc verificatur ſi non frangatur ſigillum Confeſſionis. ibid.

34 *Hæc explicantur in cap. 1. de accuſat. in 6.*

ARTICVLVS VII.

An ex inquiſitone Generali paretur via ad inquiſitionem ſpecialem.

25. Hic primò omnino vitanda eſt confuſio multorum confundantium inquiſitionem cum actore, qui dat fundamentum ad inquirendum, & volentium propterea inquiſitionem eſſe actorem fictum; & ſic volunt, quod non poſſit procedi per inquiſitionem, niſi ſi detur inquiſitio, quæ gerat vicem actoris ficti. Quod tenet Eliſeus de Bellegrand. *tract. 2. q. 2. à num. 6.* Verum actor, ſiue verus, ſiue fictus dicatur eſt quid valde diuerſum ab inquiſitione. Inquiſitio eſt inueſtigatio occulti Iuris, *vt ſupra a. 1.* dictum fuit, & eſt actus Iudicis inueſtigantis quid ius requirat, vt illud decernat, quod vel Iudex facit ad inſtantiam perſonæ priuatæ, & hæc inquiſitio dicitur per viam accuſationis, ſeu quærelæ, vel facit ex officio, ſeù ad inſtantiam Vniuerſitatis, & boni communis exigentis delicta puniri, & hæc inquiſitio retento nomine communi dicitur Inquiſitio per viam inquiſitionis. Omnis vero inquiſitio ſupponit Actorem, qui delictum deducens ad Iudicem, inſtet apud illum, vt inquirat, & vel inquiſitum abſoluat, vel puniat. At vero Actor non eſt inquiſitio, ſed inquiſitionis fundamentum & motiuum.

26. Cum verò in inquiſitione per accuſationem detur perſona quæ duo facit, nam defert delictum ad notitiam Iudicis, & inſtat pro delinquentis punitione, deficente hoc accuſatore, vel Actore, qui ſit perſona particularis, cum nihilominus Iudex habita notitia delinquentis poſſit contra illum inquirere, hoc certum eſt ex Iure antiquo, quod infamia delinquentis in hoc, vel eſt Actor fictus, vel, vt alij melius dicunt tenet locum accuſatoris. Sed hoc qualiter verum eſt? Cum duo ſint munera accuſatoris, ſcilicet manifeſtare delinquentem Iudici, & inſtare apud Iudicem pro punitione delinquentis, primum præſtat infamia, quæ eſt cognitio & mala opinio infamati, & diffamantes

Digitized by Google

tes aliquem apud Iudicem effectiuè quodammodo deducunt ad notitiam Iudicis delictum illius, ſed ſecundum præſtat infamia primo ratione delicti iudici manifeſtari, quod demeritoriè poſtulat punitionem. Secundo, quia obiectiuè, & quantum ſufficit inducit Iudicem, vt attendat, & audiat inſtantiam Vniuerſitatis, ſeu Fiſci poſtulantis delinquentem puniri. Quod ergo quæritur in præſenti eſt, an notitia illa ſpecialis, quam ſæpè inquirens generaliter habet de aliquo delicto, aut delinquente particulari, ſit ſufficiens, ſeù ſufficienter teneat locum Accuſationis, vt Iudex ex illa poſſit ſufficienter inquirere ſpecialiter contra aliquem; etiam ſi alias non ſit aliter diffamatus de delicto.

27. Conſiderandum igitur hic, quod in generaliſſima inquiſitione, vel Iudici Inquirenti innoteſcit in ſingulari delictum, vel delinquens, vel innoteſcit ſola infamia. Et in hoc ſecundo caſu certum eſt, quod Iudex poteſt procedere ſpecialiter per inquiſitionem in infamia fundatam, ſed in primo caſu, ſi denunciatur Iudici delictum in ſingulari, & delinquens in genere, aut delinquens in ſingulari, & delictum in genere, pariter certum eſt, quod Iudex non poteſt procedere, niſi per inquiſitionem mixtam nimirum reſpectu eius, quod denunciatum eſt in genere per inquiſitionem in genere; ſed ſi generaliter inquirenti notificatur, & denunciatur in ſingulari tam delictum, quam delinquens, dicitur quod Iudex habet vim ſufficientem ad inquiſitionem ſpecialem contra delinquentem, etiam alias & aliundè non diffamatum, quod totum mundum ſeruare dixit Innoc. *cap. Bona de elect.* & præter DD. quos abunde retuli *cap. 1. nu.* 54. *de accuſ. in 6.* docent moderniores Didacus Scroi plures alios referens in Luc. Prælat. *tr.* 5. *cap.* 9. §. 3. *num.* 2. *&* 3. Eliſeus de Bellegrandis in Methndo *tract.* 2. *q.* 2. *num.* 16. *&* 17.

28. Sed debet vlterius ſemper aduerti, quod inquiſitio perſonalis ſpecialis ipſius delinquentis ſupponit delictum, & taliter, quod adhuc vt Iudex procedat ad damnandum inquiſitum, neceſſe eſt, quod ſibi conſtet de corpore delicti, vt explicatur infra. Vbi vero delictum eſt facti tranſeuntis Iudex ſtatim ad denunciationem ſibi factam de delicto, & delinquente debet informationem ſumere de delicto, nec procedere ad condemnationem, niſi modo poſſibili ſibi de delicto conſtet. Cæterum ex vi denunciationis, ſeù querelæ ſibi factæ poteſt ſtatim proceſſus inchoari, & informatio ſumi, & ſi teſtes in genere interrogati deponunt contra aliquem in particulari poteſt contra illum procedi, etiam ſi non fuerit diffamatus de delicto. Quod licet aliqui negent, tamen vt dictum eſt ex Innoc. *cap. Bona de elect.* totus modus hoc ſeruat, & eſt communiſſima Canoniſtarum ſententia, vt per DD. quos retuli *d. cap. poſtquam num.* 54. *de accuſ. in 6.*

29. Vbi etiam oſtenſum eſt, quod teſtis interrogatus à Iudice in genere de delicto, & delinquente etiam non infamato tenetur reſpondere, & in ſpecie, & indiuiduo, deponere, id, quod ſcit, & proue ſcit, etiam non præmiſſa correctione fraterna. Nam in hoc iudicio, quod primo intenditur eſt publica vindicta habenda id exigente communi bono, ſiue delinquens ſit, vel non ſit emendatus; imo ſiue velit, vel non velit emendari. Et ideo in hac forma iudicij, primo quidem inueſtigandum eſt, an delictum fuerit commiſſum, ad quod inquirendum ſufficit in Iudice veriſimilis eius notitia, vt per inquiſitionem generalem, nullius delinquentis præcedente infamia inquirat, & probet illud fuiſſe, vel non fuiſſe commiſſum, inuento autem, quod delictum verè fuit commiſſum, iam delictum ipſum clamat, & accuſat; iuxta illud Geneſ. 18. *Clamor ſodomorum venit ad me*, & Iudex ius haber, vt delinquentem inquirat, & teſtes de hoc in genere interrogati tenentur deponere in indiuiduo id, quod ſciunt, vt docent Clar. *q.* 5. poſt Innoc. Nauar. *cap. inter verba concl.* 10. *num.* 581. *&* 586. & quam plures alij, quos refere, & ſequitur Didac. Scroi *p.* 3. *c.* 9. §. 4. *num.* 4.

30. In quo tamen diſtingui ſemper debet inter delictum, & delinquentem, quia ſi delictum eſt occultum, adeo quod non eſt probabile in iudicio, quia non adeſt niſi vnicus teſtis, nec adſunt clara indicia, & maxime ſi teſtis non ſit omni exceptione maior, & teſtis non probabiliter ſolum, ſed certo ſcit delicti exiſtentiam non poſſe probari; tunc teſtis interrogatus de delicto ſic occulto, non tenetur interrogatus in genere dubium manifeſtare, quod ita eſt occultum, quod non eſt probabile in iudicio, ſed tamen adhuc ſi teſtis non ſit de hoc certus, ſed dubius reſpondere tenetur, & manifeſtare, quod ſcit, quia Iudex haber ius interrogandi, & eius eſt videre, an delictum ſit, vel non ſit plene probabile. Licet vero ad damnandum Reum neceſſe ſit, vt delictum ſit plene probatum, tamen ſuppoſito delicto ad interrogandum Reum ſufficit ſemiplena probatio, & ideo vbi ſaltem ſemipleneè probabile eſt, quod Reus delictum commiſerit, quia hoc ſufficit ad vocandum illum in iudicio, teſtis interrogatus, niſi ſit certus de oppoſito, delinquentem occultum debet manifeſtare. Tunc enim delinquens eſt manifeſtus quantum ſufficit, vt iudex Reum interroget, & ſi fateatur illum puniat. Et in his bonum commune, quod reſultat ex publica vindicta delictorum præponderat bono priuato Rei, qui etiam ſi deliquit, amiſit Ius ad famam.

31. Verum conſiderari debet, quod denuncians, vt plurimum non poteſt eſſe teſtis, & ideo ſi ſolus vnus eſt conſcius delicti, & delinquentis, quia tunc nullus adeſt teſtis, & non poteſt ſemipleneè probari, quod inquiſitus deliquerit, non tenetur talis ſit conſcius ad interrogationem factam in genere manifeſtare delinquentem. Sed quia delicta probantur etiam per indicia, niſi conſcius delicti, & delinquentis ſciat certo contra delinquentem non militari

alia

alia indicia, per quæ ſaltem ſemiplenè probetur illum deliquiſſe, tenetur reſpondere, & delinquentem manifeſtare.

32. Et vlterius, quia ad denunciandum ſufficit, qui deponat ex auditu, inde eſt, quod licet non detur niſi vnus, qui de viſu poſſit teſtificare, ſi datur alius, qui ex auditu ſit delicti conſcius, & manifeſtet Iudici delictum, Iudex poteſt inquirere, & conſcius de viſu interrogatus tenetur reſpondere, quia tunc conſcius de viſu poteſt eſſe teſtis ſemiplenè probans.

33. Et aduertendum quod ſiue teſtis iuſtè, ſiue iniuſtè manifeſtet delinquentem, dum non fraugatur ſigillum Confeſſionis, & iniuſtitia non fit ex Iudice, ſed ex teſte Iudex poteſt procedere ad vlteriora ex illa manifeſtatione, quia delinquens non eſt amplius in iudicio occultus, ſed ſatis manifeſtus, quantum ſufficit ad incipiendam inquiſitionem, ſaltem media inquiſitione generali. Hæc vero inuenientur latius probata *d. cap. 1. de accuſat. in 6.*

34. In Ordine Prædicatorum de hoc ſic diſponitur. *diſt. 2. cap. 6. text. 4. litt. D. Item declaramus, quod ſi quis frater de aliquo occulto crimine accuſatur, quod iuridicè probari non poteſt, vel quod non ſcitur niſi ab accuſato, & accuſatore, non propterea Prælatus accuſato præcipere poterit, vt coram accuſante, vel coram alijs, ſiue in capitulo, ſiue extra capitulum, vel ſeorſum ſibi ſoli dicat veritatem, & ſi præcipiat grauiter peccat, quia ſibi eam, quam non habet auctoritatem vſurpat. Non enim eſt Iudex occultorum, quia occulta Diuino Iudicio relinquuntur, manifeſta autem humano. Et in tali caſu, accuſatus non tenetur dicere veritatem, nec ſeipſum infamare, nec prodere.*

SVMMARIVM.

35 *Prælati habentes ius viſitandi poſſunt inſtituere viſitationem, & Inquiſitionem Generaliſſimam ſtatutis temporibus.*

Hæc viſitatio directè, & principaliter ordinatur ad correctionem morum, & commune bonum. ibid.

Aliquando parat viam Inquiſitioni ſpeciali, cum ex ipſa notificitur aliquod delictum. ibid.

36 *Si præcedat aliqua diffamatio delicti, aut delinquentis poteſt Superior inquirere generaliter per inquiſitionem mixtam extra tempora ſtatuta.*

Et ſubditi tenentur obedire, nec poſſunt talem inquiſitionem impedire. ibid.

37 *Si autem nulla diffamatio præceſſerit, teneat aliqui DD. quod non poſſit Iudex inſtituere inquiſitionem Generalem, & ſubditi poſſent talem Iudicem recuſare.*

38 *Ad inquirendum generaliter de delicto non eſt neceſſe, quod delictum ſit diffamatum.*

Sed ſufficit quæcumque veriſimilis, & probabilis eius ſuſpicio. ibid.

Solemnitas Infamiæ receſſit ab Aula. ibid.

40 *Iudex prius debet verificare corpus delicti, & poſtea poteſt per Inquiſitionem Generalem inueſtigare delinquentem.*

Differentia probandi corpus delicti, quando eſt facti permanentis, & facti tranſeuntis. ibid.

ARTICVLVS VIII.

An Iudex toties, quoties voluerit poſſit generaliter inquirere.

35. EST vero certum, quod Prælati habentes ius viſitandi, poſſunt ſtatutis temporibus viſitationem, & inquiſitionem, quam dicunt generaliſſimam inſtituere, quia imo ad hoc tenentur. Vnde, & ſubditi tenentur eos recipere, & venerari, eiſque obedire, nec illos recuſare poſſunt, niſi in caſu, in quo licita eſſet appellatio. Ordinatur enim hæc viſitatio directè, & principaliter ad correctionem morum, & commune bonum, licet aliquando hæc via ex notificatione alicuius delicti paret viam Inquiſitioni ſpeciali Portell. *p. 1. cap. 21. num. 5.* Lezan. *p. 1. cap. 9. num. 8. & verb. recuſatio n. 7.* Eliſeus *tr. 2. q. 3. n. 3.* Imo Prælatus pluries viſitare volens, niſi à lege, ſeu ſtatuto prohibeatur, poteſt id facere; Ordinarij enim volentis per inquiſitionem ordinariam procedere iuriſdictio non poteſt impediri. Lezana *v. viſitator num.* Eliſeus *à num. 3.*

36. Certum pariter eſt, quod ſi præcedit aliqua diffamatio delicti, aut delinquentis, poteſt Superior inquirere generaliter per inquiſitionem, quam dicunt mixtam, etiam extra tempora ſtatuta pro viſitatione, & ſemper, & ſubditi non poſſunt inquiſitionem impedire, quia cum in hoc caſu ſuperior teneatur inquirere, & inquiſitio non poſſit fieri, niſi ſubditis obedientibus, proculdubio ipſi tenentur viſitatorem, ſeu inquiſitorem recipere Lezan. *p. 4. v. viſitator* Eliſeus *d. q. 3. num. 4.* Quod autem in hoc caſu Prælati teneantur inquirere habetur ex *cap. 1. de accuſ. & cap. 1. de off. Iud. Ord. & cap. credentem §. ſi vero de elect. in 6.*

37. Sed ſi nulla præceſſerit diffamatio, vel delicti, vel delinquentis, etiam ſi delictum ſit per teſtes probabile in Iudicio, multi tenent quod Iudex non poſſit inquirere generaliter; nec ſubditi teneantur talem viſitatorem recipere, ſed ſi interrogentur non tamen manifeſtare teneantur delicta, vel delinquentes non famoſos. Et hanc ſententiam tenent illi DD. qui vt diximus *art. ſup.* ſenſerunt infamiam neceſſario præcedere debere inquiſitionem, pro qua tamen citantur DD. qui id non aſſerunt. Sanchez vero voluit Iudicem in hoc caſu poſſe inquirere, ſed teſtem, & ſubditum non teneri ad docendum, quod non reprobat Eliſeus *tract. 2. q. 3. num. 7.*

38. Sed dicitur, quod ad inquirendum generaliter de delicto non eſt neceſsè quod delictum ſit diffamatum, ſed ſufficit quæcumque veriſimilis & probabilis eius ſuſpicio vt dictum

eſt

Digitized by Google

eſt ſupra art. 3. Nullibi enim in iure ſtatutum eſt, quod non poſſit inquiri de delicto non famoſo, ſed ſolùm quod non fiat inquiſitio ſpecialis contra delinquentem non famoſum; & ideò vbi Superior habet qualemcumque veriſimilem ſuſpicionem, quod aliquod delictum fuerit commiſſum, poteſt inquirere, an hoc ſit verum, & ex conſequenti poteſt inquirere generaliter, vt inueniat delinquentem. Et nihilominus iterum dicitur, quod ſolemnitas infamiæ à iure ſtatuta ex conſuetudine fuit ablata, & receſſit ab aula, quia ſeruare hanc ſolemnitatem eſt difficillimũ, & in eo proceſſu ſunt neceſſarij quatuor teſtes, duo qui probent famam & duo, qui probent delictum, at vero in via accuſationis, aut denunciationis præter accuſatorem, aut denunciatorem qualemcumque duo teſtes ſufficiunt, qui probent delicta. Et quod magis eſt, ad probandam famam tot & tantæ conditiones requiruntur, vt eam probare ſit difficillimum; & ideò infamiæ ſolemnitas receſſit ab aula, vt dixerunt Clar. *q.* 6. Farinacc. *q.* 9. *num.* 21. Bictus *q.* 13. *num.* 17. & conſuetudine eſt derogatum *cap. Inquiſitionis de accuſ.* Vnde Iudex habens notitiam quod fuerit commiſſum aliquod delictum habet poteſtatem, vt conſtito ſibi de delicto per inquiſitionem generalem inquirat delinquentem. D. Anton. 3. *p. tit.* 9. §. 2. Banneſ. 2. 2. *q.* 10. *a.* 1. *d.* 2. Clar. §. *fin. q.* 5. *verb. poterit* Farinac. *q.* 1. *n.* 49. Innocent. *cap. Bonæ il* 1. *num.* 5. *de elect.* Felin. *in cap. Inquiſitionis num.* 6. *de accuſ.* vbi Anan. *num.* 4. & plures alij, quos refert Bictus *q.* 11. *num.* 8. & multo plures refert, & ſequitur Didac. Scroi *p.* 3. *cap.* 9. §. 4. *n.* 1.

39. Quomodo vero teſtes in hac generali inquiſitione interrogati in genere de delinquente, an ſcilicet ſciant, quis delictum commiſerit teneantur dicere veritatem, & delinquentem manifeſtare dictum eſt *artic. ſuperiori*.

40. Itaque igitur, vel delictum eſt facti permanentis, & tunc Iudex prius debet verificare corpus delicti, & eo verificato poteſt per generalem inquiſitionem inueſtigare incognitum delinquentem; ſed ſi delictum eſt facti tranſeuntis, prius inquiri debet an delictum verè fuerit commiſſum, & poſtea quis ſit, qui illud commiſerit, quamuis hoc totum in eodem proceſſus contextu fieri poſſit; ita tamen quod Iudex prius inquirat de delicto, & interroget an delictum ſit commiſſum, & poſtea examinet, & ſciat, à quo fuit commiſſum.

SVMMARIVM.

41 *Ad inquiſitionem Generalem, ſeu mixtam non eſt neceſſe, quod præcedat infamia.*

42 *Aſſerunt aliqui DD. quod in modo procedendi per denunciationem non eſt neceſſe, quod præcedat Infamia, bene tamen in modo procedendi per inquiſitionem, ſiue Generalem, ſiue ſpecialem.*

Aſſerunt etiam, quod ad inquirendum generaliter, ſufficit quod ſolum præcedat infamia, licet non probetur, ſed ad inquirendum ſpecialiter infamia debet etiam probari. ibid.

43 *Conſuetudo legitimè approbata abrogat leges etiam Canonicas.*

Nunc conſuetum eſt, quod Iudices Eccleſiaſtici, Sæculares, & Regulares ex officio inquirant nulla præcedente Infamia. ibid.

44 *Quid de hoc ſentiat Innocentius III. cap. qualiter cap. cum oporteat cap. inquiſitionis, vſque ad 46.*

47 *De Iure antiquo eſt prohibitum procedere criminaliter per viam inquiſitionis Generalis, aperiente viam inquiſitioni ſpeciali nulla præcedente infamia.*

48 *Voluerunt ergo Pontifices, quod ad cognoſcendum de aliquo delicto, vel præcedat infamia, vel quod denuncietur ab accuſatore.*

49 *Quomodo modus procedendi per ſimplicem denunciationem, ſit modus procedendi per inquiſitionem.*

50 *Quid ſit dicendum ſi verum eſt, quod inquiſitio Generalis non parat viam ad inquirendum contra aliquem, ſi non ſit diffamatus de delicto, num 51. & 52.*

Iudex ex denunciatione ſpecifica, vel in inquiſitione Generali, vel ex particulari deponente habita de delinquente non diffamato poteſt ex officio procedere. ibid.

ARTICVLVS IX.

An in modo procedendi per inquiſitionem generalem ſit neceſſe probare præuiam Infamiam.

41. QVæſtio iſta videri poteſt ſuperflua; nam cum ex dictis art. præced. non ſit neceſsè, quod inquiſitionem generalem præcedat infamia; multò minus eſt neceſsè, quod hæc infamia ſit probata. Nihilominus quia *multi* exiſtimant hanc infamiam neceſſariò præcedere debere, ita quod inquiſitio dicta mixta vel generalis non tamen generaliſſima non poſſit fieri niſi delicto, vel delinquente exiſtente famoſo. Et quia inquiſitionem ſpecialem, ſi non præcedat, inquiſitio generalis vel denunciatio, aut aliud indicium, neceſsè eſt, quod præcedat infamia; ideò quæritur, an hoc dato ſit neceſsè quod infamia ſit probata.

42. Eliſæus de Bellegrandis *tract.* 2. *q.* 4. ſupponens *nu.* 8. duplicem dari modum procedendi ex officio Iudicis, nimirum per denunciationem, quam non eſt neceſsè præcedere infamiam, & per inquiſitionem generalem, vel per ſpecialem ex præuia infamia, vel ex indicijs, vel ex notorietate, vel ex publico Iuris, vel ex confeſſione extraiudiciali, & quod hunc modum procedendi per inquiſitionem debet præcedere infamia, exiſtimat in modo procedendi per inquiſitionem generalem, licet præcedere debeat diffamatio, non tamen eſſe neceſsè illam probare, aut de illa conſtare, ſed ſufficere, ſi aut delictum, aut delinquens notificetur Iudici, ſiue in inquiſitio-

ſitione generaliſſima, ſiue per litteras ſubſcriptas (quæ tamen ſine auctore nihil valent) ſiue quouis alio modo ad aures Iudicis peruenerit, quod probat, quia hæc probatio eſt ſuperflua, quia inquiſitio generalis ſtat pro actore, & aperit Iudici viam ad inquirendum, iuxta communem DD. ſententiam apud Farinac. *q.1. num.49. & q.9. num.15. & 21.* & Clar. *§. fin. q. 5.* & Biſtum *q.11. num.9. & q.13. num. 13.* Vlterius verò Iura, & Canones requirentes præcedere infamiam probatam interpretatur, vt loquantur de inquiſitione ſpeciali non verò de inquiſitione generali. Addit & negat iura & Canones fuiſſe antiquata à contraria conſuetudine in contrarium.

43. Vere autem ſic eſt, quod Canones & Iura ſeruari debent exactiſſimè, & non de facili admitti debet conſuetudo contra illos, quod probant adducta ab illo à num. 15. ſed manifeſtum tamen eſt conſuetudine legitimè approbatà, leges etiam Canonicas abrogari, vt habetur *cap. fin. de conſuet.* & tradunt communiſſimè tam Theologi, quam Canoniſtæ, & Iuriſtæ, & oſtendi *cap. 1. de conſuet. in 6. q.1. a.11. nu.255. & ſeq.* Sed eſt quoque manifeſtum nunc Iudices etiam Eccleſiaſticos, Sæculares, & Regulares nulla præcedente infamia inquirere ex officio, incipiendo vel ab inquiſitione generali, vel à ſimplici denunciatione, vel ab indicijs, vel à confeſſione extraiudiciali. Et nihilominus iura antiqua non admittere modum procedendi criminaliter, niſi vel per accuſationem ſolemnem, vel ex officio ſi adſit infamia, eſt manifeſtum conſideranti illorum verba. Verè enim Innoc. III. voluit, quod Iudices non poſſint ex officio procedere, niſi contra delinquentem de crimine diffamatum, vel per rei euidentiam ipſi Iudici manifeſtum. Etenim verè ſic eſt, quod Iudici crimen poteſt eſſe notum, vel per rei euidentiam, quia ſit commiſſum, vel attentatum in præſentia Iudicis, & per ſenſum proprium videntis, aut audientis, aut aliter ſentientis; vel quia ſit ei reuelatum ab alio. Hunc vero ſecundum modum diuiſerunt in modum procedendi per accuſationem, vel ex officio. Modum procedendi per viam notorij, ſeu per euidentiam facti omiſit Innoc. III. *in cap. qualiter, & quando el 2. de accuſ. & cap. licet hali de ſimon.* vt patet ex illis verbis. *Vt de notorijs exceſſibus taceatur.*

44. Quamuis verò videatur, quod triplex admittatur modus procedendi contra crimina à Iudice audita, & non viſa, ſed ſibi ab aliquo notificata, ſcilicet, per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem, hoc conſiderandum, quod Innoc. III. loquutus fuit de inquiſitione, aut modo procedendi contra criminoſos tam paternè, quam iudicialiter, & proceſſum per viam denunciationis ſumpſit pro eo, quod fit ex denunciatione Euangelica ad morum correctionem, & quam præcedere debet fraterna correctio, ſicut & idem Eliſeus ſentit *d. q. 4. num. 8. & tract. 1. q. 13. num. 15. & 16.* Et hoc idem docent omnes DD. quos *quæſt. ſeq.* referam, qui tenent non eſſe neceſſe, vt denunciationem iudicialem præcedat correctio fraterna, ſed loquendo de inquiſitione, aut proceſſu criminali ordinario ad puniendum delinquentem, duplicem tantum modum admiſit Innoc. III. *cap. cum oporteat cap. inquiſitionis, cap. qualiter il 2. de accuſat.* & Cœleſtinus *cap. licet Hali de Simon.* ſcilicet modum procedendi ad inſtantiam accuſatoris, & modum procedendi ex officio infamia præcedente, & denunciante.

45. Et quantum ad accuſationem requiſiuit eam eſſe ſolemnem factam per libellum, in quo Accuſator ſi ſubſcripſerit ad pœnam talionis, vt patet ex illis verbis *d. cap. qualiter, & quando de accuſ. ſicut accuſationem legitima debet præcedere inſcriptio.* Quod dem habetur à Cæleſt. III. *cap. licet Hali de Simon.* Vndè de mente Innoc. non poteſt procedi per ſimplicem quærelam, ſed ſolum per accuſationem ſolemnem inſtante accuſatore medio ſolemni libello in quo accuſator ſe ſubſcripſerit ad pœnam talionis.

46. Deficiente vero accuſatore voluit Innocent. III. quod nullus Iudex poſſit criminaliter inquirere contra aliquem, niſi infamia præcedente, quam ſolam voluit haberi pro accuſatione. Et præcipuè, quod excluſerit modum procedendi per denunciationem iudicialem, ſi non præcedat infamia, habetur manifeſtè ex *cap. inquiſitionis de accuſ. §. tertiæ dubit.* Erat enim quæſtio an in caſu, in quo Iudicibus ab eodem Innoc. delegatis vnicus, vel plures teſtes iurati affirmauerant ſe ipſis videntibus aliquem commiſiſſe aliquod crimen, de quo non erat infamia non poſſent Delegati procedere ad illum puniendum. Hic ſine dubio eſt caſus denunciationis iudicialis, & ex illis teſtibus deponentibus de viſu primus erat denunciator, quia denunciator eſt, qui primus defert crimen ad notitiam Iudicis non tamen accuſando, & tamen Innoc. ſic reſpondit. *Ad hæc reſpondemus nullum eſſe pro crimine, ſuper quo aliqua non laborat infamia, ſeu clamoſa inſinuatio non præceſſerit, propter dicta huiuſmodi puniendum: quin imo ſuper hoc depoſitiones contra eum recipi non debere, cum inquiſitio fieri debeat ſolummodo ſuper illis de quibus clamores aliqui præceſſerunt. Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto procedendum eſt ad inquiſitionem ſuper contentis ibidem criminibus faciendam. Aut etiam aduerſus eos, contra quos fit inquiſitio, fides adhibenda eſt dictis eorum, qui poſt iuramentum, vel ante tacitè, vel expreſsè inimicos ſe aſſerunt, eorumdem, niſi forſan ante iuramentum in fraudem id facere præſumantur.* Non potuit Pontifex clarius excludere modum procedendi criminaliter contra aliquem ex vi denunciationis. Et ponderandum, quod nedum Pontifex prohibuit aliquem puniri per proceſſum fundatum in depoſitione firmata per plures teſtes de viſu, ſed vetuit ne ſimiles depoſitiones, & denunciationes reciperentur, *cum inquiſitio fieri debeat ſolummodo*

modo

modo ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerunt.

47. Sed quod de iure antiquo prohibitum ſit procedere criminaliter inquiſitione generali aperiente viam inquiſitioni, ſi contra inquiſitum non præcedat infamia; probatur primo ex *d. cap. Inquiſitionis*, quia ex inquiſitione generali non poteſt aperiri melior via ad inquirendum ſpecialiter contra aliquem, quam ſi coram Superiore inquirerent: plures teſtes de viſu affirment aliquem deliquiſſe, & tamen Pontifex nō vult hoc ſufficere ad procedendum contra delinquentem non diffamatum. Multo minus igitur ſufficiet, ſi ex inquiſitione generali habeatur delinquentis minor notitia. Confirmatur vlterius, quia Archiepiſcopus habet ius viſitandi, & inquirendi generaliter in Diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum, & tamen non poteſt criminaliter eorum delicta punire, ſed ſolum ſi inueniat aliquem diffamatum de graui delicto tenetur cum denunciare proprio Epiſcopo, vt habetur *cap. Romana §. ſane de cenſibus in 6.* vbi Innocentius IV. ait quod *ſi de aliquibus orta fuit infamia, contra eos ordinarijs ipſorum (vt ſuper hic ſolemniter inquirant) denunciet, ſi viderit expedire.* At vero ſi abſolutè ſufficeret quælibet notitia delicti, aut delinquentis, etiam non diffamati, ad hoc vt Iudex poſſet procedere criminaliter, & ſpecialiter contra inquiſitum, diminutus fuiſſet Pontifex mandans, vt ſolum, ſi orta fuerit infamia contra ipſum, Archiepiſcopus id denunciaret ſuo Ordinario, quia data ſufficienti notitia ad ſpecialiter inquirendum, iam Prælatus debet inquirere, & ſic Archiepiſcopus ſaltem debuiſſet denunciare inquiſitum Ordinario.

48. Item per ſe id, quod inquiſitioni præſupponitur, eſt ſufficiens notitia delicti, quia poſita iam intrat debitum procedendi criminaliter contra notum delinquentem, & parum intereſt, vnde hæc notitia aduenerit; ſi ergo ſecundum mentem Pontificum denunciatio ſufficeret ad inquirendum ſpecialiter contra delinquentem, etiam non præuia infamia, non eſſet verum de eorum etiam mente illud Innoc. III. *d. cap. inquiſitionis. Cum inquiſitio fieri debeat ſolummodo ſuper his, de quibus clamores aliqui præceſſerunt.* Et ſic mendaciter loquuti fuiſſent. Item duo ſunt modi cognoſcendi aliquod delictum, vel, ſcilicet, per denunciationem alicuius particularis, vel per publicam famam, voluerunt vero Pontifices, vt ſufficeret particularis denunciatio, ſi fieret ab accuſatore, quo deficiente ſufficeret ſola notitia publicæ famæ, ad hoc vt Iudex poſſet inquirere.

49. Sed nec poteſt placere, quod modus procedendi per ſimplicem denunciationem non ſit modus procedendi per inquiſitionem. Nam vel denunciator eſt etiam inſtigator, & quærelat, & hic verè, & in ſubſtantia eſt accuſator, vel ſolum manifeſtat delictum Iudici relinquens eius arbitrio, vt procedat contra denunciatum ſi velit, & ſic Iudex, ſi procedit, id non facit niſi ex officio, & ſic per viam inquiſitionis, & iura citata hoc volunt, quod Iudex ex officio non poſſit ſpecialiter inquirere contra aliquem, niſi præuia infamia.

50. Amplius verò conſiderari debet, quod cum nullus poſſit vti iuriſdictione, quæ ſibi conceſſa eſt ſub conditione, niſi de conditione conſtet, ſi ſemel verum eſt, quod inquiſitio generalis non parat viam ad inquirendum contra aliquem, niſi ſit diffamatus de delicto, quomodo poterit Iudex ex notitia habita in inquiſitione generali procedere, niſi in iudicio conſtet de Infamia? Et iura, quæ requirunt infamiam præcedere illam probatam exigunt.

51. Quamuis igitur omnis rationabilis interpretatio ſumi debeat, vt lex non cenſeatur abrogata, nihilominus vbi apparet non dari veriſimilem illius legis interprætationem, quæ communiter licitè non ſeruatur, longè melius eſt dicere legem abrogatam, quam illam interprætari, vt non compræhendat illos caſus, qui manifeſtè illi aduerſantur. Certè nunc licitè Iudices inquirunt ſpecialiter ex denunciatione habita, vel in inquiſitione generali, vel extra, & tamen hoc eſt manifeſtè contra præfata Iura, meliùs ergo eſt dicere cum Clar. & alijs ſupracit. ſolemnitatem infamiæ ex praxi receſſiſſe ab Aula, non quod aliquis non poſſit inquirere ex infamia, & eius ſolemnitate ſeruata, ſi velit, ſed quia non eſt neceſſe illam ſolemnitatem ſeruare regulariter, & vniuerſaliter.

52. Et ſic dicitur ad quæſtionem, quod vbi proceditur ex infamia, ſeù vbi fundamentum inquiſitionis ſpecialis eſt infamia, neceſſe eſt, quod hæc infamia ſit probata, antequam *Iudex ſpecialiter inquirat contra aliquem*; quamuis eodem contextu poſſit Iudex ſumere informationes, & examinare teſtes de delicto, & de delinquentis infamia. Cum enim huius inquiſitionis fundamentum ſit infamia, vtique illa debet eſſe probata. Quamuis ex huius probationis defectu, proceſſus non ſit nullus, niſi Reus illum opponat *cap. vlt. de accuſat. in 6.* Sed non eſt neceſſe vti hoc modo procedendi ex infamia, ſed poteſt Iudex inquirere parando ſibi viam per inquiſitionem generalem, vel ex præcedenti denunciatione, aut indicijs. Itaque hoc dilemate veritas concluditur. Certiſſimum eſt ex praxi, quod Iudex ex denunciatione ſpecifica, vel in inquiſitione generali, vel ex particulari deponente habita de delinquente non diffamato poteſt ex officio procedere, vel ergo hoc non eſt contra iura citata, vt voluerunt Fagnan. *cap. qualiter el 2. de accuſ. n. 60.* & Farin. *queſt. 9. num. 212* Et ſic multo magis eſt verum, quod ſolemnitas infamiæ in hoc caſu non eſt neceſſaria. Vel præfata iura vere prohibent ne ex denunciatione etiam in inquiſitione generali habita Iudex procedat contra diffamatum, & ſic pariter ſecundum illa iura infamia debet eſſe probata ſaltem antequam Reus interrogetur.

SVM-

SVMMARIVM.

53 *Solemnitas infamiæ non eſt de ſubſtantialibus Iuris.*
Non eſt ad vnguem ſeruanda à Iudicibus Regularibus. ibid.
Sed debent procedere iuxta ſua ſtatuta, & conſuetudines. ibid.
Quid ſit ſeruandum in Ordine Prædicatorum. ibid.
54 *Quid ſentiunt Pontifices circa hoc, & n. 55.*
56 *Regulares Priuilegiati eximuntur ab obſeruatione ſubſtantialium inductorum à Iure poſitiuo in iudicio.*

ARTICVLVS X.

An ſolemnitas infamiæ ſit de ſubſtantialibus Iudicij, ita quod & in ſummario iudicio ſeruanda ſit à Regularibus Priuilegiatis.

53. AFfirmant plures DD. quos retuli *d. cap. 1. de accuſ. in 6. num. 72.* Et alij quos refert, & ſequitur Didac. Scroi *p. 3. cap. 9.* §. 2. *num.* 8. Et Eliſeus *tract.* 2. *q.* 7. *num.* 21. De hac tamen ſententia videnda ſunt, quæ dixi *d. cap. 1. de accuſat.* vbi *num. 76.* oſtendi, quod hæc ſententia fundamentum non habet in *cap. licet Heli de Simon.* Eſt ergo ſententia contraria, quod ſolemnitas infamiæ non eſt de ſubſtantialibus Iuris, & quod à Regularibus non ſit neceſſario ad vnguem ſeruanda, vt habetur expreſsè deciſum *in cap. qualiter, & quando de accuſat.* in fine ibi. *Hunc tamen ordinem contra Regulares perſonas non credimus vſquequaque ſeruandum, quia cum cauſa requirit facilius, & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus remoueri.* Et ita hanc ſententiam tenent ad *d. cap. qualiter, & quando*, Io. Andr. Butr. Card. Anchar. Abb. Io. de Anan. Felin. Boer. quos refert; & ſequitur R.P.D. Fagnanus *num. 1. & 70.* Vbi quod hoc ſeruandum eſt, vt Reus vocetur, vt ſe defendat, *cap. ad petit §. hunc ordinem, & cap. per tuas de ſimon.* Vndè multo magis ſtante priuilegio Bonif. VIII. poſſunt Iudices Regulares non ſeruare talem ſolemnitatem, ſed iuxta ſua ſtatuta, & conſuetudines iudicare. In Ordine Prædicatorum, vt habetur *diſt. 1. cap. 18. in gloſ. l P.* dicitur, quod non procedatur, niſi contra accuſatum, denunciatum, vel infamatum, & ſic ſufficit denunciatio ad hoc, vt Prælati procedant ad inquiſitionem ſpecialem; & ita ſeruatur in praxi, & ſic multo magis hoc fieri poteſt, quando in inquiſitione generali denunciatur aliquis de aliquo delicto. Nec admitti poteſt interpretatio Eliſei de Bellegrandis *tract. 3. q. 1. num.* 2. quod ſcilicet *in cap. qualiter, & quando*, agitur de Iudicio ciuiliter, agendo de crimine non criminaliter. Quia eſt pius, quam euidens. Innoc. III. *in eo cap.* inſtituiſſe ordinem ſeruandum in iudicio etiam criminali, vt patet ex primis verbis textus. *Qualiter, & quando debeat Prælatus procedere ad inquirendum, & puniendum ſubditorum exceſſus.* Inquiſitio enim ad puniendum criminalis eſt non ciuilis.

54. Nec dicatur, quod Innoc. III. reddit rationem, quia Regulares facilius amouentur ab adminiſtratione, at vero amouere Prælatum ab adminiſtratione eſt agere de crimine ciuiliter, iuxta *cap. per tuas de ſimon.* quia hoc eſt verum, quando amouetur Prælatus non in pœnam, ſed quia immeritus, vel Eccleſiæ damnoſus, vt habetur *ex eodem cap.* ſed Innoc. III. *in eodem cap.* decernens qualiter inquiri poſſit contra delinquentes, vt puniantur loquitur etiam de amotione ab adminiſtratione facienda etiam pro culpa, & in pœnam, hoc enim modo etiam facilius, & pro minori culpa Prælati Regulares amoueri poſſunt.

55. Minus ſubſiſtit, quod habet Scroi *d. p. 3. cap. 9. §. 2. num.* 8. quod ſcilicet Pontifex voluit in Iudicio Regulari non eſſe ſeruandos apices Iuris, ſolemnitatem vero infamiæ eſſe de ſubſtantialibus Iuris, quia reſponſio iſta petit principium, & quod ex illo *cap.* probatur eſt, quod infamiæ ſolemnitas, ſit iuris apex non vero ſolemnitas iuris, quia poſtquam Pontifex ſtatuit, quod inquiſitionem debeat præcedere infamia, ſtatim ſubdit hunc ordinem non eſſe in Regularibus vſquequaque ſeruandum. Nec dicendum eſt Pontificem hoc ſolum voluiſſe, quod proceſſus non ſit nullus, ſi infamia non fuerit probata ante inquiſitionem aſſumptam; quia Pontifex ibi loquitur de præcedentia infamiæ, & non tantum de præcedentia probationis. Et quia nihil ſpeciale conceſſiſſet pro iudicio Regulari; nam abſolutè etiam in Iudicio non Regulari proceſſus non eſt nullus; ex eo quod ante inquiſitionem non fuerit probata infamia, niſi Reus hunc defectum oppoſuerit, vt patet ex *cap. vlt. de accuſ. in 6* & aduertunt ibi Anchar. *num.* 3. Franc. *num.* 5. Clar. *q. 6. num.* 65. Farinac. *q. 9. num.* 12. Et quidem, quod ſolemnitas infamiæ non ſit de iure naturæ ex Soto, *de rat. tegen. ſecret. num. 2. q. 6. concl.* 1. tradit Serra 2.2 *q. 67. a. 3. d.* 2 Et idem docet, Card. de Lugo *d* 37. *num.* 64. Quamobrem Regulares Iudices nunc multo magis procedere poſſunt per viam denunciationis, vel ex inquiſitione generali parare ſibi viam ad inquiſitionem ſpecialem non præcedente infamia. nedum quia hoc eſt conſuetudine iam introductum etiam apud Iudices non Regulares, ſed quia ſolemnitas infamiæ, cui derogauit conſuetudo ex hoc probatur, quod non ſit ſubſtantialis, ſed iuris apex quam conſuetudo abſtulit.

56. Sed modo ceſſat aliundè difficultas, quia Regulares priuilegiati nedum ſummariè, ſed ſummariſſimè procedere poſſunt, ſola facti veritate inſpecta, & hæc clauſula liberat Iudices à neceſſitate obſeruandi etiam ſubſtantialia inducta à iure poſitiuo, ac probatum eſt ſupra *a.* 2.

SVMMARIVM.

57 *Regularis in Inquiſitione Generali conuictus de delicto poteſt damnari.*
58 *Et quomodo hoc ſit faciendum.*
59 *Talis inquiſitio dicenda eſt ſpecialis, annexa tamen generali.*
Inquiſitio in hoc caſu non gerit vicem actoris. ibid.
Inquiſitor Generalis habita notitia de delicto, & delinquente in particulari poteſt ſpecialiter inquirere. ibid.
Et Teſtes in ſingulari interrogare. ibid.
60 *Quid debeat facere Iudex, ſi incidenter habeat notitiam alterius delicti non connexi cum eo de quo principaliter agitur.*

ARTICVLVS XI.

Vtrum ad damnandum Regularem ſufficiat depoſitio teſtium habita in inquiſitione generali omiſſa alia ſpeciali.

57. NEgat Eliſeus de Bellegrandis *tract.* 2. *q.* 1. Quia inquiſitio ſpecialis eſt de ſubſtantia Iudicii etiam ſummarij. Inquiſitio autem generalis in hoc caſu ſtat pro actore ficto. Nihilominus admittit, quod ſi per teſtes deponentes in inquiſitione generali manet plenè probatum delictum, inquiſitus poteſt damnari, vel ſi eſt ſemiplenè probatum poteſt illi tranſmitti inquiſitio, ſed tunc reſpectu talis inquiſiti, hæc non eſt inquiſitio generalis, ſed eſt inquiſitio ex publico Iuris. Et addit, quod ſi contra inquiſitum in generali iuquiſitione adeſt prior diffamatio, tunc ſi in inquiſitione eadem probatur delictum pet teſtes, inquiſitus poteſt damnari ex nona teſtium depoſitione, ſed tunc hæc inquiſitio non eſt generalis, ſed eſt ſpecialis ex infamia. Et ſic non poteſt inquiſitus damnari in hoc caſu, niſi cum inquiſitione Generali ſit etiam ſpecialis formaliter ſaltem diſtincta. Alij vero aſſerunt inquiſitum poſſe damnari ex depoſitione teſtium habita in inquiſitione generali. Portell. *p.* 1. *caſ.* 25. Ioſeph à Sancta Maria *tract.* 4. *cap.* 10. & apud eum Rodriq. Innoc. & Bald. Repert. Inquiſ. *v. teſtis* §. *Item nota*. Panotmit. *cap. ad petitionem de accuſat.* Lezana *p.*4. *ver. viſitator n.*7.

58. Non ſunt contrariæ iſtæ ſententię, ſecunda enim non vult, niſi quod non eſt neceſſe multiplicare contextus, & inſtituere nouam aliam inquiſitiooem materialiter diſtinctam ab inquiſitione generali, ſed quod eodem contextu audito tamen Reo, & datis defenſionibus poſſit ille damnari ex vi depoſitionis teſtium in informatione generali habita, quod non negat prima ſententia.

59. An vero hæc debeat dici inquiſirio generalis, & ſpecialis, eſſe ſpecialem dicendum eſt, ſed generali annexam, & in ea contentam. Inquiſitio enim ſpecialis eſt, quæ fit de certo delicto, & ſingulari contra ſingularem perſonam, & determinatam, ſed hæc inquiſitio in caſu eſt annexa generali, & ex illa procedens. Non placet tamen, quod ait Eliſeus, ſcilicet, quod inquiſitio generalis in hoc caſu gerat vicem Actoris. Inquiſitio enim eſt actus Iudicis, & ad illum pertinet, & ex parte eius ſe tenet. Et actor eſt ille, qui primus delictum manifeſtat, & dat ius inquirendi contra perſonam nominatam. Dictum vero Portell. negantis inquiſitionem ſpecialem eſſe de ſubſtantia iudicij per ſe formaliter non eſt verum, ſed ipſe ſenſit, quod non ſit de ſubſtantia inquiſitio ſpecialis diſtincta, & per quam iterum examineotur teſtes, & fiat nouus proceſſus, quod eſt verum, ſed ſufficit depoſitio teſtium facta in inquiſitione generali, & in eodem contextu. Inquiſitor enim habita noritia delicti, & delinqueotis in ſingulari per primum deponentem poteſt inquirere ſpecialiter alios teſtes examioando. Et vbi proſequendo generalem inquiſitionem inuenit alios idem deponentes, poteſt procedere ad poniendum Reum ſeruatia alijs de Iure ſeruandis, quod ſi teſtes alij generaliter interrogati non deponant in ſingulari contra nominatum, poteſt illos in ſingulari interrogare, quod eſt ſpecialiter inquirere.

60. Quamobrem quod ſupra dictum eſt nimirum, quod quando in iudicio incidenter habetur noritia alterins delicti non connexi cum eo, de quo principaliter inquiritur ſit neceſſarius nouus contextus, & nouus proceſſus, hoc eſt verum, quando Iudicium principale eſt Ciuile, & Iudex non poteſt criminaliter inquirere, ſeù ſi Iudex non inquirat generaliter, ſed dum inquirit ſpecialiter de vno delicto, incidenter denunciatur aliud delictum diuerſum, quod nec ſpectat ad cauſam principalem de qua agitur.

SVMMARIVM.

61 *Qui in inquiſitione generali manifeſtat Iudici aliquod delictum, vel aliquem delinquentem in ſingulari, aperit viam ad ſpecialem inquiſitionem.*
62 *In inquiſitione generali ſi denuntians eſt Actor non poteſt eſſe Teſtis.*
Denuncians vero ex officio poteſt eſſe Teſtis. ibid.
Et quomodo hoc verificetur. ibid.
Videtur eſſe communis ſententia, quod denunciator priuatus non poſſit eſſe Teſtis. ibid.
Duplex eſt denunciator priuatus. ibid.
63 *Simplex denunciator, qui non inſtat, nec petit quod delinquens puniatur ſecundum exigentiam Iuſtitiæ, non eſt Actor verus, nec propriè fictus.*
64 *Primus, qui in Inquiſitione generali denunciat in ſingulari delictum delinquentis non eſt Teſtis.*

Si talis denunciator non deponat immediatè de delicto, ſed ſolum de aliquo indicio, quomodo aperiat viam ad Inquiſitionem ſpecialem. ibid.

Sed vbi probatum eſt corpus delicti, & delinquens eſt dubius, primus quod nominat delinquentem eſt Teſtis. ibid.

Inquiſitio generalis non ordinatur præciſè ad correctionem morum, & ſalutem priuatam, ſed ad bonum commune vniuerſitatis, & ad corrigendos delinquentes. ibid.

Non eſt tamen deueniendum ad punitionem, & ad Inquiſitionem ſpecialem, niſi ſeruato ordine iudiciali. ibid.

Facultas Iudicis non eſt alligata intentioni denunciantis. ibid.

Hæc verificantur de Iure antiquo, & nouo. ibid.

65 *Qui poſt primum denunciatorem in inquiſitione generali examinati fuerunt, habentur, vt Teſtes.*

Quomodo reſpectum delicti manifeſtati in ſpeciali in inquiſitione generali datur inquiſitio ſpecialis. ibid.

66 *Qua cauthela ſit ſeruanda ſi contingat, ſolum adeſſe vnum Teſtem, qui de viſu poſſit deponere de delicto.*

67 *Et quomodo denunciator poſſit eſſe Teſtis.*

68 *Teſtes qui legitimè depoſuerunt in inquiſitione non ſunt repetendi.*

69 *Quid requiratur ad hoc vt depoſitiones factas in viſitatione ſint iudiciales.*

Modus procedendi apud Regulares. ibid.

Et in Ordine Prædicatorum. ibid.

ARTICVLVS XII.

An denunciantes in inquiſitione generali ſint teſtes, & probent, poſſintque iterum in inquiſitione ſpeciali repeti, & admitti.

61. DIfficultas eſt, quia deponentes in Inquiſitione Generali videntur eſſe denunciatores; & ideo non habendos eſſe vt teſtes, nec probare delictum, quia denunciator, cum teneat locum Actoris, non poteſt eſſe teſtis. Eſt vero aduertendum, quod primus, qui deponit in inquiſitione generali, & Iudici manifeſtat aliquod delictum, vel aliquem delinquentem in ſingulari, ſufficienter aperit viam ad ſpecialem inquiſitionem, ſiue deponat de viſu, ſiue de auditu, & ſiue ſit omni exceptione maior, ſiue aliquem patiatur defectum, & certum eſt, quod ſi non deponit de viſu, vel eſt inhabilis ad teſtificandum, non probat, nec plenè, nec ſemiplenè delictum; ideo in teſtium legitimorum carentia datur conſilium Iudicibus, vt ad aperiendam viam inquiſitioni ſpeciali non examinent illos, qui poſſunt eſſe legitimi teſtes de viſu, vel auditu proprio, ſed illos, qui ſolum de auditu alieno deponere poſſunt, vel legitimi teſtes eſſe non poſſunt. Sed quando primus deponens poteſt alias eſſe legitimus teſtis, quæritur an habendus ſit, vt talis. Amplius quia alij quoque teſtes deponunt ex vi inquiſitionis generalis; difficultas eſt, an ſint teſtes legitimi, & probent, cum non deponant in inquiſitione ſpeciali, per quam ſolum inquiſitus poteſt damnari, & ex conſequenti, an ſaltem in inquiſitione ſpeciali poſſint, & debeant iterum examinari, vt primam depoſitionem ratificent.

62. Quantum verò ad primam difficultatem, an deponens ſit etiam teſtis, & vt talis haberi poſſit. Certum eſt primo, quod ſi denuncians eſt Actor, & inſtat apud Iudicem pro punitione delinquentis, non poteſt eſſe teſtis; habet enim intereſſe in cauſa, illamque vrget, & eſt ſibi propria D.Tho. 2.2. *q.67. a.3. ad tertium.* Pro certo etiam communiter habetur, quod denuncians ex officio, qui à pluribus dicitur denunciator neceſſarius, & publicus, vt eſt procurator fiſcalis, Syndicus, Conſul, Antianus, qui ſecundum Bald. & Tuſcum *l. D. concl.* 192. ſolus de Iure Canonico eſt cognitus denunciator iuridicus, poteſt eſſe teſtis, quia duplicis perſonæ formam gerit publicæ, & priuatæ, & ſicut perſona publica, ſecundum publicam notitiam denunciat, & vt perſona priuata ſecundum priuatam conſcientiam poteſt eſſe teſtis. Tuſc. *d. concl.* 192. *num.* 14. & 15. Remanet igitur difficultas de denunciatore priuato, qui etiam aliquando eſt neceſſarius, quando denunciat iuſſus, vt quando lex mandat, vt quicumque conſcius delicti illud denunciet Iudici, vel quando denunciat legitimè interrogatus à Iudice, & ſic tenetur delictum manifeſtare, vt contingit in inquiſitione generali legitimè facta. Et nihilominus communis ſententia vult, quod hic denunciator non poſſit eſſe teſtis, vt videre eſt apud Bictum *q.* 20. *num.* 10. Et Eliſeum *tract.* 2. *q.6. num.* 5. Et hæc ex communi Regula, quia vnus, & idem non poteſt eſſe Actor, & teſtis; at vero denunciator eſt Actor fictus, vt multi dicunt, vel certè gerit vicem Actoris.

63. Hoc tamen difficultatem habet, quia ſimplex denunciator, qui non inſtat apud Iudicem pro punitione, vel inquiſitione habenda, ſed merè manifeſtat Iudici delictum, nihil poſtulando eſt etiã denunciator voluntarius, ſed nec eſt verus Actor, nec propriè dici poteſt Actor fictus, nec tenet locum Actoris, niſi in aliquo materiali, quod eſt commune etiam teſti, in eo, ſcilicet, quod manifeſtat Iudici delictum delinquentis, quod facit etiam teſtis. Cæterum eſſentiale formale Accuſatoris, ſeù Actoris conſiſtit in petitione iuſtitiæ, & in actione, per quam Actor apud Iudicem agit, & inſtat, vt delinquentem ſecundum iuſtitiæ exigentiam puniat. Et hæc eſt ratio, ob quam Actor non poteſt eſſe teſtis, quia nullus in propria cauſa teſtis eſſe poteſt. *cap. forus* §. *in omni de verb. ſignif.* Cum vero ſimplex denunciator nihil petat, vel inſtet, nec eſt actor verus, nec propriè dici poteſt Actor fictus, & quidquid ſit de nominibus, in rei veri-

tate non gerit vicem actoris in aliquo, quod repugnet teſtificationi veritatis. Niſi igitur ex aliqua lege ſit hoc prohibitum, vel conſuetudine firmatum, non eſt vnde negetur, quod denunciator voluntarius non poſſit eſſe teſtis. Et certè in S. Officio denunciator ſimul eſt teſtis. Vndè hoc lege naturali, aut Diuina non eſt prohibitum.

64. Data tamen ſententia præfata primus ille, qui in inquiſitione generali denunciat in ſingulari delinquentis delictum habetur, vt denunciator, non verò vt teſtis. Sed quando primus denunciator non deponit immediatè de delicto, ſed de aliquo indicio, vt de infamia, & de confeſſione extraiudiciali, aut alio indicio, tunc aperit, & non aperit viam ad inquiſitionem ſpecialem. Aperit quodammodo, quia jam Iudex poteſt ſumere informationes de ipſo indicio, vt plenè illud probet, ſed non poteſt immediatè inquirere ſpecialiter de delicto, & delinquente in ſingulari, niſi indicio probato. An vero ad illud probandum requirantur duo teſtes præter illum, qui primo Iudici manifeſtauit indicium, & ſe habuit, vt denunciator dicitur infra *q.26.a.1.* Et nihilominus, vbi corpus delicti eſt probatum, & inquiritur de delinquente dubio, tunc quia delictum probatum habet locum Acculatoris, primus, qui delinquentem nominat eſt teſtis, vt probatum eſt *q.8.a.11.n.64.* Verum vlterius conſiderandum eſt, quod videtur, quod ſupponamus falſum, nimirum, quod depoſitio facta in inquiſitione generali poſſit habere vim denunciationis iudicialis, & Iudex ex illa poſſit iudicialiter procedere. Hoc enim negat Card, de Lugo *diſp.37. num* 82. ex Suarez *tom.* 4. *de relig. l.* 10 *c.* 12. & Soto *de ſecret, mem.* 2. *q.* 2. & alijs, quia illa notitia data eſt Iudici vt patri, & ad finem correctionis delinquentis; Et ideo niſi, qui denunciauit in inquiſitione generali, iterum denunciet iudicialiter, non poteſt ſuperior judicialiter procedere. Imo idem Doctor *num.*87. ex Suarez *d. cap.* 12. *n.*43. exiſtimat, quod ſaltem ſuperior ſæcularis non poſſit præcipere illi denuncianti in inquiſitione generali, vt denunciet iudicialiter. Sed hæc ſententia ſupponit duo non vera, nec probata. Primum quod inquiſitio generalis ordinetur præcisè, & priuatiuè ad ſolam correctionem morum, & ſalutem priuatam delinquentium, Hoc enim verum non eſt, quia inquiſitio generalis per ſe ordinatur ad bonum vniuerſitatis, & ad corrigendos delinquentes, prout bonum vniuerſitatis poſtulat, & ideo ordinatur etiam ad punienda delicta, ſi opus ſit; quamuis non ſit deueniendum ad punitionem, & ſic ad inquiſitionem ſpecialem, & iudicialem, niſi ſeruato ordine iudiciali. Itaque non eſt contra finem inquiſitionis generalis, vt præbeat initium inquiſitionis ſpecialis, & iudicialis; imò hoc per ſe petit bonum commune, vt ſi in inquiſitione generali manifeſtetur aliquod puniendum, poſſit ſuperior ex illa notitia ad vlteriora iudicialiter procedere. Sic enim, & illa ſententia admittit, quod ſi denuncietur aliquod delictum famoſum, ſuperior poſſit procedere. Secundum quod ſupponit illa ſententia eſt, quod facultas Iudicis ſit ligata intentioni denunciantis, quaſi quod ſi denuncians intendat denunciare vt patri, non poſſit ſuperior, vt Iudex, vti illa notitia ad procedendum iudicialiter. Hoc enim verum non eſt, nec boni communis exigentia ligatur ex priuata intentione denunciantis. Hinc ſi denunciatur vt patri aliquod delictum famoſum, cur non poterit ſuperior ex tali notitia moueri, vt iudicialiter inquirat de fama, & ſucceſſiuè ad alios actus Iudicij? Sed ſemper conſiderari debet, quod aliud eſt loqui ſecundum Iura antiqua, & aliud ſecundum hodiernam praxim. Et nihilominus ſententia illa in neutro caſu eſt formaliter vera. Iuxta enim iura antiqua per quæ, vt fatetur idem Card. de Lugo *num.* 80. non admittebatur denunciatio, niſi denunciator vellet eſſe accuſator, & aſſumeret onus probandi, & ſe ſubſcriberet ad pœnam talionis, denunciatio ſimplex habita in inquiſitione generali non ſufficiebat ad procedendum iudicialiter, non quia ad id, non ſufficeret denunciatio habita ab inquirente generaliter, ſed quia non ſufficiebat ſimplex denunciatio, vndecumque habita de delicto non famoſo; ſed modo quod, vt etiam fatetur dicta ſententia denunciatio ſimplex ſufficit ad iudicandum, non poteſt negari, quod denunciatio habita in inquiſitione generali non ſufficiat ad inchoandum proceſſum iudicialem, vt ex illa Iudex procedat ad examinandos teſtes. Nam & de iure antiquo denunciatio huiuſmodi facta de delicto famoſo ſufficiebat ad inchoandum proceſſum, & ad inquirendum de fama. Non eſt ergo opus, quod qui denunciauit in inquiſitione generali iterum denunciet iudicialiter. Et quatenus hoc eſſet neceſſarium, non eſt vndè negetur, quod ſuperior poſſit *præcipere* denuncianti, vt ſic denunciet, *maximè* ſi loquamur in iudicio regulari. Et nunc quod non ſit neceſſe, quod denunciationem præcedat infamia, docet idem Card, de Lugo *diſp.* 37. *num.*76. *&* 167.

65. Quantum vero ad ſecundam difficultatem conſiderari debet, quod inquiſitio generalis ſic directè, & per ſe primo ordinatur ad correctionem morum, & non ad punitionem, quod tamen ſub conditione, & ex conſequenti ordinatur ad puniendum, ſi quis inuentus fuerit grauiter deliquiſſe, & rationabile ſit ad aliorum exemplum illum punire. Ideo vbi ex inquiſitione generali aperta eſt via ad inquiſitionem ſpecialem, poſtea in proſecutione iunguntur ſimul inquiſitio generalis, & ſpecialis, & reſpectu delicti in ſingulari iam manifeſtati per primum denunciatorem inquiſitio eſt ſpecialis, & alij in inquiſitione generali poſtea examinati cenſentur examinati etiam in inquiſitione ſpeciali, quæ generali eſt adiuncta. Et ideo non habentur, vt denunciantes, ſed vt teſtes. Quod ſi Iudex per particularem proceſſum velit de illo delicto

inqui-

inquirere, poteſt illos repetere vt teſtes, qui in inquiſitione generali poſt primum denunciante depoſuerint de delinquente.

66. Et ideò in his adeſt cauthela ſeruanda apud Clar. *q.* 5. Vt ſi contingat vnum ſolum teſtem adeſſe, qui poſſit de viſu diſponere de delicto, Iudex creato Procuratore Fiſcali curet, vt de illo denunciet, vt conſcius delicti poſſit tanquam teſtis examinari ad ſemiplene probãdum delictum, ſed an hæc cauthela locum haberet, ſi Procurator Fiſcalis non eſſet informatus de delicto, niſi per eundem Iudicem, quia tunc Procurator de cauſa ſcientiæ reſponderet, ſe id ſcire ab ipſo Iudice, qui non poteſt eſſe teſtis, & quatenus Iudex id ſciret ab illo primo deponente in iudicio iam tota notitia haberetur ex illo denunciante, & ſic idẽ eſſet denunciator & teſtis. Vide infra *q.19.n.*46. Cęterum nedum iudices Sæculares, ſed etiam Regulares poſſunt creare Procuratorem Fiſcalem, vt per DD. quos refert Eliſeus *tract.* 2. *q.6 num.* 10.

67. Coram alio Iudice quoque denunciator poteſt eſſe teſtis, qui non inquirat ex vi denunciationis illius, & etiam quando lis eſt de alijs articulis, ſeu ſi mutetur modus agendi, vt ſi à via denunciationis fiat tranſitus ad viam inquiſitionis non fundatæ in illa denunciatione, tunc enim qui in via denunciationis fuit denunciator poteſt eſſe teſtis in via inquiſitionis, Maſcard. *concl.* 16. *num.* 7.

68. Illos igitur, qui in inquiſitione legitimè depoſuerunt tanquam teſtes, non oportet repetere, vt ratificent ſuas depoſitiones, ſed ex illis poteſt Iudex ad ſententiam procedere ſeruatis alijs de Iure ſeruandis. Imo non expedit illos repetere, quia hic proceſſus eſſet nugatorius & fraudolentus, quia ſi teſtes perſiſtunt in depoſitione facta, hoc non erat neceſſarium & oppoſitum dicunt, falſi iudicabũtur. Aliquando tamen ad maiorem declarationem habendam, vel ad aliquid de nouo probandum repeti poterunt, ex his enim cauſis teſtes pluries repeti & examinari poſſunt.

69. Sed certum eſt etiam, quod ſi in viſitatione teſtes non fuerunt iurati, (quia imo multi volunt vt non poſſit ab illis exigi iuramentum) vel ſaltem non fuerunt examinati præcedente præcepto formali de dicenda veritate, in hoc caſu depoſitiones teſtium extraiudiciales omninò ſunt, nec ſufficiunt adhoc vt ex illis Prælati iudicialiter inquirant, & reos iudicialiter interrogent. Idem dicitur ſi Viſitator non habet facultatem procedendi iudicialiter contra viſitatos; hic enim non poteſt cauſas iudicialiter cognoſcere, & Reos in pœnam ordinariam damnare. Sic enim *in cap. Romana* §. *ſanè de cenſibus*, habetur quod Archiepiſcopis in viſitandis Diœceſibus Suffraganeorum non poteſt cauſas iudicialiter cognoſcere, & prohibetur ne à viſitatis exigat iuramentum, ſed in Regularibus res aliter ſe habet, ſaltem enim Viſitatores ſub præcepto obligant ſubditos ad deponendum, & ipſi poteſtatem habent, vt cauſas ſubditorum iudicialiter cognoſcant; & ideò bene poſſunt ex depoſitis in viſitatione procedere ad reos interrogandos, & poſteà etiam ad vlteriora procedere. Et in Ordine Prædicatorum hæc eſt praxis ordinaria; imò in cauſis, quæ non inferunt infamia Ordini vel Reo, vbi in viſitatione conſtet de alicuius Prioris delicto dantur illi capita, quæ contra illum in viſitatione emergunt, & audito illo ad vlteriora proceditur etiam ad illum remouendũ. Et ſic viſitationes fiunt nedum ad correctionem, ſed etiam ſi opus ſit ad delinquentes puniendos.

SVMMARIVM.

70 *Inquiſitio duplex.*
Conditiones legitimæ Inquiſitionis. ibid.
71 *Quæ ſint ſeruanda à Regularibus in legitima Inquiſitione.*

ARTICVLVS XIII.

Quæ ſint conditiones inquiſitionis legitimæ:

70. HIc diſtingui debet, quia ſi loquimur inquiſitione reſpectu Rei præſentis, hæc talis debet eſſe, vt delictum ſit ſemiplenè probatum, vt infra ſuo loco probatur. Sed hic loquimur de inquiſitione tranſmittenda abſenti, & inſerenda in citatione, qua citatur ad comparendum, aliter punietur tanquam contumax. Hanc vero neceſsè eſſe vt præcedat probatio corporis delicti & infamia, ſeu præcedentia indicia ſint probata, conſtat. Præterea vero inquiſitio ſpecialis debet eſſe ſpecifica, certa, clara continens in ſe omnes delicti qualitates, & circunſtantias, locum, & tempus, & quod omnia iſta in proceſſu probentur, vt Reus ſe in iudicio defendere poſſit. Vnde inquiſitio ſpecialis obſcura & incerta ſine loco & tempore minimè valet *l. libellorum ff. de accuſ.* aliter proceſſus ſit ipſo facto nullus, Farinacc. *in praxi q.* 1. *num.* 11.

71. Tamen hæc eſt ſolemnitas Iuris, quæ non eſt omnino neceſſaria in ſummario iudicio, & præcipuè in iudicio regulari. Ideò Iudex Regularis non tenetur in inquiſitione exprimere circumſtantias delicti accidentales, niſi ſint de ſubſtantia delicti, & ſic non tenetur exprimere locum, vel tempus, niſi delictum non ſit punibile, niſi quatenus patratum certa die, vel hora, vel loco, vel niſi inquiſitus non calumnioſè, ſed ſincerè, vt ſe defendat petat exprimi locũ, aut diem, Clar, *q.* 12. *v. dixi etiam* Farinacc. *q.* 1. *nu.* 17. 19. *&* 22. Et cum etiam de Iure communi inquiſitio etiam non omninò ſpecifica, & clara, valeat, ſi in ea ponitur clauſula *omni meliori modo*, vel alia ſimilis, in iudicio regulari, etiam ſine dicta clauſula valet inquiſitio pro principali delicto, etiam non probata qualitate, aut circunſtantia in inquiſitione expreſſa, quia in hoc iudicio proceditur ſola rei

veri-

veritate inſpecta. Farinacc. *q.* 1. *num.* 33. *& ſeq.* Præſertim ſi adeſt confeſſio Rei, ſtante enim confeſſione Rei, debet ſequi condemnatio, etiam ex inordinato proceſſu, vt notant DD. *cap. Poſtquam de accuſ. in* 6. & ibi probaui *num.* 96. *& ſeqq.* Hoc igitur conſiderari debet, quod in hac parte priuilegium Boniſ. VIII. & alia priuilegia eximentia ab obſeruatione apicum Iuris, vel iuris ordine in propoſito noſtro, tunc ſolum locum habent, quando locus & tempus, aut alia circumſtantia eſt accidentalis, ita quod ea præciſa habetur delicti veritas integra, & delicti corpus ſubſtantialiter ſubſiſtit. Si etiam delictum ſit iterabile, & reus petat, probanda eſt circumſtantia loci & temporis. Eliſeus *tract.* 3. *q.* 27. *num.* 10. Plura alia ad hanc quæſtionem videri poſſunt in Farinacc. *loco citato.* Nunquam tamen puniri poteſt Reus pro qualitate adiuncta, niſi illa ſit probata, & Reus ſit auditus.

SVMMARIVM.

1 *Denunciationis multiplex diuiſio.*
Quodlibet delictum poteſt eſſe materia denunciationis. ibid.
2 *Quando Iura antiqua diſtinguunt triplicem modum procedendi per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem loquuntur de denunciatione euangelica.*
Quid ſit denunciatio euangelica. ibid.
Denunciatio iudicialis non diſtinguitur ab accuſatione, vel inquiſitione. ibid.
4 *Denunciatio ſumpta pro quarela idem eſt ac accuſatio.*
Et quomodo debeant procedere Regulares in hoc iudicio. ibid.
Quid ſit denunciatio ſimplex. ibid.
Modus procedendi ex denunciatione ſimplici eſt modus procedendi ex officio & per inquiſitionem. ibid.
5 *Omne delictum publicum eſt de Iure Canonico.*
Apud Regulares omne peccatum mortale cenſetur delictum publicum. ibid.
6 *Varia diſtinctiones delictorum.*
7 *Iudex ex ſimplici denunciatione poteſt inquirere de omni delicto, ſiue publico, ſiue priuato & occulto, dumodo delictum ſit in iudicio ſufficienter probabile.*

QVAESTIO IX.

De modo incipiendi proceſſum per denunciationem.

ARTICVLVS I.

Quotuplex ſit denunciatio.

1. Antiqui Canoniſtæ diſtinxerunt denunciationem in Euangelicam, Canonicam, Iudicialem, & Regularem, prout notat Sylu. *v. denunciatio.* Triplicem vero denunciationem in Euangelicam, Canonicam, & iudicialem admiſit Card. de Lugo *tom.* 2. *de iuſt. d.* 38. *num.* 13. Sed vix quis poterit ſaluare, quod iſtius diſtinctionis membra non coincidant. Sed Theologi duplicem denunciationem ponunt Euangelicam, ſcilicet, ſeu pœnitentialem, & iudicialem. Huiuſmodi vero denunciationum ſpecies aliqui diſtinguere voluerunt ex obiecto, vt ſi crimen ſit tantummodo in damnum delinquentis, non poſſit eſſe materia denunciationis iudicialis. Sed hoc non ſubſiſtit; quia quidquid ſit de Iure Ciuili, de Iure Canonico omne delictum eſt publicum, vt ſupra dictum eſt. Et ita quodlibet delictum ſicut poteſt eſſe materia accuſationis, ſic poteſt eſſe materia denunciationis; & in caſibus, in quibus quis teneatur accuſare, regulariter ſatisfacit, ſi denunciet, & imo hoc eſt laudabilius. Diſtinguuntur igitur hæ ſpecies denunciationis principaliter ex fine, & cauſa, quia denunciatio Euangelica fit ad correctionem & emendationem fratris & emanat ex fonte charitatis, & fit Superiori vt Patri; ſed iudicialis ordinatur ad publicam delicti vindictam, & adhoc vt Superior intuitu publicæ iuſtitiæ poſſit delinquentem punire, & ideò fit Superiori vt Iudici.

2. Eſt vero valde aduertendum, quod dum Iura diſtinguunt triplicem modum procedendi per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem *cap. & qualiter. & quando el* 2. *de accuſ. & cap licet Hali de ſimon.* loquuntur de denunciatione Euangelica, quæ ad emendationem delinquentis ordinatur, & quæ non fit niſi delinquens ſit incorrigibilis, iuxta illud Chriſti Matth. 18. *Si te non audierit dic Eccleſiæ.* Ec qua incorrigibilitate ſuppoſita debet Reus per Eccleſiam coerceri. *cap. nouit. de iudic.* & cogi, vt ſe emendet, ſed denuntiatio iudicialis non reſpicit directè, & primo emendationem Rei denunciati, & de hac antiqua Iura parum *loquuti* ſunt, & verè non diſtinguitur ab *accuſatione*, vel ab inquiſitione. Vel enim denuncians ſimul inſtat, vel pro priuato intereſſe, vel pro publica vindicta, & communi bono, quod fert punitio delictorum; Et hæc in ſubſtantia eſt accuſatio, & verè hic denunciator eſt in ſubſtantia Accuſator. Quamuis denunciatio non habeat illas formalitates omnes, quas iura in accuſatione requirunt. Vel denunciator non inſtat apud iudicem, vt iuridicè procedat contra denunciatum, ſed ſolum deducit ad notitiam iudicis delictum, & delinquentem, nihil inſtans, ſed relinquens in arbitrio Iudicis an velit, vel non velit contra Reum iudicialiter procedere. Et in hoc caſu ſi iudex procedit, id facit ex mero officio, & ſic non procedit, niſi per viam inquiſitionis.

3. Quando igitur denunciator ſimul inſtat apud Iudicem, vt procedat contra denunciatum pro iuſtitia obtinenda, proceditur per viam accuſationis; licet enim vt aduertunt Clar. §. *fin. q.* 14. *verſ. ſcias autem*, & Farinac. *q.* 12. *num.* 4. in quærela non requiratur regulariter ſolem-

ſolemnis libellus, & inſcriptio, ſeu ſubſcriptio ad pœnam Talionis, de qua *in l. libellorum, & in l. 3. C. qui accuſare poſſunt*; nihilominus huiuſmodi denunciatio, ſeu quærela continere debet nomen quærelantis, & quærelati Iudicis commiſſi criminis, quo loco, & anno commiſſum fuit delictum, & diem datæ quærelæ, & ſi hæc deficiant non procedit talis quærela, quæ hodiè datur loco illius ſolemnis libelli, & accuſationis. Et quod magis eſt ad quærelantem, & inſtantem ſpectat onus probandi delictum, & ſi id non probet licet non eſſet puniendus pœna Talionis, puniri tamen debet, vt latè probat Farinac. *q. 26. num. 4. & ſeqq.* Quamobrem etiam apud Regulares in hoc caſu proceditur per viam accuſationis, licet ſine ſolemnitate libelli, & inſcriptionis ad pœnam Talionis. Imò in hoc caſu, vt vitet accuſationem paliatam, ſub nomine denunciationis datam, bene faciet Iudex Regularis, ſi denunciantem malignum, & quietum non audiat, niſi ad pœnam Tallonis ſe ſubſcribat, vt ex Boer. Rodriq. Spac. Lezan. Anton. à Spir. S. aduertit Didac. Seroi *p. 3. cap. 8.* De hac igitur denunciatione, & quærela non eſt hic ſermo, quia de illa loquuti ſumus in *quæſt. de accuſatione*.

4. Alia igitur eſt denunciatio ſimplex, in qua denunciator ſolum manifeſtat crimina Iudici, relinquendo arbitrio eius, vt procedat, vel non procedat contra denunciatum, & huic denunciationi non competunt illæ definitiones, quas ex Nauarr. & alijs refert Eliſeus de Bellegrandis *tract. 1. quæſt. 13.* Et præcipuè illa, vt denunciatio ſit actio, qua quis agit apud Iudicem in foro exteriori, vt ius dicat ſuper delicto criminis. Hæc enim denunciatio, nec propriè eſt actio, nec denunciator agit, & inſtat pro iuſtitia, ſed merè manifeſtat delictum Iudici, vt ipſe poſſit contra delinquentem procedere, ſuoque officio fungi, & illum punire. Et ideo hic modus procedendi ex denunciatione eſt modus procedendi ex officio, & per inquiſitionem. In hoc ergo modo procedendi dubitatum fuit; an neceſſe ſit, quod delictum ſit famoſum, adhoc vt Iudex poſſit inquirere contra denunciatum. Hæc tamen quæſtio fuit pluries reſoluta ſupra *quæſt. 8.*

5. Hic verò aduertendum, quod in hac materia diſtinguunt DD. inter delictum publicum, & priuatum, ſed hæc diſtinctio parum nobis eſt vtilis, quia de Iure Canonico omnia crimina ſunt publica gloſſ. *in cap. infames v. fures q. 1.* Anan. *in cap. ſtatuimus num. 19 de maled.* Clar. *in pract. §. 1. verſ. hæc tamen omnia* Farinac. *q. 18. num. 16.* Sed & omne delictum, quod principaliter reſpicit offenſam Dei, eſt publicum. Quod enim fit in offenſam Dei fit in omnium iniuriam. Farinac. *d. q. 18. num. 10.* Sed apud Regulares omne peccatum mortale cenſetur delictum publicum,

6. Alia vero datur diſtinctio delictorum, quia alia ſunt, quæ directè ſunt contra bonum commune, qualia ſunt illa, quæ directè ſunt contra Deum, vt hæreſis, Blaſphemia, conculcatio imaginum, euerſio templorum, offenſio libertatis Eccleſiaſticæ, & crimen læſæ maieſtatis, & alia ſimilia. Et pariter contra bonum publicum eſt frequentia delinquendi. Bannes *2. 2. q. 68. a. 2.* & ibi Serra *concl. 1.* Et in Regularibus talia ab aliquibus iudicantur peccatum nefandum, & fornicatio, ſaltem quando imminet morale periculum publicationis, vt ex Rodriquez Miran. Valer. & Ximenes aduertit Philippus de Bictis *tract. 2. num. 5.* quia iſta delicta ratione ſcandali, & infamiæ, quæ in Religionem redundat, & quia huiuſmodi delicta ex ſua natura contagioſa ſunt, contra bonum commune ordinantur. Suarez *tract. de fide diſp. 8. ſect. 6. nu. 11.* Sanchez *in ſum. lib. 6. cap. 6 n. 50.* Sed in Regularibus omne peccatum mortale, ſaltem vbi imminet periculum publicationis, eſt per accidens delictum contra bonum commune ratione ſcandali, & infamiæ, quæ redundat in Religionem. Alia verò ſunt delicta priuata, & particularia, quæ directè in delinquentis tantum, vel in alterius priuati damnum redundant, vt ſunt peccata gulæ, ſuperbiæ, iræ, priuati furti, & alia ſimilia.

7. Huiuſmodi vero diſtinctiones in propoſito non ſunt neceſſariæ, quia vt probatum eſt *quæſt. 8.* modo ex generali conſuetudine totius vniuerſi Iudex ex ſimplici denunciatione poteſt inquirere contra delinquentes de omni delicto, ſiue publico, ſiue priuato, & occulto, ſi tamen delictum ſit ita manifeſtum, vt ſit in indicio ſufficienter probabile. Et ideo Inquiſitio modo eſt remedium ordinarium, vt habet Clar. *§. fin. q. 3.* atque pluribus DD. citatis probat Farinac. *q. 1. n. 10.* vt non ſit neceſſe, quod hunc modum procedendi præcedat infamia, vt probatum eſt *d. q. 8.*

SVMMARIVM.

8 *Quæ conditiones requirantur ad Iuridicam denunciationem.*

9 *Et quæ ſint ſeruanda in querela, ſimplici denunciatione, & ſimplici Inquiſitione.*

10 *Et quæ debeant exprimi in denunciatione, ad hoc vt ſit valida.*

11 *In denunciatione deponens debet præſtare iuramentum.*

Et quomodo hoc debet enunciari à Notario. ibid.

12 *Quæ debeant obſeruari in denunciatione antequam deponens recedat ab auditorio.*

13 *Et quid ſit faciendum, ſi debeat interrumpi depoſitio.*

14 *Iudex non debet procedere immediatè ad inquiſitionem ſpecialem, ſi denunciatio non contineat nomen, & cognomen denunciantis.*

Poteſt tamen inquirere generaliter, maximè ſi delictum eſſet graue, & immineret aliquod periculum contra bonum commune. ibid.

15 *Ex conſuetudine poſſunt concurrere, & cumulari accuſatio, denunciatio, & Inquiſitio*

in prin-

in principio, medio, & fine Iudicij Criminalis.

16 *Idem poteſt eſſe accuſator, & denunciator.*

ARTICVLVS II.

Qualis debeat eſſe denunciatio Iuridica.

8. REſpondetUr quod debet continere nomen denunciantis, denunciati, Iudicis, & criminis commiſſi, aliter eſſet inualida. Debet quoque dari in ſcriptis, quæ enim verbo tenus dicuntur facilè memoria dilabuntur, & non poſſet Iudex eſſe certus, prout opus eſt, quid & quale delictum ſit, nec ſuam proferre ſententiam, & eam iuſtificare ex actis; ſufficit vero, vt per Notarium redigatur in actis. Clar. §. *fin. q.* 12. *verſ. quæro*. Ideo poteſt fieri per litteras. Panotm. *in cap. licet de accuſ. n.* 2. Erit tamen neceſſe, vt huiuſmodi litteræ à Notario in actis reponantur. In his enim non debent confundi quærela, ſimplex denunciatio, & ſimplex inquiſitio. Quærela enim in ſubſtantia eſt accuſatio, & in ea ſeruari debent ſubſtantialia accuſationis, ea, ſcilicet, quæ requirit inſtantia, quia, qui quærelat inſtat, & quodammodo neceſſitat Iudicem adhoc, vt procedat contra Reum; & ideo in quærela ſeruanda ſunt, quæ dicta ſunt de accuſatione ſupra *q.* 8. *a.* 1. licet non ſit neceſſaria inſcriptio ad pœnam talionis; ſed ſimplex denunciatio eſt mera excitatio Iudicis ad procedendum contra Reum, ſi ſibi id placuerit, ideo in denunciatione non ſunt neceſſaria, niſi ea quæ neceſſaria ſunt, vt Iudex excitetur, vt procedere poſſit.

9. At vero in pura inquiſitione, in qua Iudex, licet non procedat, niſi excitatus, tamen non exprimit vnde, & à quo fuerit excitatus, ſed per clauſulam generalem. *Cum ad aures noſtras deductum fuerit &c.* inchoat proceſſum, non eſt neceſſe, quod in actis conſtet de excitatione, niſi in genere; ſed vbi Iudex procedit per viam denunciationis ſimplicis, & ſic procedit contra Reum, vt in ſpecie denunciatum, neceſſe eſt, quod in actis conſtet de denunciatione, de denunciante, denunciato, & Iudice, cui ſit denunciatio. Ideo Iudex, cui aliquid denunciatur per litteras, debet facere vt litteræ, in actis reducantur, & ſi ipſe non vult per ſe ipſum cognoſcere cauſam, debet Iudici à ſe delegato litteras tranſmittere, qui illas redigere faciat in actis, & ſimul facere, quod qui illas ſcripſerunt, illas recognoſcant, quibus recognitis completa erit denunciatio, & de illa in actis conſtabit, quod omnino neceſſarium eſt, vbi per viam denunciationis procedendum eſt.

10. Ideo denunciatio etiam continere debet diem datæ denunciationis, & quamuis non deſint, qui dicunt hoc non eſſe de ſubſtantia Iudicij, itaut ſi id non fiat, non propterea proceſſus ſit nullus, tamen in praxi id ſeruari debet. Et imò eſt neceſſarium, vt conſtet de fundamento proceſſus, & conſtet quod ſequentia acta ſint legitima, & non habita ſine legitimo initio. Et ſic Regulares licet non teneantur ad formam denunciationis ſecundum ordinem Iuris communis, & ad ea omnia, quæ Canoniſtæ & Iuriſtæ cenſent eſſe neceſſaria ad denunciationem, hæc tamen ſubſtantialia ſeruare debent, ſcilicet, vt in denunciatione exprimantur nomina denunciantis, denunciati, Iudicis, & delicti, & dies, menſis, & annus præſentationis, & quod denunciatio vel detur in ſcriptis, vel in actis redigatur à Notario. In S. Officio ampliùs neceſſarium eſt denunciantis Iuramentum.

11. Imo cum non deſint DD. qui putent non ſufficere, quod Notarius in actis dicat, quod deponens præſtitit iuramentum tactis ſacris, &c. Ideò Penna *d. l.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. tutius putat quod Notarius ſeribat iuramentum præſtitum fuiſſe tactis ſacris Scripturis, quod & placuit Rotæ coram Verallo *deciſ.* 24. *par.* 2. & *deciſ.* 295. *p.* 3. Sed hoc non eſt neceſſarium, ſed ſufficit, quod Notarius enunciet, quod teſtis iurauit in forma, vt probat Caren. ad eundem Pennam *ibidem num.* 5. ex Farinacc. *q.* 73. *num.* 74. & *deciſ.* 39. Greg. XV. Sed videantur dicta infra *q.* 11. *a.* 2. *num.* 26.

12. Et prout aduertit Penna *vbi ſupra nu.* 5. & *ſeqq.* antequam deponens recedat ab Auditorio hæc tria obſeruanda ſunt. Primum vt deponenti legatur depoſitio, prout ſcripta fuit. Secundum vt deponens ſubſeribat depoſitioni, vel ſignum Crucis apponat. Tertium vt deponenti ſub præcepto Iuramenti imponatur ſilentium, & de his debet Notarius in actis fidem facere, ſed in alijs foris, in quibus denuncians non eſt teſtis, hoc iuramentum non eſt neceſſarium in denunciante; & ideo neque hoc eſt neceſſarium apud Regulares. In arbitrio tamen Iudicis erit illud exigere, vel ſub præcepto formali præcipere denuncianti, vt nonniſi verum denunciet. Sed neque alia duo recenſita ſunt adeò neceſſaria ſaltem in iudicio ſummario, vt alicuius illorum omiſſio irritet proceſſum.

13. Quod ſi contingat, quod propter temporis anguſtias, aut horam tardam, vel incompetentem, aut prolixam deponentis narrationem interrumpi debeat depoſitio, de hoc fidem faciet Notarius, & denuncians ſe ſubſcribet, & poſtea denuncians iterato iuramento deponit quæ ſuperfuerunt ſibi dicenda in alia præcedenti comparitione habita ſub die, menſe, & anno prænotato.

14. Quod ſi denunciatio contineat plenam narrationem delicti, ſed ſine nomine & cognomine denunciantis, etiam ſi in illa ſint notati teſtes de delicto informati, ex tali denunciatione Iudex non poteſt immediatè procedere ad inquiſitionem ſpecialem, Clar. §. *fin. q.* 5. *verſ. Neque in hoc* Rodriq. *p.* 2. *q* 6. *num.* 10. Bictus *q.* 19. *num.* 3. & hæc eſt Tribunalium praxis. Si

tamen

tamen delictum eſſet graue, & immineret aliquod periculum contra bonum commune, aut contra tertium, poſſet Iudex, imò & deberet procedere ad inquiſitionem generalem, & ea mediante parare ſibi viam ad inquiſitionem ſpecialem. Farinac. *q.* 1. *num.* 49. Sgroi *tract.* 3. *cap.* 8. *num.* 7. Sed verè iſtis depoſitionibus datis ſine nomine denunciaotis non eſt de facili credendum.

15. Cum vero ſimul per vnicam querelam non poſſit æquè principaliter intentari iudiciũ Criminale & Ciuile, in querela tamen criminali incidenter intentari poteſt ciuile iudicium, & ſemper Iudex nõ poſſit relaxare Reum niſi ſatisfacta parte. Baiard. ad Clar. *q.* 2 *n.* 3. Et conuenit licet accuſatio, & denunciatio non poſſint Iure, tamen de conſuetudine accuſatio non facit ceſſare denunciationem, ſed ſimul poſſunt concurrere, & cumulari accuſatio, denunciatio, & inquiſitio in principio, medio, & fine Iudicij Criminalis, Clar. 3. *fin. par* 3. *verſ. Hinc*, Philippus de Bictis *q.* 19. *num.* 11. Eliſeus de Bellegrandis *tract.* 1. *q.* 7. *num.* 2. Vnde licet proceſſus factus per viam accuſationis eſſet nullus, poſſet Iudex, ſi ſubſiſteret denunciatio, proſequi iudicium via denunciationis, & ſi hic quoque eſſet nullus poſſet vti via inquiſitionis. Et ſic dato, quod accuſatio, & denunciatio ſint nullæ, nihilominus Iudex poteſt ex illa notitia vti via inquiſitionis generalis, & per illam ſibi parare viam ad inquiſitionem ſpecialem.

16. An verò idem accuſator poſſit ſimul eſſe denunciator, hoc affirmari debet. Non quia denunciator ſit actor, vt vult Eliſæus *d. qu.* 7. quia ſimplex denunciator non inſtat apud Iudicem, & ſi inſtat iam eſt accuſator, ſed quia, niſi ſit præuaricator, poteſt ex iuſta cauſa ceſſare ab inſtantia, & relinquere quod Iudex ex puro officio procedat, vt dictum eſt ſupra *q.* 7. *art.* 2.

SVMMARIVM.

17 *Excommunicati prohibiti ſunt denunciare, ſumpta denunciatione pro querela.*
Pariter denunciati, infames, conſpiratores, inimici, &c. ibidem.
Regulares poſſunt admittere inhabiles accuſatores, niſi obſtet lex naturalis, vel ſpecialis eccleſiaſtica. ibid.
18 *Per Clem.* Exiui *prohibetur Fratribus Minoribus agere in iudicio pro rebus temporalibus.*
Hæc probibitio non afficit alios Regulares habentes dominium rerum temporalium. ibid.
Regulares rariſſimè tenentur accuſare Reos & delicta, etiamſi ſint enormiſſima. ibid.
Illis licet denunciare iudicialiter alios Religioſos ſuis Prælatis de quocumque delicto per ipſos puniibili. ibid. & num. 19.
20 *Religioſus tenetur ad denunciandum, quando ſecreta correctio non creditur pro futura.*
Et quando delicta tendunt in damnum boni communis, vel aliorum Innocentium. ibid.
Delicta publica numerantur, quæ neceſſariò ſunt denuncianda. ibid.
21 *Alia delicta diſtinguuntur, quorum aliqua ſunt neceſſariò denuncianda, aliqua non denuncianda, & num. ſeq.*
22 *Subditi non tenentur denunciare delicta priuata & non excepta, niſi legitimè interroganti.*
23 *Et quando imminet graue damnum Communitati, vel tertio innocenti.*
Et non reparabile niſi media denunciatione. ibid.
Etiam ſi illud delictum non ſit probabile in Iudicio. ibid.
24 *Hæc obligatio denunciandi eſt ex charitate.*
Ideò ſi non denunciat, non tenetur pati damna ibid.
Niſi teneatur ex officio. ibid.
Nec tenetur illa denunciare, ſi imminet graue damnum denuncianti. ibid.
25 *Nec ſi delictum ſit ſibi reuelatum ſub ſecreto, vel cauſa petendi conſilij, aut remedij.*
Et ita non tenentur denunciare Aduocati, Procuratores, Obſtetrices, Chirurgos, maximè ſi non imminet damnum Communitati, vel tertio innocenti. ibid.
Denunciandus eſt delinquens etiam ſi eius fama pereat. ibid.
In Sancto Officio Pater tenetur denunciare filium, filius patrem, frater fratrem, & vir vxorem. ibid.

ARTICVLVS III.

Quis poſſit & debeat Religioſum denunciare.

17. QVæritur ſecundo. *Quis poſſit & teneatur denunciare Religioſum ſuo Prælato.* Multa habent DD. circa hanc quæſtionem, ſed breuiter diſtinguo inter denunciationem, quæ eſt querela, & denunciationem ſimplicem. In illa denunciator ſe habet vt accuſator, & inſtat & obligat Iudicem ad hoc, vt procedat, contra denunciatum, & hoc modo denunciare non poteſt excommunicatus denunciatus, nec infamis, vel inimicus, niſi agat cauſam propriam, nec conſpirator, nec laicus contra Clericum niſi ſuam proſequatur iniuriam, nec qui prohibetur accuſare. De quibus videantur Clar. §. *fin. q.* 14. & Farinac. *q.* 12. Card. de Lugo *d.* 38. *num.* 11. Et nihilominus quia huiuſmodi prohibitiones potiùs ſpectant ad apices Iuris, quam ad ſubſtantiam. Ideò Regulares ad ea non tenentur, & poſſunt inhabiles accuſatores admittere. D. Anton. 3. *p. tit.* 9. *d* 25. §. 6. Sylu. *v. Iudex q.* 5. Niſi lex naturalis, vel ſpecialis eccleſiaſtica obſtet. Sic enim lex naturalis prohibet, vt Iudex non audiat illum, qui ex puro odio monetur ad accuſandum, & ex ſpeciali lege, non poteſt Iudex communicare cum excommunicato non tolerato.

18. Eſt tamen ſpeciale dubium, an Religioſus poſſit iudicialiter accuſare, aut querelare, cum ex Clem. *Exiui* §. *proinde verſ. verum etiam de verb. ſignif.* Religioſi non poſſint

pro re temporali in iudicio experiri; ſed dicitur primo. Quod Clem. illa loquitur de Fratribus Minoribus non verò de Religioſis vniuerſaliter. Dicitur ſecundo quod loquitur de actione iudiciali pro rebus temporalibus, cum Minoribus ſit prohibitum habere dominium rerum Temporalium, etiam in communi, agere vero in Iudicio pro re temporali non competit, niſi habenti ius ad illam, & aliquod dominium illius, & cum eiſdem Religioſis prohibitum ſit etiam eſſe executores teſtamentorum, cum huiuſmodi executio ſæpius fieri non poſſit ſine litigio, aut contrectatione, aut adminiſtratione pecuniæ. Illa igitur prohibitio nec afficit alios Religioſos habentes dominium temporalium in communi, nec impedit Fratres Minores, vt pro non temporalibus poſſint agere in iudicio, & pro bono communi inſtare, vt delinquentes puniantur. Sed prætereà conſiderare debet Religioſus, quod loquendo de accuſatione propriè dicta, vt diſtinguitur à denunciatione rariſſimè continget, quod aliquis teneatur accuſare, etiam ſi delicta ſint enormiſſima, & bono communi pernitioſa, quia bono communi ſufficienter conſulitur per denunciationem, niſi ob negligentiam, vel malitiam Iudicis, vel aliam ſimilem cauſam bonum commune exigat, vt nedum delictum deducatur ad notitiam Iudicis, ſed per inſtantiam Accuſatoris agatur Iudex ad procedendum in cauſa. Serra 2. 2. *q.68. num.1. concl.1.* Lugo *diſp.18.num.1.* Quod verò Sotus *l.5.de iuſt q.5.a.1.* dixit quod ſi crimen ſit enormiſſimum conſcius criminis tenetur accuſare, & probare, vt Iudicem ſubleuet à labore inquirendi, meritò reijcitur à Serra. Neque enim præcipitur accuſatio, vt ſubleuetur Iudex à labore, ſed vt ſciat, & poſſit ſuo labore prouidere bono communi. Ideò conſideret Religioſus, quod cum ſufficiat illum denunciare aliena crimina, parum illum decet accuſare, vt dictum eſt *q.4.n.42.*

19. Sed loquendo de ſimplici denunciatione, quæ non eſt actio, ſed mera criminis manifeſtatio ſine aliqua actione, Sayr. in Claui Regia *l.12. c.8.* Mirand. *in Ord. Iud q.12. a.2.* Rodriq. *tom.2. q.6. a.1.* vnde Iudex in ea non procedit ad inſtantiam denunciantis, ſed ex mero officio, vt tradunt DD. *in cap ſuper his, cap. cum dilectus de accuſat. & in cap. nouit de Iud.* Ideò indubitatum eſt licere Religioſis hoc modo alios Religioſos coram ſuis Prælatis denunciare iudicialiter, de quocumque delicto per ipſos punibili.

20. Imò quando denunciatio eſt neceſſaria ad vitandum graue damnum imminens bono communi, aut priuato alicui innocenti, Religioſus tenetur ad denunciandum, quando ſecreta correctio non creditur profutura, vel alia meliori via non poteſt damnum impediri, & hoc modo denuncianda ſunt delicta, quæ directè tendunt in damnum boni communis, vel aliorum innocentum. D.Thom. 2.2. q. *33. a. 7. & 2.2.q.68.a.1. & ibidem* Caiet. Salon. Aragon, Bannes, & Serra, Sylu. *v. Accuſatio q.2. num.3.* Tabien. *num.4.* Armill. *num.6.* Sanchez *l.6. c.2. d. 5.* Card. de Lugo *d.38. num. 1.* & alij, quos ſequuntur Barboſ. *ad cap. ſicut dignum num. 22. & 23. de homicid.* & Scroi *p.3.c.98. num.29.* Inter huiuſmodi peccata publica numerantur crimen hæreſis, & læſæ maieſtatis, expilatio ærarij publici, proditio Ciuitatis, falſificatio monetarum, ſubuerſio Ciuium, & apud Regulares conſpiratio in Generalem, aut Prouincialem, & eorum Delegatos, in Procuratorem Ordinis, Diffinitores, aut Superiores locales ſubornationes in electionibus. Et hoc extendunt multi etiam ad illa delicta, quæ mediatè ſunt contra bonum commune, vt ſicut apud Regulares aggreſſiones ferro factæ, graues percuſſiones, homicidia, fornicationes, quando morale imminet periculum publicationis, & infamiæ, quæ ex his oritur Religionibus, Suarez *de fide diſp. 8. sect.6. num.11.* Sanchez *p. 2. l.6. cap.56. num.60.* Scroi *p. 3. c.1. num. 30.* plures alios referens. Hæc vero procedunt etiam quando delictum eſt in damnum tertij innocentis, D. Thom. *d. q. 68. a. 1.* & ibi Serra, & alij DD. communiter. Et qui huiuſmodi delicta non denunciaret illorum particeps diceretur ſecundum Bartol. *l. verum ff. ad leg. Pomp.* quem ſequuntur Bouer. *in direct. p. 2. cap. 11.* Bictus *q. 17. num. 12.* Eliſeus de Bellegrandis *tract.3. q.13. num.9.* Et ſaltem pœna extraordinaria puniretur.

21. Ideò diſtingui debet inter delicta iam præterita, & quæ imminent in futurum, ſeu ex quibus imminet futurum aliquod damnum bono communi, aut tertio innocenti. Nam prima delicta, ſi ſint priuata, non tenetur Religioſus denunciare, niſi ſint excepta, & ex lege ſpeciali denuncianda ſint, ſicut denuncianda ſunt delicta ſpectantia ad Sanctum Officium. Nam ſimplex Religioſus, ad quem ex officio non ſpectat hęc denunciatio, vel ad illam non tenetur ex iuſtitia, vt eſt manifeſtum, ſed neque id facere tenetur ex charitate, quia ex delictis iam commiſſis ſupponitur nullum aliud damnum particulare imminere, ad quod impediendum charitas vrgeat.

22. Si tamen delicta priuata ſint publica in hoc ſenſu, quod ſunt commiſſa in loco publico, & ſunt manifeſta, vel famoſa, teneri ea denunciare, qui ſciunt, voluerunt Vega Piſanell. Sylu. Peyr. apud Didac. Scroi *d. p. 3. c. 9. num. 28.* quia ſatisfaciendum eſt ſcandalo publico, & Reipublicæ, vt cæteri timeant, ſed oppoſitum eſt dicendum, quia ſupponitur nullum aliud particulare damnum imminere ad quod tollendum charitas vrgeat, vindictæ vero publicè bonum, non neceſſitat eos, qui non tenentur ex officio ad denunciandum huiuſmodi delicta, alias iam manifeſta, ſeù famoſa, quia fama ipſa illos denunciat, & quia quod vnum, vel alterum delictum maneat impunitum, non infert tale damnum Reipublicæ, vt charitas obliget ſingulos priuatos ad illud im-

pedien-

pediendum; ſed adhoc vigilare debent etiam ex inſtiria ſaltem legali, qui ſunt Superiores ex officio obligati ad bonum commune promouendum; Et ideo quod ſubditi, non teneantur denunciare ſpontè, & non interrogati legitimè delicta priuata, & non excepta docuerunt D. Thom. *quolib.* 11. *a.* 13. D. Anton. 3. *p. tit.* 9. *c.6.* §.4. Sylu. *v. denunciatio q.* 1. Armill. *num.* 2. Sotus *membr.* 2. *q.*4. *diſt.*3. Dec. *in cap. nouit. nu.* 22. *de Iud.* Menoch. *p.*2. *caſ.* 355. *n.*2. Farinac. *q.* 51. *nu.* 24. & alij plures apud Scroi *p.*3. *cap.*8. *num.*16. Bict. *q.*17. *num.*14. Serra 2. 2. *q.*68. *a.*1. *d.*2. *concl.* 3. Vbi hoc limitat, niſi talis ſit negligentia Iudicum, vt ex illa timeatur damnum publicum graue.

23. Sed vbi delicta ſunt committenda, aut ex commiſſis imminet graue damnum communitati, vel tertio innocenti in foro conſcientiæ, neceſſe eſt, illa denunciare etiam ſi ſint delicta priuata. D. Thom. 2.2. *q.* 68. *a.* 1. & ibi Caiet. Bannes, Serra, & alij Farinac. *q.* 51. *num.* 14. Guazz. Iaſ. Panorm. Dec. & alij, quos ſequuntur Bictus *q* 17. *nu.*14. Bellegrandus *t.* 1. *q.*13. *num.* 9. Et ita hoc ſemper aduertendum tunc adeſſe neceſſitatem denunciandi in foro conſcientiæ, quando imminet damnum non reparabile commodè, niſi media denunciatione. Et hoc eſt verum etiam ſi delictum non ſit probabile in iudicio. Serra 2. 2. *quæſt.* 68. *a.*1. *d.*1. *concl.* 2. Nedum enim poteſt eſſe, quod delictum ſit probabile, licet id ignoret denuncians, ſed, quod magis eſt, qualibet notitia, & etiam ſuſpicio imminentis damni, licet non ſufficiat ad puniendum, iuuat ad præcauendum malum per alios vias, & ad hoc vt Iudex magis aduertat, et quærat probationes, & illas accipiat. In quo etiam aduertendum eſt, quod vbi damnum, quod imminet eſt certum, non ſufficit ſpes probabilis, quod poſſit occurri damno per correctionem, aut aliam viam, ſed requiritur ſpes certa, quia damno certo adhibendum eſt remedium certum, Palaus de Char. *tom.*6. *diſp.*3. *p.* 13. *num.*7.

24. Quia tamen hæc obligatio denunciandi eſt ex charitate, ſi quis non denunciat, non tenetur parti ad damna. Niſi ſi quis ex officio teneatur denunciare, vt tenentur cuſtodes nemorum &c. Hi enim tenentur reſtituere damna, quæ ex non denunciatione proueniunt dominis. Et tamen non tenentur reſtituere pœnam, qua de iure puniendi fuiſſent denunciati, vt benè probat Card. de Lugo *tom.* 2. *diſp.* 67. *num.* 101. & 102. Quod ſi ex denunciatione immineт denuncianti graue damnum, denunciare non tenetur *cap. hoc vid.* 2. *q.* 5. niſi eſſemus in caſu, in quo lex charitatis obligat ad denunciandum etiam cum graui damno denunciantis Sylu. *v. denunciato num.* 2. Serra 2. 2. *q.*68. *a.*1. *concl.*5. Sanchez *lib.* 6. *cap.* 2. *dub.* 13. & alij quos ſequitur Scroi *d. cap.*8. *num.* 32. Et ideo, vbi imminet periculum grauis inimicitiæ inter denunciantem, & denunciatum non eſt obligatio denunciandi illum. Clau. Reg. *lib.* 12. *c.*14. *num.* 26. Lezana *v. accuſator num.* 14. Bzou. *v. denunciation.* 9. Admonet vero Card. de Lugo *d.* 68. *n.*36. conſideranda eſſe damna, quæ denunciator ſibi timet. Nam quanto iſta ſunt maiora maius etiam debet eſſe delictum, & maioris momenti contra bonum commune, ad hoc, vt intrat obligatio denunciandi, vt aduerterunt Sylu. Sotus Nauar. Sanchez, & alij ab eo relati, & à Diana *t.* 1. *tract. de denunc. reſol.*3. Pariter ceſſat obligatio denunciandi, ſi quis non dubius, ſed certus ſit, quod Iudex non procedet contra denunciatum, nec adhibebit remedium Sanchez 1. *l. d. op.* 12. *d.* 17. Lezana *v. iudex num.* 7. Card. de Lugo *tract.* 2. *de iuſt. diſp.* 38. *ſect.* 2. *num.* 38. & alij plures, quos ſequitur Scroi *d. cap.* 8. *num.* 33. In hoc tamen caſu poſſet adeſſe obligatio accuſandi, quia inſtantia accuſatoris poſſet compellere Iudicem ad ponendum reo edium. Pariter non adeſt obligatio deponendi, ſi aliunde Iudex eſt iam conſcius delicti.

25. Dicunt etiam ceſſare hanc obligationem, ſi quis non eſt conſcius delicti, niſi quia ſibi ſit reuelatum delictum ſub ſecreto, vel cauſa petendi conſilij, aut remedij, etiam ſi præcedat infamia. D.Thom. 2.2. *q.* 70. *a* 1. *ad ſecundum*. Et ibi Serra *d.* 1. *concl.* 5. Syln. *verb. teſtis q.* 8. *d.* 2. Nauar. *cap.* 25. *num.* 41. & 46. Suar. *de relig. l.*10. *cap.*7. *num.* 23. Sanchez *lib.*6. *cap.*2. *d.*20. *num.* 2. Card. de Lugo *d.* 38. *nu.* 38. Et ideo ad denunciandum non teneri Aduocatos, Procuratores, Medicos, Obſtetrices, Chirurgos, & alios huiuſmodi, etiam ſi ſub excommunicatione, aut præcepto interrogentur, aduertit Serra *loco citato*. Sed hæc non verificantur, ſi ex non denunciatione immineat graue damnum communitati, vel Tertio Innocenti; in quo caſu, ſi non eſt certum, quod aliundè poteſt damnum tertij innocentis impediri, obligat denunciatio. D. Th. *loco citato*, & ibi Serra Suar. *vbi ſupra num.*31. Scroi *d. cap.*8. *num.* 36. Etiam non debere denunciari, niſi damnum tertij ſit maius, quam famæ illius, qui debet denunciari ex Valerio, & Sanchez dixit Scroi *num.* 97. Sed hoc non admittitur, quia delinquens amiſit ius ad famam, nec iuſtum eſt, vt tertius innocens patiatur graue damnum, ne delinquentis fama non pereat. Niſi perſona eſſet talis cuius infamia in graue damnum reipublicæ redundaret. Vel niſi denunciatus præter damnum famæ pateretur aliud damnum in ſe, vel in ſuis, quod denuncians teneretur impedire ex charitate etiam cum ſui incommodo. Non tenetur etiam Regulariter, quis per ſe denunciare ſocium criminis, quia non tenetur denunciare ſe ipſum, niſi tam graue immineret malum, ad quod impediendum teneretur quis cum ſuo damno. Serra *d.* 1. *c.*3. Hinc inferunt aliqui, quod nec filius Patrem, nec Pater filium, nec frater fratrem tenetur denunciare, nec maritus vxorem, nec vxor maritum, quia iſti cenſentur eſſe vna, & eadem perſona, ſed hæc non verificantur

tur in S. Officio. Videantur, quæ de his dixi *cap. de hæret. in 6.* Prohibiti vero accuſare non per hoc ſunt prohibiti denunciare, nec excuſantur à denunciando in caſibus, in quibus lex naturæ, vel diuina obligat ad denunciandum. In cauſa autem ſanguinis Clerici non poſſunt denunciare, niſi ad propulſandam propriam iniuriam, & præmiſſa ſolita proteſtatione. Et nihilominus vbi intuitu boni communis, vel tertij innocentis charitas obligat Clericum ad denunciandum præmiſſa proteſtatione, id poteſt facere ſine timore irregularitatis. Serra 2.2. *q.* 68. *a.* 1. *d.* 1. *in fine* Card. de Lugo *d.* 68. *num.* 16. Et nihilominus Clerici nunquam propriè poſſunt criminaliter accuſare, quia non poſſunt inſtare, vt accuſatus puniatur, ſed ſolum, vt ſibi ſatisfiat. Card. de Lugo *d.* 68. *n.* 17. Neque eſt obligatio denunciandi, ſi ex illa maius damnum, & ſcandalum immineat Communitati. Sanchez *de matrim. diſp.* 13. *num.* 41. Card. de Lugo *diſputat.* 67. *ſect.* 7. *num.* 80. Sic etiam delictum plenè emendatum, & ex quo in futurum nullum imminet malum, non tenetur quis denunciare iudicialiter. Serra *d. a.* 1. *d.* 1. *c.* 3. De obligatione vero denunciandi ex vi edictorum videantur Serra 2.2. *q.* 68. *a.* 1. *d.* 2. *concl.* 2. & Card. de Lugo *t.* 2. *d.* 68. *à n.* 38.

SVMMARIVM.

26 *Denuncians delicta excepta non debet præmittere correctionem fraternam.*
Et præcipuè hoc verificatur de crimine hæreſis, & de eo ſuſpectis. ibid.

27 *Denuncians delicta priuata tenetur præmittere correctionem fraternam, ſecundum multorum ſententiam.*
Aliqui diſtinguunt denunciationem in Euangelicam, Ciuilem, & Iudicialem. ibid.

28 *Denunciatio Ciuilis idem eſt, ac Euangelica.*
Quando agitur de crimine ciuiliter ad inſtantiam partis proceditur per accuſationem. ibid.
Quid ſit denunciatio Euangelica, & Iudicialis. ibid.

29 *Quando Sac. Canon. dixerunt, quod correctio fraterna debet præcedere denunciationem, loquuntur de denunciatione Euangelica.*

30 *Inſtantia, & ſolutio.*

31 *Correctio fraterna non debet præcedere denunciationem Iudicialem, quæ fit intuitu publicæ vindictæ.*

32 *Sententia D. Th. explicatur.*

33 *Eadem eſt ratio de denunciatione Iudiciali, & de accuſatione.*

34 *Quæ ſit denunciatio ad quam procedere debet correctio fraterna.*

35 *Et quæ ſit ad quam non debet præcedere.*

ARTICVLVS IV.

An denuncians iudicialiter teneatur præmittere correctionem fraternam.

26. Difficultas eſt de denunciãte delicta priuata, nam loquendo de delictis exceptis communis ſententia eſt, non eſſe neceſſe præmittere correctionem fraternam. Et quidem loquendo de hæreſi, aut de ea ſuſpectis ſententia affirmans præmittendam eſſe fraternam correctionem damnata eſt ſub Alex. VII. *in Conſt. data die* 8.

27. At loquendo de delictis priuatis plures volunt præmittendam eſſe correctionem fraternam, quos ſequitur, & refert Franciſcus de Sancto Iuliano in Trib. *cap.* 2. *aduert.* 3. *num.* 4. *& ſeqq.* Imo non defuerunt, qui dicerent Iudicem teneri interrogare denunciantem, an præmiſerit correctionem fraternam, pro qua ſententia, idem Franciſcus à S. Iuliano ibidem *aduertend.* 4. *num.* 2. refert Thomam à Ieſu Ghiſil. Petr. Villagut, & Greg. ipſeque *ibidem n.* 3. vult, quod ſi Iudici conſtat correctionem non fuiſſe præmiſſam denunciatio tanquam iniuſta ſit repellenda. Hanc vero ſententiam plures tribuunt D. Thom. Et eam ſequuntur Syln. *v. denunciatio num.* 4. Sotus *l.* 5. *de ius p.* 5. *a.* 1. Serra 2.2. *q* 68. *a.* 1. *n.* 1. Bannes 2. 2. *q.* 33. *a.* 7. Nauarr. *cap.* 24. *num.* 14. Suarez *tom.* 4. *de Regul. l.* 10. *cap.* 12. *num.* 36. Et plures alij, quos ſequitur Palanc. *tom.* 1. *tract.* 6. *d.* 3. *p.* 13. *num.* 6. & alij apud Didac. Scroi *p.* 3. *cap.* 8. *num.* 20. Imo aliqui volunt, quod huiuſmodi denuncians, ſine præmiſſa correctione; quæ eſſet profutura, & tolleret omne periculum damni peccet etiam contra iuſtitiam. Et teneatur ad damna. Sotus, & Serra locis citatis Bannes 2.2. *q.* 68. *a.* 1. *d.* 1. Eliſeus vero de Bellegrandis *part.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 18. repræhendens illos DD. qui Canones explicant, vt loquantur de ſola denunciatione Euangelica, vel putant Canones fuiſſe conſuetudine abrogatos, & amplius volens, quæ *in cap. qualiter, & quando il* 2. *de accuſ.* continẽtur eſſe de ſubſtantia iudicij docet *n.* 21. Mentem Canonum eſſe, vt ſit præmittenda correctio, nedum in denunciatione Euangelica, ſed etiam in denunciatione iudiciali, quando agitur de Crimine ciuiliter. Et ſic diſtinguit triplicem denunciationem Euangelicam, Ciuilem, & iudicialem, & vult ad primas duas præmittendam eſſe correctionem fraternam; & de illis intelligendos eſſe Canones, ad iudicialem vero non eſſe neceſſe, quod præmittatur correctio fraterna.

28. Sed primo aduerti debet diſtinctionem iſtam triplicis denunciationis non habere in Iure ſolidum fundamentum, nec dari denunciationem Ciuilem diſtinctam ab Euangelica. Vbi enim agitur de Crimine ciuiliter, & ad pænitentiam finis eſt correctio morum. Et hic

eſt

eſt modus agendi in inquiſitione generaliſſima; ſeu in viſitatione, qua à Prælatis Diœceſes, aut Prouinciæ, aut Conuentus viſitantur. Huius vero inquiſitionis, ſeu viſitationis finis eſt expurgari populos ab hæreſibus, & peccatis, bonos mores tueri, prauos corrigere, & populos ad Religionem, & innocentiam accendere. *cap.* 1. §. *Florentinum* 85. *diſt. cap. Placuit* 11. *q.* 5. *cap. fin. de ſtat. Monach.. cap. Romano* § *ſanè de cenſ. in* 6. *& cap.* 3. §. *Viſitationum ſeſſ.* 24. *Conc Trid.* Quæ non fiunt ſtrepitu Iudiciali, ſed paternis admonitionibus, & correctionibus, vt in *c.* 1. *ſeſſ.* 13. *Conc. Trid.* & ſic hæc inquiſitio fit ad pænitentiam. Vndè, vt aduerti *cap. poſtquam num.* 36. *de accuſ. in* 6. Epiſcopus viſitans Eccleſias exemptas, aut nullius Diœceſis ex *Conc. Trident. ſeſſ.* 7. *c.* 8. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 9. non poteſt proceſſus iudiciales facere, vt etiam probat R. P. D Fagnanus *cap. dilectus de reſt. à num.* 24. *& in cap. Romana* §. *ſanè de cenſ. in* 6. Cauetur ne Archiepiſcopus viſitans Diœceſes ſuffraganeorum cauſas iudiciales cognoſcat. Sicut ergo Inquiſitio generaliſſima, ſeu viſitatio in qua non agitur de crimine, niſi ciuiliter ordinatur ad morum emendationem, & delictorum pænitentiam, ita denunciatio facta huiuſmodi viſitatoribus, aut Prælatis non ordinatur, niſi adhoc vt Prælati paternis admonitionibus, ac etiam pænitentijs ſalutaribus, quæ telam iudicij non requirunt, mores corrigant, & delinquentes ad pænitentiam inducant, vt fatetur idem Bellegraudus *d. num* 20. At vero denunciatio, quæ ordinatur ad correctionem, & emendam delinquentis, eiuſque pænitentiam, non eſt niſi denunciatio Euangelica. Et aduertendum, quod quando agitur de crimine ciuiliter, ſed ad inſtantiam partis ſuum intereſſe proſequentis, & ſic non ad emendationem illius, ſed ad ſatisfactionem actoris, non proceditur per denunciationem, ſed per querelam, & accuſationem, & tunc etiam non præmittendam correctionem fraternã dictum eſt ſupra *q.* 7. *a.* 4. Quamuis in hoc caſu, ſi quis amicabiliter, & commodè poteſt obtinere ſuum intereſſe, ſine ſtrepitu iudicij, debeat creditor ex charitate abſtinere ab accuſatione. Sic ergo duplex tantum eſt denunciatio, ſcilicet Euangelica, quæ ordinatur proximè ad emendationem denunciati, & iudicialis, quæ proximè ordinatur ad publicam vindictam, & aliorum exemplum, quidquid ſit an denunciatus velit, vel non velit verè pænitere.

29. Dicitur ſecundo, quod Sacri Canones *in cap. inquiſitionis, & cap. qualiter, & quando l.* 2. *de accuſat. & cap. licet Hæli de ſimonia*, & alijs de ſola Euangelica denunciatione, quæ fit ad emendationem denunciati dixerunt, quod eam præcedere debet correctio fraterna, quia imò denunciationem iudicialem reprobauerunt, niſi eam præcedat infamia, & voluerunt ex vi denunciationis non poſſe procedi, niſi contra infamatum, vt probatum eſt *q.* 8. *a.* 9.

30. Et dum alij, qui apud Belleg. *num.* 18. arguunt ex eo quod Canones tres modos pro eodem admiſerunt, ſcilicet, per accuſationem denunciationem, & inquiſitionem, vndè ſicut primus, & tertius modus intelliguntur de modo probandi iudicialiter, ita & debet intelligi ſecundus.

Reſpondetur, quod Pontifices in illis Iuribus loquuti ſunt de modo procedendi in communi, ſiue iudicialiter, ſiue extraiudicialiter, & tres modos admiſerunt, quorum ſecundus non eſt iudicialis de mente illorum Pontificum, qui modum procedendi iudicialiter per denunciationem reiecerunt, licet modo ex conſuetudine valde rationabiliter introducta, hic modus procedendi ſit licitus. Et conſiderari debet, quod, vt aduertit Card. de Lugo *diſp.* 37. *ſect.* 7. *num* 80. antiqua iura, *cap. nouit. de iud. & cap. qualiter il* 2. *de accuſat.* voluerunt, quod denunciationem præcedat monitio, id fecerunt quia vbi denunciator iudicialis nolebat aſſumere onus probandi, & vices Accuſatoris, volebant, vt non admitteretur denunciatio, niſi vt Euangelica, & in ordine ad ſalutem, & bonum denunciati.

31. Dicitur tertio, mentem Diu. Thomæ eſſe, quod denunciationem iudicialem, quæ fit intuitu publicæ vindictæ, non debet procedere correctio fraterna. Certè D. Tho. loquens de accuſatione. Sic loquitur 4. *d.* 19. *q.* 2. *a.* 3. *q.* 1. *ad quartum. Vel dicendum ſecundum alios, quia in accuſatione non agitur ad emendationem peccantis, ſed ad bonum commune, ſcilicet, iuſtitiam conſeruandam per punitionem delinquentis. Et ideo accuſatio in iudicio bona conſcientia poteſt fieri, etiam ſi admonitio non præcedat, nec eſt contra præceptum Domini, quod intelligitur quando agitur ad emendationem peccantis.* At vero, quod non ſubſiſtat, quod aliqui dicunt, ſcilicet ſecundum illam reſponſionem datam eſſe à D. Thoma ſecundum mentem aliorum, non ſecundum propriam falſitatis conuincitur, ex D. Thoma 4. *d.* 35. *quæſt* 1. *art.* 3. *ad ſextum. Dicendum, quod tribus modis in Criminibus procedi poteſt. Primo per inquiſitionem, quam debet præcedere clamoſa inſinuatio, quæ locum accuſationis tenet. Secundo per accuſationem, quam debet præcedere inſcriptio. Tertio per denunciationem, quam debet præcedere fraterna correctio. Verbum ergo Domini intelligitur, quando agitur per viam denunciationis, non quando agitur per viam accuſationis, quia tunc non agitur ſolum ad correctionem delinquentis, ſed ad punitionem propter bonum commune conſeruandum, quod iuſtitia deficiente periret.*

32. Hic enim ex ſola ſua ſententia ſoluit argumentum, & hoc idem confirmat, vt ex *q.* 3. de virtutibus, quæ eſt de correctione fraterna *a.* 2. *ad ſextum ibi. Dicendum, quod alia ratio eſt in accuſatione, & in denunciatione, quia in denunciatione intenditur correctio fratris. Et ideo tali ordine debet denunciatio fieri, quæ ſit conueniens ad emendationem fratris, ſed in accuſatione intenditur*

ditur bonum Eccleſia, vt ſcilicet conſeruetur Communitas pœna ab infectione peccati. Et ideo in accuſatione non oportet, quod pracedat correctio.

33. Et his conformia docet 2.2. *q.* 35. *a.*7. *ad tertium*. Nec vero obſtat, quod D. Thom. loquitur de accuſatione non de denunciatione, quia imo vult, quod denunciationem debeat præcedere correctio fraterna, quia eſt eadem prorſus ratio de denunciatione iudiciali, & de accuſatione, quia vtraque ordinatur ad bonum commune, & ad publicam vindictam, quæ eſt ratio ob quam non eſt neceſſe, quod accuſationem præcedat correctio fraterna, *vt* patet ex eodem D.Tho. 2.2. *q.* 67. *a.* 3. 2. *q.* 68. 1. *c.* & 4. *d.* 35. 3. 6. Et ita hanc ſententiam tenuerunt Nauar. *cap.*18. *nu.* 30. & *in cap. iurauit de probat.* Sayr. *in Clau. Regul. l.* 12. *c.* 10. Aret. *in pract. p.* 2. *c.* 9. Adrian. *in* 4. *de correct. frat. col.* 17. Reginald. §. 8. *l.* 21. *c.* 52. Bonac. *de leg. diſp.* 10 *q.*2. *p.*5. Philipp. de Bict. *in Epit. quaſt.* 15. Hurt. *de iuſt. & Iure diſput.* 2. *diff.* 4. Belleg. *tract.* 1. *q.*13. *num.* 21. Bordon. *in praxi c.* 3. *num.* 17. & *ſeqq.* & apud eum Valentia, Azor, Angles, & Beliſan. Vbi vero D. Thom. docet, quod denunciationem præcedat monitio loquitur in ſenſu Canonum antiquorum de denunciatione Euangelica, quæ ordinatur ad priuatam vtilitatem, & emendationem denunciati, vt ex eius verbis eſt manifeſtum. Denunciatio vero iudicialis potius ad accuſationem ſpectat, quia ad publicam vtilitatem ordinatur.

34. Dicitur tertio, quod in præſenti materia hæc vnica diſtinctio attendi debet. Nam vel denunciatio facta coram Superiore ordinatur ad emendationem fratris, vel ordinatur ad publicum bonum conſiſtens in publica vindicta. In primo caſu, ſi bonum illud, ad quod ordinatur denunciatio apud Iudicem poteſt media correctione fraterna obtineri, hæc debet præcedere denunciationem. Et ideo denunciationem Euangelicam debet præcedere correctio, ſi ſit ſpes emendationis, vt docet D. Tho. locis citatis; ſed hoc verificatur etiam in accuſatione, quæ fit præciſè ob priuatum intereſſe. Si enim creditor poteſt ex priuata petitione obtinere creditum ſuum, irrationabiliter pro illo obtinendo accuſat debitorem apud Iudicem, quia charitas non permittit, quod ad illud præciſè obtinendum proximum accuſet apud Iudicem: ſed bonum publicæ vindictæ non poteſt obtineri, niſi mediante Iudice, & Iudiciali proceſſu. Et ideo non eſt, vndè ad denunciationem iudicialem præcedere debeat monitio, ſeu correctio; charitas vero non prohibet ne offenſus præter ſatisfactionem priuatam, intendat etiam publicam medio Iudice obtinendam.

35. Dicitur igitur quarto, quod denunciationem iudicialem non eſt neceſſe, quod præcedat fraterna correctio. Neque enim confundenda eſt denunciatio Euangelica cum Iudiciali.

SVMMARIVM.

36 *Quæ debeat obſeruare Iudex in denunciatione ſibi facta, & num.* 37.

38 *Simplex denunciator non tenetur probare delictum denunciatum, ſed teſtes informatos proponere debet.*

Si falſum denunciat, debet puniri ad arbitrium Iudicis. ibid.

39 *Quando denunciatio habet requiſita, tenetur Iudex contra denunciatum procedere.*

Niſi commune bonum aliud requirat. ibid.

40 *Publicus denunciator poteſt eſſe Teſtis.*

Secus vero denunciator voluntarius, & priuatus, ſaltem de Iure poſitiuo. ibid.

Iudex procedens per viam inquiſitionis debet prius examinare illos, qui habendi ſunt vt denunciatores, deinde qui ſunt habendi, vt Teſtes. ibid.

Denunciator in Euangelica denunciatione poteſt eſſe Teſtis correctionis iam facta, & pramiſſa, non eorum qua denunciat. ibid.

41 *Iudex ex denunciatione Euangelica, non poteſt punire denunciatum aliqua pœna, ad quam inferendam requiritur forma Iudicij.*

Sed debet procedere ad aliquam pœnam ſalutarem. ibid.

Qua pœna varijs exemplis explicatur, etiam apud Regulares. ibid.

42 *Ex denunciatione paterna, & Euangelica alicuius grauis delicti, poteſt Iudex deuenire ad inquiſitionem Generalem, & ita ſibi parare viam ad ſpecialem.*

43 *Pralatus Regularis potens paternè corrigere delinquentes, debet abſtinere à forma, ſeu ſtrepitu Iudicij.*

ARTICVLVS V.

Quomodo Iudex porrecta ſibi denunciatione ſe gerere debeat.

36. Reſpondetur quod Iudex primo videre debet an delictum ſit probabile in iudicio, & ſi denunciator non proponit teſtes, per quos delictum probari poſſit, illum interrogare, an illi adſint, aut alia indicia, ex quibus delictum probari poſſit, & ſi huiuſmodi probationes deſunt, poteſt quidem denunciationem recipere & retinere ad effectum, vt ſi probationes aduenerint, poſſit in cauſa procedere, non tamen id facere poteſt, niſi ille adueniant, & interim poteſt ille diligentius attendere, an pateat ſibi via ad inquirendum admonito etiam deponente, vt diligentiùs cogitet, an adſit aliquis teſtis.

37. Secundò diligenter animaduertere debet, an denunciatio habeat requiſita neceſſaria. Et in hoc diſtinguere debet inter querelam & ſimplicem denunciationem, & quantum àd primam attendere qualitatem denunciantis

vt videat an denunciantem admittere debeat. Innoc. *in cap. nulli de accuſ.* Clar. §. *fin. qu.* 15. Eos enim, qui non poſſunt accuſare nec tenetur, vt querelantes audire. Et peccaret Iudex, ſi admitteret illum, qui nonniſi ex odio inſtat contra aliquem. In denunciatione vero ſimplici vtile quoque eſt, qualitatem denunciantis conſiderare, ſed tamen qualiſcumque perſona ſit denuncians; ſi denunciatio ſit de ſe veriſimilis, & de delicto probabili, poteſt illam recipere, & ex arbitrio prudentiæ ſuæ ex illa procedere, vel non procedere. Debet quoque qualitates perſonæ denunciatæ conſiderare, vt DD. tradunt, nec de facili contra perſonam dignitate inſignem, & magni nominis, & per plures annos probatæ vitæ procedere, ne talium virorum fama Religioni maximè vtilis, & neceſſaria detrimentum patiatur, *cap. ſi qui ſunt & cap. quærendum* 2. *q.* 7. & facit quod habet Diu. Thom. 2. 2. *q.* 68. *ar.* 1. *ad* 2. Et in hoc placet conſilium quod dat Philipp. de Bict. *q.* 20. *nu.* 2. vt, ſcilicet, Iudex depoſitiones huiuſmodi non accipiat, niſi denunciantes accuſent, & ſe ad pœnam talionis ſubſcribant, quo idem fieri debet, ſi Iudex videat Denunciantem fieri inſtigatorem, & perſonam Accuſatoris induere, ſed tamen in arbitrio Iudicis poſitum eſt videre, an denunciatio ſit accipienda, & ad omnem bonum finem poteſt quemcumque audire, & depoſitiones eius per modum ſimplicis denunciationis recipere, quamuis eum vt inſtantem teneatur reijcere in caſibus in iure expreſſis, & alias vbi ſibi id videret expedire.

38. Item quamuis ſimplex denunciator, non teneatur probare delictum denunciatum, ſed ſufficiat quod teſtes informatos proponat. Clar. *q.* 7. *verſ. quæro nunc*, & ideò ſi deficiat in probando puniri non debeat; nihilominus ſi reperiatur falſum denunciaſſe, & præſertim, ſi conſtet eum ſcienter depoſuiſſe falſum, ad arbitrium Iudicis puniri debet Farinacc. *q.* 16. *num.* 15. *& ſeqq.*

39. Quando vero denunciatio habet requiſita, & præcipuè ſi denunciatio fiat per modum accuſationis aut querelæ regulariter tenetur Iudex admiſſa denunciatione, contra denunciatum procedere, alias peccat, negligendo iuſtitiam D. Thom. 2. 2. *q.* 54. *ar. fin.* Gloſſ. *in cap. excommunicamus verſ. neglexerit de hær.* Panormit, *cap. cum dilectus de accuſ.* Niſi ſimus in caſu, in quo commune bonum aliud requirit, & poſtulat, ne Iudex cauſam iudicialiter proſequatur.

40. Quamuis vero publicus denunciator duplicem perſonam gerere poſſit, & ſecundum publicam conſcientiam denunciare, & ſecundũ eius priuatam perſonam eſſe teſtem. Tuſc. *concl.* 192. *num.* 14. *a* 15. *lit. D.* tamen voluntarius & priuatus denunciator iuxta communem ſententiam teſtis eſſe non poteſt de iure poſitiuo, & ideò Iudex caueat ne illum vt teſtem examinet *cap.* 1. 4 *q.* 3. *cap. forus* §. *de omni de verb. ſignif.* Clar. *q.* . . . Tuſc. *d. concl.* 192. Ideò dum Iudex procedit per viam inquiſitionis animaduertat, vt non examinet primo illos, qui examinandi ſunt, vt teſtes, ſed illum, vel illos, qui habendi ſunt vt denunciantes, & ſolum ſufficientes ſunt, vt gerant vicem denunciantium. Sed inter illos, qui poſſunt eſſe teſtes. Bellegrand. *tract.* 1. *q* 13. *num.* 22. numerat etiam illos, qui denunciant ex præcepto, nam & iſti duplicem perſonam repræſentant. In denunciatione vero Euangelica denunciator poteſt eſſe teſtis, non eorum quæ denunciantur, ſed correctionis iam factæ, & præmiſſæ. Bellegrand. *tract.* 1. *q.* 13. *num.* 24. Si etiam Iudex relicta denunciationis via, procedere vellet per viam inquiſitionis ex infamia, vel indicijs, denunciator poſſet examinari vt teſtis Bellegrand. *num.* 23.

41. An vero ex denunciatione Euangelica poſſit Iudex denunciatum punire, hoc certum eſſe debet, quod non poteſt punire aliqua pœna, ad quam inferendam requiritur forma iudicij ex lege, vel præſcripta conſuetudine. Poteſt tamen procedere, & ad aliquam pænitentiam ſalutarem deuenire, ad quam inferendam non requiritur niſi cognitio extraiudicialis. Et ſic hoc attendi debet, an adſit ſufficiens extraiudicialis cognitio delicti, hac enim exiſtente poterit etiam denunciatum remouere ab officio, quod ſit tale, quod ex Superioris nutu pendeat, vel etiam ſecundum Regulam alijs pœnitentijs corrigere: & ſi ſibi ſaltèm per vnum teſtem omni exceptione maiorem conſtet, Prælatus poteſt præcipere etiam ſub excommunicatione v. g. vt ſubditus ad talem domum non accedat, vel ne cum tali perſona loquatur, vel alia ordinare, & præcipere, quæ iudicabit, vel ad ſubditi emendam, vel ad bonum commune eſſe opportuna, ſicut & poterit ſubditum coram Conſultoribus, aut teſtibus, aut publicè reprehendere. Palaus *tract.* 6. *de char. diſp.* 3. *p.* 12. Bellegr. *tr.* 1. *q.* 14. *num.* 12. & vniuerſaliter illa agere, ad quæ non requiritur niſi extraiudicialis notitia; & ſi de delicto extraiudicialiter non conſtet, poterit Superior delinquenti ſocium fidelem adiungere, qui eius actiones exploret, & illa ſibi referat. Ban. 2. 2. *q.* 33. *a.* 3. *dub* 1. illi etiam indicando malam ſuſpicionem, de qua apud Prælatum diffamatus eſt, ſi hoc neceſſarium fuerit. Bellegrand. *t.* 1. *q.* 14. *num.* 12. Et ſic etiam alia via licita poterit vitam ſubditi obſeruare. Verum vbi ex occulto ſubditi delicto immineat damnum communitati, vel tertio Innocenti, poterit Superior, vti Iure ſuo, & in illis, quæ ex eius nutu dependent diſponere de ſubdito, ad eius arbitrium, illum v. g. amouendo à Conuentu, vel aliquid ei præcipiendo ex aliquo motiuo ſibi arbitrario, non accipiendo pro motiuo delictum occultum, etiam ſi ex hoc forſan alij ſuſpicabuntur aliquid mali de illo, quia bonum commune, & iuſtitia Innocentis præponderat bono priuato delinquentis. Et in hoc Superior ſatisfacit charitati, & Iuſti-

tiæ

tiæ ſi quantum poteſt conſulit famæ delinquentis bono communi non neglecto, pro quo ptincipaliter inſiſtere debet.

42. Sed an ex denunciatione paterna poſſit Superior tranſire ad ſpecialem Iudicij inquiſitionem contra denunciatum, dicunt multi, quod ſi delictum ſit in graue dammum Reipublicæ, aut tertij Innocentis, poteſt Superior præcipere denuncianti, vt iuridicè denunciet, vel inſtituere fiſcalem, qui denunciet, ſi alia via non poteſt occurri imminenti damno, & ſperat ſe habiturum ſufficientrs probationes Suar. *de Rel l.* 10. *cap.* 2. *&* 12. Caſp. *in Curſ. Theol. t.* 2. *tract.* 17. *d* 6. *ſect.* 3. Diana *p.* 7. *tract.* 3. *reſ.* 46. *&* 47. Sed melius dicitur, quod, vbi ſibi bonum viſum fuerit, Superior quocumque modo cognouerit delictum, etiam ſi hoc ſciat per denunciationem Euangelicam, poteſt deuenire ad inquiſitionem Generalem, & ea mediante ſibi parare viam ad inquiſitionem ſpecialem iuxta probata ſupta *q.* 8. *a.* 7. *&* 8. & aduertit Philippus de Bictis in Epit. *q.* 16. *nu.* 8. *&* 10.

43. Et tamen hoc ſempet conſiderandum erit, quod vbi Prælatus Regularis poſſit paternè corrigere delinquentes, & Communitatem in bonum dirigere, & ſcandala præcauere, melius erit à forma, ſeu ſtrepitu Iudicij abſtinere. Nec debet hac fotma vti, niſi id exigente bono communi publicæ iuſtitiæ, & ſic niſi ad id ſit neceſſitatus, & qundammodo coactus.

SVMMARIVM.

1 *Notorium duplex Iuris, ſcilicet, & facti.*
Quid ſit vtrumque. ibid.
Ad hoc vt delictum ſit notorium neceſſe eſt, quod factum ſit notorium in ratione delicti. ibid.
2 *Diuerſæ Doctorum ſententiæ circa diffinitionem Notorij, & num.* 3.
4 *Notoria crimina non requirant ordinem Iudiciarium.*
5 *Conditiones aliquæ neceſſario requiſitæ ad hoc, vt delictum ſit notorium, & quod circa ipſum non ſeruetur ordo Iuris, & num* 6.
Quomodo delictum poſſit eſſe notorium Iudici, vt Iudici. ibid
7 *Quando delictum eſt notorium populo, & non Iudici, illud eſt probandum, ſiue ſit facti permanentis, ſiue tranſeuntis.*
Similiter ſi delictum eſt notorium Iudici per euidentiam facti, procedit, ſine accuſatore & denunciatore. ibid.
8 *Et quomodo in hoc ſe debeat gerere Iudex circa inchoationem, & proſequutionem cauſæ.*
9 *Ad probandum notorium requiruntur teſtes de viſu.*
Et ſufficiunt duo teſtes. ibid.
10 *Probato Notorio non eſt neceſſe ſeruare ordinarium ordinem Iuris.*
In cauſa notorij facti non eſt neceſſaria litis conteſtatio, nec iuramentum calumniæ, nec veritatis, & malitiæ. ibidem.
Hæc verificantur, quando delictum eſt notorium Iudici, vt Iudici. ibid.
At ſi probatio eſt neceſſaria ſeruandus ſit ordo Iuris. ibid.
11 *Quomodo in cauſa notorij non ſit neceſſaria citatio.*
12 *Nec ſententia ſcripta, vel prolata per verba.*
13 *Et quomodo in hac cauſa non habeat locum appellatio.*
14 *Quando in cauſa notorij ſeruandus eſt ordo Iuris, ſufficit ſeruare illum, qui ſeruatur vbi proceditur ſummariè, & de plano iuxta Clem.* ſæpè de verb. ſignific.

QVAESTIO X.

De modo procedendi per euidentiam facti.

ARTICVLVS I.

De modo procedendi per viam notorij.

1. NOtorium aliud dicitur Iuris, & aliud facti. Notorium Iuris eſt illud, de quo quis in iudicio condemnatur. *cap. veſtra* 7. *de cohab Cleric.* Aduertendum enim, quod notorium Iuris, dicitur, quod conſurgit, vel ex probatione Iudiciali, vel ex Rei confeſſione, tamen notorium non completur, niſi ex ſententia, vt explicaui tractatu *de elect. cap.* 25. *num.* 587. Notorium autem facti illud eſt, quod eſt notum maiori parti viciniæ, vel Collegij, vel Monaſterij, vel Parrochiæ, dummodo ſaltem decem perſonæ inueniantur *in ea*. Neque enim in communitate, in qua non ſint ad minus decem perſonæ poteſt dari notorium. Farinac. *q.* 21. *num.* 59. ex Cir. & Butr. Quamuis, hoc aliqui negent. Nam quod notorium dicatur, quod in paruis Conuentibus, in quibus non morantur decem Religioſi, eſt notum maiori parti eorum, qui in eis ſunt, ex Peir. *in form. l. P. c.* 17. *num.* 2. Scacc. *de Iud cap.* 76. *num.* 5. Lezana *v. notorium num.* 5. tradit Scrot *p.* 3. *cap.* 9. §. 8. *num.* 3. Sufficit tamen ad notorium, quod ſit notum maiori parti illorum, quorum intereſt id ſcire, vel qui factum ſcirent, ſi illud fuiſſet. Ad hoc vero, vt delictum ſit nototium, neceſſe eſt, quod factum ſit notorium in ratione delicti, & quod non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, vt per DD. quos retuli *tract. de elect. cap.* 26. *n.* 18. *&* 19.

2. Verum cum de diffinitione nototij ſit valdè diuerſa DD. ſententia, quidam enim voluerunt, quod ad notorium publicitas loci ſit neceſſaria, vt, ſcilicet, quod ſit factum in loco publico, & ita quod factum in Domo particulari non poſſit dici nototium, licet ſit factum coram pluribus perſonis. Io. Andr. Cald. & Buſ. *in cap veſtra de cobab. Cleric.* & alij quos ſequitur Farinac. *q.* 21. *num.* 55. Quod tamen rationi non conuenit, certitudo enim notorij con-

conſiſtit in certitudine facti, quæ extat in populo, vel maiori parte illius, quæ certitudo habetur ex præſentia, & ſenſu eorum, qui factum vident, vbicumque illud fiat, & videatur. Alij vero amplius exiſtimant requiri qualitatem temporis, vt notorium dici non poſſit, quod eſt factum de nocte, niſi factum ſit tale, vt ſonus campanæ, quod etiam de nocte poſſit eſſe notorium Maſcard. *concluſ.* 101. *num.* 2. & alij, quos ſequitur Farinac. *num.* 57. ſed hoc quoque reijcitur. Nam factum de nocte poteſt eſſe tale, quod ſit notum per ſenſum maioris partis populi; & ſic ſit certum, & notorium.

3 Ex illis vero, qui putant notorium diffiniri ex multitudine teſtium, adhuc alij volunt, quod ſufficiat poſſibilitas iſtius numeri, & ita quod delictum ſit notorium, ſi ſit factum in platea, etiam abſque eo, quod probetur illud fuiſſe factum coram pluribus. Butrius *d. cap. veſtra num.* 48. Farinac. *d. q.* 21. *num.* 47. (quæ opinio in caſu admitti poſſet, ſi Platea eſſet capax maioris partis populi, & teſtes deponerent plateam tunc plenam fuiſſe Populo). Alij veró volunt ad notorium ſufficere, quod delictum ſit commiſſum coram decem perſonis, & de quo decem teſtes de viſu poſſint deponere, de certa ſcientia, alij vero contenti ſunt numero trium teſtium, alij dixerunt ſufficere ſeptem teſtes, & alij alia dixerunt, vt videre eſt apud Maſcard. *de concluſ. c.* 101. & Farinac. *d. q.* 21. *à num.*44. & propterea ſtante opinionum diuerſitate multi dixerunt, quod ſit poſitum in arbitrio Iudicis videre an factum ſit notorium.

4. Verum hoc arbitrium debet eſſe in Iure fundatum, & debet Iudex benè ponderare leges, & ex illarum ſenſu diligenter accepto arbitrari, quid ſit notorium, & an factum verè ſit notorium. Quia vero finis huius inquiſitionis eſt videre, an procedi poſſit contra delinquentem non ſeruato ordine Iuris, quia notoria crimina ordinem iudiciarium non requirunt. *cap. manifeſta, & cap. de manifeſta* 2. *q.* 1. *cap. ſuper eo deteſt. cogend.* Illud dicendum erit notorium, quod habet illa, quæ neceſſaria ſunt, vt circa illud ordo Iuris ſeruari non debeat. Ad hoc vero neceſſarium primo eſt, quod factum ſit per ſenſum notum, vel populo, vel maiori parti illius, vt habet ſententia communis. Quod cum proportione intelligitur, vt, ſcilicet, notorium in prouincia ſit id, quod eſt notum ſaltem maiori parti Prouinciæ, & ſi eſt notorium in Ciuitate, ſit manifeſtum maiori parti illius, & ſic de notorio in vicinia, vel Collegio, vel Monaſterio, neceſſe ſit, quod ſit notum maiori parti viciniæ, vel Collegij, vel Monaſterij. Verumtamen, quia adhoc vt Iudex procedat, per viam notorij, non eſt neceſſe, quod delictum ſit notorium Prouinciæ, vel Ciuitati, ſed ſufficit, quod ſit notorium ſimpliciter, ideo adhoc ſufficit, quod ſit factum ſaltem coram decem perſonis, quia decem perſonæ conſtituunt populum, vt ſic illius dari poſſint decem, imo ſex, qui deponant ex certa ſcientia.

5. Secundò requiritur, quod factum ſit notorium formaliter in ratione delicti, quod nulla tergiuerſatione poſſit celari, *cap. tua nos, de cohab. Cleric.* Clar. *q.* 9. Hoc tamen explicant aliqui, quos ſequitur Farinac. *q.* 21. *n.*51. vt ſufficiat ſi ſit notoria ſubſtantia delicti, licet non ſint notoriæ circumſtantiæ, & qualitas inexcuſabilitatis; ſed aduertendum, quod ad effectum, vt Iudex in cauſa notorij nullum ferè ſeruet ordinem Iuris, & præcipuè, vt non ſit neceſſaria citatio, aut ſententia, omnino neceſſe eſt, quod ſit notoria qualitas inexcuſabilitatis, & quod delictum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, & ſic quod non poſſit habere locum defenſio. Priuilegium enim non ſeruandi in notorio delicto ordinem iuris fundatur in hoc, quod delictum ſit ita manifeſtum, vt non poſſit aliqua tergiuerſatione celari. Poſſet tamen dici, quod adhoc vt Iudex incipiat proceſſum per viam notorij ſufficit, quod factum ſit notorium, ſed vbi inueniat factum poſſe excuſari, ſeruare debeat ordinem iuris, vt infra explicatur, & in hoc ſenſu admitti poteſt, quod habet Scoti *p.* 3. *c.* 9. §. 8. *num.* 5.

6. Tertiò requiritur, vt delictum ſit notorium etiam Iudici, vel quod ſit in Iudicio probatum. Dupliciter autem delictum poteſt eſſe notorium Iudici, vt Iudici. Primo ſi ſit factum ſimul coram Populo, vel maiori eius parte, & coram Iudice ſedente pro Tribunali, vel exiſtente in actu exercendi Iuriſdictionem. Non ſufficit vero, quod delictum ſit factum coram Iudice, ſi ſimul non adſit maior pars populi, vel numerus perſonarum requiſitus ad notorium, ſiue viri, ſiue mulieres, ſiue in delicto complices, neque enim eſt neceſſe, quod illi coram quibus delinquens delinquit ſint teſtes omni exceptione maiores. Secundo delictum eſt notorium Iudici, ſi Reus illud confiteatur iudicialiter coram Iudice, nam per hoc delictum ſit notum Iudici notorietate Iuris. Sed hoc eſt notorium iuris, de quo modo non agitur.

7. Sed ſi delictum, licet ſit notorium Populo, non eſt notorium Iudici, vel quantum ad ſubſtantiam delicti, vel quantum ad circumſtantias eius, tunc illud eſt probandum; nec in hoc eſt diſcrimen inter notorium facti permanentis, vel tranſeuntis, ſed indiſtinctè notorium probari debet, ſi non eſt notorium in Iudicio *cap. pudenda* 24. *q.* 1. *cap. eorum, qui accuſ.* 2. *quæſt.* 3. *cap. præſentiam* 17. *q.* 4. Hic autem diſtingui debet inter ordinationem Iudicij, & inter proſecutionem, & terminationem cauſæ. Nam ad effectum ordinandi iudicium, ſufficit illa notitia, quam per euidentiam Rei habet Iudex, tanquam vnus de Populo, ex ea enim ſine alio accuſatore, aut denunciatore, aut alia infamia, poteſt Iudex ſe mouere, vt inquirat contra delinquentem. Et in

tiæ ſi quantum poteſt conſulit famæ delinquentis bono communi non neglecto, pro quo principaliter inſiſtere debet.

42. Sed an ex denunciatione paterna poſſit Superior tranſire ad ſpecialem Iudicij inquiſitionem contra denunciatum, dicunt multi, quod ſi delictum ſit in graue dammum Reipublicæ, aut tertij Innocentis, poteſt Superior præcipere denuncianti, vt iuridicè denunciet, vel inſtituere fiſcalem, qui denunciet, ſi alia via non poteſt occurri imminenti damno, & ſperat ſe habiturum ſufficientes probationes Suar. *de Rel l. 10. cap. 2. & 12.* Caſp. *in Curſ. Theol. t. 2. tract. 17. d 6. ſect. 3.* Diana *p. 7. tract. 3. reſ. 46. & 47.* Sed melius dicitur, quod, vbi ſibi bonum viſum fuerit, Superior quocumque modo cognouerit delictum, etiam ſi hoc ſciat per denunciationem Euangelicam, poteſt deuenire ad inquiſitionem Generalem, & ea mediante ſibi parare viam ad inquiſitionem ſpecialem iuxta probata ſupra *q. 8. a. 7. & 8.* & aduertit Philippus de Bictis in Epit. *q. 16. nu. 8. & 10.*

43. Et tamen hoc ſemper conſiderandum erit, quod vbi Prælatus Regularis poſſit paternè corrigere delinquentes, & Communitatem in bonum dirigere, & ſcandala præcauere, melius erit à forma, ſeu ſtrepitu Iudicij abſtinere. Nec debet hac forma vti, niſi id exigente bono communi publicæ iuſtitiæ, & ſic niſi ad id ſit neceſſitatus, & quodammodo coactus.

SVMMARIVM.

1 *Notorium duplex Iuris, ſcilicet, & facti.*
Quid ſit vtrumque. ibid.
Ad hoc vt delictum ſit notorium neceſſe eſt, quod factum ſit notorium in ratione delicti. ibid.
2 *Diuerſa Doctorum ſententia circa diffinitionem Notorij, & num. 3.*
4 *Notoria crimina non requirant ordinem Iudiciarium.*
5 *Conditiones aliquæ neceſſario requiſitæ ad hoc, vt delictum ſit notorium, & quod circa ipſum non ſeruetur ordo Iuris, & num. 6.*
Quomodo delictum poſſit eſſe notorium Iudici, vt Iudici. ibid
7 *Quando delictum eſt notorium populo, & non Iudici, illud eſt probandum, ſiue ſit facti permanentis, ſiue tranſeuntis.*
Similiter ſi delictum eſt notorium Iudici per euidentiam facti, procedit, ſine accuſatore & denunciatore. ibid.
8 *Et quomodo in hoc ſe debeat gerere Iudex circa inchoationem, & proſequutionem cauſæ.*
9 *Ad probandum notorium requiruntur teſtes de viſu.*
Et ſufficiunt duo teſtes. ibid.
10 *Probato Notorio non eſt neceſſe ſeruare ordinarium ordinem Iuris.*
In cauſa notorij facti non eſt neceſſaria litis conteſtatio, nec iuramentum calumniæ, nec veritatis, & malitiæ. ibidem.
Hæc verificantur, quando delictum eſt notorium Iudici, vt Iudici. ibid.
At ſi probatio eſt neceſſaria ſeruandus ſit ordo Iuris. ibid.
11 *Quomodo in cauſa notorij non ſit neceſſaria citatio.*
12 *Nec ſententia ſcripta, vel prolata per verba.*
13 *Et quomodo in hac cauſa non habeat locum appellatio.*
14 *Quando in cauſa notorij ſeruandus eſt ordo Iuris, ſufficit ſeruare illum, qui ſeruatur vbi proceditur ſummariè, & de plano iuxta Clem.* ſæpè de verb. ſignific.

QVAESTIO X.

De modo procedendi per euidentiam facti.

ARTICVLVS I.

De modo procedendi per viam notorij.

1. NOtorium aliud dicitur Iuris, & aliud facti. Notorium Iuris eſt illud, de quo quis in iudicio condemnatur. *cap. veſtra 7. de cohab. Cleric.* Aduertendum enim, quod notorium Iuris, dicitur, quod conſurgit, vel ex probatione Iudiciali, vel ex Rei confeſſione, tamen notorium non completur, niſi ex ſententia, vt explicaui tractatu *de elect. cap. 25. num. 587.* Notorium autem facti illud eſt, quod eſt notum maiori parti viciniæ, vel Collegij, vel Monaſterij, vel Parrochiæ, dummodo ſaltem decem perſonæ inueniantur in ea. Neque enim in communitate, in qua non ſint ad minus decem perſonæ poteſt dari notorium. Farinac. *q. 21. num. 59.* ex Cir. & Butr. Quamuis, hoc aliqui negent. Nam quod notorium dicatur, quod in paruis Conuentibus, in quibus non morantur decem Religioſi, eſt notum maiori parti eorum, qui in eis ſunt, ex Peir. *in form. l. P. c. 17. num. 2.* Scacc. *de Iud cap. 76. num. 5.* Lezana *v. notorium num. 5.* tradit Scroi *p. 3. cap. 9. §. 8. num. 3.* Sufficit tamen ad notorium, quod ſit notum maiori parti illorum, quorum intereſt id ſcire, vel qui factum ſcirent, ſi illud fuiſſet. Ad hoc vero, vt delictum ſit notorium, neceſſe eſt, quod factum ſit notorium in ratione delicti, & quod non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, vt per DD. quos retuli *tract. de elect. cap. 26. n. 18. & 19.*

2. Verum cum de diffinitione notorij ſit valdè diuerſa DD. ſententia, quidam enim voluerunt, quod ad notorium publicitas loci ſit neceſſaria, vt, ſcilicet, quod ſit factum in loco publico, & ita quod factum in Domo particulari non poſſit dici notorium, licet ſit factum coram pluribus perſonis. Io. Andr. Cald. & Buſ. *in cap veſtra de cohab. Cleric.* & alij quos ſequitur Farinac. *q. 21. num. 55.* Quod tamen rationi non conuenit, certitudo enim notorij con-

onſiſtit in tertitudine facti, quæ extat in populo, vel maiori parte illius, quæ certitudo abetur ex præſentia, & ſenſu eorum, qui fatum vident, vbicumque illud fiat, & videatur. lij vero amplius exiſtimant requiri qualitam temporis, vt notorium dici non poſſit, uod eſt factum de nocte, niſi factum ſit tale, ſonus campanæ, quod etiam de nocte poſſit ſe notorium Maſcard. *concluſ.* 101. *num.* 2. & ij, quos ſequitur Farinac. *num.* 57. ſed hoc oque reijcitur. Nam factum de nocte poteſt e tale, quod ſit notum per ſenſum maio- partis populi; & ſic ſit certum, & notoum.

3 Ex illis vero, qui putant notorium difi ex multitudine teſtium, adhuc alij volunt, od ſufficiat poſſibilitas iſtius numeri, & ita od delictum ſit notorium, ſi ſit factum intea, etiam abſque eo, quod probetur illud ſe factum coram pluribus. Butrius *d. cap.* *ra num.* 48. Farinac. *d. q.* 21. *num.* 47. (quæ nio in caſu admitti poſſet, ſi Platea eſſet camaioris partis populi, & teſtes deponerent eam tunc plenam fuiſſe Populo). Alij verò int ad notorium ſufficere, quod delictum ommiſſum coram decem perſonis, & dedecem teſtes de viſu poſſint deponere, de a ſcientia, alij vero contenti ſunt numero n teſtium, alij dixerunt ſufficere ſeptems, & alij alia dixerunt, vt videre eſt apud card. *de concluſ. c.* 101. & Farinac. *d. q.* 21. *n.*44. & propterea ſtante opinionum diuer- multi dixerunt, quod ſit poſitum in aro Iudicis videre an factum ſit notorium.

Verum hoc arbitrium debet eſſe io Iure atum, & debet Iudex benè ponderare le- & ex illarum ſenſu diligenter accepto arri, quid ſit notorium, & an factum verè torium. Quia vero finis huius inquiſis eſt videre, an procedi poſſit contra deentem non ſeruato ordine Iuris, quia nocrimina ordinem iudiciarium non requi- *cap. manifeſta, & cap. de manifeſta* 2. *q.* 1. *per eo deteſt. cogend.* Illud dicendum erit ium, quod habet illa, quæ necaſſaria vt circa illud ordo Iuris ſeruari non de- Ad hoc vero neceſſarium primo eſt, quod ſit per ſenſum notum, vel populo, vel parti illius, vt habet ſententia commu- Quod cum proportione intelligitur, vt, , notorium in prouincia ſit id, quod eſt ſaltem maiori parti Prouinciæ, & ſi eſt im in Ciuitate, ſit manifeſtum maiori lius, & ſic de notorio in vicinia, vel io, vel Monaſterio, neceſſe ſit, quod ſit maiori parti viciniæ, vel Collegij, vel terij. Verumtamen, quia adhoc vt Iuocedat, per viam notorij, non eſt nequod delictum ſit notorium Prouinciæ, icati, ſed ſufficit, quod ſit notorium icet, ideo adhoc ſufficit, quod ſit faſtum coram decem perſonis, quia deſonæ conſtituunt populum, vt ſic illius dari poſſint decem, imo ſex, qui deponant ex certa ſcientia.

5. Secundò requiritur, quod factum ſit notorium formaliter in ratione delicti, quod nulla tergiuerſatione poſſit celari, *cap. tua nos, de cohab. Cleric.* Clar. *q.* 9. Hoc tamen explicant aliqui, quos ſequitur Farinac. *q.* 21. *n.*51. vt ſufficiat ſi ſit notoria ſubſtantia delicti, licet non ſint notoriæ circumſtantiæ, & qualitas inexcuſabilitatis; ſed aduertendum, quod ad effectum, vt Iudex in cauſa notorij nullum ferè ſeruet ordinem Iuris, & præcipuè, vt non ſit neceſſaria citatio, aut ſententia, omnino neceſſe eſt, quod ſit notoria qualitas inexcuſabilitatis, & quod delictum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, & ſic quod non poſſit habere locum defenſio. Priuilegium enim non ſeruandi in notorio delicto ordinem iuris fundatur in hoc, quod delictum ſit ita manifeſtum, vt non poſſit aliqua tergiuerſatione celari. Poſſet tamen dici, quod adhoc vt Iudex incipiat proceſſum per viam notorij ſufficit, quod factum ſit notorium, ſed vbi inueniat factum poſſe excuſari, ſeruare debeat ordinem iuris, vt infra explicatur, & in hoc ſenſu admitti poteſt, quod habet Scroi *p.* 3. *c.* 9. §. 8. *num.* 5.

6. Tertiò requiritur, vt delictum ſit notorium etiam Iudici, vel quod ſit io Iudicio probatum. Dupliciter autem delictum poteſt eſſe notorium Iudici, vt Iudici. Primo ſi ſit factum ſimul coram Populo, vel maiori eius parte, & coram Iudice ſedente pro Tribunali, vel exiſtente in actu exercendi Iuriſdictionem. Non ſufficit vero, quod delictum ſit factum coram Iudice, ſi ſimul non adſit maior pars populi, vel numerus perſonarum requiſitus ad notorium, ſiue viri, ſiue mulieres, ſiue in delicto complices, neque enim eſt neceſſe, quod illi coram quibus delinquens delinquit ſint teſtes omni exceptione maiores. Secundo delictum eſt notorium Iudici, ſi Reus illud confiteatur iudicialiter coram Iudice, nam per hoc delictum fit notum Iudici notorietate Iuris. Sed hoc eſt notorium iuris, de quo modo non agitur.

7. Sed ſi delictum, licet ſit notorium Populo, non eſt notorium Iudici, vel quantum ad ſubſtantiam delicti, vel quantum ad circumſtantias eius, tunc illud eſt probandum; nec in hoc eſt diſcrimen inter notorium facti permanentis, vel tranſeuntis, ſed indiſtinctè notorium probari debet, ſi non eſt notorium in Iudicio *cap. pudenda* 24. *q.* 1. *cap. eorum, qui accuſ.* 2. *quæſt.* 3. *cap. præſentiam* 17. *q.* 4. Hic autem diſtingui debet inter ordinationem Iudicij, & inter proſecutionem, & terminationem cauſæ. Nam ad effectum ordinandi iudicium, ſufficit illa notitia, quam per euidentiam Rei habet Iudex, tanquam vnus de Populo, ex ea enim ſine alio accuſatore, aut denunciatore, aut alia infamia, poteſt Iudex ſe mouere, vt inquirat contra delinquentem. Et in

hoc attenditur illa diſtinctio Notorij facti permanentis, & continui, vel facti permanentis, ſed interpellati, vel facti tranſeuntis; quia vbi delictum eſt facti permanentis, & continui, vel etiam interpellati cum poſſit eſſe notum Iudici per euidentiam facti, adhoc vt Iudex ordinet iudicium, non eſt neceſſarius accuſator, vel denunciator, ſed ſufficit facti euidentia, quæ eſt maior, quam infamia, vt ſuppleat vires accuſatoris, vt docet D. Thom. 2. 2. *quæſt. 67. a. 3. ad ſecundum*.

8. Sed ſi factum non ſit notorium perſonæ Iudicis, adhuc ad effectum ordinandi iudicium, ſufficit extraiudicialis informatio Iudicis, qui ſine Rei citatione poteſt etiam ſecreto ſe informare, an factum ſit notorium, vt videat, ſi ſibi competit Iuriſdictio, & facultas procedendi non ſeruato ordine Iuris. Et vndequaque Iudex cognoſcat factum eſſe notorium; niſi aliundè ſit prohibitum illa vti (vt ſi ſit notitia habita in Confeſſione Sacramentali) poteſt Iudex ſe mouere, vt extraiudicialiter ſe informet, an factum ſit notorium. Verumtamen, vbi notorium eſt facti tranſeuntis, & ſic euidentia facti non clamat apud Iudicem, non poterit Iudex inchoare proceſſum, niſi accuſatore, vel denunciatore, aut fama denunciante illi delictum obiectiuè in ſe notorium, non vero notorium Iudici per euidentiam facti.

9. Sed ad effectum proſequendi cauſam, & illam terminandi, notorium debet probari iuridicè, & concludenter parte citata, niſi Iudex poſſit examinari teſtes parte non citata, & per teſtes iuratos, qui reddant condecentem rationem ſui dicti, etiam non interrogati, ſufficit vero, quod in re materialiter, & obiectiuè probent id, quod Peritis dicitur notorium, licet neſciant diffinire, quid ſit notorium, & debent eſſe teſtes deponentes de viſu, & ad condemnandum Reum, neceſſe eſt, quod teſtes deponant factum, & apparentiam, & notorietatem illius, deponendo quod fuit factum coram maiori parte populi. Teſtes autem de auditu non poſſunt probare notorium, niſi per famam, quod ad effectum procedendi contra delinquentem non ſeruato ordine Iuris non credo ſufficere. Concludenter autem notorium probatur per duos teſtes.

10. Sic igitur probato notorio, non eſt neceſſe ſeruare ordinarium ordinem Iuris, quamuis aliquis ordo ſeruandus ſit. *cap. ad noſtram el 3. de Iure iurando*. Primo autem dicitur, quod in cauſa notorij facti non eſt neceſſaria litis conteſtatio, nec iuramentum calumniæ, imo nec iuramentum veritatis, & malitiæ, & alia ordinatoria Iudicij, ſed hic ſemper attendi debet diſtinctio ſupra data; Nam hæc vera ſunt, quando delictum eſt notorium Iudici, vt Iudici, & nulla alia eſt neceſſaria probatio; Nam vbi probatio eſt neceſſaria, ordo Iuris, ſeruandus eſt, vt dictum eſt de probatione notorij, & aduertit Eliſeus *tract. 2. q. 10. n. 74*.

11. Secundo in cauſa notorij non eſt neceſſaria citatio, quod eſt verum, quando delictum eſt notorium Iudici, vt Iudici, & eſt notorium, quod Reo non competit defenſio. Cæterum, vbi certum ſit, vel dubium an notoriè delinquenti competere poſſint aliquæ defenſiones, maximè, ſi Reus aliquid opponit, quod probatum releuat, Citatio eſt neceſſaria, ſiue factum ſit notorium Iuris, ſiue facti. Et ideo ſi Reus confeſſus fuit factum, ſed non fuit confeſſus inexcuſabilitatem illius, citari debet ad ſententiam, & debent dari illi defenſiones ad videndum, ſi dicere velit contra propriam confeſſionem.

12. Tertio in cauſa notorij non eſt neceſſaria ſententia ſcripta, vel verba etiam prolata; ita quod nec eſt neceſſaria ſententia declaratoria notorij, ſed ſufficit præceptum per quod Iudex decernat, quid agendum de Reo, ſed hoc vt dicebatur, eſt verum, quando factum eſt plenè notorium Iudici, vt Iudici, ſed non vbi notorium probandum eſt; In hoc enim caſu ad minus neceſſaria eſt ſententia declaratoria notorij. Si tamen Iudex hanc ſententiam interlocutoriam omittat, proceſſus non erit *nullus*, cum iam conſtet de notorio.

13. Quarto in cauſa notorij locum non habet appellatio, quando factum eſt notorium tam populo, quam Iudici per euidentiam facti; quia tunc pronunciatio Iudicis non eſt ſententia, ſed iuris executio. Si tamen Iudex in pronunciando non damnat Reum tamquam de crimine notorio, ſed ſimpliciter, illum poſſe appellare probat Farinac. *q. 21. num. 126.* quod & poteſt facere, ſi Iudex excedat in pœna; ſed in notorio probationis, quia tale propriè non eſt notorium Iudici, ſed illi innoteſcit per probationem, ſi Reus excipiat contra propriam Confeſſionem, vel quocumque alio modo excuſet notorietatem, valida eſt appellatio. Sed explicari debet cauſa, quæ offuſcat notorietatem. A ſententia etiam declaratoria notorietatis dati poteſt appellatio, & pariter à non admiſſione excuſabilium defenſionum, *quas* Reus proponat aduerſus notorium; & hæc appellatio admittenda eſt quantum ad omnem effectum.

14. Tandem aduertendum eſt, quod vbi in caſu notorij eſt aliquis ordo Iuris ſeruandus, ſufficit ſeruare illum, qui ſeruatur vbi proceditur ſummariè, & de plano iuxta Clement. *ſæpè de verb. ſignific.* Supradicta omnia latius explicata ſunt à me, & auctoritate DD. munita *cap. hac Conſtitutione de off. & poteſt Iud. Deleg. in 6. q. vnica art. 10. à num. 183.* vbi quæſitum eſt, quis ordo Iuris ſit ſeruandus à Conſeruatore procedente in caſu notorio.

SVMMARIVM.

15 *Reus committens delictum coram Iudice ſedente pro tribunali eſt puniendus non ſeruato ordine Iuris.*

De tali delicto idem dicitur, ac de notorio. ibid.

Si

Digitized by Google

Si tamen negat delictum, debet probari.

17 *Debet etiam citari ad ſententiam.*

In hoc caſu non habet locum appellatio, niſi Iudex excedat in pæna. ibid.

18 *Si autem deliquerit coram Iudice non ſedente pro tribunali, ſeruandus eſt ordo Iuris.*

Et in hoc caſu non eſt neceſſe, quod pracedat accuſatio, ſeu denunciatio. ibid.

19 *Pariter ſi Notarius ſcripſit Reum deliquiſſe coram Iudice, & ipſe confiteatur, debet puniri ſine ſolemnitatibus.*

20 *Quid ſit faciendam à Iudice, ſi Reus ſit repertus, & captus in fragranti Crimine à miniſtris, & ſeqq.*

24 *Qui dicatur repertus, & captus in fragranti Crimine.*

26 *Quid requiratur ad probandum, quod aliquis ſit repertus, & captus in fragranti Crimine, num. 26. & 27.*

ARTICVLVS II.

De modo procedendi contra Reum repertum in fragranti Crimine.

15. DVplex caſus hic diſtinguitur, Vel enim Reus reperitur in fragranti Crimine à Iudice ipſo, quia Reus delinquit coram Iudice ſedente pro Tribunali, vel actum Iuriſdictionis actualiter exercente, vel quia reperiatur in fragranti à Miniſtris, vel alijs. In primo caſu idem dicitur de Reo reperto in fragranti, & de notorio, quia nimirum contra delinquentem in iudicio, ſcilicet in præſentia Iudicis Iuriſdictionem exercentis, & aliorum teſtium, Iudex procedere poteſt non ſeruato ordine Iuris, & ſine proceſſu, & probatione. Et ſic nec requiritur accuſatio, nec litis conteſtatio, nec aliqua probatio. Aſpectus enim Iudicis inducit ei ſufficientem probationem quoad deciſionem caſus. Gloſſ. *in cap. Deus omnipotens* §. *quando autem* 2. *q.* 1. Specul. *de not. Crim.* §. *fin. verſ. Non quadam*. Butr. *in cap. veſtra de cohab. Cler.* Maſcard, *l.* 2. *de prob.* 110. *à num.* 16. & alij quòs ſequitur Farinac. *q.* 21. *num.* 158.

16. Et nihilominus, quia ſi negaretur delictum fuiſſe commiſſum in præſentia Iudicis, & Iudex factum non poſſet probare in Sindicatu, incurreret periculum, tutius eſt, quod in hoc caſu Iudex ſumat probationes, Et praxis eſt, vt Reus ſtatim interrogetur, & ſi confiteatur delictum ſtatim puniatur, abſque alijs probationibus, & ſolemnitatibus, ſed ſi neget non prius condemnetur, quam probato per teſtes delicto; teſtes enim maximè ſi ſint cum Reo confrontati bene concludunt ſe vidiſſe Reum deliquiſſe coram Iudice pluribus adſtantibus ſecundum Farinac. *num.* 159.

17. In hoc etiam caſu, niſi ſit notorium, ſeu certum, quod delinquens non poſſit ſe defendere, quia delictum eſt inexcuſabile, debet citari ad ſententiam, vt videatur, quam defenſionem adducat, quod maximè verum eſt, ſi Reus fugit, & ſe abſentauit, in quo caſu citandus erit, & ſi non compareat, vt contumax damnandus erit. In hoc quoque caſu non habebit locum appellatio, niſi Iudex excedat in pœna Farinac. *q.* 21. *num.* 160. vel Reus excuſet notorietatem, vt dictum eſt *num.* 13.

18. At verò ſi Reus deliquerit, quidem coram Iudice, ſed extra iudicium, ſcilicet, Iudice nec ſedente pro Tribunali, nec actu exercente Iuriſdictionem, ſeruandus eſt ordo Iuris, quia Iudex non poteſt iudicare, ſecundum conſcientiam ſuam priuatam. In hoc tamen caſu non eſt neceſſe, quod præcedat accuſatio, ſeu denuntiatio, ſeu infamia, ſed ex hoc ſolo aperitur Iudici via ad inquirendum. Clar. *quæſt.* 8. Farinac. *q.* 21. *num.* 162.

19. Si tamen delictum ſit commiſſum coram Iudice, & Notario, & Iudex commiſit Notario, & Notarius ſcripſit Reum coram Iudice deliquiſſe, ſi Reus confiteatur, poterit ſine alijs ſolemnitatibus puniri.

20. Eſt etiam alter caſus, quando Reus non quidem coram Iudice delinquit, ſed tamen repertus in fragranti crimine ducitur ad Iudicem; Exiſtimat vero Eliſeus *tract.* 2. *q.* 10. *n.* 11. *&* 12. quod in hoc caſu neceſſe ſit, quod Reus Inueniatur in fragranti delicto à Miniſtris Curiæ non ſolum, ſed etiam à Iudice. Sed eſt communis opinio Clar. *q* 8. quod ſufficiat, ſi delinquēs inuentus à Curia in flagranti delicto, ducatur ad Iudicem. Nam & in hoc caſu; poteſt procedi ex abrupto non ſeruato ordine Iuris Gloſſ. *cap. cum non ab homine verſic. deprehenſus de Iud.* vbi Dec. *num.* 43. Maſcard. *lib.* 2. *de prob. concluſ.* 110. *num.* 25. Clar. *q.* 8. Farinac. *q.* 21. *num.* 133. Huiuſmodi vero reperti in fragranti nedum à Birruarijs, ſed à quacumque capi poſſunt, vt ad Iudicem adducantur, & ita quod etiam Clericus à Laicis capi, & ad Iudicem Eccleſiaſticum adduci poſſit. Panormit. & alij DD. *cap. cum ab homine de Iud.* Et aduertendum, quod non ſufficit, quod Reus fuerit inuentus in fragranti, ſed neceſſe eſt, quod tunc fuerit captus, & poſtea ad Iudicem ductus. Clar. *q.* 8. Scroi *p.* 3. *cap.* 9. *n.* 2. § 9.

21. Verum in hoc caſu primo Notarius debet in actis ſcribere relationem, quam faciunt, qui appræhenſum ducunt. Deinde Reus interrogari debet, & ſi confiteatur delictum, voluerunt multi apud Farinac. *q.* 21. *n* 142. quod poſſit puniri etiam denegatis defenſionibus; ſed alij dicunt, quod debet illi dari breuis terminus ad ſe defendendum. Sed prima opinio loquitur in caſu, in quo certum ſit nullam dari poſſe Reo defenſionem, & nulla defenſio allegatur, aut petitur; ſecus vero ſi defenſio petitur, & non eſt certum nullam Reū poſſe iuuare defenſionem; ſed ſi Reus non fatetur delictum, illud probandum eſt per teſtes, & tunc licet Reus prætendatur conuictus per teſtes, illi debent dari defenſiones, & præcipuè, vt poſſit contra teſtes excipere.

Digitized by Google

22. Hæc igitur eſt praxis ſeruāda in hoc caſu, vt cum ad Iudicē adducitur aliquis vt repertus in fragranti crimine, primo recipiantur teſtes deponentes ſuper delicto, & ſuper depræhenſione eius in fragranti. Deinde examinetur Reus, qui ſi fateatur, puniatur etiam non datis alijs defenſionibus, iuxta dicta ſuperius. Si vero neget, tunc inſpici debet, an ſit plenè conuictus, vel non. Nam ſi eſt plenè conuictus, non eſt torquendus, niſi ad habendas delicti qualitates, de quibus præcedant indicia; vel ad complices habendos, ſi de illis poteſt interrogari, ſed tunc datis illi defenſionibus, ſi non ſe purget, puniri debet. Sed ſi Reus non eſt plenè conuictus de delicto, & ipſe illud negat, tunc depræhenſio in fragranti facit, vt ſine alijs indicijs poſſit torqueri, etiam adhoc non præmiſſis defenſionibus, vt examinatis Doctorum varijs opiuionibus concludit Farinac. *d. q. 21. num.* 152. Sed certè hic etiam diſtingui debet, quia ſi teſtes deponunt immediatè de delicto, facile erit, quod appræhenſus remaneat conuictus, ſed hoc non continget tam de facili, ſi teſtes immediatè deponant de indicio aliquo, & non de delicto immediatè.

23. In hoc caſu etiam non eſt neceſſaria ſententia ſolemnis, ſed ſufficit decretum, ſeu præceptum de pœnæ executione. Clar. *quæſt.* 8. *verſ. quæro*. Farinac. *q.* 21. *num.* 153. Ab hoc vero Decreto non datur appellatio, ſi non excedat in quantitate, aut qualitate pœnæ. *&* alias duo adſint, ſcilicet, primò quod conſtet de delicto, ſecundò quod Reus fuerit captus in ipſo actu delicti. Clar. *q.* 8. *verſ. ſcias*. Imo Clarus *in pract. crimin. tit.* 1. *de appellat.* §. *ſecundus caſus*, quem ſequitur Farinac. *n.* 155. putat neceſſarium eſſe, quod delictum tranſierit in notorium, ad hoc vt negetur Reo appellatio. Sed & hic ſeruanda ſunt, quæ dicta ſunt ſupra *num.* 13.

24. Dicitur vero inuentus, ſeu captus in fragranti, qui repertus eſt in ipſo actu delicti, vel antequam veniret ad locum deſtinatum, vel cum latitaret non multo poſt delictum, alio actu externo medio non interueniente. Foller. *in praxi verſ. Item quod captus in fragranti n.* 9. Farinac. *q.* 21. *num.* 156. Bict. *q.* 87. *num.* 28. Scroi *p.* 3. *cap.* 9. *num.* 2.

25. Ad probandum autem, quod aliquis ſit captus in fragranti admittuntur in teſtes (ſi alios non patiantur defectus) Birruarij, & Officiales in defectum aliorum teſtium. Foller. *vbi ſupra num.* 7. quod tamen ex Boſſ. non admittit Farinac. *num.* 157. niſi in delictis leuibus, ſecus vero in grauibus,

26. E contra vero, quod ad probandum, quod aliquis ſit depræhenſus in fragranti crimine, ſufficiat dictum appræhenſoris, etiam ſi ille ſit vnicus, & interreſſatus, ex Afflict. *in Conſt. human. num.* 30. & Scacc. *quæſt.* 78. *n.* 10. 11. *&* 12. affirmat Didacus Scroi *p.* 3. *cap.* 9. §. 9. *num.* 4. Et quidem admitti poterit, quod examinato appræhenſore ſub iuramento coram ipſo appræhenſo, hoc ſufficiat ad interrogandum Reum. In hoc enim caſu dictum appræhenſoris eſt adminiculatum ex inciuili illa deductione, quæ non præſumitur facta ſine iuſta cauſa, & ex notoria captura, de qua conſtat per euidentiam, & ex depoſitione appræhenſoris facta in facie appræhenſi. Vndè Reus poterit interrogari, quare ſic captus reperiatur, & vbi, & quo loco fuerit captus, & à quo, & quo tempore fuerit captus, & an commiſerit delictum, quod illi imputatur. Sed ſi neget, poterit torqueri, quia vt habet Eliſeus *d. q.* 10. *num.* 13. illa inciuilis ductio poſuit captum in diſcrimen, vt poſſit torqueri iuxta ſuperius dicta. Sed ſi tortus perſiſtat in negatiua, non poteſt dici conuictus, niſi aliundè ex legitima probatione conuincatur; vndè nec poteſt damnari. Si vero fateatur delictum tunc, etiam ſi non ſit conuictus, debet damnari, ſed ante condemnationem, ſi delictum ſit facti permanentis, debet illud verificari.

27. Si vero in hoc caſu appræhenſus non reſpondeat, nec affirmatiuè, nec negatiuè, Didacus Scroi *d. cap.* 9. §. 9. *num.* 13. Conion. Chart. & Bouar. vult quod habeatur pro confeſſo. Sed dicendum eſt illum deberi torqueri, vt reſpondeat, vt communiter dicitur de Reo non reſpondente.

SVMMARIVM.

28 *In quibus habeat locum modus procedendi per viam artiulorum ſecundum aliquos DD.*

29 *Non poteſt aliquis damnari ad pœnam grauem non conſtito de corpore delicti.*

30 *Hic modus procedendi non diſtinguitur à modo procedendi per accuſationem, vel denunciationem.*

31 *Quomodo in hoc modo ſeruetur tela Iudicij.*

32 *Alius modus procedendi via articulorum apud Regulares.*

33 *Forma procedendi ſecundum hunc modum apud Fratres Ordinis Prædicatorum.*

34 *Hic modus continet ſubſtantialia iuris naturalis.*

Ante inquiſitionem ſpecialem Rei, debent eidem publicari articuli. ibid

35 *Quæ ſint de forma huiuſmodi procedendi in Ordine Prædicatorum.*

36 *Quomodo diſtinguatur hic modus, à modo procedendi per inquiſitionem ex infamia, & ab accuſatione, aut denunciatione.*

ARTICVLVS III.

De modo procedendi per viam Articulorum.

28. PHilippus de Bictis *par.* 2. *epit. in praxi* 4. *n.* 22. *& ſeqq.* hanc viam procedendi per viam articulorum, inquit, habere locum, quando, vel ob non admodum grauem delicti qualitatem, vel quia de delicti corpore non conſtat, vel ob aliam ſimilem cauſam, contin-

git cauſas inchoare, proſequi, ſiue terminare, iudiciaria tela nullatenus ſeruata; ſed per viam articulorum, & ex vi illorum. Addit vero, quod per hanc viam pœna grauis, vt puta pœna priuationis, infligenda non eſt, niſi articuli redigantur in ſcriptis, & eorum veritas habeatur medio iuramento, vel præcepto ſanctæ obedientiæ, audito Reo, & de voto Diffinitorum, & grauiorum Patrum. Admittit vero etiam in hac via præcedere poſſe denunciationem in actis redactam ſeruatis ſeruandis, & informationes ſumendas eſſe, & teſtes examinari debere, imo & examinari Reum ſub iuramento, vel præcepto ſanctæ obedientiæ, & dari Reo defenſiones. Didacus etiam Scroi *part. 7. cap. 14. num. 19.* ponit formam ſententiæ dandæ in hoc modo procedendi, in qua ſupponitur quod articuli dati ſint Iudici contra aliquem, & quod iſti articuli ſint probandi, & Reus ſit audiendus.

29. Sed primo, quod poſſit aliquis damnari ad grauem pœnam non conſtito de corpore delicti, eo modo, quo de illo conſtare poteſt, eſt contra communem ſenſum Doctorum, & repugnat rationi, & legi naturali, & diuinæ; Nam omnino iniuſtum eſt damnare aliquem, vt delinquentem, niſi conſtet eum deliquiſſe, implicat vero conſtare aliquem deliquiſſe, niſi conſtet delictum fuiſſe commiſſum, quod eſt conſtare de corpore delicti, vt explicatur infra *q. 19.*

30. Deinde non apparet, qualiter hic modus procedendi diſtinguatur à modo procedendi per accuſationem, vel denunciationem. Quid enim eſt proponere articulum, vel articulos contra Titium, niſi proponere quod Titius, vel occidit, vel furatus fuit, vel fornicatus eſt, vel aliud delictum commiſit, hoc autem eſt illum accuſare, ſi inſtatur, vt puniatur, vel denunciare, ſi ſolum delictum manifeſtatur Iudici.

31. Præterea quomodo verum eſt, quod in hac via nullatenus ſeruatur tela iudicij, ſi præcedit denunciatio, & cum iuramento, vel præcepto ſanctæ obedientiæ examinantur tam teſtes, quam Reus, qui etiam non damnatur niſi defenſus? Eſto enim non ſeruetur à priuilegiatis forma iudicij Ordinaria, hæc vtique ſeruatur ab illis procedentibus per viam accuſationis, aut denunciationis, ſed proceditur via ſummaria; vndè ex hoc hæc via non diſtinguitur à via accuſationis, vel denunciationis in iudicio ſummario.

32. Eſt tamen alia via, quæ poteſt dici via articulorum, quando Prælatus, qui in viſitatione audiuit multa contra aliquem, colligit in vnum, quæ contra illum deducta ſunt in viſitatione, & illa diſtincta per articulos, abſque eo, quod Reum examinet, illos proponit in ſcriptis, & tradit Reo, iubens vt illis reſpondeat, & ſe defendat. Et in hoc modo non ſeruatur forma iudicij etiam ſummarij pro quanto Reus prius coram Notario non interrogatur ſub iuramento, vel præcepto ſanctæ obedientiæ, ſed ſine hoc examine ſpeciali, propoſitis ipſi quæ aduerſus illum reſultant, iubetur vt reſpondeat, & ſe defendat. Et hic modus ſæpe in Ord. Prædicatorum obſeruatur.

33. Et circa hunc modum procedendi in Cap Rom. 1629. hæc forma tradita fuit (Ordinamus, vt quando in viſitatione ſiue Prouincialium, ſiue aliorum Viſitatorum aderit ſufficiens cauſa abſolutionis Priorum Conuentualium, ſiue ex culpa in ſuo regimine, ſiue ex alia, quæ non inducat infamiam perſonalem, ad legitimam huiuſmodi Priorum abſolutionem ſufficiat vt de cauſa verè conſtet, & capita quæ aduerſus Priorem à ſubditis in viſitatione proponuntur ſint ab eiſdem manu propria ſubſcripta, & viſitatori tradita, & admoneat Priorem vt ad obiecta ſibi in ſcriptis reſpondeat: quibus omnibus deinde à Prouinciali in Conſilio duodecim vel octo Patrum, vel ſaltem quatuor in prouincijs deſolatis, in alio Conuentu examinatis, ac diſcuſſis ſtatuatur quid agendum fuerit. Hanc autem procedendi formam ita à nobis præſcriptam ſufficientem ad abſolutionem declaramus, vt Prior qui ſecundum eam fuerit abſolutus de ſibi denegata iuſtitia conqueri minimè valeat. Si verò delicta Prioris aduerſus quem agitur infamiam ordini, & perſonæ inurant, tunc iuris ſeruato ordine iuridicè procedatur. Admonemus tamen Patres Prouinciales, eiſdemque præcipimus, ne poſtremo ſui officij anno præſertim infra tres menſes ante finem, abſque vrgentiſſima neceſſitate Priores à ſuis officijs abſoluant, vel Fratrum mutationes faciant: præterquam in caſibus in noſtris conſtitutionibus expreſſis.)

34. Hic vero modus procedendi continet ſubſtantialia iuris naturalis, quia Reus auditur, & non proceditur contra illum, niſi ex delictis probatis, nec de iure naturali eſt, quod Reus ſub iuramento examinetur ſpecialiter, antequā illi atteſtationes promulgentur. Sed & eſt valde conformis Iure Canonico *in cap. qualiter, & quando il 2. de accuſ. ibi. Et exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi ſe ipſum, & non ſolum dicta, ſed etiam nomina teſtium ſunt ei (vt quid, & à quo ſit dictum appareat) publicanda &c.* Sic enim Innoc. III. vt vnanimi ſenſu tradunt Canoniſtæ ibi, voluit, vt ante inquiſitionem ſpecialem Rei eidem publicentur articuli contra illum probati. Loquitur etiam Pontifex de inquiſitione facienda, vt patet ex illis verbis, *de quibus fuerit inquirendum*, & vult, quod ante ſpecialem inquiſitionem, & examen Rei, ſiue antequam inquiſitus conſtituatur inter Reos, & ei lis conteſtetur, eidem publicentur articuli, & acta proceſſus. Quo facto non eſt neceſſarium aliud Rei examen, niſi quod eius reſponſiones ad articulos audiendæ ſunt, & examinandæ, & ſolum quatenus opus ſit, interrogandus eſt Reus, vel vt conuincatur, ſi neget,

Digitized by Google

neget, vel vt ſe declaret ſi obſcure loquitur, vel ob aliam ſimilem cauſam. Et ideo quantum ſit de iure communi antiquo, per hanc viam articulorum procedi poteſt etiam in grauibus delictis.

35. Circa autem ordinationem illam Cap. Rom. 1629. multa adnotaui ad *tit. de appellat. q. vnica a. 18. à num.* 580. Vbi quod octo ſunt de forma illius ſtatuti, & quod loquitur de infamia iuris, cum præcipit, vt vbi delicta inuTunt infamiam, ſeruetur Ordo iuris. Et quod ex vi illius ſtatuti Prior indefenſus non poteſt abſolui, & niſi articuli ſiot plené probati.

36. Srd & apparet, quod hic modus procedendi non diſtinguitur á modis procedendi per inquiſitionem ex infamia, accuſatione, aut denunciatione, niſi quod in illo non ſeruatur id, quod contra ius commune induxit conſuetudo, nimirum, quod Reus examinatur ſecreto coram Iudice, & Notario, antequam illi publicentur atteſtationes teſtium, ſed nullo præmiſſo Rei examine, publicatur illi proceſſus, & proponuntur illi articuli, ſeu capita delictorum, & depoſitiones teſtium, vt reſpondeat, & ſe defendat. Vnde hic modus, qui non eſt cooformis conſuetudini iudicantium, eſt conformis iuri communi. Et vbi ſeruatur, laudabiliter ſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio quid ſit.*
2 *Media ex quibus probatur veritas, ſunt ſex.*
3 *Probatio duplex, ſcilicet plena, & ſemiplena.*
Vtraque explicatur. ibid.
Probationes aliæ ſunt veræ, & tales ex natura rei, & aliæ præſumptæ. ibid.
4 *Probationes in Criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores, quia debent ortum habere à ſenſu.*
Nec moraliter debent relinquere obſcuritatem. ibid.
5 *In Iudicio ſummario abſolutè non ſufficit probatio perſuaſiua inhærens conſcientiæ Iudicis.*
In Iudicio vero ſummariiſſimo admittitur probatio perſuaſiua. ibid.
Quæ ex natura rei debet eſſe certa. ibid.

QVAESTIO XI.

De Probationibus in communi.

ARTICVLVS I.

Quid & quotuplex ſit probatio.

1. HAbita notitia delicti ſufficiente ad inquirendum, Iudex illud probare debet, vt de illo ſibi conſtet; ideo poſtquam oſtenſum eſt qualiter Iudex incipere poteſt iudicium, tractandum eſt de medijs, & modis, quibus delictum probari poteſt. Primò igitur quæritur quid ſit probatio. Diffinitur verò communiter probatio, *quod ſit oſtenſio rei dubiæ per legitimos modos Iudici facienda in cauſis apud eundem Iudicem controuerſis.* Eſt enim omnino neceſſarium, vt probatio fiat coram Iudice competente, & habente Ius diffiniendi in cauſa controuerſa, quia probatio fit ad hoc vt Iudex ſit certus; ſed melius diffinitur probatio, dicendo; *quod ſit exhibitio medij Silogiſtici facta apud Iudicem, per quod medium in Silogiſmo practico, & Iudiciali, vbi veritas non eſt per ſe nota per euidentiam rei, concluditur ita eſſe in rei veritate, ſicut eſſe in iudicio aſſeritur à parte, vel ab alio vt iudex poſſit in cauſa controuerſa decernere, quod iuſtum eſt.* Propriè enim obiectum probationis eſt veritas, quæ non eſt per ſe nota per euidentiam ſenſus. Nam veritas euidens, & quæ cadit ſub ſenſu, vel quæ eſt per ſe nota intellectui, non indiget probatione. At vero vbi veritas non eſt per ſe nota, probatur Silogiſmo aliquo, vel à priori per cauſam, vel à poſteriori per effectum, ſeù per aliquod medium, ex quo veritas probatur, & concluditur. Ideo probatio Iudicialis eſt exhibitio talis medij facta ipſi Iudici, ex quo Iudex poſtea concludat ſic eſſe, vel non eſſe. Et ſic probatio formaliter ſumpta eſt actus Iudicis Sillogizantis, & concludentis ſic eſſe, vel non eſſe, ſed probatio obiectiua ex parte eius, qui informare debet Iudicem, & ſuam intentionem probare, eſt obiectio, & exhibitio medij Sillogiſtici, ex quo Iudex concludat verum eſſe id, quod ſibi proponitur, vt in criminalibus, quod prætenſus Reus ſit innocens, vel verè deliquerit, vt Iudex poſſit illum abſoluere, vel damnare.

2. Ex parte autem medij, per quod veritas probari poteſt, multipliciter diſtinguitur probatio, vt videre eſt apud Farinac. *q.* 36. *nu.* Sed generaliter ſeptem ſunt, per quæ fit probatio in Iudicio, nimirum primò per euidentiam rei, quando enim res non eſt euidens iudici, probari poteſt ponendo illam ante oculos *Iu*dicis, qui tunc non habet neceſſitatem Sillogizandi, ſed videt rem in ſe ipſa. Sed vbi res non eſt ſic euidens, ſed eſt neceſſitas diſcurſus, tunc ſex ſunt media, ex quibus concludi poteſt veritas, ſcilicet teſtes, Scriptura, Confeſſio partis, iuramentum, præſumptio, & fama. Ad hæc enim reducuntur alia ſimilia.

3. Diſtinguitur vero probatio in plenam, & ſemiplenam. Dicitur plena, quæ tantam fidem facit, quanta ad finiendam cauſam ſufficit. Semiplena verò per quam fit aliqua fides Iudici, ſed non tanta, vt Iudex eam teneatur, vel poſſit ſequi in ſententia ferenda. Plena probatio inducitur per duos teſtes conteſtes omni exceptione maiores. Semiplena per vnum teſtem ſimilem. Verùm inter huiuſmodi membra datur latitudo, vt probationum alia ſit euidentiſſima, alia euidens, alia minus euidens. Aliqui explicant diſtinctionem relatiuè ad finem, ad quem ordinatur, & ponunt probatio-

nem

nem mediam inter ſemiplenam, & plenam, illam, ſcilicet, quæ eſt pluſquam ſemiplena, quia ſufficit ad damnandum, ſi Iudex iudicet melius eſſe cauſam finire, & imponere pœnam extraordinariam abſtinendo á tortura Rei prætenſi, quod verè eſt illi arbitrarium; ſed eſt minus, quam plena, quia non ſufficit ad damnandum in pœnam ordinariam, & verè difficile eſt videre in facto, quænam ſit plena, aut ſemiplena probatio. Et eo magis, quia probationum aliæ ſunt veræ, & tales ex natura rei, quia nimirum ex medio deducitur certa concluſio, ſine neceſſitate alicuius præſumptionis à Iure ſtatutæ; aliæ ſunt præſumptæ, quia ius præſumit, & vult, quòd ex tali medio deducatur tamquam certa concluſio, quæ alias ex natura rei non eſſet talis. De his dicendum erit inferius ſuis locis.

4. Cum autem dicitur, quod in Criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores *l. final. C. de prob.* hoc verificatur, quia debent habere ortum a ſenſu, vt vel teſtes de viſu deponant immediatè de delicto, vel de viſu deponant de inditijs, ex quibus infertur delictum, & probationes ſint ita claræ, vt moraliter non relinquant obſcuritatem, & dubietatem.

5. Illud verò axioma locum habet in omni cauſa criminali, & reſpectu cuiuſcumque delicti, vt docent omnes; apud Farinac. *q. 36. n.6.* Et quod nihilominus in Iudicio ſummario ſufficiat probatio, quæ de Iure gentium eſt ſufficiens, & quod ſufficiat perſuaſiua inhærens conſcientiæ Iudicis, voluit Didacus Scroi *p. 2. cap.5.num.36.* Quod abſolutè non eſt verum, quia multa ſunt de ſubſtantia probationis inducta à Iure poſitiuo etiam in iudicio ſummario, vt probatum eſt ſupra *q.5. a.1.* Et quamuis in iudicio ſummariſſimo, quod fit ſola rei veritate inſpecta, admittatur probatio perſuaſiua non obligata ſolemnitatibus iuris poſitiui, illa tamen ex natura rei debet eſſe certa, & concludens, prout iuſtitia requirit. Et de his videri poſſunt DD. *in Rubric. de probat.* tam in decretalibus, quam in Codice; Maſcard. *de probat. lib.1.q.2. & ſequentibus*, Specul. *tit. de probat.* Farinac. *q.36. à num. 2.* de Bictis *quæſt. 61.* Bordon. *in praxi criminal. cap. 5.* & alij ab iſtis citati.

SVMMARIVM.

6 *Quis teneatur in iudicio Iurare.*
Et quot ſint Iuramenta. ibid.

7 *Iuramentum neceſſariò requiritur etiam in ſummario Iuditio.*

8 *Iuramentum calumniæ, aut veritatis eſt de ſubſtantia iudicij ſaltem parte opponente.*
Tamen accuſatio non iurata non eſt ipſo iure nulla. ibid.
Iuramentum calumniæ poteſt præſtari in qualibet parte litis. ibid.
Qui plenè probauit, non tenetur ad iurandum de calumnia. ibidem.

9 *Denunciator qui eſt querelans, vel poteſt eſſe Teſtis, vt in S. Officio, tenetur iurare de calumnia.*
Sed ſi eſt ſimplex denunciator, non tenetur. ibid.

10 *Quando Accuſator eſt miniſter publicus, praxis eſt vt non iuret de calumnia.*
Solemnitas accuſationis receſſit ab aula in multis Curijs. ibid.
Regulares in hoc debent ſeruare ſtatuta ſuorum ordinum. ibid.
Quid ſpeciale habeatur in Ord. Prædicatorum. ibid.

11 *Vbi hoc iuramentum eſt præſtandum, non eximuntur ab hac obligatione Clerici, & Religioſi, & num.12.*
Imo eorum Procuratores poſſunt iurare de calumnia abſque ſpeciali mandato. ibid.

13 *Depoſitio Teſtis non iurata eſt nulla.*
Etiamſi Teſti ſit Perſona in magna dignitate conſtituta. ibid.

14 *Tale Iuramentum non eſt neceſſarium de Iure naturali, vel diuino ſupernaturali.*

15 *Ideo Pontifex, vel alius Supremus Princeps poteſt auferre neceſſitatem huius iuramenti.*
Hoc etiam poteſt fieri per conſuetudinem legitimè introductam. ibid.
Virtute Clauſulæ ſola facti veritate inſpecta, *poteſt credi Teſtibus non iuratis. ibid.*

16 *In Criminalibus non poſſunt partes remittere obligationem Iuramenti.*
Licet hoc poſſit fieri à partibus in Ciuilibus. ibid.
Maximè ſi iuramentum requiratur principaliter ad fauorem partium. ibid.
Quomodo apud Regulares Iuramentum omitti non poſſit. ibid.

17 *Requiſita, & ſolemnitates ſeruandæ in hoc Teſtium iuramento à n.17. vſque ad 24.*

24 *Solemnitates iuramenti pertinent ad apices Iuris.*
Ideo non neceſſariò ſeruandæ in Iudicio ſummario, & apud Regulares. ibid.
Subſtantia Iuramenti conſiſtit in hoc, quod iurans inuocet Teſtimonium Dei in probationem veritatis ſui dicti. ibid.
Et hoc eſt de ſubſtantia iudicij. ibid.
Et neceſſario ſeruanda in Iudicio ab omnibus. ibid.

25 *Teſtis debet iurare quoties examinatur, & repetitur.*

26 *Nec ſufficit præſumptio iuramenti, ſed expreſsè debet apparere in depoſitione.*
Sufficienter præſumitur Teſtem iuraſſe ſi notarius dicat, quod teſtis iurauit in forma. *ibid.*
Regulares obſeruantes ſolemnitates iuramenti benè faciunt. ibid.

27 *Apud Regulares ſufficit, quod Teſtis deponat ſub præcepto Sanctæ obedientiæ, vel excommunicationis iuxta propria ſtatuta.*
In Ordine Prædicatorum Teſtes debent exami-

nari

nari per præceptum formale. ibid.

28 *Periti in arte, vt Obſtetrices, Medici &c. non probant in iudicio, niſi iurati.*

29 *Teſtes mortui ſi depoſuerunt non iurati, probant.*

30 *In extraiudiciali informatione non eſt neceſſe ad iurare teſtes.*

31 *Teſtis non iuratus licet plenè non probet, facit tamen præſumptionem.*

Quæ ſufficit pro informatione conſcientiæ Iudicis. ibid.

32 *Reus in iudicio etiam tenetur iurare.*

Si deponat contra tertium, debet iurare de calumnia, vel de veritate, alias eius depoſitio eſt inualida. ibid.

Sed ſi deponat contra ſe ipſum, Iuramentum non eſt de ſubſtantia, & natura rei. ibid.

Confeſſio iudicialis Rei, etiam non iuratæ ſufficit ad illum damnandum. ibid.

ARTICVLVS II.

An iuramentum ſit de ſubſtantia probationis.

6. TRia genera perſonarum ſunt, quibus neceſſe eſt iurare in Iudicio, nimirum Accuſator, Reus, & Teſtis, & duo ſunt iuramentorum genera; ſcilicet, iuramentum calumniæ, & veritatis. Primum iuramentum accuſatori præcipuè competit, iſte enim iurare debet, quòd non animo calumniandi libellum accuſationis porrigit *cap. 1. de Iur. calum. in 6. Clement. ſæpè de verbor. ſignificat. & lib. 2. C. de iure iuran. prop. calum. vbi DD.*

7. Quæritur ergo primò. An Iuramentum calumniæ ſit de ſubſtantia iudicij. Bordon *in praxi cap. 4. num. 6.* diſtinguit, quia iuramentum poteſt ſpectari ratione calumniæ, ſecundo ratione veritatis dicendæ, & primo modo ſumptum non eſt de ſubſtantia Iudicij, ſed benè ſecundo modo; ſed hoc deficit, quia citata iura de iuramento calumniæ loquuntur, *& in d. Clement. ſæpè de verbor. ſignificat.* hoc iuramentum aſſeritur neceſſarium, etiam in ſummario iudicio. Secundo, quia rationi valdè conſonum eſt, vt Iudex non teneatur procedere ad inſtantiam accuſatoris, niſi ille iuret, quod non inſtat animo calumniandi. Verum tamen eſt, quod iuramentum veritatis æquiualet iuramento calumniæ, quia non calumniatur, nec præſumitur habere animum calumniandi, qui iurat ſe verum deponere, ideo *in d. Clement. ſæpè*, ſub diſiunctione ponitur neceſſarium iuramentum calumniæ, ſeu veritatis.

8. Et nihilominus dicitur, quod in Accuſatore iuramentum calumniæ, aut veritatis eſt de ſubſtantia ſaltem parte opponente, & non quia accuſatio non iurata ſit *ipſo iure nulla*, ſed quia ope exceptionis inſtante parte eſt irritanda, vt pluribus citatis docet Farinac. *q. 16. num. 28.* & habetur ex *cap. 1. de iuram cal. in 6.* Et explicant ibi *num. 6. ex Specul. Vant.* & alij. Et licet non poſſit remitti obligatio iurandi, ſi iuramentum petatur, poteſt tamen remitti, vt non iuretur. Etenim cum accuſatio nihil probet contra accuſatum, ſed ſolum aperiat viam ad inquirendam veritatem, adhoc ſufficit probabilis ſuſpicio, ſeu præſumptio, quam ſecum fert accuſatio, ſeù querela non iurata, & quamuis iura requirant accuſationem eſſe iuratam, quia tamen non exprimunt, quod accuſatio non iurata ſit ipſo iure nulla; Ideo neque hoc à nobis eſt affirmandum, cum ſimus in odioſis, quæ ſunt ſtrictiſſimæ interpretationis. Nec obſtat, quod habet Bordoo *d.c.4.* quia, ſcilicet hoc ſit contra praxim, quia accuſato non conſtat de accuſatione, niſi completo proceſſu informatiuo, & tunc non eſt amplius tempus petendi iuramentum; dicitur enim quod bene tunc eſt tempus, vt ad eius inſtantiam irritetur accuſatio, ſi non habet qualitates neceſſarias. Præterquam quod tempus iurandi de calumnia eſt illud, in quo lis conteſtatur, aut incontinenti. *cap. cum cauſam de iuram. calumniæ*, vbi Bartolus alios referens *num. 3.* & probaui latius *cap. 1. de iur. calum. in 6. num. 6. & ſeqq.* In Criminalibus vero lis cenſetur conteſtari, quando Reus interrogatur, & inter Reos ponitur. Tunc ergo poterit petere, vt Accuſator iuret de calumnia, & proteſtari de nullitate ſi non iuret. Sed adde, quod hic ordo, vt iuramentum calumniæ præſtetur in litis conteſtatione, & initio, non eſt de ſubſtantia iudicij, vt ſtatuitur *cap. 1. de iuramento calumniæ in 6.* Ideo ſi omiſſum fuerit, poteſt proteſtari in qualibet parte litis. Imo hoc iuramentum poteſt exigi poſt concluſum in cauſa, vt probatum eſt *d. cap. 1. num. 16.* Quamuis Accuſator, licet ab eo petatur iuramentum calumniæ, poſſit petere tempus ad deliberandum, quando eſt dubius, vel incertus de facto, vt notat Barboſ. *ibidem num. 4.* Et quamuis ad iurandum de calumnia non teneatur, qui plenè probauit. *cap. cæterum eod. tit.* vbi Barboſ. *num. 3.*

9. Quod vero dicitur de Accuſatore, multi extendunt ad denunciatorem, vt & ipſe teneatur iurare de calumnia. Bordon. *d. cap. 4. n. 4. & 6.* quod poteſt verificari, ſi denunciator eſt querelans, & inſtat pro punitione. Et eſt omnino verum, vbi accuſator, aut denunciator ſimul eſt teſtis, vt ſit in Sancto officio, ſed vbi denunciator non eſt teſtis, nec inſtigator, ſed ſimplex denunciator, non eſt neceſſe quod iuret de calumnia, quia ſolum aperit viam ad inquirendum, ſi Iudici placuerit, ad quod ſufficit præſumptio, quam fert ſecum denunciatio non iurata, vt dictum eſt etiam *quæſt. 9. art. 2.* Quamuis valdè vtile erit, & fieret conuenit, vt Iudex à denunciante accipiat iuramentum de veritate, vt ſecurius ad vlteriora procedat.

10. Vbi etiam, qui Accuſat, eſt miniſter publicus, ſcilicet, Procurator fiſcalis, praxim eſſe, vt non iuret de calumnia refert Farinac. *q. 16. num. 22. in fine.* Et quia etiam ſolemni-

tas

tas accuſationis in multis Curijs receſſit ab aula, vt ex Farinac. Clar. & alijs dictum eſt ſupra, ideo in his legitimæ conſuetudines locorum ſeruari debent, & Regulares ſtatuta ſuorum ordinum cuſtodire debent. In Ordine Prædicatorum nihil ſpeciale video ſtatutum circa hoc iuramentum calumniæ, niſi quod accuſator calumniator teneatur ad pœnam talionis etiam ſi ad illam non ſe obligauerit *d. 2. c. 9. §. 4. lit. D. & diſtinct. 1. §. 5. litt. Q.*

11. Vbi etiam iuramentum calumniæ præſtandum ſit, ab hac obligatione non eximuntur Clerici, & Religioſi. *cap. cæterum de iur. calumniæ, vbi DD.* Quamuis vero iuramentum calumniæ de iure communi non poſſit præſtari per Procuratorem non habentem ad id ſpeciale mandatum, hoc fallit in Clericis, quorum Procuratores ſine alio ſpeciali mandato iurare poſſunt de calumnia. *cap. primo de iuram. calumniæ*, vbi Innoc. Butr. Panormit. & alij. In cauſis tamen ſpiritualibus non eſt neceſſarium iuramentum calumniæ *cap. 1. §. quamuis de iur. cal. in 6.*

12. Plura de hoc *iur. calum. tradidi ad hunc titulum in 6.* quæ ibi videri poſſunt.

13. Teſtes vero iuratos eſſe debere, & ita quod depoſitio teſtis non iurata ſit nulla, & non probet, eſt certum ex *cap. In primis 2. q. 1. & cap. Hortamur 3. quaſt. 9. & cap. ſi teſtes 4. quaſt. 3. & cap. fraternitatis, & cap. tuis, cap. nuper extra de teſtibus, & l. teſtium C. de teſt. & l. Iuris iurandi C. eodem*; & tradunt DD. omnes. Et propterea nulla etiam eſt depoſitio eius, qui nulliter iurauit; paria enim ſunt teſtem nulliter iuraſſe, & non iuraſſe. Vniuerſaliſſimè autem verum eſt, quod nullius, ſiue ſit nobilis, & illuſtris; ſiue Prælatus, Epiſcopus, vel Cardinalis, ſiue Princeps, teſtimonium in iudicio eſt validum, niſi ſit iuratum *cap. ſemper de teſtibus, & cap. tuis eodem titulo*, vbi DD. communiter loquentes de Clericis, & de Cardinalibus. *cap. eum olim de priuileg.* vbi Panormit. Felin. Maſcard. *de probat. concl. 270. nu. 4.* Baiar. ad Clar. §. *falſum num. 54.* & alij quos ſequuntur Farinac. *q. 74. num. 78.* & Guazz. *def. 14. cap. 3. num. 9.*

14. Voluerunt autem nonnulli, quod hoc ſit neceſſarium de Iure naturali, vel Diuino ſupernaturali, & propterea, quod nec Papa, nec Supremus Princeps poſſit reſcribere, vt credatur teſti non iurato. Ita ſenſerunt Ripa, & plures alij, quos ſequitur Farinac. *q. 74. num. 59.* & Guazzin. *def. 14. c. 3. num. 10.* Sed hæc opinio eſt prorſus falſa, nec eſt probabilis. Nullibi enim in tota Scriptura inuenitur præceptum, quod teſti non iurato non poſſit dari fides. Nec Daniel in Iudicio Suſannæ requiſiuit iuramentum, vel à populo, vel à ſenibus, vel ab aliquo alio. Et Chriſtus iudicans adulteram, non petijt ab Accuſantibus iuramentum, & nihilominus ſententiam tulit, vt ex illis; qui ſine peccato eſſet, primus in illam lapidem mitteret. Nec Sanctus Paulus pluries accuſatus à Iudæis vnquam excepit contra illos, quod non eſſent iurati, nec petijt ab illis iuramentum. Et quod adducitur ex *cap. 22. Exod.* ad rem non facit, tum quia illud iuramentum, de quo ibi eſt ſermo, eſt iuramentum deciſorium dandum à Depoſitario habente in cuſtodia rem alterius, quæ furto ablata fuit; & ideo debuit iurare ſe rem furatam non fuiſſe, nec fraudem adhibuiſſe, vt non cogeretur rem reſtituere. Tum quia lex Moyſi, & Iudicialia præcepta per Chriſtum fuerunt ablata, vt docet D. Thomas *p. 2. q. 104. a. 3.* Tum quia cum Moyſes iudicauerit populum, numquam tamen legitur, quod ab accuſatoribus, aut teſtibus petierit iuramentum de veritate dicenda. Et propterea eſt certum, quod hoc iuramentum eſt neceſſarium, non immediatè ex iure naturali, vel Diuino, ſed ex Iure poſitiuo, quod tamen ſemper habet originem, & fundatur in Iure naturali, vel diuino. Panormit. *cap. cæterum n. 12. de Iuram. calum.* & alij communiter.

15. Ex quo ſequitur, quod Pontifex, & alius Supremus Princeps, ſi velit poteſt remittere neceſſitatem huius iuramenti, illamque auferre, & idem poteſt fieri per ſtatutum à Summo Principe confirmatum, & ex conſequenti id fieri poteſt per conſuetudinem legitimè introductam, quidquid in contrarium dixerit Farinac. *d. q. 74. à num. 54.* malè in his terminis reprobans opinionem Veſtr. Viuiani, & Monticelli. Sicut in Bohemia, Auſtria, & Bauaria, & in alijs locis praxim eſſe, vt nobiles, & illuſtres perſonæ non teneantur comparere perſonaliter ad perhibendum teſtimonium, ſed ſufficiat eorum Scriptura, & fides abſque corporali iuramento teſtatur And. Gail. *lib. 1. obſeru. 101. num. 13.* & ex illo Farinac. *q. 74. num. 18.* Vndè quod virtute clauſulæ *ſola facti veritate inſpecta* Iudex poſſit credere teſtibus non iuratis, ex Bart. tradit Maranta *p. 4. tit. An ſit Iudex competens num. 34.* Et hoc idem fieri poſſe in iudicio, in quo Iudex habet arbitrium liberum procedendi de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij dixerunt ſibi non conſentientes Farin. *q. 74. num. 61.* & Guazz. *defenſ. 14. cap. 3. num. 10.* Et idem ſenſit Menoch. *de arb. q. 29. num. 1.* Quamuis, vt dicetur infra, hoc non ſit verum loquendo de ſolo iudicio ſummario.

16. Quod vero partes non poſſint in Criminalibus remittere obligationem iuramenti veritatis, vt probat latè Maſcard. *lib. 1. quaſt. 5. n. 107.* & ex illo, & alijs Guazz. *def. 14. c. 3. n. 12.* hoc verum eſt, quia neceſſitas iuramenti inducta eſt à Iure directè, & principaliter ob publicam vtilitatem, & vt iuſtitia illibata ſeruetur, non vero ob priuatam vtilitatem partium. Et in Ciuilibus, in quibus agitur de intereſſe priuato poteſt de conſenſu vtriuſque partis remitti iuramentum, ſi conſenſus ſit expreſſus; imo & ſufficit tacitus, & quod pars non opponat, & non agatur de præiudicio publico, vel animarum, quia tunc id fieri non poteſt. Farinac.

à num. 83. *ad* 94. An autem, ad hoc vt partes remittant iuramentum, requiratur conſenſus Iudicis affirmant Bald. *in cap. tuis de teſtibus*, & alij, ſed negat Panormit. *ibid num.* 3. cum alijs apud Farinac. *num.* 92. vbi tamen cauſa eſt merè priuata, vt ſe explicat Panormitanus. Sed ex his videtur ſequi, quod iuramentum non ſit de ſubſtantia, & forma teſtimonij iuridici, cum poſſit remitti à partibus, & ideo hoc tenuerunt *cap. tuis de teſt.* Butr. *num.* 1. Aretin. *num.* 3. Felin. *num.* 3. & alij quos ſequitur Farinac. *q.* 74. *num.* 111. ſed conſequentia non valet, quia ad hoc vt iuramentum dicatur eſſe de ſubſtantia, ſufficit quod ſit neceſſarium ſaltem ſi non remittatur, ſicut probatio infamiæ eſt de ſubſtantia, & tamen ſi pars non opponat, valet proceſſus *cap.* 1. *de accuſ. in* 6. Ita iuramentum eſt de ſubſtantia; quia parte opponente teſtimonium eſt nullum. Panormit. *cap. tuis num.* 2. Eliſeus de Bellegrand. *tract.* 3. *q.* 4. *num.* 16. Sed tamen ex Panormit. hoc aduerti debet, quod ſolum, ſi cauſa ſit merè priuata, & Ciuilis, & iuramentum requiratur principaliter ad fauorem partium, iuramentum poteſt remitti à partibus, ſed in Criminalibus in quibus iuramentum principaliter requiritur fauore veritatis, & iuſtitiæ, licet poſſit remitti, quatenus reſpicit fauorem partium, abſolute tamen remitti non poteſt. Et ideo nec in iudicio ſummario ex clauſula *ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij*, nec ex priuilegio Bonif. VIII. apud Regulares iuramentum omitti poteſt, vt benè probat Eliſeus *d. q.* 4. Quamuis, vt dictum eſt ex Maranta *ſup num.* 15. in iudicio ſummariſſimo, ex clauſula *ſola facti veritate inſpecta*, credi poſſit teſtibus non iuratis, & Ideo Regulares ex alijs priuilegijs Bonif. IX. concedentis illis poſſe procedere non ſeruato ordine iuris, & Greg. XIII. & Clem. VIII. (quos ſupra *q.* 5. *a.* 2. recenſuimus) concedentium poſſe procedi *ſola facti veritate inſpecta*, poſſint credere teſtibus non iuratis, niſi hoc ſit contra eorum conſuetudines, vel ſtatuta.

17. Sed quænam ſunt requiſita, & ſolemnitates ſeruandæ in hoc iuramento teſtium? Quidam voluerunt neceſſe eſſe, quod teſtis iuret dicere omnem veritatem, & quod hoc faciat, ſiue interrogatus, ſiue non, & quod non immiſcebit falſitatem, & quod dicet veritatem ſuper tota cauſa, & quod dicet veritatem pro vtraque parte, ſed verè tria prima requiſita non ſunt neceſſaria, vt probat Farinac. *d. quæſt.* 74. *à num.* 7. Quartum vero eſt neceſſarium, vt teſtis probet ſuper tota cauſa, aliter non probat niſi ſuper eo, ſuper quo iurauit, ſed ad vnum hæc omnia reducuntur, & dicitur, quod teſtis debet iurare dicere veritatem ſuper his, ſuper quibus fuerit interrogatus, vel ſuper articulis ſibi propoſitis, & circa hæc tenetur dicere veritatem in totum, & pro vtraque parte. *gloſſ in cap. Fraternitatis de teſt.* & ibi Hoſtien. *num.* 5. Bald. *poſt num.* 13. Butr. *num.* 23. Felin. *num.* 12. Clar. *q.* 67. & quam plures alij apud Farinac. *d. q.* 74. *num.* 6. vbi merito inuehitur contra Iudices, & Notarios non ſcribentes in proceſſu, quæ teſtes deponunt ad fauorem Rei.

18. Secundo. Aliqui requirunt, quod teſtis iuret, quod, nec precio, nec amore, nec odio teſtimonium dicet, ſed hoc eſt neceſſarium, ſi de his teſtis interrogetur. Et ſi de hoc interrogetur, debet dicere veritatem, ſed non eſt neceſſe, quod teſtis id iuret in principio, & expreſsè, neque in forma iuramenti hoc ſeruatur, vt teſtatur Farinac. *d. q.* 74. *num.* 17. Et ſic etiam, ſi de eo fuerit requiſitus, tenetur ad iuramentum ſecreti.

19. Tertio. Requiritur, quod teſtis iuret tactis Euangelijs corporaliter. *cap. hortamur* 3. *q.* 7. ſed de conſuetudine ſufficit tangere quamcumque Scripturam, vbi hæc expreſſa conſuetudo viget. Panorm. *in cap. Fraternitatis de teſt. num.* 13. Felin. *num.* 12. Cardinales etiam Epiſcopi, & Sacerdotes, iurant tacto pectore. Auth. *ſed Iudex C. de Epiſcop. & Cler. cap. finali de Iuramento cal.* ſed & ſufficit ſi tangatur aliqua res Sacra, vt Crux, Altare, Reliquia. Aret. *cap. tuis de teſtibus num.* 15. Imò ſecundum Butr. *in d. cap. tuis in* 6. ſufficit iurare per aliquam rem ſacram, ſine tactu, vt ſi quis dicat, *ſic eſt. Sic Deus me adiuuet*, vel *ſub periculo animæ meæ*, vel ſi iuret per fidem Chriſti. Sed in his praxis Tribunalium ſeruanda eſt, quæ vt plurimum ſaltem eſt, vt iuramentum præſtetur per tactum Scripturæ. Quod ſi quis non habeat manus, quibus tangat rem Sacram non poterit dicere teſtimonium ſecundum Farinac. *q.* 74. *num.* 20. Guazz. *def.* 14. *c.* 6. *num.* 5. & Barboſ. *d. cap. Fraternitatis num.* 7. 8. & 9. quem ſequitur Scroi *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 18. ſed dicitur quod iurare poterit per Procuratorem, & imò per ſe ipſum, quia vt dictum eſt ſolemnitas tactus non eſt omninò de ſubſtantia, ſed quia ſpecialiter in hoc caſu non eſt de ſubſtantia, quia lex non obligat ad impoſſibilē ſolemnitatem de ſe accidentalem, dum ſine illa haberi poteſt ſubſtantiale, quod in propoſito eſt iuramentum.

20. Quarto requiritur, quod teſtis iuret per ſe ipſum, vel per Procuratorem habentem ad id ſpeciale mandatum, qui tamen iurabit in animam ſui principalis. Non poteſt tamen teſtis deponere per Procuratorem; ſed ſolum per ſe ipſum. Farinac. *d. q.* 74. *num.* 28. Sed de his ſermo habebitur infra. Et multi ſunt caſus, in quibus teſtis poteſt deponere per ſcripturam.

21. Quinto requiritur, quod iuramentum detur in iudicio, vt in Iudicio probet Maſcard. *l.* 1. *de probat. q.* 5. *n.* 89. Farinac. *n.* 29.

22. Sextò, quod teſtis prius iuret, quam deponat *l. iuris iurandi C. de teſt. vbi gloſſ.* & Cin. *cap. Fraternitatis de teſt.* vbi Bald. *num.* 4. Aret. *num.* 6. Felin. *num.* 2. Soccin. *num.* 6. & *cap. de teſtibus eod. tit.* vbi Bellam. *nu.* 1. Annan. *num.* 4.

Digitized by Google

num.4. Panormit. *num* 8. Felin. *num.4.* Admittitur propterea teſtis, qui vna die iurauit, & ſequenti depoſuit. Et ſic admittuntur teſtes, qui prius in tempore congruo iurauerunt, & poſtea deponunt in die feriato, vel poſt terminum, vel alio tempore incongruo: Si etiam teſtis, ſine iuramento præuio, depoſuit, valet eius depoſitio, ſi præuio iuramento illud idem deponat, vel breuiter, & ſuccinctè primum dictum referat, & approbet. Anchar. *d. cap. fraternitatis de teſtibus n.3.* Anan. *n.4.* & alij communiter: Non ſufficit vero ſecundum multos, quod teſtis ſe referat ad primum examen, niſi ſaltem ſummariè illud exprimat, licet contrarium dicat Scroi *p. 2. cap. 5. num. 22.* Barboſ. *cap. cum cauſam num. 13. de teſt.* An verò valeat depoſitio, ſi teſtis incontinenti poſt illam iuret, controuerſum eſt, apud DD. affirmantibus Bald. *in d. l. Iuris iurandi de teſtibus, & in cap. de teſtibus eod. tit.* Aretin. *num. 5.* Felin. *num. 5.* Boic. *num. 7.* Maſcard. *lib. 3. concluſ* 1362. & alijs pluribus; negantibus vero Archidiac. *cap. ſi teſtes 5. Iuris iurandi* 413. & ibi Præpoſ. *poſt num. 1.* Turrecrem. *verſ. ſed ſurgit quæſtio.* Panormit. *d. cap. de teſt. num* 8. pluribuſque alijs, quibuſdam vero id concedentibus, ſi teſtis incontinenti iuret ex ſe ipſo, ſecus verò ſi ad inſtantiam Iudicis, vt videre eſt apud Farinac. *d. q.74. à num.* 38. & Guazz. *def.* 14. *n.6.* vbi hanc diſtinctionem vult non eſſe ſpernendam. Sed veriorem puto opinionem Baldi affirmantem; teſtis enim incontinenti iurans memoriam habet depoſitorum à ſe, & ſi iurat illa vera eſſe, cenſetur illa iterum deponere ſub iuramento. In dubio quoque iuramentum præſumitur præceſſiſſe pro validitate depoſitionis, vt ex Maſcard. *lib. 3. concluſ.* 1363. *num.* 13. ait Farinac. *d. q.* 74. *num.* 37. Guazz. *def.* 14. *c.3. num.6.*

23. Septimo, quod iuramentum præſtetur parte præſente, vel ſaltem citata *l. ſi quando C. de teſtibus, vbi gloſſ.* & alij DD. & hæc præſentia non præſumitur, niſi expreſſa ſit à Notario Farinac. *d. q.74. num.8.* Verum vbi ſtylo, ſtatuto, vel conſuetudine introductum fuit examinari teſtes parte non citata, talis citatio non eſt neceſſaria, vt per DD. quos referunt Farinac. *q.72. num.* 73. & Didac. Scroi *p. 2. a. 9. num.12.* Verum hoc requiſitum locum habet in Ciuilibus cauſis; Nam in Criminalibus tam de Iure, quam de conſuetudine non eſt neceſſe adiurare teſtes in præſentia Rei, cuius ratio eſt; quia aliter teſtes ad vitandum inimicitias, & odia, & ad vitanda mala ſibi imminentia, vel recuſarent examen, vel contra Reum nollent veritatem fateri, vt benè probat Eliſeus de Bellegrandis *p.3. q.5. à num.8.* Et ideo (quidquid in contrarium cum Farinac. *q. 74. num.* 47. & alijs dicat Bictus *q. 52. num.* 4.) in Criminalibus non eſt citandus Reus ad viden. iurare teſtes. Et hoc nedum quando Iudex procedit ex officio, in quo caſu Farinac. & Bictus id admittunt ſaltem de conſuetudine, quam ſeruari in omnibus Curijs dixit. Clar. *q. 11. verſ. item quæro;* ſed abſolutè, & vniuerſaliter; Nam Iura, quæ hoc poſtulant, loquuntur in cauſis Ciuilibus, & conſequentia quam deducit Farinac. *q.74. num.47.* inferens, quod hoc locum multo magis habeat in Criminalibus, in quibus eſt maius præiudicium, non eſt valida; quia imo ea hoc quod in cauſis Criminalibus agitur de maiori præiudicio Rei, maximum eſt periculum, quod teſtes ad fugiendum odium, & inimicitias cum Reo, & eius affinibus, nolint in eius præſentia deponere contra illum. Vndè eſt, quod in aliquibus Tribunalibus Reo nec manifeſtant nomina teſtium, & in Regularibus hoc ſeruari debere plures tradiderunt, vt dicemus infra ſuo loco. Ideo licitum quidem eſt Reo excipere contra teſtes, & illi ad eius inſtantiam repeti debent, ſed non eſt neceſſe, quod teſtes coram Reo iuramentum præſtent de calumnia, aut de veritate dicenda.

24. Sed præterea aduertendum, quod huiuſmodi ſolemnitates iuramenti pertinent ad apices Iuris, & ſunt accidentales. Et ideo non ſeruandæ neceſſario in iudicio ſummario, & præcipuè apud Regulares ex priuileg. Bonifatij VIII. & Bonif. IX. & alijs ſupra *q. 5. n. 2.* relatis. Subſtantia enim iuramenti conſiſtit in hoc, quod iurans inuocat teſtimonium Dei in comprobationem veritatis ſui dicti. Et ideo hoc eſt de ſubſtantia iudicij, quod teſtis nihil deponat niſi iuratus, ſed quod ſemper iuret, quotieſcumque examini ſubijcitur, ſi ſtatim à principio non iurauit ſuper tota cauſa, ſed quod iuret in præſentia partis, & tactis Sacris Euangelijs, vel alia re ſacra, ſeu quod teſtis prius iuret, quam deponat, ita quod non ſufficiat, ſi deponat incontinenti poſt depoſitionem, hæc ſunt apices. Sic enim, quod teſtis iuret præſente parte eſſe de accidentali ſolemnitate tradunt Bictus *q. 51. num. 6.* & Eliſeus *tract. 3. q. 5. à num. 8.* Quod vero, nec ſit neceſſarius tactus Rei ſacræ, ſed ſufficiat inuocatio Diuina, probat Bordon. *in praxi cap. 4. num.* 19. Regulares igitur ad huiuſmodi ſolemnitates non tenentur, quamuis benè facient iſtas ſolemnitates ſeruando, & maximè vbi illæ cenſentur eſſe de ſubſtantia, vt ſi accidat, quod eorum proceſſus extra Religionem examinandi ſint, non reijciantur, & nulli declarentur.

25. Teſtis autem toties debet iurare, quoties examinatur, aut repetitur. *cap. Fraternitatis de teſtibus,* vbi Innoc. *num* 2. Io. Andr. *n.8.* Panormit. *num.* 1. & alij DD. Niſi vbi teſtis repetitur ad declarationem eorum, quæ dixit in primo examine, ſi nihil addat, vel minuat. Guazz. *defenſ. 14. c.4. num.* 3. vel niſi in primo examine iurauerit ſuper tota cauſa. Panormit. *d. cap. Fraternitatis num.* 2. Butr. *num.* 4. Imol. *num* 4. Anan. *num.* 3. quod aliqui extendunt, etiam ſi teſtis repetatur in ſecunda, vel alia inſtantia. Felin. *d. cap. Fraternitatis num.* 2. Aretin. *num.6.* ſed melius fiet, ſi in quolibet teſtis examine præmittatur iuramentum. Quod

ſi teſtis in primo examine non iurauit, ſufficit, ſi iuret dum repetitur. Guazz. *def.* 14. *cap.* 4. *num.* 2.

26. Iuramentum etiam non præſumi, niſi de illo expreſsè appareat in depoſitione teſtis docent communiter DD. ſed cum ex illis multi velint, quod non ſufficiat, ſi Notarius dicat. *Teſtis iuratus &c.* niſi dicatur, *tactis corporaliter ſcripturis*, contrarium plures alij docent volentes ſufficere, ſi Notarius dicat. *Teſtis iuratus &c.* Panormit. *cap. tuis, de teſtibus num.* 8. Aret. *num.* 7. & alij plures, quos refert Farinac. *q.* 74. *num.* 74. Vbi quod pluries hoc ſenſit Rota coram Cæſare de Graſſis, Blanchetto, & Robuſterio. Et certè in antiquis ſi iuramentum non ſit à Notario enunciatum, præſumitur illud præceſſiſſe, & cum Notarij, ſi eorum acta non reperiuntur, faciant ſemiplenam probationem, & tunc teſtes ſemiplenè probant, plenam verò ſi dicatur *teſtis iuratus &c.* poſt Bart. Curt. Iaſon. Ripam, & alios affirmant. Guaza. *def.* 14. *c.* 5. *num.* 3. Farinac. *quæſt.* 74. *num.* 75. vbi quod tempus antiquum eſt tempus 100. annorum. Et *num* 18. quod iuramentum non præſumitur etiam ſi dicatur *Teſtis iuratus*, ſi teſtis fuit examinatus in die feriato; Et *num.* 79. quod neceſſe eſt, vt exprimatur præſentia partis, quia vbi exprimitur, quod teſtis fuit examinatus coram Iudice, & parte præſumitur, quod iurauerit prout debuit, ſi dicatur *teſtis iuratus*. Guazz. *def.* 14. *c.* 5. *num* 4. ſed abſolutè dicitur, quod cum ſubſtantia conſiſtat in iuramento, Notario narrante, quod teſtis iurauit coram Iudice, meritò præſumitur, quod iurauerit prout iurare debebat. Rota *deciſ.* 393. *n.* 8. *&* 9. *p.* 1. *recent.* Barboſ. *cap. Fraternitatis de teſt. n.* 9. Bordon. *d. cap.* 4. *num.* 35. Quod ſine dubio eſt verum, ſi Notarius dicat, quod teſtis *iurauit in forma*. Rota in Catanien. 29. Maij coram Vrano, & in Corduben. liquidationis fructuum 6. Febr. 1626. Barb. *d. num.* 9. ſed cum hæc ſint valdè controuerſa apud DD. ceſſat controuerſia in iudicio Regularium priuilegiato, in quo tactus ſcripturarum non eſt de ſubſtantia, & ſufficit quod teſtis iurauerit. Bordon. *d. cap.* 4. *num.* 35. Et nihilominus benè facient Regulares, ſi has exprimant ſolemnitates, aut ſaltem dicatur, quod teſtis iurauit in forma.

27. Indubitatum quoque eſt, quod apud Regulares non eſt neceſſarium iuramentum, ſed ſufficit ſi teſtis deponat ſub præcepto Sanctæ obedientiæ, vel excommunicationis iuxta ſui Ordinis ſtatuta, aut conſuetudines. Mirand. in Ord. Iud. *tom.* 1. *q.* 18. *a.* 4. Bict. *q.* 12. *num.* 13. Bordon. *in praxi cap.* 4. *num.* 20. Eliſeus de Bellegrandis *p.* 3. *tom.* 3. *q.* 4. *num.* 17. Rodriquez *in ſumm. tom.* 4. *cap.* 155. *num.* 7. retractans quod dixerat *tom.* 2. *quæſt. regular, q.* 14. *a.* 48. Hoc enim in ſubſtantia ſufficit, quia obligatio præcepti, & voti obedientiæ eſt obligatio virtutis Religionis, ſicut & obligatio iuramenti, & in hoc genere eſt ſtrictior, & maior quam obligatio cuiuſcumque iuramenti, vt docet Diuus Thomas 2. 2. *q.* 89. *a.* 8. Neque obſtat, quod lex requirat iuramentum tanquam de ſubſtantia iudicij, quia Regularibus eſt conceſſum, vt poſſint omiſſo iuris ordine iudicare ſecundum ſuorum ordinum ſtatuta, & conſuetudines legitimas, vt ſupra probatum eſt. Et ita in Ordine Prædicat. inter ſubſtantialia ſeruanda in Iudicio ponitur, quod teſtes examinentur per præceptum formale *diſt.* 1. *cap.* 18. de grauiori culpa §. 1. *l. P.*

28. Quod etiam Periti in Arte, vt Medici, Obſtetrices &c. non teneantur iurare voluerunt plures, apud Farinac. *q.* 74. *num.* 95. ſed veritas eſt, quod nec Periti in arte probant in Iudicio, niſi ſint iurati per text. *in l. hac Edictali* §. *his illud C. de ſecund. nupt. & l. comparationes C. de fide inſtrum.* licet vbi ferunt iudicium de ijs, quæ non cadunt ſub ſenſu, ſed ſolum ſub diſcurſu, & iudicio intellectus, ſolum iurare teneantur de credulitate. Farinac. *d. quæſt.* 74. *num.* 100.

29. Teſtibus vero mortuis poſt eorum mortem credi etiam ſi depoſuerunt non iurati, eo quod mors vim iuramenti habeat ex Maſcard. Menoch. & alijs voluit Farinac. *num.* 105. & & conſentit Bict. *q.* 12. *num.* 15.

30. Quando etiam agitur de priuata, & extraiudiciali Informatione Iudicis inquirentis pro informatione conſcientiæ ſuæ de fama, vel conſuetudine, vel idoneitate aſſumendi ad officium, vel aliquo alio, non eſt neceſſe adiurare teſtes. Maſcard. *l.* 3. *concluſ.* 1362. *num.* 16. & alij cum Farinac. *q.* 74 *num.* 102. 105. *&* 107. *vbi num.* 103, quod neque eſt neceſſarium, quod teſtes iurent, cum ſumitur informatio ſuper notorio facti permanentis.

31. Tandem aduertitur, quod teſtis non iuratus licet non plenè probet, aliquam tamen præſumptionem facit, quæ ſufficit pro informatione conſcientiæ Iudicis, vel vt coadiuuet alias probationes, ita quod vbi ex vtraque parte eſt probatio, præualeat illa, quæ præter iuratos teſtes habet teſtem non iuratum. Farinac. *num.* 109 *&* 110. Bictus *q.* 12. *num.* 18. Bordon. *cap.* 4. *num.* 42. Guazz. *def.* 14. *c.* 3. *n.* 13.

32. Tertius qui debet iurare in Iudicio eſt Reus ſecundum Bartol. *in l. inter omnes* §. *Rectè de furtis*, quem ſequuntur communiter DD. omnes ſecundum Bictum *quæſt.* 80. *num.* 3. Et ita ſeruari de conſuetudine dixit Bart. *l.* 1. *poſt num.* 6. *C. de iuram. calum.* & Bald. *num.* 8. Sed hæc conſuetudo diſplicuit Claro *q.* 45. *verſ. ſed quæro*, & quia hoc iuramentum fit inutile, neque ex illo detineantur Rei, vt non deponant falſum, & contra ſe ipſos nolint verum confiteri. Vndè ex conſequenti hoc iuramentum exigere eſt inutiliter præbere Reis occaſionem periurij: ſed è contra vſum eſſe, vt Reis non deferatur iuramentum aſſerit Eliſeus de Bellegrandis *tract.* 7. *quæſt.* 3. *num.* 2. *& num.* 9. ait quod Reis datur iuramentum ad terrendum non ad obligandum in conſcientia. Mihi hoc certum eſt primo; quod pro opinione affir-

mante

Digitized by Google

mante male à Biſſo q. 80. num. 3. refertur D. Thom. 2.2. q. 69. a. 1. & 2. Ibi enim D. Thomas nihil prorſus habet de obligatione, quam Reus habet ex iuramento, ſed ſolum de obligatione, quam habet ex obedientia, ex qua Iudici legitimè interroganti tenetur reſpondere, & veritatem deponere. Imò ex D. Thoma ibidem colligitur oppoſitum, quia ſi Reus teneretur iurare, ex duplici obligatione, ſcilicet, ex obedientia ad Iudicem ſuperiorem, & ex iuramenti Religione, teneretur verum confiteri, vtramque obligationem D. Thom. expreſſiſſet, quod non fecit. Certum eſt ſecundo, quod licet vbi Reus in Iudicio deponit contra tertium debeat iurare, vel de calumnia, vel de veritate, & aliter eius depoſitio non ſit valida, vbi tamen deponit ſolum contra ſe ipſum, iuramentum non eſt de ſubſtantia, & natura rei, quia eius confeſſio iudicialis etiam non iurata ſufficit ad illum damnandum, & negatio impedit ne puniatur, niſi aliundè eius delictum ſit probatum. Imò in Tribunalibus, in quibus Reus non damnatur in pœnam ordinariam, niſi ſit confeſſus, negatio delicti quamuis non iurata pœnam ordinariam impedit; iuramentum ergo Rei non eſt de ſubſtantia. Nihilominus quia praxis eſt, vt Reus examinetur ſub iuramento, bene faciet Iudex ſi praxim obſeruet. Sed & certum eſt tertiò, quod Reus ex vi iuramenti non tenetur exprimere veritatem, niſi in illis caſibus, in quibus ad id tenetur ex obedientia erga Iudicem legitimè interrogantem, quia nec Reus ex alia intentione iurat, & ſic Iudex non poteſt iuſtè exigere à Reo iuramentum obligans ad manifeſtandam aliam veritatem.

SVMMARIVM.

33 *Clerici, & Regulares non poſſunt ſine licentia ferre teſtimonium, & iurare coram Iudice laico.*

Talis licentia non probatur per ſolam aſſertionem Notarij. ibid.

Prælati, & Superiores non indigent huiuſmodi licentia. ibid.

34 *Clericus poteſt iurare coram Iudice Laico de licentia Epiſcopi.*

35 *Si tamen iurat abſque licentia, eius depoſitio valida eſt.*

Idem dicendum eſt de Religioſo. ibid.

Talis licentia non eſt de ſubſtantia Teſtimonij. ibid.

36 *In cauſa criminali in qua ſit imponenda pœna ſanguinis depoſitio Clerici facta ſine licentia ſuperioris non probat ſecundum aliquos DD.*

Sed ſecundum alios ſufficienter probat. ibidem.

37 *Clerico non eſt prohibitum ferre teſtimonium coram alio Iudice Eccleſiaſtico ſine licentia ſui Superioris.*

38 *Secularis poteſt ferre teſtimonium coram Iudice Eccleſiaſtico habente ius in cauſam.*

In quibus caſibus Iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere contra laicos. ibid.

39 *In quibus etiam Prælatus Regularis examinare poteſt laicos.*

40 *Dummodo habeat iuriſdictionem in cauſa.*

Non poteſt tamen cogere laicum, vt iuret ſine licentia ſui ſuperioris. ibid.

41 *Quamuis Iudex laicus non habeat Iuriſdictionem in Clericos, tamen Clericus ex iuſta cauſa poteſt in pluribus caſibus teſtificari, & iurare coram iudice laico, ſine licentia ſui ſuperioris.*

Laicus non eſt prohibitus ferre teſtimonium coram Iudice Regulari. ibid.

42 *Cui conceſſa eſt iuriſdictio in cauſa, ſimul eſt conceſſum id ſine quo iuriſdictio exerceri non poteſt.*

43 *Territorium Regularium non ſe extendit extra Monaſterium.*

Ideo Prælati Regulares non poſſunt compellere non ſibi ſubditos, vt ſint Teſtes. ibid.

Poſſunt tamen illos recipere ſi voluntariè veniunt. ibid.

Si tamen ſit periculum, quod Iudex ſæcularis malè tractet Teſtem ſi examinetur ſine ſua licentia, debet peti. ibid.

44 *In Ordine Minorum de obſeruantia ſi teſtes ſint perſonæ grauiſsimæ, habentur pro Iuratis, etiam ſi non Iurant.*

Hoc tamen non valet in alijs Religionibus communiter. ibid.

45 *Licentia Superioris ipſius Teſtis ad hoc, vt iuret coram alio Iudice non eſt de ſubſtantia Teſtimonij.*

ARTICVLVS III.

An adhoc vt Iudex det iuramentum non ſubdito, neceſſaria ſit licentia ſuperioris ipſius teſtis in ſpecie. Et an Superior Regularis poſſit ſine tali licentia examinare ſub iuramento perſonam ſæcularem.

33 HOc primò certum eſt, prohibitum eſſe Clericis, ſine licentia ferre teſtimonium, & iurare coram iudice laico. *cap. Teſtimonium 2. q. 7. cap. ſuper prudentia, & cap. quamquam 14. q. 2. cap. Nullus 27. quæſt. 5. & in cap. cum P. de accuſat.* Butr. *in cap. cum nuntius.* Panormit. & Felin. *& in cap. Dilectorum.* Innoc. & Imola, Sylueſt. *v. Clericus 3. & v. teſtis num. 1.* & alij DD. omnes. Quod multo magis eſt verum de Regular. Rota *p. 2. diuerſ. deciſ. 77. num. 12.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 261. num 12.* Farinac. *quæſt. 61. num. 124. & 130.* Hæc verò licentia non probatur per ſolam aſſertionem Notarij. Farinac. plures referens *quæſt. 61. num. 87.* Prælati autem, & Superiores non indigent huiuſmodi licentia, quia illam ſibi impertiri videntur. Bellet. *diſput. Cleric.*

rie tit. de Cleric. teſt §. 2. num. 3. Tempore autem Peſtis hæc licentia non eſt neceſſaria *d. cap. teſtimonium* 11. *quæſt.* 1. Barboſa *ibidem num.* 2.

34. Verum quod in caſu concedendæ licentiæ ad iurandum non poſſit Epiſcopus, aut alius Superior illam concedere, vt Clericus iuret coram Iudice ſæculari, ſed ſolum quod iuret in manibus Epiſcopi, vel alterius perſonæ Eccleſiaſticæ, vel Epiſcopus ipſe, aut alius Iudex Eccleſiaſticus recipiat ſub iuramento Clerici examen, & ad Iudicem ſæcularem tranſmittat tenet Bellett. *d.* §. 2. *num.* 5. & ex eo Barboſ. *d. cap. Teſtimonium* 3. Sed hoc non dicitur cum fundamento, quia *in cap. quamquam* 14. *q.* 2. allegato hoc remittitur prouidentiæ, & arbitrio Epiſcopi, vt vel ille recipiat iuramentum, vel det Clerico licentiam iurandi coram Iudice ſæculari, & ita poſt Archidiac. *in d. capit. quamquam* docet Panormit. *cap. cum Nuncius numer.* 3. *de teſtibus*, & tradunt quamplures alij, quos ſequitur Farinac. *quæſt.* 61. *num.* 86. Nam alias quod non ſit prohibitum Clericis iurare coram Iudice ſæculari de licentia ſui Superioris, habetur ex *cap.* 1. *de Iur. calum.*

35. Et nihilominus, ſi Clericus, vel Religioſus, ſine Superioris licentia teſtimonium ferat, & iuret, etiam in manibus Iudicis ſæcularis, quod depoſitio eius ſit valida, quia licentia iſta ſit quid accidentale; & non ſit de ſubſtantia teſtimonij docent DD. communiter. Panormit. *cap.* 1. *num.* 17. *de iuramento calum. & in d. cap. cum Nuncius num.* 3. *&* 4. *de teſtibus*, & ibi Felin. *n.* 3. Specul. *de teſt.* §. 1. *num.* 36. & alij plures, quos referunt, & ſequuntur. Barboſ. *d. cap. Teſtimonium num.* 1. Bellett. *d.* §. 2. *num.* 3. *&* §. 3. *num.* 52.

36. Limitatur tamen hoc, vt non verificetur in cauſa Criminali, in qua ſit imponenda pœna ſanguinis, vt tunc depoſitio Clerici ſine licentia, nec probet, nec faciat indicium contra laicum. Iſner. Nata. Foller. Grammat. Marſil. apud Bellett. *d.* §. 2. *num.* 8. & Farinac. *q.* 61. *num.* 61. quia teſtis prohibitus examinari, ſi examinetur, nec facit indicium: verum hoc poteſt habere difficultatem. Fundantur iſti DD. *in cap. Teſtimonium* 11. *q.* 1. vbi habetur. Teſtimonium *Clerici contra laicum nemo recipiat nemo enim Clericum quemlibet in publico examinare præſumat, niſi in Eccleſia*, ſed ſi ex hoc textu colligitur, quod depoſitio Clerici contra laicum, ſit nulla nunquam Clericus contra laicum eſſet validus teſtes, quia Syluester Papa ibi abſolutè loquitur, & non diſtinguit. Et tamen in quam pluribus caſibus teſtimonium Clerici contra laicum eſt validum. Sed hac communi ſententia pro nunc admiſſa, dicitur quod depoſitio Clerici contra laicum ex hoc præcisè non eſt nulla, quod fiat ſine licentia. Et nihilominus, quod depoſitio Clerici in cauſa ſanguinis facta, ſine licentia ſit valida, ſenſerunt Guidopapa *dec.* 65. *in princ.* Diaz. *in pract. Criminal. cap.* 101. *nu.* 25. Quos refert, nec reprobat Bellett. *d.* §. 2. *n.* 8.

Quamuis verò Iudex Eccleſiaſticus nec poſſit, nec debeat Clericis concedere licentiam ferendi teſtimonium coram Iudice laico principaliter, aut incidenter in cauſa ſanguinis, etiam ſi veritas aliter haberi non poſſit, vt habetur ex *cap. teſtimonium* 11. *q.* 1. Et ex Innocent. *in cap. dilectorum de teſtibus cog.* & Diaz *d. cap.* 101. *num.* 26. tradit Bellett. *num.* 26. imò Felin. *cap. de cætero num.* 1. *de teſtibus* vult, quod in hoc caſu non iuuet proteſtatio, de qua in *cap.* 2. *de homic. in* 6. quia proteſtatio eſſet contraria facto.

37. Coram tamen alio Iudice Eccleſiaſtico non prohibetur Clericus ferre teſtimonium, ſine licentia ſui Superioris, quia præfata Iura prohibentia Clerico teſtificari coram Iudice laico non ſunt extendenda, vt benè probat Panormitanus *cap.* 1. *de iuram. calumniæ num.* 2. & fuit mens Præpoſ. *in d. cap. teſtimonium* 10. *q.* 1. *num.* 2. *&* 9. & ibi Archidiac. *d.* §. 2. *num.* 10.

38. Sed ſæculari non eſt prohibitum ferre teſtimonium coram Iudice Eccleſiaſtico habente Iuriſdictionem in cauſa, ſed imò in *quampluribus* caſibus Iudex Eccleſiaſticus procedit etiam contra laicos, & in cauſis Eccleſiaſticis etiam agitatis contra Clericos, Iudæos laicos teſtes deponentes admittit; & in illis caſibus, in quibus ſpecialiter non eſt prohibitum laicos deponere contra Clericos, de quibus videatur *cap. ſi cætero de teſt & DD.* & Farinac. *quæſt.* 61. *num.* 98. *& ſeqq.* Et nihilominus etiam in caſibus, in quibus laici non poſſunt teſtificari contra Clericos, ſi examinentur, faciunt indicium ad torturam, vt in *d. cap. de cætero*, docent Panormit. *num.* 5. Felin. *num.* 7. Maſcard. *de prob. l.* 3. *concluſ.* 1318. *num.* 51. & plures alij apud Farinac. *q.* 61. *num.* 109. Quamuis ad hoc Farinac. *num.* 100. *&* 111. requirat in hoc caſu, quod teſtes ſint plures, & deponant de viſu immediatè ſuper delicto.

39. Etiam igitur Iudices Regulares poterunt in *præfatis* caſibus examinare laicos, illiſque iuramentum præbere. At obſtare videtur, quod laici non ſunt ſubditi Prælatorum Regularium, at verò requirere iuramentum à teſtibus eſt actus Iuriſdictionis; Et ideo praxis eſt, quod Iudices Regulares, vt examinent laicos petant licentiam à Superioribus Eccleſiaſticis, vel laicis quibus teſtes ſunt ſubiecti.

50. Sed hoc facit primo, quia dato quod ad cogendum teſtem, vt iuret, neceſſaria eſſet cogentis iuriſdictio in perſonam teſtis, quia nullus iuridicè poteſt cogère aliquem non ſibi ſubditum, ad ſubſtantiam tamen, & valorem teſtimonij ſufficit Iuriſdictio in cauſa. Et quilibet Iudex legitimus ex hoc eſt Superior, & habet Iuriſdictionem in cauſa, vt notatur apud Panormit. *cap.* 1. *de iuramento calum. num.* 17. Dato igitur, quod Iudices Regulares non poſſint ſine licentia Superioris illius cogere ſæcularem ad ferendum teſtimonium, non ſequitur, quod ſine coactione non poſſit petere à ſæculari

ri teſte, vt iuret, vel quod eum voluntariè iurantem in cauſa, in qua iuriſdictionem habet, non poſſit recipere, & quod ſi recipiat, iuramentum non ſit legitimum, cum iurare alias non ſit prohibitum, & nulla detur lex ſpecialis, quæ prohibeat laicum iurare coram Iudice Eccleſiaſtico; Imo ex iuſta cauſa cuicumque ſit permiſſum iurare. *cap. Et ſi Chriſtus de iur.iuran. & cap. ſignificaſti de elect.*

41. Et hoc euidenter conuincitur, quia Iudices laici non habent iuriſdictionem in Clericos; nec poſſunt eos cogere ad teſtificandum, & in caſu, quod ſint cogendi, debent cogi per Iudicem Eccleſiaſticum, & tamen Clericus ex iuſta cauſa etiam in quam pluribus caſibus poteſt ſine licentia teſtificari, & iurare coram Iudice laico habente Iuriſdictionem in cauſa, vt probat Panormit. *d. cap.* 1. *de Iur. calum. num.*19. Et colligitur *ex d. cap. Etſi Chriſtus de iur. iuran. & cap. peruenit de fideiuſſ.* Confirmatur vlterius, quia vt dictum eſt ſupra *num.* 37. Clerici ſine licentia ſui ſuperioris poſſunt eſſe teſtes coram alio Iudice Eccleſiaſtico, cuius non ſunt ſubditi; igitur manifeſtum eſt, quod ad teſtimonium iuridicum, & legitimum non eſt neceſſe, quod teſtis ſit perſonaliter ſubditus Iudici, ſed ſufficit quod teſtis, alias non ſit prohibitus teſtificari, & iurare in iudicio, & quod Iudex habeat iuriſdictionem in cauſa; Quando ergo laicus non eſt prohibitus ferre teſtimonium, poteſt coram Iudice Regulari deponere, iurare, & legitimè teſtificari.

42. Secundò idem probatur, quia conceſſa Iuriſdictione in cauſa aliqua, conceſſum ſimul eſt id ſine quo Iuriſdictio non poteſt exerceri, & cauſa cognoſci, & terminari, aliter conceſſio iuriſdictionis eſſet inanis. Ex hac ratione Alex. III. *cap. præterea de off. delegat.* declarauit, quod conceſſa alicui Iuriſdictione ſimpliciter, ex hoc intelligitur conceſſum Iudici, vt poſſit partes compellere, & contumaces coercere, ex quo deducunt DD. quod commiſſio cauſæ dat facultatem faciendi ea, quæ ſpectant ad cauſam, quorum plures refert ibi Barboſ. *num.* 1. ſeu quod commiſſo vno omnia videntur commiſſa, ſine quibus illud explicari non poteſt. Panormit. *ibi num.* 1. ſeu quod conceſſo principali cenſetur conceſſum neceſſarium veniens in neceſſariam conſequentiam principalis Tuſc. *litt. A. concluſ.* 77. Barboſ. *axioma* 4. *n.*9. At verò manifeſtum eſt cauſas Criminales non poſſe terminari ſine examine teſtium iuridico; habens igitur Iuriſdictionem, vt cauſas Regularium cognoſcat, ex hoc poterit teſtes examinare, vel vt delictum, vel vt innocentia inquiſiti innoteſcat, & ille damnari, vel abſolui poſſit. At vero Prælati Regulares habent in ſuos plenam Iuriſdictionem, & Epiſcopi Iuriſdictioni ſimilem nedum ex Priuilegijs, ſed de Iure communi, vt latius probaui *tom.* 3. *de ſtat. q.*189. *a.* 10. *inſp.* 10. *à num.* 640. Et cum Regulares ſint exempti à Iuriſdictione Epiſcoporum, non eſſet benè prouiſum ſtatui Religioſorum, niſi Prælati Regulares poſſent cognoſcere ſuorum ſubditorum cauſas, & nocentes punire; Quod quia fieri non poteſt, niſi examinando teſtes, qui multoties ſunt laici; poſſunt igitur Prælati Regulares laicos teſtes admittere, vbi hoc non eſt ſpecialiter prohibitum, & ab illis iuramentum recipere.

43. Verùm, quia Territorium Regularium non ſe extendit in hoc extra Monaſterium, ſeù locum exemptum, at vero nullus Iudex etiam Epiſcopus poteſt exercere Iuriſdictionem contentioſam extra Territorium; Ideo ex hac parte Prælati Regulares non poſſunt compellere non ſibi ſubditos, & extra Monaſterium degentes, vt ſint teſtes, ſed opus habent implorare auxilium Superiorum ipſorum teſtium, vt teſtes compellantur ad examen, & iuramentum. Vlterius, quia Prælati Regulares non habent ſatellites, & familiam armatam, vt per illam teſtes laicos exiſtentes intra Monaſteria compellant ad examen, & vt vi retineant ne exeant à Monaſterio, & fugiant examen, etiam ex hac parte non poſſunt laicos teſtes compellere; Sed nec conueniens eſſet, quod Prælati Regulares huiuſmodi violenta via procederent contra non ſibi ſubditos. Dato igitur, quod Superiores Regulares non poſſint cogere teſtes ad iurandum; & teſtificandum, poſſunt tamen eos voluntariè iurantes admittere. Verum eſt, quod vbi periculum ſit, quod Iudex ſæcularis malè tractet teſtem, ſine ſua licentia examinatum, Iudex Regularis, vel petere debebit licentiam, vel prudenter auferre alia via periculum.

44. Dixit autem Didacus Scroi *p.*2. *cap.* 5. *num* 24. quod ſecundum practicam Fr. Minorum de obſeruantia dicta teſtium attenta qualitate perſonarum, ſi iurati haberi non potuerunt, nempè ſi ſint perſonæ grauiſſimæ, & omni exceptione maiores, pro iuratis teſtibus habentur, niſi in caſibus in Iure expreſſis, nec à Religioſis communiter hæc practica admitti poteſt, ſi ex eorum ſtatutis iuramentum teſtium eſt de ſubſtantia.

45. Tandem hoc etiam aduertendum, quod probatum eſt *art. ſup. num.*35. quod ſcilicet licentia Superioris ipſius teſtis, adhoc vt iuret coram alio Iudice etiam quando cenſetur debita, non eſt de ſubſtantia, & depoſitio teſtis iurata, licet ſine licentia, eſt valida, quod in hac materia valdè aduertere debent Regulares Iudices.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes alij habiles, & alij inhabiles.*
Teſtis Idoneus idem eſt, ac Teſtis omni exceptione maior. ibid.
Teſtis Idoneus eſt contra quem non poteſt dari legitima exceptio. ibid.
Idem dicendum eſt de Teſte omni exceptione maiori. ibid.

Mini-

Minima, & friuola exceptio non facit, quod teſtis non ſit Idoneus, & omni exceptione maior. ibid.

Idem eſt Teſtis Idoneus, & Teſtis legitimus, & integræ fidei. ibid.

Teſtis omni exceptione maior, debet eſſe immunis à Crimine, infamia, ſuſpicione, & macula. ibid.

Sed melius huius Teſtis conditiones explicantur his verſibus. Sexus, ætas, diſcretio, fama, & fortuna, fides in Teſtibus. ibid.

QVAESTIO XII.

De Probatione per teſtes.

ARTICVLVS I.

Qui ſint teſtes non idonei, ſeu inhabiles in genere.

1. DIſtinguuntur teſtes in teſtes habiles, & inhabiles. Exiſtimant autem aliqui, quos ſequitur Farinac. *q. 62. num. 6.* quem ſequitur Eliſeus de Bellegrandis *tract. 3. q. 16. n. 2.* quod non ſit idem teſtis idoneus, & teſtis omni exceptione maior, ſed quod teſtis omni exceptione maior ſit is, qui ſit fidelior, & ſit optimè qualitatis, & opinionis. Sed, licet verum ſit, quod inter teſtes idoneos detur latitudo, eo quia teſtium aliqui ſint meliores, alij optimi. Nihilominus omnino dicendum eſt, quod omnis teſtis idoneus verè propriè, & ſimpliciter loquendo eſt teſtis omni exceptione maior, nam ſi contra teſtem dari poteſt aliqua legitima exceptio, ille non eſt idoneus; adhoc vero vt aliquis dicatur teſtis omni exceptione maior, ſufficit, vt nulla legitima exceptione expelli poſſit, vt docent *gloſa in capit. 1. de conſanguin. & affinit. verb. maiores*; & ibi Panormit. *num. 5. Præpoſ. num. 7.* Sylueſt. *verb. teſtis*, & ibidem Tabien. *in princ.* & alij plurimi, quos refert, & ſequitur idem Farinac. *d. q. 62. a. 1.* Vbi aduertit etiam, quod exceptio friuola non facit, quod teſtis non ſit omni exceptione maior; Et idem dicendum eſt de exceptione minima, & quæ nullius ſit momenti; Ideò verè conuertibiliter ſe habent teſtis idoneus, legitimus, & omni exceptione maior, vt voluit *gloſſ. in §. Item verborum verb. idoneus inſtit. de inutil. ſtipul.* quam ſequuti ſunt Panormit. *vbi ſupra*. Et quamplures alij, apud eundem Farinac. *nu. 2. & gloſſ. in cap. 1. de conſanguin. verſ. maiores*, Scroi in luce Prælat. *part. 4. cap. 2. num. 3.* Et ſic etiam idem ſunt teſtis idoneus, & teſtis legitimus, & teſtis integræ fidei, contra quem nulla eſt legitima ſuſpicio, vel exceptio eſt ſic teſtis inhabilis, & idem quod teſtis non maior omni exceptione, quia ſi ex aliqua legitima exceptione repelli poteſt, nec eſt idoneus, nec ſemiplenè probat. Ex Marantа autem Farinac. *q. 62. num 5.* docet, quod teſtis omni exceptione maior debet eſſe immunis à quatuor, ſcilicet, à crimine, infamia, ſuſpicione, & macula, ſed melius conditiones teſtis idonei expreſſerunt Syluest. & Tabien. *v. teſtis*, per illos verſus conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama, & fortuna, fides in teſtibus iſta requires. Vide etiam, quæ ad cognoſcendam habilitatem, vel inhabilitatem teſtium dixi *cap. Romana de teſtibus in 6. num. 19. & ſeqq.* Hic ergo videndum eſt, qui ſint teſtes inhabiles, & qui propterea admitti non poſſunt ad probandum in Iudicio.

SVMMARIVM.

2 *Inhabilitas Teſtium duplex eſt ſcilicet, ex parte cauſæ, & ex parte effectus.*
Inhabilitas ex parte cauſæ eſt quintuplex; ſcilicet;
1. *Defectus vſus rationis.*
2. *Defectus externi ſenſus.*
3. *Reuerentia ſeruanda inter teſtem, & illum contra quem deponit.*
4. *Culpa propter quam quis priuatur facultate teſtificandi.*
5. *Præſumptio, ſeu ſuſpicio, & timor falſitatis in Teſte. ibidem.*
Ex prima cauſa ſunt inhabiles infantes; minores, & impuberes, & aliquo modo mulieres. ibid.
3 *Ex ſecunda cauſa ſunt inhabiles, qui habent ſenſum corruptum in ordine ad ſenſibilia.*
4 *Ex tertia cauſa non ſunt cogendi Parentes contra filios, & è contra; nec mulier contra virum, nec ſeruus contra Dominum.*
5 *Ex quarta cauſa infames infamia facti ſunt inhabiles, & illi qui à Iudice, vel à Iure ſunt declarati inhabiles.*
6 *Ex quinta cauſa ſunt inhabiles Inimici, Amici, Conſanguinei, Domeſtici, Famuli, Familiares, Criminati, Banniti, Pauperes, Viles, Infames, Mulieres, &c. num. 6.*
8 *Inhabilitas per ordinem ad effectum duplex eſt ſcilicet tota, & diminuta.*
Vtraque explicatur. ibid.

ARTICVLVS II.

Quotuplex eſt inhabilitas teſtium.

2. REſpondetur, quod ex parte cauſæ quintuplex eſt inhabilitas, quia quintuplex eſt cauſa inhabilitatis teſtium. Prima eſt defectus vſus rationis. Secunda eſt defectus externi ſenſus. Tertia eſt reuerentia ſeruanda inter teſtem, & illum extra quem deponit. Quarta eſt culpa propter quam, quis priuatur facultate teſtificandi. Quinta eſt præſumptio, ſeu ſuſpicio, ſeu timor falſitatis in teſte. Prima autem cauſa diſtinguitur, quia vel defectus vſus rationis eſt totalis, quia aliquis non habet vſum rationis liberum, vt diſcernat bonum à malo, & verum à falſo; Vndè nec eſt capax,

vt

Digitized by Google

vt mortaliter peceet, & hoc modo inhabiles ſunt infantes, fatui, & perfectè ebrij tempore ebrietatis. Vel defectus non eſt totalis, ſed imperfectus, quia aliquis non omninò perfectè ſcit inter rerum qualitates diſcernere, & faciliter decipi poteſt. Et ex hac cauſa inhabiles ſunt minores, & præcipuè impuberes, item aliquo modo mulieres, ruſtici, inexperti, & ſimiles dum interrogantur de illis, quæ excedunt illorum intellectum.

3. Ex ſecunda cauſa inhabiles ſunt cæci in ordine ad viſibilia, ſurdi in ordine ad audibilia, & alij habentes ſenſum aliquem corruptum, aut impeditum in ordine ad perciptibilia per illum ſenſum.

5. Ex tertia cauſa, nec Parentes contra filios, nec filij contra parentes poſſunt cogi ad ferendum teſtimonium *l. Parentes C. de teſtibus.* Nec frater contra fratrem *l. Iul. ff. de teſt. cap. ſi teſtes 4. q. 3.* Imo nec conſanguineus vſque ad quartum gradum *d.l. Iulia ff.* Farinac. *quæſt.* 14. *num.* 102. Nec vxor contra maritum *. l. in alio in fine ff. ſolut. matrimonio* Farinac. *q.* 14. *n.* 119. Sed ex hoc prohibita eſt coactio, ne ſcilicet cogantur deponere, ſed ſi citati volentes deponant, & aliam inhabilitatem non patiantur, probant, vt de fratribus, & affinibus probat Farinac. *num.* 15. *&* 16. 105. 175. Sed tamen parentes contra filios, nec filij contra parentes poſſunt admitti, etiam volentes, niſi vtriuſque voluntas concurrat. Farinac. *num.* 175. *&* 176. *qui num.* 219. ait, quod vxor, nec volente marito poteſt contra illum teſtificari. Sic nec ſeruus; imò nec libertus poteſt contra Dominum ferre teſtimonium, & ſi illud ferat eſt nullum *l. pridem C. de q. niſi in terminis l. quicumque C. de ſeruo fug.* Farinac. *q.* 55. *num.* 168. *&* 178.

5. Ex quarta cauſa duplex ſequitur inhabilitas, vna generalis, quæ competit omni criminoſo, & infami infamia facti; Alia eſt ſpecialis, quæ eſt propria pœna contra delinquentem, vel à Iudice, vel á Iure, quomodo inhabiles ad teſtificandum ſunt infames infamia iuris, vt videbitur infra, & hoc modo inbabiles, ſunt excommunicati, & omnes illi, qui vel à iure, vel ab homine priuati ſunt facultate ad actus legitimos. Sed prima inhabilitas ex iſtis duabus potius ſpectat ad quintam ſpeciem, ex eo enim generaliter criminoſi, & infames infamia facti ſunt inhabiles, quia non præſumuntur integræ fidei, cum malus ob aliquid ſui commodum de facili mentiatur. Hæc ergo inhabilitas generalis immediatè oritur ex timore falſitatis, licet nec timor etiam ex culpa oriatur, ſed vbi inhabilitas eſt pœna illa immediatè fundatur in culpa.

6. Eſt ergo quinta ſpecies inhabilitatis, quæ fundatur in probabili timore mendacij, & periurij, & propterea ius voluit, quod ad teſtificandum contra, vel reſpectiuè ad fauorem, ſint inhabiles Inimici, Amici, Conſanguinei, Domeſtici, Famuli, Familiares, Criminoſi, Banniti, Pauperes, Viles, Infames, Mulieres, & alij plurimi, quos recenſent DD. & præcipuè Farinac. *à q.* 1. *à nu.* 53. *vſque ad q.*63.

7. Et aduertendum, quod ad hoc vt lex iuſtè reiecerit iſtos teſtes, non fuit neceſſe, quod præſumpſerit eos depoſituros falſum, ſed ſufficiens fuit non eſſe certum, quod depoſita ab illis ſint vera. ſed adſit probabilis timor mendacij, & periurij. Iudicium enim certum eſſe debet, non poteſt vero eſſe certum, ſi incerta ſit fides teſtium. Huius verò incertitudinis principium eſt, vel odium, vel nimia affectio, ſed vnica eſt radix huius incertitudinis amor concupiſcentiæ non rectus, ſcilicet non regulatus amor alicuius vindictæ, aut proprij commodi, qui maximè vigere ſolet in inimicis, aut amicis, qui amicorum mala propria iudicant, vel in ſubditis, & alijs, qui ex depoſitione veritatis aliquod malum ſibi timent, vel in hominibus malæ vitæ, qui pro fine vltimo proprium commodum habent. Alia tamen poteſt eſſe non culpabilis radix falſitatis, ſcilicet, ignorantia, ex qua merito reijciuntur minores, mulieres, inexperti, qui facilè decipi poſſunt, & falſum pro vero deponere.

8. Quotuplex vero eſt inhabilitas per ordinem ad effectum? Reſpondetur, quod eſt duplex, quia alia eſt totalis, per quam teſtis reijcitur in totum, alia eſt diminuta, per quam ſolum diminuitur fides teſtis, vt ſit fidei diminutæ, & non integræ, vt ex Felin. & alijs notat Farinac. *q.* 62. *num.* 28. quem ſequuntur Bict. *q.*41.*n.*23. Eliſeus *tract.*3.*q.*20.*n.*2. Boer. *in praxi cap.*8. *num.* 5. Vbi quod in totum repelluntur, quando inhabilitas eſt ex culpa, ſecus vero quando inhabilitas eſt ex fauore partis. Hæc diſtinctio claram veritatem habet in inhabilitate, quæ eſt de iure naturæ, nimirum in inhabilitate primæ, & ſecundæ ſpeciei ex paulò ſupra recenſitis. Nam in totum reijciuntur totaliter priuati vſu rationis, vel totaliter priuati aliquo ſenſu in ordine ad perceptibilia per illum ſenſum. At vero, qui in prædictis aliqualem ſolum, & diminutum patiuntur defectum ſunt diminutæ fidei. Sed loquendo de Iure poſitiuo dicitur, quod nedum vbi de Iure naturæ teſtis omnino reijcitur, ſed etiam vbi reijcitur ratione reuerentiæ inter parentes, & filios, vel vxoris ad maritum, vel ſerui ad Dominum, & etiam vbi inhabilitas eſt propriè pœna ſpecialiter lata, inhabilitas dici poteſt in totum, quia examinati huiuſmodi teſtes in caſibus, in quibus examinari non debent, nil probant, & ad ſummum ſe habent, vt Accuſatores, vel Denunciatores. Inhabiles verò non in totū dici poſſunt illi, qui examinati, vbi non debent, parte non opponente, quale quale iudicium faciunt, & hoc competit teſtibus quintæ ſpeciei ex paulo ſupra recenſitis, quando ſcilicet inhabilitas eſt ex timore falſitatis, etiam ſi hic timor oriatur ex culpa. Ex ijs enim, quam plures ſunt, qui admittuntur, vt teſtes diminutæ fidei. Ideò in alio ſenſu admitti poteſt diſtinctio, vt reie-

ĉti in totum dicantur, quos lex abſolutè prohibet admitti, & ſimpliciter reijcit præterquam in caſibus expreſſis, & permiſſis. Illi vero dicantur reiecti non in totum, quos lex non prohibet admitti ſimpliciter, ſed ſolum vult non recipi, vt teſtes integræ fidei relinquens in arbitrio iudicijs, an & quando admitti poſſint. Sed qui ſint huiuſmodi reiecti, eſt cognitu difficile, vt aduertit Eliſeus *tract. 3. q. 20. num. 2.* Dici tamen poteſt, quod huiuſmodi non in totum reiecti ſunt pauperes, & viles non infames; qui ſi ſint honeſtæ vitæ; admitti poſſunt item mulieres, quæ etiam de Iure Canonico admittuntur Iudice procedente ex officio, item laici contra Clericos, qui pariter admittuntur ſi ſint vitæ laudabilis, de quibus infra ſuis locis ſermo erit; Inter hos verò Eliſeus numerat Bannitum, cui ſi ſit nobilis præſtatur fides; ſed Bannitus, vt videbitur infra eſt inhabilis inhabilitate pœnali, & ideò eſt reiectus in totum.

SVMMARIVM.

9 *Qui tempore ferendi teſtimonium non ſunt ſanæ mentis ſunt teſtes inhabiles ex lege naturali. Ita ſunt Infantes, furioſi, phrenetici, fatui, dementes, lunatici, & ſimiles. ibid.*
Quid ſit dicendum, ſi quando deponunt ſint ſanæ mentis, & quando accidit id quod deponunt erant furioſi &c. ibid.
10 *Quæ dicuntur de furioſo, dicenda ſunt cum proportione de Ebrio.*

ARTICVLVS III.

Inhabilis eſt non ſanæ mentis.

9. PRimo autem ex lege naturali teſtes inhabiles ſunt, qui tempore ferendi teſtimonium, non ſunt ſanæ mentis, vt ſunt infantes, furioſi, fatui, dementes, mente capti, lunatici, phrænetici, & ſimiles vſum rationis impeditum habentes. *cap. infantes 3. q. 7.* Sic enim, quod deponunt, ignorant, ſeù non diſcernunt, cum vſum rationis liberum non habeant. Ideò etiam ſi tempore in quo factum fuit id, quod deponunt eſſent ſanæ mentis, nihilominus ſi tempore depoſitionis (quod tempus attendi debet) non ſunt ſanæ mentis, inhabiles prorſus ſunt ad teſtificandum, vt eorum depoſitio attendi non poſſit. E contra tamen ſi tempore depoſitionis ſint ſanæ mentis, habiles eſſe, vt deponant etiam de ijs, quæ acciderunt cum eſſent furioſi, & non ſanæ mentis voluerunt *ſpecul. tit. de teſt §. 5. num. 34.* Maſcard *lib. 2. concluſ.* 828. *num. 9.* & alij, ſed contrarium exiſtimat Farinac. *q. 60. num. 14.* Verum ſi ea de quibus fatuus deponit potuerunt cadere ſub amentis ſenſu, & intellectu (multa enim ſunt, in quibus nec amentes errant, quia diſcurſum rationis non poſtulant) poterunt tempore ſanæ mentis de illis deponere. Verè tamen neque in hoc caſu erunt teſtes omni exceptione maiores, nec plenè probabunt. Si tamen furioſus, ſeu amens habet dilucida interualla, non prohibetur ferre teſtimonium tempore ceſſantis furoris, ſeù amentiæ Specul. *tit. de teſte § 1. num.* 8. Maſcard. *d. concluſ.* 828. *nu.* 5. Imo Farinac. *q.* 60. *num. 16.* vult, quod in dubio præſumi debeat teſtem fuiſſe ſanæ mentis, cum depoſuit. Sed hoc non credo verum; quia ex eo quod habilitas teſtis non eſt certa, ſed dubia, præſumptio non poteſt illum facere habilem, & omni exceptione maiorem, vt plenè probet maximè in criminalibus, in quibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores. Et eo magis quod teſtis, vt ſit habilis debet eſſe ſanæ mentis, nedum tempore depoſitionis, ſed tempore, in quo accidit id, quod deponit, vt eſt explicatum. Cæterum ſi teſtis non ſit verè furioſus, vel fatuus, licet ſit inſipidus, & craſſioris ingenij, ex hoc non excluditur, vt non poſſit eſſe teſtis de illis, quæ ſub eius ſenſu cadunt, quamuis de ijs, quæ ſubtiliori indigent diſcurſu, non ſit aptus omnino, vt teſtimonium plenum ferat.

10. Quæ vero dicta ſunt de furioſo, & amente, cum proportione dicenda ſunt de plenè ebrio, & vſu rationis priuato; imò ſi quis ſit ſolitus inebriari repellitur etiam dum eſt ſanæ mentis ratione vilitatis, ac infamiæ. Farinac. *q. 56. num. 436* Bict. *q. 31. n. 15.*

SVMMARIVM.

11 *Impuberes de iure communi non admittuntur in Teſtes, nec in Ciuili, nec in Criminali.*
Nec minor viginti annorum in Criminalibus admittitur. ibid.
In Crimine verò læſæ maieſtatis, & hæreſis admittitur. ibid.
Impubes proximus pubertati, licet non probet facit tamen indicium. ibid.
12 *Quomodo impubes, & minores in iudicio admittantur.*
Et quæ fides ipſis habeatur. ibid.
Quando impubes dicatur proximus pubertati. ibid.
Et quomodo maiores poſſint teſtimonium ferre de his, quæ viderunt dum erant minores, & Impuberes. ibid.

ARTICVLVS IV.

Impubes, & minor.

11. IMpuberes pariter de Iure communi, nec in Ciuili, nec in Criminali admitti poſſunt *l. q. 3. §. l. Iul. ff. de teſtibus*, quia impubes non habet plenitudinem iudicij in his neceſſariam. Et quia impubes iurare non poteſt *l. qui iurare ff. de iur. iuran.* At vero dictum teſtis non iuratum non probat *l. ſolum, & l. Iuris iurandi C. de teſtibus*, ſed in Criminalibus nedum impubes, ſed etiam minor 20. annis non admittitur

tur *l. in teſtimonium ff. de teſtibus*. Ideo eius teſtimonium etiam patre non opponente eſt ipſo Iure nullum Specul. *tit. de teſtibus* §. 1. *num.* 36. Si tamen etiam impubes ſit pubertati proximus, & doli capax; licet in Criminalibus non probet tale quale tamen iudicium facit. Non tamen tale, quod ſufficiat ad torturam, niſi eius dictum ſit adminiculatum, ſed ſolum aperit viam ad inquiſitionem Clar. *q.* 24. Farinac. *q.* 58. *& ſeqq.* Eliſeus *tract.* 34. *a.* 14. *n.* 4. Quidquid in contrarium dicant Sylu. *v. teſtis num.* 1. Tabien. *num.* 1. Cum adminiculis tamen facit indicium ad torturam. Sic puer pubes ſodomitatus, ſi adſit ruptura anus facit indicium ad torturam, vel ſi voluntariè paſſus eſt cum tortura, vel etiam ſine tortura, ſi vim paſſus fuit. Scroi *part.* 4. *c.* 3. *n.* 3. Ex Tun. *lit. T. concl.* 196. *num.* 19. Et duo minores ſufficiunt ad torturam, Delrius *diſq. magic. appen.* 2. *l.* 5. *q.* 15. *lit. F.* Scroi *d. cap.* 3. *num.* 4. Maior vero 20. annis, licet ſit minor viginti quinque, admittitur Specul. *tit. de teſtibus* §. 2. *num.* 34. In Crimine vero læſæ maieſtatis etiam minor 20. annis admittitur *l. de minore ff. de quaſt.* Et in Crimine hæreſis talis admittitur. An vero tunc neceſſe ſit, quod adſit auctoritas tutoris non eſſe id neceſſarium ex praxi dixit Farinac. *quaſt.* 58. *num.* 24.

12. Sed quomodo in cauſis Eccleſiaſticis minor poſſit eſſe in iudicio, ſine auctoritate tutoris decernitur. *cap. ſi annum de iudic. in* 6. & ibi eſt explicatum. In factis etiam domeſticis nedum minores, ſed & impuberes faciunt tale quale iudicium, & admittuntur in teſtes, non tamen vt ſint integræ fidei. Et eodem modo admittuntur in caſibus, in quibus veritas aliter haberi non poteſt. Quamuis enim Marſil. *in lib. de minori num.* 24. quem cum alijs refert Farinac. *q.* 18. *num.* 32. *&* 33. voluerit, quod vbi veritas aliter haberi non poteſt, dictum vnius impuberis examinari non ad inſtantiam partis, ſed ex officio faciat indicium ad torturam, & duo plene probent; hoc merito reijcitur; quia ex natura rei impuberes ſunt teſtes non integri Boſſ. Alciat. Maſcard. & alij quos refert Farinac. *num.* 11. *&* 34. Et ideo neque in hoc caſu minores teſtes ſunt integræ fidei, nec duo conuincunt, nec vnus ſufficit ad torturam. Nec omnino creditur minori dicenti alium non inter fuiſſe, ſed hoc aliunde debet probari. Sed & admitti minorem in Iudicio inquiſitionis, & Iudice procedente ex officio, quam plures docent, quos refert Farinac. *d. quaſt.* 58. *num.* 37. *vbi num.* 4. aduertit, quod neque in hoc caſu admittuntur ad plenam probationem, *& num.* 41. quod minores, nec etiam à Iudice procedente ex officio admitti debeant, niſi in ſubſidium, & dummodo non ſint impuberes, quia iſti in Criminalibus, nec à iudice procedente ex officio admitti debent. Minor etiam, imò & impubes proximus pubertati, (dicitur vero proximus pubertati maſculus ab anno 10. cum dimidio vſque ad 14. & fœmina ab anno 9. cum dimidio vſque ad 12. Gloſſ. *in l. Pupillum ff. de reg. iur.* Guazz. *def.* 30. *c.* 11. *n.* 6.) etiam in ſi in Criminalibus non deberet admitti, admiſſus facit aliquod indicium ſufficiens ad inquiſitionem generalem, non tamen ad inquiſitionem ſpecialem, aut ad torturam, niſi cum eius dicto concurrant alia adminicula, & præſumptiones. Quia tunc facit etiam indicium ad torturam. Farin. *q.* 58. *num.* 52. Carena *p.* 3. *tit.* 5. *num.* 49. Et ſic in caſibus exceptis, & difficilis probationis facit indicium, & ſic adminiculatum facit indicium ad torturam. Bordon. *cap.* 11. *num.* 24. Scroi *d. cap.* 3. *num.* 4. & hoc eſt verum, etiam ſi non ſit iuratus. Maior vero poteſt eſſe teſtis etiam de illis, quæ in pupillari ætate vidit, ſi tamen ſint talia, quæ tempore pupillaris ætatis ceciderunt in ſenſum, & intellectum pupilli Panormit. *cap. cum cauſam num.* 6. *de preſ.* & ibi Felin. *num.* 9. De his tamen, quæ vidit in pubertate, vel in infantia proxima pubertati, poteſt teſtis iam factus maior deponere, & valet eius teſtimonium, Videantur de his Specul. *tit. de teſtibus* §. 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1249. Rota *deciſ.* 220. *p* 2. *recent.* & alij quos refert Farinac. *quaſt.* 58. *num.* 53. *& ſeqq.*

SVMMARIVM.

13 *De quibus valet Teſtimonium Cæci, & Surdi. Surdus eſt magis teſtis habilis, quam Cæcus. ibid.*
Ideo Cæcus, vbi falli poteſt auditus non eſt teſtis Idoneus. ibid.
Et quam probationem faciat in Criminalibus. ibid.
14 *Muti abſolutè non admittuntur in Criminalibus.*
In quo caſu ſint admittendi. ibid.

ARTICVLVS V.

Cæcus, Surdus, Mutus.

13. NOn valet teſtimonium cæci de illis, quæ deponi debent, vt viſa, nec valet teſtimonium Surdi, circa illa, quæ deponi debent tamquam audita; quia nec cæcus videre, nec ſurdus audire poteſt. Eſt autem diſcrimen inter viſum, & auditum, quia & circa accidentia communia, circa quæ ſenſus falli poſſunt, facilius fallitur auditus, & ita quod ille ſolus, ſine viſu ſæpè non deſeruiat ad iudicandum cum certitudine de rebus. Propterea cœcus eſt magis inhabilis ad ferendum teſtimonium, quam ſurdus, quia ſæpè ex ſolo auditu non poteſt haberi certitudo de perſonis, & factis, quæ in Iudicio deferri debent. Surdus verò deponere poteſt de viſu, qui tam de facili non fallitur, quando ergo ad teſtimonium ferendum, ſolum ſufficit auditus, vt ſi cæcus deponat de ſono campanæ, vel tonitrui, vel ſtrepitus, vel de verbis contrahentium, vel alijs ſimi-

ſimilibus cæcus poteſt de illis teſtimonium ferre, ſi illa audiuit. Sed vbi audiens poteſt decipi, niſi ſimul videat (quod iudicare eſt iudici arbitratium) cæcus non eſt idoneus, vt plenè probet, & vniuerſaliter vbi auditus falli poteſt cæcus non eſt teſtis omni exceptione maior; Et ita quando deponitur v. g. de voce particularis hominis, quia in hoc auditus falli poteſt, niſi ille, cuius vox auditur, ſit audienti valde notus, vt quia eſt eius conſanguineus, affinis, amicus, familiaris, vicinus, tellis, cæcus, non eſt teſtis idoneus, vt plenè probet, ſed ſolum, vt aliquam præſumptionem faciat, maximè in Criminalibus. Surdus vero in ijs, quæ cadunt ſub ſenſu, in quo non eſt impeditus poteſt eſſe teſtis. Tam cæcus vero, quam ſurdus poſſunt deponere de illis, quæ ante cæcitatem, vel ſurditatem viderunt, aut audierunt.

14. Mutus vero cum non poſſit loqui, nec poteſt deponere. Et quamuis in Ciuilibus poſſit mutus deponere per Scripturam, vel per nutus, & ſigna certa Notario deſcribente verba interrogantis, & nutus, & ſigna muti reſpondentis, & deinde ſuper illis adnotante interpretationem domeſticorum, & conſanguineorum, qui talia ſigna bene dignoſcunt, tamen hæc non admittuntur in Criminalibus. Farinac. *q.61. num.50. & 55.* Præcipuè verò excluditur mutus, ſi ſimul ſit ſurdus, & præcipuè ſi ſit talis à Natiuitate, & vniuerſaliter ſi ſit talis, vt non habeat intellectum, vt poſſit res diſcernere, & ea explicare. Nihilominus vbi veritas aliter haberi non poteſt, admittitur mutus, vt deponat eo modo quo poteſt. Et poteſt cogi vt deponat per Scripturam. Farinac. *q.61. num.52.* Bordon. *cap.11. num. 9.* Videantur de his Specul *de teſte §. Nunc tractandum num 17. & 18.* Felin. *cap. præterea num. 5. & cap. cum cauſam de teſtibus.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 278. & lib. 3. concluſ. 1958.* Farinac. *quæſt. 61. à num. 19.* & alios quos illi referunt.

SVMMARIVM.

15 *De Iure naturæ, & Diuino Inimicus Capitalis eſt teſtis inhabilis.*
Ita quod nec faciat indicium, aut aliquam præſumptionem. ibid.

16 *Non beneuoli vero ex aliqua priuata cauſa, licet non plenè probent, non debent tamen omnino repelli, ſicut Inimicus Capitalis.*
Idem dicendum eſt de conſanguineis Inimici, & de illius amicis, & ſocijs. ibid.
Sola ergo Inimicitia Capitalis reddit omnino teſtem inhabilem. ibid.

17 *Inimicitia euidenter probanda eſt cum ſua qualitate, & cauſa.*
Suſpicio, & præſumptio inimicitiæ non eſt ſufficiens ad repellendum teſtem in totum. ibid.
Niſi ſit valde vehemens, & violenta. ibid.
Et in his valet arbitrium Iudicis. ibid.

18 *Quo tempore ſufficiat, quod Reus ſciat inimicitiam teſtis.*
Imo ſufficit quod innoteſcat Iudici, & conſtet in iudicio. ibid.
Et quo tempore probanda ſit inimicitia. ibid.

19 *Inimicus reconciliatus non eſt teſtis omni exceptione maior.*
Arbitrarium eſt Iudici decernere quomodo ſit admittendus. ibid.
Quid ſi dicendum, ſi pars procurauit Inimicitiam in fraudem. ibid.

20 *Teſtis Inimicus vtriuſque partis non eſt reijciendus.*

21 *Si deponat ad fauorem Inimici probat.*

22 *Teſtis Inimicus probat etiam contra illum producentem.*

23 *Si pars præſens non opponat, teſtem inimicum poſſe admitti, admittendus eſt, tamen non eſt idoneus teſtis, niſi pars ſe offerat ſtare illius depoſitioni.*

24 *Dictum inimici nihil probat etiam adiunctis adminiculis.*

25 *Inimicitia leuis non reijcit in totum teſtem, ſed illius minuit fidem.*
Quæ ſit Inimicitia Capitalis, & leuis remittitur arbitrio Iudicis. ibid.

ARTICVLVS VI.

De Teſte inimico.

15. INimicitia Capitalis teſtem inhabilem reddit de Iure naturæ, & de Iure Diuino, iuxta illud Eccli. 12. *Non credas inimico tuo in æternum.* Bouer. *in direct. part. 2. cap.20. verſic. primum itaque, & cap.21.* parum poſt principium. Quamuis ex multis cauſis contingere poſſit, quod inimicus nolit ſe vindicare deponendo falſum contra inimicum, tamen hoc non præſumi debet, aut poteſt in præiudicium tertij, qui habet naturale Ius, vt non cogatur credere inimico, ſed iuxta conſilium Sapientis poſſit liberè illi non credere in æternum. Hæc eſt lex naturalis, quæ prohibet Iudici compellere Reum, vt credat inimico, & ex conſequi prohibet admittere inimicos in teſtes iuridicos, & probantes. Et ideo, nec Princeps poteſt ſtatuere, vt teſti inimico credatur. Menoch. *de arbitr. part. 2. quæſt.24. num. 3.* Baiard. ad Clarum *q.24. n.26.* Farinac. *q. 53. num. 9.* Et ideo Inimicus eſt teſtis inhabilis in quacumque cauſa, etiam excepta, & priuilegiata, & in quibuſcumque cauſis etiam in factis, & delictis occultis, & difficilis probationis. Menoch. *de arbitr. p. 2. q. 28. num. 2.* & alij, quos refert Farinac. *q. 53. nu 7. vbi num. 8.* quod hoc eſt verum coram quocumque Iudice etiam habente arbitrium liberum; & ſiue inimicus ſit vir, ſiue fœmina; & etiam ſi deponat in articulo mortis poſt recepta Sacramenta. Et ita quod inimici inhabilitas, nec ſuppleatur per torturam illius. Et

ita

ita quod Inimici teſtimonium, nec faciat indicium, aut præſumptionem aliquam, nec etiam ad inquirendum ſpecialiter, vel etiam ad inquirendum de fama alicuius determinatæ perſonæ. Et ita quod hoc verificetur de quocumque Capitali inimico, etiam ſi inimicitia ſit affectata, & procurata ad effectum repellendi teſtem ipſum. Hic enim non debet attendi, vndè ortum habuerit inimicitia, ſi illa adeſt, quia inimicitia inhabilitat teſtimonium ex ſe ipſa, non ex cauſa, ex qua oritur *cap. eſt crudelis* 23. *q.* 15.

16. Multi autem hoc extendunt ad eum, qui licet non ſit in rigore inimicus, eſt tamen non beneuolus, ſeu non diligit ex cauſa priuata, & graui. Non tamen ex cauſa publica, vt cauſa non dilectionis ſit iuſta, quia ille eſt facinoroſus, & ideo non eſt amabilis. Secundo id extendunt ad conſanguineos inimici, etiam ſi conſanguitas proueniat ex cauſa tranſuerſali, eo quod conſanguineus inimici dicatur inimicus, imo tertio extendunt ad valdè amicum, ſocium, & domeſticum inimici, non tamen ad amicos amici, & domeſticos domeſtici. Quarto extendunt ad eum, qui habitat, & conuerſatur cum Inimico, ſi tamen habitatio ſit antiqua, & conuerſatio continua. Verum hic conſiderandum eſt, quod aliud eſt, quod teſtis repelli debeat omnino, quia eius teſtimonium nullam præbeat fidem, & nec faciat indicium contra Reum, aliud eſt quod fides teſtis minuatur, vt non plenè probet, nec ſit omni exceptione maior. Præfatæ extenſiones admitti debent in hoc ſecundo ſenſu, non in primo. Neque enim non diligens aliquem, vel conſanguineus, aut amiciſſimus, & valdè domeſticus inimici poteſt in rigore dici ex hoc inimicus capitalis; ſola vero inimicitia capitalis reddit aliquem omnino inhabilem ad teſtimonium ferendum, vt eſt certiſſimum ex ſententia communi. Et ideo quod amicitia, vel habitatio, & conuerſatio cum Inimico ſolum diminuant fidem teſtis, illum vero non repellat omnino dixit Farinac. *d. q.* 2. *num.* 43 *&* 46. Et ideo in his multum valet arbitrium Iudicis, vt videat an colligi debeat inimicitia Capitalis ex conſanguineitate, & amicitia cū inimico, vel potius ſolum colligi debeat inimicitia, quæ ſolū diminuat fidem, ſed illam non tollat omnino.

17. At vero Inimicitia cum ſua qualitate, & cauſa euidenter eſt probanda, & licet inimicitia poſſit probari coniecturis, & præſumptionibus Baiard. ad Clar. *q.* 24. *num.* 13. tamen & hæ coniecturæ debent eſſe euidentiſſimæ, & cauſæ ex quibus oritur præſumptio inimicitiæ debeat euidenter, & manifeſtè probari. Farinac. *quæſt.* 49. *num.* 131. Sed & addendum puto, quod licet quamplurimi, quos refert Farinac. *d. p.* 2. *num.* 24. exiſtiment Regulam excludentem teſtem inimicum verificari etiam in inimico præſumpto, & ſuſpecto, quos ſequuntur Modern. Bictus *quæſt.* 26. *num.* 3. Eliſeus *tract.* *q.* *num.* Scroi *p.* 3. *cap.* 3. *num.* Bordon. *cap.* 8. *num.* Tamen hic videndum ne incidamus in caſum præſumptionis ex præſumptione, qui in Iure non admittitur. Nam cum duæ hic ſint præſumptiones, præſumptio ſcilicet inimicitiæ, & præſumptio falſitatis, quæ ex prima oritur, & quæ eſt ratio reijciendi teſtimonium; ſemper diſtinguendum eſt, & dicendum, quod ad repellendum teſtem in totum non ſufficiat ſuſpicio inimicitiæ, aut eius præſumptio, niſi ſit valdè vehemens, & violenta, ſed hoc ſit arbitrarium Iudici, licet illa ſufficiat ad diminuendam eius fidem; & ideo dum DD. quos refert Farinac. *d. q.* 2. *num.* 21. dicunt ad probandam inimicitiam ſufficere, quod conſtet de cauſa illius, & amplius quod ſufficiat, quod ipſe ſit ille, qui fuit offenſus, non eſt ita facile intelligere quomodo ex ſola præſumptione inimicitiæ debeat omnino, & in totum excludi teſtis, maximè quando Reus fuit, qui offendit teſtem, & alias teſtis offenſus nullum ſignum vindictæ oſtendit, & alias ſit vir integræ vitæ, de quo præſumi non poteſt, quod velit ſub iuramento falſum deponere. Et ideo in his multum debet valere arbitrium Iudicis, maximè apud Regulares, inter quos quam plurimi ſunt integerrimæ vitæ; & ideo Prælatus Regularis diligenter conſideret qualitates facti, Rei & teſtis deponentis, & præcipuè attendat an teſtis ſit ſpontaneus, an vero ſolum deponat coactus.

18. Bene verum eſt, quod non intereſt an Reus, ſciat vel non ſciat inimicitiam teſtis tempore examinis illius, ſed ſufficit, quod illius notitiam habeat tunc, cum poteſt excipere contra teſtem, imo ſufficit quod innoteſcat Iudici, & de ea quomodocumque conſtet, vel conſtare poſſit in Iudicio. E contra vero ſi teſtis tunc, cum depoſuit contra Reum, non erat conſcius cauſæ inimicitiæ, non poteſt reijci vt inimicus, quia non poteſt præſumi, quod depoſuerit ex odio ille, qui alicuius odij cauſæ non fuit conſcius. Tempus vero probandi inimicitiam non eſt tantum illud, in quo datur Reo tempus, vt ſe defendat, ſed etiam antequam teſtis examinetur; Si ei opponatur inimicitia capitalis, & Reus offerat incontinenti probationes illius, debet examen deferri, & prius inquiri de inimicitia capitali, quod tamen non procedit, ſi cauſa ſit Ciuilis, vel inimicitia non ſit capitalis. Videantur de his DD. quos refert, & ſequitur Farinac. *d. p.* 53. *num.* 17. 27. 28. *&* 29.

19. Sed numquid inimicus reconciliatus admitti debet. Numquam amicus reconciliatus eſt teſtis omni exceptione maior, vt per Clar. § *finali q.* 24. *verſ. ſed ſi ſecuta ſit reconciliatio*, & Farinac. *d. q.* 53. *num.* 63. Cæterum attendi debet an reconciliatio per multum tempus præceſſerit depoſitionem teſtis, vel ille erat de recenti reconciliatus. De hoc enim præſumi, quod adhuc retineat odium, & ideo quod ſit repellendus multi exiſtimant; ſed hoc admitti non debet, niſi poſt reconciliationem inſur-

inſurrexerit noua cauſa inimicitiæ capitalis, vt aduertit Clar. *d. q.* 24. Et ideo arbitrarium eſt Iudici, nedum an reconciliatio ſit antiqua, vel recens, ſed etiam an teſtis de recenti, reconciliatus ſit, vel non ſit reijciendus. Alias vero, niſi de reconciliatione conſtet, illa non non præſumitur, ſed probari debet, niſi inimicitiæ ſit leuis. Farinac. *d. q.*53. *n.*62.

Si etiam pars procurauit inimicitiam in fraudem, vt ex hoc reijciat teſtem, vt v. g. ſi pars accuſat teſtem criminaliter, vt poſſit ex hoc reijcere teſtem tamquam inimicum, licet teſtis ſit reijciendus, ſi eſt inimicus, vt dictum eſt in principio articuli; tamen poteſt attentari, quod pars perdat cauſam, eo quod impedierit legitimas alterius partis probationes. In hoc tamen caſus fraus probari debet. Creſcent. *deciſ.* 31. *num.* 5. *de teſtibus*. Vnde iudicis arbitrio commiſſum eſt decernere, an adfuerit fraus.

20. Si etiam teſtis ſit inimicus vtriuſque partis, illum non debere reijci quamplures tradunt.

21. Si etiam deponat ad fauorem ſui Inimici, illum maximè probare dicendum eſt, quia non poteſt non præſumi eſſe factum, quod inimicus ad fauorem inimici deponit.

22. Teſtem etiam Inimicum probare contra illum producentem, verum eſt ex regula communi, quod teſtes inhabiles contra producentem probant.

23. Si etiam pars præſens non opponat, teſtem Inimicum poſſe admitti, plures affirmant. Farinac. autem *d. q.*53. *num.*70. dicit huiuſmodi teſtes eſſe admittendos, ſed tamen eos admiſſos non probare, nec eſſe idoneos teſtes niſi pars ſe offerat ſtare illius depoſitioni, & hoc veriſſimum eſt.

24. Cæterum dictum inimici, ità eſt inualidum ad probandum, vt nec probet adiunctis adminiculis, nec faciat iudicium ad torturam. Cum enim inimici inhabilitas ſit de Iure naturæ; Vndè eſt quod ſimpliciter reijcit inimicum, ne ſit teſtis, non poteſt hæc inhabilitas per adminicula ſuppleri, vt bene ponderat Farinac. *d. q.*53. *num.*73.

25. Inimicitia tamen leuis, & non capitalis non reijcit in totum teſtem, ſed illius minuit fidem Clar. *part.*4. Farinac. *q.*52. *num* 12. & cæteri omnes. An vero inimicitia ſit capitalis remittitur arbitrio Iudicis. *cap. cum oportet de accuſat. vbi DD.*

SVMMARIVM.

26 *Qui habet intereſſe in cauſa non eſt teſtis Idoneus, & habilis.*
Quomodo commodum, vel incommodum excludat teſtem. ibid.
27 *Teſtes habentes intereſſe in cauſa admiſſi nedum non probant, ſed nec præbent indicium.*
Si intereſſe eſt leue admittitur teſtis, ſed non eſt omni exceptione maior. ibid.
Qui nimia affectione deponit, redditur ſuſpectus. ibid.
29 *Quid ſit dicendum de teſte habente intereſſe, an poſſit admitti in ſubſidium.*
30 *Et quid dicendum ſit de teſte accuſatore, Iudice, Arbitro, Aduocato, Procuratore &c.*

ARTICVLVS VII.

De teſte habente intereſſe in cauſa.

26. ITem teſtis inhabilis eſt, qui habet proprium intereſſe in cauſa, & ex hoc quamplures perſonæ ſunt inhabiles teſtes. Eſt enim regula certa, quod in cauſa propria nullus eſt teſtis idoneus ad ſui fauorem *l. nullus, & l. omnibus C. de teſt. cap. inſuper eod. tit.* Hic ergo teſtis examinari non debet, & examinatus nihil probat. Dicitur vero teſtis in propria cauſa ille, qui in cauſa habet proprium intereſſe, ſcilicet commodum. Cum vero controuertant DD. an ad excludendum teſtem ſufficiat commodum, vel incommodum conſecutiuum, ſeù ſecundarium, dicendum eſt, quod ex commodo, vel incommodo ſecundario, & conſecutiuo ſemper diminuitur ſaltem fides; ſed ſi commodum, vel incommodum etiam conſecutiuum ſit immediatum, & certum, & proueniens ex eadem ſententia, verior videtur opinio affirmantium, quod commodum conſecutiuum reddat teſtem ſimpliciter in tali cauſa inhabilem, vt admitti non debeat. Neque in hoc locum habet arbitrium Iudicis, ſed talis teſtis tamquam teſtis in cauſa propria etiam ſi ſit Clericus reijci debet. Et tanta eſt hæc inhabilitas, vt eam magna habilitas alterius teſtis non ſuppleat, vel Princeps, aut Rex non poſſit huiuſmodi inhabilitatem tollere. Et imo ſecundum aliquos ſufficit commodum, aut incommodum præſumptum. Maſcard. *de probat. lib.*2. *concluſ.* 307. Farinac. *q.*60. *num.* 16. Sed hoc eſt iudici arbitrarium, iuxta dicta *ſup. de teſte inimico*. Et ita in cauſa dicitur agi de commodo, vel incommodo teſtis, ſi agatur de eo excuſpando, aut de conſequendo aliquo honore, aut laude. Et ſic, licet teſti deponenti de facto proprio credatur, non tamen hoc procedit, ſi agitur de eius commodo, vel incommodo, laude vel dedecore. Hinc eſt, quod non eſt teſtis idoneus, qui habet cauſam propriam ſimilem illi, in qua teſtificatur, ſi ex hoc commodum, vel incommodum illi ſequitur in propria cauſa; niſi proteſtetur, quod non intendit ex ſua depoſitione, & deciſione illius cauſæ reportare immediatum commodum in ſua. Ita Farinac. *q.* 60. *num.* 45. *vbi num.* 51. hoc extendit vniuerſaliter, & quando teſtis proteſtetur, & declaret, quod ex ſua depoſitione nullum intendit commodum immediatum reportare poſſit admitti, ſi alias commodum, vel incommodum eius ſit ſeparabile, & tollatur ex vi proteſtationis. Quod intelligi debet de commodo etiam mediato. Et tamen

men in hoc caſu huiuſmodi teſtis non erit omni exceptione maior. Sed amplius ſi intereſſe teſtis ſit modicum, & præcipuè, ſi teſtis alias ſit multum legalis, & ſide dignus, non erit reijciendus.

27. Habentes ergo priuatum intereſſe in causa in Criminalibus non admittuntur, & admiſſi nihil probant, nec aliquod indicium præbent. Et ita vt nec ſit in arbitrio Iudicis illos admittere. Ideo non auditur teſtis, qui alium culpat, vt ſe exoneret, & excuſet. Hic enim contra culpatum nihil probat. Sic, ſi quis deponit ſe detuliſſe Titio Scripturas pecuniarias, ſibi à Meuio datas, & conſignatas, ex hoc ſe excuſando non probat, niſi ex arte, aut officio reportet. Quando tamen intereſſe teſtis ſit leue admittitur, ſed tamen adhuc non eſt teſtis omnino integer. Signum quoque priuatum affectionis, & commodi eſt, ſi teſtis nimis animoſè deponit, ſi in fauorem alicuius tamquam certum deponit, & conſtanter affirmat, quod ille certo ſcire non poteſt; item ſi in deponendo amplificat factum, & oratoriè illud deſcribit, vel ſi ex facto per conſequentias contingentes deducit delictum certè, vel ſi nimis cito non expectata interrogatione reſpondet; ſicut ſi nimis moroſè reſpondet, præſumitur dubius, & incertus. Nimia verò affectione ſuſpectus redditur, ſi ſe vni parti magis beneuolum oſtendit, quam alteri.

28. Dubium vero eſt, an teſtis habens intereſſe in cauſa admitti poſſit in ſubſidium in cauſis difficilis probationis. Affirmant etiam aliqui, quos ſequitur Farinac. *quæſt.* 60. *n.* 60. in caſu, in quo agitur de intereſſe teſtis, vel de eius laude, & vituperio, vel quando ſumus in caſu alicuius actus, in quo non ſolent interuenire, niſi habentes intereſſe in cauſa, quamuis in his caſibus teſtis non ſit integræ fidei. Sed ex deductis à Panormitano *cap. inſuper nu.* 20. *de teſtibus*, contrarium probatur. Nam teſtis habens intereſſe in cauſa cenſetur Inimicus in tali cauſa; Et ideo pars non poteſt cogi, vt illi cedat in ſui præiudicium, iuxta illud ſapientis. Non credas Inimico tuo in æternum. Et ideo in præiudicium partis oppoſitæ, nec per Principem poteſt fieri, vt ſimilis teſtis admittatur. Nam verè de Iure naturæ eſt teſtis inhabilis in hoc caſu; ſolum igitur, ſi præiudicium ſit leue, vel ſi intereſſe ſit ſecundarium, vel in caſibus, in quibus poteſt admitti etiam in non ſubſidium, poterit talis teſtis admitti in ſubſidium, & tamen adhuc non erit teſtis omni exceptione maior.

30. Ex his vero deduci poterit, quid dicendum ſit de teſte accuſatore, Iudice, Arbitro, Aduocato, Procuratore, Sollicitatore, Adminiſtratore, Tutore, Curatore, Executore teſtamentario, Legatario, Hærede fideicommiſſario, Creditore, Debitore, Venditore Cedente, Prouiſionario, Donatore, Fideiuſſore, Socio, Proxeneta, & alijs ſimilibus, de quibus latè tractat Farinac. *d. q.* 63. Sylu. *verſ. teſtis num.* 1. *verſ. Decimoquinto* Tabien. *v. teſtis ante num.* 1.

SVMMARIVM.

31 *Teſtis, qui eſt de Vniuerſitate, poteſt deponere pro vniuerſitate.*

Fratres Ordinis Prædicatorum, & Sancti Auguſtini poſſunt eſſe teſtes in Teſtamento in quo aliquid relinquitur eorum Monaſterio. ibid.

32 *Iſti teſtes examinati in ſubſidium ſunt idonei, & omni exceptione maiores.*

33 *Quomodò iſti teſtes admittantur in cauſis, quæ reſpiciunt commodum ſingulorum.*

34 *Procurator, ſeu qui ſuſtinet onera litis Vniuerſitatis, non poteſt eſſe teſtis ad fauorem ipſius vniuerſitatis.*

35 *In concurſu contrariorum teſtium minus eſt credendum Teſtibus de Vniuerſitate ad fauorem vniuerſitatis deponentibus.*

36 *In Criminalibus ad fauorem vniuerſitatis non eſt admittendus teſtis de vniuerſitate contra extraneum.*

Sed ſi aliquis de vniuerſitate eſt accuſatus poteſt inducere teſtem aliquem de vniuerſitate ad ſui fauorem, & contra extraneum. ibid.

Pariter ſi Prælatus eſt accuſatus poteſt deduci contra illum, ſeu ad ſui fauorem teſtis de vniuerſitate. ibid.

In cauſis monialium vna monialis poteſt eſſe teſtis contra aliam. ibid.

Quid in cauſis Religioſorum. ibid.

Quid ſi delictum ſuit commiſſum cum laicis, & Religioſis ibid.

Ratione familiaritatis non admittitur teſtis de vniuerſitate. ibid.

Niſi in ſubſidium. ibid.

37 *Teſtis de Vniuerſitate à Iure approbatus eſt integræ fidei.*

Quando teſtis de vniuerſitate non eſt integræ fidei, eius dictum ſuppletur, vel ex alijs teſtibus, vel ex numero Teſtium de vniuerſitate. ibid.

Quod non valet ſi commodum cauſa ſit ſingulorum. ibid.

ARTICVLVS VIII.

Teſtis de vniuerſitate.

31. TEſtem verò, qui eſt de Vniuerſitate admitti, vt pro vniuerſitate deponere poſſit communiter admittitur, & quidem in vniuerſitate Eccleſiaſtica, hoc eſt indubitatum ex *cap. Inſuper de teſtibus*, ſed & verum eſſe in vniuerſitate ſæculari tradunt ibi Panormit. *n.* 3. Felin. *num.* 2. & alij, Farinac. *q.* 60. *num.* 406. Sic ergo Clerici ad fauorem ſuæ Eccleſiæ teſtes eſſe poſſunt, & Canonici ad fauorem ſui Capituli; Monachi pro ſuo Monaſterio, Regulares pro ſuo Conuentu; imò quod Fratres Ord.

Præd.

Præd. & Sancti Auguſtini poſſint eſſe teſtes in teſtamento, in quo aliquid relinquitur eorum Monaſterio, ex Baldo Dec. & Felin. probat Farinac, *d. quæſt.* 60. *num.* 467. Item Collegiates poſſunt eſſe teſtes ad fauorem ſui Collegij, & maximè ſi ipſimet de Vniuerſitate, aut Collegio ſint Religioſi, aut Sacerdotes, & etiam ſi ſint Religioſi conuerſi.

32. An vero iſti teſtes ſint omni exceptione maiores, tales eſſe quando iſti teſtes admittuntur in ſubſidium, eo quod veritas aliter probari non poſſit, vt cum agitur de eo, quod factum eſt in Capitulo, Collegio, & Congregatione docet Farinac. *d. q.*80. *num.* 474. *& ſeqq.* ſecus vero, quando veritas per alios probari poteſt. Et hoc idem pluribus citatis DD. confirmat *num.*536. *& ſeqq.* Ideo, quando huiuſmodi teſtes examinantur in ſubſidium, ſunt idonei, etiam ad reprobandum Inſtrumentum. Et ad hoc ſufficiunt duo, vel tres teſtes de capitulo. Panormit. *cap.*3. *loco de probat. num.*4. Felin. *num.*7. Dec. *num.* 32. Et ſic etiam teſtes de Vniuerſitate ſunt idonei ad probandam conſuetudinem non ſoluendi decimas, aut gabellas. Felin. *cap. Inſuper de teſtibus in fin.* Farinac. *q.*60. *num.*494.

33. Ex communiori tamen ſenſu DD. In cauſis, quæ ſingulorum commodum, & vtilitatem reſpiciunt, ijdem ſinguli de Vniuerſitate non admittuntur. Cauſa autem cenſetur reſpicere commodum ſingulorum, ſi licet proprietas rei, de qua agitur ſit Vniuerſitatis, vtilitas tamen eſt ſingulorum, & emolumentum non ponitur in Arca communi pro communibus expenſis, ſed diuiditur in ſingulos de communitate. Vt v. g. quando agitur de nemoribus, & paſcuis, in quibus ſinguli de Vniuerſitate ligna incidunt, vel animalia paſcunt. In quo tamen caſu Rota coram Cæſare de Graſſis *deciſ.* 81. *num.* 2. aduertit, quod commodum paſcendi animalia non eſt multum conſiderabile in paupere, qui non habet animalia, quæ paſcat. Sicuti è contra commodum eſt Vniuerſitatis, & non ſingulorum, ſi ius paſcendi, & lignandi venditur, & pretium ponitur in communi depoſito. Et hoc modo etiam commodum commune eſt, ſi molendini introitus, & exitus ad Vniuerſitatem pertinet. Non verò verſatur commodum commune, ſi agatur de lite, pro qua ſingulis ſit imponenda collecta, ſecus vero ſi etiam quod Vniuerſitas litem perderet, non erit imponenda collecta. In dubio tamen, quod non eſſet imponenda collecta, cauſa non dicitur ſpectare ad ſingulos, ſed ad Vniuertatem. Item ſi agatur de aliquo magno Vniuerſitatis honore, vel de eius Iuriſdictione, aut de eiuſdem toto ſtatu, vnde in particularibus de Vniuerſitate præſumi poteſt magna affectio ad illam, tunc qui eſt de Vniuerſitate non admittitur ad eius fauorem. Felin. *d. cap. inſuper de teſtibus n.*11. *poſt num.* 5. Menoch. *de arbitr. caſ.* 106. *num.* 11. Quamuis hoc eſſe arbitrium Iudici aduertat Farinac. *num.*523. ex Maſcard. Comment. & alijs.

34. Si etiam qui eſt de vniuerſitate ſimul eſt procurator vniuerſitatis admitti non debet in teſtem, ſicut erit in caſu, in quo tota vniuerſitas ageret, vel Procuratorem ad agendum inſtituiſſet. Tunc enim nullus ex illis, qui in mandato procuræ, compræhenſus eſt poteſt eſſe teſtis. Et ſic nec omnes de vniuerſitate poſſunt eſſe teſtes ad ſui fauorem; nec ille qui, licet, non ſit Procurator Vniuerſitatis, ſuſtinet tamen onera litis, vt quia ſubminiſtrat expenſas, vt ex *cap. cum nuncius, & cap. inſuper de teſtibus*, reſpectiuè deducunt. Io: Andr. Butr. Panormit. Felin. & alij, quos ſequitur Farinac. *q.*65. *num.*525. *vſque ad* 591. *vbi num.*528. probat hoc idem dicendum, ſi cauſa ſit mixta, & agitur tam nomine vniuerſitatis, quam ſingulorum, *& num.*532. quod teſtes de Vniuerſitate non probant ſolutionem debiti, & maximè ſi ſolutione non probata imponenda eſſet ſingulis aliqua collecta. Quamuis Religioſi antiqui iunctis ſaltem adminiculis probent ſolutionem factam ab eorum Monaſterio, *& nu.* 133. quod teſtes de Vniuerſitate non ſunt idonei in cauſis onerum, & gabellarum.

35. In concurſu autem contrariorum teſtium minus credendum eſſe teſtibus de Vniuerſitate deponentibus ad fauorem Vniuerſitatis, dixerunt Panormit. *d. cap. inſuper num.* 2. vbi Felin. *num.*3. Menoch. *d. caſu* 106. *num.* 10. & alij quos ſequitur Farinac. *quæſt.*60. *num.*534. qui tamen *num.* 535. ex Felin. & alijs bene aduertit, quod in ijs in quibus veritas non eſt extraneis ita bene nota, ſicut illis, qui ſunt de vniuerſitate, iſti præferendi ſunt.

36. In Criminalibus tamen teſtem de vniuerſitate non admitti ad fauorem vniuerſitatis contra extraneum habemus ex *cap. de Prudentia de teſtibus*. In Criminalibus enim domeſtici non admittuntur in teſtes Felin. *d. cap. inſuper num.*4. Panormit. *num.*2. Boich. *num.* 26. & plures alij apud Farinac. *quæſt.*80. *num.*508. Quod extendit Felin. ita quod ſi vnus de vniuerſitate accuſat, externum non poteſt contra illum inducere teſtem de vniuerſitate, & quando tota vniuerſitas eſt accuſata, nullus de vniuerſitate poteſt admitti, etiam ad defenſam, vt ex eiſdem Panormit. Felin & Butr. Ancharan. & alijs colligit Farinac. *q.* 60. *num.* 599. Si vero non tota vniuerſitas, ſed aliquis de vniuerſitate accuſatus eſt contra accuſatum poteſt induci teſtis aliquis de vniuerſitate, quia par cauſa affectionis tollit ſuſpicionem, vt ex Panormit. tradit Felin. *d. num.* 4. Vnde ſi Prælatus ſit accuſatus, deduci poteſt contra illum, vel pro illo teſtis de vniuerſitate. Et ſic quod in cauſis monialium vna monialis ſit contra aliam integræ fidei dixerunt Lezana *part.* 1. *cap.*27. *num.*15. Tamburrin. de Abbat. *diſp.* 14. *quæſt.*7. *num.*66. Pellez de Mon. *cap.* 7. *num.* 36. Imo ex Spatar. Seroi *p.*4. *c.*3. *n.* 8. extendit hoc etiam ad cauſas fratrum ſi contra fratres deponant. Quod negat Bordon. *in praxi c.*16. *n.*36.

Sed

Sed mulieres ſemper ſunt mulieres, & ſuſpectæ. Et ideo an ſint teſtes integræ fidei indicabit Iudex penſatis penſandis. Sic etiam in Conuentibus, Virorum Nouitij contra Profeſſos, & Tertiarij contra Clericos admittuntur Bordon. *vbi ſupra num.*44. Scroi *d. cap.* 3. *num.* 10. Vbi quod ſi delictum fuit commiſſum cum laicis, & Religioſis, laici parte opponente poſſunt repelli, fauore vero Reorum laici præferuntur Clericis. *cap. Clerici diſt.*8. Maſcard. *concluſ.* 104. Imo etiam ſi lis ſit contra extraneum, qui accuſauit aliquem de vniuerſitate, ad defenſam admittitur teſtis de vniuerſitate, vt dixerunt Menoch. *d. caſu* 106. *num.* 11. & Maſcard. *de probat. l.* 3. *concluſ.* 1414. *num.* 13. quod verificatur, ſi vniuerſitas ſit magna. Farinac. *q.* 50. *num.* 512. Quando enim vniuerſitas eſſet parua, & induceret cohabitationem, & domeſticitatem, & familiaritatem, tunc ratione domeſticitatis, & familiaritatis non admitteretur teſtis de vniuerſitate, niſi in caſibus, in quibus coniunctus, vel domeſticus admittitur pro coniuncto, vel domeſticus contra alium coniunctum, vel domeſticum. Hinc eſt, quod quando vniuerſitas eſt parua, teſtis de vniuerſitate ratione domeſticitatis eſt ſuſpectus, nec admittitur ad fauorem alterius de vniuerſitate, contra extraneum. Panormit. *d. cap. inſuper num.*4. Felin. *num.*4. *& cap. cum nunci*s *de teſt. num.* 4. Anan. *num.* 4. & plures alij, cum quibus Farinac. *q.* 60. *num.* 518. Et nihilominus, vbi veritas aliter haberi non poteſt, in ſubſidium admitti debet teſtis de vniuerſitate etiam contra extraneum. Panormit. *d. cap. inſuper num.*4. Butr. Ioan. Andr. Anchar. & plures alij, quos ſequitur Farinac. *num.* 515. Quæ vero dicuntur de cauſa criminali extendi ad cauſam ciuilem arduam ex Felin. & alijs adnotauit Farinac. *num.*521.

37. Volunt autem multi nimirum Archidiac. Dec. Io: Andr. & alij apud Farinac. *q.* 60. *num.* 536. quod quando teſtis de vniuerſitate admittitur, non ſit integræ fidei, & omni exceptione maior, & ſic quod vnus illorum non probet ſemiplenè, & duo non plenè probent. Sed oppoſitum merito voluerunt Panormit. *d. cap. inſuper num.* 2. Menoch. *d. caſu* 106. *poſt num.* 8. & alij apud Farinac. *num.* 537. Et quidem hoc negari non poteſt in caſibus, in quibus teſtes de vniuerſitate ſunt approbati à Iure, præcipuè vbi agitur de geſtis in Capitulo, & Congregatione, & præcipuè vbi teſtes de vniuerſitate admittuntur in defectum aliorum, & in ſubſidium, quod poſt Panormit. Cornel. Aymon. Monticell. & Hieron. de Monte admittit etiam Farinac. *num.*159. Quamuis, quia ex circumſtantijs particularibus poteſt diminui fides teſtis, ſæpè arbitrarium ſit Iudici iudicare, an teſtis de vniuerſitate ſit integræ fidei. Dec. *d. cap. inſuper num.*17. Boic. *num.* 13. Menoch. *d. caſ. arbitr.* 9. *&* 11. Farinac. *num.*538. Et vbi teſtes de vniuerſitate non ſit integræ fidei, eius tamen dictum ſuppletur, vel ex alijs teſtibus, vel ex numero teſtium de vniuerſitate. Quod tamen non procedit, quando commodum cauſæ eſt ſingulorum; tunc enim dictum huiuſmodi teſtis non ſuppletur ex numero ſimilium teſtium, vt poſt Maſcard Aymon. & alios aduertit Farinac. *num.*546.

SVMMARIVM.

38 *Laicus in Criminalibus non poteſt eſſe teſtis contra Clericos, & Religioſos.*
Multi caſus adducuntur in quibus Laicus poteſt eſſe teſtis contra Clericos &c. ibid.
Prohibitio iſta ne laicus ſit teſtis contra Clericum eſt ſolemnitas iuris. ibid.
Ideo Iudex Regularis poteſt ad examen admittere laicos. ibid.

ARTICVLVS IX.

De teſte laico.

36. Teſtem verò laicum in cauſa Criminali non poſſe eſſe teſtem contra Clericum, decernitur in *cap. ne cæteri, de teſtibus*, & quia in fauorabilibus, ſub nomine Clerici veniunt Religioſi; ideo nec contra Religioſos laicus, poteſt eſſe teſtis. Hoc tamen non verificatur in cauſis hæreſis, & alijs exceptis, nec in caſibus, in quibus veritas aliter haberi non poteſt, nec vbi agitur de probanda fama Clerici, nec in caſu delicti notorij, nec ſi laicus ſit integræ fidei, & in eo ceſſat ſuſpicio inimicitiæ. Nec ſi cauſa ſit contra Clericum infamem, nec ſi cum illo examinetur teſtis Clericus, nec ſi examinetur ad defenſam Clerici, nec vbi agitur de Crimine ciuiliter. Imo nec laici conteſtes examinati, vbi non debent, faciunt indicium ad torturam; & hæc omnia habentur ex Clar. *q.* 25. Farinac. *q.* 161. Bictus *quæſt.*88. Eliſ. 3. *q* 6. *num.* 8. Quod vero nec in foro Regulari exempto admittendi ſint laici in teſtes poſt Rodriquez; & Bonac. voluit idem Eliſeus, *qui tamen num.*10. probat quod ceſſante præſumptione odij, & Inimicitiæ, laicus bonæ fidei admittendus eſt quod ex Spatario voluit etiam Didacus Scroi *p.*4. *cap.*3. *num.*6. Verum cum prohibitio iſta ne laicus ſit teſtis contra Clericum ſit ſolemnitas, & apex Iuris, vt fatetur idem Eliſeus *num.* 11. & Bictus *quæſt.* 8. *num.*521. Iudex Regularis poteſt laicos ad examen admittere, & ita quod ceſſante præſumptione odij, ſeu inimicitiæ probent plenè, et ſi non adſit alia inhabilitas, ſint omni exceptione maiores. Quamuis ex alijs cauſis regulariter melius ſit ab eorum examine abſtinere.

SVMMARIVM.

39 *Amicus perfecta amicitia poteſt eſſe teſtis ad fauorem Amici.*
Et eſt teſtis integræ fidei. ibid.
Abſolute loquendo arbitrarium eſt Iudici, an

amicus ſit admittendus in teſtem. ibid.

40 *Amicus amicitia vtili, & delectabili regulariter admittendus eſt in teſtem.*

Niſi habeat intereſſe in commodo, vel in incommodo amici. ibid.

Eius depoſitio non eſt integræ fidei, ſi agatur de commodo, vel incommodo amici. ibid.

Compatriota etiam poteſt eſſe teſtis. ibid.

ARTICVLVS X.

De Teſte amico.

39. COntrouertitur valdè à DD. An teſtis amicus ſit reijciendus. Verum cũ amicitia virtus ſit, & licet non ſit virtus ſpecialis, & diſtincta ab alijs, conſequitur tamen ad virtutem, D. Thom. 2.2. *q.23. art.3. ad primum, & q.144. a. 1. ad primum.* Et taliter quod quidquid vitioſum eſt in amico, ſit impeditiuum amicitiæ D. Thom. 2.2. *q. 106. a. 1. ad tertium.* Vnde amicus, quando oportet, non veretur amicum contriſtare propter bonum promouendum, vel malum vitandum. D. Thom. 2,2. *q. 114. a.1. ad tertium, & a. 2. ad primum*, dicendum eſt iniquum eſſe aſſerere per ſe loquendo, quod amicus non poſſit eſſe teſtis etiam plene probans ad fauorem amici, ſed conſiderandum eſt an amicitia ſit vera, & ſuper virtute fundata, an vero potius ſit amicitia vtilis, & delectabilis, quæ deficit à ratione veræ amicitiæ, & innititur amori concupiſcentiæ D.Tho. *p.1.q.26. art.4. ad tertium, & 2.2. q.189. a.10. ad ſecundum.* Ideo abſolutè dicendum eſt, quod an amicus ſit admittendus in teſtem eſt arbitrarium, & Iudex debet inſpicere an amicitia ſit vera, & ex virtute, vel potius in concupiſcentia alicuius vtilis, aut delectabilis fundata. Et ſic perſonarum qualitates debet inſpicere, vt videat an amicum admittere debeat in teſtem, vel quantum amici depoſitio probet, vt aduertunt Bartol. Bald. Conrad. & alij quos referunt Maſcard. *de prob. lib.3.concluſ.* 86. & Farinac. *q.55. n.* 24. Et propterea bene aduertit Philippus de Bict. in Epitom. *q.29. nu.*4. quod, quia inter Religioſos ſolet eſſe amicitia vera ideo in illis amicitia non minuit fidem.

40. Sed dato etiam quod amicitia non ſit perfecta, & vera, ſed ſit amicitia vtilis, & delectabilis, adhuc dicendum eſt quod regulariter, niſi amicus habeat graue & priuatum intereſſe in commodo, vel in incommodo amici, non debet reijci. Quamuis eius depoſitio ad fauorem amici non ſit integræ fidei, dum agitur de commodo, vel incommodo amici. Et ſic ſi deponit ſuper facto non attingente commodum, vel incommodum amici eſt integræ fidei, vt ſi deponat de venditione quando vendens non tenetur de euictione. Maſcard. *de probat. l. 11. concluſ. 86. num.* 21. Farinac. *q. 15. num. 244. vbi num.*245. quod teſtes inſtrumentarij amici contrahentium reputantur idonei, & quatenus teſtimonium amici non ſit integræ fidei, tamen eius defectus ſuppletur ex integritate alterius teſtis. Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ.26. num.* 5. Farinac. *d. q.55. num.246.* Et ſic etiam ſuppletur ex numero teſtium, niſi amicitia ſit maxima & talis, quæ amicum teſtem repellat. Et parte non opponente depoſitio amici valet. Sicut amicus vtriuſque partis reputatur idoneus. Et vbi veritas aliunde haberi non poteſt, vt generaliter de teſte inhabili dicitur. Sed nec compatriotam, niſi aliam exceptionem, & defectum habeat, reijciendum quamuis in Criminalibus non ſit omnino integræ fidei, dum deponit ad fauorem & defenſam Compatriotæ. In omni tamen caſu, in quo alicui teſti opponitur amicitia, opponens probare debet amicitiam, & qualitatem, & alias circumſtantias illius, quæ tamen non probatur ex hoc ſolo quod teſtis fateatur ſe eſſe amicum illius, ad cuius fauorem deponit. Videantur de his DD. quos refert Farinac. *d. qu.* 55. *à num.244. & ſeqq.* & Philippus de Bict. *in Epit. q.29. à num.* 3. Et Maſcard. *de prob. concl* 85.

SVMMARIVM.

41 *Qui dicuntur familiares & domeſtici.*

Omnes Religioſi viuentes in communi & ſub eodem Prælato ſunt familiares. ibid.

Abſolutè loquendo familiares & domeſtici non ſunt teſtes inhabiles. ibid.

Cauſæ ex quibus teſtis familiaris, ſeu domeſticus redditur inhabilis. ibid.

42 *Multi caſus adducuntur in quibus familiaris, aut domeſticus cenſetur teſtes integræ fidei.*

43 *Alij caſus in quibus familiares, & domeſtici admittuntur in teſtes, ſed non ſunt integræ fidei.*

Quando factum poteſt probari per alios teſtes familiares non admittuntur niſi cum turtura. ibid.

44 *Quomodo familiares & domeſtici admittantur ad defenſionem Rei inquiſiti.*

45 *Quando familiares & domeſtici non ſunt teſtes integræ fidei, ſi pars opponat, non ſunt admittendi.*

An ſi pars non opponat facient aliquod indicium. ibid.

Religioſus poteſt eſſe teſtis in fauorem alterius Religioſi eiuſdem ordinis, dũmodo non habeat intereſſe in cauſa. ibid.

ARTICVLVS XI.

De teſte familiari & domeſtico.

41. SI teſtis familiaris & domeſticus reijci deberet nulla cauſa criminalis inter Regulares cognoſci poſſet. Nam teſtes laici non ſunt de Iure communi idonei contra Clericos & Religioſos. At vero Religioſi omnes ſunt ad inuicem familiares & domeſtici. Familiares propriè ſunt famuli, domeſtici, & perpetuò comenſales, vt probaui *cap. filij art. 2. de heret.*

de hæret. n. 6. Mercenarij verò qui inſeruiunt pro accidentali cauſa, & ad tempus non ſunt propriè commenſales, nec familiares; ſicut nec coloni, aut alij artifices inſeruientes, & non continui comenſales propriè ſunt familiares. Domeſtici verò dicuntur omnes de familia, ſicut ſunt Domini, vt Pater, Mater, filij & alij conſanguinei continuò commenſales, & famuli; ſed tamen quantum ad hoc quod eſt eſſe teſtes inhabiles omnes ſubiecti alicui Domino vt Vaſſalli, & filij, & alij ſubiecti domino & obedientię cuiuſcumque dicantur eius familiares, & domeſtici & teſtes eſſe non poſſunt *cap. forus de verb. ſignif.* Serui etiam in criminalibus nec pro Domino, nec contra Dominum admittuntur. In defectu etiam teſtium admittuntur ſerui, ſed cum tortura. Sylu. *v. teſtis num.* 2. At vero Religioſi viuentes in communi ex eadem menſa ſub obedientia ſui Prælati, omnes & ad inuicem & reſpectu ſui Superioris ſunt familiares & domeſtici; vnde in cauſis Regularibus omnes eſſent teſtes inhabiles, & cauſæ huiuſmodi expediri non poſſent, ſi vniuerſaliter verum eſſet, quod familiares, & domeſtici eſſent teſtes inhabiles. Sed conſiderandum eſt, quod duplex eſt ratio præcipua, ob quam familiares & domeſtici cenſentur teſtes inhabiles, ſcilicet, intereſſe priuatum & commodum, quod familiaris habet in commodo, vel incommodo eius cuius eſt familiaris, & amicitia, quæ eſt inter illos. Vnde ratio familiaritatis, aut domeſticitatis non fere ſecum inhabilitatem ad teſtificandum, ſed per accidens ratione amicitiæ aut intereſſe priuati. Quomodo vero amicitia vera non ferat hanc inhabilitatem, ſed illam excludat eſt ſupra explicatum. Sed militare videtur alia ratio, ſcilicet, intereſſe priuati & proprij. Filius enim habet intereſſe priuatum in cauſa Patris, & famulus commenſalis in cauſa Domini, ſi eo damnato ſibi difficile eſt habere alium Dominum, ex quo viuat, vel tam commodè viuat. Quamobrem Iudex Regularis vt vel excludat vel habeat teſtem familiarem & domeſticum pro minus habili, debet conſiderare, an teſtis habeat intereſſe priuatum in commodo, vel incommodo alterius familiaris, & ſi ſit vel non ſit eius verus amicus, & amicitia amici ſit, vel non ſit virtuoſa. Inter Regulares enim huiuſmodi cauſæ non habent locum tam de facili, ſicut habent inter ſæculares. Parum etiam intereſt per ſe loquendo ſubdito Regulari quod Titius, vel Sempronius ſit eius Prælatus. Ideò ex hoc non habet motiuum vnde moueatur ad deponendum factum, ne v. g. Titius deponatur ab officio, niſi concurrat aliud intereſſe priuatum. Et quia inter Religioſos multum viget vniuerſaliter amicitia vera, & amor recti ex quo Religioſi non poſſunt moueri ad deponendum falſum; amicitia vero vtilis & delectabilis innititur concupiſcentiæ alicuius boni vtilis, aut delectabilis, & ideò innititur alicui priuato intereſſe; ideò ex hoc præcipuè familiaritas & domeſticitas reddit Regularem inhabilem, vel minus habilem ad teſtificandum, ſi in cauſa habeat intereſſe priuatum, ex quo moueatur ad occultandum verum, aut deponendum falſum.

42. Itaque igitur familiaris aut domeſticus integræ fidei cenſetur, ſi deponat contra familiarem, aut domeſticum. Item ſecundo ſi ſit æque familiaris, aut domeſticus vtriuſque partis. Item tertio ſi deſijt eſſe familiaris, aut domeſticus, & non eſt talis tunc cum examinatur vt teſtis, niſi hoc factum fuerit fraudulenter. Item quarto ſi eximia integritas & dignitas familiaris, aut domeſtici ſit talis, vt Iudex merito arbitretur, vt non debeat præſumi, quod ille velit peierrare, & vel occultare veritatem, vel falſum deponere, de quo plura exempla dat Felin. *in cap. ſuper hos de accuſat.* Integritas enim vitæ, & morum probitas ſingularis & eximia omnem tollit ſuſpicionem non integræ fidei in teſte. Item quinto ſi familiaris aut domeſticus partim deponit in fauorem & partim in damnum ſui familiaris aut domeſtici. Tunc enim ſicut pars aduerſa, aut Fiſcus vult vti dicto teſtimonij, & ei præbere fidem dum eſt contra familiarem & domeſticum, ita debet eidem præbere fidem dum deponit in fauorem. Item ſexto admitti debet teſtis familiaris aut domeſticus, ſi deponit contra producentem illum, maximè ſi teſtis cogatur, vt examinetur & deponat in iudicio; tunc enim à producente approbatur, & ſtandum eſt eius depoſitioni, etiam ſi contra producentem deponat ad fauorem ſui familiaris aut domeſtici. Item ſeptimo ſi pars aduerſa conſcia familiaritatis, aut domeſticitatis teſtis non opponit contra illum. Quando enim inhabilitas teſtis non eſt ex eius turpitudine & non repellitur in odium publicum, ſed ex affectione; ex qua præſumitur, quod poſſit deficere à veritate in deponendo, hic eſt defectus reſpiciens particulare intereſſe partis, & qui cenſetur deficere parte non opponente. Talis verò eſt defectus familiaritatis & domeſticitatis, qui ſi eſſet talis, vt ob id teſtis non eſſet admittendus, pars illius conſcia illum opponeret. Item octauo. Defectus teſtis ortus ex familiaritate, & domeſticitate ſuppletur ex alterius teſtis magna idoneitate & integritate, & etiam ſuppletur ex pluralitate, ita quod teſtes familiares aut domeſtici, ſi ſint plures, quam duo probent. Quamuis & melius dicatur, quod ſit in arbitrio Iudicis videre an numerus ſit talis, vt defectus ex eo ſuppleatur. Item nono vniuerſaliter non excluditur familiaris, & domeſticus domeſtici. Quamuis domeſticus patris mei cenſeri poſſit domeſticus meus, & domeſticus vxoris dici poſſit domeſticus mariti. Verè tamen in hoc prudens arbitrium Iudicis deſideratur, & in his proceſſus in infinitum vitiari debet.

43. In multis alijs caſibus admittuntur teſtes familiares & domeſtici, licet non admit-

tantur vt integri, ſed cum ſua exceptione; nam quando veritas aliunde haberi non poteſt, admittuntur familiares & domeſtici *per text. in l. conſenſu C. de repud.* Et hoc magis verificatur in caſu, de quo veriſimiliter familiares & domeſtici ſunt magis informati. Et multo magis quando probandum eſt delictum familiaris, vel domeſtici, quod vel ſciri non poteſt, vel ſaltem melius non poteſt probari, quam per domeſticos & familiares, per *cap. veniens in fin. de teſtibus*. Quod multo magis procedit in delictis patratis intra domum noctis tempore, cum tunc veriſimiliter alij teſtes non reperiantur in domo. Et in probando ſtupro, vel adulterio, vel furto domi commiſſo, vel in probatione ſupellectilium, & valoris rerum derobatarum, infirmitatis, ſignorum alicuius muti, & in ſubtractione rerum poſt confectum inuentarium, & alijs ſimilibus. Et nihilominus quamuis in omni caſu, in quo veritas aliter haberi non poteſt familiares, aut domeſtici nedum admittantur, ſed quodammodo præferantur tamquam melius informati, tamen non ſunt teſtes integræ fidei, & omni exceptione maiores. Sed hic diſtinguendum eſt; nam vel teſtes iſti inducuntur à Fiſco vel ab alio tertio contra Dominum domus, aut contra alium familiarem aut domeſticum, & tunc iuxta dicta ſupra teſtes iſti familiares & domeſtici, ſiue deponant contra Dominum, aut alium familiarem, vel domeſticum, ſiue contra inducentem deponant ad fauorem Domini, aut familiaris, vel domeſtici ſunt integræ fidei, & plenè probant, quia in hoc caſu probarent etiam ſi veritas aliunde haberi poſſit. Sed ſi teſtes iſti inducuntur à Domino domus, aut à familiari vel domeſtico contra tertium, tunc non ſunt integri teſtes, quia tunc non remouetur ſuſpicio, quæ fundatur in affectione teſtis ad Dominum, vel domeſticum. Quæ ſuſpicio tollitur ſi teſtis contra Dominum vel domeſticum deponat, vel ſi teſtis inducatur à Fiſco, vel ab alio tertio. Conſiderabit etiam Iudex quod inducens teſtes familiares & domeſticos in teſtes, ſi non deſunt alij teſtes, qui induci poſſint, cenſetur fraudulenter agere. Tunc enim factum dicitur non poſſe probari, niſi per domeſticos vel familiares, quando ſimpliciter in aliquo facto nõ interuenerunt alij teſtes, quam domeſtici vel familiares. Quod ſi adſint præſumptiones in contrarium, teſtes familiares vel domeſtici non admittuntur, etiam ſi agatur de facto domeſtico, *cap. in literis de teſtibus.* quia tunc adeſt vehemens præſumptio quod allegata non ſint vera. Quamuis in hoc caſu admitti poſſent teſtes cum tortura. Semper etiam conſiderari debet an teſtes ſint probatæ vitæ, *d.c. in literis de teſtiaus* & an habeant aliam inhabilitatem, quia tunc non ſunt integræ fidei.

44. Eſt etiam communis DD. ſententia quod familiares, & domeſtici admittantur ad defenſionem rei inquiſiti, niſi agatur de reprobatione teſtium fiſci, quia teſtes reprobatoris debent eſſe omni exceptione maiores. Limitant etiam aliqui hoc, vt in caſibus exceptis iſti familiares, & domeſtici non admittantur ad defenſam, vt in crimine hæreſis, ſed alij hoc negant. Sed quid dicendum ſit in crimine hæreſis oſtendi *cap. filij de hæreſ. in 6.* & cap. illud continet ius ſpeciale pro caſu illius textus. Cæterum pro rei inquiſiti defenſione etiam ſi alij teſtes haberi poſſint, admittuntur domeſtici, & familiares dum non inducuntur ad reprobandos teſtes fiſci.

45. In hoc vero, & ſimilibus caſibus familiares, & domeſtici non ſunt integræ fidei, nec plenè probant; & quamuis abſolutè non debeant admitti, tamen faciunt aliquod indicium, aut præſumptionem, cum hoc diſcrimine tamen, quod in caſibus in quibus admitti non debeant, ſi pars ante illorum examen opponat teſtes contra iuris prohibitionem nihil probant. Si verò fuerunt examinati parte non opponente faciunt aliquod indicium, ſeu præſumptionem; ſed & vniuerſaliter non probant plenè niſi in caſibus ſupra *num. 42. & ſeqq. recenſitis*. Ex quibus etiam colligitur, quod in cauſis Regularium Religioſi eiuſdem Ordinis, niſi ex alia circumſtantia, & præcipuè niſi habeant intereſſe priuatum in commodo, vel incommodo in cauſa pro qua interrogantur, non reijci debent ex eo, quod ſint familiares, aut domeſtici. De his videantur DD. *ad cap. veniens de teſt. & cap. in literis eodem titul. cap. filij, & in cap. in fidei fauorem de hæret. in 6.* Specul. *tit. de teſt.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ.* 533. Clar. §. *final. quæſt.* 24. Farinac. *in praxi q.* 55. *& alij ab iſtis relati.*

SVMMARIVM.

46 *Quibus cauſis Conſanguinei, & Affines non admittantur in teſtes.*
Conſanguinei, & Affines admittendi ſunt in teſtes in illis caſibus in quibus admittuntur domeſtici, & familiares; vt in artic. anteced. ibid.
Et eodem ferè modo. ibid.

47 *Conſanguinei, qui in criminalibus non cenſentur teſtes idonei ſunt tam aſcendentes, quam deſcendentes, & tranſuerſales vſque ad quartum gradum.*

ARTICVLVS XII.

De teſtibus Conſanguineis, & Affinibus.

46. Conſanguinei, & affines non admittuntur in teſtes duplici ratione, quæ ad vnam reducitur. Prima eſt, quia iſti vt plurimum habent priuatum intereſſe in cauſa, ſiue ſit intereſſe honoris, & famæ, ſiue intereſſe rei familiaris, ſiue alterius commodi, vel incommodi, & ſecundo repelluntur ratione amicitiæ, & affectionis ſpecialis ad illum contra

Digitized by Google

contra quem, vel pro quo interrogantur; ſed hæc ſecunda cauſa ad primam reducitur; quia amicitia vera non diminuit fidem ipſius teſtis, cum ſit amicitia virtutis, ſi verò ſit amicitia vtilis, & delectabilis hæc non repellit teſtem, niſi ratione illius intereſſe priuati, quod habet teſtis in vtili, vel delectabili, quod eius amorem fundat. Nihilominus in caſibus in ſuperiori art. poſitis; ſicut domeſtici, ita & conſanguinei ſunt teſtes integri, & vniuerſaliter vbi cauſa eſt talis, in qua teſtis nullum intereſſe primarum habet. In alijs autem caſibus, ſi admittuntur non ſunt integræ fidei, & cum proportione de illis verificantur, quæ ſupra de domeſticis dicta ſunt. Carena tamen *p.3.tit.5.nu.22.* vult, quod conſanguineus contra conſanguineum non ſit teſtis integræ fidei, & allegat Farinac. *q.54. num.*80. Sed licet Farin. ibi ſublimirer præcedentes limitationes à ſe poſitas, & dicat, quod conſanguinei in caſibus, in quibus admittuntur non ſunt integræ fidei, & omni exceptione maiores, tamen *num. 79.* nimis clarè docet, quod conſanguineus in caſibus, in quibus admittitur contra conſanguineum plenè probat, imo magis probat, quam non conſanguineus, quia præſumitur ex ſola facti veritate deponere. Et verè ſic præſumi debet.

47. Communiter vero conſanguinei, qui in criminalibus non cenſentur teſtes idonei ſunt tam aſcendentes, quam deſcendentes, & tranſuerſales vſque ad quartum gradum.

SVMMARIVM.

48 *Multiplex diuiſio infamiæ.*
Et quid ſit infamia. ibid.
49 *Infamis infamia facti non admittitur in teſtem in ciuilibus, niſi cauſa ſit ardua.*
Quomodo probet quando admittitur. ibid.
50 *In criminali aut mixta infamis infamia facti non admittitur.*
At ſi veritas aliter haberi non poteſt admittendus eſt. ibid.
Hic teſtis nunquam eſt integræ fidei. ibid.
Etiam ſi admittatur cum tortura, ſicuti admittendus eſt. ibid.
51 *Infames infamia iuris in duplici ſtatu conſiderantur.*
Infamis infamia iuris per ſententiam damnatus prorſus reijcitur. ibid.
Etiam parte non opponente. ibid.
Nec hic infamis cum tortura poteſt admitti in teſtem. ibid.
Ad tollendam huius teſtis fidem ſufficit probare eius infamiam. ibid.
Et ita eius dictum nihil probat. ibid.
52 *Infamis infamia iuris ante ſententiam reijcitur ſicut infamis infamia facti.*
Huiuſmodi Infames parte non opponente admittuntur in teſtes. ibid.
53 *In caſibus exceptis & in ſubſidium Infames infamia Iuris admittuntur in teſtes.*
Non ſunt tamen teſtes integræ fidei, ſed ſolum faciunt indicium & præſumptionem. ibid.
Sine tortura non ſunt admittendi, niſi in crimine hæreſis. ibid.
54 *Iſti infames in caſu, in quo de iure non debent admitti, non faciunt inditium ſufficiens ad torturam, nec ad inquiſitionem ſpecialem.*
Sed ſolum ad inquiſitionem generalem. ibid.
In caſibus vero in quibus admitti poſſunt, ſi ſint plures & teſtes de viſu, faciunt indicium ſufficiens ad torquendum Reum. ibid.
55 *Nec probant, ſi non deponant de delicto principali, ſeu de adminiculis ſubſtantialibus.*
56 *Qui Infames admittendi ſunt in teſtes.*
Quomodo probetur infamia. ibid.
57 *In iudicio ſummario, & ſola facti veritate inſpecta infames admittuntur in teſtes.*
Iudices Regulares poſſunt admittere Infames. ibid.
Infames ita admiſſi non ſunt integræ fidei. ibid.
Prohibitio ne Infames admittantur in teſtes eſt ſolemnitas iuris. ibid.
58 *Infames infamia pœnali & legali non poſſunt admitti in teſte à Regularibus.*
Excluſio infamis infamia iuris non eſt tantum ſolemnitas & apex iuris. ibid.
Infames infamia facti poſſunt admitti à Iudicibus, qui procedunt ſummariè, ſine tortura. ibid.

ARTICVLVS XIII.

De teſte infami.

48. Datur duplex infamia ſcilicet iuris & facti. Infamia facti eſt illa, quam ponit factum ipſum malum, quod de ſe malam opinionem generat, ſed infamiam Iuris facit ipſum Ius per Iudicis decretum, ad hoc vt aliquis tamquam infamis inhabilis ſit ad actus legitimos. Vnde quando fundatur in delicto verè eſt pœna delinquentis, & vniuerſaliter eſt quædam inhabilitas, ſeù impedimentum legale inhonorificum priuans infamem honore, ne poſſit habere aliquem actum legitimum. At verò infamia Iuris eſt duplex, alia, ſcilicet, quæ ex Iure potius conſequitur ad infamiam facti, alia, quæ ſpecialiter imponitur pro hoc, vel illo delicto, quæ etiam duplex eſt, cum alia ſit ſententiæ ferendæ, quæ non incurritur, niſi quis ad illam per ſententiam damnetur, alia verò ſit latæ ſententiæ, quæ incurritur ipſo facto, quamuis ipſa non habeat completum effectum, niſi præcedat ſententia declaratoria, quæ ex quo retrotrahitur efficacia infamiæ ad diem & horam commiſsi, ſi delicti ideò ex tunc infamis cenſendus eſt priuatus honore & habilitate ad actus legitimos. Prima verò infamia iuris quæ conſequitur ad infamiam facti, triplex eſt; Alia ſcilicet ex genere delicti, alia ex genere pœnæ, alia ex genere facti. Infamia ex genere delicti incurritur ex eo, quod quis damnatus ſit pro delicto. Et ſic quomodocumque deli-

ctum

ctum ſit nototium, delinquens eſt quidem infamis infamia facti, & aliquo modo infamia Iuris, quæ extinguitur per pœnitentiam, ſed non eſt propriè infamis infamia iuris, niſi ſit pro delicto damnatus, & non quomodocumque, ſed ſolùm quando aliquis pro delicto dolo malo commiſſo per Iudicem Ordinarium damnatnr pet ſententiam diffinitiuam in pœnam ordinariam, & ſententia tranſierit in iudicatum, & ita quod nec ſufficit, quod delictum ſit notorium in iudicio, etiam per Rei confeſſionem, ſed neceſſe eſt, quod per ſententiam ſit damnatus infamia etiam conſurgit ex genere pœnæ ad quam quis damnatur, & ex qua multum diminuitur bona æſtimatio hominum, vt ſi quis damnatur ad mortem, ad opus publicum, ad exilium, &c. Ad hoc vero vt ex hoc ſequatur infamia neceſsè eſt, quod feutentia ſit data cauſa cognita, quæ cauſa ſit famoſa de crimine doloſo, & quod ſit notorium ſententiam latam fuiſſe in iudicio iuſto non ex præſumptione, ſed ex delicto famoſo & doloſo. Ex genere facti infames ſunt Carnifices, Birruarij, & ſimiles. Hæc omnia verò latè declaraui *tract. de elect. cap. 20. q. 48. & 49. à numer.* 542.

49. In ciuilibus quidem infamis infamia facti non reijcitur niſi cauſa ſit ardua, quę equipolleat criminali, vt eſt cauſa matrimonialis, vel cauſa ſit talis, in qua ex lege vel ſtatuto ſint neceſſarij teſtes omni exceptione maiores. Et nihilominns hic teſtis in caſibus, in quibus admittitur, non eſt integræ fidei, nec plenè probat, ſed ſub arbitrio Iudicis eſt videre quantum ptæbet. Plenè tamen probare cenſetur, ſi habeat aliũ teſtem tantæ excellentiæ, vt per ſuperabundantiam ipſius defectus ſuppleatur, vel ſi deponat veriſimilia, aut alia coniectura, aut adminiculis ipſius dictum adminiculetur. De quibus videndi DD. *in cap. teſtimonium de teſtibus* Mcnoch. *de arbitr. qu.* 27. Farinac. *qu.* 56. *num.* 107. *& ſeqq.*

50. Sed in cauſa ctiminali aut mixta, & forſan etiam in cauſa ctiminali ciuiliter intentata, infamis infamia facti non admittitur, niſi in caſibus, in quibus veritas aliter haberi non poteſt; in quibus tamen caſibus hic teſtis non eſt integræ fidei. Abſolutè verò teſtis infamis infamia facti, ſi in caſibus, in quibus non debebat admitti, ſit admiſſus, facit aliquale indicium ſufficiens ad inquiſitionem generalem, non tamen ad ſpecialem. Nec infamia facti purgatur, vnde in caſibus, in quibus non debet admitti, etiamſi admittatur cum turtura non probat. Farin. *q.* 56 *num.* 40. Quod ſi teſtis non laboret alio vitio, vt ſi ſit vilis, tunc teſtis infamis etiam in caſibus, in quibus poteſt admitti, non admittitur ſine tottura. Fatinac. *q.* 56. *num.* 126. id probans latè. De hac materia tractant DD. *in l. Tuſcius ff. de Senat. & in cap. teſtimonium de teſt.* Maſcatd. *de probat. concluſ.* 1556. Clar. §. *fin. q.* 24. Farinac. alios teferens *q.* 56. *à num.* 155.

51. Infames vero infamia Iuris conſiderantur in duplici ſtatu, ſcilicet, in ſtatu imperfectæ infamiæ, nimirum, ante ſententiam, vel in ſtatu infamiæ, poſtquam eſt per ſeutentiam damnatus ad infamiam, vel eum commiſiſſe delictum ſit declaratum, quod ſecum fert infamiam ipſo Iure latam. Teſtis ergo infamis infamia Iuris poſt huiuſmodi ſententiam prorſus reijcitur, quia talis ex Iure fide eſt priuatus, & eſt ad actus legitimos inhabilis, & omnis dignitas, & honot interdicitur infamibus. *cap. nulli 3. q. 4. cap. Conſtitutus 3. quæſt. 5. cap. qui crimen 6. quæſt. 1. cap. teſtis 2. quæſt. 7. cap. licet, & cap. teſtimonium de teſtibus.* Et infamis infamia Iuris repelli poteſt etiam parte non opponente à Iudice ex officio, & ita quod nec etiam cum tortura hic infamis admitti poſſit. Et ita quod ad infringendam vim teſtimonij, & tollendam ab eo fidem ſufficiat probare eius infamiam, etiam poſt eius mortem. Et hic infamis, nec etiam in teſtamentis admitti poteſt in teſtem. *argum. ex l. qui teſtamento §. cum qui ff. de teſt.* Et nec admittitur ad teſtificandum contra infamem, quidquid in contrarium aliqui dixerint. Et in caſu in quo infamis infamia Iuris admittitur, nedum non eſt integræ fidei, ſed nec eius defectus ſuppletur per alterius conteſtis excellentiam, cum ſit omnino inhabilis; ideo etiam parte non opponente non probat.

52. Sed loquendo de infamibus infamia Iuris nondum completa, & perfecta, ante ſententiam teſtis ſit infamis reijcitur, ſicut infamis infamia facti. Vndè Sylu. *v. infamis multos, ſimiles infames recenſet inter infames. infamia facti*; & Eliſeus de Bellegrandis *tract. 3. q. 7.* aduertit multoties infamiam ſimilem tolli pet emendationem; quamobrem parte non opponente iſti admittuntur in teſtes eo modo, quo admittuntur infames infamia facti. Verum tamen eſt, quod quando lex impoſuit pœnam infamiæ pro ſpeciali delicto, vt incurrendam ipſo facto, tunc ſi infamis ante ſententiam patte non contradicente ſit admiſſus ratione officij publici, ſuſtinetur eius dictum. Sed tamen Iudex ex officio etiam parte non opponente, ſed conſentiente poteſt illum reijcere. Verum, quia huiuſmodi infamis ante declatationem non perdit poſſeſſionem teſtificandi, non poterit à Iudice reijci ratione huius infamiæ iuris, niſi prius declaret iuridice teſtem infamem.

53. Quamuis vero in caſibus exceptis, vel in ſubſidium, vbi alij teſtes non ſunt, qui examinati poſſint admittantur infames infamiæ iuris, tamen non per hoc ſunt integræ fidei, ſed ſolum faciunt iudicium & præſumptionem, & tunc, nec eſſe admittendos ſine tortura communiter dicunt DD. niſi deponant contra valde diffamatum. In crimine tamen hæreſis huiuſmodi teſtes admitti ſine tortura probatum eſt *cap. in fidei fauorem de hæreticis in 6.* Nec enim qualitas in ſubſidium non præ-

ſumi-

ſumitur, ſed eſt probanda per eum, qui teſtes infames producere velit, ſi alias potuerunt adeſſe teſtes habiles, vt infra explicatur, quod multo magis procedit, ſi teſtis vltra infamiam alios patitur defectus.

54. Et eſt conſiderandum, quod iſti infames, ſi admittantur, & examinentur in caſu, in quo de iure non debent admitti, nedum non probant, ſed nec faciunt indicium ſufficiens ad torturam, vel etiam ad inquiſitionem ſpecialem, ſed ſolum ad inquiſitionem generalem, & vt Iudex poſſit inquirere de veritate. At vero in caſibus in quibus de Iure poſſunt admitti, adhuc, niſi ſint plures, & ſint teſtes de viſu, & tales, quod ſi non eſſent infames Reum conuincerent, non faciunt indicium ſufficiens ad torquendum Reum præſentem, vel ad tranſmittendum illi inquiſitionem ſpecialem, ſi ſit abſens. Quia vero Bið. *quæſt*. 30. *num*. 20. loquens de infamibus infamia facti dixit, quod infames iſti admiſſi in caſu, in quo non debent admitti, ſi ſint plures ſufficiunt ad torturam; hoc improbat Eliſeus *parte* 3. *quæſt*. 7. *num*. 17. quia cum infames in caſibus exceptis, in quibus poſſunt admitti, ſi ſint plures, ad ſummum faciunt indicium ad torturam, hoc fácere non poſſunt in caſibus in quibus non debent admitti; quia in his caſibus minus valdè probant; Infamibus enim etiam in caſibus exceptis nulla, vel modica fides eſt adhibenda. *cap. per tuas de Simon*. Igitur cum admittuntur, vbi non debent, tunc nec modica fides adhiberi debet.

55. Sed vlterius iſti teſtes etiam plures, ſi non deponant de delicto principali, ſed ſuper adminiculis, & remotis, nec faciunt indicium, nec aliquid probant, niſi fauore defenſionis deponant. Verum quod dicitur de adminiculis intelligendum eſt de non ſubſtantialibus; Nam vbi adminicula ſint ſubſtantialia teſtes iſti eo modo, quo probant delictum principale, probant etiam adminicula. Illa vero cenſenda ſunt adminicula ſubſtantialia, quæ ſunt de ratione delicti, vt matrimonium eſt de ratione Adulterij, quia adulterium non eſt, niſi copula illicita ſit cum perſona matrimonio ligata. Vel etiam adminicula ſubſtantialia delicti ſunt, quæ vt amplexus, & oſcula tendunt ad probandam fornicationem.

56. Infamis etiam admittitur, ſi ſit reſtitutus ad famam, vel ſi ſit diſpenſatus ad teſtificandum ab eo, qui ad hæc habet facultatem. Item admitti debet infamis occultus, & non denunciatus, vel ſi ſit infamia facti, ſi non ſit diffamatus, ita quod teſtis, qui tempore depoſitionis communi opinione reputabatur non infamis, ſed habilis, tunc ex communi errore, non vitiatur eius dictum, licet ex poſt facto detecta ſit inhabilitas. Scroi *p*. 4. *c*. 3. *a*. 27. ſufficit vero ad illum repellendum, quod infamia ſit probata. Probatur vero infamia Iuris per ſententiam, vel infamiæ confeſſionem, infamia vero facti probatur per teſtes ſingillatim ſpecificando crimina, *d. cap. præſentium* §. *teſtes de teſt*. Farinac. *q*. 56. *à num*. 18. Bictus *q*.30. *num*. 11. Eliſeus *tract*.3. *q*.7. *num*. 19. Admittitur etiam infamis ſi deponat de actu proprio. Item infamis infamia, facti ſi de conſenſu partium fuerit admiſſus. Item damnatus de Infamia admittitur pendente appellatione. Item non reijcitur eius dictum, ſi infamia adueniat poſt eius depoſitionem, reijceretur vero ſi infamia adueniret poſt eius iuramentum, ſed ante eius depoſitionem. Qui vero teſtem dicit infamem; nedum infamiam probare debet, ſed eius cauſam, & qualitates, & locum, & tempus delicti, vt videri poſſit an infamia ſit talis, quæ teſtem repellat, & non ſufficit ſi teſtis ſe eſſe infamem fateatur, vt reijciatur cuius teſtimonium, ſed de infamia aliundè conſtare debet.

57. Verum in iudicio Summario, in quo proceditur ſola facti veritate inſpecta infames admittuntur in teſtes. *cap. per tuas, de Simon*. Panormit. *cap. dilecti de iud*. & ex Barboſ. Menoch. *de arbitr. l*. 2. 11. 14. 27. Farinac. *q*. 56. *num*. 88. Scroi *p*. 4 *cap*. 3. *num*. 25. Regulares verò Iudices procedunt ſola facti veritate inſpecta, & ſolemnitatibus Iuris non ſunt aſtricti; ideo infames admittere poſſunt. Panormit. *cap. de cætero de teſt*. D. Anton. 3. *part. tit*. 9. *cap*. 11. & §. 6. Sylueſt. *v. Iudex num*. 5. & 6. & apud Didac. Scroi *Thomas à Ieſu de verit. Regularium tract*.3, *c*.11. *num*.9. Megal. *in pract. cap*.13.*num*.15. Pitig. & Spatar. & Bouer. quos ipſe ſequitur, Nec vrget in oppoſitum ratio Eliſei hoc negantis *p*.3. *q*.7. *num*.21. Et volentis priuilegium in hoc non ſuffragari Regularibus, ſed eos non poſſe admittere infames ad teſtificandum, niſi in caſibus, in quibus id eſt permiſſum de Iure communi; quia in Iudicio Summario non poſſunt omitti, quæ tangunt veritatem iudicij. *Clem. ſæpè de verb. ſignificat*. At vero veritas à dicto teſtimonij pendet, maximè in criminalibus, in quibus probationes debent eſſe euidentiſſimè, & luce meridiana clariores. Nam hoc non probat, niſi quod teſtes infames, non debent admitti, niſi cum ſuis imperfectionibus, & quod non plenè probent, niſi vel ex conteſtibus, vel adminiculis, vel eorum numero, vel alia ex cauſa tollatur ſuſpicio ex infamia orta. Cæterum prohibitio, ne infames admittantur in teſtes, prout eſt iuris poſitiui, & fundatur in præſumptione, & ſuſpicione falſitatis teſtium, vt probant DD. citati eſt ſolemnitas iuris, quæ non eſt de ſubſtantia probationis, ſed accidentalis ſolemnitas, ſuper qua etiam Pontifices expreſsè diſpenſarunt. Regulares vero, non tenentur ad iuris ſolemnitates.

58. Verum hæc ſententia communis limitanda eſt, vt non procedat in infamia iuris perfecta. Quoniam hæc infamia non ſpectat per ſe, & directè ad ordinem iuris, nec eſt inducta præciſè, vt iudicia ſint ordinata, ſed vel in odium, & pœnam delinquentium, vel ob deco-

rem

rem Eccleſiaſticæ dignitatis, & eſt quædam irregularitas, quæ ſine ſpeciali diſpenſatione Summi Pontificis non poteſt tolli. Quod maximè verum eſt de infamia quatenus inferatur pro delicto, quæ eſt pœna reſpiciens delinquentes, & priuans illos actibus legitimis; Pontifices vero ex vi illius priuilegij non voluerunt gratificare delinquentes, & eos à pœna legis abſoluere, aut cum illis diſpenſare, ſed imo ius vult, vt huiuſmodi infames etiam ſi alias non eſſent ſuſpecti de falſitate, in pœnam delictorum ſint nedum ad ferendum teſtimonium, ſed ad quoslibet actus legitimos inhabiles; ſolum igitur infames pro infamia facti, non vero infamia pœnali legali, & ſpeciali poſſunt à Regularibus admitti in teſtes, quia iſti non ſunt ad actus legitimos ſpecialiter prohibiti, quatenus vero dicantur prohibiti teſtificari ex præſumptione aliqua falſitatis, & vt ſic dicantur tales inhabilitate medicinali, vt ſecurius ordinetur iudicium, hæc prohibitio ad ſolemnitatem Iuris ſpectat, vt probatur infra, & iſti, ſi omnibus penſatis remanent ſuſpecti, non niſi vt ſuſpecti admitti poſſunt. Et ideo arbitrarium Iudici eſt videre an probent, vel quantum probent.

Nec obſtat ſi dicatur, quod infames infamia iuris admittuntur in teſtes in caſibus expreſſis, & in ſubſidium de conſenſu partium, quod non fieret ſi de ſubſtantia Iuris eſſet, vt non admitterentur. Primo enim negatur, quod infames infamia Iuris admitti poſſint de conſenſu partium. Hoc enim modo admitti non poſſunt, qui à Iure reijciuntur in pœnam, ſeu in odium ipſorum teſtium, vt eſt ſententia communis, infames vero infamia iuris reijciuntur in eorum pœnam, & odium. Deindè dicitur, quod argumentum ſupponit falſum, ſcilicet, quod excluſio infamis infamia Iuris ſit ſolemnitas ſolum inducta, vt ſolemnitas iuris Iudicialis, & intuitu veritatis habendæ, ſeu vt medium ad habendam ſecurius veritatem. At vero hæc excluſio vlterius eſt pœna perſonæ infamis excludens illum ab omni actu legitimo, quamuis ius voluerit intuitu boni communis, vt in caſibus exceptis, & in ſubſidium poſſit eſſe teſtis. Itaque excluſio infamis hac iuris infamia cum non pertineat per ſe ad formam iudicialis ordinis, nec eſt tantum ſolemnitas, aut apex Iuris, ſed ſpectat ad genus extraneum, & ordinem pœnarum, quæ implendæ ſunt, niſi vbi ſuperior diſpenſet, vel aliter ordinet. Et ſic infamis infamia Iuris præterquam in caſibus exceptis, et in ſubſidium omnino excludi debet ex vi iuſtitiæ vindicatiuæ, vt luat pœnam contra ſe latam, etiam ſi alias ordo Iudicialis non repugnaret, quia illæ eſſet fidei integræ. In caſibus vero, in quibus Regulares poſſunt admittere infames, poſſunt huiuſmodi teſtes admitti etiam ſine tortura à iudicibus, qui ſummariè procedunt ſola rei veritate inſpecta. Menoch. de Arbitrar. *l.1. q.17. à n.1.* Scroi *part. 4. cap. 3. num. 27.* Quamuis non ſemper expediat huiuſmodi teſtes examinare, et eorum teſtimonium regulariter non probet integræ, ſed ſit fidei diminutæ.

SVMMARIVM.

59 *Socius criminis in criminalibus non recipitur in teſtem.*
Nec etiam vt Accuſator, aut denunciator. ibidem.
60 *In cauſa excepta ſocius criminis poteſt interogari de ſocijs.*
Sed in cauſa non excepta Iudex non poteſt interogare inquiſitum de ſocio in crimine. ibid.
Quæ ſint crimina excepta. ibid.
61 *Reus de ſe confeſſus poteſt interogari de ſocio criminis in caſibus in iure ſpecificè expreſſis.*
Et quando delictum ex ſua natura non ſolet committi ſine ſocijs. ibid.
Et quando adſint indicia, quod in delicto adfuerunt ſocij. ibid.
62 *Reus aliquem inculpans non facit indicium ad torturam.*
Socij criminis inducti ab inquiſitio in teſtes ad ſui exculpationem non probant nec illis creditur. ibid.
Sed ſi non inducuntur ab inquiſito, ſed carcerati examinatur à Iudice, vel ex officio, vel ad inſtantiam partis, ſicuti valent ad inculpandum, ita ad exculpandum inquiſitum. ibidem.
Quomodo ſocij criminis valeant ad exculpandum inquiſitum. ibid.
63 *Depoſitio ſocij criminis ſi ſit adminiculata indiſtinctè valet ad ſpecialiter inquirendum.*
At ſi non ſit adminiculata valet tantùm ad inquirendum generaliter. ibid.
Socius criminis poteſt eſſe accuſator & denunciator. ibid.
In caſu quo Iudex poteſt interogare de ſocijs depoſitio ſocij criminis valet ad inquirendum ſpecialiter & ad formandam inquiſitionem ſpecialem illamque traſmittendam. ibid.
Quomodo Iudex debeat interogare Reum de ſocijs. ibid.
64 *Socius criminis eſt infamis, ideòque eius depoſitio non ſufficit ad torturam.*
Si non ſit in tortura confirmata. ibid.
Eodem modo dicendum eſt de formanda & trãſmittenda informatione. ibid.
Super quo & quomodo ſit torquendus ſocius criminis. ibid.
In cauſis fidei huiuſmodi teſtes non torquentur. ibid.
65 *Depoſitio ſocij criminis ad hoc vt afficiat inculpatum debet eſſe iurata.*
66 *Depoſitio nuda ſocij criminis & non adminiculata non facit indicium ad torturam.*
Adminicula debent inducere præſumptionem in indiuiduo, ad hoc vt ſufficiant ad torturam. ibid.
Quando cenſenda ſit adminiculata depoſitio ſocij criminis. ibid.
67 *Socius criminis aliquas habent inhabilitates*

non

non facit indicium ad torturam, neque ad tranſmittendam informationem.

Pariter ſi ſit varius in depoſitione, ſiue extra torturam ſiue in tortura. ibid.

68 *Quomodo bona fama inculpati tollat depoſitionem ſocij criminis.*

69 *In caſu quo promittitur impunitas, ſi ſocius criminis ſponte inculpet ſocium, multum diminuitur de eius fide.*

Secus ſi interogatus & admonitus, vt dicat veritatem ſponte aliquem inculpet ibid.

70 *Depoſitio extorta per torturam illegitimè datā ſicut non nocet ipſi Reo, ſic nec nocet inculpatis per ipſum.*

ARTICVLVS XIV.

De teſte ſocio criminis.

59. IVris regula eſt, quod ſocius Criminis in Criminalibus non recipitur in teſtem, nec eo recepto creditur, *l. quoniam liberi C. de teſtibus cap. perſonas, & cap. veniens de teſt. & cap. 1. de confeſſis cap nemini 15. quæſt. 3.* et ex his teſtibus communiter DD. Ex eo enim, quod quis fatetur ſe eſſe ſocium criminis, fatetur ſe criminoſum, et infamem, et de Iure cenſetur talis, et vlterius ſæpius contingere poteſt, vt quis ſpe veniæ, vel diminutionis pœnæ, vel ex odio ſocium, vel ſocios grauet. Ideoque ſocius criminis, etiam ſi veniret, vt accuſator, aut denunciator, vel ſi examinetur, vt teſtis non probat, nec facit indicium. Et in nihilo ei credendum eſt.

60. Sed ad breuem, et certam veritatem huius articuli duplex caſus diſtingui debet. Vel enim cauſa eſt excepta, et talis in qua ſocius criminis poteſt iuridicè interrogari de ſocijs, vel cauſa non excepta, ſed talis in qua Iudex non poteſt inquiſitum interrogari de ſocio in crimine. Crimina excepta ſunt crimen leſæ maieſtatis diuinæ, *cap. in fidei fauorem de heres in 6. cap. literas de præſumpt.* Item crimen læſæ maieſtatis humanæ, *cap. 1. de confeſſ. cap. nemini 15. quæſt. 3.* Item crimina conſpirationis, ſeu coniurationis, aut conuenticuli, nedum contra Principem, ſed contra alios, *cap. fin. de teſtibus, cap. ſi quis cum militibus 5. quæſt. 1.* Huiuſmodi enim delictum non ſolet committi ab vno ſolo, ſed à pluribus. Vnde eſt plurium delictum punibile à Iudice. Item crimen falſæ monetæ, quod eſt crimen læſæ maieſtatis. *l. ſi quis nummoſ. C. de falſ monet.* Et regulariter non committitur, ſine ſocijs *l. 2. C. de falſ. monet.* Item latrones, & graſſatores viarum, qui non ſolent eſſe ſoci, ſed plures. *l. prouinciarum C. de ferijs l. Diuus ff. de verb. ruſt. reorum.* Item crimen aſſaſinij, quod non ſolet committi, niſi ex alicuius mandato. Menoch. *de arbitr. caſ. 434.* Item in maleficis, & mathem. qui poſſunt de conſocijs interrogari *l. finali C. de malefic. & mathem.* Item ſecundum aliquos crimen adulterij; ſed vt benè aduertit Farinac. *quæſt. 43. num. 85. & ſeqq.* niſi adſint indicia, quod adulterium ſit commiſſum medij lenonibus mediatoribus, aut alijs participibus criminis, non poteſt adulter de illis interrogari; & ſi non interrogatus aliquem inculpet in caſu, in quo adulter de talibus conſocijs non poterat interrogari, eius dictum etiam adminiculatum non facit indicium ad torturam, quod tamen facit in caſu, in quo adulter poterat de talibus conſocijs interrogari, ſi tamen rei dictum ſit adminiculatum. Quo vero ad immediatum conſocium criminis, vt quo ad adulterum, vnius adulteri dictum non ſufficit ad alterius condemnationem; Imo nec ad torturam, niſi ſit adminiculatum. Item crimen ſodomiæ. Circa quod tamen contrariæ ſunt DD. opiniones, ſed ex Farinac. *diſput. 43. num. 99.* dicendum eſt, quod ſi non adſint indicia, non poteſt reus interrogari de mediatoribus, & ſi tunc reus aliquos nominet, eius dictum etiam adminiculatum non facit indicium ad torturam, quod tamen ſufficit in caſu, in quo reus de teſtibus conſocijs poterat interrogari, ſi eius dictum ſit adminiculatum. Dictum vero ſodomitati, ſiue ſit vir, ſiue mulier, & ſiue maior, ſiue minor, & ſiue ſponte, ſiue per vim dicat ſe ſodomitatum, niſi dictum eius ſit adminiculatum, non facit indicium ad torturam contra ſodomitam, vt etiam in crimine adulterij dictum fuit. Et ideo dictum ſodomitati non facit indicium ad torturam, niſi ſit tortura confirmatum. Item caſus eſt generaliter exceptus, vt quando delictum ex ſui natura tale eſt, vt non committatur ſine ſocio, poſſit reus de ſocio criminis interrogari. Item alter caſus generaliter admiſſus eſt, vt cum adſunt indicia, quod delictum fuerit à pluribus commiſſum, aut tractatum, tunc Iudex poſſit interrogare de ſocijs. Vt v. g. ſi homicida, vel aſſaſinus nullam habuit cauſam occidendi, habetur indicium, quod ex alicuius mandato id fecerit; Et ſic poteſt de hoc interrogari. Item ſi ſtatutum commune ſit, vt ſocius criminis admittatur in teſtem, vel vt poſſit interrogari. Menoch. *de arbitr. caſu 474. num 63.*

61. Sed tandem Clar. *quæſt. 20.* & quamplures alij, quos refert Farinac. *d. q. 43. n. 125.* dicunt de conſuetudine iam introductum eſſe, vt reus de ſe confeſſus interrogetur de ſocijs. Verum, nec Doctores poſſunt fidem facere de conſuetudine vniuerſali, ſed ſolum de conſuetudine illius curiæ, in qua verſati ſunt, & adhuc ponderari deberet, an etiam in illa curia, in qua nutritur, illa conſuetudo ſit legitimè præſcripta, & an ſit vniuerſalis, vel ſolum in diffamatis, vt ponderat Farinac. *n. 154.* Ideo, quidquid ſit de hac conſuetudine, tres caſus generales diſtingui debent, in quibus reus de ſe confeſſus poteſt de ſocijs interrogari. Primus eſt in caſibus ſpecificè, & expreſsè in iure expreſſis. Secundus eſt, ſi delictum ſit tale, quod ex ſui natura non poteſt, vel non ſolet

committi ſine ſocijs. Tertius eſt, ſi adſint indicia, quod in delicto adfuerunt ſocij. Et ita de iure ſeruari debet, ſiue iudex procedat ad inſtantiam, ſiue ex officio. Farinac. *d. quaeſt. 43. num.* 119. Et ſiue delictum ſit patens, vel occultum, & difficilis probationia, vt probat idem Farinac. *d. q. 43. num. 24. & ſeqq.*

62. Præter caſus præſatos ergo reus de ſe confeſſus, nec poteſt de ſocijs interrogari, & ſi reus aliquem inculpet, non facit indicium ſufficiens ad torturam, etiam ſi examinetur, vt teſtis, quia neque vt teſtis poteſt examinari, & examinato non creditur *l. quoniam liberi C. de teſt. cap. perſonas, & cap. veniens de teſt. & ibi DD.* Eſt tamen ſpecialis difficultas, an in hoc caſu, in quo reus alium ſocium validè non inculpat, poſſit tamen alium exculpare; In qua difficultate placet diſtinctio Farinac. *d. quaeſt. 43. à num.* 12. Nam vel ſocij criminis inducuntur ab ipſo inquiſito in teſtes ad ſui exculpationem, & in hoc caſu illis non creditur, ſed tunc dicuntur induci ab inquiſito, vt teſtes, quando teſtes huiuſmodi nō ſunt carcerati, nec examinantur à iudice ex officio, vel ad inſtantiam accuſatoris, ſed extra carcerem ſunt exiſtentes, quia vel fuerunt aggratiati, vel ſi damnati pœnam ſoluerunt, & ab inquiſito producuntur, vt teſtes ad ſui defenſam. Vel huiuſmodi teſtes non inducuntur ab inquiſito in teſtes, ſed carcerati examinantur à Iudice, vel ex officio, vel ad inſtantiam partis, & ſumus in caſu, in quo iudex poteſt Interrogare de ſocijs, nā æquitas poſtulat, vt ſicut teſtes huiuſmodi valent, vt inculpent, ſic valeant, vt exculpent ſi torti perſiſtunt in exculpatione. Neque enim fauorabilior eſt offenſio, quam defenſio, neque in hoc melioris conditionis debet eſſe accuſator, vel Fiſcus, quam reus inquiſitus. Et eo magis, quod ad probandam innocentiam, etiam teſtes inhabiles admittuntur, & niſi deſit aliud motiuum, non ſit præſumendum, quod exculpent inquiſitum ex affectione, ſed ex veritate. Quamuis vero ſi inquiſitus ſit conuictus de delicto exculpatio ſocij non infringat plenam probationem ortam v.g. ex teſtibus de viſu omni exceptione maioribus, quia plena probatio non tollitur per oppoſitum indicium *l. Diuus ff. de in integr. redit. l. non ſolum ff. de ritu nupt.* Nihilominus ſi inquiſitus ſit ſolum inditiatus ad torturam, præfata ſocij exculpatio facit, vt minimè torqueri poſſit. Et ſic, ſi aliàs inquiſitus non eſt conuictus, ſed ſolum poteſt torqueri, ſocij exculpatio impedit, ne poſſit torqueri. Imò ſi inquiſitus legitimis præcedentibus indicijs tortus, delictum in tortura fuerit confeſſus; ſi poſtea examinatis ijs, qui re vera delictum commiſerunt, ab eis inquiſitus exculpetur, & illi in tortura negent illum delicto interfuiſſe, error præfatæ Confeſſionis plenè probatur per hanc exculpationem, quia vbi confeſſio redditur inuerisimilis ex contrarijs iudicijs, non ſufficit ad condemnationem ſaltem in pœnam ordinariam, & ad probandum errorem confeſſionis ſufficiunt indicia, & coniecturæ. Vbi tamen ſit præſumptio ſubornationis, vt cum quis non exiſtens in manibus Curiæ per litteras fatetur ſe commiſiſſe delictum, vt alium exculpet, hæc exculpatio non prodeſt, quia præſumitur ſuſpecta, & procurata, & eſt facta ſine iuramento, & extraiudicium.

63. Quantum igitur valet depoſitio ſocij criminis? ſi ſit adminiculata indiſtinctè etiam in caſibus non expreſſis, valet ad ſpecialiter inquirendum. Si vero non ſit adminiculata, valet ad ſumendam informationem de delicto etiā in caſibus non exceptis, ad inquiſitionem ſcilicet, generalem inchoandam, quia, licet talis ſocius non poſſit eſſe teſtis, poteſt tamen eſſe accuſator, aut denunciator, aut notificator, vt habeat Clar. *q.* 2?. Sed ex huiuſmodi depoſitione non adminiculata non poteſt Iudex formare inquiſitionem, aut illam tranſmittere, aut ſpecialiter contra ſic inculpatum inquirere, ſi ſumus in caſu, in quo Iudex non poteſt Reum de ſocijs interrogare; ſed in caſibus exceptis, in quibus Iudex poteſt interrogare de ſocijs, depoſitio ſocij criminis valet ad inquiſitionem ſpecialem, & ad formandam inquiſitionem & illam tranſmittendam, vt communiter tradunt DD. quos abundè refert Farinac. *q. 23. num.* 121. & 130. Et ita quod in hoc caſu Iudex poſſit eum, qui eſt de ſe confeſſus torquere, ſi interrogatus de ſocijs negat, vt aduertit Farinac. *num.* 131. vbi *num.* 132. monet, quod Iudex non poteſt nec debet interrogare de aliquo ſocio in ſpecie, ſeu in indiuiduo, ſed ſolum in genere interrogando confeſſum, an habuerit ſocium aliquem, niſi contra perſonam aliquam determinatam ſit præſumptio, non quælibet, ſed legitima, vel niſi de ſe confeſſus ſimul ſalſus ſit, ſe habuiſſe ſocios in crimine, ſed eos non nominauerit, tunc enim etiam in caſibus non exceptis poteſt Iudex interrogare, & monere deponentem, vt ſocios nominet.

64. Cum vero ſocius criminis ſimul ſit infamis eius depoſitionem non ſufficere ad torturam niſi ſit in tortura confirmata; communiter DD. tradunt. Et idem dicendum eſt de formanda & tranſmittenda informatione, cum nunc tranſmittere inquiſitionem ſit maioris præiudicij, quam torquere, cum ex illa rei damnentur capitaliter abſque alia tortura. Et ad hoc non ſufficit, quod ſocius criminis nominauerit in tortura, ſed requiritur, quod torqueatur ſpecialiter pro confirmatione ſuæ depoſitionis, vt notat Clar. *q.* 45. Et ita quod quando ſocius criminis in tortura nominauit ſocium prius ſponte debet extra torturam hanc depoſitionem ratificare, & poſtea iterum (licet leuiter) torqueri vt depoſitionem in tortura confirmet, vt defectum infamiæ purget, Farinac. *d. q. 43. num.* 139. Iterum autem vt dixi *cap. in fidei fauorem num. 42. & 43. de haeret. in 6.* addo quod in cauſa fidei huiuſmodi teſtes non torquentur.

65. Be-

65. Bene verum eſt, quod depoſicio ſocij criminis, vt afficiat inculpatum debet eſſe iurata; & ideò vel ante torturam debet ſocio criminis dari iuramentum de veritate dicenda, vel ſi ſocius criminis ſponte in tortura inculpet alium, debet ei ante ratificationem dari idem iuramentum.

66. Itaque ergo concludendo dicitur, quod depoſitio ſocij criminis aliquem inculpantis, ſi ſit nuda & non adminiculata, alijs indicijs legitimis & ſufficientibus, ſed ſola non facit indicium ad torturam, vel ad tranſmittendam informationem. Et nec ſufficit, quod iſta adminicula inducant præſumptionem in genere, quod delictum fuerit factum cum ſocijs, ſed neceſſe eſt quod inducāt ſufficientem præſumptionem in indiuiduo v. g. contra Titium ad hoc vt ex depoſitione Meuij ſocij criminis Titius poſſit torqueri. Farinac. *d. q.* 43. *num.* 155. An verò depoſitio ſocij criminis ſit adminiculata arbitrabitur Iudex pro perſonarum & delicti qualitate. Menoch. *de arbitr. caſ.* 474 *num.* 47. Maſcard. *de prob. lib. 3. concluſ.* 315. *num.* 53. Cenſenda vero erit adminiculata, & ſufficiet ad torturam, nedum ſi adſit alius teſtis de viſu, qui ſit omni exceptione maior, ſed etiam ſi adſint plures teſtes de auditu. Item ſi adſit inimicitia inculpati cum eo, qui fuit occiſus. Item ſi cum dicto ſocij criminis concurrat fama contra inculpatum. Item ſi cùm dicto ſocij criminis concurrat fuga inculpati ante formatam inquiſitionem. Item ſi cum dicto ſocij criminis concurrat conuerſatio & amicitia ſtricta & ſpecialis inculpati cum ſocio inculpante. Item quando cum ſocio criminis nominante habuit nominatus ſecretum allocutionem; ſed tamen neque ex ſolis prædictis depoſitio ſocij criminia cenſeri debet ſufficienter adminiculata ad torturam nominato inferendam, niſi vt dicitur in *cap. in fidei fauorem de hæreſ. in* 6. & *in l. ſicut 6. de quæſ.* depoſitio ſocij criminis ſit ita veriſimilis, vt ex veriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtium & perſonarum, tam deponentium, quam eorum contra quos deponitur qualitate, & alijs circumſtantijs ſic teſtificantes falſum non dicere præſumantur.

67. Quod ſi ſocius criminis alias habeat inhabilitate ſi vnam ſolam aliam habeat, ex qua ex duplici cauſa ſit inhabilis ſecundum multos, (ſed de hoc dicam infra *num.* 23.) nunquam faciet indicium ſufficiens ad torturam, etiam ſi ex ſtatuto ſocius criminis admittatur in teſtem, & etiam ſi depoſitio ſocij criminis emanauerit in tortura, Menoch. *de arbitr. caſ.* 474. *num.* 54. Clar. *q.* 24. Farinac. *q.* 43. *num.* 178. Et apud iſtos alij innumeri. Niſi præter dictum ſocij criminis adſint alia indicia de ſe ſufficientia ad torturam inferendam. Et ideò etiam in caſibus exceptis dictum ſocij criminis varij in deponendo, & ideò periuri, etiam ſi ſit tortura confirmatum, non facit indicium ad torturam contra nominatum. Et licet Clar. *d. q.* 21. dicat de conſuetudine ſeruari contrarium, tamen hoc ad ſummum admitti poſſet in locis vbi adeſt hæc conſuetudo, quæ non eſt vniuerſalis, & niſi ſaltem adminicula ſint grauia id practicari non debere ait Farinac. *d. q.* 43. *num.* 184. Sed præcipuè vbi ſocius criminis ſit varius, & ſibi contrarius, & ſiue ſponte, ſiue interrogatus legitimè, & ſiue extra torturam ſiue in tortura exculpet, quem prius inculpauit, aut è contra, non facit indicium ad torturam, neque ad tranſmittendam inquiſitionem tamquam periurius, vt poſt Carrett. Grammat. Natt. Rolan. Cephal. & alios probat Farinac. *d. q.* 43. *num.* 185. Sed videnda ſunt, quæ dicam infra *art.* 23.

68. Bona etiam fama inculpati per ſocium criminis tollit vim depoſitionis ſocij criminis, niſi cum dicto illius concurrant præſumptiones, & adminicula, quæ inculpati bonam famam ſuperent. Menoch. *de Arbitr. caſ.* 474. *num.* 42. Maſcard. *de prob. lib. 3. concluſ.* 1311. *num.* 16. Farinacc. *d. q.* 43. *num.* 18. & 188.

69. Conſiderant etiam plures DD. an ſocius criminis ſponte vel interrogatus aliquem inculpet. Et certè ſi quis ſponte ſe exponat examini, & in caſu, in quo reuelanti eſt promiſſa impunitas, ſua voluntate Iudicem adeat, & aliū tamquam ſocium inculpet, multum diminuitur de eius fide, quod eo magis eſt verum, ſi reuelanti ſit à Iudice promiſſa impunitas, quia in primo caſu reuelans eſt potiùs accuſator, & denunciator quam teſtis; & in ſecundo caſu videtur corruptus ob promiſſam impunitatem, ſed vbi ſocius criminis interrogatus & monitus, vt dicat veritatem, & ſeriem facti narret, ſi ſponte aliquem inculpet, non minuitur eius fides, ſed tantùm probat, quantùm probaret, ſi interrogatus de ſocijs aliquem nominaſſet, Clar. *q.* 21. Dec. *conſ.* 8. *num.* 54. *c.* 1. Farinac. *d. q.* 43. *num.* 190. & 191.

70. Depoſitio etiam extorta per torturam illegitimè datam ſicut non nocet ipſi Reo, ſic nec nocet inculpatis per ipſum.

SVMMARIVM.

71 *Teſtes criminoſi repellendi ſunt.*
Qui criminoſi repellantur a teſtimonio. ibid.
Ad repellendum criminoſum requiritur, quod ſit damnatus. ibid.

72 *In cauſa ciuili, aut criminali ciuiliter intentata teſtis criminoſus admittitur.*
In criminali non admittitur. ibid.
Quomodo in cauſa criminali criminoſus emendatus admittatur in teſtem. ibid.
Quomodo probanda ſit emendatio. ibid.

73 *Dum pars non opponit, teſtimonium criminoſi valet.*
Poteſt tamen Iudex illum repellere ex officio. ibid.
Eius teſtimonium non eſt integræ fidei. ibid.

74 *In criminalibus etiam exceptis criminoſi admittuntur in teſtes.*

75 *Quomodo admittantur in teſtamentis & inſtrumentis.*

76 Etiam admittuntur quando veritas aliter haberi non poteſt.

77 Pars poteſt excipere contra teſtem criminoſum. Ipſe teſtis poteſt probare ſuam innocentiam, qua probata admittendus eſt in teſte. ibid.

78 Pendente accuſatione ſeu inquiſitione criminoſus non eſt admittendus in teſtem niſi in criminibus exceptis.

ARTICVLVS XV.

De Teſte criminoſo.

71. TEſtem criminoſum repellendum eſſe, habetur ex *cap. ſuper eo, & cap. teſtimonium de teſt. & cap. conſtituimus 3. q. 5.* & ad iſtos textus Gloſſ. & alij DD. De iure vero Canonico omne peccatum mortale iudicatur graue crimen. Panormit. *in cap. teſtimonium nu. 3.* Felin. *num. 7.* & ſic à teſtimonio repelluntur homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, adulteri, meretrices, concubinarij, vſurarij, apoſtatæ à Religione, venefici, periuri, falſarij, & ſimiles. Non ſufficit verò ad repellendum criminoſum quod ille pluries fuerit de delicto inquiſitus, & carceratus, ſed requiritur etiam de iure Canonico quod fuerit damnatus, vel ſaltem quod crimen oppoſitum ſit probatum. *cap. ſuper eo de teſt.* vbi Gloſſ. Panormit. *nu. 3.* Felin. *nu. 3.* Sylu. *v. teſtes num.* 1. Et quidem non ſufficit, quod opponatur crimen in genere, ſed eſt neceſſe quod probatum ſit crimen aliquod in ſpecie, cum circumſtantijs loci, & temporis. *cap. præſentiam de teſtibus in 6.* Imo neceſſe eſt, vt probetur quod criminoſus pro tali communiter habetur Farin. *q. 56. num.* 156. Maſcard. *lib. 2. concluſ. 27. num.* 2. Eliſeus *tract. 3. q. 8. num. 7.* Et neceſſe eſt, quod in crimine aliquo etiam perſeueret ſaltem, ſcilicet, in criminis reatu, licet non perſeueret in actuali & continua ſucceſſione delinquendi.

72. Criminoſus enim in cauſa ciuili, aut criminali ciuiliter intentata admittitur. In criminali vero non admittitur vbi teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, vt in cauſa matrimoniali *cap. 1. de conſanguin.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1316. *num.* 16. Sed non generaliter in cauſa criminali criminoſus emendatus admittitur *cap. teſtimonium de teſtibus* Panormit. *nu.* 8. Felin. *n.* 24. Spec. *tit. de teſtibus* §. 1. *num.* 24. Niſi cauſa ſit modici præiudicij, Farinac. *qu.* 56. *num.* 136. Vel niſi in caſibus in quibus admittuntur teſtes, qui patiuntur aliquam exceptionem, vt quando admittuntur ad defenſandam, & probationem innocentiæ, Clar. §. *finali q. 24. verſ. quæro modo*. In hoc vero caſu emendatio debet probari, quia non præſumitur. Probatur vero per ſacerdotem confeſſorem, vt tradunt DD. *in d. cap. teſtimonium*, vel per teſtes, vel per triennalem laudabilem vitam, Farinac. *d. q. 46. num.* 140.

73. Parte etiam non opponente valet teſtimonium criminoſi, & nihilominus Iudex ex officio poteſt criminoſum repellere, imo Iudex non debet ſequi dictum criminoſi, prout dicitur etiam de teſte infami, Farinac. *q. 56. num.* 145. Sed tamen ſi pars tempore debito non opponat, depoſitio teſtis ſuſtinetur, nec pars poteſt opponere, licet non per hoc teſtis criminoſus haberi debeat, vt teſtis integræ fidei. In ſecunda tamen vel alia inſtantia, etiam ſi non ſit oppoſitum in prima inſtantia poteſt opponi, niſi hoc fiat in fraudem. Panormit. *cap. 1. de except. num.* 18. & Felin. *cap. ſuper eo de teſt.*

74. In criminalibus etiam exceptis, ſicut infames, ita & criminoſi admittuntur in teſtes, & ſic admittuntur in criminibus ſodomiæ, hæreſis, ſacrilegij, dilapidationis bonorum Eccleſiæ, fraudatæ annonæ, vel fraudati publici cenſus. Videantur Farin. Maſcard. *de prob.*

75. In teſtamentis etiam & inſtrumentis teſtes criminoſi admittuntur, niſi nedum ſint tales, ſed publicè habeantur vt tales, in quo caſu tamen, qui vult illos excludere, debet probare, quod nedum ſint ſed publicè habeantur vt criminoſi, Farinac. *q. 56. num.* 14. & 157.

76. In cauſa etiam in quibus aliter veritas haberi non poſſit, criminoſus admittitur, ſicut dictum eſt de teſte infami.

77. Poteſt teſtis probare ſuam innocentiam, qua probata admitti debet, & qui induxit teſtes poteſt probare eos eſſe integræ famæ & excipere contra teſtes contrarios. Et ſicut qui excipit contra teſtem tenetur contra illum probare eum eſſe criminoſum, & pro tali haberi, ita producens teſtem tenetur probare illum, vel innocentem, vel emendatum eſſe. Et imo Iudex niſi probabiliter ignoret illum eſſe criminoſum, non poteſt ex officio illum admittere, ſed teneatur vel eum reijcere, vel eius innocentiam, aut emendationem probare. Spectat enim ad Iudicis officium, ne aliquis grauetur, Felin. *cap. teſtimonium de teſt. num.* 3. Maſcard. *concluſ.* 1356. *num.* 1. Farinac. *q.* 56. *num.* 145. Bictus *q. 31. num* 7. Eliſeus *tract. 3. q. 8. num.* 13. Et ita quod ſi criminoſus fuerit admiſſus, vel ad inſtantiam partis, vel à Iudice ex officio, pars poterit excipere & probare teſtem criminoſum eſſe. Et hoc ſufficiet ad eum excludendum, & ſi dicatur illum fuiſſe emendatum, hoc probandum erit ab inducente teſtem, etiam ſi Iudex fuit, qui illum ex officio induxit.

78. Pariter in cauſa pendente accuſatione aut inquiſitione criminoſus, aut carceratus pro graui crimine, aut bannitus non eſt admittendus niſi in criminibus exceptis & alijs, in quibus criminoſus admitti poteſt, vel niſi quis accuſauerit aliquem ex malitia, vt excludat eum ne ſit teſtis. Bictus *q. 24. num.* 45.

SVMMARIVM.

79 Periurus non poteſt admitti in teſtem.
Etiamſi fuerit emendatus. ibid.
Quid requiratur ad hoc vt periurus reijciatur. ibid.

Ex

Ex generali conceſſione admittendi teſtes inhabiles, non admittitur periurus. ibid.

80 *Quando iuramentum eſt illicitum, & violans tale iuramentum non eſt periurus, tunc admittitur.*

Si tamen temere iurauit, reijcitur ex alio capite. ibid.

81 *In cauſa hæreſis, & in omni caſu, in quo id Papa concedit, periurus admittendus eſt.*

ARTICVLVS XVI.

De Teſte periuro.

79. HVnc reijciendum eſſe habetur *cap. ſi quis conuictus, & cap. paruuli 22. q. 5. cap. quicumque 6. q. 1. cap. ex parte, cap. ſicut nobis cap. teſtimonium de teſt. cap. per tuas de ſimon.* & ad iſtos textus Gloſſ. & DD. ille enim qui ſemel iurauit falſum eſt ſuſpectus; ne iterum mentiatur & periuret, maximè ſi fuit periurus in teſtificando. Et ideò periurus etiam emendatus tam in cauſa ciuili quam in criminali reijcitur à teſtimonio *cap. teſtimonium de teſtib.* & ibi Gloſſ. *in verbo periurij*, Panormit. *num.* 70. Felin. *num.* 19. Farinac. *q. 16. num.* 12. Et ita quod teſtis periurus nedum non faciat indicium ad torturam, vel ad tranſmittendam informationem, ſed ſecundum aliquos nec etiam ad capturam, Farinac. *q.* 16. *à nu.* 186. Et ad hoc vt periurus reijciatur, ſufficit vt probetur periurus in aliquo etiam acceſſorio, & extrinſeco. Et hoc vitium non purgatur per torturam maximè in cauſa criminali. Et ex generali conceſſione admittendi teſtes inhabiles non poteſt admitti periurus, niſi id ſpecificetur. Gloſſ. *cap. per tuas v. adulterii de ſimon.* & ibi Panormit. *num.* 22. Et concluſio poſita verificatur de quacumque violatione iuramenti, ſiue aſſertorij, ſiue promiſſorij, Farinac. *q.* 56. *num.* 197.

80. Si tamen iuramentum ſit temerarium, & illicitum, & hoc ſit certum, quia violans tale iuramentum non eſt periurus, ideò talis à teſtimonio non reijcitur, niſi ſit dubium an iuramentum ſit illicitum. Panormit. *cap. teſtimonium de teſt. verſ.* & Felin. *num.* 19. Qui tamen temerè ſic iurauit, ex alio capite reijcitur, quia, ſcilicet, eſt criminoſus, & peccauit mortaliter, & ideo iuxta ſupradicta non admittitur, niſi emendatus.

81. In cauſa tamen hæreſis periurus admittitur & in omni caſu, in qua id Papa concedit, *cap. In fidei fauorem, & cap. Accuſatio §. licet de hæret.* in 6. Et in omnibus caſibus, in quibus non ſeruans iuramentum excuſatur a periurio Quando autem teſtis eſt periurus, & ſibi contrarius, an ſtandum ſit primo, vel ſecundo eius dicto explicatum eſt. *d. cap. Accuſatus* vbi alia multa.

SVMMARIVM.

82 *Excommunicatus non admittitur in teſtem, ſi non ſit abſolutus, ſeu declarata ſit nulla excommunicatio.*

83 *Requiritur etiam coram Iudice laico.*

Iudex eccleſiaſticus poteſt compellere Iudicem laicum ne admittat excommunicatum. ibid.

Quomodo Iudex ex officio debeat reiicere excommunicatum. ibid.

84 *Excommunicatus duplici titulo reiicitur.*

In fauorem fidei admittitur excommunicatus in teſtem. ibid.

Et in omni caſu in quo admittitur infamis. ibid.

85 *Quid ſit dicendum de excommunicato occulto.*

ARTICVLVS XVII.

De teſte excommunicato.

82. QVamuis excommunicatus non ſemper ſit infamis per DD. quos ſequitur Farinac. *quæſt.* 6. *num.* 246. ſemper tamen à teſtimonio eſt reijciendus *cap. veniens el 2. de teſtibus cap. excommunicamus el 1. §. credentes de hæret. cap. decernimus de hæres. in 6.*. Et ad hos text. DD. communiter, & hoc eſt verum etiam ſi excommunicatio ſit nulla, antequam tamen eius nullitas declaretur, vel niſi excommunicatus abſoluatur ad cauthelam, ſic enim abſolutus poteſt eſſe teſtis. Et ſi ante abſolutionem fuerit malè examinatus, poteſt poſt abſolutionem iterum valdè examinari, ſi tamen illum producens excommunicationem ignorabat, Farinac. *q.* 56. *num.* 249. *& ſeqq.*

83. Cæterum excommunicatus reijcitur vt non ſit teſtis, etiam coram Iudice laico, *cap. decernimus de ſent. excomm. in* 6. Et ita quod Iudex laicus à Iudice Eccleſiaſtico poſſit compelli, vt in teſtem non admittat excommunicatum, Franc. *d. cap. decernimus not.* 3. Neque tamen Iudex laicus poteſt cognoſcere de iuſtitia & valore excommunicationis. Poteſt tamen cognoſcere, an teſtis de facto ſit excommunicatus, vt notat Dominic. *d. cap. decernimus nu. 4. de hæret. in* 6. Et ſic nedum parte opponente, ſed Iudex ex officio poteſt & debet excommunicatum reijcere. Franc. *d. cap. decernimus Domin. num.* 3. Et ita vbi conſtet aliquem fuiſſe excommunicatum, etiam contra alium excommunicatum non poteſt admitti in teſtem, niſi probet abſolutionem, *ad text. cap. propoſuerit de Cler. excom. miniſ.* vbi Gloſſ. & DD. niſi excommunicatio fuerit conditionata, vel ſi teſtis publicè habetur pro abſoluto; vel ſi is, qui fuit excommunicatus, dicat ſe abſolutum, ſed perdidiſſe inſtrumentum abſolutionis, vel in caſu electionis, quando electio dicitur nulla, tamquã facta ab eo, qui prius fuerat excommunicatus. In his enim quatuor caſibus præſumi abſolutionem ab excommunicatione ex Panormit. Alciato, & Menoch. tradit Farinac. *qu.* 56. *num.* 259. Cæterum exceptio excommunicationis contra teſtem opponi poteſt etiam lapſo termino dato ad opponendum, *Clement. 1. de except.*

84. Aduertendum quoque quod excommunicatus

Digitized by Google

catus repelli poteſt duplici titulo; & quia criminoſus, & quia excommunicatus, ita vbi aliqui criminoſi ſolent excommunicari, ſicut ſolet fieri in non confeſſis, & non excommunicatis contra præceptum Eccleſiæ, ex eo quod conſtet de delicto, vt v. g. quod Titius non fuit confeſſus & communicatus, poteſt quidem reijci vt criminoſus, non tamen vt excommunicatus, niſi vt talis ſit denunciatus, Farin. *d. qu. 56. num. 264.* Et ita ratione excommunicationis non reijcitur ille, qui tempore depoſitionis non erat excommunicatus. Nec excommunicatus ſub conditione pendente conditione. Nec abſolutus ab excommunicatione. In crimine tamen hæreſis excommunicatus admittitur in teſtem, *cap. in fidei fauorem de hæret. in 6.* Dicitur etiam quod excõmunicatus admittitur in omni caſu, in quo admittitur teſtis infamis, Farinac. *q. 564. num. 281.* & in ſpecie quod admittatur in caſibus difficilis probationis, dixit Scroi *p. 4. cap. 3. num. 17.* & ex Barboſ. *in cap. veniens de teſtibus num. 38.* vbi quod debet abſolui ad effectum teſtificationis.

85. Sed numquid etiam excommunicatus occultus reijcitur ne ſit teſtis? negant alij, alij affirmant; ſed certum eſt, quod ſi excommunicatio ſit probata coram Iudice, teſtis excluditur, & ſaltem vt criminoſus ſemper excommunicatus debet excludi, ſed quia excommunicatus tolleratus non eſt, ita priuatus communione, vt alii non poſſint cum illo communicare, ex hac cauſa non eſſet reiiciendus, ſed tamen adhuc conſiderari debet, quod ille non poteſt communicare cum aliis, ideò quilibet excommunicatus reiici poteſt. Probari tamen debet excommunicatio, ſiue ſit ab homine, ſiue à iure, ſed de illis videri poſſunt adnotata *cap. 1. de except. in 6.* vbi latè agitur de exceptione excommunicationis.

SVMMARIVM.

86 *Iudæus & Infidelis non poteſt eſſe teſtis in cauſis Chriſtianorum.*
Quid ſit dicendum de neophito. ibid.
87 *In cauſis contra Iudæos, Iudæus poteſt eſſe teſtis.*
Pariter Infidelis contra Infidelem teſtis eſſe poteſt. ibid.
In quibus caſibus Iudæus & Infidelis poſſint eſſe teſtes. ibid.
88 *Quomodo in foro Regulari Iudæi, & Infidelis poſſint eſſe teſtes.*

ARTICVLVS XVIII.

De Teſte Iudæo, & Infideli.

86. NEc Iudæus, nec Infidelis in cauſis Chriſtianorum teſtis eſſe poteſt, *cap. non poteſt cap. pagani 2. q. 7. cap. ipſa pietas 23. q. 4. cap. Iudæi de teſt. l. quoniam de hæret.* Nam huiuſmodi infideles, & inimici ſunt Chriſtianorum, eſt diuina teſtimonia contemnentes fidem non merentur. Et quia dubius in fide infidelis eſt, ideò nec iſte teſtis eſſe poteſt. Quod verò quamplures hoc extendunt etiam ad neophitos, quia iſti reiiciuntur ab ordinibus, *cap. 1. & 2. diſt. 28.* non omnino placet. Non enim eadẽ eſt ratio de miniſterio altaris, quod requirit in Miniſtro condignitatem quamdam ſingularem, vnde nec omnes licet alias iuſti, & ſanctiſſimi ad illud admittuntur, vt vxorati, & bigami, & mulieres, & de ferendo teſtimonio ad quod ſufficit, quod ceſſet ſuſpicio falſitatis, quæ ceſſat in infideli baptizato, qui per Baptiſmum factus eſt nouus homo, & Chriſtum induit. Facit. *cap. fidelis, & cap. Sanctitas tua diſt. 50.* Et hoc multis probat Tiraquel. *tract. de Iudæis p. 2. cap. 4.* Ideò niſi aliud ex aliqua circumſtantia habeatur, vt quia Iudæus conuerſus ad fidem neglexit reducere filios ad fidem, vel aliunde apparet ex motiuo temporali recepiſſe baptiſmum, non video cur neophitus reiiciendus ſit ſimpliciter, ne ſit teſtis, quamuis non nihil diminutæ fidei habere poſſit. Quod multo magis procedit in hæretico conuerſo de recenti, quia hæreſis eſt crimen læſæ Maieſtatis *cap. vergentis de hæret.* Quamobrem in his ſeruanda ſunt, quæ de criminoſis pœnitentibus & de infamibus adnotata ſunt.

87. Contra iudæos vero poteſt iudæus eſſe teſtis, & infidelis contra infidelem. Et ita quod ſi Chriſtianus inducat iudæum in teſtem contra hæbreum, talis probat etiam contra inducentem. Inſuper ſecundum aliquos iudæus poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum ad fauorem alterius Chriſtiani. Ceſſat enim præſumptio odij contra nomen Chriſtiani, ſed hoc eſt contra text. *in d. cap. ſi hæreticus 2. quæſt. 7. & in l. quoniam de hæret.* Specul. *tit. de teſt. §. 1. num. 59.* Bene iudæus poteſt eſſe teſtis, vbi agitur de conuincendo Chriſtiano reuerſo ad iudaiſmum *cap. contra Chriſtianos de hæres in 6. & ibi gloſſ.* & extra iudicium etiam iudæus teſtis eſſe poteſt in contractibus, & teſtamentis *l. quoniam C. de hæret.* quod limitatur, vt nõ procedat, quando alias ſuper contractibus examinantur in iudicio. Farinac. *q. 56. n. 222.* Iudæum etiam poſſe eſſe teſtem contra Chriſtianum, ſi ille tacitè, vel expreſsè conſentiat, dixerunt plures, quos refert Farinac. *q. 56. n. 225.* Sed alij hoc negant, quia inhabilitas iudæi ad teſtificandum eſt in fauorem fidei, cui priuatus non poteſt renunciare. Felin. *cap. iudæi num. 5. de teſtibus.* Sed ratio potiſſima, ob quam iudæi excluduntur à teſtimonio contra Chriſtianos, eſt præſumptio inimicitiæ, & falſitatis; Et ideo pars poteſt huic fauori renunciare. In criminibus vero exceptis, vt in crimine hæreſis iudæus admittitur in teſtem. *cap. in fidei fauorem, & cap. contra Chriſtianos de hæret. in 6.* ſed tamen non facit plenam probationem. Eodem modo iudæi, & infideles admittuntur, ſi veritas aliter haberi non poteſt, vel etiam vbi ſit conſuetudo legitimè præſcripta, vt iudæi,

ſeu

ſeu infideles admittantur in teſtes. Et cum admittitur iudæus in teſtem debet iurare ſecundum legem ſuam, & cogendus eſt ſeruare iuramentum. Videantur de his adnotata *cap. in fidei fauorem, & cap. contra Chriſt. de hæretic. in 6.*

88. Sed difficultas eſt, an in foro regulari ex priuilegio admitti poſſit Iudæis. Affirmat Bičius *q. 33. num. 6.* Quia in hoc foro ſola rei veritas inſpici debet, ſed negat Mordicus Eliſeus *tract. 34. à num. 4.* ſed leuibus innititur fundamentis. Pretendit enim, quod præſumpta inimicitia de iure naturæ repellat teſtem, quod ſi eſſet verum, non poſſent admitti Iudæi in teſtes in caſibus læſæ maieſtatis, aut in quibus veritas aliter haberi non poteſt; Et cum præſumptio inimicitiæ ſit fallax, & vincatur ex contrarijs præſumptionibus, ideo de iure naturæ arbitrarium eſt Iudici, vt videat ſi Iudæus, vel infidelis admitti poſſit in teſtem, & ceſſante præſumptione inimicitiæ admitti poteſt. Minus vero probat aliud, quod Eliſeus affert de iuramento Iudæorum. Euidens enim eſt eos iurare poſſe, quantum neceſſe eſt, cum in multis caſibus admittantur à iure ad iurandum. Pariter non obſtat, quod iudæi ſint infames, vel criminoſi, quia vt probatum eſt in foro Regulari criminoſi, & infames ſola infamia facti admittuntur. Ad hoc vero vt iudæi ſint infames ſpeciali infamia iuris, non ſufficit, quod infidelitas eorum ſit notoria notorietate facti, vt etiam ſupra eſt probatum. Solum igitur ſi ſint infames notorietate, & infamia iuris admitti non poſſunt. Cætera, quæ adducit Eliſeus ſolum probant, quod iudæi, vel infideles non ſint regulariter teſtes integræ fidei.

SVMMARIVM.

89 *Teſtes inhabiles, & non integræ fidei ſunt illigitimi, etiam legitimati.*
Luſores. ibid.
90 *Birruarij, Ebrij.*
91 *Hiſtriones, & Buffones, Arenarij, & Beſtiarij.*
92 *Apoſtatæ à Religione.*
93 *Decocti, & falliti.*
94 *Fuſtigati.*
95 *Prodigi.*
96 *Litigatores continui, & litium redemptores.*
97 *Vſurarij.*
98 *Pauperes, qui ex culpa inciderunt in paupertatem.*
99 *Perſonæ viles, ignotæ, & occultæ.*
100 *Teſtis ratione vilitatis admittendus eſt cum torturæ.*
Inhabilitas teſtis, quæ non fundatur in culpa admittitur ſine tortura.
101 *Quomodo mulieres ſint admittendæ, vel reijciendæ.*
Et in quibus caſibus illarum dictum probet. ibid.

Monialis teſtimonium non eſt plenæ, & integræ fidei. ibid.

ARTICVLVS XIX.

De Reliquis teſtibus inhabilibus.

89. Fidei integræ non ſunt illegitimi, etiam legitimati. Et hac ratione infamiæ facti, quæ in illis manet, niſi ſint bonæ vitæ, & famæ, & nobiles, quia hi reputantur integræ fidei: Farinac. *q. 56. num. 402.*

Luſor etiam conſuetudinarius ludis prohibitis reijcitur, ſi tempore teſtimonij luſor comprobetur, non vero antea, vel poſt, & niſi vbi veritas aliter haberi non poteſt. Farinac. *num. 427.*

90. Birruarijs non creditur, niſi in ijs, quæ ſpectant ad officium, non tamen in annexis ad illorum officium, & præcipuè ſi grauia ſint, vt adnotaui *cap. in fidei fauorem de hæret. in 6.*

Inebriari ſolitus, etiam ſi tempore teſtimonij non ſit ebrius, ſicut & Tabernarij, & Popinones non ſunt teſtes idonei, Farinac. *q. 56. num. 434.*

91. Hiſtriones, & Buffones, & ſimiles, qui queſtus gratia has artes exercent, tamquam infames reijciuntur; & idem dicitur de Arenarijs, & Beſtiarijs. Farinac. *quæſt. 56. num. 439. & ſeqq.*

92. Apoſtatæ à Religione cum ſint infames *cap. infames 6. q. 1.* Addit Eliſeus *tract. 3. q. 12. num. 9.* Quia Apoſtatæ ſunt periuri contra iuramentum, quod emiſerunt in profeſſione. Sed non video, quod Religioſi de iure communi iurent in profeſſione, licet voueant, & ideo Apoſtatæ ſint ſacrilegi; Addit eos eſſe excommunicatos *cap. 2. ne clerici in 6.* ſed vniuerſaliter Apoſtata non eſt excommunicatus, niſi dimiſerit habitum.

93. Decocti quoque, & falliti tamquam infames non ſunt integræ fidei.

94. Fuſtigatus perpetuo repellitur, quia infamis *l. fuſtibus t. ex quibus cauſis infamis* Farinac. *q. 56. num. 456.*

95. Pariter reijcitur, prodigus, quia infamis infamia facti *l. ſi cui bonis ff. de teſtam.* ſed intelligitur de illo prodigo, cui bonis fuit interdictum, alias admitti poteſt, etiam ſi ſit notorius. Farinac. *num. 458.*

96. Continuum etiam litigatorem, & litium redemptorem vt infamem ex præſumpta calumnia reijci ex Menoch. & Maſcard. aduertit Eliſeus *tract. 3. q. 12. num. 15.*

97. Vſurarius vero reijcitur, etiam poſt peractam pœnitentiam, niſi ſit reſtitutus ad honorem, licet ſi ſit occultus admittatur in teſtamentis Farinac. *n. 352.*

98. Item pauperes non ſunt integræ fidei. Arbitrarium vero eſt iudici iudicare, quis ſit pauper; nam nobilis pauper cenſebitur, ſi non habet, vt congruè viuat ſecundum ſtatum

ſuum

ſuum, licet habeat quantum habet ruſticus diues. Et pauperes cenſentur, qui non niſi ex arte mechanica viuunt. Et præcipuè pauperes iudicantur ad hunc effectum, qui ex culpa in panpertatem inciderunt. Menoch. *de arbitr. caſu 69.* Farinac. *q.* 167. *num.* 45. *& ſeqq.* Sed tamen pauper honeſtæ famæ, & vitæ eſt integræ fidei. Gloſſ. *in l.3. in vi ff. de teſtibus*. Farinac. *q.* 56. *num.* 76. Et quamuis non eſſet fidei plenæ ex legalitate alterius teſtis ſuppletur eius defectus. Farinac. *q.*57. *n.*96.

99. Viles perſonæ etiam ſunt diminutæ fidei, & viles dicuntur, vel ex officio vili, quod exercent, vt ſunt hiſtriones, meretrices &c. & alij ex officio infames; vel quia ſunt ex infima plebe. Bonin. *de paup. q.6.* Imo pauperes iſti, & viles perſonæ in criminalibus non debent admitti in teſtes ſecundum aliquos, ſed verius eſt, quod teſtis ob ſolam paupertatem non reijcitur. Panormit. *cap. ſi quis teſtium num.* 8. *de teſtibus* Menoch. *de arbitr. caſu* 96. *num* 4. Carena *p.3. tit.5. num* 63. quod maximè procedit, ſi pauper ſit perſona honeſta. Clar. §. *finali q.* 24. Ideo pauper ſolum ſi habeat aliam inhabilitatem tunc non admittitur. Inter viles etiam numerari poſſunt ignoti, & occulti. Qui non niſi cum tortura admittuntur. Tabien. *v. teſtis in princ.*

100. Sed ſi teſtis ſimul ſit pauper, & vilis, nec cum tortura poſſe in exceptis admitti, vt plenè probet vult Eliſeus *tract.* 3. *q.* 3 *num.* 11. Ex eo quod tenetur duplici defectu, tortura enim vnum ſolum defectum tollit. Sed quod ex ſola vilitate teſtis non reijciatur in totum, ſed ſolum ſit fidei diminutæ, & admittantur ſine tortura, niſi etiam ſint infames, probat multis citatis Farinac. *q.* 57. *n.* 61. *&* 63. Et ideo pauper, & vilis, ſolum quia vilis, vt plenè probet torquendus erit, quia ratione ſolius paupertatis, non eſt torquendus, & ſic vna tortura ſufficit. Præterquam quod tortura, vel repetita, vel grauior plures defectus purgat. Imo, ſi qui dicitur vilis eſt perſona honeſta, & ex ſorte ſua, non ex malis operibus datum eſt exercere vilia officia, ſeu artes neceſſarias, ei creditur ſine tortura Scroi *p.* 4. *cap.* 3. *nu.* 12. Imo abſolutè dicitur, quod vbi inhabilitas teſtis non fundatur in crimine, admittitur ſine tortura, & ideo pauperes, viles, bettuarij, tabernarij ſine tortura admittuntur in teſtes. Farinac. *conſ.*38. *num.* 12. Guazz. *def.* 19. *c.* 10. *num.*10. Scroi *p.*4. *c.*3. *n.*26.

101. Mulieres quoque de iure Canonico repelluntur in criminalibus, *cap. mulieres* 35. *q.* 5. *cap. quoniam de teſtibus*. *cap. forus de verb. ſignificat.* Mulieres enim mendaces ſunt, fallaces, doloſæ, mutabiles. Et nihilominus, etiam de iure Canonico mulier admittitur in cauſa criminali ciuiliter intentata. *cap. tum literis, de teſt. vbi gloſſ. in v. fœminas*. Panormit. *n* 1. Felin. *num.* 1. Sylu. *v. teſtis num.* 2. Niſi pœna in tali caſu imponenda applicanda eſſet fiſco, quia tunc cauſa reputatur criminalis. Farinac. *q.* 59. *num.* 6. 7. *&* 8. ſed hoc non admittit Eliſeus *tract.* 3. *q.* 15. *num.*3. quia vbi agitur de reddendo cuique, quod ſuum eſt, ſemper cauſa eſt ciuilis. In ſubſidium etiam iura Canonica non reijciunt mulieres. Panormit. *cap. quoniam de teſt. num.* 2. Felin. *num* 2. Imol. *num.*2. Ideo in ijs factis, quæ non per maſculos, ſed per fœminas tractantur, ipſæ admittuntur. Farinac. *q.*59. *num.*8. Sed amplius quando iudex procedit ex officio per inquiſitionem, vel ſimplicem denunciationem, & non ad inſtantiam accuſatoris, mulieres etiam in criminalibus admittuntur. *gloſſ. in cap. quoniam in verbo mulieres de teſt.* & ibi Innoc. & Butr. *n.* 2. Farinac. *quæſt.* 59. *num.* 9. Item in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis, & in omnibus caſibus in quibus admittuntur infames, & vlterius ad rei defenſionem, & ad probandam innocentiam; de iure vero ciuili mulieres admittuntur etiam in criminalibus *ad text. in l. ex eo ff. de teſt.* Et aduertendum, quod licet de iure ciuili vidua, ſi ante completum annum à morte mariti, nubat, ſit infamis *l. ſi qua mulier C. de ſecundis nuptijs*, hoc non procedit de iure Canonico, *cap. Euphemium* 2. *q.* 3. *cap. penultimo, & vlt. de ſecundis nuptijs*. Et vlterius, licet in iure ciuili mulieres admittantur in criminalibus, vbi tamen agitur de pœna capitali, non ſunt omni exceptione maiores, & ſic duæ non conuincunt, imo nec tres ad mortem inferendam Carena *p.* 3 *tit.* 5. *num.* 14. Si tamen mulier alias patitur exceptiones, non admittitur, & vbi admittitur non eſt integræ fidei. Vndè in cauſa capitali, nec tres mulieres plenè probant, nec in alijs cauſis duæ tantum. Farinac. *q.* 59. *num.* 27. *&* 29. Et quia Farinac. *q.* 59. *num.*9. & Bictus *q.* 37. *num* 7. dixerunt regulam de non admittendis mulieribus ob limitationes eiuſdem regulæ corruere, hoc improbat Eliſeus *tract.*3. *q.*15. *num.*8. quia ſemper verum eſt, quod mulier non admittitur in prædictis limitationibus vt teſtis integræ fidei, ſed & hoc docent Farinac. & Bictus, qui nec abſolutè, ſed cum dictione ferè dixerunt regulam præfatam corruere. Inhabilitas enim fœminæ ratione ſexus non obligat ad torturam, niſi ipſa alios patiatur defectus. Farinac. *q.*67. *nu.* 380. ſunt etiam, qui volunt, quod monialis ſit teſtis integer in cauſis monialium. Rodriq. *t.*2. *q.*28. *a.*3, *in fin.* Lezana *part.*1. *cap.*27. *nu.* 15. Tamb. *diſp.* 4. de Abbatis *quæſt.* 7. *num.* 66. Pellez. *de monial. cap.*7. *num.*36. quos ſequitur Scroi *p.*4. *cap.* 3. *num.* 8. qui ex Sparar. vult, quod iſte, moniales probent integrè etiam contra fratres, qui deliquerunt apud eaſdem moniales, & monaſteria earum. Sed hoc negat Bordon. *cap.*16. *num.* 37. Sed dicendum eſt, quod infirmitas ſexus eſt à monialibus inſeparabilis, & ideo non admittuntur, niſi cum ſuis imperfectionibus, & ideo non ſunt plenæ, & integræ fidei,

SVM-

SVMMARIVM.

102 *Qualitas idoneitatis teſtium non eſt probanda, ſed praſumenda.*
Diuerſæ opiniones DD. ibid.
Quis ſit teſtis idoneus. ibid.
103 *Et quis ſit teſtis non idoneus, ſeu inhabilis.*
104 *Teſtis inhabilis in caſu neceſſitatis, & quando veritas aliter haberi non poteſt admittendus eſt.*
Explicatur quomodo, & in quibus caſibus veritas haberi non poſſit. ibid.
105 *In factis in quibus ſoli teſtes inhabiles interuenire potuerant non eſt neceſſe probare, quod ſoli inhabiles interfuerint, & num. 106.*
Hoc tamen probandum eſt in factis, in quibus ſpectatis communiter accidentibus teſtes habiles adeſſe potuerunt. ibid.
Quomodo hoc ſit probandum. ibid.
107 *Iudex procedens ex officio poteſt admittere teſtes inhabiles, ſi veritas aliter haberi non poteſt.*
Secus ſecundum aliquos ſi procedat ad inſtantiam partis. Quod non probatur ibid.
108 *Teſtes inhabiles poſſunt admitti in caſibus exceptis.*
Qui ſint caſus excepti. ibid.
109 *In caſu defenſionis innocentiæ teſtes inhabiles admittuntur.*
Non tamen admittuntur ad reprobandum teſtes examinatos. ibid.
Nec valent ad infercudam pœnam parti. ibid.
110 *Quando adeſt conſenſus illius, qui habet intereſſe in cauſa, teſtis inhabilis admittitur.*
Dummodo non ſit inhabilis inhabilitate inducta à iure in pœnam. ibid.
Neque ſit inhabilis de iure naturæ. ibid.
111 *Qui, & quales ſint teſtes inhabiles, qui admittendi ſunt, quando adeſt conſenſus partis.*
Et ſufficit conſenſus expreſſus, ſeu tacitus: ibidem.
Quæ requirantur ad conſenſum tacitum. ibidem.
112 *Et quomodo iudex poſſunt repellere teſtes inhabiles etiam parte non petente.*

ARTICVLVS XX.

In quibus caſibus teſtes non idonei admittuntur.

102. TEſtes non idoneos non eſſe admittendos eſt de iure certum. Sed tamen plures caſus ſunt in quibus admitti poſſunt. Eſt vero primo dubium, an qualitas idoneitatis teſtium ſit probanda ab illos inducere, vel potius præſumatur, niſi oppoſitum probetur. Multi enim diſtinguentes inter teſtem idoneum, & teſtem omni exceptione maiorem, ſeu integræ, & probatæ opinionis, ſeu qui ſit bonæ conditionis, & famæ, vel *integræ fidei*; dicunt, quod vbi lex, vel ſtatutum requirit iſtas conditiones expreſsè, illæ ſunt probandæ, imò & per producentem nominandæ, quod multis citatis tenet Farinac. *quæſt. 62. num. 6. & ſeqq.* & ſequuti ſunt Bictus *q. 59. num. 5.* Eliſeus *tract. 3. q. 16. num. 3.* Sed ſuppoſitum huius opinionis manifeſtam inuoluit contradictionem, quia nullus, contra quem adſit legitima exceptio, vel qui non ſit bonæ opinionis, & integræ fidei, eſt teſtis omni exceptione maior, & bonæ famæ, & fidei integræ. Cum ergo per eundem Farinac. & alios ab eo citatos *d. q. 62. num. 15.* vbi in teſte non requiritur, niſi idoneitas hæc qualitas non ſit probanda per inducentem teſtem, ſed ſupponatur, nec ſunt probandæ, aliæ qualitates dictæ, quod ſcilicet teſtis ſit omni exceptione maior, aut integræ fidei, aut bonæ famæ. Et ideo, quod etiam vbi lex, vel ſtatutum exigit expreſsè, quod teſtis ſit integræ fidei, vel legitimus, vel omni exceptione maior, non ſit neceſſe probare has qualitates, ſed quod præſumantur ſcripſit Stephan Lambert. *de contract. gloſ. 13. num. 49. & ſeqq.* quem refert idem Farinac. *num. 10.* Et quod conſuetudo obtinuerit, quod huiuſmodi qualitates non probentur, dixerunt Baiard. & Clar. *quæſt. 21. num 9.* Farinac. *q. 47. num. 215.* quos ſequitur Scroi *p. 4. cap. 2. num. 4.* Et certè quando lex requirit *v. g.* teſtem omni exceptione maiorem, hoc negatiue intelligi debet, vt, ſcilicet, ſit neceſſarius teſtis contra quem non ſit exceptio, non eſt vero exceptio contra teſtem, ſi nullus contra illum excipit. Et præterea tot ſunt exceptiones, quæ fieri poſſunt contra teſtes, quod magnus proceſſus fieri deberet pro quolibet teſte, vt probaretur eum nullam ex innumeris exceptionibus pati. Et ſi dicatur cum eodem Farinac. *num. 16.* ſufficere, ſi teſtes deponant, quod inductus in teſtem ſit bonæ opinionis, & famæ, & pro tali habeatur: Reſpondetur, quod hæc qualitas non indiget probatione, ſed præſumi debet, niſi aliud obſtet, malum enim, & defectus non præſumitur de aliquo, niſi probetur. In caſu tamen, in quo hæc qualitas probanda eſſet, poſſet iudex ex officio illam decernere, & poſſet recipi etiam poſt publicatas atteſtationes, & cenſetur probata, ſi teſtes ab hoc inducti dicant teſtem eſſe talem, & haberi pro tali communiter, Farinac. *q. 62. n. 16.*

103. Suppoſito igitur, quod teſtis idoneus ſit ille, qui nulla exceptione legitimè repelli poteſt, & ideo eſt omni exceptione maior, vt probatum eſt ſupra, ex conſequenti dicitur, quod teſtis non idoneus, ſeu inhabilis eſt ille contra quem poteſt opponi aliqua legitima exceptio. Et licet, regula iuris ſit teſtem inhabilem non debere admitti, tamen hoc fallit in multis caſibus.

104. Eſt igitur primus caſus, in quo teſtes

inhabiles ex eo, quod ſint aliquo modo ſuſpecti de falſitate poſſunt admitti caſus neceſſitatis; quia ſcilicet aliter veritas haberi non poteſt *l. conſenſu* §. *ſuper plagiis C. de repud. & l. omnes* §. *à Barbaris ff. de re milit. cap. veniens el 2. de teſt. & cap. fin. eod. tit. & ad iſtos textus DD.* quod & eſt verum etiam in criminalibus. Veritatem autem aliter haberi non poſſe dicitur, quando factum eſt tale, cui veriſimiliter non potuerunt intereſſe, niſi tales inhabiles, vt pluries contingit in delictis occultis, aut in iis, quæ fiunt de nocte, vel in iis, quæ fiunt in Collegio, vel Capitulo, vel Conuentu. Sed ſi factum fuit tale cui potuerunt intereſſe teſtes idonei, etiam ſi de facto non interfuerint, non poſſe admitti teſtes inhabiles ſentit Farinac. *quæſt.*62. *num.*63. & alibi ſæpè, & pro hac ſententia quamplures citat. Idem ſenſit Boſſ. & Maſcard. quos ſequitur Eliſeus *tract.* 3. *quæſt.* 17. *à num.*6. Sed & hic cognoſcitur, quod multitudo DD. non eſt tanti facienda, vt ab eorum ſententia recedendum non ſit. Ratio enim, quod in hoc caſu admittantur teſtes inhabiles eſt, quia veritas aliter haberi non poteſt; At vero ad hunc effectum per accidens ſe habet, quod facto potuerint intereſſe, vel non potuerint, ſi de facto ſoli inhabiles interfuerunt. Quia enim ad præteritum non datur potentia, ex quo de facto ſoli inhabiles teſtes interfuerunt, non poteſt fieri, quod interfuerint habiles, & omnino impoſſibile eſt, quod factum probetur per teſtes habiles, & ſumus in caſu neceſſitatis, vt veritas non poſſit aliter probari, quam per teſtes inhabiles, vnde iſti admitti debent, vt probat Clar. §. *finali quæſt.*24. *verſ. ſciendum eſt tamen*, & docuerunt Riec. *num.* 1. *deciſ.* 214. *nu.* 12. *Grammat. Theor.* 19. *num.* 14. *l.*1. Baiard. ad Clar. *q.* 24. *n.* 114. Caualc. *de teſtibus p.* 4. *n.* 118. quos refert, & ſequitur Didac. Scroi *p.*4. *cap.*3. *n.*11.

105. Qui addit ſufficere etiam, ſi teſtes habiles præſentes non viderunt, vel audierunt, vel tempore depoſitionis fuerint abſentes, vel mortui, vel alias impediti taliter, vt nullo modo haberi poſſint; Imo et iam ſi qui fuerunt præſentes non ſint teſtes nominati in proceſſu, nec noti Iudici, & à curia ignorantur. Quamobrem arbitrarium eſt iudici videre an poſſint, vel non poſſint haberi teſtes habiles inſpecta natura facti, & qualitate perſonarum loci, & temporis, & aliis circumſtantiis. Quamuis in hoc diſtingui debeat, quia in caſibus in quibus inducuntur teſtes à faciente in probationem ſui facti, vt in matrimonio, & aliis contractibus, ſi inducens fuit in culpa, & cum potuiſſet adhibere teſtes habiles adhibuit ſolum inhabiles, huiuſmodi teſtes non admittuntur in fauorem inducentis, qui eſt in culpa, quod non adfuerint teſtes habiles; ſed vbi ſumus in delictis, in quibus regulariter à delinquente teſtes non adhibentur, imo delinquentes quærunt occultari, & is ad cuius fauorem teſtes examinantur non fuit in culpa, quod non intereſſent teſtes habiles; ſi de facto ſoli inhabiles interfuerunt, illi admitti debent, vt docent Alex. *conſ.* 152. *num.* 25. *l* 5. & Gramm. *conſ.* 16. *num* 17.

106. Diſtingui hic etiam debet, quia in factis, in quibus à communiter accidentibus ſolis inhabiles interuenire potuerunt, non eſt neceſſe probare, quod ſoli inhabiles interfuerint, ſed præſumitur ita eſſe, quia iuſtè præſumitur eſſe, quod communiter accidit. Et ideo in hoc caſu teſtes inhabiles admittuntur, niſi ſpecialiter ex aliquibus indiciis præſumatur, quod de facto alii interfuerint habiles; ſed vbi ſumus in caſu, in quo ſpectatis communiter accidentibus potuerunt adeſſe teſtes habiles, probandum eſt illos non adfuiſſe, adhoc, vt teſtes inhabiles admittantur. Ad hoc probandum vero non ſufficere, quod teſtes examinati id deponant aſſerentes nullos alios interfuiſſe, quam illos docet plutibus citatis Farinac. *d. q.*62. *n.*69. ſed ſi non adfuerunt, niſi teſtes inhabiles, per quos alios teſtes probabitur illos ſolos adfuiſſe? Et ſi teſtibus inhabilibus creditur circa principale factum, eadem fide cur non creditur circa acceſſorium, quod principali de facto eſt coniunctum? Verum eſt, quod cum teſtes inhabiles ſemper ſint diminutæ fidei ad conuincendum, quod non adfuerint, niſi teſtes inhabiles videndum erit ſi fieri poſſit, vt per alias coniecturas, & indicia probari poſſit etiam hæc veritas, quod ſoli inhabiles interfuerint, vt quia in domo, in qua commiſſum fuit homicidium, tunc alii non potuerunt eſſe. Videatur Maſcard. *de probat. concluſ.* 1403. *num.*4.

107. Eſt etiam diſtinguendum ſecundum aliquos inter Iudicem procedentem ex officio, & procedentem ad inſtantiam partis. Nam quod admittantur teſtes, vbi veritas aliter haberi non poteſt, verificatur in Iudice procedente ex officio, ſecus ſi procedit ad inſtantiam partis, quæ cum ſuis probationibus, & procuratoribus debet venire. Ita poſt Grammat. & Carrer. Farinac. *q.*62. *n.* 75. Sed nec accuſator poteſt venire ad Iudicem cum teſtibus habilibus, ſi illi non poſſunt haberi. Et ideo vniuerſaliter loquendo in quocunque iudicio admitti debent teſtes inhabiles, ſi ex quo facto non interfuerunt, niſi teſtes inhabiles, non poſſunt haberi habiles.

108. Secundus caſus eſt, vt in caſibus exceptis admittantur teſtes inhabiles. Sunt vero caſus excepti, caſus hæreſis. *cap. in fidei fauorem de hæret. in* 6. vbi latè hoc explicaui, & in *cap. accuſatus* §. *licet eodem tit. & libro.* Et criminis læſæ maieſtatis Panormit. *in cap.* 1. *poſt num.*5. *de confeſſis, & cap. fin. de teſtibus.* Clar. §. *fin. quæſt.* 24. *verſ. ſecundum*, & ſacrilegii, fraudatæ Annonæ, dilapidationis bonorum Eccleſiæ, fraudati cenſus, falſæ monetæ, perduellionis, ſacrilegii, maleficii, ſodomiæ, furti famoſi. Gomez *tr.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 10. Farinac. *q.*36. *num* 70.

Ter-

109. Tertius caſus eſt defenſionis & innocentiæ defendendæ, Specul. *tit. de Inquiſitione* §. 1. *num.*22. Clar. *q.* 24. *in fin.* Maſcard. *de prob. lib.*2. *concluſ.*904. *&* *lib.*3. *concluſ.* 1359. & alij quos refert Farinacc. *q.*62. *num.*90. Et tamen in hoc caſu teſtes inhabiles non admittuntur ad reprobandum teſtes examinatos, quia teſtes reprobatorij debent eſſe omni exceptione maiores. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 904. *nu.* 11. Farinac. *q.* 62. *num.*91. Ideò huiuſmodi teſtes ad defenſam non valent ad inferendam aliquam pœnam, vel aliquod præiudicium parti, aut accuſatori, & vt ille aliqua pœna puniatur, Clar. *q.*24. *num.*50. poſt Bald. Felin.& Gramm. In delictis tamen exceptis teſtes ad defenſam non admitti aliqui dixerunt, ſed hoc negat Farinac. *qu.* 60. *num.* 96. Et videri poteſt *cap. filij de hæret. in* 6. vbi Pontifex declarat qualiter domeſtici admitti poſſunt ad defenſam hæretici defuncti.

110. Quartus caſus eſt conſenſus eius, qui habet intereſſe in depoſitione teſtis. Circa quem primo, vt dictum eſt ſupra, diſtinguendum eſt. Nam inhabilitatum teſtium quædam inductæ ſunt à iure in pœnam perſonæ, ſeu odium ipſius teſtis vt ſunt inhabilitas excommunicationis Banni, & aliæ ſimiles, & quotieſcumque quis priuatur in pœnam alicuius delicti, ne poſſit teſtimonium ferre, vel actum aliquem legitimũ facere. Et in his conſenſus partis nihil operatur, ſed etiam parte conſentiente teſtes ſic inhabiles reijci debent. Idem dicitur de illis, qui de iure naturæ in totum ſunt inhabiles, vt infantes, fatui, & omnes, qui non ſunt liberi iudicii, cæci in ordine ad viſibilia, ſurdi in ordine ad audibilia; iſti enim omnino ſunt incapaces ad ferendum teſtimonium. Et Iudex non poteſt illos admittere, ſed tenetur ex officio reijcere, vt per Baldum *l.* 1. *quiſquis teſtibus ver. C. de teſtibus*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 239. *num.*5. Diaz. *Reg.*746. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 408. *num.* 20. *&* 22. Farinac. *qu.* 62. *num.*188.

111. Aliæ verò ſunt inhabilitates teſtium inductæ fauore partis, ſeu vniuerſaliter ex ſuſpicione, ſeu ex præſumptione falſitatis, vt ſunt inimicitia, familiaritas, conſanguinitas & ſimilia, & in his conſenſus partis nedum expreſſus, ;ſed etiam tacitus operatur vt huiuſmodi teſtes admittantur. Ideò parte non opponente admittuntur, & ſic parte non opponente admittuntur affines, conſanguinei, infames infamia facti, Iudæi, Procuratores, Sollecitatores, Proxenetæ, & alij ſimiles. Et tamen duo requiruntur vt cenſeatur adeſſe conſenſus tacitus, ex eo quod non fuerit exceptum contra teſtes, ſcilicet, partis ſcientia & præſentia. Nam ſi pars non fuit præſens, ſeu non fuit citata ad videndum iurare teſtes, ſed fuit abſens, vel ſi fuit præſens ignorauit inhabilitatem teſtium, non poteſt dici quod conſenſerit teſtem inhabilem admittere, ex eo quod non oppoſuit, vt per DD. ſupracitatos. Et in hoc caſu tamen parte vt ſupra non opponente Iudex non poteſt teſtes reijcere, Felin. *cap. cum oporteat num.* 2. *de accuſat.* & alii quos ſequitur Farinac. *q.* 62. *num.* 192. Sed tamen pars, quæ in primo examine non oppoſuit, poteſt ſi illi iterum contra illam producantur, eos reiicere, Specul. *in tit. de teſte* §. *ſæpè num.*8. niſi quando pars nedum non oppoſuit teſtibus contra ſe productis, ſed illis vſa fuit contra producentem, tunc enim non poteſt illos ampliùs reprobare. Vbi etiam minor non poteſt eſſe in iudicio, eius depoſitio non eſt valida ex eo quod pars non oppoſuerit, ſed eſt ipſo iure nulla. Farinac. *q.* 62. *num.* 184. Si etiam pars per factum Iudicis fuit impedita, ne opponeret, non cenſetur conſentire, ex eo quod non opponat, Felin. *in cap. præſentiam nu.*3. *de teſt.* Non iuuat etiam non oppoſitio, ſi ex confeſſione teſtis conſtat de eius inhabilitate, vt ſi teſtis in interrogatoriis partis fatetur ſe famulum producentis, quia tunc cum inhabilitas ſit notoria in iudicio, Iudex poteſt ſupplere de facto etiam parte non petente *cap. inſinuante de appellat. cap. per tuas de teſtibus*, Farinac. *q* 62. *num.* 189.

112. Sed in hac parte vt videatur an Iudex ex officio poſſit repellere teſtem inhabilem, Conſiderandum eſt, quod vbi Iudex ex officio procedit, tunc quia Fiſcus habet locum partis poteſt Iudex teſtes inhabiles reiicere, ſi contra Fiſcum inducantur, ſed vbi procedit ad inſtantiam partis, ſi teſtes non habent aliam inhabilitatem, quam illam quæ oritur ex ſuſpicione & timore falſitatis, & ſic non reiiciuntur à iure niſi partis fauore, tunc parte non opponente, ſed conſentiente in teſtem, non poteſt Iudex ex officio illum reiicere, etiam ſi inhabilitas ſit notoria in iudicio; ſed vbi teſtis alia cauſa eſt inhabilis, & quia in odium ipſius reiicitur vt infamis infamia iuris, vel ex decẽtia & reuerentia, vt filii & ſerui, vel alia aliqua ſimili cauſa, tunc Iudex, ſi ſibi de inhabilitate conſtet, poteſt eos reiicere etiamſi pars illos admittat, quia ex alio iure reiiciuntur, cui pars non poteſt contradicere Felin. *c. cum oporteat de accuſat n.*3. Maſcard. *lib.*1. *concluſ.*408. *num.*20. *&* 23. *&* *lib.*3. *concl.* 1326. *num.* 15. & alii plures quos refert & ſequitur Farinac. *q.* 62. *num.* 192. Quod vero Farinac. ibi inter teſtes, quos Iudex repellere poteſt numeret mulieres, viles, intelligi debet ſi ſint infames vel ex aliqua alia ſimili cauſa reiici debent.

SVMMARIVM.

113 *Opiniones Doctorum.*

114 *Teſtis ſuſpectus manente ſuſpicione de iure naturæ eſt inhabilis, vt ſit integræ fidei.*

Teſtis à iure reiectus non admittitur in iudicio ſummario, & iudicio Regulari vt teſtis ſimpliciter idoneus. ibid.

115 *Suſpectus ex aliqua conditione generali poteſt in aliquo caſu particulari admitti, vt teſtis idoneus.*

Digitized by Google

Arbitrarium eſt Iudici etiam in iudicio ſummario admittere, & reycere teſtes inhabiles ratione ſuſpicionis. ibid

Ceſſante ſuſpicione in teſte habetur vt teſtis integræ fidei. ibid.

Explicatur in quo conſiſtat punctus difficultatis. ibid.

116 *Non eſt de ſubſtantia iudicij, quod teſtes inhabiles ex ſuſpicione falſitatis non ſint admittendi in iudicio, ſed eſt apex & ſolemnitas iuris poſitiui.*

Ad hanc ſolemnitatem non tenentur Iudices qui iudicant in iudicio ſummario, & ſola facti veritate inſpecta. ibid.

117 *Hæc concluſio probatur primo.*

118 *Et ſuadetur ſecundo explicando quid ſignificat clauſula* ſola facti veritate inſpecta.

119 *Teſtes inhabiles, inhabilitate, quæ eſt pœna lata contra teſtem, vel inducta ob reuerentiam, vel ex alia cauſa ſpeciali, non poſſunt admitti in iudicio ſummario, vel* ſola facti veritate inſpecta.

Hæc concluſio probatur & ſoluitur vna obiectio. ibid.

121 *In iudicio ſummario, aut Regulari non poſſunt admitti infames per ſententiam damnati.*

Infames infamia iuris ſunt tales ex duplici cauſa, ſcilicet vel ex cauſa ſpeciali pro delicto, pro quo lata eſt infamia, vel ex cauſa generali infamia facti notoria. ibid.

Explicatur quomodo infames ex prima cauſa non ſint admittendi in iudicio ſummario, & Regulari. ibid.

Exemplificantur qui ſint infames ex ſententia lata. ibid.

Pariter declaratur, quomodo infames ex cauſa generali infamia facti notoria non ſint admittendi in iudicio Regulari. ibid.

Qui ſint infames ex genere delicti, & quomodo non poſſunt admitti in teſtes in iudicio ſummario. ibid.

121 *Infames ex genere delicti non ſunt infames infamia iuris, niſi poſt ſententiam diffinitiuã.*

Quæ ſententia debet illos damnare vt conuictos, ſeu confeſſos de delicto, nec ſufficit quod ſint ſuſpecti. ibid.

Si Iudex in pœna tranſegit, Reus ex vi talis ſententia non remanet infamis, ſi agat per Procuratorem. ibid.

Pariter infames ex genere pœna, niſi ſententia ſit lata cognita cauſa non ſunt infames infamia iuris. ibid.

Similiter in infamia ex genere facti non ſequitur infamia iuris perfecta, ſi non ſit lata ſententia inducens infamiam. ibid.

122 *Qui damnatus ſit pro aliquo delicto notorio non ſeruatis ſupradictis conditionibus, eſt infamis infamia facti non iuris.*

Explicatur quomodo teſtes inhabiles ratione reuerentia non ſint admittendi in iudicio ſummario & Regulari, & ſeruata clauſula ſola facti, &c.

124 *Excommunicati non tolerati etiam non poſſunt eſſe teſtes in iudicio ſummario.*

125 *Teſtes inhabiles inhabilitate, quæ non eſt pœna, vel inducta ob reuerentiam, vel ex alia ſpeciali lege & cauſa admitti poſſunt in iudicio ſummario, & Religioſo.*

Explicatur qui ſint hi inhabiles. ibid.

126 *Quid ſit dicendum de inhabilitate, quæ eſt pœna pro delicto ipſo iure lata.*

127 *Inhabilitas, ſeu infamia ratione delicti vel pœna locum habet ſuppoſita ſententia, maximè ſi ſit ſententiæ ferendæ.*

In caſibus in quibus admittuntur inhabiles in iudicio ſummario admitti poſſunt ſine tortura. ibid.

128 *In iudicio ſummariſſimo parte opponente non poſſunt admitti teſtes inhabiles vt integræ fidei.*

Pars tamen non poteſt in totum reijcere tales teſtes. ibid.

129 *In iudicio ſummario admitti poteſt teſtis minor, ſed non minor impubes.*

Impubes pubertati propinquus dum ſit capax doli admittitur in teſtem in iudicio ſummariſſimo.

130 *Inimicus admittitur in teſtem parte conſentiente.*

Inimicus verò capitalis in iudicio ſummario admitti non poteſt. ibid.

131 *Quid ſit dicendum de teſte periuro.*

ARTICVLVS XXI.

An in iudicio ſummario, & in indicio Regulari teſtes inhabiles admitti poſſint.

113. QVintus & ſextus caſus, in quibus DD. docent poſſe admitti teſtes inhabiles ſunt caſus iudicii ſummarii & iudicii Regularis, ſed Eliſeus de Bellegtandis Cappuccinus *in Methodo par. 3. quæſt.* 1. præmittens *num.* 1. non deeſſe DD. qui exiſtimantes Regulares teneri ad ſubſtantialia iuris, nihilominus conceſſiones illi factas adeò extendunt, vt omnia iura gentium & ciuilia peſundent, necnon & ſubſtantialia adhiberi denegent, vt vix exceptioni & defenſioni Reorum detur locus, ſed Iudices Regulares omnia ad placitum ſe poſſe diſponere putent, &c. concludit *num.* 10. in iudicio Regulari ſeruanda eſſe omnia ſubſtantialia, quæ veritatem negotii tangunt, ſolumque poſt haberi poſſe apices & rimulas & ſubtilitates, quæ veritatem negotii non tangunt. Ideò ex hoc principio concludit *q.6. num 9.* quod in iudicio Regulari non poſſunt admitti teſtes laici, contra Religioſum, & tamen *num.* 10. admittit quod ceſſante præſumptione inimicitiæ laici bonæ famæ ex priuilegio Bonifacii VIII. admitti poſſunt, & *q.7. num.* 21. vult, quod in iudicio Regulari admitti non poſſint infames, niſi in caſibus à iure communi permiſſis, & *q.* 8. *num.* 14. negat poſſe admitti criminoſos non emendatos, ſed *num.* 17. concedit ex vi Priuilegii

legij Bonifacii admitti criminoſos emendatos. Pariter q.9. num.10. negat admitti poſſe periuros, & q.10. num.4. cenſet infideles in iudicio regularium non admittendos in teſtes, & q.11. num.4. idem cenſet de accuſato, inquiſito, denunciato, ſi non ſit emendatus, & num.9. Excludit carceratum, & num. 13. Bannitum non reſtitutum, & num.14. fuſtigatum, & q. 12. num. 21. idem iudicat de multis alijs inhabilibus in ea recenſitis, & q. 13. pariter num. 12. non vult poſſe admitti pauperes, & viles, & *quaſt.* 14. idem putat de minori, & *quaſt.* 15. excludit mulieres, & *quaſt.*16. *num.* 13. vniuerſaliter docet non poſſe in iudicio regulari admitti inhabiles, niſi in caſibus de iure communi permiſſis.

At vero è contra alij voluerunt, quod in foro regulari inhabiles admitti poſſint, vt habiles, & idonei teſtes, Pro qua ſententia Bordon. *in praxi cap. 8. quaſt.* 15. *num.* 40. refert Aret. Piteg. *in* 2. *ſubſtitut. c.*1. *fol.*106. Spatar. *part.* 1. *tract.* 2. *c.*4. *n.*2.

114. In hac controuerſia duo certa ſunt. Primum eſt, quod teſtis ſuſpectus manente ſuſpicione de iure naturæ eſt inhabilis, vt ſit teſtis ſimpliciter idoneus, & integræ fidei, & ideo nec in iudicio ſummario, nec in iudicio regulari teſtis à iure reiectus, vt inhabilis ratione ſuſpicionis ſuſpicione manente poteſt admitti, vt teſtis ſimpliciter idoneus, & integræ fidei. Nam impoſſibile eſt, quod ex principio incerto habeatur certa concluſio, & indubitata, & non de falſo ſuſpecta. Et ſi aliqui DD. contra hanc concluſionem ſenſerunt, merito contra illos inuehitur Eliſeus, & eorum opinio eſt omnino improbabilis, falſa, & reijcienda.

115. Nihilominus certum eſt ſecundo, quod ſuſpectus ex generali aliqua conditione, quia in caſibus pluribus indiuidualiter poteſt ex multiplici cauſa deeſſe ſuſpicio, vel totaliter, vel ex parte, ideo de iure naturæ, non eſt reijciendus teſtis inhabilis taliter, vt non ſit arbitrarium in caſibus particularibus arbitrari, an ille ſit admittendus, & an ſit integræ fidei, vel ſaltem tantæ fidei, vt tale quale indicium faciat, quod ſaltem adminiculatum probet, vel non probet. Et ideo quantum ſit de iure naturæ nedum in iudicio ſummario, ſed abſolutè arbitrarium eſt iudici teſtes ratione ſuſpicionis veritatis inhabiles admittere, vel reijcere. Ceſſante enim ſuſpicione ex natura rei teſtis haberi debet, vt fidei integræ, & non ſuſpectæ; Igitur ſolo naturali iure ſpectato, quilibet Iudex ſibi conſtito, quod in teſte locum non habet ſuſpicio, illum habere poteſt vt teſtem integræ fidei, vel vt talis, aut talis fidei diminutæ, ſi ſuſpicio non ſit talis, vt tollat fidem, ſed ſolum illam diminuat.

Eſt ergo poſitus in hoc punctus difficultatis, quod ius commune in communi abſtulit à Iudicibus hoc arbitrium, præterquam in caſibus aliquibus exceptis, vt ex ſupradictis patet, & voluit, quod teſtes inhabiles non admittantur, & admiſſi non probent. Eſt ergo difficultas, an non eſſe admittendos inhabiles ratione ſuſpicionis fidei, qua laborant, ſit de ſubſtantia iudicij abſolutè, vel potius ſolum ſit de ſubſtantia iudicij ordinarij, an vero abſolutè ſit apex, & iuris ſolemnitas, cuius neceſſitatem tollant, priuilegia regularia. Et præcipuè clauſula illa *ſola facti veritate inſpecta*.

116. Dicitur vero primo, quod teſtes inhabiles ex ſuſpicione falſitatis non eſſe admittendos in iudicio non eſt de ſubſtantia iudicij, ſed eſt apex, & accidentalis iuris poſitiui ſolemnitas, ad quam non tenentur Iudices, qui in iudicio ſummario iudicant, & præcipuè illi, qui iudicant ſola facti veritate inſpecta. Hoc tenent communiter DD. loquentes de teſtibus infamibus. Bartol. *in l. filius familias num.* 6. *ff. de donat.* Panormit. & Feliu. *in cap. dilecti de iudic.* & *in cap. de catero de teſtibus* S. Santolinus *in* 3. *part. tit.*9. *cap.*15. §.4. & 9. Sylu. *verb. iudex el primo*. Marant. in Specul. *part.* 4. *diſtinct.* 9. *num.*34. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 27. *num.*1. & *ſeqq.* Farinac. *q.*56. *num.* 88. Pitigian. *in praxi crimin. in* 2. *ſubſtantiali cap.* 2. At vero loquendo de inhabili in genere, idem tenuerunt Bict. *q.* 19. *num.* 20. & 23. Thomas à Ieſu diuiſit *regul. tract.* 3. *cap.* 2. Megal. *in pract. cap.* 13. *num.* 15. Pitigian. *in* 2. *ſubſtantial. cap.*1. *prope finem*. Spatar. *tract.* 2. *cap.*4. *num.*2. Bauer. *in directl. cap.*20. *verſ.* 1. *fol.*77.

117. Probatur vero concluſio primo, quia in cauſis ciuilibus, in quibus admittuntur inhabiles teſtes, & in criminalibus in caſibus exceptis, & difficilis probationis nihil deeſt de ſubſtantialibus indicij, nec de ijs, quæ tangunt veritatem, ſi alias iudicium ſit rectum, & tamen in illis admittuntur inhabiles. Igitur quod non admittantur inhabiles, non eſt de ſubſtantia iudicij abſolutè, & ita apparet, quod ratio illa, qua tot vicibus vtitur Eliſeus, quia ſcilicet de ſubſtantia iudicij ſunt, quæ tangent veritatem negotij, quam tangunt teſtes; Et quod probationis in criminalibus debent eſſe legitimæ, & luce meridiana clariores, quod quidem veriſſimum eſt, non concludit intentum ſuum, ſed probat oppoſitum, & apparet quod multa ſunt, quæ ſpectant ad legitimam probationem accidentaliter, & tamquam ſolemnitates, & apices iuris, & ſic arguitur. Probatio, quæ eſt ex teſtibus ex genere inhabilibus etiam de iure communi, in quam pluribus caſibus eſt legitima, & quantum opus eſt certa, & luce meridiana clarior, & ſufficiens ad inferendum iudicium, quantum opus eſt certum; Igitur probationem non eſſe ex teſtibus inhabilibus ex genere non eſt de ſubſtantia legitimæ probationis, & iudicij; cum igitur ex Clem. *ſæpè de verb. ſignific.* in iudicio ſummario, & regulari ſufficiat ſi probationes ſint ſubſtantialiter legitimæ in hoc iudicio poteſt Iudex admittere teſtes inhabiles, quoteſcumque

cumque ex illis ſpectatis ſpectādis haberi poteſt vera probatio, & talis, quæ ſufficit, & qualis ſufficit, vel in iudicio ciuili, vel in criminali in caſibus exceptis, aut difficilis probationis. Et ſic verè in iudicio ſummario arbitrarium eſt iudici admittere teſtes inhabiles ex genere, & arbitrari quantum probent, & illos admittere ad probationem, quam omnibus penſatis faciunt præcipuè in iudicio in quo Iudex poteſt iudicare ſola facti veritate inſpecta, vt poſſunt facere regulares ex vi priuilegiorum, vt ſupra recenſuimus *q.5. a.2.*

118. Probatur ſecundo. Nam clauſulæ *ſola facti veritate inſpecta* ſenſus alius non eſt, nec eſſe poteſt, niſi quod iudex veritatem facti inſpiciat, & ſic quod non teneatur inſpicere, niſi veritatem, quam continet factum vndecumque, & ex quocumque medio alias ex diuerſa ſpeciali lege non reiecto illam colligat, dum ſyllogiſmus iuridicus verum concludat; Igitur quotieſcumque ex teſtibus alias ex genere inhabilibus poteſt inſpici, haberi, & concludi facti veritas Iudex poteſt huiuſmodi teſtes adhibere, & ex illis iudcare, quia non tenetur, niſi veritatem facti inſpicere. Et propterea bene aduerterunt Felin. *cap. dilecti de iud.* Barboſ. *clauſ. 173. num.2.* & alij quod clauſula *ſola facti veritate inſpecta* fortior eſt, & plus operatur, quam clauſulæ ſummariè *ſimpliciter, & de plano*. Et vt aduertunt Crat. *diſcept. 68. num. 5.* Barboſ. *d. clauſ. 173. num.13.* facit vt Iudex poſſit vti probationibus imperfectis, leuioribus, & perſuaſiuis; poteſt igitur iudex in ſummario iudicio habens facultatem iudicandi *ſola facti veritate inſpecta* vti teſtibus ex genere inhabilibus, quotieſcumque viderit illos probare, ſaltem imperfectè, vel ſuadere, ita tamen, vt nihil decernat, niſi habeat tantam certitudinem, vel probabilitatem, quantam iuſtitia requirit ad illud decretum formandum. Et hæc confirmantur, quia ſi iudex in hoc ſummario iudicio teneatur ad non admittendos niſi illas probationes & teſtes, quæ, & qui adhiberi poſſunt in iudicio ordinario, non concederetur ſibi aliquid ſpeciale, quia omnis Iudex poteſt iudicare ſola facti veritate inſpecta ex medijs & teſtibus habilibus; hoc igitur eſt quod illi conceditur vt poſſit iudicare ex ſola inſpectione veritatis, vndecumque veritas inſpiciatur & colligatur. Et tamen Regulares ſemper aduertant, vt non admittant inhabiles contra illorum ſtatuta.

119. Dicitur nihilominus ſecundo, quod vbi inhabilitas teſtium non eſt ex ſola ſuſpicione falſitatis, vel integræ fidei defectu, ſed eſt pœna lata contra teſtem, vel eſt inducta ob reuerentiam quæ violatur, ſi teſtis deponat contra aliquem, vt ſi filius deponat contra Patrem, vel eſt inductu ex aliqua alia cauſa ſpeciali, non adhibere teſtes ſic inhabiles, eſt ſubſtantiale, & neceſſarium etiam in iudicio ſummario. Nec ex clauſula *ſola facti veritate inſpecta* datur Iudici facultas admittendi tales teſtes, lex enim aliunde quam intuitu veritatis inſpiciendæ tales teſtes reiicit, & eos non vult admitti, etiam ſi alias verum deponant. Probatur hoc primo, vbi inhabilitas eſt pœna lata contra teſtem. Nam de ſubſtantia iudicii eſt, quod damnatus ad pœnam illam habeat, & patiatur, nec Iudex, ſi alias non poteſt in pœna diſpenſare, poteſt teſtem talem habilitare. Et ita hoc modo non poteſt Iudex etiam in ſummario iudicio admittere teſtem infamem damnatum. Nec obſtat quod infames admittuntur in caſibus exceptis, & vbi veritas aliter haberi non poteſt, quia hoc eſt ex ſpeciali legis indulgentia, quæ noluit, quod in caſu neceſſitatis, (ſiue hæc neceſſitas ſit ex atrocitate criminis, ſiue ſit ex eo quod alii teſtes haberi non poſſunt) perirent probationes, & teſtes, pœna redundaret in damnum iuſtitiæ, & boni communis. Imo hæc exceptio firmat Regulam in contrarium & habetur, quod extra caſum neceſſitatis non poſſunt huiuſmodi damnati vt ſint teſtes inhabiles admitti, quia imo lex vult, vt extra caſum neceſſitatis huiuſmodi teſtibus, etiam verum deponentibus non credatur, etiam ſi conſtet illos verum deponere, quia illos priuauit, & priuatos voluit hoc honore, vt teneamur illis credere, etiam ſi verum deponunt; & eadem ratio eſt de inhabilitate orta ex debita reuerentia, quia lex voluit, vt filio deponenti contra Patrem, vel è contra non credatur, quidquid ſit an depoſitio ſit, vel non ſit vera.

120. Hinc modo colligere poſſumus, qui ſint teſtes inhabiles, quos niſi in caſibus de Iure communi permiſſis non licet admittere in Iudicio ſummario, aut regulari. Primo enim admitti non poſſunt poſt ſententiam infames damnati infamia, & ſic ad omnes actus legitimos inhabilitati. Et quia infames infamia iuris duplici de cauſa ſunt tales, vel ex cauſa ſpeciali pro delicto, pro quo lata eſt infamia, & iſti ſi infamia ſit ſententiæ ferendæ, non ſunt, nec habendi ſunt vt infames, niſi per ſententiam damnati ſint; ſed ſi infamia ſit latæ ſententiæ. quomodo infames ſunt Apoſtatæ à fide in ſequentes Cardinales *cap. felic. de pæn. in 6.* Raptores mulierum. *Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap.6.* Duellantes *idem Conc. ſeſſ. 25. c.19.* Hæretici eis credentes, receptatores, defenſores, fautores per iura à me citata *cap. vt officium à num. 61. de hæret. in 60.* Inſordeſcentes in excommunicatione lata ex cauſa fidei per annum ibidem, *& cap. cum contumacia num, 31.* & alij ſimiles in effectu habendi ſunt, vt infames, ſi ſaltem per ſententiam declaretur eos commiſiſſe delictum, pro quo lata eſt infamia. Itaque iſti poſt ſententiam, aut damnantem, aut declarantem admitti non poſſunt in iudicio ſummario, ſed ſi infamia iuris oriatur ex cauſa generali infamiæ facti noctoriæ, ſiue iſti ſint infames ex genere delicti, & quia adulteri, blaſphemi, calumniatores, concubinarij, inceſtuoſi, homicidæ, proditores, falſarij, ſacrilegi, ſodomitæ, fures, meretrices, lenones, criminoſi, ſocij, criminis,

& alij

Digitized by Google

& alij publici grauiter delinquentes, ſiue ſint infames ex genere pœnæ, vt fuſtigati, damnati ad opus publicum relegati, banniti, exhautorati, priuati militia, depoſiti, degradati, damnati ad perpetuum carcerem, & ſecundum multos etiam damnati ad triremes. (De quibus videantur quæ ſcripſi *tract. de elect. cap.* 25. *quæſt.* 49. *nu.* 577.) ſiue ſint infames ex genere facti, vt arenarij, locantes operas ad pugnandum cum feris, hiſtriones, ioculatores, ludos mercedis intuitu exercentes, carnifices, Birruarij, decocti, & ſimiles infamem aliquam artem exercentes; Hi ſic inhabiles poſt ſententiam tamen admitti non poſſunt nec etiam in ſummario iudicio.

121. Sed aduertendum, quod iſti infames infamia iuris ex genere delicti in effectu non ſunt habendi vt infames infamia iuris, niſi poſt ſententiam per quam in cauſa famoſa per Iudicem ordinarium, cauſa iuſte cognita, & conſtito de delicto, & per ſententiam diffinitiuam damnati ſint pro illis delictis in pœnam ordinariam illis delictis debitam, nec ſufficit vt damnati ſint tamquam ſuſpecti de illis delictis, ſed requiritur quod damnati ſint vt conuicti, vel confeſſi de illis delictis, vt patratis non ignoranter ſolum, ſed dolosè, & quod ſententia tranſierit in iudicatum. Imo ſi pœna lata ſit ſeuerior cenſetur Iudex ſuper infamia tranſegiſſe. Et ſi Reus agit per Procuratorem & damnatur ex vi talis ſententiæ, nec Reus, nec Procurator remanet infamis. Et ſi ſint infames ex genere pœnę neceſſe eſt, vt ſententia ſit lata cauſa cognita, pro delicto doloſo, quamuis in hac parte ſufficiat ſententia interlocutoria, ſi ſit lata ex delicto famoſo, non verò tantum ex ſuſpicione delicti, ſimiliter in infamia ex genere facti non ſequitur infamia iuris completa, & perfecta niſi precedat ſententia inducens infamiam. Imo infamia iſta, quæ eſt ex genere facti potius aſſimilatur infamiæ facti, & talis eſt, ſi non præcedat ſententia ſaltem infamis facti declaratoria. Quæ omnia latius explicaui, & probaui *tract. de elect. cap.* 25. *quæſt.* 48. & 49.

122. Et aduertendum quod non negatur, quod ſi delictum ſit notorium, vel ſi quis ſit damnatus pro delicto in pœnas illas infames, vel pro delicto aliquo publico non ſeruatis omnibus recenſitis conditionibus, ſic damnatus non ſit infamis, ſi id ſit famoſum, ſed dicitur, quod hęc infamia eſt facti, quæ poteſt auferri per pœnitentiam, & quod illa non eſt infamia iuris, niſi ſecundum quid, & imperfecta, nec eſt infamia, quæ ſit pœna, & quam delinquens ſubire teneatur, niſi præcedat legitima ſententia. Hæc verò legitima ſententia præcedente, tales infames, vel quomodocumque iudicati inhabiles ad actus legitimos, non poſſunt admitti in teſtes, nec etiam in iudicio ſummario, & Regulari, vt etiam dictum eſt *ſupra in hac q. art.* 13.

123. Inhabiles etiam ex ratione reuerentiæ, vt expoſitum eſt ſupra non poſſunt admitti, vt teſtes in iudicio ſummario, aut regulari, & ſic non poſſunt admitti Pater, vel Mater contra filium, vel e contra, aut vxor contra maritum, aut ſeruus contra dominum; quia iura ob reuerentiam debitam, ita voluerunt, & hinc patet, quod reijciuntur teſtes non ex ſolo timore fidei ſuſpectæ, quia v. g. non habet locum ſuſpicio, quod filius velit deponere contra patrem, aut è contra. Et ideo in caſibus, in quibus præmittitur à iure, vt parentes deponant contra filios, vel è contra, iſti habentur, vt teſtes integræ fidei, vt aduertit Bordon. *cap.* 12. *num.* 15. Sed reuerentia vult, vt in iudicio depoſitio horum, etiam ſi alias ſit vera, non faciat fidem, quæ reuerentia militat etiam in iudicio ſummario, & regulari, neque ex clauſula ſola facti veritate inſpecta, aut ex facultate non ſeruandi apices iuris derogatur huic legi ſpeciali, in alio fundatæ, quam in ſuſpicione falſitatis, in quocumque enim iudicio niſi neceſſitas, boni communis aliud petat, & filij parentes debent venerari, & parentes contra filios agere non eſt æquum.

124. Excommunicati etiam non tolerati ex ſpeciali iure non poſſunt eſſe teſtes, quia non poteſt cum illis communicari. Et ideo, nec illi in iudicio ſummario admitti poſſunt in teſtes.

125. Verum vbi teſtium inhabilitas non eſt pœna, vel non eſt inducta ex reuerentia debita parti, vel ex aliqua alia ſpeciali lege, & cauſa, ſed ex generali timore ſuſpectæ fidei, teſtes inhabiles cum ſuis imperfectionibus ad arbitrium iudicis admitti poſſunt in iudicio ſummario, & religioſo, etiam vt ſint idonei, ſi conſtet, quod in illis ceſſat omnino timor fidei ſuſpectæ, vt probatum eſt. Et ita in hoc iudicio admitti poſſunt nedum inhabiles non ex culpa, vt ſunt pauperes, viles, mulieres, laici, aduocati, procuratores, habentes intereſſe in cauſa, amici, domeſtici, famuli, ſubditi, vaſſalli, coloni, emphiteutæ, conſanguinei, affines, ſed etiam infames infamia facti imo infames infamia iuris ante ſententiam, & ſic admitti poſſunt inceſtuoſi, calumniatores, blaſphemi, homicidæ, carcerati, inquiſiti, & alij criminoſi quantumque notorij notorietate facti, vel damnati per ſententiam interlocutoriam, vel à non iudicem ordinario, vel alio modo præterquam in caſu *ſupra num.* 121. expreſſo. Item admitti poſſunt Iudei, infideles, prodigi, meretrices, birruarij, hiſtriones, & ſimiles, ita tamen vt admittantur cum ſuis imperfectionibus, & non vt idonei ſimpliciter niſi omnibus penſatis ceſſet omnino ſuſpicio falſitatis.

126. Et nihilominus aduertendum, quod vbi inhabilitas teſtis ſit pœna pro aliquo delicto ipſo iure lata ne dum pars poterit inhabilitatem opponere, ſed Iudex ipſe ex officio illam poterit opponere, vt dictum eſt *ſupra art.* 19. *nu.* 112. & hoc etiam inuita parte, & tunc conſtito de delicto teneretur. Iudex declarare teſtem inhabilem, quamuis ſi hoc non fiat tempore habili, ſed poſtquam ſententia data in cauſa principali tranſierit in iudicatum, ſi teſtis tempore depoſitionis habeatur communiter, vt teſtis habilis

bilis eius depoſitio ſuſtineatur ratione publici officij.

127. Sed in infamia, quæ dicitur ratione delicti, vel pœnæ hoc non procedit, quia ſi non præceſſit ſententia modo ſupra poſtulato locum nullum habet pœnalis illa inhabilitas, quæ eſt pœna ſupponens omnino illam ſententiam. Nec dicatur, quod tunc pars poterit opponere delictum, vt propter illud teſtis damnetur, per ſententiam, & ſic poſtea reijciatur. Hoc enim non ſubſiſtit, tum quia ſæpius continget, quod Iudex, apud quem teſtis producitur, non ſit competens ad iudicandum de illo delicto, vt cum coram Iudice laico examinandus in teſtem eſt clericus tum: quia ad inferendam infamiam illam, ſeu inhabilitatem pœnalem, vt dictum eſt, requiritur ſententia diffinitiua Iudicis ordinarij, & ſic non ſufficit ſententia interlocutoria data in cauſa exceptionis, niſi in caſu infamiæ ex genere pœnæ, vt dictum eſt *num.* 121. Solum igitur ſi Iudex eſſet competens, poſſet in alia tela iudicij, & nouo proceſſu de illo delicto cognoſcere, & Reum inuentum damnare. Sic etiam vbi infamia, vel inhabilitas ex ſpeciali delicto eſt ferendæ ſententiæ, & hæc quoque ſententiam ſupponit, & ſi ante ſententiam opponatur oppoſitio non ſubſiſtit. Solum ſi Iudex ſit competens poteſt ex nouo proceſſu procedi, vt probato delicto damnetur delinquens, & puniatur infamia, vel inhabilitate.

128. Tandem vero aduertendum, quod in caſibus in quibus in iudicio ſummario admittuntur inhabiles, hi poſſunt admitti ſine tortura, cum in his Iudex procedat ſola facti veritatem inſpecta. Menoch. *lib.* 1. *q.* 27. *à num.* 1. *de arb. iud.* Scroi *p.* 4. *cap.* 32. *num.* 27.

Sed nunquid in hoc iudicio ſumariſſimo admitti poſſunt teſtes inhabiles parte contradicente? Reſpondetur non poſſe admitti, vt integræ fidei maxime vbi de iure naturæ illi teſtes ſunt fidei, ſuſpectæ. Nam pars ex hoc ius habet, vt non cogatur credere teſtibus ſuſpectis. Et nihilominus nec ius habet pars, vt tales teſtes in totum reijciantur, cum ſolum ſint aliqualiter ſuſpecti, & aliqualiter ſuaderi poſſint. Imo ſi in caſu ſingulari ceſſet omnino ſuſpicio, poteſt Iudex ideonitatẽ probare, & parte audita teſtem admittere vt idoneum non obſtante eius contradictione.

129. Videtur vero eſſe ſpecialis difficultas de teſte minori. An poſſit admitti, ſed ſi loquamur de teſte minore, ſed pubere, maiori, ſcilicet 14. annis, talis admitti poteſt, vt dixit Bict. Minor enim reijcitur á iure ex ſola generali ratione timoris falſitatis; Vnde iſti de iure communi admittuntur in caſibus difficilis probationis, ſed minor impubes nec in iudicio ſummario admitti poteſt ad probandum, ſed huius eſt ſpecialis ratio, tum quia impubes non poteſt iurare. Tum quia, cum incertum ſit quando incipiat ſtatus pleni iudicij, ex quo quis poſſit pro vt opus eſt de rebus deliberare, lex determinauit, quod hoc tempus in muliere ſit decimus ſecundus annus, & in viro decimus quartus, & ita impubes reijcitur ex defectu plenitudinis iudicij, quem effectum ius voluit præſumi vniuerſaliter in omni impubere. Nihilominus ſi ſine dubio certum ſit impuberem propinquũ pubertati eſſe doli capacem in iudicio ſumariſſimo, in quo proceditur iuris ordine non ſeruato, ſola facti veritate inſpecta, poterit impubes admitti in teſtem. Et cum Impuberem proximum pubertati poſſe in criminalibus aſſumi in teſtem, quia præſumitur doli capax, voluerint Io. And. *in add.* ad Specul. *tit. de teſt. num.* 34. *l.* 5 Maſcard. *de prob. l.* 3. *concl.* 1246. *num.* 4. Albert. de Maler. & Igneus *ap.* Farinac. *q.* 58. *n.* 15. hoc ſaltem admitti debet, in iudicio sũmariſſimo in quo etiã creditur teſtibus nõ iuratis, & abſolute non video, quod vbi agitur de nudo facto ſenſibus patente, vt ſi quæratur an Titius comederit, impuberi affirmanti in hoc iudicio credi aliqualiter non debeat.

130. Inimicus etiam capitalis in iudicio ſummario admitti non poteſt, quia reijcitur de iure naturæ, vt ſupra dictum eſt *art.* 6. *num.* 15. Verum conſiderari debet, quod inimicus in teſtem admitti poteſt conſentiente parte, vt dictum eſt *art.* 6. *num.* 23. Ideo de iure naturæ inimicus eſt teſtis inhabilis, quia pars habet ius, vt non cogatur credere inimico, vt dictum eſt *a.* 6. *num.* 15. & ideo parte conſentiente admitti poteſt, nec à Iudice repelli poteſt Felin *cap. cum non oporteat num.* 3. *de accuſ.* Maſcar. *l.* 1. *concl.* 408. *num.* 20. & 22. & *concl.* 1356. *n.* 13. Butr. Gomez. Corrad. & alij quos ſequitur Farinac. *q.* 62. *num.* 192. & *q.* 53. *num.* 68. Quod multo magis procedit in inimico tantum præſumpto, quia bene poteſt contingere, quod in illo in rei veritate inimicitia non adſit, & ideò arbitrarium eſt iudici videre, an talis ſit veré inimicus, & reijci debeat.

131. Periurus etiã (prout cõmuniter aſſeritur) tanquam infamis ipſo iure, & priuatus facultate teſtificãdi, ita quod numquã ſit admittendus in teſtimoniũ, nõ poteſt admitti, ſed cõſtito de periurio omnino reijci debet, & iuxta mentẽ gloſſæ *cap. per tuas v. adulterij*, & ex generali conceſſione admittendi inhabiles non eſt conceſſa facultas admittendi periuros. Hæc quidẽ cõmuniter aſſeruntur. Et nihilominus etiam communiter aſſeritur, quod teſti ſibi contrario, & periuro creditur, & eius priori, vel poſteriori dicto ſtatur, vt explicatur infra ſuo loco, & ideo niſi periurus ob hoc ſit in iudicio damnatus, & ſit infamis infamia iuris, iuxta explicata in hoc articulo, poterit periurus in teſtem admitti in iudicio ſummariſſimo, in quo etiam teſtes non iurati admittuntur. Et vlterius aduertendum, quod, vt ex D. Th. 2. 2. *q.* 98. *a.* 3. Sylu. *v. Periurus num* 6. Periurus in iuramento aſſertorio non eſt infamis ipſo iure, in iuramento autem promiſſorio nec eſt infamis ipſo iure, ſi iurat Deo tantum, vel ſibi, ſed ſi iurat alteri in contractibus, vt etiam voluit Panorm. *cap. teſtimonium de teſt.*

SVM-

SVMMARIVM.

132 *Sententiæ Doctorum.*
Teſtes ex multiplici cauſa inhabiles admittendi ſunt in caſibus ſupra narratis, maximè ſi non adſint niſi tales teſtes. ibid.

ARTICVLVS XXII.

An admitti poſſint inhabiles plures patientes defectus.

132. SEd numquid admitti poteſt, qui ex multiplici cauſa eſt inhabilis, eiuſque inhabilitas poteſt ſuppleri per torturam. Negant plurimi, qui ſentiunt, quod neque in caſibus, in quibus admittuntur inhabiles poſſint admitti, qui plures patiuntur defectus, & quod inhabilitas iſta, nec purgatur per torturam, eo quia tortura vnum tantum purget defectum. Ita Farinac. *qu. 62. num.* 38. quamplures refert concordantes, & poſt Farinac. idem ſenſiunt Bict. *quæſt.*40. *num.* 5. Sed Farinac. nullum refert textum, in quo hoc fuerit ſtatutum, è contra verò Baiard. ad Clar. *quæſt.* 24. *num.* 128. ait, quod quidquid ſit de iure, conſuetudo obtinuit, quod cum tortura teſtes admittantur, etiam ſi mille patiantur defectus, & in hoc idem voluerunt Boſſ. *tit. de iud. num.* 116. & Clar. *q.* 24. Nec refert, quod ait Farinac. ſcilicet, Boſſ. & Clar. loqui in caſu ſpeciali de ſocio criminis periuro, quia imo hic patitur plures defectus, quia & eſt criminoſus, & periurus. Et de eadem praxi teſtatur Ludou. *de Luc.* 15. *num.* 6. & Baiard. in ſtatu Eccleſiaſtico, & Nou. & Chart. *deciſ.* 49. *num.* 6. in foro Archiepiſcop. Mediolan. Taur. & Bonon. & in aliis locis, ideo huiuſmodi inhabiles eſſe admittendos, ſed cum maiori tortura dixerunt Baiard. Ricc. *p.* 5. *deciſ. Cur. Archiepiſc.* 14. quos ſequitur Didacus Scroi *p.* 4. *cap.*3. *nu.* 46. & ita de communi iure ſeruari voluit etiam Bictus *q.*40. *n* 6. Et hanc ſententiam puto de iure veram, quia ius non diſtinguit, nec limitat, ſed abſolutè permittit in caſibus ſupra narratis admitti teſtes inhabiles, & quia, vt plurimum teſtes inhabiles plures patiantur defectus, vt patet in infamibus latronibus, ſociis criminum, mulieribus, meretricibus, lenonibus, ſi non poſſent admitti teſtes patientes plures defectus in criminalibus cauſæ terminari non poſſet, & delinquentes puniri, quando non adſunt niſi teſtes inhabiles, qui vt plurimum plures patiuntur defectus.

SVMMARIVM.

133 *Teſtes inhabiles examinati, vbi non debent faciunt indicium, & præſumptionem.*
Limitatio DD. ibid.

134 *Teſtes examinati, vbi non debent non probant, nec inducunt probationem ſufficientem ad condemnandum Reum.*
Faciunt tamen ſufficiens indicium ad inquiſitionem generalem. ibid.

135 *Opiniones Doctorum.*
Teſtes inhabiles inhabilitate occulta plene probant. ibid.
Inhabiles manifeſti parte opponente non faciunt indicium. ibid.
Pariter nec inhabiles inhabilitate pœnali indicium faciunt. ibid.

136 *Teſtes inhabiles ex ſuſpicione veritatis conſentiente parte admitti poſſunt.*

137 *At parte non opponente, nec conſentiente non faciunt indicium ad torturam, vel ad ſpecialiter inquirendum, ſeu ad tranſmittendam inquiſitionem Reo abſenti.*

138 *Et eſt ſermo de teſtibus inhabilibus admiſſis, vbi non debent admitti.*
Teſtes inhabiles non reijciuntur ſimpliciter. ibidem.

139 *Sed admiſſi, vbi debent admitti, etiam parte non opponente no plene probant, nec ſufficiunt ad condemnandum Reum in pœnam ordinariam.*

140 *In caſu, quo ceſſet ſuſpitio poteſt haberi teſtis vt idoneus, tamen non ad pœnam ordinariam, ſed ad extraordinariam.*

141 *In criminalibus inhabilitas teſtium non poteſt ſuppleri, vt ſufficiat ad pœnam ordinariam.*
Suppletur tamen in ordine ad torturam, inquiſitionem ſpecialem, & pœnam extraordinariam. ibid.
Inhabilitas teſtium ſuppletur ex numero illorum. ibid.
Dummodo in totum non repellantur. ibid.

142 *Et ex alia cauſa, quam ex ſuſpitione falſitatis.*
Diſtinctio de teſtibus in totum, vel non in totum à iure reiectis explicatur, quomodo valeat. ibid.

143 *Quando inhabilitas teſtium eſt eiuſdem generis, numerus illorum non minuit, ſed potius auget ſuſpicionem.*

144 *Multa conſideranda ad cognoſcendum, quod ex pluralitate teſtium tollatur eorum inhabilitas.*

145 *Quomodo inhabilitas teſtis ſuppletur ex ſuprabundantia fidei alterius teſtis.*

146 *Suppletur etiam inhabilitas teſtis ex alijs adminiculis, & coniecturis, &c.*

147 *Teſtis inhabilis admiſſus de conſenſu partis probat, ſi verum deponit.*
Diſtinctio de admiſſione, ſeu non admiſſione teſtis, in teſtem ſimpliciter, & abſolutè, & in teſtem integræ fidei. ibid.
Quomodo inimicus ſit teſtis inhabilis. ibid.

148 *Quid requiratur ad hoc, vt dictum vnius teſtis inhabilis faciat indicium ad torturam.*

149 *Et quomodo duo teſtes inhabiles faciant indicium ad torturam.*

150 *Tres teſtes inhabiles, vel in maiori numero.*

T *ſecun-*

ſecundum aliquos DD. ſufficiunt ad damnandum reum in pœnam ordinariam; & ſecundum alios non ſufficiunt.

151 *Opiniones variæ circa valorem dicti teſtis inhabilis.*

152 *Dictum teſtis inhabilis, (etiam ſi eſſent centum) non probat ad pœnam ordinariam, niſi totaliter ceſſet ſuſpicio falſitatis.*

153 *Teſtes inhabiles contra producentem plene probant.*

154 *Explicatio huius.*

155 *Quomodo teſtis per producentem approbatus in iudicio ſummario poſſit reprobari in iudicio ordinario.*

156 *Teſtis productus, & non examinatus non poteſt reprobari, ſi ex aduerſo reproducatur.*

Hoc valet de approbatione expreſſa, & poſitiua, non negatiua. ibid.

157 *Quomodo producens teſtem, ſi adueniant exceptiones, poſſit excipere, & illum reprobare.*

158 *Reprobato teſte à producente, pars aduerſa poteſt illum reprobare, ſi contra ſe reproducatur.*

Quomodo hoc verificetur. ibid.

159 *Quomodo, & quando inhabilitas tollat fidem teſtis.*

160 *Regulariter inhabilitas teſtis oppoſita non impedit examen teſtis.*

Plures caſus in quibus prius videndum eſt de oppoſitione inhabilitatis. ibid.

ARTICVLVS XXIII.

Quantum probent teſtes inhabiles.

133. IN hanc quæſtione Doctores plures ſtatuunt regulam generalem, quod teſtes inhabiles examinati, vbi non debent, licet non probent, faciunt tamen indicium, & præſumptionem, & ita quod ex illis oriatur indicium ſufficiens ad inquirendum, & aliquando ad torturam, ſi teſtes ſint plures; ſed nihilominus hanc regulam limitant, vt non verificetur parte opponente, neque in teſtibus in totum à iure reiectis, vel ratione defectus ætatis, aut ſexus, quia iſti non faciunt plenum indicium, & neque in teſtibus, qui reijciuntur ex timore affectionis, quam habent erga producentem, vt ſunt conſanguinei, & familiares. Ita DD. quamplures, quos refert & ſequitur Farinac. *quæſt.* 62. *à num.* 261. *vſque ad num.* 295. At ſi rectè inſpicis limitationes videbis, quod ferè deſtruunt regulam. Qui ſunt enim teſtes inhabiles, qui faciunt indicium, & præſumptionem, ſi illam non faciunt teſtes parte opponente, & qui in totum reijciuntur, & qui reijciuntur propter reuerentiam, vel defectu ætatis, & ſexus, vel ratione affectionis ad producentem? Veritas igitur aliter explicari debet.

134. Duo igitur ſunt certiſſima. Primum, quod teſtes examinati, vbi non debent examinati, non probant, nec inducunt probationem ſufficientem, ſaltem ad condemnandum Reum. Felin. *cap. cum dilecti num.* 14. *de accuſ.* Campeg. Diez, & alij quos ſequitur Farinac. *q.* 62. *num.* 84. Certum eſt ſecundo, quod huiuſmodi teſtes faciunt indicium ſufficiens ad inquiſitionem generalem, & ad mouendum Iudicem, vt ſe informet de delicto. Clar. §. *fin. q.* 24. & plures alij, quos ſequitur Farinac. *q.* 60. *n.* 267. Eliſeus *tract.* 3. *q.* 20. *num.* 3.

135. Remanet igitur ſolum difficultas, An iſti teſtes faciant indicium ad inquiſitionem ſpecialem; quod affirmant Farinac. *quæſt.* 62. *à num.* 169. & Bictus *quæſt.* 41. *num.* 23. & plures apud illos, qui tamen ſibimet contradicunt, vt videbimus. Itaque, vel teſtes iſti ſunt occulti, & habentur communiter, vt habiles; & iſti niſi inhabilitas cũ eorum manifeſtetur tempore opportuno, per accidens nedum faciunt indicium, ſed plenè probant, & ratione publici officij dictum illorum ſuſtinetur; ſi vero ſunt manifeſti, vel pars opponit, & inhabilitatem obijcit, & tunc certiſſimum eſt, quod probata inhabilitate, teſtes iſti, ſi etiam ſunt examinati, vbi potuiſſent examinari, nullum prorſus faciunt indicium. Felin. *d. cap. cum dilecti n.* 13. Aret. Marſ. Diaz. & plures alij, quos ſequitur Farinac. *quæſt* 62. *num.* 286. Si vero pars non opponit, vel teſtes iſti à iure reijciuntur in totum, ſiue dicat melius, vel iſti teſtes reijciuntur à iure inhabilitate pœnali in odium delicti, vt reijciuntur infames infamia iuris perfecta, ſeu reijciuntur propter reuerentiam, vt reijciuntur filij contra parentes, & ſerui contra dominos, ſiue reijciuntur ex alia cauſa, quam fauore partis, ſeu, quam ex ſuſpicione falſitatis; & iſti teſtis examinati, vbi non debent, etiam quomodocumque parte non opponente, ſed conſentiente nullum prorſus indicium faciunt, quia ius hos reijcit, & reiectos eſſe vult, etiam ſi verum deponant, quia vult eos, vel priuatos eſſe in pœnam honore hoc, vt *illis* credatur in iudicio, vel non vult permittere hanc irreuerentiam, vt filijs credatur contra parentes, vel ex alia cauſa, quam ex ſuſpicione veritatis, vult eos non audiri in iudicio, etiam ſi non ſit ſuſpicio, quod falſum deponant. Et ita quod reiecti à iure hoc modo in totum, vel propter reuerentiam, ſi examinentur, vbi non debent, nullum prorſus faciant indicium docent Felin. *d. cap. cum dilecti*, & alij quos ſequitur Farinac. *quæſt* 62. *num.* 287. & 289. Et de reiectis ob reuerentiam idem aſſerit Bict. *q.* 41. *n.* 25. vbi idem aſſerit de domeſticis, & ſimilibus, cum tamen longè diuerſa ratio ſit de iſtis, & de ſupra recenſitis. Sed præterea *num.* 23. vult contrarium de reiectis totaliter cum aliquibus alijs, qui non conſiderant, quod lex ſupra recenſitos teſtes nullo modo vult audiri per ſe, & principaliter, non quia ſint ſuſpecti de veritate, ſed quia non digni ſunt, vt audiantur, & ab illis aliqua veritas accipiatur,

vt

vt conſiderauit etiam Eliſeus *tract. 3. q. 2. nu. 3. in fine*.

136. Si verò teſtes à iure reijciuntur ex ſola inhabilitate medicinali, (vt ſic dicam) nimirum ex ſola ſuſpicione falſitatis, aut defectus veritatis, quomodo reijciuntur teſtes qui reijciuntur poſt pubertatem ratione minoris ætatis, aut ſexus, aut ratione affectionis, vel alterius conditionis perſonalis ratione cuius præſumi, aut ſuſpicari poſſit, vt de facili decipi poſſint, vel ex eorum moribus induci poſſint de facili ad mentiendum, vt non ſint conſtantis fidei. Tunc ſi iſti teſtes admitti poſſunt parte non opponente iam ſumus extra caſum, quia iſti non admittuntur in caſu in quo admitti non poſſint, quia huiuſmodi teſtes de iure, parte non opponente ſcienter, & multo magis parte conſentiente admitti poſſunt, & examinari, vt communiter DD. docent, quos abundè refert Farinac. *q. 62. num.* 175. *& ſeqq.* & tradunt communiter omnes.

137. Solum igitur poteſt eſſe difficultas, vbi iſti teſtes examinentur parte nec opponente, nec conſentiente, quia pars non fuit citata, vel facto iudicis fuit impedita, ne opponeret, vel ignorabat teſtium inhabilitatem, vel quomodocumque fuerunt admiſſi in caſu, in quo pars potuit ſe opponere, & teſtium examen iuſtè eos reijciendo impedire. In hoc enim caſu dici poſſunt teſtes admiſſi, cum non deberent. Et tunc niſi ſimus in caſu inhabilis occulti vt dictum eſt ſupra *num.* 135. in quo teſtes poſſunt admitti, dicendum eſt hos teſtes non facere indicium ad ſpecialiter inquirendum, vel ad torturam. Et quidem quod non faciant indicium ad torturam, voluit Franc. *c. 1. num. 4. de teſtibus in 6.* & apud Farinac. *q. 62. num.* 270. Monticell. & Hippol. Rim. quod verius eſſe voluit Farinac. *ibid.* Et propterea idem dicendum eſt de tranſmittenda inquiſitione Reo abſenti, cum hæc inquiſitio maius præiudicium inferat, quã tortura, quia inquiſitus ſi non compareat, damnatur. Sed vniuerſaliter probatur quia repugnat aſſerere, quod teſtes examinati & admiſſi prohibente lege probent, vel plenè, vel ſemiplenè, vel ſufficienter ad effectum ad quem requiruntur legitimæ probationes; quia non eſt legitima probatio, cui ius reſiſtit, quia lex non vult hos teſtes admitti, niſi pars expreſsè vel tacitè conſentiat, & ita non ſufficit quod negatiuè ſe habeat, ſed opus eſt quod ſaltem implicitè conſentiat. Et ita vel non erit contra ius admittere in tali caſu teſtes inhabiles, vt ſi inhabilitas tam à parte quam à Iudice ignoratur, & teſtis habetur pro habili.

138. Vel ſi eſt contra ius teſtes illos admittere, vt quia inhabilitas eſt nota Iudici, qui propterea ſcit illos non deberi admitti, & aliàs in eo caſu non poteſt præſumere, quod pars conſentiat, teſtes ſic contra ius admiſſi non faciunt aliquod iudicium legitimum, ſed tunc vel Iudex habet teſtes habiles, & ex illis debet ſpecialiter inquirere inhabilibus relictis, quos non poteſt admittere, niſi parte conſentiente, vel non habere poteſt teſtes habiles, & tunc ſumus extra caſum noſtrum, quia tunc teſtes non examinantur, vbi non poſſunt admitti, quia teſtes iſti inhabiles in exceptis & in ſubſidium admitti poſſunt. Sed & debet aduerti, quod ſi verum eſt, quod multi tenent, vt dictum eſt ſupra (quod probabile puto) dari, ſcilicet, teſtes inhabiles, qui non reijciuntur ſimpliciter, ſed ſolum lex vult eos non admitti, vt teſtes omnino integræ fidei, tunc Iudex parte nec conſentiente nec diſſentiente, imo etiam diſſentiente poterit illos admittere, & facient aliquod iudicium, quod forſan ſufficiat etiam ad torturam, vt dictum eſt de paupere honeſtatæ vitæ, ſed tunc erimus extra caſum noſtrum, quia erimus in caſu, in quo teſtes inhabiles poſſunt admitti, & ſic vera eſt regula generalis contraria, quod teſtes inhabiles admiſſi vbi de iure non poſſunt admitti, non faciunt indicium ſufficiens nedum ad torturam, ſed neque ad inquiſitionem ſpecialem.

139. Dicitur propterea ſecundo, quod teſtes inhabiles etiam parte non opponente & in caſibus in quibus admitti poſſunt, admittuntur cum ſuis exceptionibus; & non ſunt teſtes omni exceptione maiores; & ideò integrè non probant, nec ſufficiunt ad condemnandum Reum in pœnam ordinariam, illis enim aliquo modo obſtat lex naturalis, & aliqualis ſuſpicio falſitatis, vt in domeſticis ſuſpicio nimiæ affectionis, & in criminoſis ſuſpicio malitiæ & malæ voluntatis, & ſic de alijs adeſt fundamentum aliquale illius ſuſpicionis, ob quod lex poſitiua cenſuit tales eſſe reijciendos, & ideò tales non ſunt omnino integræ fidei nec ſufficiunt ad cõdemnandum Reum in pœnam ordinariam. Felin. *cap. cum Dilecti nu.* 14. *de accuſat.* Menoch. *in arbitr. caſ.* 106. *num* 6. & alij innumeri, quos refert & ſequitur Farinac. *de Ind. q.* 37. *num.* 67. *& q.* 43. *num.* 40. *& de teſtibus q. 62. num.* 73. *& num.* 84. Guazz. *def.* 32. *cap. 4. num.* 5. *&* 6. & apud illum Gram. & Simon. *de Pret.* de Bictis *q. 41. num.* 24. & alij, quos retuli *cap. in fidei fauorem de hæret. in* 6. & quos refert Scroi *p.* 4. *cap. 3. poſt num.* 31.

140. Et nihilominus ſi in caſu ſingulari ceſſet ex circumſtantijs omnino ſuſpicio, poſſet teſtis haberi vt idoneus, ſed in ordine ad minorem pœnam extraordinariam, numquam tamen ad ordinariam, quia ius hoc non permiſit.

141. Cum ergo teſtium inhabilitas non poſſit ſuppleri in criminalibus, vt ſufficiat ad condemnandum in pœnam ordinariam, videndum eſt, qualiter ſuppleri poteſt in ordine ad inquiſitionem ſpecialem, & ad torturam, & ad pœnam extraordinariam. Primo igitur ſuppletur defectus inhabilitatis teſtium ex illorum numero; ſed hoc non verificari in teſtibus qui in totum repelluntur, quia iſti nihil probant, & quod nihil eſt non ſuppletur *l. ſi manente ff. de precar.* dicunt Clar. *q.* 24. Farinacc. *q. 62. num.*

317. Et ideo cum teſtis, qui habet intereſſe in cauſa in totum repellatur, ideò eius inhabilitas non ſuppletur per numerum. Farinac. *num.* 318. Et idem dicitur de teſtibus amicis, ſi amicitia ſit talis, quæ ſit tanta vt in totum repellat teſtem, Farinacc. *q.* 55. *num.* 247. Et multo magis hoc verificatur de teſtibus inimicis, quia inimicitia in totum teſtem repellit. Si etiam defectus teſtis non ſit perſonalis, ſed conſiſtit in eorum dictis, non ſuppletur per numerum, Farinac. *q.* 62. *num.* 319. Quot vero debeant eſſe teſtes, vt ex eorum numero ſuppleatur inhabilitas, arbitrarium eſt Iudici conſideratis circumſtantijs, Felin. Gabriel. & alij, quos ſequitur Farin. *q.* 62. *num.* 327. Bictus *q.* 41. *num.* 13.

142. Verum huiuſmodi diſtinctio de teſtibus in totum, vel non in totum reiectis à iure minus vtilis eſt ad rem hanc explicandam. Certè enim v. g. filij, reijciuntur in totum ne teſtificentur contra parentes, & tamen in caſibus à Iure permiſſis, nemo negabit quod ex pluralitate filiorum deponentium contra Patrem non augeatur ius probationis, cum imo in hoc caſu plures filij integrè probent, cum de eis contra Patrem non poſſit præſumi, quod falſum depoſuerint. Et eo magis quod teſtes, qui repelluntur in totum, vel ex alia cauſa, quam ex ſuſpicione falſitatis, examinati in caſibus non permiſſis, etiam ſi eſſent pluſquam mille, nihil probant, & veriſſimum eſt, quod eorum inhabilitas non ſuppletur per numerum. Solum igitur inhabilitas teſtium ſuppleri poteſt per numerum, quando alias de iure admitterentur. Tunc verò per accidens ſe habet, quod ſint de genere eorum, qui reijciuntur in totum, vnde in his caſibus plus v. g probant duo infames, quam vnus. Et ex magno numero poteſt eorum inhabilitas ſuppleri in ordine ad pœnam extraordinariam. Et imo aduertendum, quod inhabilitas pœnalis & ſimilis, vel non eſt ſupplebilis per numerum, quia ſolum Principis diſpenſatione, aut diſpoſitione tollitur, vel non indiget ſuppleri, quia poſita Principis diſpenſatione, aut diſpoſitione reiecta eſt illa inhabilitas, & ſic v. g. inhabilitas infamiæ iuris non eſt ſupplebilis, ſed in caſibus à iure permiſſis illa eſt ablata, ſed quia manet inhabilitas, quæ ſit ex ſuſpicione falſitatis, hæc ſuppleri poteſt per numerum.

143. Aliter igitur dicitur, quod numerus teſtium non ſupplet eorum inhabilitatem niſi tollat ſuſpicionem falſitatis. Conſiderari igitur debet, quod ſi inhabilitas teſtium eſt eiuſdem generis, de facili continget, vt numerus teſtium potius augeat ſuſpicionem; ſic quo plures ſunt inimici, vel amici, vel habentes intereſſe in cauſa, magis creſcit ſuſpicio, & præſumptio conſpirationis, & ideò ex numero horum teſtium non minuitur inhabilitas.

144. Itaque igitur vt dixi *cap. in fauorem num.* 62. *de haret. in* 6. plura conſideranda ſunt, vt videatur an ex pluralitate teſtium tollatur eorum inhabilitas. Nam ex parte Rei inquiſiti conſiderari debent qualitates eius, an ſit de delicto diffamatus, an malæ opinionis & vitæ, an Clericus vel Religioſus, aut in dignitate conſtitutus. Ex parte vero teſtium an alias ſint in ſuo ſtatu bonæ famæ, & timoratæ conſcientiæ, & præcipuè an ex multiplici, vel potius ex vna cauſa tantùm ſint inhabiles, & quæ ſit iſta cauſa; nam inhabilitas ſexus vel paupertatis de facili ſuppletur, ſed non ſic illa, quæ ex infamia, hæc igitur & aliæ qualitates teſtium conſiderari debent, ſeu attendi debent circumſtantiæ facti, & depoſitionum modi, & qualitates, & alia, quæ ad rem facere poſſunt. Si ergo omnibus conſideratis ex numero teſtium tollitur ſuſpicio falſitatis (quod abſolutè fieri poteſt ſi teſtes non ſunt inhabiles niſi ex ſuſpicione falſitatis) tunc ex numero teſtium tollitur eorum inhabilitas, ſecus verò ſi dato quocunque numero teſtium adhuc teſtes remanent ſuſpecti, ſic enim ſemper plus, vel minus remanent inhabiles.

145. Secundo teſtis inhabilitas ſuppletur ex ſuperabundanti fide alterius teſtis. *Ex l. ſi quis ex argentarijs comm ff. de eden.* vbi communiter DD. Farin. *q* 62. *num.* 335. Hoc tamen in criminalibus non procedit in ordine ad damnandum in pœnam ordinariam, ſed ad torquendum, vel ad ſummum ad damnandum ad pœnam extraordinariam. Et ideò potiùs dicendum eſt, quod ſuper excedens fides vnius teſtis non ſupplet defectum teſtis inhabilis, ita vt ſit omnino plena probatio, vt voluerunt Portell. *v. teſtes numer* 10. Souſa *lib.* 20. *capit.* 12. Diana *part.* 4. *tractat.* 8. *reſolut.* 129. Et in hoc ſenſu intelligi debet opinio affirmans, quē ſequitur Farin. *q.* 62. *num.* 331. Sed hoc etiam conſiderari debet, quod dantur teſtes inhabiles, qui reuera tales non ſunt, vt ſupra dictum eſt de paupere. Et alia eſt etiam inhabilitas, quæ parua eſt, vt eſt inhabilitas mulieris, & hæc inhabilitas ex ſuperabundanti fidei alterius poſſet tolli ſaltem in ordine ad damnandum non ad pœnam mortis, vel aliam grauem.

146. Tertio Teſtis inhabilitas ſuppletur ex alijs adminiculis, coniecturis, præſumptionibus, & veriſimilitudinibus. Farinac. *q.* 62. *nu.* 335. vt ſi teſtis deponat veriſimilia, ſi eius dictum iuuctur aliqua iuris præſumptione, vel aliqua præſumptione naturæ, vel cum dicto teſtis concurrat fama, vel partis confeſſio. Et in criminalibus hoc ſupplementum admittitur quidem ad torquendum, ſed non ad damnandum in pœnam ordinariam, vt ſupra eſt probatum.

147. Singularis tamen conſideratio haberi debet de teſtibus inhabilibus fauore partis, qui de conſenſu partis tacito vel expreſſo admittuntur. Nam Eliſeus *tr.* 3. *qu.* 18. *num.* 2. Exiſtimat huiuſmodi teſtes probare, ſi vera deponant, & quod contra eorũ dicta non ſit exceptio; limitat tamen hoc, vt non procedat in inimicis, quos ait eſſe inhabiles de iure naturæ, quia iam hic, vt Ipſe ait, neque arbitrarium eſt Iudici videre quantum probent. Et idem iudicium

facit

Digitized by Google

facit de conſanguineis, quos etiam reijci de iu-
re naturæ aſſerit; Sed in hac materia ſemper di-
ſtingui debet inter admiſſionem, ſeu non ad-
miſſionem teſtis ſimpliciter & abſolutè, & in-
ter admiſſionem vel non admiſſionem in teſtem
integræ fidei. Hoc eſt de iure naturæ, vt ini-
micus capitalis, maximè ſi ſit verus, & non
tantum præſumptus, non ſit admittendus vt
teſtis integræ fidei, ſed non eſt de iure naturæ
vt ſimpliciter, abſolutè, & in omni caſu reii-
ciatur quamuis lex poſitiua, quæ attendit ea
quæ frequentiùs accidunt, meritò iudicauerit
inimicos, vel conſanguineos non eſſe abſolutè
admittendos in teſtes. Et ideò vbi huiuſmodi
admittuntur ex conſenſu partis Iudicis officiũ
eſt, vt penſatis penſandis videat, an dictum
inimici præbet & quantum probet; ſed hoc eſt
verum vniuerſaliter de omni teſte inhabili ad-
miſſo de conſenſu partis, vt benè docet Farin.
q. 62. num. 48. & 128. Teſtes enim iſti ſunt in-
habiles ratione ſuſpicionis falſitatis, qua labo-
rant. Et ideò quidquid ſit de conſenſu partis
illos admittentis videndum eſt, an in facto ceſ-
ſet ſuſpicio, quod ſpectat ad officium & arbi-
trium Iudicis. Si vero teſtis, qui nec de con-
ſenſu partis poteſt admitti admittatur, nihil pro-
bat, quamuis quia aliqui exiſtimant dari in-
habiles leuis momenti inhabilitate, quæ ſi il-
lis non opponatur, ſemper quale iudicium
faciunt, conſilium datur vt ſemper excipia-
tur.

148. Hinc ferri poteſt iudicium de multis,
quæ circa hunc articulum dicuntur à multis.
Dicitur enim, quod vnus teſtis inhabilis, in ca-
ſibus in quibus poteſt admitti etiam tortus nõ
facit inditium ad torturam contra nominatum.
Quod tamen facit, ſi eius dictum ſit adminicu-
latum. Tuſc. *concl.* 236 *num.* 4 Maſcard. *concluſ.*
1311. *num.* 12. Menoch. *de arb. caſu* 474. *nu.* 43.
Farin *conſ.* 58. *num* 9. & *q.* 79. *num.* 52. Baiard.
ad Clar. *q.* 25. *num.* 39. Guazz *def.* 19. *cap.* 10.
num 4. Barr. Bou. Boer. & alii plures, quos re-
fert Scroi *p.* 4. *c.* 3. *num.* 31. Et ideò dictum ſo-
cij criminis adminiculatum facit indicium ad
torturam, Clar. *q* 21. *num.* 32. & ibi Baiar. *nu-
mer.* 32. Et regulariter ad hoc vt dictum vnius
teſtis inhabilis faciat iudicium ad torturam
duo requãruntur, ſcilicet teſtis tortura & ad-
minicula, etiam in caſibus exceptis. Clar. *q.* 21.
num. 9. & alij plures apud Scroi *d. num.* 35. Et
hæc ſufficiunt ad hoc, vt etiam in caſibus non
exceptis dictum ſocij criminis faciat indicium
ad torturam. Clar. *q.* 21. *verſ. ſed quid*, & ibi
Baiard. *num.* 32. Guazz. *def.* 32. *cap.* 8. *num.* 2.
Scroi *d. num.* 35. Et quod ad hoc vnum admi-
niculum ſufficit, vt puta mala fama inculpati.
Clar. *d. q.* 21. Souſa *l.* 1. *cap.* 25. *num.* 24. Diana
p. 4. *tr.* 6. *reſol.* 7. Si tamen adminiculum ſit ple-
nè probatum per duos teſtes. Farin. *q.* 37. *n.* 14.
& 17. & *q.* 43. *num.* 169. & *ſeqq.* Et ita tamen,
quod ſi inculpatus per dictum vnius teſtis in-
habilis, & adminiculati tortus fuerit negatiuus,
ſi aduenerint duo alij teſtes, iterum poſſit tor-
queri. Diana *p.* 4. *tr.* 6. *reſol.* 7. *not.* 2. Scroi *par.* 4.
cap. 3. *num.* 37.

149. Duo autem teſtes inhabiles in caſibus,
in quibus de conſocijs poſſunt interrogari, etiã
ſine adminiculis faciunt indicium ad torturam
Farin. *q* 43. *num.* 39. Clar. *q.* 22. *num.* 11. & ibi
Baiard. *num.* 41. & 48. Si tamen deponant cum
iuramento & tortura, vbi tamen tortura ſerua-
ri debet. In multis enim Tribonalibus, vel ex
priuilegio, vel ex conſuetudine iſti teſtes inha-
biles non torquentur. Et vbi ſeruatur tortura,
ſufficit, quod teſtis deponat immediatè poſt tor-
turam, vt ex Blanc. Boer. Peguer. & Cabal. te-
net Scroi *p.* 4. *c.* 3. *num.* 38. Nec ſufficit quod ex
duobus teſtibus vnus ſolus depoſuerit in tortu-
ra, maximè ſi adſint indicia exculpantia incul-
patum, & ſic vniuerſaliter dicitur, quod duo te-
ſtes inhabiles ſufficiunt vt faciant indicium ad
torturam. Maſcard. *concl.* 857. *num.* 38. Bor-
don. *cap.* 8. *num.* 13. Quia duo teſtes inhabiles
habentur loco vnius teſtis integri. Baiard. ad
Clar. *q.* 22. *num.* 10. & alij apud Farinac. *qu.* 62.
num. 273. Dummodo deponant de delicto im-
mediatè, & non ſuper adminiculis. Farin *q.* 56.
à num. 72. Quidquid verò in contrarium dixe-
rint aliqui, duo ſocij criminis deponentes con-
tra aliquem, etiam cum adminiculis, non ſuf-
ficiunt ad damnandum inculpatum in pœnam
ordinariam, ſed ſolum ad torturam, vel ad
ſummum ad pœnam extraordinariam. Farinac.
conſ. 10. *num.* 11. Guazz. *def.* 32. *c.* 8. Palaus *to.*
1. *tr.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 15. *num.* 1. Scroi *p.* 4 *c.* 3.
num. 40.

150. Tres verò teſtes inhabiles ſufficere ad
damnandum inculpatum pœna ordinaria,
quando ex circumſtantijs, & coniecturis, &
perſonarum qualitate veriſimiliter præſumuntur
verum deponere, dixerunt Maſcard. *concl.* 817.
num. 29. Diana *p.* 4. *tr* 8. *reſol.* 123. loquentes in
crimine hæreſis. Quia dicta trium teſtium con-
cordium operantur quantum dicta duorum
proborum virorum. Palaus *tom.* 1. *tr.* 4. *diſp.* 8.
p. 15. § 4. *num.* 2. Diana *d. reſ.* 133. Peguer. Ca-
bal. & alij, quos in parte ſequitur Scroi *p.* 4. *c.*
3. *num.* 41. Quod multo magis procedit, ſi te-
ſtes ſint quatuor, vel in maiori numero. Sed
alij dicunt, quod numerus teſtium non ſupplet
eorum inhabilitatem in ordinem ad damnan-
dum reum in pœnam ordinariam. Farin. *qu.* 43.
num. 39. & 40. & *q.* 62. *num.* 312. Et ita quod
numerus quaternarius non ſufficiat ad dam-
nandum niſi in pœnam extraordinariam, dixe-
runt Farin. *q.* 62. *num.* 325. Carena *par.* 3. *tit.* 5.
num. 1. Diana *p.* 4. *tract.* 8. *reſ.* 123. Bordon. *c.* 8.
num. 16.

151. Sed vbi ex teſtibus vnus eſt omni ex-
ceptione maior, quod nedum plures teſtes in-
habiles, ſed vnus ſolus adiunctus, ſi teſtis in-
habilis deponat in tortura, quod tunc plenè
probet, dixerunt Maſcard. *concl.* 158. *num.* 5. &
concl. 311. *num.* 54. Bald. Bouer. Ricc. Calca.
Crauet. Dec. & alij plures apud Scroi *p.* 4 *c.* 3.
num. 42. Et vniuerſaliter, quod quando cum

vno

vno teſte omni exceptione maiori, iungitur alia ſemiplena probario, quod delictum plenè probetur colligitur ex *l. ſi quis §. cogantur ff. de edendo*, & probat Farin. *q.62. nu.328.* ſed Menoch. *caſu* 474. *num.* 64. dubitat de hoc, an ſcilicet teſtis inhabilis iunctus teſti habili plenè probet. Et hoc eſſe manifeſtè falſum tenet Farinac. *q.43. num.*167. Qui *q. 62. num.* 345. vult, quod in criminalibus ex magna fide alterius teſtis ſuppletur quoad torturam, non quoad condemnationem. Et *q.86. num.23.* qnod duæ ſemiplenæ probationes non innguntur ad pœuam ordinariam, ſed ſolum ad extraordinariam, ſed Bordon. *c.8. num.* 28. negat quod fides vnius teſtis integri, & valdè digni ſuppleat fidem teſtis inhabilis.

152. Sed dicendum eſt, quod in his, & ſimilibus caſibus arbitrarium eſt Iudici videre quantum teſtes inhabiles probent. Ita tamen quod regulariter nunquam probant ad pœnam ordinariam, niſi in caſu, in quo certum ſit, quod ſuſpicio teſtis omnino & pleuè ceſſet, quod rariſſimè poteſt contingere. Et quod vbi teſtes totaliter à iure reijciuntur iuxta dicta *nomer.* 135. nihil probant etiam ſi fuerint decem millia, & iſti non recipiunt ſupplementum ab alterius teſtis habilitate, aut ex coniecturis, & adminiculis. Quantum verò ad alios teſtes, qui ex ſuſpicione falſitaris ſunt inhabiles, iſti admittuneur cum ſuis imperfectionibus, & vbi non ceſſet in caſu contingenti ſuſpicio falſitatis, nunquam haberi poſſunt, vt teſtes integræ fidei, quod videre ſpectat ad prudentiā Iudicis. Et ſemper attēdi debet ex qua cauſa teſtis ſit inhabilis. SI enim hæc ſit odium, ex numero teſtiū potius minuitur fides, ſicut ſi teſtes ſiur inhabiles ex magna affectione, vel quia habent intereſſe in cauſa, pariter difficilius ſuppletur inhabilitas, quæ eſt ex culpa facilius quā illa, quæ eſt inculpabilis. Nullo autem modo ſuppleri poteſt, quæ eſt pœna lata contra teſtem, vel quæ eſt à iure ſtatuta ex ſpeciali aliqua cauſa, & non ex timore falſitatis teſtis, vt ſupra eſt explicatum.

153. Dicitur verò tertio quod teſtes inhabiles contra producentem plenè probant, etiam in criminalibus *l. ſi quis teſtibus l. de teſt. cap. 3. q. 3.* Teſtis enim debet deponere ſecundum rei veritatem, & ſic pro vtraque parte deponere debet, & ideò producens teſtem habet illum pro habili, tam pro ſe quam contra ſe.

154. Sed quamuis hæc concluſio ſit communis, adeſt contra illam difficultas ex illa non minus communi regula, quod teſtes inhabiles non admittūtur niſi cum ſuis imperfectionibus, & ideò nō ſunt integræ fidei, nec plenè probant. Er ratio eſt, qnia vbi ex natura rei teſtis eſt ſuſpectus, vt eſt teſtis inimicus, vel habeus intereſſe in cauſa, vel non habens plenitudinem Iudicij, vel aliqua ſimili cauſa, conſenſus illum inducentis, ſicut non poteſt tollere defectum teſtis, quem de facto habet, ita non poteſt tollere ſuſpicionem falſitatis per ſe coniunctam illi defectui, & facere quod teſtis ſit integræ fidei, & plenè probet. Quamuis igitur concluſio iſta ſit certa, & veriſſima quantum ad hoc, quod producens teſtem non poſſit illum reijcere, tamen ſaltem in criminalibus, non poteſt facere quod probatio eius ſit maior, quam ſit illa, quā poteſt facere teſtes ſuſpectus de falſitate, quæ non eſt probatio plena.

155. Hoc ramen poteſt facere, vt in ſui præiudicium habeatur, ac ſi eſſet plena. Sed hoc locum habere non poteſt niſi in illis, in quibus poteſt cedere iure ſuo. Procedit vero ſupradicta explicata concluſio etiam in diuerſis cauſis, vt qui in vna cauſa produxit teſtem, non poſſit illum reprobare ſi in alia cauſa contra ſe producatur *l. ſi quis C. de teſtib.* Quamuis teſtem per productionem tacitè approbatum in iudicio ſummario poſſe reprobari in ordinario plures aſſerant cum Farinac. *q.62. num.*219. Et in hoc ſufficit productio teſtium, etiam ſi producens illis non fuerit vſus, quod tamen aliqui non ſine diſtinctione admittunt, & dicunt, quod ſi producens teſtem eo non fuit vſus, quia noluit vti, vt quia inuenit illum falſum, poſſit illum à ſe producto reprobare; ſecus ſi non fuit vſus, quia vti non potuit v. g. quia nihil ad ſui fauorem depoſuit, quia tunc non poteſt illum reprobare, ſed melius abſolutè dicitur, quo producens teſtem ex hoc eius perſonem approbat, nec poteſt eandem perſonem contra ſe inductam reprobare poteſt tamē reprobare eius dictu, Farinac. *q. 62. num.* 222. de Bictis *q. 411. num.* 4. plures alios referens.

156. Imo etiam ſi quis produxerit teſtes, & poſteà illos non examinauerit non poterit ampliùs eos reprobare, ſi ex aduerſo reproducuntur. Imo teſtes producti inſtante illo, contra quem fuerunt inducti, examinari debent etiam inuito producente, ſed etiam contra illum contra quem producti fuerunt, ſi ille vſus fuit illis contra producentem, vt ſic non poſſit eos amplius reprobare. Hoc tamen verificatur in approbatioxe expreſſa facta per vſum teſtiū non veró de approbatione negatiua, quia ſcilicet, eos non reprobauit. Nam in hoc caſu is contra quem teſtes producti ſunt, poteſt illos in alia cauſa re probare; quod ſi teſtes inducti deponant de credulitate, aut de auditu, ſi is, qui illos produxit; vt examinarentur, iterum iam examinatos & publicatos producat, illi probant contra producentem. Farinac. *qu.* 62. *num.*255. Bictus *q.41. num.* 5. Teſtem etiam vnicum, præcipuè ſi poſt eius examen, & publicationem producantur, contra producentem probare plures aſſerunt, ſed contrarium ſenſit Rota coram Penua *in Tullen. Monaſterij 27. Ianuarij* 1597.

157. Si tamen exceptiones contra teſtes adueniant poſt eorum productionem qui teſtes produxit poteſt contra illos excipere *l. ſi quis teſtibus l. de teſtibus, & ibi gloſſ. & alij.* Sed & contra teſtium dicta opponere poteſt, qui illos produxit, non tamen, ſi poſt dictum illorum

rum

rum examen, & publicatum illud produxit, quia tunc nec contra dicta teſtium poteſt opponere; Et ita quod producens teſtes ſi facta teſtium publicatione id faciat, cenſetne illos approbare. Menoch. Maſcard. & Farinac. *q. 62. n.243.* Bictus *q. 41. n. 6.* Si etiam qui produxit teſtes, non ſciebat eorum inhabilitatem, (cuius ignorantiam ſatis probat ſuo iuramento) talis teſtes, nec probant contra producentem. Poteſt etiam qui teſtes produxit opponere, quod fuerint ſubornati *l. ſi quis teſtibus C. de teſtibus*. Specul. *tit. de teſt. §. ſæpè num.* 7. Si etiam ſit diuerſa ratio inter producentem, & aduerſarium, ſtat, quod producens v. g. fratrem aduerſarij poſſit ratione affectionis repellere eundem, ſi reproducatur ab aduerſario. Et ſic producens teſtem non poteſt illum repellere ex cauſa, quæ procedat ab ipſo producente, poteſt tamen illum reiicere ex cauſa, quæ procedit ex alio. Et propterea producens teſtem poteſt illum repellere in his, quæ reſpiciunt cauſam propriam, & intereſſe ipſius teſtis, niſi producens ſciuerit illud intereſſe teſtis. Specul. *tit. de teſtibus §. reſtat num.* 24. Menoch. *de arbitr. caſ.42. num.2.*

158. Sed & productum teſtem, ſi non in genere tantum, ſed ſpecialiter illum reprobat, pars aduerſa poteſt illum reprobare, ſi contra ſe reproducatur. Per regulam quod non debet quis ſentire commodum ex actu, quem impugnat. *cap. ex eo de reg. iur. in 6. l. ſi quis falſas C. de falſar.* quod tamen non verificatur, ſi non obſtante reprobatione partis, ego reprobem impugnationem factam à parte, & vtar teſte reprobato, quia tunc non poſſum illum reprobare, ſi contra reproducatur, ſed ſi reprobatio teſtis facta ab illo contra quem fuit productus, à producente fuerit approbata, non poteſt producens teſtem huiuſmodi contra me reproductum reprobare. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1235. *num.7. iuncto num.* 20. Farinac. *q.62. num.* 257. Et ſic ſequitur, quod teſtem contra me productum poſſum ego reproducere contra ipſum in cauſa diuerſa, vel in diuerſo articulo ſpectante ad eandem cauſam, de quo tamen videndi ſunt DD. *in cap. præſentium de teſtibus.*

159. Vt vero inhabilitas tollat fidem teſtis conſiderandum eſt, quod vbi teſtes requiruntur ad aliquod probandum in iudicio attendi debet eorum habilitas, vel inhabilitas tempore depoſitionis, imo & tempore iuramenti, & ita quod vtroque tempore habiles eſſe debent. Panormit. Butr. & alij, *cap. teſtimonium de teſt.* Sed ſi teſtes requiruntur ad ſolemnitatem, & ſubſtantiam actus tunc habilitas debet adeſſe tempore eiuſdem actus non verò tempore depoſitionis. Et ſic teſtis factus inhabilis poſt actus celebrationem, ſi id factum fuerit, ſine ſua culpa, validè deponit de facto habito, cum ipſe eſſet habilis, ſed ſi cum culpa factus ſit inhabilis, quidam illum non probare aſſerunt, alij vero probare volunt, quos refert Farinac. *quæſt.62. num.303. & 304.* & ſic etiam teſtis habilis tempore depoſitionis probat, nec fides eius diminuitur, ex eo quod poſt depoſitionem ſit factus habilis. Farinac. *quæſt. 62. num.*304.

160. Licet vero inhabilitas teſtis oppoſita regulariter non impediat examen teſtis, ſed illa in fine litis diſcutienda relinquatur, maximè ſi oppoſitio requirat altiorem indaginem, aut ſit calumnioſa, & ſic Iudex admiſſa exceptione cum clauſula, ſi & in quantum, poteſt proſequi examen teſtium. Nihilominus in ſequentibus caſibus prius videri debet de oppoſitione, ſi concurrat aliqua præſumptio iuris, vt ſi teſtis fateatur ſi fuiſſe ſeruum, de iure enim præſumitur illum adhuc ſeruum eſſe. Secundo ſi excepta ſit inimicitia capitalis, nam prius de illius veritate eſt videndum; Farinac. *quæſt. 62. num.* 357. Tertio ſi incontinenti offeratur probatio exceptionis altiorem indaginem non requirentis. Innoc. Felin. & alij in *cap. ex parte de teſtibus*. Quarto exceptio excommunicationis, prius probanda eſt propter periculum communicationis. DD. *cap. ex parte de teſt.* Quinto antequam teſtis examinetur cum tortura probanda eſt exceptio contra illum oppoſita, quia tortura infert damnum irreparabile. Farinac. *q. 62. num.* 360. Sexto quando teſti opponitur crimen publicum, & manifeſtum. Septimo ſi periculum eſt, quod teſtes reprobatorij non habeantur in fine litis. Panormit. Butr. & alij in *d. cap. ex parte*; Aliquando tamen eſt arbitrarium Iudici videre, an probatio inhabilitatis teſtium reſeruanda ſit in fine litis.

SVMMARIVM.

1 *Vnicus teſtis quicumque ſit, non plene probat, nec de iure poſitiuo, nec diuino.*

2 *Semiplenè tamen probat, ſi ſit omni exceptione maior.*

Vbi agitur de graui præiudicio tertij vnicus teſtis non plenè probat, cuiuſcumque Principis auctoritate. ibid.

Papa poteſt ſtatuere in aliquo caſu ſingulari, quod ſufficiat vnicus teſtis. ibid.

3 *Quomodo iuuet ad defenſionem rei depoſitio vnius teſtis omni exceptione maioris.*

4 *Et quomodo depoſitio vnius teſtis probet de conſenſu paſtiuam.*

5 *Depoſitio vnius teſtis de facto proprio aliquando plenè probat.*

Et aliquando non plenè probat. ibid.

6 *Etiam ſi veritas aliter haberi non poſſit.*

7 *Si ſit teſtis omni exceptione maior, probat pluſquam ſemiplenè.*

8 *Vbi non agitur de præiudicio tertij vnicus teſtis de facto proprio deponens plenè probat.*

Quod verificatur, ſi agatur etiam de leui præiudicio tertij. ibid.

9 *Vnicus teſtis, vbi non agitur de præiudicio tertij ſufficienter probat in extraiudicialibus.*

10 *In*

10 *In ciuilibus vnicus teſtis in pluribus caſibus probat:*

11 *In criminalibus Offitiali creditur quantum ad ea, quæ ſpectant ad ſuum officium.*

12 *Quomodo credendum ſit Cardinali, & Principi.*

13 *Et quomodo in Religionibus vnicus teſtis probet.*

QVAESTIO XIII.

De numero teſtium conteſtium.

ARTICVLVS I.

De teſte vnico:

1. NEdum de iure poſitiuo eſt, quod vnicus teſtis non probet plenè, ſed ſolum ſemiplenè, *cap. licet vniuerſis, cap. veniens, & cap. in omni negotio de teſt.* Sed etiam eſt de iure diuino. *cap. admittere 33. q. 5. & cap. fin. 35. q.5.* vt habetur ex Deut.*cap.17.& 19.* & Matth. *c.18. & 1.ad Corinth. cap.13.* Quod eſt verum de quocumque in quacumque Dignitate conſtituto, & fidei indubitatæ, vbi agitur de tertij graui præiudicio. Panormit. *cap. cum à nobis num.1. de teſtibus.* Clar. *quæſt. 53.* & ibi Baiard. *num.42.* Guaz. *def. 33. cap. 14. n. 6.* Souſa *l. 2. cap.15. num.2. & 3.* Farinac. *q.63. num.65.* Imo dictum Papæ, aut Regis in criminalibus, vbi agitur de graui præiudicio tertij non probat plenè. Maſcard. *l.1. concl. 120.* Farinac. *q. 63. cap. 3.* Souſa *l.2. c.14. n.4* Et ideo multo magis in criminalibus teſtis vnicus non plenè probat *l. fin. C. de quæſt.*

2. Teſtis tamen vnicus, ſi ſit omni exceptione maior, ſemiplenè probat, & ſi exceptionem aliquam patitur in caſibus, in quibus admitti poteſt indicium aliquod ſeu præſumptionem facit *l. 2. ff. quoniam teſt. aper. cap. finali de iur. iuran.* Cum tamen aliqui voluerint, quod ea hac præſumptione transferatur onus probandi in aduerſarium, merito hoc tutum non cenſet Farinac. *q.64. num. 51.* Et verè non eſt vniuerſaliter verum. . Vnum etiam ſingulare teſte Sylu. *v. teſtis num 5.* dixit Panormit. quod, ſcilicet, vbi agitur de graui præiudicio tertij, non defertur iuramentum in ſupplementum probationis. Et aliud ſingulare aduertit Guaz. *defenſ.33. num.8.* nimirum, quod in materia, quæ veriſimiliter poteſt probari per plures teſtes, & vnus ſolus de crimine deponat, redditur ſuſpectus de falſo. Quod vero vnicus teſtis omni exceptione maior, & quacumque dignitate præclatus non probet plenè, non eſt apex, ſeu iuris poſitiui ſolemnitas, ſed ſubſtantiale ex iure naturæ neceſſarium, etiam ſi Iudex iudicet ſola rei veritate inſpecta, vel manu regia Menoch. *l. 2. caſu 99. num. 19.* Farinac. *q. 61. num.7.* Souſa *l.2. cap.14. num.1.* Quod vero, nec lege, nec ſtatuto, nec cuiuſcumque Principis auctoritate fieri poſſit, vt teſtis vnicus in graue tertij præiudicium plenè probet affirmant Rom. *ſing, 161.* Crot. *de teſtibus num 219. & 221.* Maſcard. *de probat. l.1. quæſt. 11. num. 10.* & alij plures quos ſequitur Farinac. *q.63. nu.18.* Baiard. ad Clar. *q. 43. num. 44.* Guaz. *def. 33. cap.14. num.7.* Et licet aliqui voluerint, quod Princeps poſſit in certis caſibus, & ex certa cauſa ſtatuere, vt credatur teſti vnico, quos refert Farinac. *q. 63. num. 12.* Ex eo quod Princeps poſſit ius diuinum limitare *cap. licet de fer.* tamen neque hoc deducitur ex *d. cap licet*, vbi agitur de abſtinendo à ſeruili opere in aliquibus diebus feſtis; quia feſta determinare eſt iuris humani Eccleſiaſtici, & aliud eſt legem diuinam interpretari, & modum illum ſeruandi determinare, quod Pontifici licet, & aliud eſt vbi lex diuina eſt certa, illam limitare, quod eſt prorſus illicitum. In propoſito tamen vbi ageretur non de graui præiudicio iuris quæſiti tertio, ſed ſolum, vel de minimo præiudicio ad finiendas lites, vel de præiudicio iuris quærendi poſſet Papa ſtatuere, vt in caſu ſingulari ſufficeret vnus teſtis. Imo de facto ad impediendum matrimonium ſufficit vnicus teſtis Sylu. *verb. teſtis num. 5.* ſic ad excludendum aliquem ob electione paſſiua, ſufficit vnus teſtis fide dignus, qui de eligendi inſufficientia teſtimonium ferat, vt probatur per ea, quæ dixi *tract. de elect. cap. 26. num. 56.* Et vniuerſaliter quando ad aliquid acquirendum requiritur certa qualitas, ſufficit vnus teſtis fide dignus ad impediendam acquiſitionem illius, ſi aliundè illa qualitas non ſit ſufficienter probata, quia tunc ſufficit, quod illa qualitas non ſit certa, ſed dubia; ad tollendam vero certitudinem ſufficere poteſt vnicus teſtis fide dignus.

3. Quia tamen teſtis vnicus omni exceptione maior ſemiplenè probat, ideo ad defenſionem Rei multum iuuat, vel quantum ad circumſtantias à teſtibus Fiſci non expreſſas, vt ſi teſtis deponat, quod Meius, qui à teſtibus Fiſci conuincitur occidiſſe Seium, deponat Meium occidiſſe Seium ad ſui defenſam. Et ſic vbi teſtis vnici depoſitio non eſt incompoſſibilis, & contraria teſtibus Fiſci, ſufficit ad probandam innocentiam rei, ſaltem vt non poſſit condemnari, quia ad hoc ſufficit ſemiplena probatio, ſi vero vnici teſtis depoſitio ſit contraria teſtibus Fiſci, licet probatio Fiſci ſit plenior, & præferenda, tamen adhuc iuuat, vt obnubilet, & obſcuret probationem Fiſci, vt ſaltem non debeat damnari in pœnam ordinariam, vt docet Farinac. *q. 63. num. 43.* Vnicus etiam teſtis iuuat ad hoc, vt accuſator non damnetur ad pœnam talionis. Guaz. *defenſ.33. cap.14. num.10.*

4 Dicunt etiam plures teſtem vnicum probare de conſenſu partium, ſed hoc non verificaretur, niſi partes conſentirent, nedum in perſonam illius, ſed etiam in dicta. Felin. *cap. veniens num.9. de teſt.* & alii, apud Farinac. *q.63. num. 12.* Vbi vero reus conſentit in di-

ctum teſtis, illud approbat, & ſic in ea parte eſt confeſſus, iam in hac parte non tam ex dicto teſtis, ſed quodammodo ex confeſſione rei habetur plena probatio; ſed ſi conſenſus eſt in ſolam perſonam, poſſunt reprobari teſtis dicta, & adhuc, qui conſenſit, in teſtem & eius teſtimonium poteſt per teſtes probare oppoſitum; & amplius, vt mutuus conſenſus approbet vnicum teſtem, neceſſè eſt, quod partes conſentiant in certam perſonam; & ſuper certo negocio, vt ſuper tali mutuó, vel tali depoſito, Farinac. *q.63. num.23.* Et nihilominus, quod nec de conſenſu partium, poſſit ſtari vnico teſte, vt plenè probet, ex Rim. dixit Guazz. *def.* 33. *c.* 14. *num.* 8.

5. An verò teſtis vnicus deponens de facto proprio plenè probet; tractant Couar. *pract. q.* 33. Gabriel *de teſt. concluſ.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 99. & latè Farinac. *q.* 63. *à num.* 207. Bict. *q.*43. Eliſeus *tract.* 5. *q.* 4. Sed certum eſt, quod in graue tertij præiudicium non probat plenè, maximè in criminalibus, & multò magis ſi teſtis habet aliquod intereſſe in cauſa, etiã ſi intereſſe ſit ſecundarium, & multo magis ſi cum facto proprio admiſcetur factum alienum. Et hoc eſt verum de teſte cuiuſcumque ſit dignitatis, etiam ſi ſit Cardinalis. Et pariter verum eſt, ſiue teſtis de facto proprio deponat affirmatiuè, ſiue negatiuè. Et nihilominus concurrentibus alijs adminiculis, ſeu præſumptionibus plenè probat; ſi tamen agitur principaliter contra ipſum, & ſolum in conſequentiam contra alios, vt ſi interrogetur filius familias de proprio delicto, ob quod patet in conſequentiam damnatur de peculijs, in quibus filius poteſt patri præiudicare; tunc filij condemnatio eſt præambulum executionis contra patrem. Secus ſi teſtis interrogatur de facto proprio principaliter in præiudicium alterius, tunc enim nec concurrentibus alijs præſumptionibus plenè probat: ita ex citatis DD.

6. Quod verò dicitur ex Monticello, & Butrio à Farinac. *q.*63. *num.*226. & pluribus alijs, quod teſtis vnicus deponens de facto proprio plenè probat, vbi veritas aliter haberi non poteſt, non admittitur: vbi agitur de graui præiudicio alterius, vt aduertit etiam Bictus *q.* 43. *num.* 10. Quod enim non adſit alius teſtis, ſeu alia probatio facit vt admitti debeat teſtis, qui habetur, ſed non facit quod teſtis admiſſus plus probet, quam ex ſe probare poteſt; vnicus verò teſtis non poteſt ex ſe plenè probare in graue præiudicium alterius, vt communiter docent DD.

7. Teſtis tamen vnicus deponens de facto proprio, ſi ſit omni exceptione maior probat pluſquam ſemiplenè, ſed ſi aliquam exceptionem patitur probat ſemiplenè, ita tamen quod ſi ſit infamis, non probat ſemiplenè ſine tortura, ſed ſi patitur plures defectus, nec cum tortura ſemiplenè probat Farinac. *q.*63. *à nu.*213. Bictus *q.*43. Eliſeus *tract.* 5. *q.* 4. Sed ego credo quod in præiudicium tertij, nec teſtis maior omni exceptione pluſquam ſemiplenè probet, & nec ſemiplenè probet ſi non ſit idoneus, & multo minus probet ſi plures patiatur defectus. Si etiam Fiſcus, vel Accuſator vnum ſolum teſtem produxit contra reum, iſte contra producentem plenè probat ſi deponit ad fauorem Rei. Guazz. *def.*33. *cap.*14. *num.* 11. ita probat contra Fiſcum, vt Iudex non poſſit procedere contra Reum, quod eſt verum etiam ſi teſtis alias ſit inhabilis. Et etiam ſi teſtis ſit principalis delinquens; quia Fiſcus non poteſt diuidere confeſſionem teſtis à ſe producti. Farin. *q.*43. *num.*10. Guazz. *d. num.* 11. Ideò arbitrarium eſt iudicij videre, quantum teſtis vnicus non idoneus probet. Tam enim in depoſitione facti proprij, quam in depoſitione facti alieni, poteſt teſtis in præiudicium tertij mentiri. Et ideò Iudex conſideratis circumſtantijs facti, & qualitatibus perſonarum, debet arbitrari quantum valeat depoſitio teſtis.

8. Vbi vero non agitur de præiudicio tertij, teſtis vnicus deponens de facto proprio plenè probat. Quod plures extendunt, vt plenè probet, etiam ſi agitur de modico præiudicio. Farin. *q.*63. *num.*221. Bictus *q.* 43. *num.* 9. Sed niſi præiudicium ſit adeò leue, vt pro nullo poſſit haberi, numquam teſtis vnicus in alterius præiudicium plenè probare cenſendus erit in iudicio, neque enim quis poteſt obligari, vt in ſui præiudicium in iudicio credatur vnico teſti, vbi agitur de præiudicio iuris acquiſiti.

9. Quod etiam vnicus teſtis, nedum in facto proprio ſed abſolutè probet ſufficienter in extraiudicialibus, vbi non infertur alteri præiudicium, docent Sylu. *v. teſtis num.* 5. & alij, vt ſi quis teſtetur, quod Eccleſia fuit conſecrata, vel quod aliquis fuit baptizatus, aut quod petijt confeſſionem, vel vbi agitur ad impediendum peccatum, vnde vnus impedit matrimonium contrahendum, & in foro conſcientiæ, vt ſi quis dicat ſe fuiſſe confeſſum, niſi in contrarium ſit probabilis coniectura.

10. Plures quoque dantur caſus, in quibus in ciuilibus vnicus teſtis probat, de quibus videri poſſunt Specul. *tit. de teſt.* §. *reſtat* Doctores *in cap. veniens il* 1. *de teſtib.* Syln. *v. teſtis num.*5. Tabien. *v. teſtis num.* 5. Farin. *d. q.* 63. *num.*18. *& ſeqq.*

11. Officiali quoque creditur etiam in criminalibus in ijs, quæ ſpectant ad officium ſuum, non verò in ijs, quæ ad illud conſequuntur, Felin. *in cap. Veniens il* 2. *num.* 20. *de teſt.* Carena *p.*3. *tit.*5. *num.*33. Parinsc. *de hereſ. q.* 188. *num.*2. Imo vbi agitur de pœna corporali, vel de graui præiudicio, nec ei datur plena fides etiam in illis quæ ſpectant ad ſuum officiũ; Farin. *q.*63. *num.*41. *& num.*330. Bictus *qu.* 41. Eliſeus *tract.* 5. *q.* 4. & dixi *cap. de fidei fauorem num.*19. *de heret. in* 6.

12. Qualiter vero Cardinali credatur, oſtendit Farinac. *q.* 63. *à numero* 161. *& à num.* 79. quando probet aſſertio Principis vbi *num.* 149.

& ſeqq. quod dictum Principis non probat plenè in præiudicium tertij.

13. Quod verò teſtis vnicus plenè probet, vbi agitur de leuioribus pœnis, quæ imponi ſolent in Religionibus extraiudicialiter, ſenſit Scroi *p. 4. cap. 5. num. 6.* ex Card. de Lugo *de Iuſt. tom. 2. diſp. 39. num. 17.* Eo quod in cauſis minimis admittitur probatio per vnicum teſtem, Tuſc. *l. T. concluſ.* 281. *num.* 45. Sed hæc admitti poſſunt, vbi extraiudicialiter agitur ad correctionem per leues pænitentias ſalutares, vel ſi cauſa ſit adeò minima, vt pauci fieri poſſit, & præiudicium pro nihilo computari. Idem vero Scroi *ibidem* numerar 23. caſus, in quibus teſtis vnicus probat, ſed vel reducuntur ad ſupradictas aſſertiones, vel indigent maiori examinatione. Videantur etiam Spec. *tit. de num. teſt. & in cap. veniens de teſt.* Butr. Panormit. & Syluest. *v. teſtis num.* 5. Tabien. *v. teſtis num.* 5. *& 7.*

SVMMARIVM.

14 *Duo teſtes omni exceptione maiores plenè probant etiam in criminalibus.*
Niſi agatur de probando aliquid, quod habet contra ſe præſumptionem iuris. ibid.
In ciuilibus in pluribus caſibus requiruntur pluſquam duo teſtes. ibid.

ARTICVLVS II.

De dupliti teſte.

14. DVo teſtes omni exceptione maiores, ſeu idonei plenè probant, etiam in criminalibus *l. vbi numerus ff. de teſt. cap. ſi quis teſtes 4. q. 3. cap. 1. & 2. 29. q. 3. cap. fin. 35. q. 7. cap. in omni negotio de teſt.* Niſi quando agitur de probando aliquid, quod habet contra ſe iuris præſumptionem, quia tunc duo teſtes non ſufficiunt, niſi ſint præſtantes & pluſquam idonei. Spec. *tit. de teſtibus* §. 1. *circa finem.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 31. num. 8. & 9.* Farinac. *q. 63. num.* 240. In plutibus verò caſibus in ciuilibus requiruntur piuſquam dun teſtes, de quibus videantur Specul. *tit. de teſt.* §. *teſtes* Syluester *verb. teſtis num.* 5. & Farinac. *d. q. 63. à num.* 241. vbi etiam qualiter & quando plures teſtes requirantur ad conuincendos Cardinales, & Epiſcopos. Sed vbi teſtes ſunt omni exceptione mainres ad damnandum quemlibet etiam Cardinalem & Epiſcopum duo teſtes conteſtes ſufficiunt. Nam & vbi *cap. Præſul 2. q. 4.* ad damnandos Cardinales requiruntur 72. teſtes, ſermo eſt de teſtibus inhabilibus, vt notat Panormit. *cap. licet de teſt.* Nam alias duo teſtes non inhabiles ſufficiunt. Sylu. *v. teſtis numer.* 5. Tabien. *num.* 5.

SVMMARIVM.

15 *Singularitas triplex, ſcilicet obſtatiua, adminiculatiua, & diuerſificatiua.*
Quæ ſint iſtæ ſingularitates. ibid.
16 *Quis ſit teſtis ſingularis.*
Et per quid diſtinguatur à teſte vnico. ibid.
17 *Qui ſint teſtes conteſtes.*
18 *Teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua nihil probant.*
Neque illorum defectus ſupplentur ex multitudine teſtium. ibid.
19 *In ſingularitate obſtatiua circumſtantia loci & temporis eſt de ſubſtantia delicti.*
20 *In dicta ſingularitate debet eſſe contrarietas in teſtibus.*
Quomodo debeat verificari dicta contrarietas in teſtibus. ibid.
21 *Et quomodo tollatur ſingularitas obſtatiua.*
In aliquo ſenſu verum eſt, quod diuerſitas loci & temporis tollit ſingularitatem. ibid.
22 *Quid ſit dicendum ſi teſtes nihil deponunt de loco & tempore, aut de alijs circumſtantijs.*
23 *Quæ circumſtantiæ ſint de ſubſtantia delicti, & quomodo diuerſificant factum.*
24 *Teſtes interogati de iſtis circumſtantijs ſi ſint contrarij ſunt obſtatiuè ſingulares.*
Si autem non interogantur de dictis circumſtantijs, & non deponunt, non vitiatur eorum depoſitio. ibid.
25 *Quid dicendum ſit de circumſtantijs neceſſarijs.*
26 *Et quid ſi teſtes dicant ſe non recordari de illis circumſtantijs, & num. 27.*
28 *Opiniones variæ.*
29 *Teſtis interogatus de aliqua circumſtantia etiam accidentali tenetur reſpondere pro veritate.*
30 *Quomodo conſtare debet de delicto, vt delinquens puniatur.*
31 *In criminalibus teſtes deponere debent de circumſtantijs loci & temporis.*
Non tamen eſt neceſſe, quod deponant de loco loci, aut de hora diei. ibid.
Ratio quare teſtes deponere debent de dictis circumſtantijs. ibid.
32 *Teſtes non deponentes de circumſtantijs quæ non ſunt de ſubſtantia delicti, vel ex probabili ignorantia, vel quia non interrogantur, plenè probant ſi deponant de ſubſtantia delicti.*
Quomodo ex non depoſitione circumſtantiarum præcipuè loci & temporis teſtes ſint conteſtes, ſeu diuerſificatiuè ſingulares. ibid.
Opiniones variæ. ibid.
33 *Teſtes ſingularitate adminiculatiua probant aliquando pluſquam ſemiplenè, & aliquando plenè præcipuè in ciuilibus.*
34 *Teſtes adminiculatiuè ſingulares ſufficienter probare poſſunt ad pœnam extraordinariam.*
35 *Quot teſtes ſingulares adminiculatiuè ſufficiant ad infligendam pœnam extraordinariam tam in ciuilibus, quam in criminalibus, num. 36. & 37.*
38 *Explicatur quomodo dicti teſtes deponere debent de delicto, & inditijs ad hoc vt probent, vel non probent ad pœnam extraordinarium, & ſequent.*

40 *Quo-*

40 *Quomodo ex pluribus probationibus ſemiplenis conſurgat plena probatio; & num.41.*

42 *Et quomodo intelligatur, quod ſit arbitrarium Iudici adhibere plenam fidem teſtibus.*

43 *Ad damnandum reum ad pœnam grauem non ſufficit vna ſemiplena probatio delicti.*
Probatio plena plures habet gradus. ibid.

44 *Dictum vnius teſtis omni exceptione maioris nō ſufficit ad damnandum reum in pœnam extraordinariam.*

45 *Dictum vnius teſtis ſimul cum vno indicio indubitato facit plenam probationem ad pœnam extraordinariam, non ad ordinariam.*

46 *Quomodo plura indicia non ſufficiant ad pœnam extraordinariam.*

47 *Quid requiratur, vt ex pluribus ſemiplenis probationibus fiat vna plena probatio in criminalibus.*

48 *Explicatur quomodo teſtes ſingulares plenè probent, ſi eorum dicta tendunt ad eundem finem.*

49 *Quomodo teſtes ſingulares valeant ad aliquid probandum in genere, vel in ſpecie.*

50 *Opiniones variæ, & ſequent.*

54 *Genus, & ſpecies plenè non probantur eſſe per teſtes ſingulares deponentes de pluribus indiuiduis eiuſdem generis, & ſpeciei.*
Talis probatio non ſufficit ad puniendum aliquem pœna ordinaria. ibid.

55 *Limitationes DD.*

56 *Poteſt tamen ſufficere ad puniendum aliquem pœna extraordinaria.*

57 *Quomodo probetur id, quod originatur ex pluribus actibus.*

58 *Et quomodo probetur vnum totum indiuiduum per teſtes ſingulares deponentes de partibus illius totius, & num.59.*

60 *Obiectio vna, illiuſque ſolutio.*

61 *Explicatio reſponſionis, & num.62.*

63 *Per teſtes ſingulares deponentes de ſingulis partibus non probatur plenè delictum ad pœnam ordinariam.*

64 *Quomodo talis depoſitio ſufficiat ad pœnam extraordinariam, & num.65.*

66 *Et an & quomodo tales teſtes ſingulares probent ad pœnam ordinariam, quando pœna ordinaria debetur vni parti ipſius totius, & num.67.*

68 *Quid dicendum ſit de probatione poſſeſſionis, præſcriptionis, conſuetudinis &c.*

69 *Quomodo crimen leſæ maieſtatis probetur per teſtes ſingulares.*

70 *Opiniones variæ circa probationem delictorum difficilis probationis.*
Si adſit lex ſpecialis concedens, quod probetur delictum ex teſtibus ſingularibus, an talis probatio valeat. ibid.

71 *Plures regulæ ad cognoſcendum quomodo teſtes ſingulares probent.*

72 *Teſtes ſingulares ſingularitate merè diuerſificatiua non probant plenè, ſed ſolum ſemiplenè ſi ſint omni exceptione maiores.*

73 *Quomodo ex diuerſa depoſitione teſtium ſingularium ſingularitate diuerſificatiua probetur delictum.*

74 *Duo teſtes hac ſingularitate ſingulares, deponentes de delicto eiuſdem ſpeciei ſufficiunt ad torturam.*
Si vero ſint plures, quam duo poſſunt ſufficere ad pœnam extraordinariam. ibid.

75 *Quæ probatio requiratur ad pœnam extraordinariam infligendam.*

76 *Plures teſtes ſingulares deponentes de pluribus delictis eiuſdem ſpeciei non probant plenè genus, vel ſpeciem, ſed ſolum ſemiplenè.*
Explicatur quomodo per teſtes ſingulares probetur plenè delictum ad pœnam extraordinariam. ibid.

77 *Opiniones variæ.*
Ex dictis duorum teſtium ſingularium non poteſt quis damnari in pœnam corporalem extraordinariam. ibid.

78 *Quod valet etiam de Religioſis.*
In hoc caſu duorum teſtium poteſt habere locum aliqua pœna ſalutaris, & mitior. ibid.

79 *An ex dictis duorum teſtium ſingularium poſſit Reus torqueri.*
Nuda probatio ſemiplena in caſibus non exceptis non ſufficit ad torturam. ibid.

80 *Pluralitas teſtium confert nouum adminiculum.*
Duo teſtes ſingulares omni exceptione maiores ſufficiunt ad torturam. ibid.

81 *Pluralitas teſtium ſingularium de pluribus delictis facit, quod probato plenè vno delicto reus grauius puniatur.*

82 *Plures teſtes ſingulares immediatè de indicijs deponentes poſſunt ſufficere ad torturam.*
Opiniones variæ. ibid.
Tria requiſita ad hoc, vt indicia ſufficiant ad torturam. ibid.

83 *Si indicia ſunt indubitata ſufficiunt ad torturam.*

84 *Quando agitur de crimine ciuiliter ſufficiunt plures teſtes ſingulares ad pœnam imponendam.*

85 *Si vnus teſtis deponit de loco, ſeu tempore, & alter nihil dicit; teſtes ſunt ſingulares.*

86 *In iudicio regulari ſeruanda ſunt, quæ dicta ſunt de teſtibus ſingularibus.*
Teſtes ſingulares non plene probare eſt de ſubſtantialibus iudicij. ibid.

ARTICVLVS III.

De Teſtibus Singularibus.

15. TRiplex eſt teſtium ſingularitas, ſcilicet, obſtatiua, & adminiculatiua, & diuerſificatiua, ſeu ſubalterna. Obſtantiua ſingularitas eſt contrarietas teſtium reſpectu eiuſdem actus. Talis fuit in teſtibus deponentibus contra Suſannam de vnico adulterio, qui fuerunt contrarij in loco, & ideo tamquam falſi habiti fuerunt. Adminiculatiua, & cumulatiua ſingularitas etiam reſpicit idem factum, ſed non eſt contrarietas inter teſtes, ſed ſingularitas inter illos, quia vnus per vnum medium, vel con-

Digitized by Google

iecturam, alius per aliam deponit, & vnius depoſitio alteri adminiculatur, & ad eundem finem tendit, vt cum vnus teſtis deponit de viſu, alter de auditu; vnus de facto, alter de fama; vnus de vna confeſſione, alter de alia. Diuerſificatiua, ſeù ſubalterna ſingularitas eſt, quæ reſpicit diuerſa facta. Et ſic teſtes conuenientes in deponendo contra, vel ad fauorem eiuſdem numero perſonæ, & in vno facto veluti generico deponunt de diuerſis numero factis. Et ſic diuerſi ſunt in effectu, & in ſubſtantia, vt v. g. dum vnus teſtis deponit Seium occidiſſe Meuium, & alius deponit eum occidiſſe Caium, vel ſi vnus teſtis deponit de mutuo facto in vno loco, & certo tempore, & alius deponit de mutuo facto alibi, & in tempore diuerſo.

16. Cum autem plures dentur à DD. deſcriptiones teſtis ſingularis, hæc melior eſt, ſcilicet, quod teſtis ſingularis eſt, qui inter alios teſtes non habet conteſtem, ſed eſt vnicus in dicto ſuo. Verè enim teſtis ſingularis eſt teſtis vnicus, ſed hoc contingit dupliciter, vel ſcilicet, quia nullus alius deponit de aliquo facto, vel contra, aut in fauorem alicuius niſi vnus, vt quia vnus ſolus factum nouit. Et hic non dicitur communiter teſtis ſingularis, ſed vnicus, qui in proceſſu nullum habet conteſtem, etiam in genere, & ſic eſt ſingularis in deponendo etiam ſingularitate perſonæ, ſed teſtis ſingularis eſt, qui inter teſtes plures examinatos in eadem cauſa, & contra, vel ad fauorem certæ perſonæ, non habet in aliquo ſuo dicto aliquem conteſtem examinatũ, iuxta diſtinctiones ſupra poſitas Penna *p.3. com.*121.verb. teſtis vero ſingularis, *Maſc. concl.* 856. *num.* 2. Farinac. *de teſt. q.* 64. *num.* 18. & 19. Souſa *l.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. Itaque teſtis ſingularis diſtinguitur ab vnico, quia vnicus eſt ſingularis ſingularitate perſonæ teſtificantis, ſed ſingularis eſt vnicus inter plures, quia vbi plures teſtes de eadem perſona deponunt, vel deponunt etiam de eodem facto numero, ſed diſcordant in aliqua eiuſdem facti circumſtantias, & iſti ſunt ſingulares obſtatiui, vel non diſcordant inter ſe, ſed diuerſa deponunt, quæ iuuant ad facti comprobationem, & hi ſunt ſingulares adminiculatiui, vel conueniunt quidem in perſona, de qua deponunt, ſed non conueniunt in eodem facto numero, ſed de eadem perſona diuerſa facta deponunt, & iſti ſunt ſingulares diuerſificatiui.

17. Ex his colligitur, qui ſint teſtes conteſtes. Sunt enim illi, qui quamuis non conueniant in verbis, tamen in ſenſu conueniunt & eadem perſona, & tam quantum ad perſonam, & ſubſtantiam facti, quam quantum ad circumſtantias deponunt.

18. His verò ſuppoſitis dicitur primò quod teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua nihil probant, *cap. cauſam de probat. cap. Bona il* 1. 5. *contra vero de elect. cap. cum dilectus de probat.* Et ratio eſt, tum quia iſti teſtes ſunt vnici, tum quia in hac ſingularitate teſtes neceſſariò præſumuntur falſi, vt contigit in teſtibus, qui depoſuerunt contra Suſannam, quia enim impoſſibile eſt, quod idem numero factum habeat incompoſſibiles circumſtantias, v. g. loci, aut temporis; ſi teſtes in his circumſtantijs contrarij ſunt, deponunt id, quod impoſſibile eſt eſſe verum; & ideò mutuo ſinguli præſumuntur falſi. Ideo in hac ſingularitate non ſuppletur defectus ex multitudine teſtium, ſed imo quanto plures ſunt, tanto minus probant, propter maiorem contrarietatem & reſiſtentiam inter eos, quæ magis falſitatem arguit. Vnde iſti teſtes nec ſemiplenè probant; ſed imò ſinguli præſumuntur falſi. Vnde etiam eſt, quod iſtis teſtibus non poteſt dari iuramentum in ſupplementum, quia imo ſi iurent præſumuntur periuri & falſi. Ad ſummum enim vnus ex illis ſolus poſſet eſſe verus, ſed iſte qualis erit, vel iudicabitur eſſe? ſed potiùs omnes præſumuntur falſi, ſicut falſi fuerunt teſtes contra Suſannam, quia deponunt contraria, quæ impoſſibile eſt eſſe vera. Hæc vero multo magis vera ſunt in criminalibus, in quibus etiam quando delicta ſunt grauiora; tanto magis huiuſmodi teſtibus ſingularibus fides non eſt adhibenda, vt benè aduertit Farinac. *q.* 63. *num.* 59.

19. Et aduertendum quod in hac ſingularitate obſtatiua non habet locum illa DD. diſtinctio, An, ſcilicet, circumſtantia loci & temporis, aut alia ſimilis ſit, vel non ſit de ſubſtantia delicti, quia cum impoſſibile ſit, quod vnus & idem numero actus habeatur in diuerſis diebus & temporibus contrarietas harum circumſtantiarum ſemper eſt de ſubſtantia veritatis facti, & eius identitatis & præſumptionem continet falſitatis. Imo, licet ſecundum ſe loquendo actus potuerit haberi ſine aliqua circumſtantia, vt quia potuerit haberi ſine præſentia aliquorum, aut occultè, aut in præſentia huius, & non illius, tamen quia implicat contradictionem quod de facto actus vnus idẽ numero habitus ſit palam ſimul, & occultè, & ſimul in præſentia & non in præſentia Titij, vel ſine aliqua circumſtantia & cum illa, ideò contrarietas in his circumſtantijs ſemper cenſeri debet contrarietas in ſubſtantialibus veritati, & aufert fidem teſtium.

20. Debet tamen videri, an verè teſtes ſint contrarij. Nam tales non ſunt, qui deponunt diuerſa, quorum vnum in alio continetur; vt ſi vnus deponat de die, & alius de hora diei, & vnus de loco, & alius de loco loci, vt ſi vnus dicat delictum commiſſum fuiſſe in Ciuitate, & alius in vicinia Ciuitatis, ſiue vnus in domo, & alius in camera illius domus. Pariter non contrariantur, ſi vnus deponit de tempore, & alius ait non recordari de illo. Arbitratur verò Farinac. *q.* 64. *num.* 8. non eſſe ſingulares teſtes, ſi vnus deponat de vno loco Ciuitatis, & alius de alio loco, quia ſufficit quod concordant in loco generali; ſed hoc eſſe verum non poteſt aliter teſtes Suſannæ, qui fuerunt concordes in loco generali, ſcilicet, in pomario,

non

Digitized by Google

non fuiſſent ſingulares; ſed hic ſemper attendi debet, an adſit contrarietas in teſtibus. Nam aliud eſt, quod v. g. teſtis deponat de loco generali, & vel nihil dicat de loco loci, ſeu de loco particulari, vel de eo interrogatus dicat ſe non recordari; nam in hoc quia non adeſt contrarietas inter teſtes, neque aderit ſingularitas obſtatiua, Farin. *q.64. à num.74.* Souſa *l.2. c.15. num.10.* Et tamen adhuc in hoc caſu adeſt ſingularitas, quia ille teſtis, qui deponit de loco particulari, non habet in hoc conteſtem, ſed eſt teſtis vnicus. Aliud eſt quod vnus teſtis deponat de hoc loco particulari, & alius de alio loco particulari, vnus ſcilicet dicat delictum fuiſſe commiſſum in tali platea Ciuitatis, & alius in alia platea, vel vnus dicat delictum fuiſſe commiſſum in tali camera domus, & alius in alia, in hoc enim caſu adeſt contrarietas & ſingularitas obſtatiua inter teſtes, qui propterea nihil probant, quia impoſſibile eſt quod idem numero actus habitus fuerit in locis diſtinctis particularibus. In tempore vero poterit tolli contrarietas, ſi valde modica ſit differentia, quæ pro nihilo debeat compenſari.

21. Poteſt etiam tolli ſingularitas obſtatiua, ſi diuerſa depoſitio teſtium non reſpiciat eundem numero actum. Sic enim in actibus iterabilibus, ſi diuerſitas in circumſtantijs inferat diſtinctos actus, & poſſit ex hoc tolli contrarietas inter dicta teſtium, tollitur ſingularitas obſtatiua, ſed adeſt ſingularitas diuerſificatiua. Et in hoc ſenſu vera eſt illa regula, quod diuerſitas loci & temporis tollit ſingularitatem, ſi actus ſint iterabiles; quia, ſcilicet, ſi dicta teſtium non percutiant eundem numero actum, ſed de diuerſis intelligi poſſunt, tunc non adſit ſingularitas obſtatiua, quia nec adeſt contrarietas reſpectu eiuſdem actus.

22. Sed quid dicendum, ſi teſtes nihil deponunt de loco & tempore, vel dicunt ſe non recordari? Bene DD. diſtinguendo dicunt, quod ſi circumſtantia loci, aut temporis, aut de alio quolibet eſt de ſubſtantia negocij, vt puta in criminalibus eſt de ſubſtantia delicti, quia ſine illa factum non eſt delictum, vel non eſt tale, cui debeatur pœna legis, tunc teſtis non deponens de circumſtantia, ſiue id faciat ex malitia, ſiue quia non recordatur, ſiue ex quacumque cauſa, nihil omnino probat, ſiue circumſtantia ſit ſimpliciter de ſubſtantia delicti, quia ſine illo factum non eſt delictum, ſiue ſecundum quid, & ad effectum damnandi reum in pœnam illam legis, quæ non debetur facto, niſi vt facto cum illa circumſtantia. Nam in hoc caſu, vel de delicto non conſtat, vel non conſtet de illa qualitate delicti, pro qua à lege talis pœna eſt impoſita. Non poteſt verè Reus damnari, niſi conſtet de qualitate delicti, pro qua ex lege pœna eſt impoſita.

23. Sed ſi circumſtantia loci, aut temporis, vel alia ſimilis non eſt de ſubſtantia negotij vt puta in criminalibus, quia factum etiam ſine illa circumſtantia eſt delictum, vel illa circumſtantia delictum non auget, aut minuit, tunc alia diſtinctione opus eſt. Nam circumſtantiarum, quæ non ſunt de ſubſtantia delicti, quædam ſunt neceſſariæ, & ſine quibus factum eſſe non poteſt, vt ſunt circumſtantiæ loci & temporis, quæ ſi ſint diuerſæ diuerſificant etiam ſubſtantiam facti, vt docet D. Thom. 2. 2. *q.70. num.2. ad 2.* Aliæ non ſunt neceſſariæ ad identitatem facti abſolutè, quia eius ſubſtantia potuit fuiſſe ſine illis abſolutè loquendo, vt quod tempus fuerit ſerenum, vel nubiloſum, quod vulneratus fuit veſtitus lana, & ſerico, & aliæ ſimiles. De iſtis circumſtantijs, quæ non ſunt neceſſariæ, & quorum diuerſitas abſolutè non diuerſificat factum, dicitur, quod ſunt de ſubſtantia veritatis facti de præſenti vel de præterito, quia factum de præterito, aut de præſenti iam neceſſitate ſuppoſitionis non poteſt non eſſe, vel fuiſſe ſine illis circumſtantijs, vel ſub alijs circumſtantijs, quam ſub illis, ſub quibus factum eſt, vel fuit, Vnde diuerſitas harum circumſtanciarum diuerſificat factum.

24. Ideò dicitur ſecundo quod ſi teſtes interrogati de iſtis circumſtantijs ſunt contrarij, ſunt obſtatiuè ſingulares, & non probant. Et hoc idem dicendum eſt, ſi dubitatiuè reſpondeant, vel dicant ſe non recordari, niſi reddant rationabilem cauſam ſui dicti, per quam tollatur eorum contrarietas. Quamuis vt docet D. Thomas 2. 2. *q.70. a 2. ad 2.* harum circumſtantiarum de facili poſſit in teſtibus eſſe obliuio, & inconſideratio, per quam tollatur contrarietas in eorum dictis & eorum depoſitio ſuſtineatur. Dicitur tertio, quod ſi teſtes non interrogati de iſtis circumſtantijs non deponunt, non vitiatur eorum depoſitio, nec cenſendi ſunt contrarij, quia abſolutè identitas facti potuit eſſe ſine iſtis circumſtantijs, eo quia quod factum fuerit cum illis eſt quid accidentale ſine quo factum potuit eſſe. Ideo dicitur quarto, quod abſolutè non eſt neceſſarium, quod Iudex de iſtis interroget teſtes, niſi teſtes ſint ſuſpecti de veritate, vel adſit alia cauſa rationabilis, ex qua opus ſit ad verificandam identitatem facti, vt conſtet etiam de circumſtantijs huiuſmodi, & vt videatur ſi teſtes ſint ſibi contrarij, & de falſitate ſuſpecti.

25. Sed loquendo de circumſtantijs neceſſarijs, ſine quibus factum non potuit eſſe, & quorum diuerſitas abſolutè diuerſificat factum, licet non ſint de ſubſtantia delicti vt delicti, quia etiam ſine illis delictum eſſet delictum, dicitur primo, quod ſi teſtis interrogatur de his circumſtantijs, tenetur reſpondere, & de illis deponere, & ſi id non faciat eius depoſitio non probat, etiam ſi dicat ſe non recordari. Quamuis enim tunc circumſtantia non ſit de ſubſtantia delicti vel qualitatis illius, eſt tamen abſolutè de ſubſtantia identitatis facti, & ad hoc vt Iudex poſſit eſſe certus de identitate & veritate facti. Sic enim de ſubſtantia delicti adulterij non erat quod Suſanna adulterata fuiſſet ſub arbore ſchino, vel ſub arbore prino. Et tamen

cum

iecturam, alius per aliam deponit, & vnius depoſitio alteri adminiculatur, & ad eundem finem tendit, vt cum vnus teſtis deponit de viſu, alter de auditu; vnus de facto, alter de fama; vnus de vna confeſſione, alter de alia. Diuerſificatiua, ſeù ſubalterna ſingularitas eſt, quæ recipit diuerſa facta. Et ſic teſtes conuenientes in deponendo contra, vel ad fauorem eiuſdem numero perſonæ, & in vno facto veluti generico deponunt de diuerſis numero factis. Et ſic diuerſi ſunt in effectu, & in ſubſtantia, vt v. g. dum vnus teſtis deponit Seium occidiſſe Meuium, & alius deponit eum occidiſſe Caium, vel ſi vnus teſtis deponit de mutuo facto in vno loco, & certo tempore, & alius deponit de mutuo facto alibi, & in tempore diuerſo.

16. Cum autem plures dentur à DD. deſcriptiones teſtis ſingularis, hæc melior eſt, ſcilicet, quod teſtis ſingularis eſt, qui inter alios teſtes non habet conteſtem, ſed eſt vnicus in dicto ſuo. Verè enim teſtis ſingularis eſt teſtis vnicus, ſed hoc contingit dupliciter, vel ſcilicet, quia nullus alius deponit de aliquo facto, vel contra, aut in fauorem alicuius niſi vnus, vt quia vnus ſolus factum nouit. Et hic non dicitur communiter teſtis ſingularis, ſed vnicus, qui in proceſſu nullum habet conteſtem, etiam in genere, & ſic eſt ſingularis in deponendo etiam ſingularitate perſonæ, ſed teſtis ſingularis eſt, qui inter teſtes plures examinatos in eadem cauſa, & contra, vel ad fauorem certæ perſonæ, non habet in aliquo ſuo dicto aliquem conteſtem examinatũ, iuxta diſtinctiones ſuprapoſitas Penna *p.3. com.*121.verb. teſtis vero ſingularis. Maſc. *concl.* 856. *num.* 2. Farinac. *de teſt. q.* 64. *num.* 18. *&* 19. Soula *l.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. Itaque teſtis ſingularis diſtinguitur ab vnico, quia vnicus eſt ſingularis ſingularitate perſonæ teſtificantis, ſed ſingularis eſt vnicus inter plures, quia vbi plures teſtes de eadem perſona deponunt, vel deponunt etiam de eodem facto numero, ſed diſcordant in aliqua eiuſdem facti circumſtantias, & iſti ſunt ſingulares obſtatiui, vel non diſcordant inter ſe, ſed diuerſa deponunt, quæ iuuant ad facti comprobationem, & hi ſunt ſingulares adminiculatiui, vel conueniunt quidem in perſona, de qua deponunt, ſed non conueniunt in eodem facto numero, ſed de eadem perſona diuerſa facta deponunt, & iſti ſunt ſingulares diuerſificatiui.

17. Ex his colligitur, qui ſint teſtes conteſtes. Sunt enim illi, qui quamuis non conueniant in verbis, tamen in ſenſu conueniunt & eadem perſona, & tam quantum ad perſonam, & ſubſtantiam facti, quam quantum ad circumſtantias deponunt.

18. His verò ſuppoſitis dicitur primò quod teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua nihil probant, *cap. cauſam de probat. cap. Bona il* 1. *§. contra vero de elect. cap. cum dilectus de probat.* Et ratio eſt, tum quia iſti teſtes ſunt vnici, tum quia in hac ſingularitate teſtes neceſſariò præſumuntur falſi, vt contigit in teſtibus, qui depoſuerunt contra Suſannam, quia enim impoſſibile eſt, quod idem numero factum habeat incompoſſibiles circumſtantias, v. g. loci, aut temporis; ſi teſtes in his circumſtantijs contrarij ſunt, deponentes id, quod impoſſibile eſt eſſe verum; & ideo ſtatim ſinguli præſumuntur falſi. Ideo in hac ſingularitate non ſuppletur defectus ex multitudine teſtium, ſed imo quanto plures ſunt, tanto minus probant, propter maiorem contrarietatem & reſiſtentiam inter eos, quæ magis falſitatem arguit. Vnde iſti teſtes nec ſemiplenè probant; ſed imò ſinguli præſumuntur falſi. Vnde etiam eſt, quod iſtis teſtibus non poteſt dari iuramentum in ſupplementum, quia imo ſi iurent præſumuntur periuri & falſi. Ad ſummum enim vnus ex illis ſolus poſſet eſſe verus, ſed iſte qualis erit, vel iudicabitur eſſe? ſed potiùs omnes præſumuntur falſi, ſicut falſi fuerunt teſtes contra Suſannam, quia deponunt contraria, quæ impoſſibile eſt eſſe vera. Hæc vero multo magis vera ſunt in criminalibus, in quibus etiam quando delicta ſunt grauiora, tanto magis huiuſmodi teſtibus ſingularibus fides non eſt adhibenda, vt benè aduertit Farinac. *q.* 63. *num.* 59.

19. Et aduertendum quod in hac ſingularitate obſtatiua non habet locum illa DD. diſtinctio, An, ſcilicet, circumſtantia loci & temporis, aut alia ſimilis ſit, vel non ſit de ſubſtantia delicti, quia cum impoſſibile ſit, quod vnus & idem numero actus habeatur in diuerſis diebus & temporibus contrarietas harum circumſtantiarum ſemper eſt de ſubſtantia veritatis facti, & eius identitatis & præſumptionem continet falſitatis. Imo, licet ſecundum ſe loquendo actus potuerit haberi ſine aliqua circumſtantia, vt quia potuerit haberi ſine præſentia aliquorum, aut occultè, aut in præſentia huius, & non illius, tamen quia implicat contradictionem quod de facto actus vnus idẽ numero habitus ſit palam ſimul, & occultè, & ſimul in præſentia & non in præſentia Titij, vel ſine aliqua circumſtantia & cum illa, ideò contrarietas in his circumſtantijs ſemper cenſeri debet contrarietas in ſubſtantialibus veritati, & aufert fidem teſtium.

20. Debet tamen videri, an verè teſtes ſint contrarij. Nam tales non ſunt, qui deponunt diuerſa, quorum vnum in alio continetur; vt ſi vnus deponat de die, & alius de hora diei, & vnus de loco, & alius de loco loci, vt ſi vnus dicat delictum commiſſum fuiſſe in Ciuitate, & alius in vicinia Ciuitatis, ſiue vnus in domo, & alius in camera illius domus. Pariter non contrariantur, ſi vnus deponit de tempore, & alius ait non recordari de illo. Arbitratur verò Farinac. *q.* 64. *num.* 8. non eſſe ſingulares teſtes, ſi vnus deponat de vno loco Ciuitatis, & alius de alio loco, quia ſufficit quod concordant in loco generali; ſed hoc eſſe verum non poteſt aliter teſtes Suſannæ, qui fuerunt concordes in loco generali, ſcilicet, in pomario,

non

non fuiſſent ſingulares; ſed hic ſemper attendi debet, an adſit contrarietas in teſtibus. Nam aliud eſt, quod v. g. teſtis deponat de loco generali, & vel nihil dicat de loco loci, ſeu de loco particulari, vel de eo interrogatus dicat ſe non recordari; nam in hoc quia non adeſt contrarietas inter teſtes, neque aderit ſingularitas obſtatiua, Farin. *q.64. à num.74.* Souſa *l.2. c.15. num.10.* Et tamen adhuc in hoc caſu adeſt ſingularitas, quia ille teſtis, qui deponit de loco particulari, non habet in hoc conteſtem, ſed eſt teſtis vnicus. Aliud eſt quod vnus teſtis deponat de hoc loco particulari, & alius de alio loco particulari, vnus ſcilicet dicat delictum fuiſſe commiſſum in tali platea Ciuitatis, & alius in alia platea, vel vnus dicat delictum fuiſſe commiſſum in tali camera domus, & alius in alia, in hoc enim caſu adeſt contrarietas & ſingularitas obſtatiua inter teſtes, qui proptereà nihil probant, quia impoſſibile eſt quod idem numero actus habitus fuerit in locis diſtinctis particularibus. In tempore vero poterit tolli contrarietas, ſi valde modica ſit differentia, quæ pro nihilo debeat compenſari.

21. Poteſt etiam tolli ſingularitas obſtatiua, ſi diuerſa depoſitio teſtium non reſpiciat eundem numero actum. Sic enim in actibus iterabilibus, ſi diuerſitas in circumſtantijs inferat diſtinctos actus, & poſſit ex hoc tolli contrarietas inter dicta teſtium, tollitur ſingularitas obſtatiua, ſed adeſt ſingularitas diuerſificatiua. Et in hoc ſenſu vera eſt illa regula, quod diuerſitas loci & temporis tollit ſingularitatem, ſi actus ſint iterabiles; quia, ſcilicet, ſi dicta teſtium non percutiant eundem numero actum, ſed de diuerſis intelligi poſſunt, tunc non adſit ſingularitas obſtatiua, quia nec adeſt contrarietas reſpectu eiuſdem actus.

22. Sed quid dicendum, ſi teſtes nihil deponunt de loco & tempore, vel dicunt ſe non recordari? Bene DD. diſtinguendo dicunt, quod ſi circumſtantia loci, aut temporis, aut de alio quolibet eſt de ſubſtantia negocij, vt puta in criminalibus eſt de ſubſtantia delicti, quia ſine illa factum non eſt delictum, vel non eſt tale, cui debeatur pœna legis, tunc teſtis non deponens de circumſtantia, ſiue id faciat ex malitia, ſiue quia non recordatur, ſiue ex quacumque cauſa, nihil omnino probat, ſiue circumſtantia ſit ſimpliciter de ſubſtantia delicti, quia ſine illo factum non eſt delictum, ſiue ſecundum quid, & ad effectum damnandi reum in pœnam illam legis, quæ non debetur facto, niſi vt facto cum illa circumſtantia. Nam in hoc caſu, vel de delicto non conſtat, vel non conſtet de illa qualitate delicti, pro qua à lege talis pœna eſt impoſita. Non poteſt verè Reus damnari, niſi conſtet de qualitate delicti, pro qua ex lege pœna eſt impoſita.

23. Sed ſi circumſtantia loci, aut temporis, vel alia ſimilis non eſt de ſubſtantia negotij vt puta in criminalibus, quia factum etiam ſine illa circumſtantia eſt delictum, vel illa circumſtantia delictum non auget, aut minuit, tunc alia diſtinctione opus eſt. Nam circumſtantiarum, quæ non ſunt de ſubſtantia delicti, quædam ſunt neceſſariæ, & ſine quibus factum eſſe non poteſt, vt ſunt circumſtantiæ loci & temporis, quæ ſi ſint diuerſæ diuerſificant etiam ſubſtantiam facti, vt docet D. Thom. 2. 2. *q.70. num.2. ad 2.* Aliæ non ſunt neceſſariæ ad identitatem facti abſolutè, quia eius ſubſtantia potuit fuiſſe ſine illis abſolutè loquendo, vt quod tempus fuerit ſerenum, vel nubiloſum, quod vulneratus fuit veſtitus lana, & ſerico, & aliæ ſimiles. De iſtis circumſtantijs, quæ non ſunt neceſſariæ, & quorum diuerſitas abſolutè non diuerſificat factum, dicitur, quod ſunt de ſubſtantia veritatis facti de præſenti vel de præterito, quia factum de præterito, aut de præſenti iam neceſſitate ſuppoſitionis non poteſt non eſſe, vel fuiſſe ſine illis circumſtantijs, vel ſub alijs circumſtantijs, quam ſub illis, ſub quibus factum eſt, vel fuit, Vnde diuerſitas harum circumſtantiarum diuerſificat factum.

24. Ideò dicitur ſecundo quod ſi teſtes interrogati de iſtis circumſtantijs ſunt contrarij, ſunt obſtatiuè ſingulares, & non probant. Et hoc idem dicendum eſt, ſi dubitatiuè reſpondeant, vel dicant ſe non recordari, niſi reddant rationabilem cauſam ſui dicti, per quam tollatur eorum contrarietas. Quamuis vt docet D. Thomas 2. 2. *q.70. a.2. ad 2.* harum circumſtantiarum de facili poſſit in teſtibus eſſe obliuio, & inconſideratio, per quam tollatur contrarietas in eorum dictis & eorum depoſitio ſuſtineatur. Dicitur tertio, quod ſi teſtes non interrogati de iſtis circumſtantijs non deponunt, non vitiatur eorum depoſitio, nec cenſendi ſunt contrarij, quia abſolutè identitas facti potuit eſſe ſine iſtis circumſtantijs, eo quia quod factum fuerit cum illis eſt quid accidentale ſine quo factum potuit eſſe. Ideo dicitur quarto, quod abſolutè non eſt neceſſarium, quod Iudex de iſtis interroget teſtes, niſi teſtes ſint ſuſpecti de veritate, vel adſit alia cauſa rationabilis, ex qua opus ſit ad verificandam identitatem facti, vt conſtet etiam de circumſtantijs huiuſmodi, & vt videatur ſi teſtes ſint ſibi contrarij, & de falſitate ſuſpecti.

25. Sed loquendo de circumſtantijs neceſſarijs, ſine quibus factum non potuit eſſe, & quorum diuerſitas abſolutè diuerſificat factum, licet non ſint de ſubſtantia delicti vt delicti, quia etiam ſine illis delictum eſſet delictum, dicitur primo, quod ſi teſtis interrogatur de his circumſtantijs, tenetur reſpondere, & de illis deponere, & ſi id non faciat eius depoſitio non probat, etiam ſi dicat ſe non recordari. Quamuis enim tunc circumſtantia non ſit de ſubſtantia delicti vel qualitatis illius, eſt tamen abſolutè de ſubſtantia identitatis facti, & ad hoc vt Iudex poſſit eſſe certus de identitate & veritate facti. Sic enim de ſubſtantia delicti adulterij non erat quod Suſanna adulterata fuiſſet ſub arbore ſchino, vel ſub arbore prino. Et tamen

cum

Digitized by Google

cum de hac circumſtantia ſenes illi teſtes non fuiſſet interrogati, & ob hoc Suſanna tanquam adultera fuiſſet damnata contra iuſtitiam, poſtea à Daniele interrogati de illa circumſtantia loci, quia non conuenerunt in loco, conuicti ſunt tanquam contrarij, & falſi, & Suſanna innocens fuit declarata, & illi damnati. Sic igitur ad facti identitatem & veritatem habendam neceſſe eſt, quod teſtes examinentur etiam de circumſtantijs iſtis neceſſarijs, & quod teſtes ſint conteſtes etiam in facti circumſtantia, quod ſi interrogati non deponant de illa non probant.

26. Nec dicatur quod in factis antiquis, in quibus veriſimiliter teſtes poſſunt non recordari, ſi dicant ſe non recordari, probant, quia hoc eſt veriſimile; ſed vbi non eſt veriſimile, quod illi fuerint obliti, ſi obliuionem afferant ſunt ſuſpecti de falſitate, & illis non eſt credendum, ſed habendi ſunt tanquam ſingulares & ſingularitate obſtatiua. Et hoc multo magis procedit, ſi omnes teſtes dicant ſe non recordari, cum hoc ſit magis inueriſimile. Et ita in caſu huius inueriſimilitudinis teſtes poterunt torqueri.

27. Non inquam hoc dicatur, quia licet obliuio & inconſideratio facilius præſumi poſſit circa qualitatem loci, & horam, ſeu diem temporis, tamen non de facili præſumi poteſt, quod aliquis ſciat factum, & non ſciat locum ſaltem in generali, in quo factum contigit, & generalem, ſeu communem aliquam partem temporis, in qua factum extiterit. Et ideò ſi teſtes interrogati de circumſtantijs loci & temporis, nolint de illis deponere, niſi obliuionis, vel ignorantiæ reddant rationabilem cauſam, ſunt ſuſpecti de falſitate, & cenſentur obſtatiuè ſingulares. Tum ſecundo, quia quidquid ſit, an depoſitio harum circumſtantiarum deficiat, vel ex malitia, vel ex obliuione, aut inconſideratione etiam inculpabili, ſi non conſtat de identitate loci & temporis vt plurimum, nec conſtat de identitate facti. Et ideò ſi teſtes iſti poſſint excuſari, ne ſint contrarij, non poſſunt excuſari ne ſint diuerſificatiuè ſingulares. Vnde ſi non ſit certum, quod in loco & tempore, de quibus teſtes, vel non deponunt, vel non deponunt in generali, non potuit contingere niſi vnicum factum, ſed factum potuit multiplicari, perfectè non conſtat de identitate facti & delicti, & teſtes ad minus ſunt diuerſificatiuè ſingulares. Quia de nullo facto & delicto in ſingulari clarè & determinatè deponunt.

28. Sed ſi de circumſtantia loci, aut temporis, aut alia ſimilis, teſtes non ſunt interrogati. Et ſic ſunt concordes in facto, ſed in circumſtantia, non ſunt varij, nec diſcordes, quia non interrogati nihil de circumſtantia deponunt, tunc eos probare poſt Archid. Moncad. Lanfran. & Caccial. affirmat Farin. *q 64. n.96.* Souſa *lib. 2. c. 15. n. 15.* Sed quidquid ſit de hoc in cauſis ciuilibus, diligentius inueſtigandum eſt quomodo verificetur in criminalibus. Et quidem, quod in criminalibus teſtes deponere debeant de circumſtantijs loci, & temporis, docuerunt Bart. *de teſt. num.* 44. Bald. *conſil.* 120. *num.* 1. *l.* 4. *&* *conſ.* 313. *num* 3. *l.* 5. Aym. & Monticell. quos ſequitur Farin. *q.64. num.*107. Et habetur *ex cap. cum cauſam de teſt.* vbi Panorm. & alij, Bictus *q.25. num.15.* & ſic *in tract. de Iudic. poſito poſt Conſt. Ord. Præd. cap.5. n.1.* dicitur teſtes interrogandos eſſe de circumſtãtijs. Sed nihilominus dicunt aliqui hęc intelligenda eſſe de circumſtantijs ſubſtantialibus, quando ſcilicet vel circumſtantiæ ſunt articulatæ, vt cũ accuſatur aliquis de delicto, vt commiſſo in tali loco, vel cum circumſtantiæ ſunt de ſubſtantia delicti, quia factum intantum eſt delictum, in quantum emanauit ſub tali circumſtantia. Quia quando circumſtantiæ non ſunt de ſubſtantia, teſtes deponentes de ſubſtantia negotij, & non de circumſtantijs loci, & temporis plenè probant, Præpoſ. poſt Archid. *cap Nihilominus 3. q. 9. num.* 4. Farin. *q.64. num.* 96. Bictus *qu.* 25. *num.*14. Quia quando locus, & tempus non ſunt de ſubſtantia actus, tunc locus, & tempus non inducunt ſingularitatem. Archid. *cap. Nihilominus 3. q.9. num.* 3. Maſcard *de probat. l.* 1. *concl.*483. *num.* 2. *&* *l.* 3. *concluſ.* 1361. *num.* 7. Gloſ. Bart. Alber. Mandoſ. & alij plures, quos ſequitur Farin. *q.* 64. *num.* 78. Verum obſtat, quia non obſtante concluſione illa, quod quando locus & tempus non ſunt de ſubſtantia, probant teſtes non deponentes de loco & tempore, quæ eſt vera in ciuilibus, Farin. voluit, quod in criminalibus teſtes deponere debeant de circumſtantijs loci, & temporis, vt ipſe aſſerit *concl.*8. *q.64. num.* 103. Et quod vbi diuerſitas loci & temporis inducit diuerſitatem facti, inducat etiam ſingularitatem, probat idem Farinac. *q.* 64. *num.* 80. Et quod quando agitur de probando actu non iterabili, & de actu momentaneo, & non ſucceſſiuo, diuerſitas in loco, & tempore inducit ſingularitatem, & tollit fidem teſtium, vt quando agitur de probando homicidio. Gloſſ. *in cap. Nihilominus v. ſimul 3. q. 9.* & ibi Præp. *num.* 5. Felin. *cap. licet ex quadam de teſt.* Imol. *in cap. cum oporteat nu.* 37. *de accuſ.* Antonius Gomez & plures alij, quos ſequitur Farin. *q.* 64. *num.* 86. *&* 88. Et ideò quod in criminalibus teſtes non deponentes de loco & tempore non probent, dixerunt Bart. *de teſt. num.*44. Præpoſ. *in d. cap. Nihilominus 3. q. 9. num.* 10. Bart. *tit. de oppoſ. contra teſtes numer.*40. Caputaq. *dec.* 278. *num.*3. *p.* 3. Monticell. & Bertaz. apud Farin. *q.* 64. *num.* 94. vbi poſteà hoc approbat *d. concl.*8. *num.*107.

29. Pro huius difficultatis explicatione ſemper diſtingui debet inter teſtem interrogatum, & non interrogatum de circumſtantijs. Nam cum teſtis legitimè fuit interrogatus de aliqua circumſtantia etiam accidentali, tenetur reſpondere pro veritate, & ſi id non faciat, & veritatem non deponat, eſt verè falſus in iudicio, & periurus, & ſi dicat ſe non recordari, ſed obliuionis non reddit rationabilem cauſam, ſeu hæc non præſumitur, eſt de falſitate, & pe-

riurio

tiurio ſuſpectus, vnde non eſt teſtis integer, & fide dignus, nec plenè probat.

30. Sed ſi circumſtantia non eſt de ſubſtantia cauſæ, & teſtis, vel interrogatus ex rationabili ignorantia, aut obliuione, vel quia non eſt interrogatus de illa, & de eadem non deponit, conſiderandum eſt, quod licet pœna non debeatur, niſi pro delictis ſingularibus, quia genera, & ſpecies non ſunt in rerum natura, niſi in ſingularibus, & ſic non poteſt probari, quod delicti genus, vel ſpecies ſit in rerum natura, niſi ſimul probetur, quod in rerum natura ſit aliquod ſingulare delictum, tamen non eſt neceſſe, quod conſtet de identitate phyſicè, & ſignata, & omnino numerica facti, quod eſt delictum. Nam hæc numerica vnitas facti in eſſe entis conſurgit ex identitate numerica circumſtantiarum illarum, ſine quibus abſolutè factum eſſe non poteſt, & ex illorum diuerſitate diuerſificatur, vndè in ratione entis non eſt idem numero homicidium factum hora prima diei, cum facto hora ſecunda, vel factum in vna camera eiuſdem domus, cum facto in alia. Vndè ſi ad puniendum delictum deberet conſtare de hac identitate numerica homicidij neceſſe eſſet, quod teſtes deponerent de loco loci in quo factum fuit homicidium, & de parte minima partis temporis, à quibus vnitas numerica homicidij in ratione entis dependet, & ex quarum diuerſitate hæc identitas diuerſificatur. Quod tamen vniuerſaliſſimè negatur ab omnibus ex doctrina Diu. Thom. 2. 2. *qu.* 78. *num.* 2. Et ſi hoc eſſet neceſſe, impoſſibile eſſet probare corpus delicti, cum teſtes, nec ſcire poſſint omnes has circumſtantias in ſingulari, & quas ſcire poſſunt ſæpiſſimè non conſiderant. Ad puniendum ergo delictum ſufficit, quod conſtet de eius identitate numerica in ratione delicti punibilis. Et ad hoc, vt de ipſa conſtet, ſufficit ſi conſtet de ſubſtantia delicti, & de ſingulari perſona eius, qui illud commiſit. Ex his ſatis conſtat, quod actus, qui eſt delictum eſt vnus numero exiſtens in rerum natura, & habitus in aliquo ſingulari loco, & parte temporis, ſed in ratione delicti accidentale eſt, quod habitus ſit in hoc loco determinato, vel in hac determinata parte temporis; cum (vt ſupponimus) actus non ſit, vel maius, vel minus delictum, ſi ſit habitus in hoc, vel illo loco, vel parte temporis, vt in Ciuitate, vel extra, ſeu in hac parte Ciuitatis, vel alia; ſeu de mane, vel in veſperi, aut in vno die, vel menſe, vel anno, quam in alio.

31. Sed cur ergo neceſſe eſt, quod præcipuè in criminalibus, teſtes deponant de circumſtantijs loci, & temporis? Dicitur primo, quod nec dicitur, quod ſit neceſſe, quod teſtes deponant de loco loci, aut de hora temporis, vel diei, ſed hoc negatur. Farinac. *quæſt.* 64. *num.* 109. Souſa *l.* 2. *cap.* 15. *num.* 18. Dicitur ſecundo, quod ſæpiſſimè accidit, vt circumſtantiæ loci, & temporis ſint ſubſtantiales, & ſaltem augeant, vel minuant delictum, & ideo de illis conſtare debet, vt pro delicto imponatur pœna proportionata. Sed dicitur tertio, quod ratio propria, ob quam teſtes deponere debent de circumſtantijs non ſubſtantialibus, non eſt, quia ſine illorum notitia delictum non poſſit puniri etiam pœna ordinaria, ſed quia in criminalibus probationes debent eſſe clariores, & certiores, & ideo vt Iudices abundantiorem plenitudinem probationis habeant, & fugiant periculum falſitatis, neceſſe eſt, vt interrogent teſtes de circumſtantijs. Vt enim contigit in cauſa Suſannæ, ex eo quod Daniel interrogauit teſtes de loco loci, detecta fuit eorum falſitas. Et propterea maximè, vbi agitur de cauſa graui, & præcipuè ſi adſit aliqua ſuſpicio contra teſtes, illi debent interrogari de circumſtantijs omnibus, vt appareat magis ſi teſtes deponunt veritatem. Dicitur quarto, quod depoſitio circumſtantiarum, & præcipuè loci, & temporis vt plurimum, & ferè ſemper eſt neceſſaria, vt Iudici conſtet teſtes deponere de vno, & eodem delinquentis delicto, & ſic eos non eſſe diuerſificatiuè ſingulares, ſed plenè conteſtes. Cum enim harum circumſtantiarum diuerſitas diuerſificet ſubſtantiam delicti. D.Thom. 2.2. *q.*70. *a.*2. Vix poſſibile eſt, vt Iudici conſtet, quod teſtes plures omnes, & ſinguli deponunt de eodem numero delinquentis delicto, niſi deponant ſimul de eiſdem numero circumſtantijs. Et ſic, quia ad puniendum delictum non ſufficit, quod ſit vnum numero, ſed requiritur, quod ſit probatum per teſtes conteſtes, & quia vbi actus eſt ab eodem delinquente iterabilis difficillimum eſt cognoſcere, quod teſtes ſint conteſtes, & omnes, & ſinguli deponant de eodem actu numero, niſi ſimul deponant de eodem tempore, & loco, ideo neceſſe eſt, quod teſtes de iſtis concorditer deponant.

32. Dicitur igitur, quod vbi circumſtantiæ delicti non ſunt de ſubſtantia, & teſtes, vel ex probabili ignorantia, aut obliuione de illis non poſſunt deponere, vel de illis non interrogantur, ſi deponunt de ſubſtantia delicti omiſſis circumſtantijs, ex hoc per ſe non inducitur ſingularitas talis, quæ tollat fidem teſtis, ſed tales teſtes plenè probant etiam ad pœnam ordinariam. D. Thom. 2.2. *q.*70. *a.*2. *ad ſecundum*, & ibi Caiet. Bannes, & alij. Farinac. *q.* 64. *num.* 96. *& ſeqq.* Et apud illum Lanfr. Præpoſ. Archid. & Monticell. Souſa *l.* 2. *cap.* 15. *num.* 15. Bictus *q.* 25. *num.* 14. *&* 15. Scroi *p.*4. *num.* 38. *&* 40. Huiuſmodi enim non depoſitio non inducit contrarietatem in teſtibus, nec facit illos obſtatiuè ſingulares. Ex altera vero parte cum talis depoſitio non ſit abſolutè neceſſaria ad cognoſcendum delictum, vt punibile, Reus ſine tali depoſitione puniri poteſt.

Dicitur tamen vlterius, quod vbi ex non depoſitione circumſtantiarum, & præcipuè loci, & temporis remanet dubium, an teſtes ſint conteſtes, vel potius diuerſificatiuè ſingulares,

depo-

Digitized by Google

depoſitio ſubſtantiæ delicti non depoſitis circumſtantijs non probat, niſi eo modo, quo teſtes diuerſificatiuè ſingulares probant, & explicabitur infra. Dicunt vero aliqui, quod ſingularitas teſtium non præſumitur. Rota p. 1. *diuerſ. deciſ.* 191. *num.* 4. Farinac. *quæſt.* 64. *num.* 317. Quod explicatur, quia pluralitas actuum non præſumitur, ideo vbi dubium eſt an actus de quo deponunt teſtes ſit vnus, vel plures, nec pruiatias, nec ſingularitas conſequens præſumitur. Farinac. *num.* 319. Bictus *q.* 44. *num.* 12. At vero vbi dubium eſt, an teſtes deponunt de eodem loco, & tempore, in dubio præſumitur eos deponere de diuerſis locis, & temporis, & ſic præſumitur, eos eſſe ſingulares. Farinac. *num.* 321. Bictus *num.* 12. Souſa etiam *l.* 2. *cap.* 15. *num.* 10. ex Farinac. *q.* 64. *à num.* 74. exiſtimat, quod ſi vnus teſtis deponit de certo loco, & tempore, alius vero non recordatur de loco, & tempore, præſumuntur conteſtes, dummodo vnus teſtis referat alium. Sed dicas hanc doctrinam poſſe eſſe vtilem ad videndum, an inquiſitus torqueri debeat, aut puniri pœna arbitraria. Sed ex probatione præſumptiua nullus poteſt damnari pœna ordinaria, vt infra ſuo loco probatur. Igitur in dubio ſemper præſumi debet teſtium ſingularitas, & vbicumque non eſt certum teſtes eſſe conteſtes, ſed poſſe eſſe ſingulares, viciatur depoſitio teſtium, vt non omnino plenè probent, nec ad puniendum pœna ordinaria ſufficiat. Farinac. *q.* 64. *n.* 61. ex Bart. Bald. Alex. & alijs. Bictus *q.* 44. *n.* 10.

33. Dicitur ſecundo, quod teſtes ſingularitate adminiculatiua probant aliquando etiam plus quam ſemiplenè, & aliquando præcipuè in ciuilibus plenè: Ratio eſt, quia totum dicta ſunt de illis, quæ coadiuuant, & tendunt ad eundem finem. Vnde dictum vnius teſtis non contrariatur alteri, ſed illud confirmat. Et ſic hæc probatio eſſe poteſt nedum ſemiplena, ſed aliquando plena, ſecundum quod animus Iudicis plus, vel minus mouetur ad præſumendum, & indubitanter credendum. Felin. *cap. licet ex quadam de teſtibus*, & ibi Dec. *n.* 64. & Bald. *num.* 21. & plurimi alij, quos ſequitur Farinac. *q.* 64. *num.* 112. Bictus *q.* 49. *num* 16. Sed (vt verum fatear) hic modus loquendi non placet, & non debet dici, ſecundum quod animus Iudicis mouetur &c. quia poteſt eſſe quod animus Iudicis, vel ex malitia, vel ex ignorantia moueatur erroneè ad indubitanter credendum. Sed debet dici, ſecundum quòd indicia, vel media ex quibus Iudex iudicat, & concludit minorem, vel maiorem vim habent ad determinandum animum Iudicis ad iudicandum.

34. Nihilominus fuit aliquorum opinio, quod teſtes adminiculatiuè ſingulares numquam ſufficienter probant ad pœnam etiam extraordinariam infligendam, ita Paſqual. *deciſ.* 216. *num.* 13. ex Sarmient. Tum quia delictum non probatum, plenè manet incertum. Tum quia ſi probatio eſt clara ſufficit ad pœnam ordinariam; ſi non eſt clara eſt dubia, & ideò ad nullam pœnam ſufficit. Sed è contra, quod teſtes adminiculatiuè ſingulares poſſint ſufficienter probare ad pœnam extraordinariam voluit Penna 3. *part. com.* 121. *verſic. hæc tamen concluſio*, & apud Bordon. *in praxi c.* 29. *n.* 63. Menoch. *lib.* 2. *præſ.* 1. *q.* 41. *n.* 8. Souſa *l.* 2. *cap.* 15. *num.* 23. Bictus *q.* 44. *num.* 34. qui plures refert Scroi *part.* 4. *cap.* 5. *num.* 38. & eſt ſententia communis. Non quidem quia in criminalibus ad pœnam extraordinariam vniuerſaliter ſufficiat probatio quælibet maior ſemiplena, vt videtur velle. Bordon. *num* 65. quia hoc non eſt verum. Alij vero dicunt, quod ſi probatio ſit vrgens, & ferè plena ad id ſufficit. Et in hoc ſenſu vera eſt illa concluſio, quod ſit arbitrarium Iudici plenam fidem adhibere teſtibus ſingularibus, ſi videat probationem eſſe veriſimilem, & ſi ex aliqua iuſta cauſa id ſibi viſum fuerit. Quam concluſionem tenuerunt. Aym. Couar. & alij, quos ſequitur Farinac. *q.* 64 *n.* 310. Cart. Clar. Tuſc. & plures alij, quos ſequitur Scroi *p.* 4. *c.* 4. *nu.* 20. Bictus *q.* 48. *n* 34. Quidquid enim ſit in ciuilibus, in criminalibus, hoc niſi verificatur ſaltem in ordine ad pœnam extraordinariam. Hæc enim probatio hoc modo maior, quam ſemiplena cenſetur plena, & clara, & quatenus opus eſt certa ad damnandum Reum, ſic conuinctum in pœnam arbitrariam minorem ordinaria.

35. Sed quot teſtes hoc modo ſingulares ſufficiunt ad infligendam pœnam extraordinariam? Duos ſufficere tenet Bordon. *cap.* 19. *num.* 68. Vt quando, ſcilicet, vno teſte deponente de delicto de viſu, & certa ſcientia, alter deponit de confeſſione rei, quod & voluit Scroi *d. cap.* 5. *num.* 48. Sic ſi dantur duo teſtes, quorum vnus deponit de homicidio patrato a Titio, alius de confeſſione ipſius Titij, qui faſſus eſt homicidium per hos teſtes, homicidium plusquam ſemiplenè eſt probatum, cum detur de illo vnus teſtis de viſu, & alter de confeſſione Titij homicidæ. Idem dicitur ſi de homicidio vnus teſtis de viſu, alius de fama, & corroboratur magis hæc probatio, ſi de homicidio detur vnus teſtis de viſu, & plures de confeſſione rei, vel de fama, & multo magis ſi iſti ſint teſtes conteſtes, & multo magis ſi dentur teſtes deponentes de pluribus coadiuuantibus, vt ſi præter teſtem de viſu dentur plures teſtes deponentes de confeſſione rei, & alij deponentes de fama, & alij deponentes de actu proximo delicti.

36. Sed alii diſtinguunt, in ciuilibus enim vbi cum vno teſte de viſu teſtificante de facto, vt puta de debito, coniungitur vnus teſtis, vel plures de confeſſione ipſius debitoris, in duobus caſibus datur plenè probatio etiam ad condemnandum. Primus eſt ſi teſtis teſtificatur de confeſſione vt habita parte præſente, ſecundus eſt ſi duo teſtes deponant de confeſſione facta etiam abſente parte, vt per DD. quos ſequitur

quitur Farinac. *q.* 64. *num.* 121. & 125. & ex eiſdem Bictus *q.* 48. *num.* 19. Sed vbi cum vno teſte de viſu deponente immediatè de facto iungitur vnus alius teſtis de confeſſione rei facta abſente parte, non adeſt plena probatio ad condemnandum, ſed ad ſummum, vel ſemiplena, vel maior, quam ſemiplena, ex qua defertur parti iuramentum in ſupplementum. Si vero nullus adeſt teſtis, qui immediatè deponat de facto, adſunt vero plures deponentes de confeſſione rei; tunc etiam ſi illi teſtes deponant de diuerſis confeſſionibus in diuerſis locis & temporibus habitis, poterit quidem contingere quod probent plenè confeſſionem, ſed non plenè probant delictum vel factum, niſi iſti plures teſtes deponant de pluribus confeſſionibus habitis à reo præſente parte, vel niſi ſimul adſit vnus teſtis, qui deponat de confeſſione habita parte præſente, vt declarat Farinac. *q.* 64. *numer.* 31. & *ſeqq.*

37. Sed in criminalibus variæ ſunt DD. ſententiæ. Primo enim vbi agitur de pœna ſanguinis, plures imperfectas probationes, etiam ſemiplenas non iungi vt faciant vnam plenam probationem, ex Menoch. probat Farinac *q.* 64. *nu.* 119. & conſentiunt Bictus *q.* 44. *nu.* 18. & Eliſeus *tract.* 5. *q.* 5. *num.* 7. In ordine tamen ad pœnam pecuniariam plures imperfectas probationes iungi, vt facient vnam plenam probationem dixerunt ex Menoch. *de præſumpt. l.* 1. *qu.* 41. *num.* 8. Farinac. *qu.* 64. *num.* 119. Et ex eo Bictus *q.* 44. *num.* 18. & Eliſeus *tr.* 5. *q.* 5. *n.* 7. Idem tamen Farinac. *de reo confeſſo & conuicto q.* 86. *num.* 84. admittit, quod duæ ſemiplenæ probationes diuerſi generis iunctæ cum alijs adminiculis, ſeu præſumptionibus ſufficiant ad pœnam corporalem extraordinariam, & ordinaria minorem. Verùm nec fama ſola, & nuda ſemiplenè probat, & nec facit indicium ad torturam, Ideò nec iuncta cum vno teſte de viſu plenè probat. Ideò nec vnus teſtis deponens immediatè de delicto iuncta nuda fama, ſufficit ad damnandum reum in pœnam extraordinariam corporalem, vnicus verò teſtis deponens de confeſſione Rei, ſi ſit omni exceptione maior, probat quidem ſemiplenè confeſſionem delicti, ſed non probat delictum, & ideò vnus teſtis deponens de delicto adiuncto teſte deponente de confeſſione non probat in ordine ad pœnam corporalem extraordinariam, niſi adſint alia adminicula, vel niſi confeſſio ſit plenè per plures teſtes conteſtes probata. Si verò ſine vllo teſte deponente de viſu adſint plures alij teſtes deponentes de pluribus confeſſionibus in diuerſo tempore & loco habitis tales depoſitiones non coniunguntur nec faciunt indicium aliquod. Put. *deciſ.* 171. *nu.* 11. *lib.* 2. Rota *in Tullen. Parochialis coram Seraphino* 28 *Maij* 1593 plures alios referens, Farinac. *q.* 64. *num.* 145. Bictus *q.* 44. *num.* 20. Eliſeus *tract.* 5. *q.* 5. *num.* 7. Et nihilominus excitatis DD. multi ſentiunt, quòd duæ ſemiplenæ probationes coniungantur etiam ad pœnam corporalem extraordinariam, vt infra ſuis locis explicabitur.

38. Sed vt veritas explicetur diſtinguitur triplex caſus. Vel enim iſti teſtes deponunt immediatè de delicto, vel deponunt immediatè de indicijs, vel vnus deponit immediatè de delicto & alius de indicio. Si deponunt immediatè de delicto, ſed non de eodem delicto, ſed de diuerſis, iam ſunt ſingulares ſingularitate diuerſificatiua, de quo caſu dicemus infra in hoc articulo. Si verò deponunt de eodem delicto, iam non ſunt ſingulares, ſed conteſtes, niſi forſan quantum ad circumſtantias. Et tunc ſi quantum ad circumſtantias eiuſdem facti ſunt contrarij, ſunt obſtatiuè ſingulares, & non probant, vt dictum eſt ſupra, ſolum verò dici poſſunt ſingulares non obſtatiuè, ſi vnus exprimat circumſtantiam, & alius illam non exprimat, ſed nec exprimat contrarium. Sed in hoc caſu teſtis vel teſtes, qui non exprimunt circumſtantiam qualiter probent dictum eſt ſupra *num.* 22. & *ſeqq.*

39. Sed ſi vnus teſtis ſaltem deponit immediatè de delicto & circumſtantijs, alius verò vel alij deponunt de aliquo iudicio vel indicijs, tunc ſi adſunt ſaltem duo teſtes conteſtes probantes indicium iuxta dicenda infra, & ſi indicium ſit indubitatum poteſt deueniri ad pœnam ſaltem extraordinariam, ſed iam ſumus extra caſum, quia hic non omnes teſtes ſunt omnino ſingulares, quia licet ſit vnicus teſtis, qui immediatè deponit de delicto, ſunt tamen conteſtes, qui deponunt de indicio indubitato, & etiam ſunt plures teſtes conteſtes probantes delictum, licet ex illis vnus ſolus probet delictū immediatè & alij illud probent mediatè, ſcilicet, medio indicio; ſed ſi indicium vel indicia non probantur per teſtes conteſtes, ſed ſolum per teſtes ſingulares, tunc huius dubitationis ſolutio pendet ex reſolutione alterius, an indicia, ſiue remota, ſiue proxima, ſed non immediata ad delictum (DD. pro indicijs immediatis ad delictum intelligunt dicta teſtium deponentium immediatè de delicto) debeant eſſe probara per duos teſtes conteſtes. In qua difficultate communius affirmant DD. vt videre eſt apud Guazzin. *def.* 30. *cap.* 31. Et hoc eſt omnino tenendum, vt probatur ſequenti *numer.* 40.

40. Si autem teſtes omnes immediatè deponunt de indicijs attendi debet an indicia ſint indubitata. Nam ſi ſint dubitata, etiam ſi alias eſſent pluſquam proxima, & plenè probata, probatio delicti eſt dubia & non ſufficit ad pœnam ſi verò in indicia ſint indubitata, etiam ſi ſint remota, ſi etiam ſunt probata per duos teſtes ſufficiunt ad pœnam extraordinariam, & ſic vnus teſtis deponens de viſu, adiuncta confeſſione delicti plenè probata per duos teſtes conteſtes ſufficit ad pœnam extraordinariam. Sed ſi indicia indubitata non ſunt probata niſi per teſtes ſingulares omni tamen exceptione maiores, tunc quia etiam in criminalibus plures ſemiplenæ probationes immediatæ ad delictum

Digitized by Google

coniunguntur, ad inferendam pœnam extraordioariam etiam corporalem, vt infra locis citatis probatur, & eſt modo communis & practicata ſententia, & vlterius ſi indicia ſint indobitata, ex quolibet illorum probatur ſemiplenè delictum; & vlterius ſi quodlibet illorum ſit probatum per vnum teſtem omoi exceptione maiorem, remanet ex hoc ſemiplenè probatum, in hoc eſt totà difficultas, vt videatur an hæ ſemiplenæ probationes plurium indiciorum ſufficiaot ad hoc vt delictum ſit plenè probatum. Nam alias quod ad damoandum inquiſitum ad pœnam extraordioariam non ſufficiat probatio delicti etiam pluſquam ſemiplena, ſi non ſit plena ex duabus ſemiplenis conſurgens probatur inſra *q.29.* Videtur tamen prima facie, quod ſi indicia ſuot indubitata (non dico proxima, vel remota, ſed indubitata) & quodlibet illorum ſemiplenè probatur per vnum teſtem omni exceptione maiorem, quod ex iſtis reſultet plena probatio delicti in eo gradu, qui ſufficiant ad conuincendum in ordine ad pœnam arbitrariam. Sed dicas hoc non ſufficere. Ad hoc enim, vt ex duabus ſemiplenis conſtituatur vera probatio plena ſufficiens ad damnandum requiritur quod iſtæ ſemiplenæ ſint immediatè de delicto. Plures enim ſemiplenæ ſolum probant plenè id, quod immediatè probatur ab illis. Quod oſtenditur, quia concluſio non eſt plenè probata, niſi vtraque propoſitio ſylogiſmi iudicialis ſit certa ſine probatione, vel plenè probata; neque enim ex minori ſolum ſemiplenè probata & certa deducitur concluſio plenè probata & certa. Si ergo dicatur ex tali indicio indubitato & probato ſequitur delictum adulterij; ſed contra Seium militat hoc indicium indubitatum adulterij; igitur Seius eſt adulter. Niſi minor propoſitio quæ cootinet indicium ſit plenè probata per duos teſtes, ſed ſolum ſit ſemiplenè probata per vnum teſtem, concluſio etiam, quæ continet delictum non erit niſi ſemiplenè probata. Indicium igitur non probat plenè, niſi plenè ſit probatum per duos teſtes, quod ſi indicia ſint plura, adhuc non ſufficit, quod illa ſemiplenè probentur, quia tunc minor ſylogiſmi iudicialis erit iſta, ſed contra Seium militant hæc duo indicia. Quæ minor non probatur plenè niſi per duos teſtes conteſtes.

41. Cæterum probatio adminiculorum etiã pleniſſima, ſi adminicula non ſint ſimul indicia indubitata, licet augeat probationem intra idem genus, & faciat v. g. quod probatio ſit pluſquam ſemiplena, quia tamen probatio adminiculi non eſt probatio delicti; ideò multo magis eſt certum, quod probatio adminiculorum per teſtes ſiogulares non ſufficit ad damnandum in pœnam extraordinariam, licet poſſit ſufficere ad hoc, vt dictum teſtis, vel indicium, quod alias non probaret, ſemiplenè probet. Et hoc modo iuuat ad plenam probationem, iuuando ad ſemiplenas, vel ad hoc vt ſemiplenæ magis iungantur in vnam plenam.

42. Ex his colligitur primo, qualiter admitti poſſit illa aſſertio DD. relata *num.34.* nimirum quod arbitrarium ſit Iudici plenam fidem adhibere teſtibus ſingularibus. Si enim ſenſus ſit, quod teſtibus manentibus ſingularibus etiam iunctis circumſtantijs quibuſcumque & adminiculis, & indicijs, Iudex illis fidem plenam adhibere poſſit, & ex eorum teſtimonio poſſit Reum damnare ad pœnam grauem, illa aſſertio pluſquam falſa eſt. Quia ex communi omnium ſenſu quilibet teſtis ſingularis etiam omni exceptione maior, cum ſit vnicus, ſolum ſemiplenè probat, ex adiuncto verò teſte, vel alijs indicijs, non poteſt probare plenè niſi fiat conteſtis, & niſi adiungatur ſecunda probatio, quæ de ſe ſit immediata, & ſemiplena delicti probatio, vt ſic ex pluribus ſemiplenis conſurgat vna plena, quæ ſufficiat ad infligendam grauem pœnam. Si vero ſenſus ſit quod prudentiæ Iudicis ſit videre, an ex circumſtantijs, & ſaltem ex adiuncto aliquo indubitato indicio tollatur ſingularitas, & adueniat conteſtitas talis, vt adſint duæ ſemiplenæ & immediatæ probationes delicti, per quas probetur immediatè delictum, ſic vera eſt illa opinio.

43. Et neceſsè eſt, vt iterum, atque iterum ſemper replicem duo. Primum eſt, quod ad damnandum Reum ad pœnam grauem oon ſufficit vna ſemiplena probatio delicti, quia ex Chriſti Domioi noſtri ſententia teſtimonium duorum, vel trium eſt verum Io. *cap.8.* Et ita quod ſolum in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum Deu. *c.* 17. & 19. Math. *c.* 18. 2. Cor.13. Hebr. *cap.* 10. Vnde ad damnandum Reum ad pœnam grauem requiritur vna probatio, quæ non ſit ſimplex ſed compoſita & integrata ex duabus, vel tribus ſemiplenis probationibus. Secundum eſt, quod plena probatio habet plures gradus; nam longè maior eſt certitudo, quæ conſurgit ex dicto duorum vel trium teſtium maiorum omni exceptione, cum de fide ſit, quod hæc probatio ſufficit, & quod hæc probatio adſit ſit notum Iudici per euidentiam rei, cum teſtes coram Iudice eos vidente, & audiente deponant de delinquentis delicto. Vnde multo minor eſt certitudo, quæ habetur per indicia, quia hæc regulariter non conſtant Iudici per euidentiam rei, ſed quia ſunt probata, & vt plurimum connexio inter iodicium & delictum non eſt moraliter tam certa, quam certum eſt, quod dictum duorum teſtium vel trium ſit verum; vnde eſt quod regulariter probatio delicti per indicia non ſufficit ad pœnam ordinariam, ſed ſolum ad extraordinariam; ideo ad damnandum Reum ad pœnam grauem ſic eſt neceſſaria probatio plena conſurgens ex duabus ſemiplenis, quod tamen non eſt neceſſaria pleniſſima; ſeu plenè plena, ſeu ſuprema inter plenas, quæ eſt neceſſaria ad pœnam ordinariam, ſed ſufficit probatio plena inferioris gradus, dum tamen non ſit ex ſolo vnico teſte, quia hæc oon eſt plena, ſed ſemiplena, ſed ſit ſaltem ex pluribus indicijs, ſeu medijs ex quorũ quolibet conſurgat ſe-

miple-

miplena & immediata probatio delicti eiuſdem. Et hanc probationem non præbent teſtes ſingulares, qui immediatè nō deponunt de eodem numero delicto, ſeu de eadem numero re, ſed de diuerſis, & reſpectu illius rei, quam immediatè probant ſunt vnici, & illam ſolum ſemiplenè probant.

44. Colligitur ſecundo quod ad damnandumReum in pœnam extraordinatiam non ſufficit vnus teſtis omni exceptione maior adiuncta nuda fama etiam de delictis eiuſdem ſpeciei, quia vt probatur infra nuda fama non probat ſemiplenè. Si tamen fama ſit vehemens, & taliter adminiculata, vt probet ſemiplenè ad pœnam extraordinariam ſufficiet vnus teſtis omni exceptione maior adiuncta tali fama plenè probata, quia tunc adſunt duæ ſemiplenè, & immediatæ probationes eiuſdem delicti, ex quibus integratur vna plena probatio.

45. Colligitur tertio, quod vnus teſtis ſimul cum vno indicio indubitato plenè probato, vt puta cum confeſſione delicti plenè probata, quia confeſſio iſta facit indicium indubitatum, quod ſi ſit plenè probatum, probat ſemiplenè delictum confeſſum; ideò hæc ſemiplena iuncta alteri ſemiplenæ, quam facit dictum vnius teſtis omni exceptione maioris, conſurgit vna probatio plena ſufficiens ad pœnam extraordinariam. Non tamen ad ordinariam quia probatio per indicium non æquiualet probationi per teſtem, & ideò probatio per vnum teſtem, & vnum indicium non æquiualet probationi per duos teſtes, ſecus vero ſi confeſſio non ſit plenè probata, quia hæc non probat ſemiplenè delictum.

46 Colligitur quarto, quod plura indicia, niſi quodlibet illorum ſit plenè probatum, ſed illa ſolum ſint probata per teſtes ſingulares, non ſufficiunt ad pœnam extraordinariam. Vt puta plures extraiudiciales confeſſiones habitæ in diuerſo loco, & tempore, ſi illæ non ſint plenè probatæ non ſufficiunt ad pœnam extraordinariam, quia nulla illarum ſemiplenè probat delictū,& ex pluribus probationibus non ſemiplenis non conſurgit plena probatio tā certa,& plena, quæ ſufficiat ad pœnam grauem inferendam, ſecus vero ſi ſaltem duæ iſtæ confeſſiones ſint plenè probatæ, quia tunc quælibet illarum plenè probata ſemiplenè probat, & ſic ex pluribus ſemiplenis integratur vna probatio plena ſufficiens ad pœnam arbitrariam. Quod multo magis eſt verum, ſi indicia indubitata ſint diuerſi generis, & ſint plenè probata.

47. Colligitur quinto, quænam regula ſeruanda ſit ad videndum, an in criminalibus plures probationes ſemiplenæ, vel imperfectæ iungantur, vt faciant vnam plenam. Nam primo attendi debet, quod ſi probationes non ſunt certæ naturaliter, ſed merè præſumptiuæ, & ſic ſufficientes ſolum ad inducendam opinionem; quia opinio non eſt cognitio moraliter certa, ſed etiam practicè admittit ſuſpicionem oppoſiti, & ideo eſt cognitio dubia, ideo iſtæ probationes, nec ſunt ſemiplenæ, ſed dubiæ, & ex illis etiam ſi ſint pluſquam mille, & pluſquam centum mille, non conficitur nedum vna plena, ſed nec vna ſemiplena probatio. Quia cumulus iſtarum probationum non eſt niſi cumulus probationum incertarum, quarum quælibet nedum negatiuè, ſed priuatiuè eſt incerta, & ideo ex illis non colligitur, niſi vnum totum incertum. Et quis non velit hic æquiuocare, ſed diſtinguat inter iudicia, & opiniones. Licet enim contingat, quod plura indicia, quorum quodlibet ſe ſolo negatiuè eſt incertum, & ſufficiens ſolum ad opinandum, ſi ſimul iungantur, conſtituatur ex illis vnum indicium indubitatum, & ſufficiens ad inducendam certam notitiam, plures tamen incertæ notitiæ, quæ etiam priuatiuè ſunt incertæ, non integrant vnam certam notitiam, vndè vt benè docent Philoſophi, & Theologi ex innumeris opinionibus non integratur vna ſcientia, & certa cognitio. Et ſic ex innumeris probationibus, & notitijs opinatiuis, & incertis non integratur vna certa probatio, & notitia, quæ ſaltem ſit ſemiplena, quia hæc debet eſſe certa, vt ſic ex pluribus ſemiplenis integretur illa certa probatio, quam ius naturale, & diuinum requirunt ad imponendam pœnam grauem. Secundo attendi debet, quod ad hoc vt probationes ſemiplenæ iungantur, vt faciant vnam plenam, neceſſe eſt, quod iſtæ omnes ſint probationes immediatæ illius facti, ſeu delicti, quod debet eſſe plenè probatum. Sic probationes indicij indubitati, etiam ſi ſint centum millæ, probant mediatè delictum cuius indicium eſt ſignum indubitatum, ſed non iunguntur, vt plenè probent delictum, ſed ſolum vt plenè probent indicium. Quia delictum non magis plenè probatur, quam probare poſſit indicium, quod eſt indubitatum ſignum delicti; hoc vero ſolum probat delictum ſemiplenè; igitur ſemiplenæ probationes indicij iunguntur quidem ad plenè probandum indicium, ſed tamen omnes ſimul ſumptæ non probant delictum niſi ſemiplenè, quia non probant delictum niſi medio indicio, ex quo delictum non probatur, niſi ſemiplenæ. Probationes igitur ſemiplenæ non iunguntur, vt faciant vnam plenam niſi reſpectu obiecti, quod immediatè ex illis probatur.

48. Ex iſtis haberi poteſt qualiter teſtes ſingulares adminiculatiuè probent, vel non probent plenè in multis caſibus, in quibus à pluribus Doctoribus aſſeritur, quod plenè probent. Dicitur enim, quod teſtes ſingulares plenè probant, ſi eorum dicta tendunt ad eundem finem. Dant. DD. exemplum, vt ſi teſtes concordantes in ſubſtantia facti diſcordent in verbis, vel in circumſtantijs, vel in redditione rationis, vel in modo narrandi factum Farinac. *q 64. num.*148. & ex Bald. Felin. & alijs. *Bict. q 44. num.* 42. Sed in his attendi debet ne adſit contrarietas inter dicta teſtium, quia ſi hæc

X 2 adſit

adſit iam ſingularitas teſtium eſt obſtatiua. Tollitur vero contrarietas in verbis ſi diuerſorum verborum idem eſt ſenſus, ſi teſtes veriſimiliter non recordantur, & ideo omnino affirmatiuè non deponunt de circumſtantijs, & nec ſunt contrarij, ex eo quod vnus minus deponat quam alius, ſi factum potuit prouenire ex multiplici, & diuerſa cauſa. Sic enim & Euangeliſtæ, nôn ſunt contrarij ex quo vnus ſub alijs verbis factum exprimat, vel diuerſimodè narrat, ſed in ſenſu, & ſubſtantia facti omnes conueniunt. Et nihilominus in criminalibus in hoc caſu teſtes non plenè probare, ſed ſemiplenè, vel aliquando pluſquam ſemiplenè dixerunt Farinac. *q.* 64. *num.* 149. & ex Aym. Felin. & Dec. Sim. *de heret. tit.* 64. *nu.* 84. Bict. *q.* 44. *num.* 42. *q.* 5. *num.* 11. ſi teſtes ſunt ſingulares. Verum & in hoc caſu non eſt recedendſi á dictis ſupra *à num.* 20. Tunc enim teſtes ſingulares deponunt de illis, quæ tendunt ad eundem finem, quando deponunt, vel de indicijs, vel de circumſtantijs, aut coniecturis, aut adminiculis ordinatis ad delicti, eiuſdemque probationem, & pœnam.

49. Item teſtes ſingulares (non tamen ſingularitate obſtatiua) valent ad probandum aliquid in genere, quod tamen alij negant. Alij vero concedunt, vt tunc ſolum ex teſtibus ſingularibus probetur genus, quando actus ſinguli, ex quibus infertur ad genus plenè probantur per duos teſtes conteſtes, ita ex Iaſ. Farinac. *quæſt.* 64. *num.* 155. & ex Panormit. Felin. & Maſcard. Bict. *q.* 44. *num.* 21. Sed hæc concordia deſtruit primam opinionem, & approbar ſecundam; quia vbi actus ex quibus infertur ad genus probantur ſinguli per duos teſtes conteſtes; iam genus probatur per teſtes conteſtes, & non per ſingulares. Imo ad probandum genus ſufficit probare per teſtes conteſtes vnum indiuiduum illius generis, quia non eſt indiuiduum, quod non ſit in genere, & ita vbi actus indiuiduales ſunt plures, & ſinguli probantur per teſtes conteſtes, multò magis probatur genus.

50. Prior vero opinio negans per teſtes ſingulares probari ſpeciem, vel genus probari videtur, quia genus non eſt in rerum natura, niſi in aliqua ſpecie, & indiuiduo, ſicut nec ſpecie eſt niſi in aliqua indiuiduo; non probato igitur, quod in verum natura ſit indiuiduum, non probatur etiam, quod in rerum natura ſit ſpecies, vel genus, quia iſta in rerum natura eſſe non poſſunt, niſi ſint in aliquo indiuiduo. Sic igitur non probato, quod Titius hic, & nunc in hoc loco occiderit Caium, non probatur, quod in rerum natura ſit homicidium, ſeu quod Titius exiſtat homicida. At vero per teſtes ſingulares non probatur plenè indiuiduum, vt puta, quod Titius occiderit Caium, ſi de hoc non deponit niſi vnicus teſtis. Sicut nec probatur, quod Titius occiderit Seium, ſi de hoc non deponit, niſi teſtis vnicus, quia vnicus teſtis cuiuſcumque ſit dignitatis ſolum ſemiplenè probat. Cum igitur teſtibus exiſtentibus ſingularibus indiuiduum, ſeu indiuidua delicti non probentur, niſi per teſtes vnicos, illa non probantur niſi ſemiplenè, ideò etiam ſolum ſemiplenè probatur delicti ſpecies, vel genus. Et ſic ſi ſolum per teſtes ſingulares, & vnicos probetur, quod Titius occiderit Caium, & quod occiderit Seium, ſolum per teſtes vnicos, & ſingulares probatur, quod Titius ſit homicida, & ſic ſolum ſemiplenè hoc probatur.

51. At è contra videtur, quod hæc probatio ſit plena. Nam plures probationes ſemiplenæ ſi ſint de vno, & eodem obiecto iunguntur, vt faciant plenam probationem illius obiecti; ſic enim dicta duorum teſtium deponentium de vno, & eodem delicto vnius, & eiuſdem perſonæ plenè probant. At vero cum plura delicta eiuſdem ſpeciei probantur de eadem perſona per teſtes ſingulares adſunt plures, ſemiplenæ probationes delicti eiuſdem ſpeciei, puta homicidij, quia quilibet teſtium ſemiplenè probat ſpeciem delicti, vt puta homicidium eſſe in rerum natura; igitur ex iſtis ſemiplenis oritur vna plena probatio homicidij per quam plenè probatur, quod Titius ſit homicida.

52. Verum ex hoc probatur prima opinio negans, quia principium illud, quod diuerſæ ſemiplenæ probationes coniungantur, vt faciant vnam plenam, vt ſit verum neceſſe eſt, quod iſtæ ſemiplenæ probationes immediatè attingat vnum numero obiectum, ſeu delictum; hoc enim modo dicta plurium teſtium faciunt plenam probationem delicti, quia huiuſmodi dicta immediatè tangunt vnum, & idem numero delictum, ſed vbi probationes immediatè attingunt aliquod obiectum, & ſolum per conſequentiam attingunt aliud, ſi non iunguntur, vt plenè probent id, quod immediatè attingunt, multò minus iunguntur, vt plenè probent id, quod non probatur, niſi per conſequentiam ad illud, quod immediatè probant. Sic ſi duæ ſemiplenæ probationes immediatè probent indicia diuerſa, ex quibus conſecutiuè infertur idem delictum, tantum abeſt, quod iſtæ probationes iungantur ad probandum delictum, quod ex indicijs infertur, quod nec delictum huiuſmodi ſemiplenè probatur, ſi conſequentia per quam ex indicijs infertur delictum ſit contingens. Quando igitur ſemiplenæ probationes reſpectu immediati obiecti probati per illas, non iunguntur vt faciant plenam probationem, multò minus iunguntur, vt plenè probent illud, quod non probatur, niſi ſecundario per conſequentiam illatam ex eo, quod infertur ex illo, quod tantum ſemiplenè probatur, quia ex ſemiplenè probatis non probatur plenè id, quod ad illa conſequitur; ex præmiſſa enim ſemiplenè probata, non probatur plenè concluſio ex illa deducta. Quod eo magis eſt verum, ſi illud, quod conſecutiuè infertur non eſt vnum numero, ſed diuerſum, ſicut diuerſa numero ſunt illa, ex quibus non

vnum,

vnum, ſed diuerſa inferuntur, & illa non niſi ſemiplenè probantur. In his enim caſibus potius verum eſt illud principium, quod in criminalibus plures imperfectæ probationes non iunguntur vt plenè probent, prout colligitur ex *l. ſa cimus §. ſi quis autem C. de donat. l. vſura C. de vſuris l. vnica C. qui numero tutelarum*, & tradunt Simanc. *de cathol. inſtit. tit.* 51. *num.* 5. Penna *part.* 3. *direct. com.* 121. *verſ. primum*. Farinac. *q.*86. *à num.*72. *& de hæret. quæſt.* 187. *num.*7.

53. Modo quando teſtes ſingulares deponunt contra aliquem de delictis eiuſdem generis, vel ſpeciei, genus & ſpecies non probantur immediatè, ſed mediatè & conſecutiuè, ex eo quod probantur delicta in indiuiduo, in quibus indiuiduis reperiuntur genus, & ſpecies. Cum igitur indiuidua ſolum probentur ſemiplenè, & iſtæ ſemiplenæ non iunguntur, vt plenè probent indiuidua, multò minus iunguntur vt plenè probent genus, & ſpeciem, quæ non probantur, niſi quia probantur delicta in indiuiduo. Et eo magis, quod genus, & ſpecies, quæ ſunt in diuerſis indiuiduis, licet metaphiſicè ſint vnum formaliter, & identitate rationis, phiſicè tamen, & realiter ſunt res numero diuerſæ, & quæ in rerum natura non ſunt, niſi vt res numero diuerſæ, & vt res, quæ de facto non probantur eſſe niſi per teſtes vnicos, & ſolum ſemiplenè probantes.

54. Dicendum igitur eſt, quod genus, & ſpecies plenè nõ probantur eſſe per teſtes ſingulares deponentes de pluribus indiuiduis eiuſdem generis & ſpeciei, & quod hæc probatio non ſufficit ad puniendum aliquem delinquentem pœna ordinaria. Penna *d. com.* 121. *verſ. cæterum*, allegans pro hac ſententia Conrad. Brun. & Baiar. Simonc. *de hæret. q* 64. *num.* 64. Farinac. *q.* 64. *num.* 151. & apud eum Bald. Dec. Ripa, Gabriel, & alij. Bictus *q.* 44. *num.* 21. Eliſeus *tract.* 5. *q.* 5. *num.* 13. *&* 14. Scroi *p.* 4. *cap.* 5. *num.* 25.

55. Limitant vero aliqui hanc concluſionem dicentes, quod vbi articulatur genus, vel ſpecies, vel quod principaliter intenditur eſt probare genus, aut ſpeciem, vt puta, quia intentus eſt probandi aliquem eſſe adulterum, vel vſurarium, vel furem, teſtes ſingulares deponentes contra aliquem de pluribus delictis eiuſdem generis, vel ſpeciei plenè probent. Panormit. Maſcard. Monticell. & alij plures, quos ſequitur Farinac. *q.* 64. *num.* 223. *& ſeqq.* Souſa *l.* 2. *cap.* 15. *num.* 10. Bictus *q.* 44. *nu.*22. Scroi *part.* 4. *cap.* 5. *num.* 25. Sed hoc non debet admitti de probatione ſimpliciter plena, ſed ſolum de plena ſecundum quid, & ſufficiente ad aliquem effectum extraiudicialem, & ita loquuntur citati DD. etenim huiuſmodi teſtes pluſquam ſufficiunt ad infamandum Reum in iudicio, Cum enim fama ſit opinio populi, quam ſufficit habere ortum à probis viris iudicantibus ex coniecturis probabilibus, multò fortior infamia oritur ex depoſitione plurium teſtium, ſingularium deponentium de viſu de pluribus delictis à delinquente commiſſis. Imo in hoc caſu non adeſt propriè infamia, quæ non eſt niſi opinio, ſed adeſt notitia certa moraliter, quam ſemper ſecum fert ſemiplena probatio, licet hæc probatio non dicatur plena, quia iura ad puniendum requirunt maiorem certitudinem, quæ reſultet non ex vna, ſed ex pluribus probationibus. Ad illos igitur effectus ad quos ſufficit infamia, ſufficit etiam probatio delicti in ſpecie, imò reſpectiuè etiam in genere (quidquid in contrarium dixerit Souſa *quæſt.* 1. *de teſtib. ſingul. ſection.* 2. *numer.* 10.) quia hæc probatio infamat in iudicio. Et ideo hæc probatio ſufficit ad repellendum aliquem à teſtimonio ferendo, vel ad impediendum ne quis promoueatur ad aliquod officium, vel dignitatem, vel ne conſequatur hæreditatem conceſſam ſolum non infami, vel etiam ad hoc vt ſuperior remedia adhibeat ſalutaria tam delinquenti, quam communitati, vt quod ſuperior Regularis aſſignet ſic diffamatum in alio Conuentu, vel præcipiat illi, ne accedat ad domum talem, vel quod non loquatur cum tali perſona, vel ad alia ſimilia ordinanda. Et hic locum habet, quod habetur *in tract. de indicijs poſt Conſtitut. Ord. Præd. cap.* 5. *num.* 8. Vt ſcilicet Superior Iudex in hoc caſu poſſit ſubdito præcipere in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub pœna confeſſi, & conuicti, vt abſtineat à familiaritate aliqua, at ſi non obediat, & de inobedientia conſtat, tanquam conuictum de mala familiaritate illum habere. Itaque hic ſeruetur hæc regula generalis, quod quia ad generandam famam, vel opinionem ſufficiunt teſtes ſingulares, ideo in ordine ad illos effectus ad quos ſufficit fama, vel opinio, vel probatio generica ſufficiunt teſtes ſingulares. Et ideo per teſtes ſingulares probatur adulterium ad effectum diuortij, vel amittendi dotem, vel ſæuitiam mariti ad ſeparationem tori, vel metum incuſſum, vel minas, vel furorem, conſanguinitatem, vel filiationem, vel dolum, vel aditionem hæreditatis, vel ſimoniam, vel aliquem eſſe ſacerdotem, vel habitationem, vel ſocietatem, vel animum, & voluntatem, vel alia ſimilia, quæ recenſent Farinac. *q.* 64. Bordon. *cap.* 19. Scroi *p.* 4. *c.* 4. Quæ tamen non ſunt vera quando agitur ad pœnam, ſed ſolum quantum ad illos effectus ad quod ſufficit, vel probatio generica, vel fama, aut opinio. Sed hæc extraiudicialia ſunt vt plurimum.

56. Sed numquid hæc probatio delicti in genere, vel ſpecie non ſufficit ſaltem ad pœnam extraordinariam? Affirmant Penna *d. com.* 121. Eliſeus *tr.* 5. *q.* 5. *num.* 13. *&* 14. Sed reſolutio huius *quæſt.* pendet ex illa, an teſtes diuerſificatiuè ſingulares deponentes de delictis eiuſdem ſpeciei probent. De qua ſermo erit infra *n.* 72. *& ſeqq. in hoc art.*

57. Eodem modo, ſi id quod articulatur, & quæritur eſt vna cauſa, aut origo prouenientis

ex

ex pluribus actibus; probatur per teſtes conteſtes, quorum alij de vno, alij de alio deponunt diuerſi, qui teſtes videntur ſingulares, quia aliqui de vno actu deponunt, & alij de alio. Et in hoc ſenſu eſt verum, quod docuerunt Felin. *cap. licet ex quadam de teſtib.* & ex Conrad. Caecialup. & Aym. Farinac. *quaeſt. 64. num.* 169. Sed tamen hæc probatio non eſt plena, niſi ſinguli actus probentur per duos teſtes conteſtes.

58. Pariter dicunt plures probari vnum totum indiuiduum vnum numero per teſtes ſingulares deponentes de partibus illius totius, vt ſi vnus teſtis deponat de initio Miſſæ, alter de recitatione Euangelij, alter de conſecratione, alter de fine Miſſæ. Et hanc ſententiam ex Panormit. Felin. & alijs ſequutus eſt Carena, & alij quos retuli *cap. accuſatus num.* 54. *&* 55. *de haret. in 6.* Et idem tenent Eliſeus *tr.* 5. *q.* 5. *num.* 9. *&* 17. Scroi *part.* 4. *cap.* 5. *num.* 45. Bordon. *cap.* 19. *num.* 69. Idem autem dicitur de delicto eodem, quod probatur per teſtes ſucceſſiuè illum videntes vnus poſt alium per foramen hoſtij. Et pariter, quod totum iter probatur per teſtes ſingulares deponentes de partibus illius, Sed alij ad hoc requirunt, quod ſingulæ partes ſint probatæ per duos teſtes. Farinac. alios referens *q.* 64. *n.* 162. Bictus *q.* 44. *n.* 24. Sed certè neceſſe eſt, quod totum, quod probatur, ſit vnum numero indiuiduum, nimirum vna numero Miſſa ad tale Altare, tali hora cum talibus paramentis, & tali indiuiduo celebrata. Vndè opus eſt, quod in iſtis teſtes ſint concordes, & conteſtes, vt per Felin. *cap. licet de teſtibus*, habet Farinac. *quaeſt.* 64. *num.* 163. Sed eſt quoque neceſſe, quod ſingulæ partes totius ſaltem illæ, quæ ſunt ſubſtantiales probentur.

59. Sed modo profundius rem hanc explicando dicitur, quod totum non probatur plenè in cauſa ſaltem criminali ex eo, quod per teſtes ſingulares probentur ſingulæ eius partes, licet hæc probatio ſit pluſquam ſemiplena. Ratio eſt, quia hæc probatio in ordine ad totum, vel non eſt niſi præſumptiua; ſi ſingulæ partes non ſunt probatæ, quia præſumitur, quod qui v. g. incepit Miſſam, illam totam celebrauerit, vel non habetur niſi per teſtes quorum quilibet eſt ſingularis. Et ſic ad ſummum non habentur, niſi diuerſæ probationes ſemiplenè de diuerſis partibus; ex quibus in criminalibus ſaltem ad pœnam corporalem ordinariam non conſurgit plena probatis. Probatio enim iſta innititur huic, vel ſimili ſyllogiſmo. Exiſtentibus partibus exiſtit totum, ſed hic exiſtunt partes, ergo exiſtit totum. Huius vero ſyllogiſmi maior propoſitio non eſt vera, niſi dicatur exiſtentibus partibus ſimul iunctis, aut continuis iuxta totius exigentiam, exiſtit totum. Et ſic minor probanda eſt quantum ad duo, ſcilicet, quod partes ſingulæ exiſtunt, & quod exiſtunt vnitæ, aut continuæ. At vero ſi exiſtentia cuiuslibet illarum non probatur niſi ſemiplenè, ſic minor propoſitio ſolum ſemiplenè eſt probata; non niſi igitur ſemiplenè probatur concluſio; quia concluſio in hoc ſequitur debiliorem partem, nec habet maiorem certitudinem, quam habeat minor propoſitio. Si enim maior propoſitio ſit certiſſima, ſi minor non ſit certa, ſed probabilis, concluſio ſolum eſt probabilis, & non valet dicere, quod ſemiplenè probationes ſingularum partium ſimul iunctæ conſtituunt vnam plenam probationem, quia ex ſemiplenis probationibus vna integra, & plena integratur. Nam hoc non eſt verum, vbi ſemiplenæ probationes non ſunt immediatè de eadem re, & obiecto nimirum de eodem delicto. In hoc caſu enim probationes ſunt de partibus inter ſe, & a toto diſtinctis; & ideo cumulus iſtarum probationum ſemiplenarum non eſt, niſi cumulus probationum rerum diſtinctarum ſemiplenè probatarum, ex quo cumulo non infertur maior probatio alterius rei, ſcilicet, totius integrati ex partibus, quam ſit probatio ſemiplena, qua probatæ ſunt partes. Et eo magis, quod per probationem partium per teſtes ſingulares non probatur illarum vnio, ſeu continuatio ad conſtitutionem totius, niſi præſumptiuè, aut ſemiplenè.

60. Sed dices, quod in hoc caſu teſtes ſingulares ſunt conteſtes, quia conueniunt in vno facto numero, vt puta in eadem numero celebratione Miſſæ, & in loco, & tempore, & perſona celebrantis, & alijs circumſtantijs, & ideo ſi quo teſtes deponunt de omnibus, & ſingulis partibus Miſſæ, plenè probant totam fuiſſe celebratam. Et hoc eſt præcipuum fundamentum contrariæ opinionis, quod, ſcilicet, teſtes in hoc caſu ſint conteſtes ſub eodem tempore, & loco, & perſona, & alijs circumſtantijs. Verum dicitur, quod hoc aſſumptum non eſt verum, quia teſtes non poſſunt propriè dici conteſtes in circumſtantijs, ſi non ſunt conteſtes in eadem ſubſtantia facti. Et conſiderandum, quod nullus ex his teſtibus ſingularibus deponit, niſi de parte totius Miſſæ, & ſic de parte temporis, & de parte actionis perſonæ in locis habitis, & de hac parte non deponit, niſi vt teſtis vnicus, & ſic non poteſt magis probare de parte, de qua deponit, quam probet teſtis vnicus, & ex conſequenti, niſi ſemiplenè, & ſic ſemper vrget ratio ſupra poſita, quod minor illius ſyllogiſmi ex qua concluditur, ergo tota Miſſa fuit celebrata, non eſt probata niſi ſemiplenè; Vndè & concluſio non manet, niſi ſemiplenè probata.

61. Et hoc magis explicatur conficiendo ſyllogiſmum in hac alia forma. Poſitis & probatis ſingulis partibus Miſſæ, vt habitis ab eadem perſona, in eodem loco, & in eodem tempore, & cum eiſdem veſtibus ſacris, & in eodem altari, & cum eiſdem circumſtantijs ſimul cenſetur poſita, & probata tota Miſſa: Sed in caſu iſto poſitæ ſunt, & probatæ omnes partes miſſæ ſingulæ, vt habitæ ab eadem perſona, & in eadem Eccleſia, & altari, & in eadem

hora

hora temporis, & cum eiſdem veſtibus ſacris, & cum eiſdem circumſtantijs; igitur cenſetur celebrata, & probata tota Miſſa. Huius enim ſyllogiſmi maior eſt vera; ſed ſi teſtes ſunt ſingulares, minor quantum ad ſingulas eius partes, & tota non eſt probata niſi ſemiplenè, & ſolum ſemiplenè per teſtes ſingulares probantur, & partes Miſſæ, & identitas perſonæ loci, & temporis, & aliarum circumſtantiarum; igitur ex hac minori ſolum ſemiplenè probata eſt concluſio.

62. Quod magis explicatur. Nam ſi partes Miſſæ ſingulæ ſint probatæ per duos teſtes, conteſtes remanet plenè probata tota Miſſa, quia nedum partes ipſæ ſunt plenè probatæ, ſed ex probatione identitatis loci, & temporis, & perſonæ, & aliarum circumſtantiarum, quæ identitas per ſingulas eius partes eſt plenè probata ſimul remanet probata, per duos teſtes vnitas, ſeu continuatio partium ad inuicem ad conſtitutionem totius, ſed vbi teſtes ſunt ſingulares, identitas illa loci, & temporis, & perſonæ, & ex conſequenti vnitas, ſeu coniunctio partium Miſſæ non eſt; niſi ſemiplena probata. Nec licet recurrere ad præſumptiones, vt quia à communiter accidentibus, ſi Miſſa incipitur etiam perficitur, & tota celebratur. Nam ex hoc non concluditur, niſi probatio præſumptiua, ſed quod magis eſt, hæc etiam in ſuo genere non eſt plena, quia non fundatur, niſi in coniectura, vel indicio ſemiplenè probato. Et ideo nec præſumptio eſt, niſi ſemiplena, & quæ plenam præſumptiuam probationem non poteſt inducere.

63. Dicendum igitur eſt, quod delictum ſolum per teſtes ſingulares deponentes de ſingulis partibus non probatur plenè ad pœnam ordinariam, ad quam tamen delictum remanet probatum, ſi ſingulæ partes probentur, per duos teſtes conteſtes, & idoneos. Et certum eſt, quod totum per teſtes ſingulares deponentes de omnibus, & ſingulis partibus, eſt pluſquam ſemiplenè probatum. Et ideo ex hoc inquiſitus eſt inditiatus ad torturam.

64. Sed an hæc probatio ſufficiat ad pœnam extraordinariam, & præcipuè ad corporalem, dubium eſſe poteſt, & qui tenent quod probatio maior, quam ſemiplena ſufficiat ad imponendam pœnam extraordinariam, dicent etiam de facili, quod in hoc caſu delictum ſit ſufficienter probatum ad ſimilem pœnam. Sed contrarium videtur dicendum, quia nulla pœna habet locum, niſi vbi plenè conſtet de corpore delicti, vbi vero factum, & delictum non eſt plenè probatum, nec plenè conſtat de corpore delicti. Et licet ad pœnam extraordinariam, non ſit neceſſaria omnino plena probatio delinquentis, illa, ſcilicet, quæ habetur per duos teſtes conteſtes omni exceptione maiores, omnino tamen neceſſaria eſt plena probatio delicti, quia vbi non eſt delictum locum non habet pœna. Et inſuper etiam attendi debet, quod probationes ſemiplenæ, ſi non ſunt immediatè de eodem obiecto, & delicto non poſſunt coniungi, vt probent delictum, quia non ſunt niſi probationes alterius rei à delicto, & ſemiplenè, ex quibus non poteſt colligi delictum cum maiori certitudine, quam ſint probata illa ex quibus delictum deducitur. Sic ergo ſi partes alicuius totius ſint ſolum ſemiplenè probatæ, ex hoc totum ſolum ſemiplenè probatur.

65. Nihilominus dicitur, quod ad pœnam extraordinariam vbi totum eſt vnum indiuiduum numero, ſufficit quod probetur totum per teſtes ſingulares probando partes illius, quia tunc probatio cuiuslibet partis eſt ſaltem præſumpta probatio totius; maximè ſi conſideretur quod eſt adminiculata ex probatione alterius, & ſic tot ſunt præſumptæ probationes ſemiplenæ totius, quot ſunt probationes partium ex quibus integratur vna integra probatio totius, quæ ſufficit ad pœnam extraordinariam. Et ita hoc multo magis tenent Doctores ſupracitati.

66. Sed videri poterit quod vbi pœna ordinaria debetur etiam vni parti ipſius totius, ſicut in celebratione Miſſæ facta à Sacerdote irregulari pœna ordinaria debetur, ex hoc quod conſecrauerit Hoſtiam & Calicem, & hæc vt conſecrata obtulerit adoranda populo, & ideò ad pœnam ordinariam ſufficit quod Miſſa probetur per partes medijs teſtibus ſingularibus. In hoc enim caſu duæ videntur probationes, per teſtes omni exceptione maiores; nam vnus teſtis de viſu immediatè probat conſecrationem & oblationem Hoſtiæ & Calicis factam populo, vt ab illo adoretur Chriſtus in Sacramento Euchariſtiæ. Secundo alij teſtes, qui ſemiplenè probant totam Miſſam, & ex conſequenti conſecrationem præfatam, cui debetur pœna ordinaria, & ſic ſunt duæ ſemiplenæ probatio, nes habitæ per duos teſtes. Nec obſtat quod alij teſtes non probent immediatè conſecrationem, cum de illa non deponant, quia ſufficit quod illam probet vnus ex teſtibus, qui in hac parte & probat ſemiplenè conſecrationem, de qua deponit, & coadiuuat dicta aliorum teſtium, qui propterea probant ſemiplenè totam Miſſam; & ideò probant ſufficienter ad pœnam ordinariam. Et ita loquendo in terminis ſententiæ illorum, qui volunt quod totum plenè probetur per teſtes ſingulares, ego dixi *cap. de Accuſat. num. 55. de hæret. in 6.*

67. Sed dicitur quod neque in hoc caſu ſunt duæ ſemiplenæ probationes, nec integra probatio ſufficiens ad pœnam ordinariam. Solus enim ille teſtis, qui deponit immediatè de conſecratione, & illius eleuatione ſemiplenè probat. Alij autem teſtes de illa non deponentes non probant illam, nec de illa immediatè deponunt, nec probant totam Miſſam ſemiplenè, quia non deponunt de omnibus & ſingulis partibus Miſſæ, quia non deponunt de conſecratione. Teſtis verò qui deponit immediatè de conſecratione non poteſt gerere vices dupli-

cis

cis teſtis licet poſſit aliquo modo adminiculari dicta aliorum teſtium; & illi accidit, quod adſint teſtes deponentes de alijs partibus Miſſæ. Et ipſe ſolum partialiter probat totam Miſſam pro quanto deponit de conſecratione, in qua probatione conſumatur eius virtus, & efficacia, nec ratione aliorum teſtium probat ſemiplenè Miſſam, quia nec alij teſtes totam Miſſam probant, niſi aliquo modo præſumptiuè, cum non deponant de ſingulis partibus Miſſæ.

68. Hinc etiam habetur quid ſit dicendum de probatione poſſeſſionis, præſcriptionis, conſuetudinis, & aliorum ſimilium, quidquid enim ſit de illorum probatione in cauſis ciuilibus. In criminalibus huiuſmodi res non probantur plenè & in ordine ad pœnam ordinariam, niſi ſinguli actus, ex quibus poſſeſſio, vel præſcriptio, vel conſuetudo oritur plenè probentur per duos teſtes conteſtes. An verò ſufficiat probatio iſta per teſtes ſingulares ad pœnam aliquam extraordinariam, iudicandum eſt conſideratis probationibus ſingularum actuũ, & niſi adſint duæ ſemiplenæ probationes, ex quibus aliquo modo integretur vna probatio, licet minor probatione perfecta, quæ habetur per duos teſtes conteſtes, non eſt locus pœnæ extraordinariæ. Ad hanc enim, vt infra probatur *q.* 29. ſemiplena probatio vnica licet in hoc genere ſit vehemens, & maior quam ſimplex probatio ſemiplena ſufficit quidem ad torturam, ſed non ad condemnationem.

69. Crimen læſæ maieſtatis probari per teſtes ſingulares deponentes de diuerſis actibus diuerſo tempore & loco habitis quando idem crimen fuit commiſſum per plures actus & tractatus, docent plures quos ſequuntur Farinac. *q.*64. *num.*120. & Bict. *q.*64. *num.* 18. quod extendunt etiam ad probationem conſpirationis tractatus & rebellionis; ſed iuxta ſupradicta ex eorum doctrina confirmata huiuſmodi teſtes non poſſunt probare huiuſmodi crimina, niſi quodammodo in genere & in ſpecie non tamen pleuè, & ad effectum procedendi criminaliter ad pœnam ordinariam.

70. Aliqui etiam volunt, quod in delictis difficilis probationis, vel in quibus præſumpta probatio haberi poteſt pro plenà ſufficiunt teſtes ſingulares; ita ſenſerunt Bertaz. & Ferrer. apud Farinac. *q.* 64. *num.* 297. Eos vero in hoc caſu facere iudicium dixit Paul. Gram. quod non reijciunt Farinac. *ibid.* & Bict. *q.*44. *nu.* 36. Sed aliud eſt quod præſumpta probatio haberi poſſit pro plena, quod ad pœnam ordinariam non admittitur in criminalibus, & qualiter admitti poſſit dicetur infra ſuo loco. Aliud eſt quod teſtes ſingulares probent etiam præſumptiuè. Quidquid verò ſit an poſſint haberi alij teſtes vel non haberi, teſtis, qui habetur non plus probat, quam ex vi ſuâ probare poteſt. Et ideò teſtes ſingulares etiam in ſubſidium plus non probant, quam ex eorum ratione probare poſſunt. Solum vero contingere poteſt, quod ſi ex iure poſitiuo tantùm impediti ſunt, vt probent in caſu neceſſitatis hoc impedimentum tolli poſſit, ſi ſit de iure permiſſum. Et ideò ſi lex ſpecialis concedit vt ex teſtibus ſingularibus probetur delictum, talis probatio valet. Sic enim Gregor. XV. in Conſtitutione quæ incipit *Vniuerſi Dominici Gregis* & fuit data Romæ die 30. Auguſti 1622. conceſſit facultatem Sacræ Congregat. S. Officij vt concurrentibus præſumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis poſſet iudicare arbitrio ſuo delictum ſollicitationis in confeſſione ad turpia eſſe probatum per teſtes ſingulares, vt explicaui etiam *cap. Inquiſitionis de hæret. in 6. num.* 105. *& ſeqq.* Sed ex hoc concluditur quod de iure communi teſtes ſingulares non probant plenè ad pœnam ordinariam, nec etiam in criminibus occultis. Nam ſi hoc eſſet, non fuiſſet opus, quod Pontifex ſpecialiter hoc concederet in prædicto caſu ſollicitationis, ſed id ex iure communi fieri potuiſſet, & tamen nec in caſu ſollicitationis id abſolutè conceſſit, ſed ſolùm concurrentibus præſumptionibus, indicijs, & aliis adminiculis. Ideò nec admitti poteſt id, quod quàplures dixerunt, ſcilicet, quod teſtibus ſingularibus, nobilibus, & probæ vitæ ſi veriſimilia deponant poſſit Iudex plenam fidem præbere. Pro qua ſenteria Farioac, *q.*64. *num.* 304. plurimos refert *& numer.*308. ait poſſe hanc ſententiam ſuſtineri, ſi agatur de probatione in genere & vbi non agitur de alterius præiudicio, quod & voluit Bict. *q.* 44. *num.* 33. Sed dicendum quod ſententia illa ſic abſolutè probata eſt falſa. Nam nobilitas vel probitas vitæ non facit, vel quod teſtis non ſit ſingularis, ſi eſt talis, vel quod magis probat quam probare poteſt teſtis ſingularis, intra genus ſemiplenæ probationis. Et omninò falſum eſt. quod ſit in arbitrio Iudicis credere teſtibus ſingularibus manente eorum ſingularitate præbendo plenam fidem, & talem, ad quam de iure requiruntur teſtes conteſtes.

71. Multi alij caſus ſunt in quibus DD. inter ſe diſſidentes affirmant vel negant teſtes ſingulares probare, quos recenſet Farinac. *d. q.*64. & Bordon. *in pract. cap.*19. & Scroi *par.*4. *cap.*5. ſed ſufficiat has Regulas generales adnotare. Prima eſt quod teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua numquam probant. Secunda eſt quod teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua in criminalibus numquam plenè probant ad effectum damnandi in pœnam ordinariam, ſed ſolum probent ſemiplenè, & aliquoties pluſquam ſemiplenè. Gabriel. *l.*1. *tit. de teſt. concl.*2. *num.* 65. Corrad. *rubr. de teſt. num.* 25. Farinacc. *q* 64. *num.*113. Tertio eſt, quod vbi adſint aliqui teſtes conteſtes, ſingularitas aliorum ſi non eſt obſtatiua non nocet; Quarta eſt, quod teſtes ſingulares iunctis adminiculis probent etiam in criminalibus, ſed non plenè ad damnandum in pœnam ordinariam, Couar. *variar. lib.*3. *cap.*3. *num.*5. Bict. *q.*44. *nu.*32. Scroi *p.*4. *c.*5. *num.*20. Farinac. *q.* 64. *num.* 302. Menoch. *de præſumpt. l.*11. *q.* 86. Et hoc eſt verum etiam ſi teſtes ſint nobiles, & veriſimilia depo-

nant

nant Crot. Caſtr. Cæpol. apud Farinac. *qu.* 64. *num.* 305. Ad pœnam verò extraordinariam ſufficiunt, ſi ex illis conſurgunt plures ſemiplenæ probationes, ex quibus conſurgat, & ingregetur vna plena delicti probatio, licet minor tamen illa, quæ habetur ex duobus teſtibus omni exceptione maioribus. Quinta eſt, quod huiuſmodi teſtes ſingulares faciunt indicium & præſumptionem ſufficientem ad inquirendum, & aliquando ad torquendum, Farinac. *qu.* 64. *num.* 314. Sexta eſt, vt arbitrarium ſit Iudici, an ſit vel non ſit adhibenda fides teſtibus ſingularibus, Farinac. *num.* 310. Bictus *num.* 34. Scroi *d. c.* 5. *p.* 4. *num* 21. *&* 22. Sed hoc intelligi debet iuxta dicta, & explicatos ſupra *numer.* 42. Et certè in criminalibus numquam ex huiuſmodi teſtibus ſingularibus poteſt deueniri ad damnandum Reum in pœnam ordinariam. Septima eſt quod in dubio an teſtes ſint ſingulares, ſi agitur de actibus, in quibus pluralitas actuum non præſumitur, teſtes præſumuntur conteſtes, Bordon. *in praxi cap.* 19. *nu.* 6. Sed vbi pluralitas actuum præſumitur, teſtes præſumuntur ſingulares, quod euenire dicitur quando dubium eſt an teſtes deponant de diuerſo loco & tempore, Farinac. *quæſt.* 64. *à numer.* 313. Bictus *quæſt.* 44. *numer.* 11. Eliſeus *tract.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 6. Sed vbi agitur de veritate facti præſentis vel præteriti ſemper nedũ locus, & tempus, ſed aliæ circumſtantiæ ſunt de ſubſtantia veritatis facti, & ſemper neceſſario eſt falſum, quod factum euenerit, vel ſine, vel cum alijs circumſtantijs. Et ideò vbi teſtes deponũt de facto & diſcordãt in circumſtantijs, niſi intelligi poſſint de diuerſis actibus, illi ſemper ſunt ſingulares ſingularitate obſtatiua, & nihil probant, quidquid in contrarium dixerit Farinac. *q.* 64. *num.* 321. Sed & hoc conſiderandum, quod vt ſupra dicebatur, ad pœnam ordinariam non ſufficit, quod teſtes præſumantur conteſtes, quia hæc non eſt probatio plena niſi præſumptiuè. Hinc explicatur quod ex pluribus DD. habet Farinac. *q.* 64. *num.* 111. quod nec probent teſtes, qui poſſunt eſſe ſingulares. Quando, ſcilicet, eſt dubium an ſint, vel non ſint conteſtes. Octaua eſt quod omnis rationabilis interpretatio fieri debet, vt teſtes iudicentur conteſtes non vero ſingulares. Bald. *in l. de quibus num.* 18. *ff. de leg.* Farinac. *qu.* 64. *num.* 327. & alij communiter; ſed hoc verum eſt de rationabili interpretatione & veriſimili, & præcipuè ſi fiat ſine verborum ſuppletione.

72. Dicitur tertio quod quando ſingularitas ſit merè diuerſificatiua, & non ſimul adminiculatiua teſtes ſingulares non probant plenè, ſed tantùm probant mille quantùm vnus, & ideò probant ſemiplenè, ſi ſint omni exceptione maiores. Et aduertendum, quod horum teſtium alij ſunt verè & realiter ſingulares, qui, ſcilicet, deponunt de diuerſis numero delictis in diuerſis locis & temporibus commiſſis. Alij ſunt præſumpti, vt ſunt illi, qui deponunt de ſubſtantia delicti, ſed non de circumſtantijs, & tamen non ſunt contrarij. Iſti enim ſunt ſingulares præſumpti, ſi præſumi poſſit, quod delictum de quo deponunt non ſit vnum numero, ſed plura in diuerſis locis, aut temporibus commiſſa. Et de iſtis dicitur, quod ſi circumſtantia omiſſa eſt ſubſtantialis, nihil probant, vt dictum eſt ſupra. Si verò circumſtantia non eſt ſubſtantialis, quia ſi iſti teſtes non ſint ſingulares, extant conteſtes, ideò ad minus tantum probant, quantum teſtes verè, & realiter ſingulares.

73. Sed numquid teſtes iſti diuerſificatiuè ſingulares nihil probant, & ad nihil valent? Præmitti debet diſtinctio, nã teſtes iſti vel deponunt immediatè de delicto, vel deponunt immediatè de indicio, ex quo infertur delictum: ſi deponunt immediatè de delicto, vel deponunt de eodem delicto in ſpecie, aut genere proximo, vt ſi teſtes contra Titium deponunt de pluribus adulterijs habitis cum Betta diuerſo tempore, aut loco, aut de adulterio cum Berta & fornicatione cum Iulia, vel deponunt de delictis diuerſorum generum, vt ſi vnus deponit de adulterio, & alter de furto. In primo caſu fuit multorum opinio, quod plenè probent, quia habent illos vt adminiculatiuè ſingulares, cum tendant ad vnum finem. Sed communis ſententia eſt, quod teſtes illi non plenè probant, vt docuit D. Thomas 2. 2. *q.* 70. *num.* 2. *ad* 2. & ibi Caiet. Bannes & Sotus *l.* 5. *de iuſt. & iur. qu.* 7. *a.* 5. Et ideò hoc intrepidè tenendum eſſe, ait Penna *p.* 3. *com.* 121. *verſ. omiſſa igitur*. Et idem tenuerunt Bald. Dec. & alij, quos refert & ſequitur Farinac. *q.* 64. *num.* 55 Duo tamen ex his teſtibus deponentes de delicto eiuſdem ſpeciei ſufficiunt ad torturam, etiam ſi vnus illorum non ſit omni exceptione maior.

74. Quia vnus teſtis idoneus ſemiplenè probat, & ex adiuncto alio teſte etiam probat pluſquam ſemiplenè ad torturam, Farinac. *q.* 64. *num.* 219. ex Penna & Maſcard. Si verò ſint plures quam duo ſufficere poſſunt etiam ad pœnam extraordinariam, vt habetur ex Penna *d. com* 121. *verſ. quoties* Farinac. *q.* 64. *num.* 218. Carena *p.* 3. *tit.* 6. *num* 94. Diana *par.* 4. *tract.* 7. *reſ.* 31. Quia ſinguli iſti teſtes probant delictum pluſquam ſemiplenè, nam quilibet illorum coadiuuat dictum alterius. Et ideò quilibet illorum probat pluſquam ſemiplenè.

75. Nihilominus ego nunquam crediderim, quod ad pœnam extraordinariam ſufficiat probatio etiam pluſquam ſemiplena, niſi ſit plena, quæ conſurgat ex duabus ſemiplenis, quia tam lex diuina, quam naturalis ad damnandum requirit dictum plurium, & ſic plures ſemiplenas probationes. Huiuſmodi vero ſemiplenæ probationes ad pœnam ordinariam debent eſſe tales, quales ſunt illæ, quas ferunt duo teſtes conteſtes omni exceptione maiores, quia duorum teſtimonium eſt verum. Sed quia contingit, quod ſemiplenæ probationes fiert in ſubſtantia ſint tales, quia ſunt moraliter certæ, & indubitatæ, quales ſunt probationes, quæ ha-

bentur ex indicijs indubitatis plenè probatis. Quæ tamen ſunt longè minores, quam illæ, quæ habentur ex duobus teſtibus, ideò illæ non ſufficiunt ad pœnam ordinariam maiorem, ſed ſolum ad minorem extraordinariam, ad quam tamen ad minus ſunt neceſſariæ duæ ſemiplenæ probationes illius delicti in indiuiduo, pro quo Reus puniri debet.

76. Itaque igitur conſiderandum eſt, quod plures teſtes ſingulares deponentes de pluribus delictis etiam eiuſdem ſpeciei non probant plenè genus, vel ſpeciem, ſed ſolum ſemiplenè, ita quod ſemiplenè remanent probata ipſa delicta. Sicut ergo hic ſunt plura delicta ſemiplenè probata, ſic ſunt plures ſemiplenæ probationes delicti eiuſdem ſpeciei, ſeu eiuſdem rationis. Verum quidem eſt, quod identitas ſpecifica horum delictorum eſt ſola identitas rationis, nam phiſicè tria delicta homicidij ſunt tria homicidia realiter diſtincta; vnde dicta trium teſtium ſingularium faciant tres probationes ſemiplenas trium rerum realiter diſtinctarum. Nihilominus iſtæ ſemipleuæ, licet non ſint ſemiplenæ probationes eiuſdem rei, ſed plurium rerum, quæ ſolum ſecundum rationem ſunt vnum in ratione ſpecifica; nihilominus dici poteſt, quod iſtæ præſumptiones iunguntur vt faciant vnam plenam probationem ſufficientem ſaltem ad aliquam pœnam extraiudicialem, ex illa præſumptione iuris, quod ſemel malus in eadem ſpecie mali ſemper præſumitur malus. Sic enim verum eſt, quod vbi ſunt tres teſtes ſingulares deponentes de tribus homicidijs, primi duo infamant delinquentem in iudicio infamia tali, quæ eſt vehemens; hac ergo infamia præcedente, & ſuppoſita dicta præſumptione, ſequitur vt adueniente tertio teſte, & depoſitione tertij homicidij, cenſeatur probatum tertium homicidium plenè ad pœnam extraordinariam grauiorem, etiam ex adiunctione primi & ſecundi homicidij. Et ſic tres teſtes ſingulares deponentes contra Titium de tribus homicidijs diuerſo tempore, & loco habitis ſufficiunt ad puniendum Titium pœna extraordinaria. Sic ergo in hoc caſu triplex homicidium probatur plenè ad pœnam extraordinariam, quia quodlibet illorum probatur per vnum teſtẽ, & tertium probatur per primum & ſecundum teſtem adiũcta infamia & præſumptione, & primum probatur per teſtem ſecundum & tertium adiuncta infamia & dicta præſumptione, & ſecundum probatur per primum teſtem & tertium eadem infamia & præſumptione adiuncta.

77. Si autem ſolum ſint duo teſtes. Quidam voluerunt, quod Reus etiam in hoc caſu poſſit damnari in pœnam extraordinariam, ſed quod Reus non poſſit cogi ad illam acceptandam, & ſi illam non acceptet, tunc debere torqueri. Caiet. 2.2, *q.* 20. *num.* 2. & ibi Bannes & Salon & apud Scroi *par.* 4. *c.* 5. *num.* 9. Valent. Thomas à Ieſu & alij; ſed idem Scroi vult quod Reus in hoc caſu poſſit etiam cogi ad acceptandam ſententiam, & maximè inter Regulares quando non inuenitur tortura proportionata, per quam poſſit cogi ad veritatem dicendam. Sed non ita de facili damnandus eſt Reus, vt ex ſolo dicto duorum teſtium ſingularium etiam deponentium de eadem ſpecie delicti damnetur in pœnam corporalem etiam extraordinariam, niſi adſint adminicula & præſumptiones tales, ex quibus habeatur alia ſemiplena probatio. Et benè dari poteſt caſus in quo Reus non poſſit cogi ad acceptandam talem damnationem, prout voluerunt DD. citati. Qui etiam loquuntur de Religioſis mortuis mundo, & non admittunt poſſe Reum damnari, niſi ſub conditione quod velit ſententiam acceptare, aliter vero debeat torqueri, prout eſt de iure. Nihilominus etiã in hoc caſu duorum teſtium aliquãdo locum habere poterit aliqua ſalutaris, & mitior pœna extraiudicialis.

78. Sed quod ſi teſtes ſint quatuor ſufficiant etiam ad pœnam ordinariam multis probare conatur, Bordon. *in praxi cap.* 19. *à nu.* 26. Sed, vt ſupra dictum eſt, probatio delicti in genere non ſufficit ad damnandum, quia pœna debetur ſingularibus perſonis, & delictis, & teſtes ſingulares nec delicta in ſingulari, nec delicta in ſpecie, vel in genere plenè probant, ſed ſolum ſemiplenè. Et pariter conſuetudo peccandi per teſtes ſingulares nonniſi ſemiplenè probatur. Vnde non eſt diſcedendum à ſententia, quam idem Bordon. *num.* 39. vocat communiſſimam, ſcilicet, quod teſtes diuerſificatiuè ſingulares, quotquot ſint, non ſufficiunt ad damnandum ad pœnam ordinariam.

79. Sed ſi teſtes ſingulares deponant de delictis diuerſi generis, ex dictis duorum teſtium ſingularium, videtur quod non poterit Reus torqueri; licet enim quilibet illorum teſtium ſit omni exceptione maior, probet ſemiplenè delictum, de quo deponit, tamen depoſitio vnius teſtis parum, aut nihil coadiuuatur ab alio, quia malus in genere vnius delicti, ex hoc non præſumitur malus in delicto alterius generis. Et ſic ex eo quod Titius dicatur & probetur adulter, ex hoc non præſumitur latro. Vnde ex hoc non coadiuuatur dictum deponentis de furto, nec dictum deponentis de adulterio coadiuuantur ex dicto deponentis de furto, ſed quilibet eorum ſolum ſemiplenè probat delictum, de quo deponit; ad torturam verò ſaltem in caſibus non exceptis, non ſufficit ſola & nuda probatio ſemiplena delicti. Farinac. *q.* 37. *num.* 26. & 32. Eliſeus *tract.* 2. *q.* 23. *nu.* 13. Nec dicatur quod Reus ex pluribus teſtibus ſingularibus deponentibus de delicto diuerſi generis manet in iudicio diffamatus in genere, nimirum, quod ſit vir malus; quia cum hæc diffamatio non ſit ex indicijs diſtinctis à depoſitione teſtium, non facit indicium diſtinctum à depoſitionibus teſtium, quæ ſolum ſemiplenè probant delicta obiecta.

80. Nihilominus dicitur quod pluralitas teſtium confert nouum adminiculum, ex quo dictum cuiuſcumque illorum coadiuuatur. Verum

rum quidem eſt, quod quilibet teſtium non probat niſi ſemiplenè delictum, de quo in particulati deponit, ſed plures pluſquam ſemiplenè probant malitiam in genere ſeu ſpecie, ex qua dictum cuiuſcumque illorum corroboratur. Et ideò dicendum eſt, quod duo teſtes ſingulares omni exceptione maiores ſufficiunt ad torturam, non quia vnuſquiſque ſufficiat ad torturam, vt voluit Bordon. *d. cap.* 19. *num.* 49. ſed quia ambo ſufficiunt. Nullo autem modo iungi poſſunt ad condemnandum, vt fatetur etiam idem Bordon.

81. Sed quid dicendum ſi Reus per teſtes conteſtes eſt de vno delicto conuictus, & poſteà ſuperueniunt alij teſtes ſingulares de aliis delictis deponentes? *In tractat. de Iud. faciendis in Ord. Præd. cap.* 5. *num.* 6 dicitur, quod Reus ex teſtibus ſingularibus deponentibus de delictis eiuſdem ſpeciei poteſt conuinci, ſecus verò ſi de nullo ex iſtis delictis eſt per duos teſtes conuictus. Sed hoc verificabitur ex eo, quod tunc poterit Reus grauius puniri, ex eo quod delictum ſaltem in genere probatum ſit grauius. Et ſic dicitur, quod pluralitas teſtium ſingularium de pluribus delictis facit, quod vno illorũ plenè probato Reus grauius puniatur, quod ex Clar. *q.* 53. voluit etiam Scroi *p.* 4. *c.* 5. *n.* 25.

82. Si autem teſtes ſingulares non deponunt immediatè de pluribus delictis, ſed de pluribus indicijs, aliqui voluerunt, quod ſi diuerſa indicia remota tendunt ad eundem finem, ſufficiat ad torturam, ſi quodlibet illorum probetur per vnum teſtem omni exceptione maiorem. Et quod regula illa, quod indicia debent eſſe plenè probata, eſt vera in ordine ad condemnationem, ſed non in ordine ad torturam, in ordine ad quam teſtes ſingulares iunguntur. Tria tamen ad hoc requirunt. Primum quod teſtes ſint omni exceptione maiores. Secundum quod indicia valde veriſimiliter inducant delictum. Tertium quod indicia ſint plura, quam duo, & talia, quod reddant Iudicem quaſi certum quod Reus deliquerit. Quamuis etiam quod poterit ſufficere duo indicia veriſimilia, voluit Scroi *p.* 4. *cap.* 5. *num.* 29. plures DD. referens concordantes. Sed communior ſententia vult, quod ad torquendum indicia remota debeant eſſe plenè probata per teſtes omni exceptione maiores, & conteſtes, nec ſufficiant ſingulares, vt per DD. quos referunt & ſequuntur Farinac. *q.* 37. *num.* 13. & Clar. *q.* 22. *in princ.* & Bictus *q.* 104. *num.* 5. Et licet aliqui hoc limitent, vt quando indicia tendunt ad eundem finem probentur per teſtes ſingulares, quia plures teſtes faciunt præſumptiones plures ex quibus generatur vnum indicium ſufficiens ad torquendum. Ita quamplures DD. quos refert Farinac. *q.* 37. *num.* 34. Tamen Farinac. *num.* 38. hoc non admittit niſi concurrentibus tribus ſupra recenſitis, ex quibus ſecundum eſt quod indicia ſint delicto proxima, & non valdè remota, & tertium eſt quod tam indicia, quam teſtes ſint plura quam duo, & talia quod Iudicem reddant quaſi certum, quod Reus deliquerit.

83. Sed hic diſtingui debet, ſi enim indicia ſint indubitata ſingula per ſingulos teſtes ſemiplenè probantur, & proculdubio ſufficiunt ad torturam Ad pœnam enim cum nec ſufficiant plures huiuſmodi teſtes immediatè de delicto deponentes, niſi ad aliqualem extraordinariam, multò minus ſufficiunt teſtes deponentes de indicijs. Sed ſi indicia ſint dubitata, ita quod nec plenè probata ſemiplenè probent, multo minus id facere poſſunt, ſi ſint probata per teſtes ſingulares. Et hoc eſt verum, ſiue indicia tendant, ſiue non tendant ad eundem finem, ſi enim non ſunt indubitata, nec ſemiplenè probant, etiam ſi ſint probata per mille teſtes, & ideo non probant etiam ad torturam.

84. Vbi etiam de crimine, agitur ciuiliter quod ſufficiant quinque, vel ſex teſtes fide digni, qui deponant de pluribus actibus eiuſdem ſpeciei, & ſic quod ad excipiendum à Dignitate Guardianatus, Diffinitoriatus, & Prouincialatus ſufficiant quinque, vel ſex teſtes ſingulares fide digni de actibus eiuſdem ſpeciei deponentes voluit Eliſeus *tract.* 5. *q* 5. *num.* 16 ex Clar. *q.* 53.

85. Sed numquid ſingulares ſunt teſtes, ſi vnus deponit de loco, aut tempore, alter non recordatur, vel nihil dicit. Bordon. *d. cap.* 19. *num.* 60. vult tales eſſe conteſtes, quia ſingularitas oritur ex aliquo poſitiuo, nõn ex negatiuo, ſed hoc eſt euidenter falſum; ſingularis enim eſt, qui habet, vel facit, vel dicit, quod alius non habet, vel facit, vel dicit. Verum eſt, quod tales teſtes non ſunt contrarij, ſed in eo in quo ſunt diuerſi ſunt ſingulares, non vero conteſtes. Verum eſt, quod cum iſti teſtes conueniant in ſubſtantia in ordine ad illam ſunt aliquo modo conteſtes, & hanc conteſtationem non tollit alterius teſtis taciturnitas. Et hoc eſt, quod docet Farinac. *q.* 64. *num.* 75. 317. *&* 321. Et bene dixit Catena *part.* 3. *tit.* 6. *n.* 19. Quod in hoc caſu teſtes ſunt conteſtes, ſed non integrè. Sed de his videantur dicta ſupra de teſtibus obſtatiuè ſingularibus.

86. Quæ vero dicta ſunt de teſtibus ſingularibus etiam in iudicio regulari ſeruanda ſunt. Teſtes enim ſingulares non probare plenè eſt de ſubſtantialibus indicij, cum iuri naturali, & diuino innitatur, & ſit de iure gentium. Peyr. *in form. lit. T, cap.* 3. *num.* 17. Raggius Cappuc. *p.* 3. *dub.* 15. *n.* 121. *à S Iuliano cap.* 5. *adu.* 5. §. 2. Bordon. *cap.* 19. *num.* 62.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes contrarij, & teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua coincidunt in idem.*

2 *Teſtes contrarij quauis dignitate prædicti nihil probant.*

3 *Si vnus teſtis deponit de maiori quantitate, & alter de minori non ſunt contrarij.*

Si qui minus deponit non deponat cum excluſiua eius, quod eſt maius. ibid.

Aliquando contrarietas teſtium non tollit Fidem illorum. ibid.

4 *Teſtes contrarij, ſiue in ſubſtantia, ſiue in circumſtantijs ſemper ſunt de fide ſuſpecti.*

5 *Doctrina D. Thomæ.*

Teſtes contrarij deponentes de non ſubſtantialibus poſſunt excuſari à mendacio, & falſitate. ibid.

6 *Quæ ſint circumſtantiæ ſubſtantiales, & non ſubſtantiales.*

Teſtes interrogati de his circumſtantijs, ſi contraria abſolutè deponunt ſunt contrarij. ibidem.

Quomodo ſe debeat gerere Iudex ſi adſit aliqua ſuſpicio contra teſtem. ibid.

7 *Contrarietas teſtium in quacumque circumſtantia, ſi non poteſt excuſari tollit fidem illorum.*

8 *Quomodo modica contrarietas teſtium in tempore non inducat contrarietatem, & ſingularitatem.*

9 *Teſtes differentes in verbis, & concordantes in ſenſu non ſunt contrarij.*

Dummodo vis litis non ſit in formalitate verborum. ibid.

10 *Pariter teſtes conuenientes in facto, & diuerſimodè illud narrantes non ſunt contrarij.*

11 *Quid attendendum ſit ad cognoſcendum, an diuerſitas verborum, aut rationem induat contrarietatem.*

12 *Facienda eſt omnis rationabilis interpretatio, vt contrarietas teſtium occultetur.*

Opinio aliquorum. ibid.

13 *Quando contrarietas eſt manifeſta non habet locum concordia, & interpretatio verborum.*

Quomodo concordia iuuet ad euitandum periurium, & ad hoc vt teſtis probet. ibid.

Qui teſtes non ſint concordandi. ibid.

QVAESTIO XIV.

De teſtibus, qui inferendo teſtimonio deficiunt.

ARTICVLVS I.

De teſtibus contrarijs.

1. COincidunt in idem teſtes contrarij, & teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua. Non enim teſtes ſunt contrarij, ſi facta de quibus deponunt ſint plura tam in ſubſtantia, quam in circumſtantijs, quia cum veritate ſtat, quod contraria plura poſſint dari, ſiue eſſe in mundo, ſed contraria ſimul eſſe non poſſunt. Ideo tunc ſolum teſtes ſunt contrarij, quando deponunt de eodem facto, vel quia vnus affirmat, alius negat factum, vel vnus deponit de vna circumſtantia eiuſdem actus, & alius de contraria; huiuſmodi vero teſtes ſunt etiam ſingulares ſingularitate obſtatiua. Hic ergo præter ea, quæ dicta ſunt *q. 13. art. 3. de teſtib.* obſtatiuè ſingularibus, ſequentia addi debent.

2. Eſt ergo certum teſtes contrarios quantauis dignitate, & bonitate præditos nihil probare, quia impoſſibile eſt eos ſingulos deponere verum; nam contraria non poſſunt ſimul eſſe vera. Quis autem ex illis verum deponat, cum vnus alterius depoſitionem deſtruat, & prorſus ignoratur, & ideo probatio eſt prorſus dubia. Vndè quanto ſunt plures tanto minus probant, quia ex hoc magis dubia eſt probatio. Si tamen non ſint purè ſingulares, ſed pro vno dicto ſint plures conteſtes, & etiam pro contrario ſint etiam plures, quomodo iſti probent, dicendum eſt inferius. Cæterum teſtes contrarij, nec in caſibus exceptis probant.

3. Eſt vero hæc concluſio vniuerſaliſſima, nec aliquam admittens limitationem, ſed attendi debet, an ſit contrarietas inter teſtes, nam primo dicitur communiter, ſi illorum vnus deponat de maiori quantitate, & alius de minori, aut vnus quocumque modo deponit plus, & alius minus, iſti teſtes non ſunt contrarij, quia in maiori quantitate continetur minor, & qui promiſit viginti promiſit decem, & poteſt eſſe, quod qui minus depoſuit minus viderit. Vndè niſi qui minus deponit, deponat cum excluſiua eius, quod eſt maius, non eſt contrarius illi, qui depoſuit maius. Verum hic diſtinguendum eſt, quia in ijs, quæ pendent ex Iudicio deponentis bene contingere poteſt, quod contrarietas non tollat fidem, quia non tollit veritatem in teſtibus, qui ſalua veritate, quantum ſit ex parte illorum, poſſunt contraria iudicare, vt patet in peritis, qui pro veritate iudicantes, ſunt ſæpè in Iudicio contrarij, quia quilibet illorum iudicat verum eſſe, quod deponit; ſed in ijs, quæ ſunt in facto à parte rei, & cadunt ſub ſenſu deponentes de maiori, & minori quantitate, vt ſi quis dicat Titium bis percuſſiſſe Seium, & alius dicat id ſemel fuiſſe factum, niſi potuerit contingere, quod vnus qui depoſuit de vno ictu, non viderit ſecundum, vel niſi teſtes deponant per verbum circa, vel diſcordia non ſit magna, in magna diſcordia teſtes reputabuntur contrarij Eliſeus *part. 5. quæſt. 5. num. 11.* Itaque in hoc arbitrarium eſt Iudici iudicare, an teſtes iſti ſunt contrarij, vel videre, an ſimus in caſu, in quo ex ſpeciali lege teſtes deponentes plus, & minus reijciantur, ſicut fit in teſtamentis.

4. Dicunt etiam plures teſtes contrarios non reijci ſi ſint diſcordes in circumſtantijs, quæ non ſunt de ſubſtantia. Dicunt quoque teſtes eſſe contrarios in ſubſtantialibus, quando ſunt contrarij in eo, in quo fuit articulatum, vel ſuper quo fuerunt producti ſed vt ſupra probatum eſt, hæc diſtinctio non explicat clarè veritatem, ſed omnis contrarietas aufert fidem teſtibus; quia, cum impoſſibile ſit contraria ſimul eſſe vera, ſimul impoſſibile eſt,

quod

quod teſtes deponentes contraria ſint veri. Et quia ſemel falſus in vno, non eſt integræ fidei in alijs, ideo quidquid ſit an id, in quo teſtes ſunt contrarij dicatur eſſe, vel non eſſe de ſubſtantia, ſemper iſti teſtes ſunt ſuſpecti de falſitate. Et ideo non probant. Nam de ſubſtantia veritatis facti præſentis eſt omnis circumſtantia, ſub qua factum fuit habitum, vel non habitum.

5. Et hic attendi debet doctrina D. Thom. 2.2. *q.70. art.2. ad ſecundum*, quam etiam ponderat Sylu. *v. teſtis num.7.* nimirum, quod *Diſcordia teſtium in aliquibus principalibus circumſtantijs, quæ variant ſubſtantiam facti (puta in tempore, vel in loco, vel in perſonis, de quibus principaliter agitur) aufert efficaciam teſtimonij, quia ſi diſcordant in talibus videntur ſingulares eſſe in ſuis teſtimonijs, & de diuerſis factis loqui, puta ſi vnus dicat hoc factum eſſe tali tempore, vel loco, alius alio tempore, vel loco, non videntur de eodem facto loqui. Non tamen præiudicatur teſtimonio, ſi vnus dicat ſe non recordari, & alius aſſerat determinatum tempus, vel locum.* & infra. *Si vero ſit diſcordia teſtimonij in aliquibus circumſtantijs non pertinentibus ad ſubſtantiam facti, puta ſi tempus fuerit nubiloſum, aut ſerenum, vel ſi domus fuerit picta, vel non, aut aliquod huiuſmodi talis diſcordia non præiudicat teſtimonio, quia homines non conſueuerunt circa talia multum ſolicitari; vnde facile à memoria elabuntur.* Itaque vides, quod diſtinctio iſta de ſubſtantialibus, vel non ſubſtantialibus facti vtilis eſt ad videndum, an teſtes ſint, vel non ſint ſcienter, & culpabiliter contrarij, & mendaces, quia ſi ſint diſcordes, in ſubſtantialibus cenſentur contrarij, & mendaces, & nihil probantes, ſi deponunt de eodem actu, vel cenſentur ſingulares, & non plenè probant ſi poteſt intelligi, quod deponant de pluribus actibus. Si verò deponant de non ſubſtantialibus poſſunt excuſari à mendacio, & falſitate, quia præſumi poteſt, quod ex inconſideratione, & obliuione contraria depoſuerint. Contrarietas enim inculpabilis ſicut non infert mendacium voluntarium, & formale, ſic non tollit fidem teſtium.

6. Itaque circa has circumſtantias non ſubſtantiales (& dicas non ſubſtantiales illas ſine quarum altera poteſt fieri actus, vt quod tempus ſit ſerenum, vel nubiloſum, domus ſit picta, vel non picta, aggreſſor fuerit indutus veſte alba, vel nigra, gladius fuerit ornatus in manubrio, vel non, & alias ſimiles. Dicas verò ſubſtantiales, ſine quibus actus eſſe non poteſt, quomodo ſubſtantiales ſunt locus, & tempus) conſiderari debet, quod vel teſtis fuit de illis interrogatus, vel non; ſi teſtis interrogatur de talibus circumſtantijs, teſtis debet circa illa deponere, quod verum eſt. Et ſi non recordatur debet reſpondere ſe non recordari reddendo cauſam rationabilem obliuionis, vel non aduertentiæ. Quod ſi huiuſmodi teſtes interrogati de his circumſtantijs contraria deponunt abſolutè, & non dubitatiuè, ſeu non allegantes obliuionem, aut inaduertentiam illarum, verè contrarij ſunt, & non probant, ſed præſumuntur mendaces *l. eos ff. ad leg. Cornel. de falſ. l. qui falſo, vel varie: ff. de teſtib.* & ex Pariſ. & Ricc. Scrot *p.4. cap. 12. num. 4.* Et licet in hoc caſu etiam poſſit excuſari contrarietas, ſi poſſit præſumi in teſtibus inconſideratio, & inaduertentia, aut error inculpabilis, tamen, hoc erit difficilius, ita quod ſaltem fides illorum non minuatur. Et obiter hic aduertendum, quod Iudices maximè ſi adſit aliqua ſuſpicio contra teſtes, debent illos interrogare de iſtis circumſtantijs dictis non ſubſtantialibus, vt veritatem facti habere poſſint, quia factum præteritum, vel præſens ſine aliqua ex his circumſtantijs non eſt factum, nec teſtis verum deponit, ſi deponat factum ſub alia circumſtantia, quam ſub illa, in qua verè fuit factum, ſed ſi teſtis non eſt de his circumſtantijs interrogatus, ſed ex ſe illa deponit, tunc præcipuè habet locum doctrina D. Tho: quod contrarietas non tollat efficaciam teſtimonij, quia poteſt præſumi, quod teſtis ad has circumſtantias non aduerterit, vel oblitus ſit.

7. Cæterum hæc eſt regula generalis, quod contrarietas teſtium in quibuſcunque circumſtantijs etiam non ſubſtantialibus, ſi ſit vera contrarietas, quæ concordari non poſſit, vel non poſſit excuſari ex non aduertentia, aut obliuione teſtium tollit fidem illorum. Vndè prudentis Iudicis arbitrio relinquitur videre, an iſti teſtes ſint culpabiliter contrarii, vel non, & an probent, vel quantum probent. Sæpè enim ad minus erunt fidei diminutæ.

8. Quod etiam modica contrarietas in tempore non inducat ſingularitatem, & contrarietatem dixerunt Farinac. *q.64. n.84.* Bictus *q.45. n.6.* Eliſeus *tract. 5. quæſt. 6. num. 11.* Sed neque hoc procedit, niſi quatenus teſtes excuſentur inaduertentia, aut obliuione, vel deponant per verbum circa, vel quia differentia modici temporis compræhendatur ſub parte temporis, de qua alij teſtes deponunt, & pro nihilo reputatur. Sed eſt manifeſtum, quod teſtis deponens dubitatiuè de tempore, aut alijs circumſtantijs, non eſt contrarius illi teſti, qui abſolutè de illis deponit. Si tamen non poſſit, & debeat præſumi in teſte, vel inaduertentia, vel obliuio, ille erit de veritate ſuſpectus, ſicut ſuſpecti erunt teſtes plures, qui omnes de his circumſtantijs dubitatiuè deponerent, quia non eſt veriſimile (niſi tamen ſimus in antiquis) quod nullus teſtium recordetur de loco, & tempore facti à ſe viſi. Farinac. *q.84. num.104.* Bictus *q.45. n.7.*

9. Non ſunt etiam contrarij teſtes, qui ſunt differentes in verbis, ſi concordent in ſenſu verborum; ſed ſi vis litis eſt in formalitate verborum, vel teſtes interrogantur de formalibus verbis tenentur teſtes de illis deponere, & ſi non recordantur dicere ſe non recordari allegando cauſam rationabilem, vel inaduertentiæ, vel obli-

obliuionis, quæ in antiquis de facili præſumitur. Sed ſi teſtes non ſunt interrogati de formalitate verborum tunc in antiquis præſumitur obliuio formalitatis, & ſi lis non eſt poſita in formalitate verborum diſcordia in verbis non attenditur, quia vbi ſolus ſenſus verborum in iudicio requiritur, vel ſola veritas facti intenditur, nihil intereſt quod factum per hæc, vel illa verba exprimatur, vt habetur ex *cap. nihil obſtat, de verb. ſignificat.* & certè verba, quæ ſignificant eumdem ſenſum, non poſſunt eſſe contraria, niſi in materialitate vocis, non vero in ſignificatione; Et ideo niſi intendatur etiam identitas in ſono vocis nihil intereſt, quod veritas facti, quæ ſola intenditur, ſignificetur per hunc ſonum, vel per alium. Imo conuenientia teſtium in ſono, & materiali identitate verborum inducit ſuſpicionem præmeditationis, & ſubornationis teſtium, & falſitatis illorum, vt aduertit D. Thomas loco citato. Vndè arbitrarium eſt Iudicis conſiderata qualitate teſtium, & eorum bona, vel mala fama, & alijs circũſtantijs, an teſtes in hoc caſu deponentes non per eadem verba, ſint vel non ſint ſuſpecti de falſitate. Et imo hæc ſuſpicio tollitur ex numero teſtium. Maſcard. *de probat. concl.* 368. *n.* 9.

10. Pariter non ſunt contrarij teſtes qui conueniunt in facto ſed illud diuerſi modi narrant. *Cap. nihil de verb. ſignif.* Et in his ſemper attendi debet, ne teſtes ſint contrarij in re narrata, ſeu in eo cuius veritas in iudicio intenditur, & ne dicunt rem eueniſſe contrarijs modis. Alias verò quia factum verum poteſt exprimi diuerſo modo ex parte exprimentium, hæc diuerſitas non inducit contrarietatem veritati facti repugnantem. Et ſic etiam contrarietatem non inducit diuerſitas cauſæ ſcientiæ quam teſtes allegant. Poteſt enim eſſe, quod vnus ſciat aliquid per vnum medium, & alius per aliud, & poteſt eſſe, quod qui commiſit delictum, id fecerit ex pluribus cauſis. Imò poteſt cõtingere, quod aliquis aſſignet cauſam facti, quæ licet ſit falſa, tamen teſtis rationabiliter putet veram.

11. Dicunt verò aliqui, quos ſequitur Farinacc. *q.* 65. *num.* 32. tunc diuerſitatem verborum aut rationum inducere contrarietatem, quando non tendunt ad eundem finem. Verum quid hoc intereſt? Videndum eſt an hæc diuerſitas inducant ſuſpicionem falſitatis in teſtibus, quæ etiam poteſt eſſe, quod non inducatur, etiam ſi narrata non tendant ad eundem finem, quia ſtat quod inducentia ad diuerſos fines, non ſint contraria, & ideo attendi debet: an detur contrarietas interdicta, vel non detur. Imò dato quod rationes facti ſint in rei veritate contrariæ, & incompoſſibiles attendi debet, quod poteſt eſſe quod teſtis rationabiliter credat delictum patratum fuiſſe ex cauſa verè falſa, & ideo quod teſtis aſſignans talem rationem non ſit falſus. In verbis verò ſemper eſt contrarietas, ſi ſunt contraria in ſenſu illorum.

12. Facienda quidem eſt omnis rationabilis interpretatio, vt teſtium contrarietas euitetur, & ſuſpicio falſitatis, *cap. cum ſic de teſt.* Et ſic ſi actus ſint iterabiles, concordari poſſunt contraria dicta teſtium, & intelligi poſſunt de diuerſis actibus, & non de eodem actu. Etiam per improprietatem verborũ concordari poſſunt teſtium dicta. Aliqui etiam volunt fieri poſſe hanc concordiam per verborum ſuppletionem, & per ſubauditos intellectus, & fieri poteſt per temporum diſtinctionem, & diuidendo principium, & finem actus, & per repetitionem & per replicationem actuum. De quibus exempla habentur apud Farinacc. *q.* 65. & apud Eliſeum *tract.* 6. *qu.* 6. & apud Brictum *qu.* 45. & apud Scroi *p.* 4. *cap.* 12. Vel fieri poteſt omnibus illis modis; quibus concordantur leges, & concordia fieri poteſt, ſiue plures teſtes pluribus contradicant, ſiue vnus contradicat pluribus, ſiue vnus vni. Et ita pro concordia teſtium benignior interprætatio ſumi debet. Dicitur etiam à multis quod in dubio teſtes non præſumuntur contrarij; ſed hoc non eſt vniuerſaliter verum, vt explicatum eſt ſupra *q.* 13. *num.* 46. loquentes de ſingularitate teſtium. Et in dubio an admitti poſſit pluralitas actuum aut perſonarum, vel potius identitas, & in alijs ſimilibus dubijs ſemper accipi debet potius præſumptio, quæ excludit delictum & pænam Farinacc. *in fragm. crimin. l. I. num.* 71. *&* 73. Bictus *q.* 45. *num.* 19.

13. Verumtamen vbi contrarietas eſt manifeſta, non habet locum concordia, nec teſtium verba clara ſunt gloſſanda. Butr. *in cap. noſtra num.* 7. *de teſtibus*. Et vbi debet fieri interpretatio, hæc debet eſſe rationabilis, congrua, probabilis, & conſona veritati. Felin. *cap. cum te. not.* 3. de teſt. Farinacc. *q.* 65. *nu.* 90. Eſt verò interpretatio incongrua, ſi non ſeruatur ratio recti ſermonis, vel quæ non bene auribus vulgi conſonat, ſed vbi ſit concordia per interpretationem poſſibilis, hæc poſſibilitas debet eſſe veriſimilis.

14. Eſt verò difficultas, an concordia ſuffragetur nedum ad euitandam falſitatis ſuſpicionem, & ad vitandum periurium, & ne teſtis damnetur vt falſus, ſed etiam ad effectum, vt teſtis probet; nam ius Canonicum ad vtrumque effectum concordiam admittit. Sed hoc aduertendum, quod niſi concordia ſit talis vt tollat ſuſpicionem falſitatis, non iuuat ad hoc, vt teſtis probet, quia teſtis ſuſpectus de falſitate non probat, & tandem quidquid dici poſſit in ciuilibus, in criminalibus regulariter, ſi teſtes inter ſe contradicant, non concordantur, vt probent contra Reum. Felin. *cap. cum te num.* 16. *de teſtibus* Farinacc. *q.* 65. *num.* 106. Bictus *q.* 45. *num.* 31. Eliſeus *p.* 5. *cap.* 6. *nu.* 7. Sicut nec concordantur, qui ſunt contrarij in ſubſtantia facti. Eliſeus *d. num.* 7. Vbi etiam teſtes concordati admittuntur vt probent, plus probat teſtis, qui non indiget concordari quia eſt conteſtis, quam concordatus, quia hic non eſt omni exceptione maior. Penna & Cart., & ex illis Carena *part.* 3. *tit.* 6. *num.* 54. Bordon. *cap.* 21.

Digitized by Google

*cap.*21. *num.* 14. Concordatus verò plus probat, quam probaſſet, ſi non fuiſſet concordatus imo concordia de Iure Canonico facit, vt teſtis probet Farinacc. *queſt.* 65. *num.* 39. Souſa *l.* 2. *cap.* 6. *num.* 19. Carena *p.* 3. *tit.* 6. *num.* 64. Arbitrarium verò eſt Iudici videre quantum teſtis concordatus probet. Caren. *num.* 56. Bordon. *d. num.* 14.

SVMMARIVM.

14 *Quomodo intelligatur, quod plures teſtes vincant pauciores.*
Triplex caſus diſtinguitur in, quo teſtes ſunt inter ſe contrarij. ibid.
15 *In aliquo caſu potius credendum eſt teſtibus Rei ad eius fauorem deponentibus, quam teſtibus fiſci contra Reum deponentibus.*
16 *Teſtibus verſimiliora deponentibus magis credendum, etiam ſi ſint numero pauciores.*
17 *Teſtes impoſſibilia, ſeu inuerſimilia abſolute deponentes ſunt ſuſpecti de falſitate.*
Quæ depoſitio dicatur inuerſimilis. ibid.
Non de facili teſtes a Reo inducti reijci debent. ibid.
18 *Si teſtes Fiſci ſeu actoris habent pro ſe preſumptionem iuris præferendi ſunt.*
Abſolute tamen potius credendũ eſt teſtibus deponentibus de bona fama, quam de mala. ibid.
19 *Magis credendum eſt teſtibus deponentibus totum factum, quam deponentibus partem illius.*
Si tamen informati ſunt de toto facto, & interrogati. ibid.
20 *Quid dicendum ſit, ſi teſtes Actoris deponant magis in ſpecie quam teſtes Rei.*
21 *Et quid ſi teſtes Actoris deponant ſuper affirmatiua, & teſtes Rei ſuper negatiua.*
22 *Quando teſtes Actoris ſunt inter ſe contrarij, potius credendum eſt illis, qui fauent Reo.*
23 *Si teſtes producti à Reo ſunt contrarij, potius credendum eſt illis qui deponunt contra Reum.*
24 *Quomodo regulandum ſit arbitrium Iudicis, & quibus teſtibus ex contrarijs ſit credendum.*
25 *Contra teſtes contrarios pauciores poteſt procedi.*

ARTICVLVS II.

Teſtibus hinc inde contrarijs, quibus magis ſit credendum.

SVpponitur quod non obſtante teſtium contrarietate aliquando ſit credendum aliquibus ex illis. Eſt autem in hoc Regula Generalis, quod plures teſtes vincant pauciores. *cap. in noſtra de teſtibus*, vbi id probant Gloſſ. & alij DD. Plures autem limitationes cum patiatur hæc concluſio, vt abſolute nõ procedat, ſi teſtes pauciores aut digniores vel deponant veriſimiliora, vel ſint magis informati, vel deponant magis in ſpecie, vel deponant ſuper affirmatiua, præcipuè fallit huiuſmodi concluſio in criminalibus, quando teſtes pauciores deponant ad fauorem Rei, ſi modicus ſit diſſenſus. Triplex autem caſus hic diſtingui debet; nam in criminalibus teſtes inter ſe contrarij, vel ſunt teſtes Actoris, ſeu fiſci, qui inter ſe contrarij ſunt in ſubſtantia delicti, aut in circumſtantijs; vel ſecundo iſti teſtes ſic contrarij ſunt teſtes inducti à Reo ad ſui defenſam, vel teſtibus Actoris inter ſe concordibus contrarij ſunt teſtes Rei.

15. In hoc ergo vltimo caſu potius credendum eſt teſtibus Rei ad eius fauorem deponentibus, quam teſtibus Fiſci deponentibus, contra Reum, vt per gloſ. *& DD. cap. in noſtro de teſtibus* Farinacc. *q.* 6. *num.* 152. Et ſic magis credendum eſt teſtibus excludentibus delictum, etiam ſi iſti teſtes delictum excludentes ſint Laici, & alij contrarij ſint Clerici, & etiam ſi teſtes excludentes delictum ſint minus digni, vel etiam ignobiliores. Et ita quod ſi iſti teſtes ſint equales numero, vel etiam ſint paulò minores numero, Reus ſit abſoluendus. Panormit. *d. cap. in noſtra num.* 4. Farinacc. *qu.* 65. *num.* 157. *&* 158. Nec locum habet limitatio aſſerentium quod in cauſis fauorabilibus præferendi ſint teſtes Actoris, quia hoc non procedit in criminalibus, in quibus cauſa magis fauorabilis eſt, quæ ſtat pro excluſione delicti, & pro innocentia accuſati, ſicut nec locum habet illa concluſio, quod ſit arbitrarium Iudici magis credere teſtibus Actoris, dummodo cauſam minoris credulitatis exprimant in actis. Nam vt ex Boſſ. aduertit Farinacc. *q.* 65. *num.* 163. cum multi ex Iudicibus ſint iniuſti, præfatum arbitrium omnia damnat, & exturbat.

16. Sed quid ſi teſtes Actoris etiam ſi numero pauciores deponant veriſimiliora? Concluſio communis eſt, quod magis credatur teſtibus deponentibus veriſimiliora, & etiam ſi ſint numero pauciores *per text. in l. ob Carmen.* §. *ſi. al. ff. de teſtibus*. Si tamen veriſimilitudo ſit immediata, & tanta, vt Iudex iudicet pauciores eſſe præferendos, iuxta doctrinam Dec. *in cap. licet cauſam num.* 92. *de probationibus.* Quod multo magis verificatur, ſi paucioꝛum teſtium depoſitiones ſint adminiculatæ alijs coniecturis, præſumptionibus, & indicijs Farinac. *q.* 65. *num.* 129. Et ita quod ſi veriſimilitudo ſit immediata, & vrgens credatur teſtibus minus dignis, dixit Farinac. *qu.* 65. *num.* 137. Et ita quod etiam in criminalibus magis credatur teſtibus Actoris veriſimiliora deponentibus Felin. *cap. in noſtræ num.* 3. *de teſtibus* Farinacc. *q.* 65. *num.* 138. Etiam ſi deponant ſuper negatiua, maxime ſi eorum dicta ſint adminiculata aliqua iuris preſumptione. Farinacc. *q.* 65. *n.* 140. Et etiam ſi teſtes ita deponentes alias ſint inhabiles, etiam ſi inhabilitas oriatur ex proprio commodo. Farinacc. *num.* 14. *vbi tamen num.* 143. ex Maſcard. *concl.* 894. *num.* 14. & Monticell. docet, quod hoc non procedit in criminalibus, in quibus teſtes inhabiles non probant, niſi ad inquirendum, vel ſi ſunt plures forſan ad torquendum.

17. Nihilominus hic conſiderandum eſt, quod præcipuè prædicta procedunt, quando teſtes Rei deponunt impoſſibilia, vel ſimpliciter inuetiſimilia, vt ſi quis deponat patrem do-

looc.

Digitized by Google

lo occidiſſe filium, vel aliquem cubuiſſe cum puella ſine pollutione, quia in hoc caſu teſtes iſti ſunt ſuſpecti de falſitate. Boſſ. *de oppoſ. contra teſtes num. 94. & 96.* Vbi etiam declarat quæ depoſitio dicatur inueriſimilis, & ex dicto ſimilium teſtium non defertur iuramentum in ſupplementum. Farinacc. *num. 106.* quæ magis procedunt, ſi teſtis deponat impoſſibile, vt ſi deponat ſe vidiſſe, quod videre non potuit. Marſil. Alex. Monticell. Farinacc. *num. 148.* & hanc inueriſimilitudinem non ſupplet numerus teſtium. Maſcard. *de probat. l. 3. concluſ. 1264. num. 13.* Caputaquen. *deciſ. 276. num. 6. p. 3.* Farinacc. *num. 147.* Sed præterea ſi teſtis ſit maior omni exceptione, & ſui dicti reddat concludentem rationem, vel habeat pro ſe aliquam iuris præſumptionem, non eſt de falſitate ſuſpectus, etiam quod deponat aliquid inueriſimile. Felin. *in cap. quia veriſimile num. 5. de præſumpt.* Ideo in criminalibus in præiudicium Rei non eſt credendum teſtibus Fiſci contra teſtes Rei, niſi teſtes Rei ſine aliqua ratione deponant inueriſimilia, & ita quod teſtes Rei cenſendi ſint notabiliter ſuſpecti de falſitate. Teſtes enim excludentes delictū habent, pro ſe iuris præſumptionem, per quam ſuppletur, ſi aliqua interueniat & non magna inueriſimilitudo; ideo niſi teſtes Fiſci ſint numero plures ſtante numeri æqualitate, non ita de facili reijci debent teſtes inducti à Reo, ex hoc quod illi inueriſimilia deponant,

18. Quid ſi teſtium Fiſci depoſitiones ſint Iuri communi conformiores, tanquam habentes pro ſe aliquam Iuris præſumptionem? Hoc enim eſt magis veriſimile; & verum eſt huiuſmodi teſtes eſſe præferendos. Innoc. *cap. Auditis num. 4. de præſ.* Panormit. *cap. in noſtra num. 5.* Felin. *n. 3. de teſtib.* Sed quia nemo præſumitur delinquens ſeu malus, niſi id probetur, ideò ex hac regula potius credendum eſt teſtibus deponentibus de bona fama, quam de mala, Far. *q. 165. n. 151.* ita & pariter potius credendum eſt teſtibus ad fauorem Rei deponentibus, quam teſtibus Actoris, niſi pro teſtibus Fiſci vrgentior ſit Iuris præſumptio.

19. Quod ſi teſtes Fiſci ſint magis informati de facto vel negotio, magis credendum eſt teſtibus magis informatis & deponentibus totum factum, quam deponentibus partem illius, & ſic magis ſit credendum vicinis & coniunctis. Felin. *d. cap. in noſtra num. 12.* Farinac. *num. 165. & 166.* Imo teſtis non deponens totum factum eſt ſuſpectus de falſo, & ei non creditur, Bald. Nell. & alij, quos ſequitur Farinac. *num. 167.* Sed conſiderandum eſt, quod iſti teſtes non plenè deponentes, vel plenè fuerunt de negotio interrogati, vel non: ſi fuerunt interrogati plenè, vel ipſi reſponderunt ſe non fuiſſe de aliquo informatos, & quod talem vel talem facti circumſtantiam non viderunt, & hoc eſt veriſimile, & ita vel de illo non deponunt, vel deponunt de auditu ab alijs, & ita iſti teſtes non ſunt contrarij, vel de falſo ſuſpecti, & ideo ex hoc præſumitur quod ſint veri in eo, quod ſe vidiſſe deponunt, quia in eo, quod non viderunt, nihil volunt affirmare, ſed fideliter deponunt, prout ſciunt, & ſic in eo quod deponunt, non ſunt poſponendi illis, qui magis ſunt informati de negotio. Sed ſi dolosè reticent partem, & plenè deponere recuſant, non probant & ſunt ſuſpecti de falſo, nec fidem merentur; ſi verò non plenè deponunt, quia non fuerunt interrogati, ex hoc non ſunt ſuſpecti de falſo. Farinac. *nu. 168.* Et ideò nec poſponendi ſunt teſtibus, qui plenè depoſuerunt reſpectu eius partis, quàm depoſuerunt. Et ſic teſtes, qui interrogatus deponit de plano id, quod ſcit, & prout ſcit, in eo quod deponit, non eſt poſponendus illi qui totum negotium vidit, ſicut non eſt poſponendus, qui in non ſubſtantialibus omittit recenſere totum. Hic enim non eſt de falſo ſuſpectus, vt notat Farinac. *nu. 169.*

20. Quid ſi teſtes Actoris deponant magis in ſpecie, vel reddant rationem ſui dicti, id vero non faciant teſtes Rei? Non eſt dubium, quodammodo maiorem fidem mereri teſtes magis in ſpecie deponentes, & rationem ſuæ depoſitionis reddentes. Vnde maiori fide etiam digni ſunt, qui deponunt vniuerſalitet, quam qui deponunt indefinitè. Farinac. *num. 170. & 171.* Sed attendi debet, quod iſti teſtes minus in ſpecie deponentes, aut rationem non reddentes ex hoc non ſunt contrarij illis, qui magis ſpecificè deponunt, & ſuſpecti non ſunt, niſi interrogati dolosè deponere recuſent. Ideò in eo, quod verè ſincerè & ſine dolo deponunt non ſunt præponendi: quod ſi in hoc teſtibus Actoris contrarij ſint teſtes Rei, iſtis potius eſt credendum cæteris paribus, quia pro ſe præſumptionem Iuris habent, dum delictum excludunt, vel minuunt. Et hinc eſt, quod teſtibus ad fauorē Rei deponentibus, etiamſi ſint iuniores, vel laici, vel fœminæ magis creditur in criminalibus, vt dictum eſt ſupra, & probat Farinac. *q. 5. num. 178.*

21. Quid ſi teſtes Actoris deponunt ſuper affirmatiua, teſtes autem pro Reo deponant ſuper negatiua? Multa quidem de hac quæſtione habent DD. Et eſt verum, quod deponentes ſuper negatiua pura, & ſimpliciter ſunt adminus ſuſpecti de falſitate, & poſſunt à Iudice torqueri, vt dicemus infra. Sed in propoſito noſtro, qui agimus de cauſis criminalibus, dicendum eſt, quod teſtes ad defenſam Rei deponentes ſuper negatiua coarctata, & excludentes delictum, præferendi ſunt teſtibus Actoris deponentibus ſuper affirmatiua, vt dictum eſt ſupra, & probat Farinac. *q. 65. n. 154. & num. 234.* Et hoc etiam ſi affirmatiua pro Actore ſit plenè probata. Panormit. *cap. ad noſtram num. 3. & 4. de probat.* & Dec. *ibi in princip.* Farinac. *q. 65. num. 236.*

22. Ex his habetur quid dicendum ſit in primo ex caſibus poſitis ſupra *num. 14.* Quando, ſcilicet, teſtes Actoris ſunt inter ſe contrarij. In hoc enim caſu eò verius eſt, quod potius

tius

Digitized by Google

rius credendum eſt in criminalibus illis teſtibus, qui fauent Reo quod vt ſupra probatum eſt teſtes, etiam inhabiles probant contra producentem, & ſic probant contra Actorem, vel Fiſcum. Vnde in hoc caſu teſtes non probant contra Reum, niſi ſint valdè plures, & niſi valdè excedant numerum teſtium tam Actoris, quā Rei ad fauorem Rei deponentium. Eſt verò magnus exceſſus numeri ad numerum, ſi vnus numerus excedat alium vltra duplum, ſecundum Imol. *cap. cum in tua num. 4. de teſt.* Quamuis hoc eſſe arbitrarium Iudici ex Gloſſ. Butrio, & Dec. dicat Farin. *q. 63. num.* 123. Et tunc adhuc conſiderandum erit difficile eſſe, quod teſtes Actoris plenè probant & Reum conuincant in ordine ad pœnam.

23. Sed in tertio caſu, ſcilicet, ſi teſtes producti à Reo & examinati ad defenſam ſint ſibi contrarij, quia iſti teſtes probant contra producentem, & ſic probant contra Reum, ideò ex hoc potiùs credendum erit teſtibus contra Reum deponentibus, ſed tamen etiam ſemper conſiderandum eſt, quod deponens ad excluſionem delicti habet pro ſe præſumptionem iuris.

24. Cum verò arbitrarium eſſe Iudici, quibus teſtibus ex contrarijs credat, dixerint Hoſt. *cap. in tua nu. 2.* & Panormit. *in cap. in noſtra n. 2. de teſtibus*, hoc arbitrium lege debet eſſe regulatum. Vnde in criminalibus præcipuè Iudex non poteſt magis credere teſtibus Actoris quam teſtibus Rei, niſi motus, ſeu coactus ex aliqua ex ſupra explicatis rationibus, & tunc in actis debet exprimere cauſam adhæſionis, quæ cauſa expreſſa non eſt neceſſaria, ſi Iudex adhæret teſtibus deponentibus pro Reo, vt ex Felin. & Aret. aduertit Farinac. *quæſt. 65. numer.* 149.

25. Quando verò teſtes contrarij ſunt pauciores, an ſint puniendi, dices quod poteſt contra illos inquiri, & probata falſitate poſſunt puniri, Farinac. *q. 62. num. 7.* Scroi *par. 4. cap. 12. num. 18.*

SVMMARIVM.

26 *Quis ſit teſtis varius, & ſibimet contrarius.*
27 *Per quid diſtinguatur teſtis varius, à teſte ſibimet contrario.*
28 *Quis ſit teſtis vacillans.*
29 *Teſtis varius & ſibimet contrarius non probat.*
Teſtis verò præcisè vacillans probat, ſed diminutè. ibid.
30 *Teſtis varius & ſibimet contrarius in non ſubſtantialibus diminutè probat.*
Niſi ſit legitimè interrogatus de non ſubſtantialibus & acceſſorijs. ibid.
31 *Teſtis ex ignorantia, aut errore varius, & ſibimet contrarius non amittit fidem.*
32 *In ciuilibus poteſt teſtis ſe referre ad primum examen ad euitandam contrarietatem.*
Et petere quod ſibi legatur prima depoſitio. ibid.
33 *Contrarietas teſtium concordanda eſt omnimodo poſſibili.*
Opiniones variæ. ibid.
Teſtes concordati nihil probant in criminalibus contra Reum. ibid.
Teſtes concordati non ſunt teſtes omni exceptione maiores. ibid.
34 *Plura exempla in quibus cognoſcuntur teſtes varij, & ſibimet contrarij.*
35 *Opiniones variæ.*
36 *Teſtes varij, & ſibimet contrarij puniuntur pœna extraordinaria.*
Teſtes vacillantes non puniuntur, niſi ſimul ſint varij, & ſibimet contrarij. ibid.
37 *Si non adſit manifeſta contrarietas non ſunt puniendi.*
38 *Plures caſus in quibus teſtis varius, ſeu contrarius puniri poteſt pœna falſi.*
39 *Teſtis varius & contrarius, ſi vacillet, poteſt torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtat.*
Quid de teſte Clerico. ibid.
40 *In cauſa ciuili teſtis varius non poteſt torqueri ob varietatem & contrarietatem.*
Neque torquetur teſtis varius in non ſubſtantialibus. ibid.
Nec teſtis in dignitate conſtitutus, niſi in caſibus exceptis. ibid.
41 *Non poteſt teſtis varius puniri niſi audiatur.*

ARTICVLVS III.

De teſtibus varijs, & ſibimet contrarijs.

26. HIc terminus varius ſumitur communiter & propriè. Nam teſtis qui varia, vel variè deponit, varius dici poteſt, ſi prius depoſuit de ſubſtantia actus, & poſteà de ſubſtantia actus & ſimul de circumſtantijs, vel prius de vna circumſtantia, & poſteà de alia, varius dici poteſt, ſed in propoſito noſtro propriè non dicitur, nec eſt varius, niſi ſimul ſit ſibi contrarius, vt quia deponat incompoſſibilia, vel poſteà neget, quod prius affirmauit; ideò niſi inter dicta teſtis adſit aliqua contrarietas, non adeſt varietas, quæ tollat eius fidem, & eum ſuſpectum de falſitate reddat per ſe loquendo.

27. Et nihilominus diſtinguitur teſtis varius à teſte ſibi contrario, quia varius dicitur, qui nulla rationabili cauſa aſſignata contrarium deponit eius, quod prius depoſuerat, dicitur vero contrarius, qui deponit duo, quæ ſimul vera eſſe non poſſunt. Et ſic in effectu & ſubſtantia idem ſunt teſtis varius & contrarius, quamuis varius dicatur, ſi ſponte variat dictum ſuum & contraria deponit, contrarius verò qui contraria deponit interceptus per interrogationem Iudici, Vel varius dicitur, qui non ſtat firmus in dicto ſuo, contrarius verò, qui tenaciter contraria deponit. Sed quidquid ſit de iſtis diſtinctionibus nominum, de quibus videri poſſunt DD. *cap. Præterea de teſt. cog.* hoc attendi debet, quod non adeſt legalis varietas, niſi ſimul adſit contrarietas.

28. Vacillans verò dicitur, qui timendo, titubando, & dubitando loquitur, etiam ſi varia non deponat. Sæpè tamen DD. confuſè loquuntur, & vnum pro altero ſumunt, ſcilicet, teſtem varium pro vacillante, & è contra, vt adnotauit Farinac. *q.66. num.* 12. imo in iure parificantur quantum ad effectum *l. qui falſis vel variè ff. de teſtibus*.

29. Eſt ergo certum, quod teſtis varius cuiuſcumque ſit conditionis, ſeu contrarius ſibi non probat, *cap. licet cauſam de teſtibus*, *& cap. præterea de teſtibus* cog. & ibi Gloſ. & DD.& nec ſufficit ad inquirendum inquiſitione ſpeciali. Teſtis verò vacillans, niſi ſimul ſit varius & contrarius, probat quidem, ſed diminutæ Farinac. *q.66. num.*17. Non approbo tamen, quod Farinac. dicit *num.* 14. & approbat Eliſeus *tract.* 5. *q.8.num.3.* & non negat Bictus *q.47. num.4.* ſcilicet, quod teſtis vacillans circa ſubſtantiam negotij reijciatur, quia ſi non eſt ſibi contrarius, non eſt vnde omnino reijciatur, licet ſit fidei diminutæ, *& l. in teſtibus ff. de teſtibus*. Quã allegat Eliſeus loquitur de vacillante ſibi contrario.

30. Sed quid, ſi teſtis ſit varius, ſeu ſibi contrarius non in ſubſtantialibus, ſed in acceſſorijs? communiter dicitur quod varietas, ſeu contrarietas in non ſubſtantialibus diminuit quidem fidem teſtis, Menoch. *præſumpt.* 23. *num.7.* ſed eam in totum non aufert, niſi vbi legitimè interrogatus de non ſubſtantialibus ſit varius, aut contrarius, vt quia ſi iurauit dicere veritatem ſuper totam cauſam, vel iurauit dicere veritatem de omnibus, de quibus interrogabitur; vel niſi varietas teſtis concernat factum proprium, vel niſi acceſſoria non ſint penitus extranea, & impertinentia, & nullo modo facientia ad cauſam. In his enim caſibus etiam varietas in aſſeſſorijs tollit fidem teſtis, & ille nihil probat Farinac. *q.66. num.* 24. & Bictus *q.* 46. *num.* 6. Scroi *p.* 4. *cap.* 11. *num.* 34. Eliſeus *d. quæſt.* 8. *num.4.* Sed hic conſideranda ſunt, quæ dicta ſunt ſupra in hac quæſtione *art.1.* quia, ſcilicet, vbi teſtis culpabiliter eſt ſibi contrarius, ſiue eſt culpabiliter mendax, ita non probat, ſed reijci debet, etiam ſi inueniatur mendax in illis, quæ ad cauſam non faciunt, quia falſitas & mendacium non eſt ſine dolo *l. Non exemplum C. de falſ.* Et qui doloſè in vno eſt falſus, cenſetur falſus in omnibus & in nullo probat.

31. Si tamen teſtis ex errore aut ignorantia ſit varius, & ſibi contrarius, non amittit fidem, & iuſta cauſa erroris in teſte erit obliuio, quæ quando præſumatur eſt arbitrarium iudicare, & in antiquis præſumitur, & maximè circa circumſtantias certæ diei & horę, & alias ſimiles. Modicam etiam variationem non tollere fidem teſtis communiter aſſeritur, & ſemper aduerti debet, quod ex quo teſtis in vno examine plus vel minus deponat, quam in alio, non eſt contrarius ſibi. Sicut neque ſi ſui dicti modo vnam rationem modo aliam reddat; licet enim ſic faciendo ſit varius aliquo modo, cum tamen non ſit ſibi contrarius, ideòq; neque de falſo ſuſpectus non ammittit fidem. Farinac. *q.66. num.*32. Bict. *q.47. nu.* 8. Eliſeus *d. q.8. num.5.* Scroi *d. cap.* 11. *num.*5 nec eſt ſibi contrarius, Farinac. *q.* 65. *num.* 329. *&* 330. Souſa *lib.* 2 *c.* 6. *num.* 30. Bordon. *cap.* 22. *numer.* 12.

32. Ad euitandam omnem contrarietatem, poſſe teſtẽ in ciuilibus in ſecundo examine ſe referre ad primum examen, communiter aſſeritur, niſi primum examen ſit nullum ratione falſitatis, vel prima depoſitio ſit extraiudicialis, aut facta non citata parte. Menoch. *de arbitr. caſ.* 109. *n.6.* Imo teſtis in ſecundo examine poteſt proteſtari ſe velle remittere ad dicta in primo examine, ſi forte in ſecundo examine quid dixit contra primum. Felin. *cap. cum in tua de teſt.* Farin. *q.66. n.39.* Bordon. *cap.22. nu.* 14. Et poteſt etiam petere vt ſibi legatur prima depoſitio, ſi id non faciat doloſè, ſed rationabiliter, & quod Iudex debeat ſemper inclinare, vt depoſitio prima legatur ex Boer. Baiard. & Clar. probat Scroi *p.4. cap.11. num.*24. Tamen in criminalibus hoc non admittitur, vt teſtis poſſit ſe referre ad primum examen, vt probat Farinac. *q.66. num.*52. Sed de hoc dicetur infra, dum ſermo erit de repetitione teſtium.

34. Sed & teſtem varium omni modo poſſibili concordandum eſſe, vt contrarietas euitetur, tradunt communiter DD. quos abundè refert Farinac. *q.66. num.*317. etiam impropriando verba, vel ſub auditos intellectus, quod tamẽ intelligitur ad effectum euitandi periurium & pœnam falſi. Nam alias quod teſtis concordatus non probet, & nullam faciat fidem voluerunt, Clar. *q.* 53. & plurimi alij apud Farinac. *num.* 301. Et licet contrarium voluerunt plures alij apud eundem *nu.* 312. & præcipuè Rota coram Puteo *deciſ.*28. *num.* 3. *par.* 4. ex Felin. *cap. cum tu num.* 4. *de teſtib.* benè has contrarias opiniones concordat Farinac. *num.* 317. vt in criminalibus vera ſit prior opinio, vt teſtes concordati nihil probent contra Reum, vt voluit etiam Felin *d. cap. cum tu num.* 10. *de teſtib.* Scroi *p.4. c.*71. *num.* 23. De quibus videatur Farinac. *q.65. num* 79. *& ſeqq. & q.66. num.*315. Et adhuc vbi admittitur concordia, aduertatur, quod teſtes concordati non tantum probant, quantũ ſi eſſent concordes, & quod teſtes concordati non ſunt omni exceptione maiores: Carena *p.3.* ex Penna, & Cant. Bordon. *cap.* 21. *num.* 14. quamuis teſtis concordatur in caſibus, in quibus probat, magis probet, quam ſi non eſſet concordatus, Carena *d. num.*54.

34. At vero quia DD. dando exempla de teſtibus varijs, & non ſibi contrarijs, valde inter ſe contrariantur, vt puta, ſi teſtis primo affirmet ſic eſſe, & poſtea dicat ſe non recordari, vel primo dicat ſe non recordari, & poſtea dicat, ſe ſcire, vel primo deponat dubitatiuè, & poſtea affirmet, & dicat ſe ſcire ſine dubitatione, vel primo dicat ſe credere deinde dicat

ſe ſcire,

ſe ſcire, vel primo dicat ſibi videri, & poſtea dicat ſe ſcire, vel è contra primo dicat ſe ſcire, & poſtea dicat ſe credere, vel primo dicat ſe neſcire, deindè dicat ſe credere, vel primo dicat ſe non credere, & deindè dicat ſe credere, vel ſi dicat ſic eſſe, quia vidit, & poſtea dicat ſic eſſe, quia audiuit, vel primo dixit ſe audiuiſſe, & poſtea ſe vidiſſe, vel ſi prius dicat ſe ſcire, & poſtea ſe neſcire, vel ſi prius dicat hoc tantum ſe ſcire, aut verum eſſe, & poſtea aliud addat, vel cum primo dixit homicidium factum in palatio Epiſcopali, & deindè quod eſt factum in hoc palatio, ſi extra palatium Epiſcopale examinatur, vel ſi primo dixit homicidium factum coram Seio, & Caio, & poſtea dicat, quod nullus fuit præſens.

35. In his enim, & ſimilibus caſibus DD. vel ſunt diſcordes, vel plures limitationes ponunt, vt videre eſt apud Farinac. *q. 66. n. 329. & ſeqq.* Scroi *part. 4. cap. 11. num. 23.* Bordon. *cap. 21.* Vndè aliter dici non poteſt, niſi quod arbitrarium ſit Iudici decernere, an in illis caſibus teſtes ſint contrarij, qui Iudex interrogare debebit teſtes, vt varietatis reddant cauſam, eamque ponderare, & ſimul conſiderare animus in caſu, in quo teſtis poteſt ſe corrigere, vel etiam ſi teſtes repetuntur ad inſtantiam partis, & ſi poſſit præſumi, quod ſint ſubornati, & alias circumſtantias perſonarum, & interpretationis regulas, & communem vſum loquendi ponderare, & aduertere, quod in criminalibus in præiudicium Rei non admittitur concordia, ſicut nec vbi contrarietas eſt manifeſta, & concordia non eſt rationabilis;

36. Teſtis autem varius, ſeu contrarius punitur de falſo *l. qui falſo ff. de teſtib.* Quæ lex refertur etiam in Decreto. *cap. qui falſo 3. q. 3.* Et idem habetur *l. eos ff. de falſis.* Ex quibus legibus hoc idem aſſerunt Panormit. Butr. & alij, *cap. cum in tua de teſtibus cog.* Hunc tamen non eſſe puniendum pœna ordinaria, ſed extraordinaria dixerunt quamplures, apud Farinac. *quæſt. 66. num. 56.* Aliqui vero extendunt hoc etiam ad teſtem vacillantem, ſed hoc non procedit, niſi teſtis iſte ſimul ſit varius, & contrarius. Farinac. *quæſt. 66. num. 58.* Et teſtis verè varius, ſeu contrarius punitur de falſo, etiam ſi ſit varius, ſeu contrarius in diuerſis Iudicijs, & etiam ſi vnum Iudicium ſit ciuile, & aliud crĩminale. Clar. *§. falſum verb. teſtis, & quæſt. 53.* Farinac. *quæſt. 66. num. 61.* Bict. *q. 47. num. 22.* Eliſeus *tract. 1. q. 8. num. 8.*

37. Et nihilominus ad hoc, vt locum habeat hæc pœna, neceſſe eſt, quod adſit manifeſta contrarietas, & quod teſtis dicta non poſſint concordare, vel locum habere non poſſit Ignorantia, obliuio & inconſideratio; Ideo non punitur teſtis, qui primo dixit ſe neſcire, vel non recordari, niſi in hoc ſit dolus. Sicut nec punitur teſtis ruſticus, nec quicumque alius, qui non præſumitur dolo variaſſe. Falſum enim ſine dolo non præſumitur, quando vero poſſit præſumi dolus, arbitrabitur Iudex attentis circumſtantijs. Farinac. *q. 66. n. 78. & ſeqq.* Scroi *p. 4. c. 11. num. 12.* Eliſeus *d. q. 8. n. 8.* Bictus *q. 47. n. 25.*

38. Si etiam teſtis ſit varius, ſeu contrarius in non ſubſtantialibus, non punitur pœna falſi, quamuis hunc puniri pœna ſtellionatus ex Conrad. dixerit. Farinac. *quæſt. 66. num. 70.* Similiter qui deponit in Iudicio valido contrarium eius, quod depoſuerat in iudicio inualido; ſi ille ignorabat iudicium illud eſſe inualidum, punitur pœna falſi, ſed ſi ſciebat illud eſſe inualidum, non punitur pœna falſi, ſed ſtellionatus propter periurium. Farinac. *n. 74.* Si etiam teſtis examinetur indebitè non punitur de falſo, quando examinatur, cum non deberet examinari. Si etiam teſtis in iudicio deponat contrarium eius, quod depoſuit extra iudicium, & è contra non punitur pœna falſi. Si tamen teſtis extra iudicium parte præſente vnum depoſuit, deponit poſtea contrarium in Iudicio, quod debeat puniri pœna ſtellionatus, & ciuiliter ad damna, & intereſſe, imò quod puniatur pœna falſi, ſi parte præſente vnum fateatur reddita cauſa, aut confirmando dictum ſuum Iuramento firmiter iurando dixerunt aliqui apud Farinac. *q. 66. n. 90. & ſeqq.* vbi alias limitationes, & ſublimitationes ponit; quando enim ſecundum dictum in Iudicio fuiſſet emanatum ad correctionem prioris dicti, vel quando teſtis primo depoſuerat dubitatiuè per verbum *credo, neſcio, non recordor*, non punitur pœna falſi, ſi in Iudicio cõtrarium affirmet, ſi etiam teſtis ſecundum dictum contrarium primo confirmet in tortura, non punitur de falſo, ſed de ſtellionatu, & de dolo.

39. Nam teſtis varius, & ſibi contrarius, maximè ſi vacillet, torqueri poteſt ad videndum, in quo dicto perſiſtat Clar. *§. fin. q. 25. verſ. item teſtes varius.* Et hoc etiam ſi non præcedant alia indicia. Farinac. *q. 66. nu. 100.* Multi autem hoc extendunt etiam ad teſtem Clericum; ſed alij hoc negant. Et certum eſt teſtem Clericum vacillantem, & varium non poſſe torqueri à Iudice laico. Videatur Farinac. *q. 66. num. 101. & q. 79. num. 54. & ſeqq.* Teſtis etiam ſæpè varius pluries poteſt torqueri, non tamen niſi ad tertiam vicem Farinac. *q. 66. n. 105.* Et non ſolum ob variationem iudicialem, ſed etiam ſi teſtis deponat contrarium eius, quod extraiudicialiter depoſuit, maximè ſi depoſuit cum iuramento, aut eius depoſitio extraiudicialis ſit ſcripta, eum poſſe torqueri communius aſſeritur Clar. *§. fin. q. 25. verſ. ſed poſſe* Farinac. *q. 66. n. 106. qui num. 152.* hoc extendit etiam ad caſum, in quo teſtis extraiudicialiter dicat oppoſitum eius, quod depoſuit in Iudicio.

40. In cauſa tamen ciuili à Iudice ciuiliter iudicante non poſſunt teſtes torqueri ob varietatem, & contrarietatem Farinac. *q. 66. n. 120.* Multi etiam ſentiunt, quod teſtis ob varieta-

rem non poſſit torqueri, niſi ſimul fateatur ſe interfuiſſe facto Boſſ. *de text. tort. num.* 13. Farinac. *q.*66. *num.* 113. Sed neque torquetur teſtis varius in non ſubſtantialibus. Neque torquetur teſtis varius in Dignitate conſtitutus, niſi in caſibus exceptis Clar. *q.* 25. *& q.*64. Si etiam teſtis ſolum vacillet, & non ſit varius, ſeu contrarius, & non adſint alia indicia non poterit torqueri, quod aduertendum, quia in hoc DD. confusè loquuntur.

41. Sicut ad hoc vt teſtis varius, aut contrarius puniatur debet ſpecialiter audiri, & debent ei dari defenſores, nec ſufficit, quod Reus pro quo, vel contra quem depoſuit abſoluatur, vel damnetur.

SVMMARIVM.

42 *Quando teſtis eſt ſibimet contrarius in diuerſis examinibus, ſtandum eſt primo eius dicto.*
Si autem ſibimet contrarius in eodem examine, & antequam diſcedat à Iudice & non ſe corrigat neutro eius dicto ſtatur. ibid.

43 *Quomodo in pluribus caſibus ſtandum ſit ſecundo dicto.*
Ex ſecundo dicto contrario debilitatur primum, ibidem.

44 *Si ſecundum dictum habitum fuit in tortura illi ſtandum eſt, etiam ſi primum dictum fuit iuratum.*
Teſtes varij, & contrarij in ſubſtantialibus torquendi ſunt. ibid.

45 *Quando ſecundum dictum habetur ex tortura illegitimè data, ſtandum eſt primo dicto ſi ſit magis veriſimile.*
Plures caſus in quibus cognoſcitur, an attendendum ſit primum, vel ſecundum dictum. ibidem.

46 *Si primum dictum eſt extraiudiciale, & non iuratum, ſecundum vero iudiciale, attenditur ſecundum ſicuti è contra.*
Limitationes. ibid.

47 *Si primum dictum extraiudiciale ſit iuratum formiter, non attenditur ſecundum iudiciale, ſed neutri eſt ſtandum.*
Niſi ſecundum dictum ſit veriſimile, & emanatum ad correctionem prioris. ibid.

48 *Quomodo ex primo dicto debilitatur ſecundum, & è contra.*

ARTICVLVS IV.

Quando attendi debeat primum, vel ſecundum dictum teſtis varij, & ſibi contrarij.

42. COmmunis DD. ſententia eſt Gloſſ. Panormit. Felin. Aret. Zabarell. & aliorum *in cap. cum in tua, de teſt. cogen.* Sylu. *v. teſtis num.* 7. vt cum teſtis ſit ſibi contrarius in examinibus diuerſis ſtetur primo eius dicto. Quod aliqui extendunt etiam ſi teſtis ſecundo loco examinetur parte non opponente, quod tamen alij negant. Præcedens tamen concluſio poſita, vt ſtetur priori, dictos verificatur, ſi ſecundum dictum emanauit poſt publicationem proceſſus, vel teſtis ſecundo loco non debebat examinari. Et hoc idem verificatur etiam ſi iudicia ſint diuerſa, vel ſint diuerſæ cauſæ, aut inſtantiæ, aut in eadem inſtantia, ſi examina teſtis ſint diuerſa, & ex interuallo habita. Et hoc maximè procedit, quando primum dictum fuit geminatum, & ratificatum. Et quod in vno teſte ſibi contrario dicitur, intelligitur etiam de pluribus ſibi contrarijs, vt cuiuslibet eorum primum dictum attendi debeat. Videantur Felin. Aret. Dec. & alij *d. cap. cum in tua*. Clar. *q* 53. Farinac. *q.*66 *num.* 124. *& ſeqq.* Bict. *q.*47. *à num.* 11. Eliſeus *tract.* 5. *q* 8. *num.* 8. Bordon. *cap.* 25. *num.* 2. Sed aduertendum, quod ſi teſtis in eodem examine antequam diſcedat à conſpectu Iudicis, & ſe ſubſcribat deponat contraria non ſe corrigendo, neutro eius dicto ſtatur, ſed omnino reijcitur, etiam ſi eius contrarietas ſit concordabilis aliquo modo. Scroi *p.*4 *cap.*11. ex Clar. *q.*53.

43. Si tamen Iudici apertè conſtet de falſitate primi dicti ſtare debet ſecundo, ſicut ſi ſecundum dictum ſit iuratum non vero primum, ſtatur ſecundo. Item ſi ſecundum dictum eſt fulcitum ratione concludente, primum vero, vel nulla, vel inſufficienti ratione eſt roboratum. Pariter ſi ſecundum dictum ſit magis veriſimile, & alijs indicijs adminiculatum. Item ſtatur ſecundo dicto, ſi primum fuit habitum in iudicio inualido, vel, ſi primum dictum non fuit aſſertiuum, ſed habitum per verba *Credo, neſcio, non recordor*, & ſecundum eſt aſſertiuum. Sed ſi primum dictum fuit habitum in ſummario iudicio, & ſecundum in iudicio plenario, alij dicunt ſtandum priori dicto, alij ſecundo, alij attendendum primum dictum quantum ad aliquid, ſed quantum ad plenum iudicium, & ſententiam ferendam neutri ſtandum. Et hoc idem aſſeritur, quando teſtis in Iudicio deponit contrarium eius, quod depoſuerat coram arbitro, vel arbitratore, vt, ſcilicet, nec primum, nec ſecundum dictum attendatur. Videantur DD. *d. cap. cum in tua de teſt. cog.* Clar. *q.*53. Cou. *var. l.* 2. *cap.* 13. Menoch. *de arbitrat. caſ.* 108. & alij quos latè refert Farinac. *q.*66. *num.* 142. *& ſeqq.* Hoc mihi certum eſt, quod ex ſecundo dicto contrario debilitatur primum, vt non plenè probet, & in tantum, vt ex eo non poſſit dari iuramentum in ſupplementum Panormit. *d. cap. cum in tua num.*9. Felin. *nu.*4. Clar. *quæſt.* 53. Farinac. *q.* 66. *num.* 164. Bictus *q.* 47. *num.* 15. Eliſeus *tract.*5 *q.*5. *n.*5.

44. Sed quid ſi teſtis ſecundum dictum contrarium habitum fuit in tortura? Communior DD. ſententia eſt, vt in hoc caſu attendatur ſecundum dictum Panormit. *cap. cum in tua. num.* 9. *de teſtibus cog.* Felin. *num.* 4. Aret. *cap.*

per

per tuas num. 33. de teſtibus. Farinac. *quæſt. 66. num.* 165. Et hoc eſt verum etiam ſi primum dictum fuit iuratum. Quia vitium periurij de conſuetudine purgatur ex tortura, vt ex Fario. *conſ.* 10. *num.* 10. Clar. *q.* 21. *verſ. ſcias tamen*, probat Guazz. *defenſ.* 19. *cap.* 16. *num.* 19. Scroi *p.* 4. *cap.* 11. *num.* 21. Quamuis in hoc caſu dictum ſecundum non grauet nominatum ad torturam ſiue alijs adminiculis, vt poſt Crauet. Thab. Nou. & Roland. notat Guazz. quem ſequitur Scroi loco citato. Sed in hoc caſu, quod neutro dicto credatur voluiſſe Farinac. *conſ.* 39. *num.* 8. & Caualc. *de teſt. p.* 4. *num.* 155. refert Guazz. *ibid.* Teſtes verò vacillantes varij, & contrarii in ſubſtantialibus, ſaltem ſi fateantur fuiſſe præſentes facto, poſſunt torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtant, vt latè declarat Farinac. *q.* 66. *nu.* 98. *& ſeqq. & q.* 79. *n.* 12. quo ſtante, hoc aſſeritur etiam ſi in tortura non fuiſſet citata pars. Et idem aſſerunt aliqui etiam ſi examen in tortura factum ſit poſt publicationem primi examinis, imo poſtquam teſtis loquutus fuit cum parte aduerſa, cuius tamen oppoſitum forſan verius putat Farinac. *q.* 66. *n.* 171. Si etiam teſtis ſæpius torqueatur ſtandum eſſe vltimæ torturæ, ſi tamen illa grauior fuit cæteris Farinac. *nu.* 174. Et ſi dictum primum ſit extraiudiciale, etiam ſi ſit iuratum, multo magis attenditur ſecundum dictum iudiciale habitum in tortura.

45. Verum hæc non procedunt, ſi tortura ſit illegitime data, tunc enim ſtandum eſt priori dicto. Et hoc idem fieri debet, ſi primum dictum extra torturam ex cauſa rationabili ſit magis veriſimile. Attenditur etiam dictum in tortura reſpectu illius teſtis, qui non admittitur ſine tortura, vt quia eſt ſeruus, vel infamis, vel criminoſus, ſed ſi teſtis eſt talis, cuius dictum ſine tortura admittitur, ſi iſte poſtea ſine alia cauſa torqueatur iniuſte torquebitur, & ideo ſtandum erit priori ſuo dicto. Item quando primum dictum emanauit in articulo mortis non attenditur ſecundum dictum in tortura, tunc enim etiam dicitur tortura ſpiritualis, & non præſumitur, quod in morte quis velit mentiri. Farinac. *num.* 187. Bord. *cap.* 25. *n.* 24. Quando etiam teſtis ſimul eſt Reus, & ſic interrogatur, vt principalis, quoad ſe, & vt teſtis quoad alios, multi exiſtimant ſtandum eſſe eius priori dicto, quod alij negant, & volunt attendi debere ſecundum dictum, etiam dum teſtis examinatur, vt principalis quoad ſe, & teſtis, quo ad alios, alij verò dicunt, quod quando iſte teſtis deponit de facto proprio, vt principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios attendi debet potius dictum eius ſecundum in tortura datum. Et verè articulus iſte eſt dubitabilis, vt etiam fatetur Farinac. *q.* 66. *n.* 183. In criminalibus verò ſic potius attenditur ſecundum dictum emanatum in tortura, quod ex primo debilitatur ſecundum. Ita quod dictũ illud non faciat indicium ad torturam, niſi ſit adminiculatum, ſed ſolum ſufficiat ad inquirendum, Farinac *quæſt.* 66. *num.* 184. Bordon. *cap.* 21. *num.* 23.

46. Et quid ſi primum, aut ſecundum dictum ſit extraiudiciale? Si primum dictum eſt extraiudiciale, & non iuratum, ſecundum vero dictum ſit iudiciale, attenditur hoc ſecundum, vt per Felin. Imol. & alios *cap. cum in tua de teſt.* & per Aret. Dec. & alios *cap. per tuas de teſt.* Niſi tamen confeſſio extraiudicialis ſeu depoſitio facta ſit tempore actus geſti, & fuit confirmata per ſcripturam, & ſubſcriptionem teſtis factam tempore actus geſti, tunc enim contraria iudicialis depoſitio cenſetur emanaſſe ex ſubornatione, & non attenditur. Aret. *cap. per tuas num.* 35. & ibi Dec. *n.* 43. *de teſt.* Albert. *in cap.* 1. *quæſt.* 16. *numer.* 75. *de hær. in* 6. Menoch. *de arbitr. caſ.* 188. *num.* 25. Bict. *q.* 47. *num.* 17. Eliſeus *tr.* 5. *quæſt.* 8. *num.* 6. Scroi *p.* 4. *c.* 11. *n.* 29. Quod eſt verum etiam ſi depoſitio extraiudicialis non iurata facta ſit coram parte. Farinac. *q.* 66. *num.* 199. At vero ſi primum dictum eſt iudiciale, & ſecundum eſt extraiudiciale, & non iuratum attenditur primum dictum iudiciale, vt per DD. citatos, etiam ſi talis reuocatio fieret in articulo mortis. Clar. *q.* 23. *n.* 11. Menoch. *caſu* 108. *num.* 19. *&* 20. Farinac. *q.* 66. *num.* 204 Scroi *part.* 4. *cap.* 11. *num.* 18. quod verum eſt etiam ſi ſententia nondum ſit lata, ſed ſit ferenda. Panormitanus *cap. cum in tua num.* 9. Butr. *num.* 10. Couar. *var. l.* 2. *cap.* 19. *num.* 7. Vbi quod in iſto caſu fides teſtis vacillat, & ſit in arbitrio Iudicis conſideratis negotijs perſonarum, & temporis videre, an ex dicto primo talis teſtis poſſit deueniri ad ſententiam. Quando tamen ſecundum dictum extraiudiciale triplici adminiculo eſſet fulcitum, ſcilicet veriſimilitudine depoſitionis, & cauſa reuocationis prioris dicti & depoſitio ſecunda fieret in articulo mortis, primum dictum non tantum debilitatum, ſed ſublatum cenſeretur. Simanc. *de hæret. tit. de teſt.* 64. *num.* 58. *&* 59. Farinac. *q.* 66. *num.* 210. Bict. *quæſt.* 47. *nu.* 19. Scroi *d. cap.* 11. *num.* 19.

47. Sed ſi primum dictum extraiudiciale ſit iuratum, non quomodocumque, ſed formiter, tunc non attenditur ſecundum dictum iudiciale ſed neutri eſt ſtandum. Farinac. *quæſt.* 66. *num.* 214. Bict. *q.* 47. *num.* 17. Scroi *d. cap.* 11. *num.* 19. Si tamen dictum primum extra iudiciale, & iuratum ſit magis veriſimile, aut coniecturis, & præſumptionibus adminiculatum, illi ſtandum erit Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 23. *num* 7. Albert. *in cap.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 72. *de hæret. in* 6. Menoch. *de arbitr. caſ.* 108. *num.* 14. Farinac. *num.* 216. Scroi *part.* 4. *cap.* 11. *num.* 19. Sicut è contra ſi dictum ſecundum emanauit ad correctionem prioris docto de errore ſtabitur ſecundo. Quod & fiet ſi primum dictum datum fuit dubitatiue, aut fuit incidenter prolatum, aut ſecundum dictum fuit confirmatum in tormentis.

48. In omni tamen caſu ex primo dicto extraiudiciali ita debilitatur ſecundum dictum iudicia-

dicia-

diciale, vt ex tali dicto iudex non poſſit ſententiam ferre, nec deferre iuramentum in ſupplementũ, imo nec ſumere indicium ad torturam Menoch. *d. caſ.* 208. *num.* 27. & 28. Farinac. *quaſt.* 66. *num.* 226. Scroi *part.* 4. *cap.* 11. *num.* 21. Bict. *cap.* 47. *num.* 16. Eliſeus *tract.* 5. *qu.* 8. *num.* 6. Bordon. *cap.* 25. *num.* 28. Hoc vero Bordon. putat eſſe verum, etiam ſi ſecundum dictum ſit extraiudiciale, ſed in hoc caſu verum eſt, quod primum dictum iudiciale nõ ſufficit ad ſententiam, cæterum arbitrarium eſt Iudici, vt conſideratis circumſtantijs negotij, & perſonarum, videat quantum primum illud dictum probet. Farinac. *n.* 208.

SVMMARIVM.

49 *Teſtis ſibi contrarius ſi corrigat primum dictum medio ſecundo, ſtandum eſt ſecundo dicto.*
50 *Plures caſſus adducuntur pro explicatione difficultatis.*
51 *Teſtis deponens contraria primo depoſitis, ſi id facit ſe corrigendo incontinenti, attenditur ſecundum eius dictum.*
52 *Quomodo ſtandum non ſit ſecundo dicto, ſi teſtis cum interuallo deponat contraria primo dicto.*
Teſtis ſe corrigens ex interuallo debet allegare cauſam obliuionis. ibid.
53 *Quomodo teſtis poſſit ex interuallo ſe corrigere.*
55 *Licet correctio ex interuallo non tollat primum dictum, illud tamen debilitat.*
55 *Non admittitur correctio poſt triduum à die depoſitionis.*
56 *Teſtis legitime ſe corrigens non debet torqueri ratione variationis.*

ARTICVLVS V.

De Teſte ſe corrigente.

49. QVando teſtis contrariua eſt ſibi, ita tamen, quod per ſecundum dictum intendit corrigere primum, communiter dicitur, quod ſtandum ſit ſecundo dicto, vt per DD. *cap. cum in tua de teſtibus*, ſed hoc explicatione indiget. Et duo caſus diſtingui debent, vel enim teſtis ſe corrigit incontinenti, vel ex interuallo.

50. Tunc autem teſtis ſe corrigit incontinenti, & non ex interuallo, quando id facit antequam diſcedat à conſpectu Iudicis, ſiuè hoc fiat antequam Notarius ſumpſerit teſtis reſponſionem, ſiuè poſt dum id fiat antequam teſtis ſe ſubſcribat examini. Et hoc indubitate verum eſt. Sed ſecundo teſtis dicitur ſe corrigere incontinenti, ſi id faciat etiam poſt perfectum examen, antequam loquutus ſit cum parte, aut cum alia perſona, à qua pars potuit certiorari, vt per Panormit. Felin. Io: And Imol. Hoſtien. Innoc. Bald. *cap. præterea de teſt. cog.* & alios plures quos refert Farinac. *quaſt.* 66. *num.* 232. Bict. *quaſt.* 47. *num.* 45. Scroi *part.* 4. *cap.* 11. *num.* 8. Bordon. *cap.* 23. Verum non ſufficit, quod teſtis non fuerit loquutus cum parte, ſed quod nec potuerit loqui. vt aduertunt Innoc. Hoſtien. & Bald. citati. Ideo licet teſtis detineatur in ſecretis carceribus, nec permictatur ei loqui cum aliquo, non tamen poteſt ſe quandoque corrigere, nam propter vtilitatem, & facilem corruptionem cuſtodum carcerum poteſt eſſe, quod illis mediantibus teſtes loquantur cum parte. Vnde quod teſtis ſic carceratus poſſit quomodocumque ſe corrigere, non placet Boſſ. *tit. de oppoſ. contr. teſt. num.* 1. & Farinac. *quaſt.* 66. *num.* 237. Ideo ſi teſtis venit ad ſe corrigendum ad poſtulationem partis, non admittitur. Farinac. *d. num.* 231. Et teſti dicenti ſe non fuiſſe loquutum cum parte, non creditur, ſed negatiua aliunde eſt probanda. Felin. *d. cap. præterea num.* 30. quamuis id probari per iuramentum teſtis ibi voluerit Aretin. *num.* 4. quod tamen non eſſe admittendum, niſi teſtis ſit notæ fidei, & auctoritatis, ex Bald. & Alciat. dixit Farinac. *d. q.* 66. *num.* 237.

51. Eſt ergo communis concluſio quod, vbi teſtis deponit contraria primo depoſitis, ſed id facit ſe corrigendo incontinenti modo ſupra expoſito, attenditur eius dictum ſecundum non primum, vt per Gloſſ. *in cap per tuas de teſtib.* & alios DD. & per Gloſſ. *cap. in noſtra de teſt.* & alios interpretes. Ex Aret. tamen Bict. *q.* 47. *num.* 42. ait quod in hoc caſu non ſtatur nec primo, nec ſecundo dicto; ſed hoc eſt contra iura, & communem ſententiam, à qua non eſt recedendum. Et tunc non eſt neceſſe, quod teſtis probet errorem, vel ignorantiam, eſt tamen ſaltem neceſſe, quod illam alleget. Farinac. *num.* 240. Bictus *num.* 46. Sed vbi non eſt ſibi contrarius, nec ſe corrigit, licet aliquid amplius deponat, non eſt neceſſe, quod etiam errorem, aut obliuionem alleget; ſed vbi ſe corrigit, & contraria deponit, niſi ſaltem iuſtam cauſam alleget, poterit tamquam ſuſpectus de ſubornatione torqueri. Farinac. *q.* 68. *nu.* 244. In his tamen locũ habet arbitrium Iudicis, vt videat, ſi teſtis incontinenti ſe corrigit Farinac. *quaſt.* 66. *num.* 239. Bord. *cap.* 23. *num.* 9. Io. Andr. Hoſt. Panormit. Butr. & alij *in d cap. Præterea de teſt. cog.* Et ſi teſtis poſt triduum à depoſitione venit ad ſe corrigendum præſumitur ſubornatus Farinac. *q.* 66. *n.* 238.

52. At vero certa etiam eſt concluſio, quod teſtis ex interuallo ſe corrigere non poteſt, vt per DD. *in cap. per tuas de teſt.* & *cap. Præterea de teſt. cog.* Sed tunc ſtatur eius primo dicto, & teſtis ſubornatus præſumitur, quamuis vbi teſtis renocat primum dictum multi velint, quod neutri dicto credatur, niſi forte primum dictum nõ fuerit iuratum, vel ſine redditione rationis emanauit, ſecundum vero e contra, vel vbi primum dictum fuit per verbum credo, & ſecundum eſſertiuum Eliſeus *tract.* 5. *quaſt.* 8. *num.* 5. vbi tamen teſtis alleget errorem, & illud probet, docto de errore, ſuſtinetur correctio. Ex cauſa etiam obliuionis poteſt teſtis quandocumque dictum ſuum corrigere. Sed hoc eſt verũ quando

do teſtis ſit ſolummodo varius, & non contrarius. Tunc enim ſufficit, ſi alliget obliuionem, ſed ſi teſtis ſit ſibi contrarius, neceſſe eſt, vt alleget cauſam obliuionis veriſimilem,& illam probet. Vnde in hoc locum habet arbitrium Iudicis. Aret. *cap. per tuas num.*8. *de teſtibus*.Farinac. *quæſt.* 65. *num.* 246. Videtur vero quod Bictus in hoc caſu velit, quod cauſa obliuionis probetur. Sed Farinac. *d. n.* 246. & apud ipſum alij, ſolum requirunt, quod cauſa obliuionis allegetur, nec dicunt eam debere probare, ſed hoc eſt verum, quando teſtis ſe corrigit incontinenti. Dicunt etiam plures, quod teſtis nobilis poteſt ex interuallo ſe corrigere, quando agitur inter perſonas viles, & de modica cauſa. Panormit. *cap. præterea num.* 13. *de teſt. cog.* & ibi Felin. *num.* 13. Et idem dicitur de teſte notæ fidei, & auctoritatis, quod poſſit ſe corrigere ante tamen publicationem teſtium, & vbi iuret quod non fuerit allocutus cum parte. Gloſ. *in d. cap. præterea verſ. Incontinenti* & ibi Bald. *nu.* 4. Bictus *nu.* 48. Farinac. *n.*248. Id vero verificari non poteſt poſt teſtium publicationem, niſi ſi cauſa ſit modica, & inter viles perſonas. Farinac *q.* 66. *num.* 249. Vbi vero teſtis non velit ſe corrigere, ſed ſolum aliquid addere, poteſt hoc preſtare etiam ex interuallo, ſi teſtis id ſpõte facere velit, aut examinetur ex officio Iudicis, & non ad inſtantiam partis. Farinac. *nu.* 253. Bictus *q.* 47. *num.* 50. Sed tamen in hoc caſu non præſtatur teſti plena fides, vt ex Panorm. Butr.Felin.& alijs *in cap. præterea de teſt. cog.* Farinac. *d. num.* 263. Eliſeus *tract.* 5. *cap.*8. *num.* 12.

54. Tandem dicitur, quod licet correctio ex interuallo non tollat primum dictum teſtis, tamen ſemper illud debilitat,Innocent. *cap.præterea n.*2.*de teſt.cog.*& ibi Hoſtien.*n.*3.Panorm.*n.* 22. Felin. *n.* 10. Bordon. *in praxi cap.* 23. *num.* 8. Bictus *num.* 49. Vnde ex correctione facta ex interuallo non defertur iuramentum in ſupplementum Farinac. *d. q.* 66.*num.* 250. ſed etiam ſi correctio fiat in continenti, poteſt eſſe, quod debilitet aliquo modo dictum teſtis. Bordon. *d. num.* 8.

55. Poſt triduum autem à die depoſitionis non admittitur correctio, quia ſupponitur facta ex ſubornatione. Rota *in nouis deciſ.* 19. & *part.* 1. *diuerſ. d* 346. *num.*3. Farinac. *num.*238. Eliſeus *tract.* 5. *q.* 8. *num.* 22. Scroi *p.* 4. *cap.*11. *num.* 22. Sed nec intret triduum debet teſtis admitti ad ſe corrigendum ſi adſit probabilis ſuſpicio, quod teſtis alloquutus *ſit* partem, aut alios per quos pars potuerit certiorari, vel quod teſtis ex metu vel odio velit primum dictum corrigere; ſolum igitur admittitur ad ſe corrigendum, ſi ceſſet dicta ſuſpicio, & alleget, & probet rationabilem cauſam id faciendi. Panor. *in cap. præterea de teſt. num.* 3. & ibi Felin. *num.* 5. Scroi *d. num.* 22.

56. Tandem aduertendum, quod teſtis, qui ſecundi dicti contrarii primo reddit rationabilem cauſam, & legitime ſe corrigit, non poteſt torqueri ratione variationis, & contrarietatis vt aduertit Farinac. *quæſt.* 79. *num* 11. Bictus *quæſt.* 101. *num.* 14.

SVMMARIVM.

57 *Quæ requirantur ad falſitatem.*
Et quæ ſit pœna falſitatis. ibid.
58 *Teſtis falſus nihil probat.*
59 *Teſtis deponens de credulitate non eſt falſus, etiamſi deponat,id quod verè eſt falſum.*
Quomodo poſſit puniri. ibid.
60 *Qui deponit ſe vidiſſe, quod non vidit, & ſe ſcire, quod ignorat, eſt teſtis falſus.*
61 *Alij caſus, in quibus cognoſcitur aliquem eſſe falſum teſtem.*
62 *Quis ſit teſtis falſus in ordine ad punitionem, num.* 63. 64. 65. *&* 66.
67 *Et quis ſit teſtis falſus in ordine ad probandum.*
68 *Teſtis in vno falſus non probat in alijs.*
69 *Quomodo intelligendum ſit, quod teſtis in vno falſus cenſeatur falſus in omnibus, & ſeq.*
Opiniones variæ. ibid.
70 *Ad hoc vt teſtis non probet ſufficit, quod poſſit preſſumi falſus.*
71 *Teſtis falſus in aliquo pertinente ad cauſam, non probat in alijs.*
72 *Etiam ſi ſit falſus in aliquo aliqualiter non pertinere ad cauſam, non probat in alijs,*
73 *Teſtis falſus in aliquo nullo modo pertinente ad cauſam probare poteſt in alijs.*
Ad quid ſe extendat ius interogandi in Iudice. ibid.
74 *Explicatur quomodo falſitas in non ſubſtantialibus non tollat fidem teſtis in reliquis.*
75 *Teſtis periurus, & mendax pernicioſè, etiam extraiudicialiter, non probat, & amittit fidem.*
Quomodo teſtis falſus in modico non ſit falſus in totum. ibid.
Teſtis mendax ſine periurio non eſt totaliter excludendus. ibid.
76 *Quomodo teſtis periurus, & mendax aliquando totaliter non amitit fidem.*
Opiniones variæ ibid.
77 *Quis ſit teſtis periurus, & falſus.*

ARTICVLVS VI.

De Teſte Falſo.

57. FAlſitas tria requirit, ſcilicet dolum, mutationem veritatis, & quod alteri noceat, vt ex Anchar. Afflict. & Caualc. notat Scroi *part.* 4. *cap.* 10. *num.* 7. Præcipue vero requirit dolum, vt per DD. quos late refert Farinac. *quæſt.* 67. *num.* 77. Requiritur etiam, quod mendacium ſit pernicioſum, ſed ad hoc vt teſtis puniatur pœna ordinaria, neceſſe eſt, quod actu nocuerit, pœna autem falſi teſtis eſt pœna talionis *l.* 1. *ff. ad leg. corn. de fic.* Sylu. *v. teſtiſ. num.* 9. Tabien. *num.*9, Sed de iure Canonico

nico pœna falſi eſt depoſitio, & detruſit in monaſterium *c. ſi Epiſcopus* 50. *diſt.* Clar. §. *falſum n.* 19. Scroi *p.* 4. *c.* 10. *n.* 14. ſed effectu nõ ſequuto non habet locũ pœna orbirraria: ſicur nõ ponitur pœna ordinaria, qui deponit falſũ ad defenſam. Clar. *d.* §. *falſum* Farin. *q.* 67. *n.* 18. Guazz. *dec.* 28. *cap.* 18. *n.* 11. Vbi *num.* 2. dixerat, quod teſtis falſus ſolum in cauſa capitali punitur pœna talionis, & *num.* 5. quod in cauſa non capitali teſtis falſus punitur pœna falſi ordinaria *l.* 1. *ff. de falſ. cap.* 1. *nu.* 4. quod ſi inquiſitus fuit damnatus ad mortem, ſi ſine falſi teſtis depoſitione, inquiſitus erat conuictus. & non fuit damnatus ex vi falſæ depoſitionis, teſtis falſus non pœna mortis, ſed mitiori ponitur, & *num.* 8. quod in delictis non atrocibus, non ſequuto effectu, teſtis falſus nulla pœna punitur. Sed ad hoc vt teſtis non probet, ſufficit, quod mendacium potuerit nocere, & in hoc vera eſt ſententia Farinac. *q.* 76. *n.* 13. & 14 & Bordon. *c.* 34. *n.* 2.

58 Teſtem falſum nihil probare communis omnium eſt ſententia. Et hoc eſt verum ne dum, quia teſtis falſus eſt periurus, ſed quia mendax, & ex mendacio non probatur veritas. Et ideo teſtis falſus nihil probat in ea cauſa, in qua falſum deponit. Vnde nec probat ad torturam, nec ad inquirendum Farinac. *q.* 56. *n.* 188. & 189. Bordon. *cap.* 33. *num.* 6. Bictus *q.* 48. *nu.* 1. Scroi *part.* 4. *cap.* 10. *nu.* 1. Vnde nec probat contra alium falſarium. Farinac. *q.* 67. *num.* 60. nec ad pias cauſas Farinac. *num.* 61. & nec etiam ſi metu fuit coactus ad iurandum falſum, Farinac. *n.* 63. & nec in caſibus exceptis, Farinac. *q.* 56. *n.* 196. Sed ſi fuit falſus in vna cauſa, & tanquam falſus fuit damnatus, nec probat in alia cauſa *cap. ſi quis conuictus* 2. *q.* 5. & tradunt Innoc. & alij in *cap. Fraternitatis de haret.* Et hoc verum eſt etiam de teſte falſo conuicto, vel confeſſo, & non damnato. Anan. *in cap.* 1. *de crimin. falſ. num.* 18 Farinac. *quaſt.* 67. *num.* 59. Scuſ *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 1. Bict. *quaſt.* 48. *num.* 1. Bordon. *cap.* 34. *num.* 5. & teſtis falſus nec facit inditium ad inquirendum Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 1039. *n.* 10. Vnde ſententia data ex falſis teſtibus reuocatur. Videantur quæ ſupra *q.* 12. *a.* 16. dicta ſunt de teſte periuro.

59. Teſtis tamen deponens de credulitate; licet deponat id, quod verè eſt falſum, non eſt falſus, ſi ipſe credebat verum eſſe, quod depoſuit. Farinac. *q.* 57. *num.* 86. & 88. Bordon. *cap* 24. *numer.* 11. Bictus *quaſt.* 48. Et in hoc credendum eſſe teſti iuranti, quod fuerit motus ex cauſa credulitatis, dixerunt aliqui, ſed melius dicitur hoc eſſe iudici arbitrarium decernere, an credulitas fuerit probabilis Farinac. *q.* 67. *n.* 9. Bordon. *cap.* 33. *num* 13. Iden vix dari poterit caſus, in quo teſtis de credulitate damnari poſſit de falſo, cum credulitas ſit actus interior, & ipſe dicere poſſit, quod credebat verum eſſe, quod depoſuit, ſi tamen conuinceretur falſus, pœnam falſi non euitaret. Hunc tamen non puniri pœna ordinaria, quia teſtis de credulitate non eſt periurus, & quia non multum nocet, dixit Farinac. *in q.* 67. *num* 68. Sed verè, vel iſte teſtis non eſt falſus, ſi ipſe vere credebat verum eſſe, quod depoſuit, vel ſi ſciebat id eſſe falſum, & ſub iuramento depoſuit ſe credere id eſſe verum, & eſt falſus. & eſt periurus, & ex hac parte non minor pœna puniendus.

60. Pariter falſus teſtis eſt, qui tanquam à ſe viſum deponit, quod non vidit, vel tanquã à ſe ſcitum deponit, quod ignorat, etiam ſi in rei veritate ſit verum, id quod narrauit. Nam veritas negotij non excuſat teſtem falſa deponentem. Iſte enim falſus eſt, quia deponit ſe vidiſſe, quod non vidit, ſeù ſciuiſſe, quod non ſciuit, ideo ſi non pœna ordinaria ſaltem extraordinaria ad arbitrium Iudicis eſt puniendus.

61. Item falſus teſtis eſt, qui dolosè dicti ſui rationem non reddit, vel reddit inſufficientem Farinac. *num.* 221. & 222. Et qui doloſe dicit ſe non recordari eius, cuius verè recordatur, ſecus verò ſi probabiliter non recordatur, Farinac. *num.* 223. & 224. Item falſus eſt, qui deponit æquinoce, obſcure, & verſute, vt dictum ſuum producenti, non proſit, vel Reo non noceat. Farinac. *num.* 226. Sed & falſus eſt, qui referens alterius dictum, illud refert truncum, vel quod fuit abſolute dictum refert, vt dictum dubitatiue, vel recitatiuè, vel interrogatiue, vel illud refert in ſenſu alieno ab eo, in quo fuit prolatum malitioſe inculpans eum, qui dixit Penna *p.* 3. *com.* 122. Item cenſetur teſtis falſus, qui deponit contrarium eius, quod Reus confeſſus fuit. Caput. *p.* 3. *d.* 183. *n.* 6. & 7.

62. Diſtingui hic etiam debet teſtis falſus in ordine ad punitionem, & in ordine ad probandum. Nam ſaltem pœna ordinaria, imò aliquando nulla pœna puniri debet teſtis, qui ſine dolo, vel per errorem, vel per obliuionem falſum depoſuit. Farinac. *q.* 67. *n.* 81. Bordon. *cap.* 34. Imò in dubio præſumi debet teſtem depoſuiſſe per errorem, aut obliuionem, quia falſitas non eſt ſine dolo, & dolus non præſumitur. Farinac. *n.* 103. & 104. Et in antiquis ex curſu duorum, vel trium annorum inducitur obliuio, quæ etiam inducitur propter implicationem, & circumuolutionem negotij. Vndè eſt, quod in ruſticis, aut ſimilibus non ſagacibus præſumitur, quod non depoſuerint falſum ex dolo. Farinac. *n.* 78. & *ſeqq.* Carena *p.* 3. *c.* 6. *n.* 71. Bordon. *cap.* 34. *n.* 11. Sic etiam vbi ſumus in materia, quam teſtis non tenetur ſcire, ſi credat eſſe verum, quod de facto eſt falſum, ex huiuſmodi credulitate falſum à ſe iudicatum verum depoſuit, non punitur pœna ordinaria, imò nec extraordinaria ſi abſit omnis temeritas, & culpa. Et quia in communi ſermone homines præſertim minus experti, & indocti, dicunt ſe ſcire, quod à viro fide digno audierunt, non eſt puniendus vt falſus, qui deponit ſe ſcire id, quod à fide digno audiuit; quamuis ob nonnullam temeritatem, ſi adſit, poſſit puniri extraordinariè. Farinac. *q.* 67. *n.* 91. Bordon. *c.* 34. *n.* 14.

63. Si tamen teſtis ſit falſus in redditione cauſæ ſuæ depoſitionis aliàs veræ, vt quia falſo depoſuit ſe fuiſſe præſentem facto, vel illud vidiſſe, non poteſt fugere ad minus grauem pœnam extraordinariam. Farinac. *q.*67. *n.* 95. Carena *p.*3.*tr.*5.*n.*69. Bordon. *c.*34.*n.*15. Sic teſtis falſo deponens de ſua peritia, non poteſt puniri vt falſus, cum poſſit ſe excuſare dicendo, quod ſic credebat, ſicut depoſuit, ſi tamen de falſo conuincatur, non effugiet pœnam extraordinariam. Si etiam teſtis in ſua depoſitione iuuatur primordio veritatis à falſi pœna excuſatur. In dubio etiam teſtis non præſumitur falſus, & aduerſarius tenetur probare falſitatem, & maximè ſi teſtis ſit bonæ famæ, in quo præſumi poſſit potiùs error, & obliuio quam dolus Farinac. *q.*67. *n.*103.

64. Et falſitas eſt probanda, quando agitur de imponenda pœna ordinaria, vel corporali Farinac. *cou.* 50. *à num.*1. Quamuis ad pœnam pecuniariam extraordinariam ſufficiant præſumptiones ſecundam Farinac. *conſ.* 50. *n.*2. Scroi *p.* 4. *cap.* 10. *n.* 6. Bordon. *c.* 34. *num.* 5. Imò in criminalibus ad effectum, vt ſi teſtis falſus non probet, falſitas probari poſſe præſumptionibus, & coniecturis ex Aym. Bald. & Monticell. dixit Bict. *q.*48. *num.*4. Conuincitur vero teſtis falſus ex propria confeſſione, vel ſi in eodem, vel diuerſo iudicio contraria deponit, vel ſi plures teſtes deponant veritatem Boſſ. *in praxi tit.*51. *cap.*11. *num.* 83. Scroi *p.* 4. *cap.* 10. *nu.* 16. *vbi num.* 17. ait, quod falſitas teſtium probari poteſt per teſtes, qui interfuerunt eorum corruptioni, & ſubornationi. Et quod poteſt probari falſitas abſque eo, quod probetur pecunia data teſtibus, vel aliud medium per quod fuerunt corrupti. Et quod falſitas poteſt probari etiam poſt ſententiam. Et ex Chart. addit, quod ad torturam falſitas poteſt probari præſumptionibus. Sed quod in hoc numero dictum eſt de præſumptionibus non admittitur, niſi iudicia ſint talia ex quibus, prout iuris eſt, probatio ſit, vel ſemiplena, vel plena iuxta rei exigentiam.

65. Sed ſi duo teſtes ſint contrarij neutri creditur, imò vt teſtis probet contra producentem, & dictum illius præiudicet producenti, vel illi ad cuius fauorem depoſuit, non ſufficit, quod de falſitate conſtet per confeſſionem teſtis, vel extraiudicialem etiam in articulo mortis, vel iudicialem, ſed opus eſt, vt de falſitate aliundè conſtet. Farinac. *quæſt.*67. *n.* 110. Bictus *q.*48. *num.*20. Imo nec plures teſtes corrupti ad hoc ſufficiunt, vt ex confeſſione extraiudiciali præiudicent illi, ad cuius fauorem depoſuerunt. Farinac. *q.*46. *num.*57. Quod eſt verum nedum in cauſa ciuili, ſed & in criminali, niſi cum atteſtatione teſtis concurrerent tot coniecturæ valdè vrgentes, vt Iudex pro certa haberet falſitatem. Farinac. *q.*46. *nu.* 64. Quamuis in hoc caſu prima depoſitio teſtis debilitetur, & eius fides diminuatur. Farinac. *num.*65.

66. Et ad excludendum dolum, & excuſandum teſtem à falſitate omnis interpretatio facienda eſt, etiam impropriando verba, & etiam ſupplendo verba, vel ſubtrahendo. Huc uſque vero dicta comprobari poſſunt ex DD. *in cap. fraternitatis de hæret. & in cap.* 1. *de crimin. falſ.* Clar. §. *falſum*. Maſcard. *de probat. lib.*1. *concluſ.* 28. *& lib.* 2. *concluſ.* 188. *& concluſ.*746. *& lib.*3. *concluſ.* 363. & alijs pluribus, quos refert Farinac. *q.*67. *n.*77. *& ſeqq.*

67. Sed loquendo de teſte falſo in ordine ad probandum, hoc eſt certum; quod in eo, in quo eſt falſus etiam inculpabiliter, nihil probat. Sed pariter dicendum eſt, quod teſtis inculpabiliter falſus in aliquo nedum in depoſitionibus poſtea factis, ſed factis antea eſt fidei diminutæ, vt per Anan. *in d. cap. fraternitatis num.* 6. & ibi Arch. *num.* 2. Farinac. *q.* 67. *num.*102. Et ſi de falſitate non conſtat, niſi ex propria teſtis confeſſione, talis confeſſio non præiudicat producenti teſtem, in cuius fauorem depoſuit. Farinac. *q.*57. *n.*110.

68. Sed ad maiorem puncti huius euidentiam, videndum eſt, qualiter teſtis in vno falſus probet in alijs. Nam regula generalis datur, quod teſtis in vno falſus, cenſetur in omnibus, & ideo falſus in vno, non probat in alijs. Panormit. *cap. ex literis de fidei inſtrum.* vbi Fe.in. *num.*13. Innoc. *in d. cap. fraternitatis*, & ibi Io: Andr. Hoſtien. Anan. Panormit. Felin. Zabarell. Farinac. *q.*67. *num.*111. & cæteri DD. omnes. Quod eſt verum etiam de illis, quæ teſtis ante falſam depoſitionem depoſuerat. Contrarium in hoc ſenſit Bictus *q.*48. *n.*3. Sed non eſt recedendum ab illa ſententia, quia licet ex ſubſequenti falſitate, non probetur plenè, quod teſtis fuerit falſus in prioribus depoſitionibus, ita tamen de iure præſumitur, & præſumptiua probatio ſufficit ad excludendum teſtem, vt tamquam falſus non probet. Farinac. plures referens *q.*67. *n.* 150. *&* 153. Et ita quod nec per Principem fieri poteſt, vt teſtis in vno falſus non habeatur falſus in omnibus, niſi ſit Princeps omnino ſupremus, imo nec Princeps ſupremus poteſt ſtatuere, quod teſtis falſus non ſit fidei diminutæ, quia hoc eſt de iure naturæ, vel niſi de veritate alterius depoſitionis aliundè conſtet.

69. Sed hæc regula generalis explicatur primo, vt intelligi debeat de eo, qui dolosè, & culpabiliter eſt falſus in vno, tunc enim cenſetur falſus in omnibus. Felin. *cap. fraternitatis num.* 36. *de hæret.* Menoch. *de arbitr. q.* 23. *num.* 5. Farinac. *q.*67. *num.*114. Sed ſi teſtis in vno fuit inculpabiliter falſus multi voluerunt, quod habere ſit falſus in omnibus, dicunt enim, quod teſtis in vno falſus in totum reputatur falſus, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter. Pro qua ſententia quamplures refert Farin. *q.*67. *n.*141. contrarium tamen ſenſerunt Felin. *cap. fraternitatis n.* 22. Bald. *l. ſi ex falſ. n.* 15. *C. de tranſ.* Specul. Alex. & alij apud Farinac. *q.*67. *n.* 142. Menoch. *caſ.* 308. *n.* 1. Sed DD. parte opinio-

 nem

nes eam limitant, vt procedat ſolum quando teſtis nullam ſui erroris, aut ignorantiæ adducit excuſationem. Alias enim præſumitur, quod teſtis potius ſcienter non ignoranter depoſuerit falſum. Farinac. *nu.* 142. Sed per hoc concordatur vtraque opinio. Et ſic dicitur, quod ſolum ad excludendum dolum ſufficiat, quod teſtis adducat etiam rationabilem ſui erroris, aut ignorantiæ cauſam, & ſi teſtis hanc reddit, & eam probat; licet maneat aliqualiter fidei diminutæ in alijs, non tamen in totum excludi debet, ſed probat. Imò in iſto caſu datur teſti iuramentum, & iuramento teſtis creditur, quod ex iuſta cauſa motus fuerit ad ſic deponendum. Quamuis an iſta credulitas ſit excuſabilis arbitrio Iudicis ſit iudicandum. Farinac. *q.* 67. *n.* 89. Et ſic arbitrarium eſt Iudici videre in hoc caſu, an teſtis in totum ſit reijciendus. Eliſeus *tract.* 5. *q.* 9. *n.* 1.

70. Et inſuper aduertendum, quod licet adhoc vt teſtis euadat pœnam falſi in dubio præſumendum ſit non eſſe falſum, ex præſumptionibus enim nullus damnatur ſaltem in pœnam ordinariam, nihilominus quia adhoc vt teſtis non probet, ſufficit quod poſſit præſumi falſus, & ſit de falſitate ſuſpectus, ideo in dubio ad effectum probandi, teſtis potius ſcienter falſus præſumitur, & doloſus, & non probat. Farinac. *q.* 67. *num.* 145. Et ideo, in hoc Iudex arbitrabitur attentis qualitatibus perſonarum, & alijs circumſtantijs. Eliſeus *tract.* 5. *queſt.* 9. *num.* 1.

71. Secundo principaliter DD. explicant dictam regulam, vt procedat, quando teſtis eſt falſus in aliquo ſubſtantiali, vel ſubſtantialiter pertinente ad negotium, vel in circumſtantia proxima ſpectante ad cauſam; ſpectare verò ad cauſam dicitur, quod cauſæ adminiculatur directè, vel indirectè, vel quodcumque comprehenditur ſub iuramento, aut forma articulata; ſecus verò ſi teſtis ſit falſus in non pertinentibus ad cauſam, tunc enim teſtis falſus in aliquo ex iſtis non pertinentibus ad cauſam probat in alijs. Ita ſenſerunt DD. plures, quos refert. Farinac. *q.* 67. *n.* 158. vbi in ſequentibus hanc ſententiam pluribus declarat, & limitat, & ita ex modernis ſentiunt Bict. *q.* 48. *num.* 6. Scroi *p.* 4. *c.* 10. *num.* 8. Eliſeus *tract.* 5. *q.* 9. *n.* 1. Hæc verò diſtinctio licet ſit vtilis ad videndum, an teſtis falſus puniri debeat pœna falſi, & benè dicatur teſtem falſum in aliquo nullo modo pertinente ad cauſam non eſſe puniendum pœna ordinaria, ſed ſolum de periurio pœna ſtellionatus Farinac. *q.* 65. *n.* 160. Tamen ad effectum probandi alia diſtinctio datur.

72. Dicitur propterea, quod teſtis ſcienter falſus in vno ſimul & periurus in nullo probat, quia iuſtè in omnibus præſumitur falſus, & periurus, ex quo ſcienter in vno fuit falſus, & periurus; ideo teſtis, qui iurauit dicere verum in omnibus de quibus fuerit interrogatus, ſi ſit falſus etiam in aliquo impertinenti, cenſendum eſſe falſum in omnibus dixerunt Felin. *in cap. fraternitatis poſt num.* 23. *de heret.* Farinac. plures referens *queſt.* 67. *num.* 174. *vbi num.* 175. quod in dubio teſtis cenſeatur iuraſſe de dicenda veritate ſimpliciter, & in pertinentibus ad cauſam, non tamen de dicenda veritate in omnibus, quod tamen alij negant, ibi *num.* 176. *& num.* 177. addit, quod iuramentum emiſſum ſuper tota cauſa non trahitur ad impertinentia, ad quod tamen trahitur iuramentum emiſſum de veritate dicenda in omnibus de quibus fuerit interrogatus, & ideo qui ſimpliciter iurauit dicere veritatem, ex hoc non iurauit dicere veritatem in impertinentibus.

73. Sed tu dicas attendi debere ius interrogandi in Iudice, ad quid ſe extendat. Nam certè non extenditur ad omnino impertinentia, & nihil pertinentia ad cauſam, ſicut nec extenditur maximè in criminalibus, ad ea de quibus Iudex non potuit legitimè interrogare. Et in his teſtis interrogatus non tenetur reſpondere ad mentem interrogantis, & poteſt vti æquiuocatione, & amphibologia. Si ergo dicandum, quod iuramentum ſub quibuſcumque generalibus verbis emiſſum, etiam ſi quis iuret ſe dicturum veritatem in omnibus, de quibus fuerit interrogatus, ſemper reſtringitur ad legitimam interrogationem, & ex conſequenti ad ea, quæ aliquo modo ſpectant ad cauſam. Quod ſi teſtis iuret expreſsè ſe dicturum veritatem etiam in nullo modo pertinentibus ad cauſam, hoc iuramentum non eſt iudiciale, infra verò erit explicandum, qualiter periurus in vno extraiudicialiter dicto ſit habendus falſus in omnibus. Interim dicitur, quod teſtis falſus in aliquo nullo modo pertinente ad cauſam, nec poteſt dici falſus; quia potuit vti amphibologia, & quatenus ſit falſus, non eſt periurus, quia iuramentum etiam generalibus verbis expreſſum non ſe extendit ad impertinentia ad cauſam, de quibus nec poteſt legitimè interrogari. Et ideo ex hoc nón impeditur, quin probet in aliis, quia non eſt periurus. Quod ſi erroneè ſit falſus, & periurus, quia credens ſe teneri ad dicendam veritatem ex vi iuramenti præfati, nihilominus falſum ſcienter depoſuit, ſi de hoc conſtaret non probaret in aliis, quia verè eſſet ſuſpectus de falſitate.

74. Hinc eſt, quod illa communis concluſio, quod falſitas in non ſubſtantialibus non impedit teſtem, vt fidem faciat in reliquis, quam docuerunt Io. Andr. Hoſt. Anan. Zabar. Panormit. *d. cap. fraternitatis*, & alii plures apud Farinac. *q.* 67. *num.* 179. & ex modernis Bict. *q.* 48. *num.* 5. *&* 6. Scroi *p.* 4. *cap.* 10. *nu.* 8. 9. *&* 10. Eliſeus *tract.* 1. *q.* 9. *num.* 1. habet difficultatem, & explicari debet. Verùm enim aſt, quod huiuſmodi falſitas non tollit fidem in aliis ratione periurii, quia non eſt periurus, qui falſum deponit in iis, quæ nullo modo ſpectant ad cauſam. Item licet talis appareat falſus, non eſt tamen certò iudicandus talis, quia potuit vti amphibologia, & tandem quia tale

mrn-

mendacium non eſt pernicioſum. Et verum eſt, quod mendacium merè officioſum, quod non eſt, niſi peccatum veniale, non tollit fidem in alijs ſubſtantialibus, quia irrationabile eſt] præſumere, quod venialiter mendax velit eſſe mendax in ſubſtantialibus, in quibus notabile damnum infertur parti.

75. Nam falſitas tollit fidem, vel ratione periurij, vel ratione mendacij pernicioſi; Ideo vniuerſaliter teſtis periurus etiam extra iudicium, amittit fidem etiam in alijs de iure communi, quia non eſt certum illum dicere verum, qui ſemel peierauit. Et pariter mendacium pernicioſum etiam extraiudiciale tollit fidem; quia mendaci non eſt credendum. Ideo teſtis, qui etiam extra iudicium, & ſine iuramento fuit dolosè; & ſcienter mendax, vel in inſtrumentis, vel in teſtamentautis nō obſeruanit promiſſum iuratum per inſtrumentum, repellitur à teſtificando; vt enim aduertit Bordon. *c.* 33. *n.* 13. Iura repellunt teſtem falſum non ſolum ratione periurij, ſed ex falſitate, & mendacio pernicioſo, *cap. conſtituimus* 3. *quæſt.* 5. Vndè nedum indifferenter reprobantur periuri, qui ſunt tales extra iudicium *cap. quicumque* 6. *quæſt.* 1. *cap. ſi quis cap. paruuli* 22. *quæſt.* 5. ſed omnes falſi, & dolosè mendaces. Iuſtè enim præſumitur hos eſſe in omnibus de veritate ſuſpectos. Et ideo quicumque. vel eſt damnatus de falſo, vel confeſſus, vel conuictus reijcitur à teſtificando. Fariuac. *quæſt.* 67. *num.* 58. alios referens. Et ideo illa regula, quod falſus in modico non cenſetur falſus in totum Butr. *cap.* 2. *de regul.* & alij apud Farinac. *q.* 87. *num.* 162. quam tamen negant Bald. & alij ibidem relati *num.* 163. intelligi debet de modico, quod non ſufficiat ad mendacium pernicioſum. Sic quia ſæpè mendacium in nomine, cognomine, parentela, affinitate, vel Parochia non eſt pernicioſum, ideo tale mendacium, qui etiam procedit ſæpè ex inconſideratione], & obliuione non tollit fidem teſtis, niſi ſit adiunctum periurium; ſic ergo in his ſemper attendi debet, quod in ordine ad puniendum teſtem falſum multum valet conſiderare, vt teſtis ſit falſus, & periurus in ſubſtantialibus. Nam alias teſtis inutiliter deponens non punitur pœna ordinaria. Et tamen vlterius aduertendum, quod præſumptio falſitatis orta ex ſolo mendacio pernitioſo, ſine periurio, non eſt multum grauis ad excludendum teſtem in iudicio, quia non eſt omnino præſumendum, quod mendas ſine periurio velit etiam eſſe mendax in iudicio, in quo teſtis iurat, quia falſitas iuncta periurio eſt longè grauior, & delictum longè maius, quam falſitas ſimplex.

76. Quod etiam dicitur quod periurium & falſitas tollit fidem teſtis non poteſt intelligi omnino & ſimpliciter; nam teſtis contrarius eſt falſus & periurus, & tamen iura volunt quod ſtetur eius primo dicto, vt ſupra probatum eſt, aliquid igitur probat. Et ſic tertio limitatur dicta generalis concluſio, vt falſus in vno cenſeatur falſus in omnibus, præterquam in caſibus in iure expreſſis, in quibus falſus admittitur ſaltem vt teſtis diminutæ fidei. Et amplius quod falſus in vno cenſeatur falſus in omnibus depoſitionibus quas habuit, vel habebit poſt falſitatem, ſed in depoſitionibus, quæ depoſitionem falſam præceſſerunt, ſolum ſit fidei diminutæ, voluerunt Anan. *cap. Fraternitatis de hæret. num.* 6. & ibi Anchar. *num.* 2. Farin. *q.* 67. *num.* 102. Eliſeus *tr.* 5. *q.* 9. *num.* 1. Sed Farin. in hoc expreſsè ſibi contradicit *d. q* 67. *num.* 150. *&* 151. ex Clar. *q.* 43. Maſcard. *concl.* 159. *num.* 12. & alijs. Sed quidquid ſit de his, regularibus Iudicibus ſufficiat, quod teſtis falſus, ſi ſit ſuſpectus ſolum ratione ſimplicis falſitatis, poteſt ab illis admitti tanquam teſtis diminutæ fidei, vt probatum eſt ſupra *qu.* 12. *art.* 21. Vbi *num.* 130. dictum etiam eſt, quando admitti poſſit periurus.

77. An vero qui veritatem tacet ſit periurus, & falſus, certum eſt quod falſus eſt, qui aliquo ſenſibili ſigno falſum enunciat, vt veritatem aliam occultet, vt quia interrogatus falſo dicit ſe neſcire, vel non recordari. Sed licet qui merè negatiuè ſe habet non dicendo veritatem, propriè non dicatur dicere falſum, vnde non comprehenditur ſub ſtatuto ſpecialiter puniente dicentem falſum. Bart. *in* *l. de falſ.* *num.* 139. tamen in quocumque caſu teſtis poteſt & tenetur dicere aliquod verum, & dolosè illud tacet punitur vt falſus *cap.* 1. *de crim. falſi in* 6. vbi Panorm. *num.* 1. Anchar. *not.* 3. Socc. *num.* 2. *&* 3. & alij Penna *in direct. p.* 3. *qu.* 73. *com.* 122. Maximè ſi teſtis deponat veritatem obſcurè, aut dubitatiuè, & per malitiam, ſeù ſi non reddat rationem ſui dicti, vel relicta ſolida ratione reddat inſufficientem. Si tamen teſtis non iurauit niſi reſpondere ad interrogata, ſi non interrogatus de aliquo illud non deponit, non poteſt puniri vt falſus. Sed etiam ſi teſtis non iurauit dicere omnem veritatem, ſed ſimpliciter iurauit dicere veritatem, ſi fuit ſufficienter interrogatus, ſaltem in genere de veritate dicenda, & ita quod poſſit, & teneatur illam dicere, ſi dolo illam tacet punitur vt falſus. Ex hoc tamen quod teſtis non velit comparere, vt examinetur, non punitur pœna falſi, ſed pœna ſtellionatus. Farinac. *q.* 67. *num.* 234. *vbi num.* 235. hoc limitat, vt non procedat in teſte inſtrumentario rogato. Sed amplius ſi teſtis iurauit dicere veritatem, & poſtea ſe abſentat & ſubtrahit, qood poſſit puniri pœna falſi ex Boſſ. Caualc. & Bald. docet Scroi *p.* 4. *cap.* 10. *num.* 2. quia paria ſunt nolle dicere veritatem, & mentiri, & ſuga arguit falſitatem, ſed verè nolle dicere veritatem non eſt mentiri; & ideò in hoc caſu teſtis non poteſt puniri pęna falſi.

SVMMARIVM.

78 *Teſtis corruptus non probat, eſtque ſuſpectus de falſo.*

Quomodo dictum teſtis dicentis ſe fuiſſe cor-

ruptum faciat indicium ad torturam. ibid.

79 *Recipiens pecuniam etiam pro vero dicendo eſt ſuſpectus de falſo.*

Receptio pecuniæ non ſufficit ad inſligendam pœnam falſi ordinariam. ibid.

80 *Quis dicatur teſtis corruptus, & num. 81.*

82 *Qua pœna puniendus ſit corrumpens teſtes.*

Et qua pœna puniendus ſit ſubtrahens, & occultans teſtes. ibid.

Quid operetur ſubtractio, & occultatio in teſte. ibid.

Dans pecuniam teſti vt dicat verum non punitur pœna falſi. ibid.

83 *In quibus caſibus teſtis non dicitur corruptus, & num. ſeqq.*

ARTICVLVS VII.

De Teſte corrupto.

78. TEſtis corruptus promiſſione, pecunia, vel alia re non probat, & eſt ſuſpectus de falſo, & de eo poteſt accuſari *cap. 1. de teſt.* vbi Panormit. & alij *num. 2.* Felin. *num. 1.* Farinac. *q. 67. num.* 236. *cap. non ſanè 23. qu. 5.* Hic ergo teſtis in dubio præſumitur falſus. Et ideò ex hac ſola præſumptione receptionis pecuniarum tollitur fides teſtis, vt per Panormit. Hoſtienſ. & alios *d. cap. 1. de teſt.* Et ideò ex hac ſola præſumptione teſtis poteſt accuſari de falſo. Et ex illa poteſt torqueri, hæc tamen pecuniarum receptio non ſufficit ad damnandum teſtem pœna falſi ordinariam, ſed ſolum extraordinariam adminus quia pecuniam recepit Farin. *q. 67. num.* 237. Contra ſubornantem vero teſtes dicens ſe ſubornatum non eſt audiendus, cum ſit falſus, & periurus. Vnde nec facit indicium ad torturam, Farinac. *q. 45. à num. 1.* vbi *nu.* 8. quod ita in praxi ſeruatur. Sed quod dictũ teſtis dicentis ſe fuiſſe ſubornatum adiuncto adminiculo commodi reſultantis ad fauorem nominati faciat indicium ad torturam, ex Farin. *conſ. 33. num. 29. l. 1.* & Chart. *deciſ.* 70. *num.* 48. dixit Scroi *p. 4. c. 13. num.* 15. Et nihilominus idem Scroi *d. cap. 13. num.* 21. vult, quod qui fatetur ſe fuiſse pecunia corruptum, & falſum depoſuiſſe, huius confeſſionis nulla ratio habenda ſit ad finem procedendi contra principalem, pro quo prius cum iuramento depoſuerat, niſi aliunde conſtet de corruptela, & hoc eſt verum etiam ſi confeſſio ratificata ſit in tortura. Sed certum eſt, quod dictum teſtis falſi, & periuri non probat, nec facit indicium ad torturam, teſtis verò ſi depoſuit falſum in iudicio eſt falſus, & periurus. In caſu tamen in quo falſus, & periurus admitti poſſet in teſtem, adhuc non eſſet teſtis omni exceptione maior, nec ſemiplenè probaret; commodum verò quod ex falſa teſtis depoſitione & ſubornatione reſultauit ipſi ſubornanti, niſi aliunde conſtet de ſubornatione, non eſt adminiculum ſufficiens ad torturam in hoc caſu, quia ex illo commodo non probatur ſubornatio, aliter omnes teſtes deponentes ad commodum alicuius dicendi eſſent ſubornati. Et ſic in caſu iſto non conſtat de ſubordinatione, niſi ex dicto teſtes falſi, & periuri, quod non probat ſemiplenè, & ideò hoc dictum non ſufficit ad torturam contra ſubordinantem. Si tamen duo vel plures dicunt ſe fuiſſe corruptos, & corrumpens nihil releuans in contrarium retulerit Scroi *p. 4. cap. 13. num.* 7. exiſtimat quod faciant indicium ad torturam.

79. Nedum verò ſi teſtis recepit pecuniam pro dicendo falſo, vel occultando vero, ſed etiam ſi illam recepit pro vero dicendo, eſt ſuſpectus de falſo, & nihil probat & poteſt puniri, *l. 1. §. 1. de falſ. & cap. Non ſanè* 14. *q.* 5. DD. *in cap. 1. de teſt.* Vt tamen ſupra dicebatur hæc receptio pecuniæ non ſufficit ad pœnam falſi ordinariam inſligendam. Et ſic non ſufficit ad puniendum teſtem pœna capitali, etiam quod pecuniam recipiat in cauſa publica & capitali. Farin. *q.* 67. *num.* 241. vbi *num.* 244. tractat an teſtes huiuſmodi probent poſt ſententiam, & an ſententia ex his teſtibus lata veniat ſpe reſtitutionis reſcindenda.

80. Pariter teſtis corruptus dicitur, ſi accepta pecunia pro ferendo teſtimonio teſtis examinatus occultet veritatem, *l. 3. §. lege Iul. ff. de teſt.* Hic tamen teſtis probat contra inducentem, pro eo tamen probat, ſi fuerit inductus à parte aduerſa, Farinac. *q. 67. num.* 250. Si verò hic teſtis non ferat teſtimonium, punitur quidem, ſed non pœna falſi. Si etiam conſtet quod teſtis ante ſuam depoſitionem receperit pecuniam, præſumitur eum depoſuiſſe falſum, ſi ſimus in caſu dubio. Panorm. *cap. 1. de teſt. n.* 2. & ibi Aret. *num. 1.* Et ex eo quod teſtis recepit pecuniam poteſt de falſo accuſari. Et ſi teſtis recepit pecuniam poſt depoſitionem, dicitur etiam corruptus, ſi pecunia ante depoſitionem fuit conuenta, & præſumitur eam ex condicto recipere, & eſt valdè ſuſpectus de falſitate.

81. Eſt verò teſtis corruptus ſi accipiat pecũniam etiam à ſponte dante, aut ſi promiſſione corrumpitur, & vno corrupto teſte, & alij præſumuntur corrupti, & ex indicijs teſtium corruptio præſumitur. Teſtis etiam ſi vocatus teſtificari renuit, præſumitur ſubornatus. Barboſa *cap. ſuper eo num. 5. & cap. Dilectorum num. 5. de teſt. cog.* & alij ab eo citati. Et ſi teſtis citatus ad detegendam ſubordinationem fugiat, præſumitur falſum dixiſſe ex ſubornatione eius, cui aduenit commodum ex eius depoſitione, Scroi *p. 4. c. 13. num.* 17. Et Iudex ex officio teſtem corruptum poteſt expellere. Maſcard. *de prob. concl.* 1340. Farinac. *q. 67. à numer.* 252.

82. Pœna etiam falſi punitur corrumpens teſtes & ſubornans. Specul. *de teſt. §. 1. nu.* 39. Et in criminalibus corrumpens teſtes, punitur eadem pœna, qua puniendus eſſet is, contra quem teſtis fuit inductus, & corruptus, Simanc. Catt. *Inſtit. tit. 64. num.* 96. Peinna *in direct. p. 3. com.* 220. & corrumpens teſtes punitur, etiam

ſi non

ſi non ſit pars litigans, ſed tertius. Sed & ſubtrahens, & occultans teſtes præſumitur culpabilis *cap. Peruenit il* 1. *de teſtib. cog.* vbi Io. And. *num.* 5. Bellam. *num.* 6. Butr. *num* 3. Et vbi teſtis eſſet omni exceptione maior, hæc ſubtractio iuncto aliquo adminiculo ſufficit ad Rei torturam, ſi ſit facta ab illo. Boſſ. *tit. de falſ. num.*165. Scroi *p.*4. *c.*13. *num.* 16. ſed quidquid ſenſerit Hoſt. *in d. cap. Peruenit num.*1. *&* 2. hæc præſumptio non ſufficit ad conuincendum Reũ vt voluit Hoſt. quia non ſufficit ad hoc, vt Reus perdat cauſam, vt ex Felin. & Panorm. probet Boſs. *num.* 164. Sed neque hæc præſumptio transfert in Reum onus probandi ſuam innocentiam, vt voluit Farin. *q.*78. *num.*148. quia hæc ſubtractio facta à Reo, ſi ſit plenè probata, facit indicium indubitatum quod Reus ſit in culpa, et comiſerit delictum de quo inculpatur. Quod & voluit Scroi *d. num.* 16. ſed non crediderim, quod huiuſmodi ſubtractio faciat indicium indubitatum de crimine, quia Reus potuit ſubtrahere teſtem, non quia verè commiſerit, & velit occultare delictum, de quo imputatur, ſed quia timeat, quod teſtis manifeſtet aliud delictum, de quo non eſt inquiſitus, vel manifeſtet aliquod indicium delicti à ſe non commiſſi in Rei veritate, ex quo Reus innocens magis vrgeatur, & difficilior ſibi fiat probatio innocentiæ. Et ſic hæc conſequentia, ſcilicet, Reus inculpatus de homicidio ſubtraxit teſtem, ergo Reus eſt homicida, eſt valdè contingens, & non conuincit. Dans verò pecuniam teſti vt verum dicat, non punitur pœna falſi, imo forſan nullo modo punitur, & nullo modo punitur, qui dat pecuniam illi, qui ſine illa verum non vult deponere, vel dat pecuniam teſti vt detegat falſitatem, quam depoſuerat.

89. In multis etiam caſibus teſtis non dicitur corruptus. Primo quidem ſi ſolis precibus teſtis inducitur ad hoc, vt verum dicat. Nam alias ſi minis, amore, odio, precibus teſtis inducitur ad falſum dicendum eſt teſtis corruptus, & non probat, *cap. quoties de teſt.* vbi DD. Secundo ſi teſti, vt verum dicat, datur pecunia publicè & palam, Farinac. *q.*67. *num.* 269. Tertio ſi teſti datur pecunia pro expenſis in itinere, vel pro operibus omiſſis, *cap. ſtatutum de reſcript. in* 6. & DD. *in cap.* 1. *de teſtibus.* Maximè ſi teſtis nolit aliter deponere. Si tamen quod datur pro expenſis & operis ammiſſione excedit notabiliter expenſarum æſtimationem, teſtis cenſeretur corruptus. Quarto ſi nulla præcedente promiſſione, teſtis poſt depoſitionem pecuniam recipiat. Menoch. *de arbitr. caſ.* 310. hoc tamen caſu teſtis depoſitio debilitaretur, Farinac. *q.*67. *num.*278.

90. Quinto ſecundum aliquos, ſi teſti data fuit pecunia non vt ſic, vt & ſic ſpecialiter deponat, ſed generaliter vt ius dantis pecuniam commendatam haberet. Verum benè aduertit Farinac. *quæſt.*67. *num.*279. quod accipiens pecuniam non caret ſuſpicione falſi. Sexto etiam teſtis corruptus probat contra inducentem. Felin. *cap. licet cauſam num.* 7. *de probat.* Farin. *q* 67. *num.*280. & alij apud ipſum. Septimo teſtis corruptus probat etiam pro corrumpente, ſi inducatur ab eo contra quem fuit productus, per regulam *l. ſi quis teſtibus C. de teſtib.* Felin *cap.*1. *num.*1. *de teſtibus*, & ibi Aret. *num.*1. *&* 2. Dec. *num.*11. & Anan. Nell. Rom. & Onded. quos ſequitur Farin. *q.* 67. *num.* 250. *&* 281. qui *num.* 282. probat corrumpentem teſtem puniendum quidem eſſe, non tamen ex hoc perdere cauſam. Et ſupradictis conformia tradunt Bict. *q.*48. *num.*10. Eliſeus *tract.*1. *q.*9. *num.* 7.

SVMMARIVM

91 *Teſtis inſtructus vt verum dicat, probat.*
Si verò ſit inſtructus vt dicat falſum, non probat, & eſt ſuſpectus de falſitate. ibid.
Quomodo puniatur teſtis reuelans ſuam depoſitionem ante publicationem ibid.
92 *Quomodo poſſit induci teſtis ad iurandum id quod eſt verum, à teſte tamen ignoratum.*
Et quomodo quis poſſit inducere aliquem ad iurandum & deponendum ad ſui fauorem id, quod inducens ſcit eſſe falſum. ibid.
Teſtis bona fide deponens falſum ex quo ſequitur alteri damnum, ſi retractatio eſt alteri vtilis, tenetur retractare, ſi fieri poteſt ſine graui incommodo. ibid.
Secus vero ſi fieri non poteſt ſine graui incommodo. ibid.
Ad quæ ſe extendat hæc obligatio. ibid.

ARTICVLVS VIII.

De teſte inſtructo.

91. TEſtem inſtructum à parte vel à partis Aduocato non probare dicunt Spec. *tit. de teſte* §.1. *num.* 34. Maſcard. *de prob. concl.* 1358. imo præſumi inſtructum, ſi ante examen allocutus fuerit partem. Farinac. *quæſt* 67. *num.* 287. Sed hæc non ſunt vera, niſi vbi teſtis fuerit inſtructus, vt deponat falſum, vel occultet verum, non verò ſi bona fide teſtis inſtruatur, vt dicat verum. Felin *in cap. preterea de teſt. cog. num.* 12. Farinac. *q.* 67. *num.* 289. Imo Rebuff. *tract. de teſt. gloſ.* 7. *num.*42. admonet partem, vt antequam producat teſtes, ab illis ſciat, an & quid de negotio ſciant, & poteſt illis legere articulos, ſuper quibus examinandi ſunt, & deinde dare Iudici notulam articulorum, vnde benè inſtrui poſſunt teſtes, vt congruè deponant, & cauſam ſui dicti afferant, & vt clarè & apertè loquantur, Maſcard. *d. concl.* 1358. Addunt tamen aliqui, quod ſi teſtis fuerit inſtructus à parte, vt benè dicat, quid ſit notorium, videatur ſubornatus & non probet. Ita ex Felin. & Ripa, Farinac. *q.* 67. *num.* 291. & idem tradit Bict. *q* 48. *num.* 16. Eliſeus *tract.* 5. *q.* 9. *num.* 4. Sed non video huius aſſertionis fundamentum, nam in hoc caſu teſtis non inſtrui

ſtrui

ſtruitur, niſi vt congruè dicat veritatem. Quod ſi teſtis dicat ſe fuiſſe inſtructum, adhuc probat, quia hoc intelligi debet de inſtructione licita. Sicut ſi neget ſe fuiſſe inſtructum & fuit inſtructus, non per hoc eſt periurus, quia intelligi debet de inſtructione illicita, Farinac. *q.* 67. *num.* 292. Et quamuis teſtis inſtructus à parte ex hoc ſit ſuſpectus de falſo, ſi illicitè ſit inſtructus; & ideò non probet, non tamen reputatur falſus, niſi aliunde conſtet de falſitate. Campeg. Bald. & Roſred. quos ſequitur Farinac. *q.* 67. *num.* 289. Teſtis verò qui parti reuelat id, quod dicturus eſt à teſtimonio non repellitur, *cap. Dilectus de capell. Monach.* vbi Panorm. *col.* 1. Franc. *cap.* 1. *de elect. in* 6. Felin. *cap. fin. num.* 5. *de test.* & ideò vt dictum eſt cautela eſt, vt inducatur prius teſtis ad dicendum quid ſciat, ne habeat materiam variandi, Farinac. *q.* 67. *num.* 293. vbi *num.* 295. quod teſtis qui ſponte vtrique parti diuiſim ſe offert aliquid ſcire ad eius fauorem, vt producatur in teſtem, falſus apparet volens deponere pro vtraque parte, teſtis verò ante publicationem reuelans ſuam depoſitionem punitur. De his vide Specul. *tit. de teste* §. 4. *num.* 2. Panormit. *in cap. Fraternitatis num.* 13. *de test.*

92. Sed nunquid poteſt induci teſtis ad deponendum, & iurandum id, quod eſt verum ſed à teſte ignoratum? Reſpondetur quod poteſt inſtrui teſtis de illo, quod ignorat præbendo illi fundamenta veritatis, vt ſciat, quod ignorabat, & ſi prudenter iudicet id eſſe verum, & ſuppoſito quod ipſe ita iudicet, & cauſam ſuæ ſcientiæ reddere poſſit, ſicut tenetur, poteſt induci, vt teſtificetur. Sed manente in eo ignorantia veritatis, non poteſt induci ad teſtificandum, quia induceretur ad faciendum quod non licet Diana. *p.* 5. *tr.* 7. *reſol.* 10. Card. de Lugo *diſp.* 39. *num.* 20. Et in iure falſus teſtis eſt, qui deponit eſſe, quod neſcit eſſe; & tenetur ad reſtitutionem, à qua tamen liberatur dum poſtea ſibi conſtet de veritate ſuæ depoſitionis, quia per illam de facto nullum iniuſtum damnum intulit. Vt ex Nauar. *c.* 25. *num.* 41. aſſerit ibidem Card. de Lugo.

An verò quis poſſit inducere aliquem ad deponendum & iurandum ad ſui fauorem id, quod inducens ſcit eſſe falſum, ſed teſtis credit eſſe verum? Si hoc fiat ad hoc, vt inducens acquirat rem non ſuam, certum eſt eſſe illicitum, & iniuſtum, ſed ſi fiat ad hoc, vt inducens obtineat rem ſuam, quidquid in contrarium dixerint Card. de Lugo *diſp.* 39. *num.* 21. Et apud eũ Diana, & Petrus de Hurtado, dicitur id non licere, quia inducitur teſtis ad hoc vt adducat Deum in teſtem Rei falſæ, quod eſt contra reuerentiam diuinam, & intrinſece malum. Sanchez *tom.* 1. in Decal. *l.* 3. *c.* 8. *dub.* 1 *num.* 10. Suarez. *tom.* 2. *de Relig. l.* 2. *cap.* 14. *num.* 8. Vaſquez *de reſtit. cap.* 8. *d.* 1. *num.* 8. Pontius de Matr. *l.* 5. *cap.* 18. §. 8. *n.* 59. Azor *t.* 1. *l.* 11. *cap.* 11. *q.* 2. Duobus tamen ſeruatis poteſt hoc liceret. Primum vt inductio teſtis non fiat ad hoc, vt aliquis acquirat aliquid non ſuum, vel de iure ſibi non debitum, & nulli fiat præiudicium. Secundum vt non inducatur teſtis ad deponendum ita eſſe vel non eſſe, ſed ad deponendum ſe credere, vel exiſtimar ſic eſſe, vel non eſſe. Tunc enim depoſitio nec formaliter, nec materialiter eſt falſa. Card. de Lugo. *num.* 22.

Teſtis autem, qui bona fide per ignorantiam teſtificatus eſt falſum, ſi ex eius teſtimonio ſequitur alteri damnum, & retractatio eſt vtilis ad vitandum damnum, & fieri poteſt ſine graui incommodo, tenetur ſuam depoſitionem retractare. Et hæc obligatio nedum eſt ex charitate, ſed ex iuſtitia vniuerſaliter obligante quemcumque ad procurandum, quod ex ſua actione non proueniat alicui damnum. Sic qui inconſiderate applicuit ignem Rei alienæ, tenetur ex iuſtitia ignem eſtinguere, ne ex præterita ſua actione adueniat proximo damnum. In hoc tamen caſu non tenetur teſtis ſe rectractare cum graui ſuo incommodo, cum iniuſte nullum damnificauerit, neque rem alienam iniuſte vſurpauerit, & non retractando ſolum permittit alterius damnum. Hæc vero obligatio in teſte ſe extendit etiam dum eius depoſitio fuit male intellecta, vt ſi teſtis depoſuit de Petro, illa fuit intellecta de Paulo. Card. de Lugo *n.* 30. ſed ſi teſtis diſtincte & clare depoſuit in iudicio, & eius depoſitio fuit fideliter ſcripta à Notario, non video quomodo ex iuſtitia ad ſe declarandum teneatur, cum declaratio eius ſit notoria in Iudicio. Si tamen Notarius male intellexiſſet, & non ſcripſiſſet fideliter depoſitionem teſtis, teneretur ille veritatem ſui depoſitionis manifeſtare. Sed tamen ad id non teneretur ex iuſtitia, quia ipſe iuſtitiam non violauit. Et quod dicunt eum teneri ex officio, quidquid ſit an teſtis dicatur propriæ officialis publicus, hoc officium non obligat ex iuſtitia commutatiua, niſi ac hoc, vt teſtis non ſit falſus in præiudiciũ tertij, vel eius depoſitio iniuſte alium offendat, quod in propoſito non euenit, quia damnum non eſt ex depoſitione illius, ſed ex mala intelligentia aliorum, depoſitione teſtis clara, non ambigua, & vera exiſtẽte.

SVMMARIVM.

93. *Quæ ſit depoſitio dubia, & incerta.*
Quomodo probet teſtis deponens de ſuo iudicio, & ſcientia. ibid.
Depoſitio ambigua, dubia aut incerta non probat. ibid.

ARTICVLVS IX.

De teſte obſcurè, aut ſub dubio deponente.

93. DVbia, ſeu obſcura eſt teſtis depoſitio, ſi habere poteſt plures ſenſus. Incerta verò eſt ſi non concludat, ſic eſſe vel non eſſe, ſed poſſe eſſe, & non poſſe, vel ſi teſtis deponit per

verbum

verbum *dubito* vel per verbum *fortè* vel per verbum. *Prima facie*, vel *Si bene memini*, vel ni *fallor* (niſi addat claram & bonam ſcientiæ cauſam) vel ſi addit *Salua veritate*, vel ſi depoſuit alternatiue, niſi vtraque depoſitio tendat ad ad eundem finem, vt ſi dicat Titius percuſſit gladio, vel claui, vel ſi deponit per verbum *circa* tunc cum agitur de probatione certi & præciſi temporis, aut quantitatis. Vel ſi deponit per verba plus, vel minus, quia tunc non probat in eo, quod prætenditur plus vel minus. Et quando huiuſmodi depoſitio admittitur referatur ad modicum plus vel minus; non ad magnum, Vel ſi deponit per verba *mihi videtur*, vel *mihi non videtur*, vel ſi deponit *de videre ſuo* in materia per ſenſum percepcibili, aut ſi teſtis non reddat plenam & concludentem rationem ſui iudicij. Ideo teſtis qui deponit de iudicio ſuo non probat, quia teſtis debet factum ſincere narrare, non vero iudicare, & tamen ſi teſtis reddat proprij iudicij bonam & concludentem rationem, probat. Et idem dicitur de teſte, qui aliquid affirmat, vel negat ſecundum ſcientiam ſuam. Et idem dicitur de teſte qui deponit per verbum *credo*. Huiuſmodi igitur depoſitiones ambiguas, dubias, aut incertas non probare communiter aſſeritur. Farinac. *q.* 68. *num.* 1. *& ſeqq.*

94. Et nihilominus in illis, in quibus non cadit immediata cognitio per ſenſum, ſi concurrat cum depoſitione teſtis præſumptio iuris, tunc depoſitio ex præſumptione Iuris concludit præſumptiuè. Rota *p.* 2. *diuerſor. deciſ.* 9. *n.* 8. Item ſecundo; ſi depoſitio ambigua in quolibet intellectu probat intentionem producentis, admittitur & bona reputatur. Domin. in *cap.* 1. *de pact. in* 6. Item tertio depoſitio ambiga adhibitis interpretationibus in iure approbatis in ſuo iuridico intellectu benè probat.

95. Nam quando alias teſtes non ſunt ſuſpecti eorum depoſitiones non cauillandæ, ſed potius coadiuuandæ ſunt. Prob. ad Io. Monachum *cap.* præſentium *num.* 30. de teſtibus & teſtium dubia verba in benigniorem ſenſum ſunt accipienda. *cap. cum te de teſt.* & ibi Gloſſ. in verbo benignè. Hoſt. & Panormit. Ita tamen quod verba in propira ſignificatione ſunt accipienda, & ſic in concurſu interpretationum propria præferri debet; quamuis ſi ex propria interpretatione non ſequitur probatio, quæ tamen ſequitur ex impropria, hæc præferatur, ſi tertio non præiudicat. Propria vero interpretatio, in qua verba ſumi debent eſt illa, quæ eſt vulgaris, & in vſu loquentiũ, & iuxta populi intelligentiam, non verũ ſecundum iuris peritorum intelligentiam, quam regulariter teſtes idiotæ ignorant. Felin. *cap. cum tu num.* 19. *de teſt.* Teſtium etiam dicta pro cauſa fauorabili, vt puta pro dote, Religione & libertate, interpretari debent. *Specul. tit. de teſt.* §. 1. & vt potius ſonent in factum quam in Ius Prob. ad Io. Monach. *cap.* Præſentium *num.* 33. *de teſt.* Teſtis etiam depoſitio dubia in vna parte declaratur per aliam partem depoſitionis; imo ex alterius teſtis depoſitione declaratur, & ex ſubiecta materia, aut articuli interpretationem recipit, & ex inſtrumentis, & alijs ſcripturis. Vbi vero interpretatio non ſit contra aliquam iuridicam, & legitimam interpretationem, ex ſingulis prætatis ſumptam, teſtium dicta dubia contrà producentem ſunt interpretanda. In criminalibus verò fieri ſemper debet interpretatio pro excluſione delicti. Videatur Farinac. *q.* 68. *num.* 45. *& ſeqq.*

96. Itaque teſtis obſcurè, aut ſub dubio deponens non probat, *cap.* in præſentia de probat. Et Iudex poteſt, imò debet teſtes obſcurè deponentes interrogare, toties, quoties opus fuerit, vt depoſitiones ſuas interpretentur *l. vbicumque vimari ff. de inter act. cap. Iudicantem* 30. *q.* 5. *cap. cum Ioannes de fide Inſtrum.* Et quod confuſe deponens iterum examinandus ſit, habetur expreſsè *cap. cum. clamor de teſt. & obſeruat.* Eliſeus *tract.* 5. *q.* 10. *num.* 1.

SVMMARIVM.

97 *Quomodo deponat, & probet teſtis de credulitate.*

98 *In quo ſenſu ſit vera illa regula generalis quod,* ſi teſtis reddit bonam & concludentem cauſam ſui dicti, probat.

99 *Teſtis de credulitate probat contra producentem, & ad defenſam.*

100 *In caſibus difficilis probationis ſufficere poteſt probatio per teſtes de credulitate.*

101 *Artifex non tenetur reddere rationem ſui dicti, vbi agitur de peritia artis.*

102 *Confeſſio partis illi preiudicat.*

103 *Teſtes de credulitate faciunt indicium, & præſumptionem.*

104 *Teſtes de credulitate probare poſſunt ad torturam, & pænam extraordinariam.*

105 *Sententia lata ex depoſitione teſtium de credulitate quando tranſit in iudicatum.*

ARTICVLVS X.

De teſte, de credulitate, aut iudicio proprio.

97. TEſtis de credibilitate vel deponit de illo, quod per ſenſum cognouit, vel de eo, quod per ſenſum externum non potuit percipere, vel non percepit, Si teſtis id, quod per ſenſum percepit, deponit per verbum *credo*, vel per verbum *videtur* non probat, ſed eſt falſus ſaltem quantum ad modum deponẽdi; teſtis enim, vt probet, debet deponere veritatem facti per ſenſum corporeum, quæ verò ſenſu percipiuntur, certò cognoſcuntur, & non creduntur, aut opinantur, ſed videntur, & certò ſciuntur. Ideo falſus eſt teſtis, qui non fatetur ſe ſcire, ſed credere id, quod vidit aut per ſenſum percepit. Ideo in hoc ſenſu ſine aliqua

limita-

limitatione vera eſt Regula generalis, quod teſtis de credulitate nõ probat, quamuis teſtes ſępe accipiant verbum *credere* pro verbo *ſcire* vnde & dicunt ſe credere, quia viderunt, & tunc probant, ſicut ſi prius dixerint *ſe vidiſſe*, & poſtea dicunt *ſe credere* non ſunt contrarij, quia accipiunt credere pro ſcire, & vt credere importat iudicium certum, & indubitatum. Farinac. *q.* 88. *num.* 102.

98. Sed ſi teſtis de credulitate deponit de eo, quod vel non potuit per ſenſum percipere, vel non percepit, vel ſaltem plene, & perfecte non percepit, hoc poteſt contingere, vel quia factum ſit antiquum, aut in loco alieno, & diſtanti habitum, aut quia non fuit perfectè perceptum per ſenſum, aut ex perceptis per ſenſum per diſcurſum colligitur, & in hoc caſu intrat alia Regula generaliſſima, & ſine limitatione vera, quia ſcilicet, ſi teſtis reddit bonam, & concludentem cauſam ſui dicti, probat, ſecus non probat, & dum probat tantam probat quantum valet ratio ſuæ credulitatis, aut iudicij. De illis enim, quæ teſtis proprio ſenſu non percepit, non poteſt teſtis deponere, niſi, quia illa ab alio audierit, aut de illis extet fama, vel illa per bonam conſequentiam deducantur ex ſenſu proprio perceptis. In his ergo caſibus tantum probat, quantum probat teſtis de auditu, vel fama, vel diſcurſus, & ratio ſeù conſequentia ex ſenſu perceptis deducta.

99. Hinc dum dicunt DD. quos ſequuntur Farinac. *quæſt.* 68. *num.* 75. & Barbol. *cap. quoties de teſt. num.* 16. quod teſtis de credulitate probat contra producentem, non poteſt eſſe verum, niſi in ſenſu proximæ Regulæ, quia credulitas temeraria nunquam aliquid probare poteſt apud Iudicem iuſtum, ac prudentem; eſt vero temeraria credulitas, quæ ſuper bona ratione non eſt fundata. Pariter dum DD. dicunt teſtes de credulitate probare ad defenſam, eodem modo intelligi debet de teſtibus reddentibus rationem ſui dicti, quidquid in contrarium ſentiat Farinac. *quæſt.* 68. *num* 79. quem ſequitur Bichus *quæſt*, 49. *num.* 17. quia vt dictum eſt, credulitas non fundata in ratione eſt temeritas, quæ non probat, quamuis verum ſit, quod ad defenſionem minor probatio ſufficiat, & ideo contingere poſſit, quod teſtis de credulitate ſufficiat ad defenſam, qui non ſufficeret pro Fiſco. Nam & vbi preſumptiua probatio habetur pro vera, & concludenti ſufficere poſſunt teſtes de credulitate, ſi preſumptiuè probent Farinac. *quæſt.* 68. *num.* 83. Qui propterea facilius admittuntur in antiquis, & in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, vt in probatione adulterij, & ætatis, & valoris, vt explicat Farinac. *à num.* 105.

100. Idem eſt dicendum in caſibus difficilis probationis, in quibus DD. dicunt teſtem de credulitate probare. Non enim probant niſi quantum probat ratio credulitatis, quam adducunt, licet in his caſibus ſufficiat minor probatio, & ſic poſſit contingere, quod in caſibus difficilis probationis ſufficiat probatio per teſtes de credulitate, quæ in alijs non ſufficeret.

101. Vbi etiam de peritia artis agitur non teneri artificem puta medicum reddere rationem ſeù dicti, quia iſti in hoc non ſunt teſtes, ſed Iudices aſſerunt plures, quos ſequitur Farinac. *quæſt.* 68. *num.* 97. *&* *quæſt.* 70. *num.* 102. ſed vbi agitur de facto perceptibili per ſenſum & iſti tenentur iurare, quod ita ſit, & non tantum, quod ipſi ita credant.

102. Confeſſio etiam partis illi pręiudicat, etiam ſi fiat per Verbum credo. Panormit. *cap. quoties num.* 8. de teſtibus. Farinac. *quæſt.* 68. *num.* 99.

103. Quando etiam dicunt DD. quod teſtes de credulitate, licet non plene probent, faciunt tamen indicium, & aliqui volunt, quod faciunt indicium indubitatum, hoc non verificatur niſi ſecundum præfatam Regulam, vt probent iuxta efficaciam cauſe credulitatis, quam reddunt, quæ ſi ſit proxima, & per neceſſariam cõſequentiam concludens teſtes plene probant; ſi verò ſolum ſit probabilis, & præſumptionem faciat, ſolum præſumptionem faciunt, & ſi ſit remota, & valde contingentem conſequentiam inducens, nihil etiam concludunt. Inde eſt, quod vbi aliqui DD. dicunt neceſſe eſſe, quod teſtes de credulitate dicant, ſe firmiter credere, & quod in earum conſcientia non dubitant, vt voluit Scroi *part.* 4. *cap.* 8. *num.* 12. apparet hoc non eſſe neceſſarium, quia teſtis non probat ex ſuo iudicio, ſed ex rei veritate. Sufficit igitur, quod teſtes dicant ſe ita credere, & cauſam ſuæ credulitatis ſufficientem reddant, quam ſi non reddunt, non probant, etiam ſi dicant ſi firmiſſimè credere, quod dicunt, & è contra ſi reddunt cauſam concludentem, & hæc ſit in iudicio probata, & non dubitatiue aſſerta, probant, quantum probat ratio adducta, quia tunc rei veritas ex facto vero, & abſolutè aſſerto probatur.

104. Sed numquid teſtes de credulitate nihil omnino probant? Bordon. *in praxi càp.* 27. *num.* 16 vult, quod teſtimonium credulitatis probet ad inquirendum, non vero ad torturam, vel ad puniendum. Si tamen ex adminiculis credulitas tranſeat in ſcientiam teſtis, & teſtes ſint plures, putat illos probare ad pœnam extraordinariam. Sed non eſt diſcedendum á Regula data, & videndum quantum valeat ratio, quam teſtes reddunt de credulitate, quæ poteſt eſſe talis, vt ex ea plures teſtes nedum probent ad torturam, ſed etiam ad pœnam ſaltem extraordinariam, & poteſt eſſe tam friuola, vt nec valeat ad inquirendum niſi inquiſitione generali.

105. Sententia autem lata ex depoſitione teſtium de credulitate in caſibus, in quibus non probant, non tranſit in iudicatum, & ſemper poteſt ex alijs teſtibus retractari. Farinac. *quæſt.* 68. *num.* 117. Bordon. *cap.* 27. *num.* 16. Eliſeus *tract.* 5. *quæſt.* 10. *num.* 5.

SI M-

SVMMARIVM.

106 *Teſtis de auditu alieno in criminalibus non probat, nec præſumptionem facit.*
Adiuncto tamen adminiculo, ſeu fama indicium facit, & perſumptionem. ibid.
Opiniones variæ. ibid.
107 *In multis caſibus teſtis de auditu probat. num. 108. & 109.*
Et quando probet. ibid.
110 *Quæ conditiones requirantur ad hoc, vt teſtes de auditu probeat. & ſeq.*

ARTICVLVS XI.

De Teſte de auditu alieno.

106. HVnc non probare præcipuè in criminalibus habetur *ex cap. licet ex quadam de teſt.* vbi DD. Hic enim teſtes non facit euidentiam, ſed fidei fallaci eius, à quo audiuit, innititur. Et ideo nec propriè eſt teſtis, & maxime in criminalibus, in quibus huiusmodi teſtes, nec faciunt præſumptionem. Farinac. *q.* 8. *n.* 9. Bictus *q.* 49. *num.* 24. & ita quod vix faciat indicium ad capturam. Farinac. *q.* 69. *num.* 10. *& ſeqq. vbi num.* 26. quod nec duo huiusmodi teſtes faciunt indicium ad torturam; *& num.* 18. quod nec in crimine aſſaſſinij duo tales teſtes ſine alijs adminiculis ad torturam ſufficiunt. Fama tamen concurrente, licet teſtis de auditu non probet plenè, inducit tamen vehementem, ſeu violentam præſumptionem. *Gloſſ. in cap. tam literis de teſtibus*, & alij DD. quos refert Farinac. *q.* 69. *num.* 25. quod non credo niſi fama ſit adminiculata, & legitime probata. Nuda enim fama eſt indicium valde leue, & remotum, & fallax. Et licet aliqui voluerint, quod teſtis de auditu faciat talem præſumptionem, quæ inducat onus probandi in aduerſarium, tamen hoc optimis rationibus reprobat Farinac. *q* 69. *num.* 34. & vere ſic eſt, quod non facit niſi leuem præſumptionem, & ſuſpicionem, quæ tamen adiuuat alias probationes, vt cæteris paribus præferatur illa, pro qua eſt teſtis de auditu; Vnde procul dubio falſa eſt illorum opinio, qui dicunt teſtem de auditu alieno facere ſemiplenam probationem, niſi adſint alia adminicula. Farinac. *q.* 69. *num.* 41. Bordon. *cap.* 29. *num.* 16. *vbi num.* 13. quod teſtis de auditu etiam ſi dicat audiuiſſe Titium iactantem ſe commiſiſſe aliquod delictum, nec contra illum probet ad torturam, quia non deponit ex certa ſcientia niſi de iactatione, at vero de delicto non deponit, niſi ex auditu, & ſimilia habet. Farinac. *num.* 154.

107. In multis verò caſibus dicitur teſtem de auditu probare. Primo, ſcilicet, ſi adſint alia adminicula. Verum hoc non admittitur, niſi in caſibus, in quibus, vel ſufficit præſumptiua probatio, vel indicia alia probent, Farinac. *num.* 46. & ſic in hoc caſu ponderanda eſt efficacia adminiculorum; quod eſt Iudicis arbitrarium, vt videat an ex illis conſurgat plena probatio. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 475. *num* 1. *q.* 19. *&* 21. Secundo admittuntur teſtes de auditu in delictis occultis, & difficilis probationis. Verum neque in hoc caſu teſtes de auditu plenè probant, niſi iunctis alijs adminiculis. Farinac. *num.* 52. Et adhuc ſi difficultas probationis ita ſit ex negligentia actoris, tunc non eſt ſubueniendum ei qui ſe anguſtauit, nec teſtes de auditu admitti debent. Panormit. *cap. ex quadam num.* 3. de teſtibus Difficilis vero probatio cenſetur eorum, quæ eueniunt tempore peſtis. Si tamen loquamur de illis caſibus difficilis probationis, qui ſunt tales ratione antiquitatis, teſtes, qui ab antiquioribus audierunt probare etiam ſine adminiculis controuerſum fuit, ſed vbi agitur de graui preiudicio, nec etiam in antiquis creditur teſtibus de auditu, niſi adiuncta fama, & adminiculis; vbi vero agitur de præiudicio non graui, adhuc vix faciunt ſemiplenam probationem. Farinac. *q.* 69. *num.* 135. Tempus autem antiquum communiter dicitur eſſe centum annorum. Quamuis praxis. Rotæ ſit, vt tempus antiquum ſit tempus ſexaginta annorum, dempto tempore litis, vt teſtatur Caputaq. *part.* 3. *dec.* 5. *num.* 3. & refert Farinac. *num.* 145. Nam vbi agitur de tempore immemorabili, nec tempus centum annorum dicitur immemorabile, ſic ergo teſtes de auditu in caſibus occultis, & dificilis probationis admittuntur, ſed non probant, vel ad torturam, vel ad pœnam extraordinariam, niſi nominent auctorem, & iuncta fama, & adminiculis in terminis *cap. præterea de teſt.* Farinac. *q.* 69. *num.* 52. Carena *part.* 3. *tit.* 6. *num.* 14.

108. Tertio admittuntur teſtes de auditu vbi modica ſcientia ſufficit, vt in cauſa denunciationis Farinac. *q.* 69. *num.* 54. Quod ego intelligo, quia ad denunciandum ſufficit, quod denuncians factum audierit. Quarto vbi non agitur de alicuius præiudicio, & ſic nihil eſt, quod impediat fidem teſtimonij de auditu. Add. ad Rotam *deciſ.* 8. *alias* 117. *de teſt. in nouis*. Quinto in caſibus, in quibus admittuntur teſtes de credulitate. Farinac. *q* 69. *num.* 62. ſed non credo eſſe eandem rationem, ſed longe diuerſam, quidquid in contrarium dixerit Bordon. *cap.* 29. *num.* 15. Teſtis enim de credulitate ſepe reddit ſuæ credulitatis concludentem rationem fundatam in eo, quod vidit, & ideo admitti debet, ſed ſi pro ratione ſui dicti non adducit, niſi quod audierit, illi non creditur, niſi alias ſimus in caſu, in quo aliqua fides præbetur teſti de auditu.

109. Ideo nec admittitur, quod ſexto dicitur, ſcilicet, quod ad defenſionem auditur teſtis de auditu, eo quod teſtis de credulitate admittuntur ad defenſam; quia neque in hoc caſu creditur teſti de credulitate, niſi adducat cauſam ſufficientem ſuæ credulitatis. Hæc vero non eſt, quia ab aliquo audierit, quod deponit, niſi alia adſint adminicula, vel ſimus in

caſu particulari, in quo audiatur teſtis de auditu. Quamuis facile ſit, quod ad hoc valeat teſtis de auditu, vt diminuat fidem teſtium examinatorum, pro fiſco, & illam turbidam reddat, & ſic adiuuet ad defenſam. Septimo teſtes de auditu probant contra Fiſcum, & contra producentem illos, ſi producitur depoſitio teſtis. Farinac. *q*, 69. *num*. 57. & Bict. *q*.49. *num*. 16. Sed hoc non placet Eliſeo *tract*.5. *quæſt*.10. *num*. 6. Et vere ad agendum criminaliter contra producentem non probant, licet ſi producta depoſitione teſtium producens illam approbat, probent aliquo modo contra illum in cauſa, ad quam producti fuerunt iuxta dicta *ſup. q. artic. num*. Multi alij caſus adducuntur, in quibus in ciuilibus teſtes de auditu admittuntur.

110. Verum vt teſtes de auditu taliter qualiter probent, plures conditiones requiruntur, vt videre eſt apud Farinac. *q*. 69, & Bictum *q*. 49.& Scroi *part*. 4. *cap*. 9. Primo quidem, vt dicant, à quibus audierunt, ideo non probat teſtis, qui vel interrogatus dicit ſe non recordari, à quibus audiuerit, vel non interrogatus non exprimit à quibus audierit. Farinac. *q*. 69. *num*. 78. Secundo requiritur, vt plures ſint illi, à quibus teſtis dicit ſe audiuiſſe *cap. licet ex quadam de teſt*. Et ibi Gloſſ. *in v. ab vno*. Maſc. & alij. Niſi ille, à quo teſtis audiuit, ſit ille idem, qui actum geſſit. Nec eſt etiam neceſſe, quod illi plures, à quibus teſtis audiuit, ab alijs pluribus audierint, alias eſſet proceſſus in infinitum, & ſufficit nominet aliquem ex illis, à quo audiuit, & dicere ſe ab alijs etiam audiuiſſe, ſi tamen iſti ſint auctores, ſecus ſi non ſint auctores; nam tunc plures tenetur nominare. Farinac. *q*. 67. *num*. 83. Tertio requiritur, vt perſonæ, à quibus teſtis dicit ſe audiuiſſe, ſint perſonæ graues, fide dignæ, & omni exceptione maiores. Nam alias non debetur maior fides copiæ, quam originali. *cap. licet ex quadam de teſt*. vbi Gloſſ. *v. nec ab infamibus*. Hoſt. & alij. Et idem teſtis plures debet nominare, à quibus audierit modo ſupradicto, vt appareat, an illi ſint fide digni. Quarto requiritur, vt illi, à quibus teſtes de auditu dicunt ſe audiuiſſe, ſint eædem perſonæ, à quibus quilibet eorum audierit, aliter teſtes de auditu diuerſi in auctoribus, à quibus audierunt, ſunt ſingulares, & non probant ſecundum Gloſſ. *in cap. licet ex quadam de teſt. v. ab vno*; Et ibi Panormit. & alij. Quando tamen ſinguli teſtes dicunt ſe audiuiſſe à pluribus, quos nominant, licet illi plures, à quo vnus audiuit, ſint alij ab illis, à quibus alter teſtis audiuit an probent eſt controuerſũ, & ab alijs aſſertũ, & ab alijs negatũ. Farin. *q*. 69. *n*. 90.

111. Quinto adhoc vt teſtes de auditu probent neceſſe eſt, quod illi, à quibus audierunt ſint mortui. Nam ſi ſunt viui illi debent examinari, quod ſi non ſit, non modica oritur ſuſpicio contra illum, qui teſtes produxit, & tunc teſtibus deponentibus de auditu fides tollitur, vt nec faciant præſumptionem. Menoch. *de arbitrar. lib*. 2. *caſ*. 475. *num*. 6. Sexto requiritur; vt teſtes de auditu ſint plures nec ſufficit vnus. *Cap. licet ex quadam de teſt*. Septimo, quod ſint fide digni, & omni exceptione maiores *d. cap. licet ex quadam*. Octauo requiritur, quod teſtes id quod deponunt, audierint ante motam litem, aliter nec faciunt præſumptionem, niſi teſtes dicant alibi, quam vbi lis mota eſt audiuerint, quod deponunt. Nono teſtes debent dicere, quod intellexerunt, & credunt id, quod audierunt *cap. ex quadam de teſt*. & ibi Hoſtien. Decimo non vni teſti de auditu credendum eſt, ſed plures eſſe debent *d. cap. licet ex quadam*. Et vndecimo, quia probatio per teſtes de auditu eſt fragilis, ſuſpecta, & facile proſternibilis, ideo ſi in aliquo deficiat, nihil producentem iuuat. Farinac. *q*. 69. *num*. 101. Et tandem duodecimo dicas, quod licet arbitrarium ſit Iudici videre quantum probent teſtes de auditu Menoch. *de arb. l*. 2. *caſ*. 475. *num*. 1. *&* 23. tamen in criminalibus hæc eſt generalis Regula, quod teſtes de auditu, nec etiam præſumptionem faciunt niſi leuem, vt per DD. quos ſequitur. Farinac. *q*. 69. *num*. 9. Quamuis adiunctis adminiculis in caſibus difficilis probationis, & ad defenſam, vt ſupra dictum eſt aliquo modo probent, nunquam tamen ad pœnam ordinariam.

S V M M A R I V M.

112 *Quæ deſtinguantur in obiecto auditus.*

113 *Quomodo verificetur, quod teſtes de auditu plene probet.*

114 *Quæ dicuntur de auditu reſpectu proprij obiecti verificantur de alijs ſenſibus externis.*

115 *Sola depoſitio de auditu non probat, quando ad probationem facti non ſufficit obiectum vnius ſenſus.*

116 *In criminalibus teſtes de auditu non ſunt integri.*

In ciuilibus aliquando ſunt integri. ibid.

117 *Quid ſit dicendum de teſtibus cortinatis, ſeu retro parietem audientibus. & ſeq.*

118 *Teſtis de auditu plene probans, probat etiam viſibile, ſi inter viſibile, & audibile datur neceſſaria conexio.*

119 *Quod non ſequitur ſi inter viſibile, & audibile non ſit neceſſaria conexio.*

120 *Teſtes, qui audiunt, & non vident non probant viſibile factum ab eis non viſum.*

121 *Opiniones variæ.*

122 *Si viderunt perſonam ingredientem, & habeant notitiam illius vocis, probant etiamſi non videant illam actualiter loquentem.*

123 *Quomodo teſtes cortinati in criminalibus probare poſſunt.*

124 *Quando delictum conſiſtit in viſibili teſtes cortinati non probant.*

125 *Arbitrarium eſt Iudici videre quantum probent teſtes de auditu in iis, quæ ſunt viſibilia.*

126 *Teſtes cortinati ex induſtria, & ad cautelam poſiti probant.*

ARTICVLVS XII.

De Teſte de auditu proprio.

112. IN obiecto auditus diſtinguitur id, quod eſt formale, & proprium illius in eſſe ſenſibilis, & id quod eſt ex inſtitutione humana, & quod eſt ſignificatum per ſonum. Nam proprium obiectum auditus eſt ſonus ſenſibilis qui ex inſtitutione eſt impoſitus ad hoc, vel illud ſignificandum, auditus autem reſpicit proprium obiectum auditus, qui eſt ſonus; & ideo ille eſt teſtis de auditu proprio, qui deponit ſe audiuiſſe talem, & talem ſonum, aut vocem, aut ſermonem ſenſibilem; ſed quod hic ſonus hoc, vel illud ſignificet, non pertinet ad auditum, ſed ad ſenſum internum, & intellectum, & habetur ex inſtitutione & vſu. Et idep ſi teſtis deponat, quod ſonus auditus hoc vel illud ſignificat, in hoc non eſt teſtis de auditu, ſed de ſcientia aliunde habita ex doctrina, vel vſu, & experientia. Et multo minus eſt teſtis de auditu proprio, ſi deponit eſſe verum, vel falſum, id quod ſignificatur per ſonum, & ſermonem auditum, quia bene poteſt contingere, quod qui loquitur, ſit mendax.

113. Verum eſt igitur axioma commune, quod teſtes de auditu proprio plenè probant, niſi alium defectum habeant, ſed hoc non eſt verum niſi reſpectu obiecti ſenſibilis, ſcilicet, ſenſibilis ſoni. Et pro quanto teſtes deponant ſe audiuiſſe talem ſonum ſic, vel ſic diſarticulatum; ſed vbi teſtes deponant, vel ſonum auditum, & quod ſonus hoc, vel illud ſignificet, vel ita eſſe in rei veritate, ſicut ſonus ſignificat non ſunt teſtes de auditu proprio, & non probant, niſi aliunde id verificent. Cæterum reſpectu proprij obiecti auditus probant tam affirmatiuè, quam negatiue, ſi dicant ſe non audiuiſſe loquentem, quem audiuiſſent, ſi loquutus fuiſſet, quia erant præſentes. Et hoc modo probant, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

114. Et quod dicitur de auditu, dicitur quoque de guſtu, odoratu, & tactu reſpectu proprij obiecti talium ſenſuum, vt ſi teſtes deponant percepiſſe talem odorem, vel ſaporem, aut caliditatem, imo in his nomen viſus ſumitur communiter, vt compræhendit omnes ſenſus, vt dicatur deponere de viſu, qui deponit de eo, quod per aliquem ſenſum externum percepit, ſed ſenſus externus non percipit niſi ſenſibile ſibi proprium. Nihilominus ſi ad probandum audibile, teſtis dicat ſe ſcire, quia vidit, non probat, quia ſtat, quod teſtis viderit loquentes & non audierit, quid dixerint, & ſi dicat, ſcio quia vidi, & fui præſens, neque hoc modo probat, quia poteſt quis eſſe præſens, & non audire, quid ab alijs dicatur.

115. Ideo vbi ad probationem facti, non ſufficit obiectum vnius ſenſus vt v. g. ad probationem homicidij non ſufficit, quod aliquis audiuerit altercantes, niſi ſimul viderit eius homicidium teſtis de auditu non ſufficit, quia per ſenſationem vnius ſenſus non probatur, niſi exiſtentia ſui proprij obiecti, vt per auditum non probatur niſi exiſtentia ſoni. Vbi vero ſenſationes plurium ſenſuum ſunt connexæ, & vna ſine alia eſſe non poteſt, vt quia non poteſt audiuiſſe, ſi ſimul non vidit, tunc ſi teſtes dicant ſe audiuiſſe, & negent ſe vidiſſe, aut è contra nihil probant. Bene tamen teſtis probat ſi dicat ſe audiuiſſe, ſed non negat ſe vidiſſe, quamuis id non exprimat, quia per ſenſum auditus, non excluditur viſus. Farinac. *p. 69. num. 161.* Scroi *p. 4. cap. 7. num. 13.* Sed oppoſitum dicendum eſt, vbi viſibile, & audibile non ſunt connexa, quia licet auditus non excludat viſum, nec tamen illum neceſſario includit, & poteſt eſſe, quod audierit, & non viderit, & è contra. & ſic in hoc caſu ad plenã probationẽ facti eſt neceſſarium, quod teſtis viderit, & audierit, non ſufficit, quod teſtis tantum dicat ſe audiuiſſe, vel vidiſſe, ſed dicere debet, quod vidit, & audiuit.

115. Et nihilominus aduertendum, quod teſtimonium de ſolo auditu proprio in criminalibus non eſt integrum. Quamuis enim in ciuilibus teſtis, qui non vidit factum, ſi notam habeat vocem loquentis, etiamſi ex interiecta cortina, aut pariete audiat, probet, quod tamen nec eſt verum vniuerſaliter, quia non procedit in teſtamentis, in quibus teſtes debent videre teſtantem Sylu. *v. teſtis num. 4. ex l. ſi non ſpeciali C. de teſt.* & vniuerſaliter teſtis iſte de notu voce non probat, niſi ita notam habeat vocem loquentis, aut qualitatem illius, vt decipi non poſſit, & ſi quæſtio ſit de clamore, non ſufficit, quod teſtis dicat ſe habere notam vocem loquentis, ſed neceſſe eſt habeat notum clamorem. Et non ſufficit, quod habent notam vocem de præterito, vt puta vocem, quam loquens habuit in adoleſcentia, ſed debet habere notam vocem de præſenti. Sed in criminalibus teſtes iſti de ſolo auditu, qui ex interiecta contina, aut pariete audiuerunt, vel ex ſola nota voce deponunt, non ſunt integri teſtes, nec ſine adminiculis plene probant.

117. Sed circa teſtes iſtos cortinatos, ſeu retro parietem audientes diſtinguendum primo eſt, quia vel deponunt de illo, quod pertinet ad ſenſum auditus, vel ex ſolo auditu probari poteſt, & hoc modo plenè probant, vt ſi deponant ſe audiſſe talem ſonum, clamorem, vocem verba, vel deponunt de illo, quod non poteſt plene cognoſci ſine viſu, quamuis ex ſono audito inferri poſſit, illud, quod eſt viſibile, ſicut ſi teſtis deponat, quod vocem, quam audiuit eſt vox Titij, vel deponat, quod Caius commiſit adulterium cum Berta, quia audiuit ſtrepitum commixtionis, & blanditiarum, verborum, & ſimilia, & in hoc caſu dantur primo quatuor Regulæ generales.

118. Prima eſt, quod ſi inter audibile, & viſibile datur neceſſaria conſequentia, teſtes, qui de auditu plenè probant audibile, probant etiam viſibile cum audibili neceſſario connexũ.

Sic qui probat tonitruum factum, quia illud audiuit, probat ſimul nubium ſciſſioneꝫ, & agitationem, ſine quibus non eſt tonitruum, quæ enim ſunt neceſſario connexa, ſic ſe habent, vt vnum non ſit ſine alio.

119. Secunda Regula eſt, quod vbi viſibile per neceſſariam conſequentiam, aut connexionem non eſt coniunctum audibili, per teſtes de auditu proprio non poteſt plenè probari viſibile, niſi per alia adminicula, præſumptiones, aut indicia, aut teſtes probetur, quod viſibile de facto fuit coniunctum audibili. Non enim valet conſequentia. Ego Titius audiui blaſphemiam, ergo Caius eſt, qui blaſphemauit, quia quam plures alij potuerunt eſſe ille, qui blaſphemauit.

120. Et quia in moralibus, & ſingularibus, vel hoc numero viſibile non eſt neceſſario connexum cum hoc numero audibili (quamuis ad hoc ſufficiat iſta neceſſitas, qua neceſſe eſt eſſe id quod eſt) vel hæc connexio neceſſaria non poteſt ex auditu ſolo eſſe nota teſti notitia euidenti, ſeù infallibili, & vt plurimum, ita eſt. Ideò datur tertia Regula, quod, ſcilicet, teſtes cortinati, vel retro parietem, ſeu qui audiunt, & non vident, non probant viſibile factum ab eis non viſum, niſi iunctis adminiculis, ex quibus conſtet connexio, quæ eſt inter viſibile, & credibile, ita quod vnus iſtorum teſtium ſine adminiculis, non probat ad torturam, imò forſan nec ad inquirendum ſpecialiter. Ita Felin. *cap. preterea num. 4. de teſt.* Farinac. *q. 69. num. 185.* & alij communiter,

121. Hinc prius colligitur, quid ſit dicendum de probatione ſingularis perſonæ ex audita eius voce. Contradicentibus enim in hoc DD. aliquibus volentibus, quod ex nota voce probetur perſona, alijs hoc negantibus, niſi in caſu, in quo vox perſonæ ſit infallibiliter nota, tandem conueniunt multi, vt ex nota voce perſonæ teſtis de auditu probet etiam quantum ad perſonam vbi conſtet, quod in loco non erat, nec eſſe poterat alia perſona. Et non ſufficit, vt non conſtet, in eo loco non fuiſſe aliam perſonam, cuius potuerit eſſe vox audita, quia non valet conſequentia, non conſtat ibi eſſe aliam perſonam, ergo alia perſona ibi non eſt, quia poteſt eſſe, quod ibi ſit alia perſona, licet de hoc non conſtet; ſed requiritur, quod conſtet de non exiſtentia alterius perſonæ, cuius potuerit eſſe vox audita, quia teſtis vidit perſonam illam ingredi locum illum, & quod non fuit egreſſa, quia ſi fuiſſet egreſſa illam vidiſſet, & quod locus ille eſt talis, in qua non potuit ingredi alius, ant eſſe ipſo teſte neſciente, vt notat Bordon. *cap. 28. num. 14.* Et prius docuerant Farinac. *q. 69. num. 194.* Bictus *queſt. 49. num. 51.*

122. Sed iam in hoc caſu teſtes ſunt etiam teſtes de viſu, quia viderunt perſonam, cuius notam vocem habent eſſe in illo loco, vel ingreſſam in illum locum, à quo enm habeat vnum ſolum oſtium, illa non fuiſſet egreſſa ipſis non videntibus. Et adhuc in hoc caſu Farinac. *q. 69 num. 194.* valde dubitat an verificetur in criminalibus, cui conſenſit Bictus *q. 49. num. 41.* Eo quia huiuſmodi teſtes cortinati in criminalibus non plenè probent iuxta doctrinã Felin. *in cap. Preterea num. 4. de teſt.* & ibi Boic. *num. 3.* & aliorum quos idem Farinac. retulit *num. 189.* ſed idem Farinac. *num. 192.* excipit caſum læſæ maieſtatis, puta in probandis tractatibus & conſpirationibus quæ, regulariter habentur inter priuatos lares. Sed neque in hoc caſu eſt integra probatio, niſi ſupradictis concurrentibus.

123. Sed dicas vniuerſaliter teſtes cortinatos maximè in criminalibus non probare, niſi ſimul ſint teſtes de viſu, vel habeant adiunctos teſtes de viſu, vt aduertit Eliſeus *tract. 5. q. 10. num. 7.* Sic ſi teſtes de viſu deponant, quod ſolus Titius erat in loco intra cortinam, & quod habentes notam vocem eius audierunt blaſphemantem, plenè probant. Pariter ſi teſtes viderunt Titium & Caium ſolos eſſe intra cortinam, & quod nullus alius ibi aderat, vel eis ignorantibus eſſe non poterat, & audierunt eos tractantes de rebellione habenda, plenè probant, ſed ſi intra cortinam ſint plures perſonæ, etiam ſi hoc viderint teſtes, ex ſola nota voce non poteſt in criminalibus probari delictum, vt ab vna ſola, vel aliquibus ſolis perſonis patratum, & in hoc vera eſt ſententia eorum, qui dicunt quod teſtes cortinati non probant plenè; quia notitia vocis non eſt tam certa, vt non poſſit falli, & poteſt contingere quod vnus fingat vocem alterius. Itaque igitur etiam ſi delictum conſiſtat in audibili, & in ſermone, vt puta in Blaſphemia, ex auditu proprio ſermonis non poteſt plenè probari perſona delinquentis ex ſola notitia illius vocis, niſi ſimul talia concurrant viſa & probata, ex quibus conſtet, quod vox habita non potuit eſſe niſi illius numero perſona.

124. Hinc ſecundo deducitur, quid dicendum quando delictum non conſiſtit in audibili, ſed in viſibili, quod ex audito infertur, vt cum agitur de probando adulterio, vel homicidio, vel alio ſimili delicto. Tunc enim multo magis eſt verum, quod teſtes cortinati, ſeu de auditu proprio non probant. In hoc enim caſu primò conſtare debet, quod vox, ſeu ſonus auditus ſit illius perſonæ, cui tribuitur, quod per teſtes de ſolo auditu probari non poteſt ſine aliquo adminiculo viſionis, vt eſt probatum. Deinde vbi conſtet de voce, & ſermone habito, & de perſona loquentis, ex hoc non poteſt probari delictum, quod non conſiſtit in ſermone audito, ſed in alio facto, niſi conſtet, quod inter vtrumque eſt neceſſaria & infallibilis connexio, ad quod probandum ſolus auditus non ſufficit, niſi alias connexio inter audibile, & viſibile ſit ex natura rei neceſſaria, & euidens, ſed delictum viſibile per viſum probari debet, vt Doctores tradunt.

125. Quambrobrem quarta regula traditur, vt in his arbitrarium ſit Iudici videre quan-

quantum probent teſtes de auditu proprio in ijs, quæ viſibilia ſunt, & viſu probari poſſunt, quia non eſt euidens, & certum an connexio inter auditum, & id quod viſu eſt perceptibile ſit vel neceſſaria, vel omnino contingens, & incerta, vel probabilis; ſed hoc pendet ex circumſtantijs, & aliqua admixtione viſionis, quod conſiderare eſt prudentis Iudicis. *capit. Præterea de teſtibus* vbi Doctores Menoch. *Caſ.* 475. *num.* 19. *&* 22. Farinac. *q.* 69. *num.* 197. Bictus *q.* 49. *n.* 41. vbi vero iſti teſtis non probant plene, nec vnus ſufficit ad interrogandum Reum & multo minus ad illum torquendum, nec duo ſufficiunt ad condemnandum. Farinac. *q.* 69. *n.* 168. Barboſa. *c. tam litteris n.* 3. *de teſt.*

126. Tandem aduertendum, quod Farinac. *q.* 69. *num.* 183. quem ſequitur Bictus *quæſt.* 49. *num.* 31. vult, quod teſtes corrinati ſeu retrocorrinati ex induſtria, & ad cautelam poſiti nullo modo probent; ſed non video huius aſſertionis fundamentum, & huius cautelæ plura exempla refert Sgroi *part.* 4. *cap.* 7. *num.* 8.

SVMMARIVM.

127 *Delicta de nocte commiſſa probantur etiam per teſtes inhabiles.*

128 *Teſtes deponentes ſuper facto nocturno non probant niſi reddendo cauſam ſuæ ſcientiæ.*

129 *In quo caſu non ſunt teſtes omni exceptione maiores.*

130 *Multi caſus in quibus teſtis de facto nocturno deponens, probat. & num.* 131.

132 *In quibus caſibus teſtes ſe reddant de falſo ſuſpecti. & num.* 133.

134 *Quid debeat facere Iudex, ſi videt quod teſtis laborat aliqua ſuſpicione.*

ARTICVLVS XIII.

De teſte de nocte & nonnullis alijs de falſitate ſuſpectis.

127. QVamuis quam plures dixerint, quod cum delicta commiſſa de nocte ſint difficilis probationis ad illorum probationem admittuntur etiam teſtes inhabiles. *gloſſ. in l. ſi cum exceptione §. in hoc ver. ignoret.* & ibi Doctores; tamen non admittuntur niſi cum illorum imperfectione, & non ſunt teſtes integri, & non admittuntur, niſi vbi non ſint alij teſtes idonei, vt ex Boſſ. adnotauit Farinac. *q.* 62. *n.* 35.

128. Sed primo vniuerſaliter dicitur teſtes ſuper nocturno facto non probare, niſi reddant cauſam ſuæ ſcientiæ, & in ſpecie, quod tunc vel bene lucebat luna, vel erant accenſa lumina, & medium ita erat illuminatum, & ipſi in tanta vicinitate, vt ita factum videre potuerint. Imò aliquando neceſſe erit, vt teſtes explicent qualitates perſonæ, vel pallidæ, vel rubicundæ faciei, & colorem & formam veſtimentorum, vt ex his agnoſcatur, an verè viderint Bictus *quæſt.* 81. *num.* 15. aliter illorum depoſitio non eſt attendenda; nam teſtes deponentes ſe aliquid vidiſſe de nocte medio non exiſtente illuminato ſunt de falſo ſuſpecti. Felin. *c. ſicut ponderé indicat.* Menoch. de arbitr. *caſ.* 279. *num.* 31. Farinac. *q.* 62. *n.* 39. Non eſſe tamē neceſſe, quod teſtis reddat rationem, quando alij teſtes illam depoſuerunt, ex Carena. *part.* 3. *tit.* 6. *num.* 20. dixit Sgroi *p.* 4. *cap.* 14. *num.* 14. Sed in contrarium eſt, quod debet conſtare quod teſtis ſit talis ex certa ſcientia, quod nequit fieri, niſi teſte rationem ſuæ ſcientiæ dante. Et in propoſito, licet non teneatur teſtis iſte dicere v. g. quod luna lucebat, tenetur tamen dicere, quod tanta lux erat, & ipſe erat ita vicinus; quod videre potuit.

129. Et vlterius teſtes de facto nocturno deponentes non ſunt omni exceptione maiores, quia luna radios lugubres habet. Et facile eſt quod videntes plene non videant Felin. *d. cap. ſicut num.* 5. Et ideo niſi alia concurrant talis teſtis non concludit etiam ad torquendum Maſcard. de probat. *l.* 2. *concluſ.* 1109. *num.* 5. Farinac. *q.* 62. *num.* 40. Bordon. *cap.* 30. *num.* 10. Sgroi *part.* 4. *cap.* 14. *num.* 14.

130. Nihilominus plures ſunt caſus, in quibus dicitur, quod teſtis deponens de facto nocturno, etiam luna non lucente, vel lumine non accenſo probat. Primo ſi teſtis erat vicinus facto, in quo Iudex conſideratis circumſtantijs noctis, & temporis, & qualitate perſonæ & diſtantia perſonarum, & earum familiaritate, & veſtimentorum colore, & reflexione alborum parietum, arbitrabitur, an teſtis potuerit decipi vel non. Secundo, ſi ex medicorum iudicio teſtis videat de nocte, ſicut vidiſſe Tiberium Cæſarem refert Seruius. Tertio quando teſtis habet notam vocem loquentis, & ex voce ait ſe cognouiſſe illum, de quo deponit.

131. At vero, vt poteſt conſtare ex dictis *art.* ſuper neque in hoc caſu teſtis plenè probat in criminalibus prout etiam ex Felin. dicto *cap. ſicut n.* 5. *& alijs probat.* Farinac. *n.* 46. *&* 48.

132. Inſuper alia ſunt ex quibus teſtes ſe reddunt ſuſpectos. Nam ſuſpecti de falſo ex præſumptione nimiæ affectionis ad vnam partem ſunt, qui nimis animosè deponunt, vel ſunt nimis verboſi in deponendo, vel nimis citò reſpondent, & repentinè loquuntur. De quibus videndus Fer. *quæſt.* 60. *num.* 36. *& ſequentibus.* E contra verò nimis moroſi, & tardè in reſpondendo præſumuntur dubij, & incerti, ſuſpecti quoque de falſo ſunt, qui deponunt inuerſimilia, vt ſi quis deponat impuberem rem habuiſſe cum Berta. Et iſti etiam non interrogati reddere debent rationem ſuæ depoſitionis, *cap. quia verſimile de præſumpt.* vbi Panormit. Felin. & alij. Et hoc modo inueriſimiliter deponunt, qui dicunt ſe non recordari eorum quorum memoriam veriſimiliter habere debent. Item de falſo ſuſpectus eſt teſtis, qui in conteſtes non nominat, niſi mortuos.

133. Pariter de falſo ſuſpectus eſt teſtis, ſi deponat ſuper negatiua habente implicitam affir-

affirmatiuam,& ſic probabilem: ſed non reſtringit factum ad certum locum, & perſonas, ſed cenſetur falſus, & iudicatur periurus, qui deponit, ſuper negatina abſolutè, & non coarctata ad certum tempus, locum, & perſonas, quia talis negatiua eſt impoſſibilis. Farinac. *q.* 55. *n.*105. Barboſ. *cap.* 3. *num.*4. *de teſt.* Carena *p.*2. *tit.*6. *num.*65. *Rota part. prima recent. deciſ.* 573. *num.*2. Item de falſo ſnſpecti ſunt reſpondentes per præmeditatum ſermonem, niſi alias ſint perſonæ probatæ vitæ, & integræ opinionis, vel niſi ſic deponentes ſint plures, vel agatur de formalitate ſermonis, falſi etiam ſuſpicione laborat, qui ſe ingerit in cauſa ſuper qua deponit. Farinac. *quaſt.* 80. *à nnm.* 1. Similiter inſpecti de falſo dicuntur, qni reſpondent non interrogati, vel qui deponit id, quod nullus alius ſcit, niſi ipſe teſtis, vel qui in teſtimonio ferendo ſe iudicem conſtituit. Et qui ſciens totum factum interrogatus ſolum partem deponit tacendo reliqua ſubſtantialia, & qni tractat de ſe exonerando, & qui alinm ad accuſandum induxit. Doctores verò huiuſmodi affirmantes abundè refert Didacns Scroi *p.* 4. *cap.*14.

134. Index ergo, vbi videt teſtem laborare aliqua ſnſpicione, procurare debet, vt ſuſpicio tollatur, vel vt falſitas appareat. Et ideo poteſt ad hunc finem interrogare teſtes, etiam circa illa; quæ alias non pertinerent ad cauſam. *cap. licet eauſam de probat.* Et ſi in vno de his extrinſecis reperitur falſus, in omnibus redditur falſus. Boſſ. *tit. de tort. teſt. num.* 29. Scroi *d. cap.*14. *num.* 25.

SVMMARIVM.

135 *Teſtis debet reddere cauſam ſufficientem ſuæ ſcientiæ.*

136 *Teſtis non reddens rationem ſufficientem quãdo debet, eius depoſitio eſt nulla, & non facit præſumptiouem in iudicio.*

137 *Qnando teſtes reddere debent cauſam ſcientiæ etiam non interrogati, & num.* 138.

139 *Teſtis deponens de illis, quæ ſenſu percipiuntur non tenetur reddere rationem ſui dicti, ſi non eſt interrogatus.*

Tamen quando iudicium intellectus eſt neceſſarium, redditio rationis neceſſaria eſt. ibidem.

140 *Teſtes aliqnando non tenentur reddere rationem ſuæ ſcientiæ.*

141 *In criminalibus non ſufficit, quod teſtis dicat verum eſſe, quod deponit, ſed cauſam ſcientiæ reddere debet etiam non interrogatus.*

142 *Ratio ſcientiæ quas conditiones habere debeat.*

143 *Qnomodo ratio reddi debeat in his, quæ cadunt ſnb ſenſn.*

144 *Et quomodo in his, quæ cadunt ſub duplici ſenſu.*

145 *Vbi agitur de andibili teſtis reddens rationem medio viſu, non probat.*

Opiniones variæ. ibid.

146 *In criminalibus non eſt bona ratio, dicere, ſcio, qnia fui præſens.*

147 *Aliæ rationes inſufficientes.*

Opiniones variæ. ibid.

148 *Quomodo vicinitas fnndet præſumptionem.*

149 *Ex ſola ratione vicinitatis Iudex non poteſt procedere ad ſententiam, imo nec ad torturam.*

150 *In criminalibus non ſufficit ſi teſtes dicant* ſcio quia ſum vicinus.

151 *Pariter non ſufficit ſi teſtes dicant* ſcio quia percepi ſenſu corporis.

152 *Snfficit vero, ſi dicat ſcio, quia ſic inuenio notatum in meo memoriali.*

253 *Ratio debet eſſe conclndens ſaltem moraliter.*

154 *Quomodo reddere debeat rationem teſtis deponens de eo, qnod credit in conſcientia ſua.*

ARTICVLVS XIV.

De teſte deponente non reddita cauſa ſcientia.

135. CVm ſcire ſit rem per cauſam cognoſcere, teſtis non oſtendit ſe ſcire, niſi ſimul reddat ſuæ ſcientiæ cauſam ſufficientem *cap. ſi teſtes* §. *ſola*, *& cap. cnius cauſam de teſt.* vbi gloſſ. & Doctores.

136. Et ſic depoſitio, in qua teſtis non reddit rationem ſufficientem, quando eam reddere debet, eſt nulla, & non facit præſumptionem in iudicio, & hanc nullitatem eſſe ipſo iure arbitratur Bictus *quaſt.* 51. *num.* 1. *ex l. ſolum C. de teſtib.* Eliſeus *tract.* 5. *q.* 15. Bordon. *cap.*38. *num.*2. Et quidem hoc eſt indubitatum, vbi teſtis interrogatur explicitè, vel implicitè de canſa ſcientiæ, tunc enim ſi illam non reddit, vel dat inſufficientem non probat, nec etiam ad inquirendum; ſed imo vbi teſtis non deponit de his, quæ ſenſu percipiuntur, ſed de his, quæ ſunt iuris, ſeu non ſenſu corporis, ſed iudicio intellectus percipiuntnr, & iudicantur, teſtis etiam non interrogatus rationem ſuæ ſcientiæ reddere debet, vt per Panormit. *nu.*6. *& alios cap. cum cauſam de teſt.* & alios quos refert Farinac. *q.*70. *n.*6.

137. Ideo ex hac cauſa rationem ſcientiæ etiam non interrogati reddere debent teſtes, qui deponunt de fama, & ſuper notorio, & ſuper conſuetudine, & ſuper amentia, & furore, & ſuper adnlterio, & carnis delictis, quando immediatè non poſſunt videri, & ſuper amicitia, & ſuper negligentia, & ſuper iracundia, vel quod aliqnis ſit vagabundus, vel ſuper comparatione litterarum, vel ſuper vi illata, vel ſuper dolo, vel ſuper hæreſi, & in alijs etiam ſimilibus caſibus, quos referunt Farinac. *q.*70. *à num.*4. Bictns *quaſt.*10. *num.* 8. Eliſeus *tract.* 5. *q.*11. & Bordon. *cap.*38. *num.*12. *& ſeqnentibus*, & ſic

& ſic vniuerſaliter quando teſtis deponit de delicto, quod non vidit, ſed illud per diſcurſum deducere vult ex alijs à ſe viſis, debet reddere cauſam ſuæ ſcientiæ, & depoſitionis.

138. Præcipuè vero in criminalibus teſtis cauſam ſcientiæ reddere debet etiam non interrogatus Clar. 5. *finali quæſt.* 53. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 459. *num.* 5. *& lib.* 3. *concluſ.* 1368. *num.* 47. Farinac. *quæſt.* 70. *num.* 14. *vbi num.* 15. *&* 16. quod hoc procedit nedum vbi agitur de damnando Reo, ſed etiam de eo torquendo, & maximè vbi teſtis deponit de perſona particulari, circa quam teſtis poteſt decipi. An verò hoc ſit verum, vbi agitur de ſola pœna pecuniaria controuertunt Doctores Bictus *quæſt.* 50. *num.* 3. 26. *&* 27. Eliſeus *tract.* 5. *quæſt.* 11. *num.* 1. 3. *&* 4. Videri etiam, quod depoſitio adminiculata probet, etiam ſi in ea non ſit reddita ratio ſcientiæ dixit Farinac. *n.* 45. Sed ſemper hæc depoſitio patietur exceptionem, nec erit depoſitio ex certa ſcientia, niſi forſan præſumptiuè.

139. Sed quando teſtis deponit de illis, quæ ſunt facti, & ſenſu percipiuntur in his teſtis non interrogatus rationem ſui dicti reddere non debet. Quæ eſt ſententia communis pro qua plurimos, cumulat Farinac. *q.* 70. *num.* 93. quæ tamen intelligenda eſt in ciuilibus, non in criminalibus, & addit Farinac. *nu.* 94. quod ſi teſtis deponit de re, quæ ſimul ſenſu corporis, & iudicio intellectus percipitur, ſi præualet iudicium ſenſus, teſtis probat non reddita ratione, ſed in contrarium facit, quod quidquid ſit de hac præualentia, ſi iudicium intellectus ſit neceſſarium, neceſſaria eſt redditio rationis, quia intellectus non iudicat, niſi ratione in ijs, quæ non ſunt per ſe nota.

140. Quando vero in ijs, quæ ſenſu percipiuntur teſtis de ratione interrogatur, ſufficit, ſi dicat, quia vidi, vel audiui. Quando vero teſtis primo non interrogatus reddidit ſui dicti rationem, ſi poſtea de ea interrogetur, non tenetur amplius eam reddere. Quod ſi tunc reddat aliam cauſam, etiam inſufficientem concordabilem quidem cum prima ratione reddita, non vitiatur eius depoſitio Farinac. *q.* 70. *n.* 100. Teſtem etiam deponentẽ ad probandam Innocentiam Rei inquiſiti non teneri reddere rationem ſui dicti voluit. Farinac. *q.* 70. *num* 101. Sed certè ſi interrogetur de illa, tenebitur illam reddere, aliter non conſtabit de teſtis examinati ſcientia, & an deponat, quia ſcit, vel imaginetur ſe ſcire. Petitum etiam non teneri reddere rationem ſuæ aſſertionis dixerunt. Felin. *cap. cum cauſam v. tertio tempora.* Maſcard. *de prob. l.* 2. *concluſ.* 1034. *num.* 15. *& lib.* 2. *cap.* 1369. *num.* 35. Farinac. *q.* 70. *num.* 102. Bictus *tamen quæſt.* 19. *num.* 21. *de teſt.* ait quod Periti electi à partibus, & non à Iudice reddere debeant rationem ſui dicti, quod ſub dubio dixit Farinac. *d. num.* 102. Sed non video rationem diſcriminis. Nec iſti Periti ſunt teſtes, ſed Iudices.

141. Sed certè in criminalibus non ſufficit quod teſtis dicat ſe ſcire, quod deponit, niſi cauſam ſcientiæ reddat etiam non interrogatus, quia hoc verbum ſcire valdè commune eſt in vſu loquentium, qui ſæpè dicunt ſe ſcire etiam id, quod opinantur, vel imaginantur ſic eſſe. & ſic ſunt varia ſciendi genera, vt notat gloſſ. *cap. ſicut tit. de cauſis de re iudic.* Et ideo in criminalibus, etiam ſi teſtis dicat ſe ſcire, vel dicat verum eſſe, quod deponit, non probat, niſi rationem ſcientię reddat etiam non interrogatus Farinac. *q.* 70. *nu.* 110. Videri etiam, quod depoſitio adminiculata probet etiam ſi in ea non ſit reddita ratio ſcientiæ dixit Farinac. *n.* 95. Sed ſemper hæc depoſitio patietur exceptionem, nec erit depoſitio ex certa ſcientia, niſi forſan præſumptiuè. Ratio autem reddita debet eſſe ſufficiens, aliter depoſitio non facit præſumptionem, vel indicium.

142. Ratio igitur debet eſſe congrua, concludens, neceſſaria, generalis, clara, & manifeſta. In ijs tamen, quæ non probantur immediatè per ſenſum, ſed per rationis diſcurſum, ſufficit, quod ex probabilibus, & quæ vt in pluribus eueniunt certitudinem moralem inducat. Diuus Thomas 2. 2. *q.* 70. *n.* 2. Farinac. *q.* 70. *n.* 147.

143. Ratio autem in his, quæ cadunt ſub ſenſu reddi debet per ſenſum corporeum, vt quia teſtis vidit, audiuit, &c. & quidem per ſenſum aptum illi rei, de qua deponit, vndè de re viſibili non redditur bona ratio, ſi teſtis dicat, quia audiui. Verum tamen eſt, quod quia viſus, & tactus ſunt generales, dicunt plures ſufficere ſi teſtis dicat ſic eſſe, quia vidit, licet deponat de audibili, vt puta de ſono, ſed hoc eſt valdè controuerſum, vt videre eſt apud Farinac. *q.* 70. *n.* 130. Et in criminalibus non admittendum, etiam ſi teſtis ſit idiota; ſed Iudex in his caſibus debet facere, vt teſtis ſe explicet.

144. Quod ſi agitur de re perceptibili per plures ſenſus, diſputant Doctores, an debeat reddi ratio per vtrumque ſenſum. Sed dicas ſufficere reddere rationem per vnum ſenſum, qui neceſſarius eſt, & ſufficit ad rei veritatem comprobandam. Vbi agitur de audibili, vt audibili, vt puta de voce alta, vel remiſſa debet reddi ratio, per auditum non per viſum, & id ſufficit; ſecus vbi non ſufficit vnus ſenſus, vt ſi teſtis deponat, quod Titius blaſphemauit, non ſufficit, quod reddat rationem, quia vidit, quia ſtat, quod viderit Titium loquentem, & non audiuerit, quod dixit. Sic quotieſcumque teſtis de delicto commiſſo in ſermone, vel deponit determinatè de hoc, vel illo ſermone habito, non reddit ſufficientem rationem dicendo, ſcio quia vidi, quia ſtat, quod viderit loquentem, & non audiuerit, quod dixit. Et è contra non ſufficit, quod teſtis dicat ſe audiuiſſe, in caſu, in quo ſit neceſſarius etiam viſus; vnde ſupra dictum eſt, quo modo teſtes de auditu ex intercirco pariete non probent,

Sed

145. Sed numquid vbi agitur de audibili, teſtis reddit ſufficientem rationem, ſi dicat, ſcio quia vidi, & fui præſens. Affirmauit Maſcard. *concluſ.*1032. *num.* 14. ſed negat Pacian. *lib.*1. *cap.*40. *num* 19. quos refert Sci oi *part.* 4. *cap.* 4. *num.* 14. Et verè Iudex huiuſmodi reſponſiones ambiguas non debet admittere, ſine explicatione. Vbi verò ſunt admiſſæ, ſaltem in criminalibus non datur probatio, quia in his excipi poteſt, quod potuit fieri, vt teſtis viderit loquentes, & eorum dicta non audierit, vel quod audierit loquentes, & tamen eos non viderit. Non eſt verò bona ratio, quæ petit principium, & idem probatur per idem, vt ſi dicatur ſcio, quia ſcio, vel ſcio, quia ita eſt.

146. Cenſetur verò ab aliquibus bona ratio, ſi dicat ſcio, quia fui præſens. Bald. *in cap. tertio loco num.*6. & Felin. *num.* 4. volunt, quod ſi teſtis dicat aſſertiuè hoc, vel illud eſſe factum, præſumatur fuiſſe præſens, ſed vt aduertit Farinac. *quæſt.*70. *num.*254. hoc non eſt verum, quando ſumus in ijs, quæ ſenſu viſus, vel auditus percipiuntur, quia ſtat, quod teſtis præſens non viderit, vel audierit. Ideo in criminalibus hæc non procedunt; Nam non ſufficit præſentia, ſed neceſſe eſt, quod teſtis viderit, vel audierit, vel intellexerit, nec ſufficit ei dicere, quia fui præſens, ſed dicere debet, quia vidi, vel audiui.

147. Sic non eſt bona ratio, ſi quis dicat, *ſcio, quia nullus dubitat*, vel quia *omnes dicunt*; ſed nec eſt bona ratio, ſi teſtis dicat; *ſcio, quia certus ſum*. Sed numquid eſt bona ratio ſi teſtis dicat; *ſcio, quia ſum vicinus, vel conſanguineus*? Contrarij ſunt Doctores inter ſe, vt videre eſt apud Farinac. *q.* 70. *num.* 164. *& ſequentibus*. Conueniunt verò plures, vt illa non ſit bona ratio, quando agitur de delicto non ſucceſſiuo, ſed momentaneo, ſicut neque ſi agitur de eo, quod in vicinia latere poteſt. Et nec pariter, vbi agitur de probando delicto in ſpecie. Farinac. *quæſt.*70. *num.*202. Bictus *quæſt.* 50. *nu.*16. Addit vero Farinac. *num* 185. quod ex depoſitione in qua teſtis reddens ſui dicti rationem dicit, ſcio quia ſum vicinus, non oritur niſi probatio præſumptiua, ex qua non poteſt imponi, niſi pœna extraordinaria, *& num.* 194. *&* 195. adiungit, quod ſententia lata ex tali probatione præſumptiua non tranſit in iudicatum, & teſtes concludenter reddentes rationem illi præferuntur. Et inſuper vicinitas aſſerta aliter probanda eſt, quam per aſſertionem teſtis. Farinac. *num.* 205. Et his conſentit Bictus *quæſt.* 50. *num.* 15. 16. *&* 17. & cum eo Eliſeus *tract.*4. *q.*11. *n.*7. 8. *&* 9.

148. Verum duo mihi aduertenda ſunt. Primum, quod non eſt omnino verum, quod in hoc caſu vicinitas fundet præſumptionem iuris per quam præſumi poſſit, quod teſtis, ex quo eſt vicinus per proprium ſenſum cognouerit alterius vicini delictum; licet enim hoc præſumi rationabiliter poſſit in delictis pluries, & per plura tempora iteratis, & continuatis in conſpectu aliorum, vt ſi vicinus ſit blaſphemus conſuetudinarius, vel vicina ſit meretrix, vel etiam verum eſſe poſſit de actibus ſucceſſiuis, & continuis, vt quod vicinus habitet in tali domo, vel de aliquo, quod non poteſt latere vicinum, vt quod vicinus ſit ſenex, vel iuuenis; Tamen vicinitas non facit, vt quilibet vicinus videat proprijs oculis ſingula facta, vel proprijs auribus audiat ſingula verba vicini; imò quamplurima huiuſmodi latent, & præcipuè delicta, quæ quantum fieri poteſt patrantur in abſcondito. Et quando dicitur, quod vicini cenſentur magis informati, hoc eſt verum de informatione in genere, quia regulariter vicini, vel per ſenſum viderunt, vel ab alijs vicinis audiuerunt; Ideo merito idem Farinac. *num.* 199. limitauit ſententiam affirmantem reddi bonam rationem dicendo. *Scio, quia ſum vicinus*, vt non procedat in illis, quæ communiter non ſunt nota vicinis. Et non debet intelligi de his, quæ ſolum vni, vel alteri vicino, ſed communiter ſunt nota vicino per proprium ſenſum; & non ſolum per famam, vel ex auditu aliorum. Igitur vicinitas ſolum in aliquibus caſibus fundat præſumptionem, quod vicinus per proprium ſenſum viderit, vel audiuerit delictum vicini. Alias verò ad procedendum contra vicinum ex eo, quod teſtis audiuerit ab alijs, non habet vim, niſi vt ſit teſtis de auditu alieno, vel de fama, quæ non probat ſufficienter ad aliquam pœnam, imò nec ad torturam.

149. Sed aduertendum ſecundo, quod dato etiam, quod adſit dicta iuris præſumptio, & probatio præſumptiua in noſtro caſu Iudex ad nullam ſententiam poteſt procedere, imò nec ad torturam ex ſolis teſtibus non reddentibus aliam rationem ſcientiæ, niſi quia ſunt vicini. Ratio eſt manifeſta, quia vbi Iudex habens copiam teſtium, qui poſſunt per proprium ſenſum deponere, affirmando, vel negando, debet illos interrogare diſtinctè, & ſi opus eſt compellere, vt dicant an viderint, & quid viderint, & vt per proprium ſenſum deponant, & iuſtè non poteſt hoc ordine iuris certò, & neceſſario omiſſo, aliquem, vel punire, vel torquere. Numquam igitur in criminalibus ſufficit, vel ad pœnam, vel ad torturam, quod teſtes reddant rationem ſcientiæ dicendo; *ſcio quia ſum vicinus*, quia poteſt eſſe, quod per proprium ſenſum, nec viderint, nec audierint, nec iuſtè ſufficit hos præſumere cum præſumptio ſit fallax, & in promptu ſit habere an teſtes per proprium ſenſum viderint, vel audiuerint delictum.

150. Vera igitur eſt vniuerſaliter ſententia Baldi *l.* 1. *num.*4. *ff. ſi cert. pet.* & aliorum, quos refert Farinac. *q.*70.*num.*165. quod in criminalibus non ſufficit ſi teſtes dicant. *Scio quia ſum vicinus*, quod ſi ex negligentia Iudicis, vel ignorantia teſtis de facto non reddidit aliam rationem ſui dicti, niſi quod ſcit, quia eſt vicinus

Google

nus Iudicis negligentia, aut ignorantia non dat illi ius, vt damnet Reum non ſeruato iuris ordine, ſed ſemper ante debet teſtis completi interrogari, & ſi Iudex non habet copiam teſtium, non per hoc ex ſola probatione præſumptiua, & ex ſua negligentia non plena, & incerta, & forſan nulla, & inualida poteſt Reo præiudicium inferre, cum facillimè poſſit contingere, quod teſtis dicens ſe ſcire, quia eſt vicinus non ſciat ex ſenſu proprio, ſed ex auditu alieno, & ſic quod eius depoſitio nihil valeat.

151. Nec eſt bona ratio reddita per ſenſum in genere, vt ſi quis dicat, ſcio quia percepi ſenſu corporis, quia ex hoc non apparet, quod perceperit per ſenſum proportionatum facto, de quo teſtis deponit. Bald. *in l, teſtium nu.* 10. *de teſt.* Bordon. *cap.* 38. *num.* 18. Farinac. tamen *quaeſt.* 70. *num.* 144. veriorem credit oppoſitam ſententiam, quia præſumi debet teſtem, loqui de ſenſu proportionato; ſed vbi agitur de præiudicio tertij præſumptio iſta non ſufficit, & non tollit talis rationis incertitudinem.

152. Cenſetur tamen bona ratio, ſi quis dicat, quia ſic inuenio notatum in meo memoriali; quia cenſetur in eo vera ſcripſiſſe. Farinac. *q.* 70. *n.* 163. Bordon. *cap.* 38. *num.* 47. ſed nonne poteſt eſſe, quod ipſe teſtis putet verum eſſe, quod non eſt? & iſta igitur ratio eſt ambigua. Cæterum etiam in ciuilibus, in caſibus, in quibus teſtes non tenentur reddere rationem; ſi non ſunt interrogati, non eſt dubium, quod plus probant teſtes rationem reddentes. etiam ſi pauciores, & iſtis non præiudicant, qui rationem non reddunt, quia vtile per inutile non vitiatur. Farinac. *quaeſt.* 70. *num.* 19. Bictus *q.* 50. *n.* 5. Bordon. *cap.* 38. *n.* 34.

153. Quamuis verò ſit neceſſe, quod ratio ſit concludens, ſufficit, quod moraliter concludat ex probabilibus, & vt plurimum, & quantum poſtulat moralis certitudo, & ſufficit, quod ratio reddatur iuxta mentem reſpõdentis quando ſumus in his caſibus, qui non cadunt immediatè ſub ſenſu. Farinac. *q.* 70. *n.* 11. Bordon. *cap.* 38. *num.* 41. ſufficit etiam, quod ratio reddatur implicitè, quia depoſitio habeat in ſe cauſam annexam.

154. Dicunt etiam quidam, quos ſequitur Farinac. *q.* 10. *n.* 151. quod quando teſtis deponit de eo, quod credit in conſcientia ſua, non ſit neceſſe, quod reddat rationem per ſenſum corporeum. Verum conſiderandum eſt, quod in ijs, quæ cadunt immediatè ſub ſenſu, non ſufficit, quod teſtis dicat ſe ita credere, vel non credere in conſcientia ſua, ſed debet deponere per ſenſum corporeum; in ijs verò, quæ non cadunt immediatè ſub ſenſu, etiam ſi vellet non poteſt reddere rationem per ſenſum. Et nihilominus tunc, nec ſufficit, quòd dicat ſe ita credere in conſcientia ſua, ſed debet reddere rationem credulitatis, quæ ſit ſufficiens, & valida, & de qua Iudex poſſit iudicium ferre & ponderare, quantũ probet. Bordon. *c.* 38. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 Teſtis examinari debet à Iudice competente.
Quis ſit Iudex competens. ibid.
2 Teſtis non neceſſario eſt ſubditus Iudici.
Iudex competens eſt, qui habet iuriſdictionem in cauſa. ibid.
3 Examen teſtium fieri debet coram Iudice competente.
4 Eccleſiaſticus puniri non poteſt ex vi proceſſus fabricati coram laico.
5 Etiam ſi confeſſus fuerit delictum.
6 Pariter non poteſt quis damnari ex vi proceſſus fabricati coram alio Iudice diuerſo, & non ſubordinato.
7 Iudex competens non poteſt damnare Reum, niſi confeſſum, ſeu conuictum in ſuo iudicio.
8 Prælatus Regularis non poteſt damnare ſuum ſubditum ex vi proceſſus fabricati ab Epiſcopo.
9 Confeſſio ſpontanea facta coram Iudice incompetenti eſt iudicium ad torturam coram Iudice competente.
Si vero ſit extorta per vim, & torturam, ad hunc non facit indicium. ibid.
10 Quomodo confeſſio reuocata per confitentem non inditiat ad torturam.
11 Confeſſio facta coram Iudice incompetente facit iudicium ad ſpecialem Inquiſitionem.
12 Quomodo Iudex competens debet interrogare Reum ex vi proceſſus fabricati à Iudice incompetente.
Opiniones variæ. ibid.
13 Caput. Etſi Clerici Iud.
14 Ponitur punctum difficultatis.
15 Iudex cõpetens iudicialiter eſt certus de depoſitionibus teſtium factis coram Iudice incompetente, ſi proceſſus redactus ſit apud acta Iudicis competentis, & ab illo acceptatus.
16 Sufficienter inchoatur nouus proceſſus ex hoc quod reponitur apud acta Iudicis competentis.
17 Teſtes examinatos coram Iudice incompetente non probare eſt iuris ſolemnitas.
Ad quam non tenentur, qui procedunt ſola rei veritate inſpecta. ibid.
18 Ordinarius loci eſt Iudex competens illorum, qui delinquunt in ſuo territorio, etiam ſi ſint de alieno territorio.
Prælatus Regularis punire poteſt hoſpites, ſi delinquant in ſuo Conuentu, vel loco, vbi eſt Conuentus. ibid.
Et Viſitator Monaſterij deputatus ad vniuerſitatem cauſarum. ibid.
19 Iudex examinans teſtes debet eſſe competens.
Et debet illos examinare per ſe ipſum, vt in plurimum. ibid.
Plures caſus in quibus Iudex poteſt examinare teſtes per alium. ibid.
20 Iudex duplici via facere poteſt, vt teſtes exa-

minentur legitimè ; quando per ipſum non poteſt illos examinare , & num.21.

Explicantur hæ viæ . ibid.

Monaſteria exempta non ſunt de territorio Epiſcopi , licet ſint intra eius territorium . ibidem .

22 *Iudices laici non poſſunt examinare teſtes in Eccleſijs .*

Si tamen examinarent de facto, examen non eſſe nullum . ibid.

Eccleſiaſtici Iudices examinare poſſunt in Eccleſijs. ibid.

23 *In Commiſſionibus , & remiſſorijs præfigitur tempus .*

24 *Iudex tenetur committere examen , quando per ſe ipſum illud facere non poteſt .*

25 *Delegatus à Supremo Principe vt Iudex poteſt ſubdelegare .*

Si vero ſit delegatus vt executor ſubdelegare non poteſt . ibid.

Delegatus ab inferiori Iudice non poteſt ſubdelegare . ibid.

Opiniones variæ . ibid.

26 *Delegatus etiam de conſenſu partium ſubdelegare non poteſt .*

Licet partes poſſint conuenire ſe velle ſtare dictis teſtium . ibid.

Quod non verificatur in criminalibus . ibidem .

27 *In Regularibus Generalis per totum ordinem , & Prouincialis intra Prouinciam poſſunt committere examen teſtium .*

Commiſſarij vero delegati non poſſunt illud ſubdelegare . ibid.

QVAESTIO XV.

De legitimo examine teſtium .

ARTICVLVS I.

Examen teſtium fieri debet à Iudice competenti .

1. PLures conditiones cum ſint neceſſariæ ad hoc vt examen teſtium ſit legitimum , & teſtes examinati probent , hæc prima eſt , vt teſtes examinentur à Iudice competente, & legitimè ſua iuriſdictione vtente . Eſt verò Iudex competens , qui habet Iuriſdictionem ſuper cauſa , quæ tractatur coram illo , vt poſſit illam cognoſcere , iudicare , & diffinire . Et ſic in criminalibus ille eſt Iudex competens , qui de delicto obiecto Reo poteſt iuridicè cognoſcere . Et ſic debet habere iuriſdictionem in perſonam Reo, vt illum poſſit damnare , ſed hoc non ſufficit , ſed requiritur iuriſdictio ſuper cauſa , quæ iudicari debet , & quod Iudex poſſit cognoſcere de delicto ſui ſubditi . Sic enim Prælati Regulares non ſunt Iudices competentes ad cognoſcendum de hæreſi ſuorum ſubditorum , quia hoc eſt illis prohibitum . Non tamen adhoc , vt quis ſit Iudex competens neceſſe eſt , quod Actor ſit ſubditus Iudici, quia ſubditus agit coram alieno ſuperiore contra Reum illi ſubditum .

2. Et vlterius vt dictum eſt ſupra *quæſt.* 11. *art.* 3. non eſt neceſſe , quod teſtis ſit ſubditus Iudici ſimpliciter . Nam v.g. Clericus eſt teſtis coram Iudice laico , & ita quod , licet adhoc ſit neceſſaria licentia ſuperioris ipſius clerici , vt dictum eſt ſupra in dicto articulo, tamen , vt aduertit etiam Bordon. *in praxi cap. 46. num.6.* teſtimonium clerici examinati ſine licentia ſui ſuperioris coram Iudice laico eſt validum . Ad Iudicem igitur competentem examinis teſtium ſubſtantialiter non requiritur , quod Iudex habaat aliam iuriſdictionem in perſonam teſtis , quam illam , quæ conſequitur ex iuriſdictione , quam habet in cauſa , ex hac enim ius habat , vt poſſit audire teſtes ſub iuramento deponentes ; quamuis , vt cum effectu poſſit compellere teſtes maior iuriſdictio requiratur , vt loco citato explicatum eſt . Itaque Iudex competens eſt , qui habet iuriſdictionem in cauſa , quam cognoſcit .

3. Hoc præmiſſo videtur, quod ad ſubſtantiam legitimi examinis teſtium ſit , quod fiat coram iudice competente , ita quod depoſitio facta à teſte corã Iudice incompetente ſit prorſus nulla , & nullius valoris , taliter , quod non valeat non ſolum ad damnandum Reum , & nec ad illius torturam , ſed nec ad inquirendum ſpecialiter contra illam , & ad illum citandum, & ad ſummum non valeat , niſi vt depoſitio ſeù querela *Ita ex cap. At ſi Clerici de Iud. & ibi Canoniſtæ , & ad tit. C. ſi à non compet.* Legiſtæ , & alij Doctores quorum plures referunt Farinac. *q.* 80. *in fine*, & in ſpecie , quod proceſſus factus coram Iudice incompetente non valeat , niſi vt querela, vel denunciatio , & neceſſe ſit , quod Iudex competens incipiat nouum proceſſum dixit Guazz. *def.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. & *def.* 20. *cap.* 26. *num.* 9. poſt Farinac. *conſ.* 76. *num.* 1. Clar. *q.* 36. *num.* 44. & pluribus alijs . Bordon. *d. cap.* 46. *à n.* 1.

4. Hinc eſt , quod Clericus ab Epiſcopo puniri non poteſt ex vi proceſſus fabricati coram Iudice laico , cum talis proceſſus ex defectu iuriſditionis ſit nullus ipſo iure , ita quod Iudex Eccleſiaſticus non poteſt ſtare proceſſui contra clericum fabricato à Iudice laico , ſed iterum debet examinare teſtes , & aſſumere informationes. Clar. *q.* 36. *n.*44. Farinac. *conſ.* 70. *num.* 1. Bordon. *cap.*46. Viuian. Grammat. Ambroſ. Aufred. quos ſequitur Guazzin. *defen.* 5. *cap.* 5. *n.* 1.

5. Sed hic dinſtingui debet inter punitionem, torturam, & citationem rei . Eſt enim certum, quod Iudex Eccleſiaſticus non poteſt Clericum punire , & ad aliquam pœnam iudicialem damnare ex ſolo proceſſu à Iudice laico fabricato , etiam ſi clericus coram Iudice laico delictum confeſſus fuerit. *Cap. et ſi clerici de iud. & ibi hoſt. num.* 1. Bellam, *num.* 15. Anchar. *n.*7.

*n.*7. Butr. *nu.* 3. *&* 28. Panorm. *num.* 2. & alij communiter, quorum plures referunt, & ſequuntur. Farinac. *de reo confeſſ. q.*81.*num.*195. & Guaz. *defen.* 1. *cap.* 5. *num.*2. confeſſio enim clerici facta coram Iudice laico, licet non ſit ipſo iure nulla, vt ex Boſſ. notat Farinac. *d. qu.* 81. *num.* 205. tamen confeſſio facta coram Iudice incompetenti, etiam ſit omnino ſpontanea non nocet confitenti, vt ex ea Clericus confeſſus coram Iudice laico poſſit damnari. Et Iudex Eccleſiaſticus non poteſt ſtare illi proceſſui. Clar. *q.* 36. Farinac. *conſ.* 76. *num.*1.*&* *in praxi q.* 7. *n.* 43. Guaza. *def.* 32.*cap.* 26. *n.* 29. Et in hac ſtatu verum eſt, quod teſtes examinati coram Iudice laico nullam inducunt fidem probatoriam contra clericum, ſed & hoc eſt verum de confeſſione habita coram quocumque iudice incompetente ex defectu iuriſdictionis, quæ non afficit confitentem, nec defectum iuriſdictionis ſanat confeſſio ſpontanea *d.cap. at ſi clerici*, & ibi Butr. *num.* 2. Panorm. *num.* 5. Felin. *num.* 3. Farinac. *q.* 81. *num.* 289. Guaza. *def.*32. *cap.* 26. *num.* 1. plures alios referens.

6. Et hoc eſt verum vniuerſaliter etiam proceſſu facto coram alio Iudice omnino diuerſo. Nam nec laicus Iudex in cauſis, quas poteſt cognoſcere, poteſt ſtare proceſſui fabricato à Iudice Eccleſiaſtico, ſed debet denuo cauſam cognoſcere, vt ex Felin. *d. cap. at ſi clerici n.*14. & ex Afflict. & Ambroſ. tenet Guaza. *d.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. Clar. *q.* 6. *num.*7. & ibi Baiard *n.*14. & ſi Iudices Eccleſiaſtici inter ſe totaliter diuerſi, & non ſint inter ſe ſubordinati, ſed habeant diſtincta tribunalia ſimilia & æqualia, & non ſubordinata, vt ſi ſint duo Epiſcopi, acta facta contra aliquem, non probant in alio iudicio facto ab alio Epiſcopo per regulam, quod in criminalibus acta facta in vno iudicio non probent in alio, etiam inter eaſdem perſonas, cum in criminalibus exactæ probationes requirantur *l. ſciant C. de prob.* Guaza. *def.* 32. *cap.* 6 *num.* 1. & verè ſic conuenit, quod Iudex non puniat aliquem in ſuo iudicio non conuictum, vel confeſſum, & quamuis confeſſio facta in vno iudicio inter eaſdem perſonas afficiat confitentem, & illi præiudicet in alio *l. iubemus C. de liber. can.* Panorm. *in cap. per inquiſitionem de elect. n.* 12. & ibi Io. And. Bellam. & alij Farinac. *q.*81. *num.* 92. *&* 93. *&* 193. plures referens, Guaz. *defenſ.* 32. *cap.* 6. *num.* 1. vbi quod confeſſio facta coram Gubernatore Imolæ plene probat coram Gubernatore Fauentiæ. Rota *tit. de conf. deciſ.* 4. Scroi *part.* 5. *capit.* 7. *numer.* 5.

7. Nihilominus dicitur, quod Iudex huiuſmodi non poteſt Reum damnare niſi conuictum, vel confeſſum in ſuo iudicio, & apud ipſum, & ita quod etiamſi in priori iudicio, vel alij, vel ipſi prius examinati, ex quibus reus conuincatur, fuit confeſſus, non poteſt ex vi illius ſolius confeſſionis damnari, cum reus illam poſſit impugnare, ſed à Iudice volente illum damnare debet prius interrogari, & audiri, & ſic non poteſt damnari ex vi ſolius prioris proceſſus, ſed ex nouo proceſſu facto à Iudice, qui contra Reum ſententiam vult proferre.

8. Hinc ſoluitur illa difficultas, an Prælatus regularis ſubditum ſuum in Conuentu degentem, qui extra Conuentum cum ſcandalo deliquit, ponit punire ex vi proceſſus contra illum fabricati ab Epiſcopo. Reſponditur enim non poſſe, vt cum Hieron. Rodriq. Peyr. Diana, contra Portell. & Bordon. probaui *tom.* 3. *de ſtat. q.* 189. *a.* 8. *num.* 515. Vt enim dictum eſt acta in vno iudicio criminali non probant in alio ad puniendum aliquem. Quod ſi delinquens coram Epiſcopo confeſſus fuit, hæc confeſſio tanquam facta coram Iudice incompetenti non probat contra confeſſum, & eo magis, quod delinquens ſciens incompetentiam Iudicis, potuit ſine periurio ſimulate confiteri, id quod non commiſit, vt hoc modo citius ab Epiſcopo remittatur ad ſuum ſuperiorem, vel ex alia aliqua cauſa. Et hic obiter aduertendũ, quod ſcientia incompetentiæ Iudicis in dubio præſumitur in iuris perito, & docto. Guazz. *def.* 1. *cap.* 7. *num.* 20 Ideo nec eſt verum, quod idem Bordon. dixit *in praxi. cap.* 46. *num.* 17. ſcilicet, quod Prælatus regularis talem delinquentem poteſt punire pœna extraordinaria, puta carceris, quia ex proceſſu inepto, & non probante nulla pœna iudiciali poteſt inquiſitus puniri.

9. Sed longe diuerſa ratio eſt punitionis, & torturæ. Cum enim iuſte præſumatur nullum confiteri, id quod eſt in ſui dedecus, & infamiam, & pro quo grauiter puniri debet, niſi illud ſit verum, & rariſſime contigat, quod aliquis in quocumque iudicio fateatur delictum, quod non commiſit, ideo confeſſio delicti etiam coram Iudice incompetenti aliquam præſumptionem, & indicium facit contra confitentem. Verum eſt, quod DD. diſtinguunt inter illum, qui ſponte litiget coram Iudice incompetenti, & eum qui vocatus, coactus, & inuitus, ſtat coram illo. Huius enim confeſſionem non facere indicium ad torturam coram Iudice competente, prout retuli *tom.* 3. *de ſtat. q.* 189. *a.* 8. *num.* 516. voluit Panorm. *cap. at ſi clerici de iud. num.* 14. quod & ſenſerunt ibid. Butr. *num.* 28. Aret. *num.* 25. *&* 26. Bero *num.* 16. & nonnulli alij. Et ratio eſt, quia confeſſio huiuſmodi eſt iniuſtè extorta, vnde nec eſt eadẽ ratio de illa, & confeſſione extraiudiciali, quia in illa violatur ius, & præſumitur, quod fuerit extorta per metum: & eo amplius, quod ex *d. cap. at ſi clerici*, inquiſitus nullo modo poteſt puniri ex confeſſione habita coram Iudice incompetenti, puniretur vero, ſi ex illa torqueretur. Verum conſideratur, quod tortura illata pro habenda veritate non eſt pœna, & quod licet veritas extorta à Iudice incompetente per torturam, ſit iniuſte extorta, nedum quia eſt extorta à non habente iuriſdictionem, ſed etiam, quia eſt extorta in ratione confeſſionis delicti, quod inquiſitus negauit, & non fatetur, niſi quia torque-

tur , & ideo dicatur, quod confeſſio coram Iudice incompetente emanata in tortura non facit inditium ad torturam , *vt d.cap. at ſi clerici*, aduer‑ cerunt Bald. *num.* 2. Anchar. *poſt num.* 8. Felin. *num.* 5. Farinaccius *quæſt.* 81. *num.* 210. Guazz. *def.* 32. Tamen hoc dici non poteſt de confeſſione ſpontanea facta extra torturam, quæ in ratione confeſſionis delicti non eſt iniuſte , & coacta , ſed ſpontanea , & ideo communis eſt ſententia Innocentis *in d. cap. at ſi clerici de iud. & cap. per inquiſitionem de elect.* volentis , quod confeſſio ſpontanea delicti emanata extra torturam non præſumatur extorta per vim , ſed faciat indicium ad torturam contra confeſſum , pro qua ſententia Farinac. refert pluſquam 28. Doctores eamque tenet etiam Clar. *quæſt.* 21. Guazz. *def.* 32. *cap.* 261. *num.*8.

10. Et licet aliqui hoc limitent , vt non verificetur in confeſſione emanata ex metu tormentorum, tamen ad hoc vt confeſſio hoc modo dicatur extorta neceſſe eſt , quod confeſſionem ſaltem præceſſerint minæ , quod vero alij requirant , vt confeſſio non ſit facta metu probationum, de hoc dubitat Farinac.*num.*210. Et merito,quia confeſſio facta metu probationum potius præſumitur vera , & ex conſciencia delicti emanata , Quod ſi confeſſio fuit reuocata per confitentem, non facit iudicium ad torturã etiam non docto de errore ſecundum Felin. *d. cap. at ſi clerici num.* 6. & alios , quos refert Farinac. 215. ſed alij oppoſitam ſentiunt cum Bellam. *d. cap. at ſi clerici num.* 30. & Clar. *qu.* 21. quos ſequitur Farinac.*num.*216. & ita eſt,quod ſi confeſſio fuit reuocata antequam redigeretur in ſcriptis , vel acceptaretur à parte , non facit indicium ad torturam , etiam non docto de errore,ſecus ſi reuocatio facta fuit re non integra Guazz. *def.* 32. *c.* 26. *num.* 9. ſicuti ſi confeſſio fuit nuda , & ſimplex , & nullis indicijs roborata , non poteſt reus coram Iudice competente cogi ad perſeuerandum in illa . Vnde ſolum ſi confeſſio ſit ſufficientibus. indicijs roborata poteſt inquiſitus cogi ad perſeuerandum in illa . Et ſic ſolum in hoc caſu poteſt Reus coram Iudice torqueri , quia ſi Reus non reuocet confeſſionem non habet locum tortura, ſed ſi illam reuocat , non poteſt Reus torqueri , vt perſeueret in confeſſione , niſi illa ſit alijs præſumptionibus, indicijs , & coniecturis roborata , Felin. *in d. cap at ſi clerici n.* 5. Aret. *num.* 29. & poſt Bald. Farinac. *q.* 81. *num.* 217. Guazz. *def.* 32. *cap* 26. *num.*10. Et per hanc diſtinctionem concordantur præfatæ opiniones , & quod confeſſio facta coram Iudice incompetenti in cauſa criminali ciuiliter intentata, vel in cauſa criminali incidenter habita voluit idem Farinac. *nu.* 218. *&* 219 *& q* 82. *num.* 42. *&* 43. ſed non video huius duplicis limitationis ſolidum fundamentum .

11. Cum ergo confeſſio facta coram Iudice incompetente faciat indicium ad torturam coram Iudice competente , multo magis facit indicium ad inquiſitionem ſpecialem , & vt Iudex competens poſſit Reum in illo proceſſu ſufficienter indiciatum ad ſe vocare , & citare , & ſic poſtea ad vlteriora procedere .

12. Sed quomodo Reum interrogabit , vt ſic poſſit ad vlteriora procedere ? Ex Genuen. Guazz. *def.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *& def.* 20. *cap.* 9. *num.* 29. & Bord. *cap.* 76. *à num.* 13. referunt praxim Archiep. Neapol. eſſe , vt habita copia proceſſus fabricati in curia ſeculari , Reus interrogetur, an habeat teſtes in illo proceſſu examinatos pro rite examinatis , & repetitis , & ſi Reus affirmet , Iudex Eccleſiaſticus procedat ad vlteriora . Sed Guazn. de hoc valde dubitat , quia teſtes examinati coram Iudice incompetente nullam faciunt probationem contra inquiſitum . Et pariter Bordon. eamdem praxim reijcit , quia proceſſus nullus ex defectu iuriſdictionis Iudicis non eſt ſanabilis ex conſenſu inquiſiti. Sed pro illa praxi facit, quod ſi Reus ex confeſſione facta coram Iudice incompetente poteſt à Iudice competente torqueri , cur de delicto in poceſſu laicali ſufficienter probato non poterit conſtitui , & interrogari ? Etenim teſtes in proceſſu laicali , ſeu coram Iudice incompetente examinati nullam faciunt probationem ad damnandum inquiſitum . Sed cum hoc non obſtante confeſſio habita coram tali Iudice ſufficiat ad interrogandum Reum de delicto, & ſi negat , ad illum torquendum, cur probatio delicti coram tali Iudice incompetente non ſufficiet ſaltem ad Reum interrogandum , ſaltem ſecundum modum illius praxis , in qua Reus non interrogatur primo ſpecialiter de delicto , ſed notificatur illi , quod contra illum eſt fabricatus proceſſus in Curia ſæculari , & interrogatur an habeat teſtes pro rite examinatis & repetitis, & ſolum , ſi hoc affirmat proceditur ad vlteriora? Hic enim adeſt quodammodo nouum examen teſtium , & eorum requiſitio coram Iudice competente, & ſolum virtute huius examinis proceditur ad vlteriora conſentiente nedum Reo , ſed Iudice competente .

13. Itaque dicitur primo , quod *in cit. cap. At ſi Cleric. de iud.* ſolum prohibetur ne Clericus ex proceſſu Iudicis Laici damnetur . Hæc enim ſunt verba illius textus . *Et ſi Clerici coram ſeculari Iudice conuicti fuerint , vel confeſſi de crimine , non ſunt propter hoc à ſuo Epiſcopo aliquatenus condemnandi , ſicut enim ſententia à non ſuo Iudice lata non tenet , & ita facta confeſſio coram ipſo . Si vero coram Epiſcopo de criminibus in iure confeſſi ſunt , ſeu legitima probatione conuicti , dummodo ſint talia crimina , propter quæ ſuſpendi debeant , vel deponi , non immerito ſuſpendendi ſunt à ſuis ordinibus , vel ab altaris miniſterio perpetuo remouendi .* In his ergo Alexander tertius non vult , niſi quod Clerici non damnentur , ex eo quod in proceſſu laicali ſint confeſſi , vel conuicti , ſed ſolum ſi in proceſſu Clericali coram Epiſcopo , vel Iudice competenti ſint confeſſi , vel conuicti , ſed non prohibet , quod ex proceſſu laicali Iudex Eccleſiaſticus

com-

competens non poſſit ſumere indicia ad delinquentem conuincendum. Et ideo DD. bene docent, quod ex confeſſione facta coram laico Iudice poſſit Epiſcopus ſumere indicium ad clericum conuincendum,ſeu ad hoc,vt Clericus coram ſe delictum fatentur;eadem igitur ratione ex deductis, & probatis in proceſſu laicali poterit Epiſcopus ſumere indicia ad Clericum interrogandum, vt poſſit illum conuincere, & punire.

14. Sed hic alia difficultas explicari debet an, ſcilicet, ad conuincendum Clericum, ſufficiat,ſi confeſſio eius habeatur in proceſſu laicali, & alia indicia ſint in eodem proceſſu probata, vel potius neceſſe ſit, quod in proceſſu Clericali aliunde ſint probata per teſtes à Iudice Eccleſiaſtico examinatos. Hoc enim ſecundum dicendum videtur, quia Iudex Eccleſiaſticus dicto proceſſu ſtare non debet, tanquam fabricato à Iudice incompetenti, Guazz. *def.* 20. *cap.* 9. *num.* 29. ex relaſ. *deciſ.* 65. *n.*5. Farinac. *conſ.* 70. *n.* 1. & *q.* 7. *num.* 43. Clar. *q.* 36. vbi Baiar. Et ita quod Iudex Eccleſiaſticus ex illo proceſſu non poſſit informationem formare,ſed teneatur nouum proceſſum inchoare & perficere Ambroſ. *tract. de immun. Eccleſ. c.* 11. *num.* 2. & Farinac. *q.* 2. *num* 43. Et hoc omnino dicendum videtur. Nam ad hoc vt depoſitio teſtium ſit iudicialis & ſufficiens ad probandum in iudicio, non ſufficit quod teſtes ſint idonei, & fide digniſſimi, ſed inſuper neceſſe eſt, quod ſint iurati, & deponant coram Iudice competente,teſtium igitur deponentium coram Iudice incompetente teſtimonium non eſt iudiciale, & ideo hoc teſtimonium non valet, & Iudex competens ex illo non poteſt moueri, ſed opus eſt, quod illos iterum examinet. Nam teſtis examinatus coram Iudice incompetente non probet *l.* 3. §. *Idem diſcurſ. ff. de teſt. L. fin. c. de teſt.* Butr. *cap.* 1. *n.*2. *de teſt. cogen.* Corn. Aym. Ruin. Marſil. Moneiccll. quos ſequitur Farinac. *q.* 8. *num.* 118.

15. Nihilominus his non obſtantibus dicitur primo, quod ad hoc, vt Iudex competens ſit iuditialiter certus de depoſitionibus teſtium, & depoſitis ab illis, ſi alias ſunt teſtes idonei, & ſunt plures conteſtes, & ſic an inquiſitus ſit conuictus, vel reſpectiue confeſſus, ſufficit quod proceſſus factus coram Iudice incompetente ſit redactus apud acta Iudicis competentis, & ab illo acceptatus. Nam ſcriptura Notarij continens acta coram Iudice illius, & proceſſu plene probat in iudicio, vt dicitur infra *q.*13. *num.* 10. & pluribus DD. citatis probat Farinac. *q.* 84. *num.* 23. & 302. Et conſideratur, quod hic ſunt duo de quibus Iudex debet eſſe certus, nimirum quod teſtes iſti, vel illi, hoc vel illud depoſuerint coram Iudice, vel quod Reus delictum confeſſus fuerit, & hoc plenè probatur per ſcripturam Notarij, quæ in hoc ſufficienter probat. Et eo magis, quod Notarius in ijs, quæ deponit ex officio æquiualet duplici teſti, vt probatur infra *q.* 8. *art.*10. *n.*111. ex Farinac. *q.*65. *num.*183. Notarius igitur per ſcripturam, & proceſſum à ſe rogatum de prædictis deponens plenè probat coram Iudice competente. Alterum eſt,quod depoſitiones teſtium non habentium exceptionem ſint veræ, & vera ſit confeſſio Rei, & hoc ex principijs iuris eſt moraliter certum. Itaque igitur Iudex competens per certitudinem moralem poteſt habere Reum pro conuicto,vel confeſſo,ſi talis apparet in proceſſu corā Iudice incompetente fabricato.Et hoc ex vi teſtimonij teſtis coram Iudice cōpetente deponentis.Quod eo magis eſt verum,quod imò ad interrogandū Reum ſufficit, quod præcedat ſemiplena probatio, & dictum vnius teſtis. Inueriſimile autem eſt, quod ſcriptura Notarij ſaltem non æquipolleat vni teſti, & non probet ſemiplenè, & quantum ſufficit ad interrogandum Reum.

16. Dicitur ſecundo, quod ex hoc, quod dictus proceſſus reponitur apud acta Iudicis competentis, & ab eo acceptatur, ſatis inchoatur nouus proceſſus coram Iudice competente, qui ex hoc poteſt Reum interrrogare de contentis in illo proceſſu, & ſimpliciter loquendo ad hoc, vt procedat ad vlteriora ſufficit, ſi interroget Reum an habeat teſtes pro rectè examinatis, & repetitis,] vel an velit aliquid dicere circa ſuum confeſſionem. In hoc enim caſu ſi Reus nolit habere teſtes pro ritè examinatis, illi debent examinari coram Iudice competente, & ſi obijciat contra ſuam confeſſionem, debet illi dari tempus ad probandum ſuæ confeſſionis errorem; ſed ſi habet teſtes pro ritè examinatis, ad quid multiplicare examina, ſine neceſſitate? Iam enim teſtes æquiualenter ſunt examinati coram Iudice competente, & per ſcripturam plenè probantem conſtat de teſtium examine. Et ſi Reus in illo proceſſu eſt confeſſus, & interrogatus reſpondit ſe nihil habere contra ſuam confeſſionem, iam illam ratificat coram Iudice competente. Sic ergo Iudex competens ſeruatis alijs de iure ſeruandis poteſt ad vlteriora procedere. Et ſic vera eſt doctrina eorum, qui aſſerunt neceſſarium eſſe nouum proceſſum. Et ſimul eſt verum, quod Iudex poteſt vti proceſſu facto coram Iudice competente, vt ex illo inquiſitionem concipiat, & Reum interroget. Crederem tamen, quod hic compendioſus procedendi modus non ſufficiat ad damnandum Reum in pœnam ordinariam, quia non habet ſupremum illum gradum certitudine, qui habetur ex teſtibus per extenſum examinatis.

17. Dicitur tertio, quod teſtes examinatos coram Iudice incompetente non probare eſt iuris ſolemnitas, ad quam non tenentur Iudices Ord. Prædicatorum, & alij, qui poſſunt procedere ſola rei veritate inſpecta, Iudex exitu ſpectatis ijs, quæ ex natura rei ſunt neceſſaria ad inſpectionem veritatis, ſi Reus ſuam confeſſionem habitam coram Iudice incompetente non negat, ſed imo illam ratificat coram Iudice competente; Vel ſi eſt certus, quod Reus per depo-

depoſitiones teſtium eſt conuictus, nec habet quod excipiat contra illas. (Quod eſſet verum niſi obſtarent propria ſtatuta exigentia teſtes iuratos, vel ſub præcepto deponentes etiam ſi teſtes non eſſent iurati.) Quia Iudex, qui procedit ſola facti veritate inſpecta etiam teſtibus non iuratis poteſt credere, vt probatum eſt ſupra *q.11.a.2.n.15*. Iudex, inquam, ex prædictis habet rei veritatem plenè inſpectam, & ideo poteſt Reum iudicare, & damnare.

18. Cum vero ſit certum, quod ordinarius loci ſit iudex competens etiam illorum, qui ſunt de alieno territorio, ſi in ſuo territorio delinquant *cap. 1. de reſcript.* & ita Prælatus Regularis poteſt punire religioſos hoſpites, ſi in ſuo Conuentu, vel loco vbi eſt Conuentus delinquant, quod in ordine prædicatorum eſt etiam ſpecialiter ſtatutum. Nihilominus Didacus Scroi *part. 1. cap. 1. num. 93.* hoc limitat, vt non procedat in Iudice delegato, & viſitatore deputato ad viſitanda Monaſteria alicuius Prouinciæ, vt iſte non poſſit punire religioſos alterius prouinciæ ibidem delinquentes. Sed non conſiderauit, quod iſti ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum, & perſonarum, & ideo poſſunt omnes delinquentes in dictis monaſterijs punire, & Doctores, quos citat intelligi debent de delegatis ad cauſas determinatarum perſonarum deputatis. Si vero non conſtet an delictum ſit commiſſum in territorio Iudicis, quid ſit faciendum, & an iudex delegatus poſſit in his cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio explicaui *cap. Romana §. contrahentes à num. 165.* de foro competenti in 6.

19. Iudex ergo examinans teſtes debet eſſe competens, & vt aduertit Guazz. *def. 1. cap. 7. num. 20.* ignorantia incompetentis iudicis non præſumitur, ſed debet probari ab illo, qui in illa ſe fundat. Sed vlterius neceſſarium eſt, quod in criminalibus Iudex per ſe ipſum teſtes examinet, nec poſſit alteri hoc examen committere, quod Doctores deducunt ex *Autentica eloquentiſſimum. C. de fid. inſtrum.* Verum fallit hæc regula in cauſis parui momenti. Secundo in caſu neceſſitatis, vt quia teſtes ſunt in alieno territorio, nec poſſunt cogi, vt veniant ad Iudicem. Tertio ſi teſtes abſentes non habent tutum acceſſum ad locum examinis. Quarto ſi teſtes, quia ſunt, vel in dignitate conſtituti, vel ſenes, vel valetudinarij, vel alias legitime impediti, nõ poſſunt venire ad locũ examinis. Quinto ſi Iudex ſit tantæ dignitatis, vt non debeat ire ad domum teſtium, vel aliunde ſit legitime impeditus, vt non poſſit per ſe ipſum examinare teſtes.

20. In his vero caſibus, in quibus iudex per ſe ipſum non poteſt examinare teſtes, Iudex duplici via poteſt facere, quod teſtes examinentur legitime, nimirum remiſſione, & commiſſione, ſeu delegatione. Si enim teſtes ſunt extra territorium, & iuriſdictionem Iudicis, nec per ſe ipſum, nec per delegatum poteſt Iudex illos examinare, quia non poteſt in alterius territorio exercere huiuſmodi iuriſditionem, niſi de licentia Iudicis illius territorij, in quo teſtis reperitur, ideo in hoc caſu locum habet remiſſio, per quam Iudex remittit examen Iudici illius territorij. Et ſic remiſſio non fit niſi Iudici habenti iuriſdictionem in loco, in quo teſtis reperitur. In hoc vero caſu Iudex requiſitus tenetur exequi, & facere, quod detur executioni requiſitio ſibi facta. Et ſi id non facit peccat, & poteſt compelli non à requirente, ſed à ſuo ſuperiore, niſi requirens ſit ſuperior ipſius requiſiti, prout latius explicaui *cap. Romana §. contrahentes à num. 161. de foro competenti in ſeſto.*

21. Sed ſi teſtis eſt intra territorium Iudicis, Iudex vtitur commiſſione, & delegat examen Notario, vel alteri ad ſui beneplacitum. Et poteſt etiã vti remiſſione, ſi Iudex habet ſub ſe alios Iudices ordinarios habentes iuriſdictionem in locis, vbi ſunt teſtes. Et ſic quia monaſteria exempta non ſunt ſub iuriſditione Epiſcopi, non poteſt Epiſcopus per ſe ipſum examinare teſtes in ipſis monaſterijs exemptis, ſicut non poteſt per ſe ipſum examinare teſtes in illis locis, quæ ſunt nullius diœceſis. Nam & hæc loca habent proprium ſuperiorem, ſine cuius licentia non poteſt in illis exerceri iuriſdictio forenſis, vt bene notat Eliſeus *tract. 4. quæſt 7. num. 4.* Vnde in iſtis locis Epiſcopus ſolum vti poteſt remiſſione remittendo examen ſuperiori illorum locorum. Videantur de his *cap. nullam 18. quæſt. 2. & cap inter cætera 11. quæſt. 1. & cap. cum pro vtilitate 16. quæſt. 1. & cap. cum ſit neceſſarium 13. quæſt. 2. & cap. cum dilectus de Relig. dom. & clement. attendentes de ſtat. monachorum*, & in eiſdem locis Doctores. Et eſt aduertendum, quod aliud eſt, quod monaſterium ſit intra territorium Epiſcopi, aliud eſt, quod ſit de Epiſcopi territorio. Monaſteria enim exempta non ſunt de territorio Epiſcopi, licet ſint intra eius territorium, ſed habent proprium ſuperiorem, qui illos regit, nec ſunt ſub iuriſdictione Epiſcopi.

22. In Eccleſijs verò Iudices laici non poſſunt examinare teſtes *cap. cum Eccleſia*, & toto titulo de immunitate Eccleſiarum, Quamuis etiam Iudices laici poſſint deferre iuramentum in Eccleſia, quia iuramentum eſt actus religionis. Eliſeus *dicta quæſt. 7. num. 7. & 9.* Eccleſiaſtici vero in Eccleſis teſtes examinare poſſunt, *cap. præceptum 2. q. 2. cap. qua fronte de appell.* An vero examen factum in Eccleſia à Iudice laico ſit nullum, crederem non eſſe nullum, quia *quia in cap. cum Eccleſia de immun.* hoc prohibetur ſub pœna excommunicationis, & de nullitate actus nihil ſtatuitur. Tum quia licet Iudex in alieno territorio non poſſit exercere iuriſdictionem, & examinare teſtes, non per hoc examen eſt nullum, ſi ibi fiat, cum ſit à Iudice habente iuriſdictionem in cauſam. Peccat tamen Iudex in hoc caſu, & hoc ex ſuo genere eſt peccatum mortale, excommunicatio tamen illa nõ eſt latæ ſententiæ.

23. In remiſſorijs etiam, vel commiſſionibus ſolet præfigi terminus intra quem teſtes

exa-

Digitized by Google

examinari debent, qui regulariter incipit à die præſentationis literarum. De quo videri poſſunt, quæ adnotaui, cap. præſentium num. 169. de teſtib. in 6. Et ſi terminus non exprimitur implicite intelligitur. Iudices in eadem Prouincia habent terminum trium menſium, in contignis ſex menſium, & vltramontes nouem menſium l. 1. C. dilat. ſed de his vide Farinac. quæſt. 77. à num. 134.

24. An verò Iudex teneatur dare remiſſionem ſeù commiſſionem ad examinandos teſtes. dicitur, quod vbi Iudex per ſe ipſum non poteſt examinare teſtes, tenetur examen remittere, vel committere, & ſolũ ex cauſa rationabili poteſt id negare. Et in hoc ſenſu hoc eſt Iudici arbitrarium Farinac. q. 77. n. 58.

25. Delegatus verò, niſi ſit delegatus Principis, non poteſt examen teſtium ſibi delegatum alteri ſub delegare. Cap. cum cauſam de teſtibus, vbi Felin. Innocent. Hoſt. Ancharan. & alij. In quo tamen aduertendum, quod ſi quis à Principe ſit delegatus, non vt merus executor, ſed vt Iudex, vt poſſit citare, & illis deferre iuramentum, teſtes cogere, citare illum, contra quem teſtes producuntur, exceptiones contra articulos recipere, multitudinem teſtium reformare, & alia ſimilia facere, quæ iuriſdictionis ſunt, hic delegatus poteſt ſubdelegare. Clement. vn. de off. delegat. Farinac. quæſt. 77. numer. 153. niſi expreſſe ſit electa induſtria perſonæ; delegatus vero ab inferiori Iudice non poteſt ſubdelegare, niſi hoc ſit illi ſpecialiter conceſſum ab ordinario delegante. Vel delegatus non eſt delegatus, vt Iudex, ſed vt merus executor, qui teſtes apud delegantem iuratos, & ab eo citatos ſolum poſſit interrogare abſque eo, quod actum aliquem iuriſdictionis exerceat. Et hic etiam ſi ſit delegatus à Papa non poteſt ſubdelegare, quia hoc eſt iuriſdictionis; ſed hoc modo etiam delegatus ab inferiori ordinario poteſt ſubdelegare hoc nudum miniſterium interrogandi teſtes, vt probaui cap. quamuis nu. 14. de off. deleg. in 6. Incontrarium tamen aliqui volunt, quod delegatus Principis, etiam ſi ſit delegatus vt Iudex, non poſſit ſubdelegare, niſi nudum miniſterium examinis teſtium, & quod delegatus ab inferiori neque hoc facere poſſit. Ita Farinac. q. 77. num. 154. & 157. Bictus q. 15 num. 19. ſed non eſt recedendum à prædictis, quia in Clement. vn. de off. delegat. expreſſe dicitur, quod delegatus à Sede Apoſtolica ad examen teſtium alteri poteſt committere vices ſuas. Et hoc eſt conforme Doctrinæ communi, ex qua habetur, quod delegatus à Papa poteſt etiam totam cauſam ſub delegare; Sed hæc quæſtio pro magna parte tollitur à praxi Sacri Palatii, relata à Farinac. num. 164. quæ eſt, vt in forma remiſſionis pro examine teſtium ponatur clauſula per te, vel per Notarium.

26. An autem de conſenſu partium delegatus poſſit ſubdelegare, negatiuè reſpondetur, quia conſenſus priuatus non tribuit iuriſdictionem non habenti; ſi tamen partes conueniant, & promittant ſe velle ſtare dictis talium teſtiũ, quia partes poſſunt conuenire, vt ſtetur teſtibus nuiliter examinatis, talis conuentio ſeruanda erit. Farinac. q. 73. num. 159. ſed hoc non verificatur in criminalibus, etiam vbi proceditur per viam accuſationis, quia in iſtis non attenditur ſolum intereſſe partium, ſed bonum iuſtitiæ communis, cui non poteſt ferre præiudicium conſenſus partium, ſed debet attendi veritas, & ne vel innocentia damnetur vel iniquitas ſit impunita.

27. Tandem aduertit Bictus q. 55. nu. 21. quod plurima ſpectantia ad hanc materiam ſunt [illegible]s Apices, & ſolemnitates, ad quas nõ tenentur regulares. Et inter iſtas eſt reſolutio illa, quod Iudex per ſe ipſum examinare debeat teſtes, quæ etiam ex iure ciuili eſt in Auth. eloquentiſſimum C. de fide inſtrum. Nec enim eſt de ſubſtantia probationis; & ſic etiam apex iuris eſt, quod in remiſſione aſſignetur terminus intra quem teſtes examinari debeant In regularibus verò Prouincialis intra ſuam prouinciam, & Generalis per totum ordinem poſſunt committere examen teſtium; ſed commiſſarij delegati non poſſunt illud ſubdelegare.

SVMMARIVM.

28 *Citanda eſt pars, vel monenda per Iudicem.*
Teſtes examinati ſine dicta citatione, ſeu monitione nihil probant. ibid.
29 *Ad dictam citationem non tenentur Iudices regulares.*
Iudex non poteſt deuenire ad torturam, & ſententiam non citata parte, ibid.
Poteſt tamen deuenire ad capturam, & interogationem Rei. ibid.
30 *Quomodo ſe debeat gerere Iudex antequam deueniat ad torturam Rei.*
Reus poteſt petere, vt teſtes repetantur. ibid.
Quod ſeruari debet apud regulares. ibid.
31 *Apud Regulares Reus poteſt excipere contra perſonas, & dicta teſtium.*
Teſtes examinari parte citata eſt apex iuris, ſad quem non tenentur regulares. ibid.
32 *Teſtes non debent examinari in turba.*
33 *Plures caſus in quibus teſtes examinati non citata parte probant, & ſeq.*

ARTICVLVS II.

De examine teſtium parte non citata.

28. Citandi ſunt pars, & teſtes. Primo vero loquendo de citatione partis dicitur, quod tam de Iure Canonico cap. 2. de teſtibus quam de iure ciuili l. ſi quando §. ſed cum oportet C. de teſtibus pars citari debet ad videndum recipi, & ad videndum iurare teſtes, ita quod teſtes examinati non citata parte nihil probant: quod eſt verum etiam ſi teſtes mille ſint. An autem teſtes faciant aliquod indicium, maior DD. pars negat, vt videre eſt apud Farinac. q. 72. à num.

à num. 1. & apud Guaz. *def.* 25. *cap.* 9. *num.* 6. & ap. Fagn. *cap.* 2. *teſt. num.* 33. qui ponderat verba textus dicentis . quod teſtificata pec hos teſtes ſint nullius momenti:ſufficeret tamen monitio Iudicis loco citationis *cap.* 2. *de teſtibus*,& Doctores ibidem . Farinac. *q*, 72, *num.* 79. Bictus *q.* 51. *num.* 30.

29. Et hoc verificari etiam ſi Index procedat ſummarie, & de plano ſola facti veritate inſpecta cum aliquibus Doctoribus voluit Farinac. *quaſt.* 72. *num.* 14. & 17. & idem voluit Guazz. *def.* 25. *cap.* 9. *num.* 12. *imo num.* 29. hoc idem verificari etiam ſi cauſe tractetur coram Principe. Sed idem Farinac. *n.* 59. p[illegible]ibus Doctoribus citatis ſentit hanc teſtium citationem non eſſe neceſſariam in Iudice , qui procedit ſola æquitate naturali , & iure gentium inſpectis & *n.*60.quod non eſt neceſſaria , vbi Iudex iudicat ſecundum conſcientiam ſuam.Et vere hæc citatio eſt iuris poſitiui ſolemnitas , ad quam non tenentur Iudices regulares ex ſepe citatis priuilegijs Bonif. VIII. Bonif. Noni & alijs , & docent Philippus de Bictis *in epitome q.* 51. *num* 6. Petrus de Angelis *cap.*17.*à num.*6. Rodr. *tom.* 2. *quaſt.* 18. *a.* 320. Suarez.*t.*2.*de relig. lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 3. Lezana *part.* 1. *cap.* 27. *num.* 13. Porteſl. 1.*part. caſ.* 20. Bordon. *cap.* 40. *num.* 12. & *cap.* 49. *num.* 19. Didacus Scroi *p.* 4. *c.* 1. *nu.* 13.

30. Sed hic duo notanda ſunt , primum eſt, quod concluſio principalis verificatur in ordine ad torturam , & ſententiam , ad quas Iudex non poteſt deuenire ex teſtibus non citata parte examinatis , ſed bene Iudex ad capturam,& interrogationem Rei procedit ex dictis teſtium examinatorum non citata parte , vt ex Clar. Crat. Foller. Cart. & alijs probant Farinac. *q.* 72. *num.* 113. Guazz. *def.* 25, *cap.*9. *num.* 24, & 26. & hæc eſt communis praxis.Sed ſecundo aduertendũ qoud de conſuetudine in criminalibus hanc citationem non eſſe neceſſariam voluere plures , apud Farinac. *q.* 72. *n.* 72. ſed regula , quæ tuto ſeruatur eſt , vt antequam Iudex in criminalibus deueniat ad torturam,interroget Reum , an habeat teſtes pro bene examinatis , & ſi ille petat , vt repetantur illos repetere tenetur , ſecùs verò ſi illos dicat ſe habere pro rite examinatis. Quod enim non ſit neceſſaria alia citatio,vbi pars habet teſtes pro ritè examinatis , & hoc expreſſe aſſerit , & ita ſeruari in omnibus fere curijs Italiæ ex Baiard. teſtatur Farinac. *q.* 72.*num.* 149. qua conſuetudine multo ſecurius vti poſſunt Regulares ex eorum priuilegijs , vt aduertit Bictus *q.*51.*num.* 8. ſed non poteſt cogi pars ad habendum teſtes pro rite examinatis . Et quatenus dixerit ſe illos vt tales habere, poteſt petere, vt repetantur Farinac *q.* 72. *num.* 156. Imo etiam re non integra , & nedum ante habitas copias,ſed poſt publicatas teſtium atteſtationes , poteſt Reus petere ad ſui defenſam , vt teſtes repetantur cum interrogatorijs. Farinac. *num.* 151. & 152. maximè ſi ſibi reſeruauit ius illos repetendi , cum dixit ſe habere illos pro rite examinatis. Bictus *q.* 51. *num.* 10. ex Farinac. *num.* 151. refert Siman. & alios volentes abſolute , quod Reus ad ſui defenſam poteſt petere , vt teſtes repetantur cum interrogatorijs , etiam ſi prius dixerit ſe habere illos pro repetitis ; quia hæc repetitio ſit ſpecies defenſionis. Et hoc ego credo verum, quia bene contingere poteſt , vt hæc repetitio ſit neceſſaria ad defenſionem , in quo caſu , nec etiam à priuilegiatis, & Regularibus negari poteſt . At vero indubitatum eſt teſtes parte non citata examinatos probare , ſi poſtea ea citata , vel à Iudice monita repetantur , ſed apud regulares priuilegiatos ſi repetitio petatur concedi debet , & ſi non petitur teſtes probant .

31. Etenim etiam apud Regulares Reus excipere poteſt contra perſonas, ac dicta teſtiũ; puod vero examinentur parte citata eſt apex iuris,ad quem Regulares priuilegiati non tenentur . Nam & hæc ſolemnitas non reſpicit niſi iuramentum , & receptionem teſtium , vt ſcilicet , pars ſit præſens dum teſtes iurant . Neque enim pars debet eſſe præſens dum teſtes examinantur , ſed ſolum dum iurant . Teſtes enim ſecreto debent examinari Gloſſ. *in cap.* 2. §. *de teſtibus* vbi Innocent. Hoſt. Panormitanus , & alij apud Farinac. *q.* 80. *num.* 93.

32. Vnde etiam eſt , quod teſtes examinati ſimul in turba nihil probant *cap. venerabilis de teſtibus* , & ibi Gloſſ. Panormitanus Butr. Felin. Fagnan. & alij . Et quamuis in cauſa ardua nimis Iudex præter Notarium poſſit adhibere in examinibus duos fide dignos , qui ſint præſentes examini , iſti tamen non debent eſſe teſtes examinandi in cauſa , & vlterius hæc eſt cautela non neceſſaria , & quam Farinac. *q.*80. *num.* 66. dixit non vidiſſe eam ſeruari . Addit autem Philippus de Bictis *in Epit. quaſt.* 51. *num.* 15. in cauſis ſummarijs , & ex conſequenti apud regulares teſtes poſſe non ſecretè examinari ex Bald. Lanf. Rebuff. & Farinac. *q.* 80. *num.* 97, ſed non per hoc conuenit teſtes examinari ſimul in turba . Tum quia , vt ponderat R. P. D. Fagnan. *d. cap. venerabilis num.* 5. & 6. ſic vnus inſtruit alium , & datur materia deponendi falſum . Tum quia ſic inter teſtes poteſt oriri varietas,contradictio , & contentio , imo & clamor , qui à partibus audiatur . Tum quia ſic examinatis datur occaſio, vt deponant per eandem præmeditatam ſententiam . Valere etiam depoſitionem partis factam parte præſente , ſed tunc partem non poſſe alios teſtes inducere adnotauit Fagn. *cap.* 2. *de teſt.num.* 15. & ex Farinac. *num.* 98. aduertit Bict. *q.* 50. *num.* 17. & quæ dicta ſunt de teſtibus citata parte examinandis,dici etiam debent , & intelligi de teſtibus examinandis ſuper interrogatorijs datis à parte .

34. Dantur tamen plures caſus , in quibus teſtes examinati non citata parte probant . Primus eſt ſi Reus ſit abſens , & ante ſententiam non compareat *cap. de teſtibus cap. quoniam vt lite non cont. cap.* 24. *de accuſat.* ſibi enim impu-

tet

tet Reus, qui ex contumacia habetur, vt confeſſus, & qui citatus non vult comparere ante ſententiam, ſi non eſt audiendus ſuper repetitione teſtium. Farinac. *q.* 72. *à num.* 100. Bordon. *cap.* 40. *à num.* 4. Guazz. *def.* 25. *cap.* 9. *nu.* 14. Secundus caſus eſt ſi teſtis ſit mortuus *cap. quoniam, vt lit. non conteſt.* in hoc enim caſu repetitio facta eſt impoſſibilis. Bordon. *cap.* 40. *nu.* 5. ſed ex Natta contrarium ſenſit Farinac. *q.* 72. *nu.* 153. Ita quod huiuſmodi teſtes non repetiti, nec faciant indicium, ſed ſi teſtes mortui fuerunt iudicialiter examinati, quod faciant aliqualem probationem dixit Guazz. *def.* 25. *cap.* 9. *num.* 16. Tertius caſus eſt in notorijs facti permanentis, in ijs caſibus, in quibus Iudex poteſt procedere parte non citata Farinac. *q.* 72. *nu.* 109. Guazz. *d. cap.* 9. *nu.* 26.

34. Quartus eſt quando Iudex ſumit informationes ſuper fama, vt poſſit ex illa procedere ad inquiſitionem *cap. qualiter, & quando de accuſat.* & Panormit. Felin. & alij *cap.* 2. *de teſt.* Farinac. *quæſt.* 72. *num.* 111. Quintus eſt cum Iudex ſumit informationes ſuper abſentia Rei inquiſiti, tunc enim examinantur teſtes parte non citata. Doctores *d. cap.* 2. *de teſtib.* Farinac. *nu.* 102.

35. Sextum caſum ponunt aliqui ex qualitate delictorum, vt ſunt delicta leſæ maieſtatis aſſaſſinij, ſodomiæ, & in alijs atrociſſimis delictis: ſed hic caſus non admittitur, quia ſi loquitur in ordine ad capturam, vel interrogationem Rei, hoc eſt commune in omnibus delictis, ita ſi loquitur in ordine ad torturam, vel damnationem, ſi Reus non habet teſtes pro rite examinatis repeti debent teſtes; nam hoc pertinet ad iuſtam Rei defenſionem Farinac. *quæſt.* 72. *n.* 123. *& q.* 39. *nu.* 111. Guazz. *d. c.* 9. *n.* 7. 16. 17. & alij quos iſti referunt.

36. Septimus Caſus eſt quando Iudex eſt certus, quod Reó nulla competit defenſio. Menoch. *de arbit lib.* 1. *q.* 17. Felin. in Clem. Paſtoralis §. *quia vero num.* 15. Guazz. *d. cap.* 9. *num.* 28. qui tamen bene difficile eſſe, quod hic caſus poſſit practicari, niſi in caſibus in iure expreſſis, vt in caſu notorij, vel inuenti in flagranti crimine, & ſimilibus caſibus exceptis, ſed in caſibus alijs debet Iudex interloqui, quod Reus petit copiam proceſſus, vel defenſiones per calumniam, cum tamen preparatus ſit ius, & iuſtitiam miniſtrare.

Octauus caſus eſt in cauſa periculi in partibus longinquis, quia tunc valet examen teſtium non citata parte, ſi tamen intra annum fuerit reproductum coram Iudice competente. Maſcard. *de probatt lib.* 1. *concluſ.* 223. Baiard. *q.* 45. *num.* 3. & alii quos ſequitur Guazz. *d. cap.* 9. *num.* 18.

Nono non eſt neceſſaria citatio partis quando teſtis examinatur ad declarationem ſui dicti. Et decimo quando examinatur ad probandam abſentiam Rei inquiſiti.

An vero conſuetudine introduci poſſit, & non ſit neceſſaria citatio partis ad examen teſtium, alij concedunt quos refert Guazziu *d. cap.* 9. *n.* 14. ſed dicas conſuetudinem, hanc valere, vt eſt contraria Iuri poſitiuo non vero, vt repugnat Iuri naturali.

SVMMARIVM.

37 *Teſtis neceſſitari poteſt ad teſtificandum duplici modo.*

In duplici catu quis tenetur accuſare, ſeu denunciare delicta non vocatus. ibid.

38 *Quando Iudex non vult recipere denunciationem teſtis, tenetur denunciare veritatem alteri Iudici.*

39 *Obligatio deponendi in Iudicio ad defenſam boni communis, vel tertij innocentis eſt ex Charitate.*

Obligatio verò deponendi, quando teſtis eſt legitime citatus eſt ex iuſtitia legali. ibid.

40 *Opiniones variæ. ibid.*

41 *Datur obligatio deponendi, quæ eſt ex obedientia debita ſuperiori, & non ex iuſtitia commutatiua.*

42 *Ad Reum puniendum non tenetur teſtis teſtificari niſi legitime vocatus, & interrogatus.*

Teſtis non tenetur teſtificari ad defenſam accuſatoris. ibid.

43 *Et quid ſit dicendum, ſi accuſator non poteſt probare delictum. ibid.*

44 *Quando ex depoſitione teſtis ad defenſam Rei occiditur accuſator, teſtis poteſt eſſe irregularis.*

Teſtis legitime vocatus, & interrogatus tenetur veritatem deponere. ibid.

45 *Quid dicendum ſit ad quæſtionem, an obligatio teſtis legitime interrogati ad dicendam veritatem ſit ex iuſtitia.*

46 *Et quando mendacium ſit peccatum mortale. ibid.*

47 *Teſtis violans iuſtitiam, & deponens falſum quando debeat reparare, & reddere indemnem eum, cui intulit præiudicium.*

48 *Opiniones variæ.*

49 *Teſtis falſus impediens Iudicem ne inferat pœnam pecuniariam, quæ impoſita eſt alicui delicto, non tenetur ad reſtitutionem. & n.* 50.

51 *Oppoſitio, & Reſponſio. & num.* 52.

53 *Explicatur difficultas.*

54 *Quomodo teſtis dicatur coactus, & inuitus.*

55 *Per quid compellantur teſtes, à Iudice Eccleſiaſtico, & Laico.*

56 *Antequam teſtes compellantur, præmittenda eſt monitio.*

57 *In criminalibus etiam poſſunt cogi teſtes.*

58 *Et præcipue apud Regulares.*

59 *Plures caſu in quibus teſtes cogi non poſſunt.*

60 *Opiniones variæ. & num.* 61.

62 *Sub nomine teſtium veniunt inſtrumenta & ſcripturæ, quæ cauſam inſtruunt, & nu.* 63. *&* 64.

65 *Multi caſus in quibus licet Iudici cogere teſtes.*

66 *Priuilegiati in multis caſibus cogi poſſunt ad teſtificandum, & num.* 67.

68 *Affines & conſanguinei multoties cogi non poſſunt.*

69 *Arbitrarium eſt Iudici cognoſcere quando cogendi ſunt teſtes, vel non cogendi.*

70 *Teſtis citatus ad teſtificandum, & ſe ſubſtrahens eſt ſuſpectus de falſitate.*

In duobus caſibus punitur pœna falſi. ibid.

In alijs caſibus punitur pœna contumaciæ. ibid.

Teſtis ſe ſubtrahens à teſtificando tenetur parti ad damna. ibid.

71 *Teſtis non poteſt accipere pretium pro teſtimonio ferrendo.*

Poteſt tamen illud recipere pro itinere, & expenſis. ibid.

In quibus caſibus teneatur teſtis ad reſtitutionem. ibid.

ARTICVLVS III.

De teſtibus citandis, & cogendis.

37. EST verò præmittendum, quod teſtis poteſt neceſſitari ad teſtificandum, vel ſcilicet ex lege præſertim ex lege naturali, & diuina, vel poteſt, neceſſitari, & cogi ex præcepto Iudicis. Primò autem modo teſtis neceſſitatur quotieſcumque ipſe tenetur accuſare, vel denunciare, vt dixit Caiet. 22. *q.* 70. *art.* 1. & Banneſ. *d. art.* 1. *art.* 1. *c.* 3. Serra 22. *q.* 70. *art.* 1. *diſt.* 2. ſicut ergo in duplici caſu, quis tenetur accuſare, vel denunciare delicta ex doctrina communi D. Tho. 2. 2. *q.* 68. *art.* 3. nimirum, ſi delicta vergunt in damnum Reipublicæ, vel in damnum tertij innocentis, cui damno non poteſt ferri remedium, niſi mediante Iudice. Ita in his caſibus teſtis etiam vltroneus, & non vocatus debet teſtificari. Neque in hoc datur exceptio perſonarum, nec valet priuilegium, vt quis non poſſet cogi ad teſtificandum, ſed omnes Viri, Mulieres, Nobiles, Laici, Clerici, Sacerdotes, Epiſcopi, & alij tenentur teſtificari, vt ibi Bannes aduertit, qui hoc extendit, vt locum habeat, etiam quando accuſator accuſauit ex præcepto, vt tunc ex eadem ratione teſtis debeat teſtificari, quia in hoc caſu teſtis debuiſſet accuſare. Verum in contrarium facit, quod vbi iam Superior per accuſationem, vel denunciationem ab alio porrectam eſt conſcius damni imminentis Reipublicæ, vel tertio innocenti, ſæpè ceſſabit neceſſitas obligans alium adhoc, vt non vocatus ſpontè accedat ad Superiorem, & denunciet. Imò vtilius erit, vt non accedat ſpontaneus, quia tunc potius erit denunciator, quam teſtis, & teſtis vltraneus, vt videbimus *artic. ſequenti*, de iure minus probat. Itaque ergo dum imminet damnum Reipublicæ, vel tertio innocenti, teſtis ſi vocetur tenetur etiam ex charitatis lege deponere veritatem, vt obuietur periculo. Et ita quod ſi ſit neceſſarium ad defenſam boni communis, aut innocentis, vt teſtis ipſe ſpontaneus accedat ad Iudicem, imò ſi neceſſarium, vt ipſe nedum denunciet, ſed accuſet, & inſtet apud Iudicem, debet ſpontaneus accedere, & deponere, vel etiam accuſare.

38. Et ſi forſan Iudex nolit illius teſtimonium recipere, tenetur veritatem denunciare alteri, qui poſſit prodeſſe, vt ſic egenum, & pauperem eripiat de manu peccatoris, vt mandatur *pſalm.* 81. & eruat eum, qui ducitur ad mortem, vt dicitur *pſalm.* 24. & hoc eſt verum etiam in ciuilibus, & reſpectu etiam diuitum innocentum. Eſt enim diſcrimen inter præceptum eleæmoſinæ, in qua quis aufert à ſe, quod ſuum eſt, vt det alteri, & præceptum defendendi innocentem teſtificando, in quo defendent nihil aufert à ſe. Et ideo hic etiam tenetur defendere diuitem, quia imo in hoc caſu diues pauper eſt, & cum aliter non poſſit defendi, eſt aliquo modo in extrema neceſſitate teſtimonij, per quod liberetur. Sotus *lib.* 5. *de iuſt. q.* 7. *a.* 2. *ad primum* 3. Bannes 22. *q.* 70. *art.* 1. *p.* 5. *d.* 1. Serra *ibid. d.* 2.

39. Hoc etiam valdè eſt aduertendum, quod obligatio iſta deponendi in Iudicio ad defenſam boni communis, vel tertij innocentis non eſt ex iuſtitia commutatiua, ſed ex charitate; ſicut quando teſtis eſt citatus legitimè à Iudice, obligatio deponendi eſt ex iuſtitia legali, & ex obedientia debita Iudici, vt habetur ex Diuo Thoma 22. *q.* 70. *art.* 1. Et ideo teſtis ex eo præcisè, quod non vult comparere coram Iudice etiam citatus, vel interrogatus non vult reſpondere, non tenetur ad reſtitutionem pro damnis, quæ incurrit innocens, quia ex hoc non offendit iuſtitiam commutatiuam, ex qua ſola oritur obligatio reſtituendi. Nihilominus aliqui diſtinguunt inter teſtem non citatum, & eum, qui citatus, aut interrogatus, non vult comparere, aut non vult reſpondere, vel latitat, & ſe occultat, vt non poſſit citari. Et in hoc ſecundo caſu dicunt teſtem citatum, & non comparentem, aut interrogatum, & non reſpondentem, aut *latitantem* ne citetur teneri ad reſtitutionem damnorum, quæ innocenti obueniunt ex non teſtificatione. Ita ſentiunt Sotus *lib.* 5. *de iuſt. q.* 7. *art.* 1. Nauar. *cap.* 25. *num.* 44. & alij apud Dianam *part.* 3. *tract.* 25. *reſolut.* 101. ex eo quia teſtis in Iudicium vocatus, & legitimè interrogatus fungitur officio publico, & ex officio tenetur reſpondere, & ex conſequenti ex iuſtitia commutatiua.

40. Sed contra hanc ſententiam militat primo, quia vniuerſaliter non eſt verum, quod obligatio ex officio ſit ex iuſtitia commutatiua, vt latè oſtendi *tract. de elect. cap.* 30. *q.* 3. *&* 17. Sic enim obligatio electoris ad eligendum digniorem non eſt ex iuſtitia commutatiua. Secundo quatenus teſtificari in iudicio dicatur officium, non eſt dicendum, quod ſuperior velit hoc officium imponere ſubdito eo inuito, ita quod ſubditus illud acceptare teneatur, & teneatur ex iuſtitia commutatiua illud exercere, & præcipuè reſpectu perſonæ de

qua

qua deponi debet, cum ab ea nihil teſtis receperit, ex quo teneatur deponere. Quod enim Princeps poſſit obligare perſonas ad actiones perſonales obligatione iuſtitiæ commutatiuæ ad aliam perſonam in pœnam delicti, quomodo poteſt perſonas priuare etiam vita, hoc eſt verum, ſicuti hoc poteſt etiam facere de perſonarum conſenſu, & pacto. Hoc enim modo dando officium alicui habens annexam cuſtodiam, vel obligationem iuſtitiæ commutatiuæ implicitè contrahit cum recipiente officium. Vndè ipſe manet obligatus etiam ex iuſtitia ex vi pacti initi, non verò præcisè ex impoſitione Superioris: Sed quod populi, & gentes ſe ſubdiderint Principi, & dederint illi facultatem, vt inuiti regulariter poſſent cogi ad actiones perſonales ex iuſtitia commutatiua ad alios, non eſt multum veriſimile, vt notat Cardinal. de Lugo *diſt.39. num.5.* Neque hæc ordinaria, & irregularis poteſtas eſt neceſſaria ad rectam Reipublicæ gubernationem. Nam ad hanc ſufficit, quod Princeps poſſit ſubditos obligare ex iuſtitia legali, & præcepto obedientiæ, & imponendo pœnas non obedientibus. Et ita de facto fit, vt ſi Princeps v. g. præcipiat vt ſubditi ſeruiant perſonaliter ad purgandas, ſeu præparandas vias, aut ad erigendam domum, vel pontem, vel caſtrum, nullus dicit, quod præceptum Principis obliget nedum ex obedientia, ſed ex iuſtitia commutatiua.

41. Sic ergo dum Princeps, vel Iudex præcipit alicui, vt teſtificetur, non intendit obligare illum, niſi ex obedientia, & iuſtitia legali, non verò ex iuſtitia commutatiua reſpectu tertij, quia ad hoc ſufficit obligatio ex obedientia. Sed vlterius conſideratur, quod aliud eſt officium imponere, & aliud eſt officium exercere; ſi enim officium materiam iuſtitiæ concernat, ſicut officium Iudicis eſt ius ſuum cuique tribuere, tunc ſi officialis peccet in ſuo officio, peccat contra iuſtitiam commutatiuam, ſed hæc obligatio oritur, vel ex natura talis officij, vel ex implicito pacto inito inter Principem, & recipientem officium. Sed nihilominus Princeps imponendo officium non obligat ſubditum ex iuſtitia commutatiua ad officium Iudicis recipiendum. Quis enim dicit, quod nolens recipere officium Iudicis violet iuſtitiam commutatiuam, & teneatur ad aliquam reſtitutionem? Sic igitur, nec dici poteſt, quod mandatum Iudicis ex iuſtitia commutatiua obliget teſtem ad recipiendum officium teſtis, & ad teſtificandum. Propterea melius dicunt alij, quod præceptum Iudices obligat teſtem ex iuſtitia legali, non eſt ex iuſtitia commutatiua, & ideo teſtis citatus, & interrogatus tenetur deponere ex obedientia debita ſuperiori, non verò ex iuſtitia commutatiua: Et ideò ſi nolit deponere non tenetur ad reſtitutionem Bannes 2.2. *quæſt.70. a.1. p.5. dub.3.* Ledeſ. 2.*p. tract.8. cap.25.* Serra 22. *quæſt. 70. art. 1. dub. 3.* Diana *part.3. tract.5. reſolut.* 105. & apud eum Io. de la Crux, Syluius, & Petigianus, Card. de Lugo *tom.2. diſp. 39. ſc. 9. num.* 104. quatenus docet teſtem non teneri reſpondere ex iuſtitia commutatiua. Et non eſt eadem ratio de occultante Scripturam publicam, & de teſte non deponente, quia quicumque indiget Scriptura publica habet ius, vt illa ſibi manifeſtetur, ſed quilibet non habet ius contra alium, vt teſtificetur in iudicio.

42. Hucuſque vero dicta intelliguntur de obligatione deponendi ad defenſam innocenris. Nam ad puniendum Reum non tenetur teſtis teſtificari, niſi legitimè vocatus, & interrogatus. D. Tho. 22. *q.70. art.1.* Sed difficultas eſt, an ſaltem ad defenſam accuſatoris, ne damnetur ex non probato delicto, teſtis teneatur deponere contra Reum. Sed ad hoc reſpondet D. Thom. dicens, *Vel ſi immineat periculum accuſatoris non eſt curandum, quia ipſe in hoc periculum ſpontè ſe ingerit.* Hoc tamen non eſſe intelligendum de accuſatore neceſſariò, qui accuſauit ex præcepto aduertit Caietanus. Sed conſiderari debet, quod rariſſimè accidere poteſt, quod aliquis ſit accuſator neceſſarius, & ex præcepto accuſet ſolo intuitu boni communis, aut iuſtitiæ publicæ, quia ad hunc finem ſufficit, quod delicta denuncientur iuridicè, vt dictum eſt ſupra & ita non eſt opus, vt denunciator ipſe ſuſcipiat onus probandi delictum, & inſtandi pro punitione, & ſic ex non probato delicto nullum imminet periculum denunciatori. Si ergo quis non contentus denunciatione voluit accuſare, & ſuſcipere onus probandi, ſibi imputet, ſi non probato delicto punitur, & ob hãc cauſam teſtis nõ tenetur abſtinere, nec debet ne deponat ad fauorem Rei, & illum defendat.

43. Sed & dato hoc rariſſimo caſu, in quo accuſator teneretur accuſare, conſiderari debet quod iam duo ſunt quibus imminet malum, ſcilicet, accuſator, & Reus innocens. Cur igitur in hoc caſu præferri non debet defenſio innocentis Rei? Et quidem primo conſiderari debet, quod ſi Reus eſt innocens, & poterat ſe defendere, præceptum accuſandi non vrgebat. Quænam enim ſtultitia eſt, ſuſcipere onus probandi in iudicio delictum, à quo accuſatus poteſt ſe defendere? Secundo etiam dato, quod quis ex ignorantia etiam inuincibili accuſauerit putans delictum eſſe verum, & probabile, & ſe teneri ad accuſandum, adhuc innocentia præualet errori accuſantis; maximè quod in rei veritate præceptum accuſandi non aderat, & ſolum ex conſcientia erronea accuſator onus accuſandi ſumpſit. Tertio accuſator aliundè poteſt ſe defendere probando errorem, & ſe excuſando à calumnia iuxta dicta ſupra. Etiam ergo ſi adſit periculum accuſatoris etiam mortis, teſtis ſciens innocentiam inquiſiti tenetur illum defendere, & pro illo deponere. Bannes 2.2. *q.70. art 1. p.5. d.2. concluſ.2.* Serra ibidem *dub.2.*

44. An verò ſi accuſator occidatur, teſtis, qui depoſuit ad defenſam Rei ſit irregularis? Non eſſe, ſi teſtis ſolum oſtendit innocentiam

Rei, quia tunc non amittitur manſuetudo Eccleſiaſtica; eſſe verò ſi teſtis directè, aut indirectè depoſuit de crimine accuſatoris, quia fuit teſtis in cauſa ſanguinis, dixerunt Bannes *d. q. 70. a. 1. p. 1. d. 1.* & Serra ibidem *dub.2.* qui addit, quod ſi teſtis proteſtatus fuerit ſe nolle occiſſionem nocentis, ſed tantum defenſionem innocentis non incurrit irregularitatem. Et hoc eſt tenendum, nam alias defenſioni innocentis in hoc caſu eſſet connexa per ſe culpa accuſatoris, & ex conſequenti eius damnatio. Nec eſt eadem ratio de clamante, & implorante defenſionem Patris, quia in hoc caſu, niſi contingenter, & per accidens eſt, quod aliquis occidatur. Verum tamen eſt, quod modo in multis Curijs pœna talionis contra accuſatorem non eſt in vſu, & in caſu, in quo adſit apparens neceſſitas accuſandi, hæc ſola excuſaret accuſantem à pœna, ſi probaret ſe accuſaſſe ex credita bona fide neceſſitate accuſandi. Videantur dicta ſupra.

Cum verò in caſibus ſupradictis teſtis etiam non vocatus teneatur ferre teſtimonium, quando poſtea eſt vocatus, & legitimè interrogatus à Iudice, & reſpondet abſolutè, & vniuerſaliter tenetur ſinceram veritatem deponere, & nedum á mendacio, ſed & ab æquiuocationibus cauere, & clarè, & diſtinctè, & fideliter factorum veritatem manifeſtare. Quod ſi ſit in iudicio mendax; peccat mortaliter, & ſi iurauit eſt periurus, vt cum D. Thoma *2.2. q. 70 a. 1.* docent communiter Theologi, & Iuriſtæ.

45. Triplex tamen hic adeſt difficultas. Prima eſt an obligatio teſtis legitimè interrogati ad manifeſtandam veritatem ſit ex iuſtitia. Ad quam affirmatiuè reſpondet Bannes 2. 2. *q. 70. art. 1. part. 2. dub. 2. concluſ. 2.* Et quidem hoc certum eſt, quod teſtis ex iuſtitia tenetur ſic reſpondere, vt nulli inferat iniuſtum præiudicium, teſtis verò ſemper iniuſtum præiudicium infert alteri, dum mentitur in præiudicium illius falſum crimen imponendo, hoc enim modo eſt iniuſta cauſa damni illius. Et licet ſi culpabiliter non mentitur, ſed ex ignorantia, vel inconſideratione inculpabili, non peccet contra iuſtitiam, quia deficit culpa, ſi tamen fiat conſcius mendacij, tenetur dictum ſuum reuocare, & immunitati proximi conſulere. Ad hoc tamen non obligari ex iuſtitia, ſed ex charitate voluit Bannes, cui conſentit Serra *dub. 3* Sed in contrarium eſt, quod mendacium, quod ex ignorantia proceſſit durat in ſui virtute, & efficacia, & continuò damnificat proximum; igitur ceſſante ignorantia, iam ſcienter, & iniuſtè damnificat eius dictũ, ſi non reuocetur; tenetur igitur, qui mentitur eſt ex iuſtitia tale mendacium reuocare, vt habetur ex D. Tho. 2.2. *quæſt.62.*

46. Cæterum, quod vbi mendacium non infert alicui priuato præiudicium, illud ſit peccatum mortale contra iuſticiam, ex eo quod eſt commiſſum in iudicio, non crediderim; vbi enim alicuius priuatæ perſonæ non eſt commodum, vel damnum, non habet locum commutatiua iuſtitia, quæ ſolum eſt inter priuatas perſonas. Nec obſtat, ſi dicatur, quod offenditur bonum commune, & quod teſtis, qui mentitur deficit in officio ſuo: quia hoc non probat, niſi quod ipſe peccat contra iuſtitiam legalem, & fidelitatem officij ſui, iuſtitia enim commutatiua reſpicit bonum priuatum, & non reſpicit vniuerſitatem, niſi pro quanto ipſa conſideratur, vt ficta perſona priuata. Sed iuſtitia legalis illa eſt, quæ reſpicit bonum vniuerſitatis. Teſtis igitur mentiens in iudicio grauiter peccat, vel etiam ſolum venialiter, ſi veritas negata, nihil vel parum facit ad rectitudinem iudicij, vt ſi dum agitur de homicidio commiſſo de medio die, teſtis mentiendo dicat tempus fuiſſe, vel non fuiſſe nubiloſum; hoc enim mendacium non impedit rectum iudicium, cum ſit circumſtantia mere accidentalis, & quæ in ratione culpæ non variat factum, nec culpam auget, nec minuit. Sed tamen tale mendacium, cum nullum præiudicium inferat alicui perſonæ priuatæ non eſt contra iuſtitiam commutatiuam. Et ablato periurio non eſt peccatum mortale, ſed à mortali excuſatur ex paruitate materiæ, vt contra Caiet. 2.2. *q.69. a.1.* docent ibidem Bannes *a. 2. p.2. d. 1.* Sotus *l. 5. de iuſt. quæſt. 6. a. 1. in fin.* Nauar. *in man. cap.18. n.3.* Salon. Valent. & alij, quos ſequitur Clau. Reg. *l.12* c.2. *nu.* 19. Eliſeus *tract. 5. q.15. n 11.* Qui tamen malè *num.*10. dixit, quod etiam adiuncto periurio mendacium poſſit eſſe veniale, quia hoc eſt falſiſſimum; nam ſemper fit maxima iniuria diuinæ veritati, quando adducitur in confirmationem mendacij. Et nihilominus teſtis etiam non mentiendo, ſed deponendo veritatem peccat contra iuſtitiam, ſi ex iuſtitia tenebratur eam non manifeſtare: vt ſi non ex ſolâ virtute fidelitatis, ſed ex iuſtitia tenebatur ſeruare ſecretum, & ipſe in caſu in quo obligatio ſecreti manebat, illud manifeſtauit Iudici.

47. Secunda difficultas eſt, an quando, & qualiter teſtis violando iuſtitiam depoſuit falſum coram Iudice, debeat reparare, aut indemnem reddere eum, cui intulit præiudicium. Dicitur verò, quod ſi præiudicium adhuc pendet in futurum, & poteſt impediri per reuocationem ſui dicti, tenetur in conſcientia, & ex iuſtitia dictum ſuum reuocare, etiam cum ſui periculo, & damno, & etiam cum periculo mortis, ſi id eſſet neceſſarium ad liberandum à morte illum, contra quem iniuſtè fuit teſtificatus. Si verò damnum iam illatum eſt, teſtis falſus, vel qui iniuſtè intulit damnum etiam dicendo veritatem, tenetur ſatisfacere parti offenſæ omni modo poſſibili, iuxta regulas reſtitutionis, ſi ipſi intulit damnum. Nam poteſt eſſe, quod ipſe damnum non intulerit, vt admittit Serra *d. art.5. dub.3. concluſ.* 1. Si enim Reus iam erat conuictus per alios teſtes, teſtis iſte non eſt cauſa damni, & non tenetur ad reſtitutionem. Sed tamen etiam aduerti debet,

Digitized by Google

an contulerit aliquid ad punitionem, vel quia Reus ex adiuncto tertio, quarto, vel quinto teſti impeditus fuerit, ne ſe defenderet contra primos, vel alios teſtes, contra quos potuiſſet ſe defendere, ſi eorum dictum non fuiſſet confirmatum ex ipſius, vel ipſorum teſtimonio; vel quia ex vi teſtimonij ipſius, vel Reus grauius fuit tortus, vel ad maiorem pœnam extraordinariam fuit damnatus, vel aliud ſimile damnum Reo illatum fuit. Ad minus enim in his caſibus aderit obligatio ſatisfaciendi pro damno illato, ſi teſtis non fuit cauſa efficax totius damni.

48. Si verò teſtis damnum intulit iniuſtè manifeſtando veritatem, non eſt omninò certum, an teneatur ad reſtitutionem totius damni illati, vt notat Serra *d. art. primo d. 3.* alij enim id affirmant, alij negant; ſed videndum eſt, an verè reuelans hoc crimen fuit efficax cauſa totius damni, ſi enim ita eſt, tenetur ad totius damni reſtitutionem. An vero, & quando obligatus ad reſtituendum excuſetur à reſtitutione, ſi non poſſit reſtituere ſine graui ſui damno, quæſtio eſt, quæ non poteſt hic definiri; hoc certum eſt, quod vbi damnificati damnum eſt maius, vel æquale illi damno, quod ſibi timet, qui reſtituere tenetur, non excuſatur à reſtitutione. Videantur tractantes de reſtitutione, & præcipuè ſcribentes ad *art.* 8. *q.* 62. 2. 2. D. Tho.

49. Tertia difficultas eſt, an vbi pro delicto impoſita eſt pœna pecuniaria ſoluenda parti, vel Fiſco, vel alteri, teſtis falſus impediens ne Iudex ſententiet, & talem pœnam imponat, teneatur ad reſtitutionem illius. Affirmant aliqui; ſed negant Bannes *2. 2. q. 70. a. 1. d. 4. concluſ. 2.* Ledeſma *in ſumma tract. 8. cap.* 24. Card. de Lugo *diſp* 37. *num.* 104. Et verè dicendum eſt non teneri. Nam primo non eſt verum, quod teſtis ex iuſtitia commutatiua ſemper teneatur deponere verum, vt ſupra probatum eſt, quod præcipuè verum eſt in hoc caſu. Nam teſtis ex iuſtitia commutatiua ad Fiſcum, Iudicem, vel denunciatorem non tenetur dicere verum, vt docet Cardinalis de Lugo *diſput.* 37. *num.* 104. Et ex hoc apparet verum, quod nec Iudex ex iuſtitia commutatiua tenetur pœnam illam pecuniariam imponere. Nam vt aduertit idem Card. de Lugo mens principalis legiſlatorum non eſt per illas pœnas pecuniarias ditare Fiſcum, vel partem, vel alium ſimilem, & dare illis ius iuſtitiæ commutatiuæ ante ſententiam; ſed finis eorum eſt, vt publica iuſtitia facilius locum habeat ad impediendum delicta, quæ conturbant publicam quietem. Secundo ſi obijciatur, quod quilibet habet ius, vt fraudibus, & mendacijs non impediatur, ne conſequatur aliquod bonum, quod alias eſſet obtenturus, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. *q.* 62. *a.* 2. *ad* 4. & communiter aſſeritur, & tunc impediens tenetur ad aliquam ſaltem reſtitutionem. Nedum dicitur, quod illa regula ſuas patitur exceptiones. Sic enim, quod qui occidit Titium non teneatur reſtituere eleæmoſinas, quas Titius liberaliter faciebat pauperibus, ex Soto Salon. Lopez. Maldero, & alijs tenet idem Card. de Lugo *num.* 106. Sicut nec Reus mendaciter negans delictum, & ex hoc ſe liberans à ſententia, tenetur reſtituere Fiſco pœnam ad quam damnatus fuiſſet in fauorem Fiſci. Sed in propoſito dicitur, quod nec Fiſcus, nec denunciator, nec pars, nec alius habet ius, vt etiam per negationem delicti, vel eius occultationem non impediatur ſententia contra delinquentem, qua ſola mediante, & ſuppoſita Fiſcus poteſt ſperare commodum pœnæ pecuniariæ in ſui fauorem. Quando enim ſpes commodi ſupponit graue damnum illius a quo commodum prouenire debet, & quod delictum aliquod illius ſit probatum, & lata ſit ſententia contra illum, nullus ex ſola ſpe talis commodi, alias ſibi non debiti, ex iuſtitia habet ius, vt tertius ille per ſe, & per amicos non ſe defendat, & modo ſibi poſſibili non probet ſe non debere damnari, & vt non ſe liberet à ſententia. Sic ergo verè contra rationem eſt aſſerere, quod Reus, ne Fiſcus, vel denunciator, amittat commodum ſibi alias non debitum ex iuſtitia commutatiua, teneatur confiteri delictum, & ſubire pœnam mortis, vel aliam ſimilem, & non poſſit per ſe, vel per amicos via poſſibili ſe à tanta graue pœna liberare.

50. Et vniuerſalius loquendo ſpes, quam habet quis conſequendi commodum ſolum ſub conditione, quod ille, à quo ſperatur commodum, inuitus compellatur, & quidem per ſententiam ad conferendum illud commodum, non dat ſperanti aliquod ius iuſtitiæ commutatiuæ ad conſecutionem talis commodi, vel etiam adhoc, vt is à quo ſperatur commodum perdat libertatem ſuam, & non poſſit per ſe, vel per alios ſuam libertatem tueri. Et ſic in hoc caſu duplex adeſt ratio, ob quam infringitur ius ſperantis commodum. Prima ex ratione libertatis, quia ſperans commodum non habet ius, vt illud ſperet, & obtineat niſi neceſſitando illum, à quo ſperat commodum adeo, vt ille inuitus teneatur illud commodum præſtare. At verò ratio non dictat, vt ille à quo ſperatur commodum ſuam libertatem non poſſit defendere ſalua iuſtitia commutatiua. Secunda ratio eſt ex ratione damni grauiſſimi imminentis illi, à quo ſperatur commodum, qui non poteſt de iure neceſſitati ad præbendum ſperatum commodum, niſi in iudicio ad graues pœnas damnetur tamquam crimінoſus, etiam cum maximo ſuæ famæ detrimento. Hinc enim contra rationem eſt aſſerere, quod ſola ſpes conſequendi commodum alias non debitum, poſſit ex iuſtitia impedire illum, à quo ſperatur commodum, ne ille ſuam libertatem per ſe ipſum, vel per amicos defendat, & ne in iudicio cum alijs maximis damnis, pœnis, & infamia compellatur inuitus conferre alteri commodum non debitum, ſed ſolum ſperatum. Et ideo etiam ſi à lege eſt impoſita pœna pecunia-

pecunia-

cuniaria ad fauorẽ fiſci,vel alterius, & ſpe commodi reſultantis Fiſco,vel alteri non impeditur Reus ex aliqua iuſtitia committatiua, ne per ſe vel per amicos teſtes modo ſibi poſſibili ſe defendat, & ſententiam contra ſe ferendam impediat. Quod magis confirmatur, quia cum non ſit contra iuſtitiam commutatiuam, ſed ſolum contra iuſtitiam legalem, aut contra fidelitatem, quod Reus per mendaria ſe defendat à ſententia Iudicis alias pœnas imponentis, ità non eſt contra iuſtitiam commutatiuam, quod ſe defendat à ſententia Iudicis pœnam pecuniariam ad fauorem alicuius imponentis, quando alias pecunia alteri ex iuſtitia commutatiua non eſt debita. Et ideo, quod nec teſtis, nec Reus negantes in iudicio delictum verum, teneantur reſtituere Fiſco, vel denunciatori, aut alteri pœnam pecuniariam alias non debitam, in quam Reus damnatus fuiſſet probato delicto,dixerunt Bannes 2. 2. *quæſt. 69. num.* 2. *cap.* 2. *d.* 4. Nauar. in Manual. *cap.* 18. *num.* 49. Card. de Lugo, vbi ſupra.

51. Quod ſi quis dicat, quod in hoc caſu Fiſcus, vel alij ſaltem habebunt ius,vt nullus ex odio contra illos, & ſolũ,vt illi non conſequantur cõmodum impediant ſententiam Iudicis, & ex conſequenti habebunt ius,vt teſtis ex hoc ſolo fine non deponat falſum. Reſpondetur quod hoc concedit Card. de Lugo *num.* 107. *&* 109. Sed in contrarium vrget, quod animus nocendi non obligat ad reſtiturionem, ſi actio ipſa non eſt iniuſta. Vnde nec accuſans iuſtè aliquem, nec teſtis delictum verum ſincere deponens contra Reum, ex omnio tamen nocendi, non per hoc obligatur ad reſtitutionem. Cum ergo, vt probatum eſt depoſitio falſi in Iudicio defenſiuo Rei,& libertatis & immunitatis illius à pœna graui non ſit iniuſta contra ſperantem illum damnari, & media illius damnatione conſequendi vtilitatem pœnæ pecuniatiæ,ex eo quod teſtis deponat falſum in hoc caſu animo nocendi fiſco, &c. licet male agat,non tenetur tamen ad reſtitutionem. Quando igitur quis non habet, vt ſperet commodum ab aliquo,niſi ſuppoſita conditione illi grauiſſima & tollente illius libertatem, & inducente graue damnum in fama, honoret, imo etiam in vita, ſpes non dat ius iuſtitiæ commutatiuæ ipſi ſperanti. vt ex eo impediat eum a quo ſperatur commodum, ne eo modo quo poterit,ſe defendat ab illa conditione, qua non poſita non eſt vnde ſperetur commodum.

52. His igitur præmiſſis de neceſſitate, quam ex Iure naturæ habent teſtis ad teſtificandum,videndum, remanet qualiter ex præcepto Iudicis cogi poſſint.

55. Citantur enim teſtes ad hoc vt ferant teſtimonium,ſed quoniam teſtes coacti ad teſtificandum, quando cogi non poſſunt, nec probant, nec faciunt indicium, & huiuſmodi delectus non purgatur per torturam ſecundum communem Doctorum ſententiam; videndum eſt quando teſtes cogi poſſint. Qualiter vero in ciuilibus teſtes cogi vel non cogi poſſint, diffuſe tractat Farinac. *quæſt.* 78. *cap.* 2. *& cap.* 2. oſtendit, qui ſint priuilegiati, vt ad teſtificandum cogi non poſſint.

54. Sed præmittendum, quod teſtis non dicitur coactus, & inuitus, ſcilicet, ſi ſit coactus ad veniendum ad Iudicem, tamen poſtea ſponte teſtificatur. Tunc igitur teſtis dicitur coactus, quando cogitur, & ad veniendum, & ad deponendum,& teſtificandum. Salicer. Marſil. Camp. & alij, quos ſequitur Farinac. *q.* 78. *num.* 102. Vbi & bene aduertit, quod priuilegiatus, vt non poſſit cogi, non dicitur cogi contra priuilegium, ſi vel antequam examinetur, vel in actu teſtificandi non allegat ſuum priuilegium, ſed coactus dicitur, ſi priuilegio allegato nihilominus à Iudice cogitur, vt teſtificetur Guazz. *def.* 14. *c.* 11. *n.* 19. Baiard. ad Clar. *q.* 24. *n* 235. Bictus *q.* 58. *n.* 1.

55. Quando autem teſtes cogi poſſunt, tunc à Iudice Eccleſiaſtico coguntur per cenſuras, ſcilicet, primo per ſuſpenſionem, & creſcente contumacia per excommunicationem, & poſtea per depoſitionem *cap.* 2. *de teſt. cogn.* A Iudice laico vero per indictionem mulctæ, vel captis pignoribus, aut per exilij, comminationem Guazz. *def.* 14. *cap.* 11. *num.* 14. Vbi *num.* 15. quod poſſunt torqueri. Sed ex Genuen. aduertit Barb. *cap.* 2. *num.* 2. *de teſtibus cog.* quod ſecundum Concil. Trid. ſeſs. vlt. *cap.* 3. excommunicatio non fertur niſi in ſubſidium & ideo Iudex, vt cogat teſtes,incipere debet ab executione reali, & perſonali,verum ſi teſtis ſit Laicus per cenſuras cogitur, in criminalibus teſtificari contra Clericum. *cap. Peruenit il.* 1. *de teſt. cog.* & tibi Barb. *num.* 3.

An vero teſtis iſte poſſit carcerari, non conueniunt Doctores. Videatur Farinaccius *q.* 74. *num.* 40. Sed Bordon. *cap.* 47. *n.* 10. dicit quod, ſi tam Clerici, quam Laici non compareant in termino,capiuntur,& Barb. *vbi ſupra* ex Baldo, & Claro ait huiuſmodi teſtes poſſe cogi etiam per bonorum confiſcationem. Legitime tamen impeditus, ſi in termino non compareat, non incurrit pœnas in foro conſcientiæ,ſed in foro externo tenebitur docere de impedimento. Videatur Felin. *cap.* 2. de teſtibus vbi & alij materiam tractant.

Neque etiam teſtes ex abrupto compelli debent, ſed præmittenda eſt monitio *cap. ſi de teſtibus*, vbi Panormitanus Bald. Butrius, Hoſtien, Felin, & alij, Farinac. *quæſt.* 78. *num.* 55. Sed vbi veritas aliter haberi non poteſt,quod Iudex ex abrupto poſſit ſine alia monitione, præmiſſa tamen trina præcipiti admonitione, vbi teſtis cogitur per pœnam excommunicationis, voluit Eliſeus *tract.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 9. ex Farinacc. *quæſt.* 78. *num.* 56.

57. In Criminalibus vero, an de Iure Canonico teſtes cogi poſſint valde controuertunt Doctores, ex *cap. Dilector. de teſt. cog.* Sed abſolutæ loquendo, & maxime quando veritas aliter haberi non poteſt,vera eſt de facto ſenten-

tia

eia affirmatiua, quam tenuit Hoſtien. in Rubrica de teſtibus cogendis, Cler. *quæſt.* 24. Farin. *quæſt.* 78. *num.* 116. Guazz. *def.* 14. *cap.* 11. *num.* 1. qui plures alios referunt, Barb. ad. *d. cap. dilectorum num.* 4. quia alias iuſtitia publica læditur, ſi delicta Reorum vel eorum innocentia occultantur, & datur aperta via ad corrumpendum teſtes, ne veritas fiat manifeſta.

58. Quod procul dubio in Regularibus fit magis manifeſtum, in quibus ſubditi tenentur obedire ſuperioribus in omnibus, quæ ſunt ſecundum regulam, & ad bonum commune Religionis conducunt, & ſunt neceſſaria; & ita ſi crimen ſit enorme, & non poteſt ſine periculo diſſimulari, prout eſt hæreſis, dilapidatio, blaſphemia & alia ſimilia, etiam vbi alias ſit conſuetudo vt teſtes non cogantur, nihilominus teſtes ſunt cogendi. Innoc. *cap.* 2. *de teſt. cog.* vbi Hoſtienſ. Panormitanus, Farin. *quæſt.* 78. *num.* 12. Guazz. *def.* 14. *cap.* 11. *num.* 2. Feline & alij.

59. Sed attentis circumſtantijs multi ſunt caſus, in quibus teſtes cogi non poſſunt. Primus eſt, ſi teſti immineat graue damnum, ſi teſtimonium ferat, vt v. g. ſi immineat inimicitia cum aliquo potenti. Baldus & Felin. *cap. Dilectorum de teſt. cog.* Menoch. de arbitr. caſu 487. *num.* 1. Farin. *num.* 123. Guazz. *num.* 3. Niſi enim ſimus in caſu, in quo propter bonum commune, quis proprium damnum contemnere debeat, non tenetur teſtis cum ſuo graui damno teſtimonium ferre. Et licet hoc limitent in caſu, in quo veritas aliter haberi non poſſit, quia tunc teſtes coguntur ad ſe examinandum etiam in criminalibus. Innoc. & alij in *cap.* 1. *de teſt. cog.* Nihilominus etiam in hoc caſu (quidquid ſit de Iure Ciuili) de Iure Canonico teſtes non coguntur, vt ex Hoſt. Io. Andr. & Bell. aduertit Farinac. *quæſt.* 78. *num.* 125. Guazz. *def.* 14. *cap.* 11. *num.* 2.

60. Licet vero plures dicant teſtes poſſe cogi, quando ſe ſubtrahunt amore, & odio, vel timore. Innoc. & alij. *cap. ſi de teſt. cogendis*; Sed huic ſententiæ contrarius eſt Honor III. *in cap. dilectorum, de teſtibus cogendis*. Vbi dicit quod coguntur ad teſtificandum, ſi ex gratia, odio, vel timore ſe ſubtraxerint, præter quam in criminalibus. Et ideo hoc adnotauit ibidem Butr. & Imola. Et licet in ciuilibus, ſi teſtes ſe ſubtrahant à teſtimonio ferendo præſumantur id facere odio, vel amore. Barb. *de teſt. cog. c.* 1. *n.* 4. tamen in criminalibus ex eo quod teſtis monitus renuat deponere, non præſumitur, quod id faciat amore, odio vel timore, niſi id aliunde conſtet. Innocent. *num.* 1. Hoſtien. *num.* 2. Panormitanus *num.* 5. *& alij cap.* 1. *de teſtibus cogendis*. Sic etiam in ciuilibus tantum verificatur, quod habet Gloſs. *cap. ſuper eo de teſt. cog. v. timor*, ſcilicet, quod non præſumitur, quod renuens teſtificari, id faciat bono animo. Et quod addit ibi Barb. *n.* 5. nimirum, quod talis præſumitur corruptus, & malitioſe agere. At in criminalibus talia dici poſſunt de illo, qui citatus nolit teſtificari ad defenſam Rei. Nam de renuente teſtificari ad offenſam potius præſumi debet, quod id faciat qua nolit nocere Reo. Et in omni caſu, quia vt videbimus ex multis cauſis, iuſte quis poſſit nolle teſtificari, præſumptio mala ſatis eſt leuis.

61. Sed & aduertendum, quod licet Alex. Tertius *in cap. ſuper eo de teſtibus cogendis*, admittat teſtes poſſe cogi ſi timore partis aduerſe ſe ſubtrahant, tamen nedum loquitur per terminum *fortè*, ſed nullam mentionem facit amoris, vel odij, ſed ſolius timoris, & ait, niſi *forſan timore aduerſæ partis*, ex hoc innuens, quod neque hoc indiſtinctè ſit admittendum. Etenim ſi iuſtus Iudicis non ſufficit ad tollendum timorem, ſed adhuc teſti imminet periculum grauis damni, teſtis non poteſt cogi; ſicut ſi teſtis ſolius amoris intuitu, ne noceat amini, vel amico renuat, non poteſt cogi, vt poſt Panormitanum notat Farinac. *q.* 78. *num.* 130. Si vero ſe non ſubtrahunt teſtes multo magis cogi non poſſunt in criminalibus de iure Canonico ver per Hoſtien. Io. Andr. Bellam. & alios *d. cap. ſuper eo de teſtibus*.

62. Quando tamen teſtes ſubtrahuntur à parte, ne teſtificentur, tunc compelli poſſunt. Vide ſic retrahentes teſtes puniuntur pæna extraordinaria; an verò ſic ſubtrahens teſtem, ne teſtificetur, perdat cauſam in ciuilibus vide Doctores *in cap. peruenit il p. de teſtibus cog.* In Criminalibus ex hoc quod pars ſubtrahat teſtem, ne examinetur, præſumitur non habere bonum ius in cauſa, & taliter, vt ex ſubtractione teſtium, ſi de ſubtrahentis innocentia non conſtat, in dubio contra ſubtrahentem transferatur in ipſum onus probandi ſuam innocentiam, aliter damnabitur ſecundum Hoſtien. & alios quos ſequitur Farinac. *q.* 38. *n.* 148.

63. Quoniam vero in materia latæ interpretationis ſub nomine teſtium veniunt Inſtrumenta & Scripturæ, quæ cauſam inſtruunt *l.* 1. *ff. de fid. inſtr.* Fagn. *d. c. peruenit il* 1. *de teſt. cog. num.* 7. & ibi Barb. *num.* 2. Ideo qui ſubripiunt ſcripturas & proceſſus poſſunt cenſeri tanquam ſubtrahentes teſtes ne teſtificentur. In hoc ergo caſu, ſi ſubtractio non eſt probata, non præſumitur contra præſentem ſubtrahentem in cauſa principali, quod ſit conuictus, ſed ſi ſubtractio ſit concludenter probata, tunc quidem præſumitur, quod ſubtrahens foueat malam cauſam, & niſi aliunde conſtet de innocentia ſua. Sed eius delictum maneat ſemiplenè probatum, ex adiuncta probata ſubtractione proceſſus oritur alia ſemiplena probatio delicti, & ſic manet de delicto conuictus præſumptiuè Fagnan *d. cap. peruenit q.* 1. *de teſt. cog. num.* 19. qui ibid. & *n.* 24. eddit hunc non poſſe puniri pro delicto pœna ordinaria. Et nihilominus, quod ipſe puniri debet extraordinariè & pro Scripturarũ ſubtractione, niſi Scripturæ eſſent nullæ, & informes, & ex conſequenti de ſe inutiles. Et ſic in hoc caſu ſubtractione Scripturarum probata debebit

bit ſubtrahens probate ſuam innocentiam, aliter tamquam Reus damnabitur, vt dictum eſt de ſubtrahente teſtes.

64. Qui etiam iurauit ſe non examinari, poteſt nō obſtante iuramento ad id cogi, vt per *c. Peruenit il 1. de teſt. cog.* tradunt Doctores. Et tunc verè non eſt neceſſe, quod teſtis abſoluatur à iuramento, vt colligitur ex *cap. venerabilis de teſt. cogendis*. Sed quia poſſet eſſe, quod iuramentum teneret, conſilium eſt, quod Iudex ſententiet in caſu iuramentum non tenere, vt per DD. in dicto *cap.* Venerabilis, docet Farin. *quæſt.* 78. *num.* 151. vel ſaltem ad cautelam prius abſolui debet, Bictus *quæſt.* 58. *num.* 39. Eliſeus *tract.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 3. Sed ex Hoſt. Specul. & alijs aduertunt Farin. *q.* 78. *n.* 152. & Guazz. *def.* 14. *cap.* 11. *nu.* 24. quod iſte teſtis, qui prius iurauit, ſe non depoſiturum, ſi poſtea coactus teſtificatur, eius depoſitio non valet ad plenam probationem, ſed ſolum ad ſemiplenam, & ad iuramenti delationem. Sed hoc non intelligo, tum quia nullus teſtis plene probat, ſed ſolum ſemiplene. Tum quia cum ſic deponens non violet iuramentum, non eſt vnde eius fides ex hoc minuatur. Sed teſtis, ex quo coactus deponit non diminuitur fides, ſed probat, immò ex hoc magis illi creditur, vt ex Alberto de Mal. refert Farinac. *quæſt.* 78. *num.* 156. Bordon. *cap.* 47. *num.* 60.

Maxime vero tunc licet cogere teſtes, cum Iudex procedit per viam Inquiſitionis, aut ſimplicis denunciationis, vel quando in teſte non manifeſtare eſt peccatum mortale, Diuus Thomas ſecunda ſecundæ *q.* 70. *art.* 2. vel quando agitur de probando crimine notorio, vel quando agitur contra illum, qui perſeuerat in crimine, vel vbi agitur de criminibus enormibus, vt de homicidio, adulterio, ſimenia, vel delicto, ex quo oriatur ſcandalum, conſpiratione in proprium Prælatum, crimine Leſæ Maieſtatis, &c. Et nedum teſtes ſimplices, ſed etiam principales, vt ſunt viri vulnerati vel derobati cogi poſſunt; vt teſtificentur Anton. Gomet. *tit. de delict. cap.* 12. *num.* 24. Guazz. *def.* 14. *cap.* 11. *num.* 22. & hoc idem verificatur in quampluribus alijs caſibus, quos recenſet Farinac. *quæſt.* 78.

66. In multis etiam caſibus priuilegiati cogi poſſunt ad teſtificandum, vt colligitur ex Farinac. *q.* 78. *à n.* 107. *vſque ad num.* 167. & explicat Eliſeus *tract.* 4. *q.* 4. *à n.* 20. Et præcipuè vbi veritas aliter habere non poteſt, & in caſibus exceptis, & vbi teſtis tenetur ſub mortali ad teſtificandum, ſed vbi priuilegiati non habent aliud priuilegium; niſi quod à propria domo ad forum iudiciale ire non coguntur non poſſunt recuſare examen, ſi mittitur ad eorum domos Notarius, vt illos audiat.

67. Clerici tamen in cauſa ſanguinis neque à Iudice Eccleſiaſtico cogi poſſunt, vt teſtimonium ferant quamuis veritas aliter haberi non poſſit. Bellam. *in rubr. de teſt. cog. n.* 3. Farinac. *q.* 78. *n.* 199. & alij plures apud Guazz. *def.* 14. *cap.* 11. *n.* 25. Hoc vero extendunt aliqui ad eum, qui aſpirat ad clericatum, vt refert Farin. *q.* 78. *n.* 72. Si tamen veritas aliunde haberi poteſt, & hoc idem tenet Eliſeus *tract.* 4. *q.* 4. *n.* 4. Sed hoc ſolum procedere ex æquitate non ex neceſſitate voluit Panormitanus *de num.* 202. à Farinac. relatus. Tamen non leue præiudicium ſit aſpiranti ad clericatū ſi examinetur in cauſa ſanguinis. Et ideo melius dicitur quòd non poſſit cogi. Vnde non admittitur limitatio, quam innuit Guazz. *d. n.* 25. dum ſolum de clericis in ſacris conſtitutis ait non poſſe cogi in cauſa ſanguinis, vt ſint teſtes. Bene tamen addit, quod ad defenſam & fauorem Rei clerici poſſint cogi in cauſa ſanguinis ad teſtificandū.

68. Pariter affines ſeu conſanguinei non poſſunt cogi ad teſtificandum contra affines, & conſanguineos, & ſic nec Priuignus contra Vitricum, nec Vitricus contra Priuignum, nec frater, nec ſobrina, nec ſubrinus, & nati ex illis, nec patrinus, amita, auunculus, & matertera, gener aduerſus ſocerum, & è contra, vxor contra virum, & è contra, libertus contra patronum, nec liberi, conſanguinei, affines, & collaterales vnus contra alium ad teſtificandum cogi poſſunt. Niſi ſimus in crimine excepto, vel in caſu in quo veritas aliter haberi non poſſit. Ideo huiuſmodi affines, vel conſanguinei ex vi monitorij non tenentur reuelare crimen coniunctorum, imo nec amici coniunctiſſimi, aut inſignis benefactoris. Aug. Anit. Syluest. Maſcard. Diana *p.* 5. *tr.* 13. *reſolt.* 62. de Bictis in Epit. *q.* 59. *num.* 24. exceptis tamen caſibus ad Sanctum officium pertinentibus. Et cum diſſentiant Doctores vſque ad quem gradum affinitatis, & conſanguineitatis hæc ſe extendant, certum eſt extendi ſaltem vſque ad tertium, vel quartum. Guazz. *def.* 14. *c.* 11. *n.* 9. Farinac. *quæſt.* 54. *num.* 20. Filius vero contra Patrem, nec de conſenſu Patris recipitur. Nec poteſt quis cogi, vt deponat contra Patriam. Et ſic neque etiam clericus poteſt cogi, vt deponat contra propriam Eccleſiam. Eliſeus *tr.* 5. *q.* 1. *n.* 8.

69. Denique in hac materia plurimum valet arbitrium Iudicis. Farinac. *q.* 78. *num.* 117. qui, ſi videat imminere graue damnum teſtibus in dubio potius arbitrabitur pro negatiua, vt teſtes non cogat. Sed ſi certum ſit nullum graue damnum illis imminere, regulariter illos cogere poterit. Farinac. *q.* 78. *n.* 118.

70. Teſtes autem citatus ad teſtificandum, ſi ſe ſubtrahat eſt ſuſpectus de falſitate, & in duobus caſibus punitur pœna falſi. Primo quidem quando teſtis iam iurauit, & officium teſtificandi aſſumpſit. Secundo quando teſtis prætio ſe occultauit. Felin. *cap. dilectorum n.* 4. *de teſtibus*. Farinac. *quæſt.* 78. *num.* 134. In alijs vero caſibus punitur pœna contumaciæ, & etiam extra ordinē pro qualitate inobedientiæ arbitrio Iudicis. Et inſuper quod teſtis ſe ſubtrahens à teſtificando teneatur parti ad damna, & intereſſe pluribus citatis probat. Farinac. *quæſt.* 78. *num.* 36. Sed certè in foro conſcientiæ, niſi

niſi violata ſit iuſtitia communitatiua non intrat obligatio reſtituendi. Teſtem verò non teneri ex iuſtitia commutatiua teſtificari, probatum eſt ſupra in hoc *art. num.*50.

71. Et obiter hic aduertendum, quod teſtis non poteſt accipere pretium pro teſtimonio ferendo, quamuis illud poſſit accipere pro itineris labore, & expenſis, lucro ceſſante, & damno emergente. *cap. non ſanè* 14. *q.*1. In foro vero autem extremo, vbi datio pretij eſt illicita ex vtraque parte, vt quando datur pretium pro teſtificando falſum, non datur actio, vel repetitio, & tamen qui accepit non eſt obligatus ad reſtituendum, quod accepit. Quando autem qui accepit pretium pro teſtificatione veri, vel non teſtificatione falſi, ad quod alias tenebatur ex iuſtitia legali, vel commutatiua) datur repetitio; ſecus tamen ſi non tenebatur ad id, niſi ex ſola charitate, quia tunc nec in foro externo datur repetitio, nec in foro conſcientiæ eſt obligatio ad reſtituendum. Sed quando quis accepit pretium, vel deponit falſum contra illum, qui dat pretium, tunc ille qui accepit, tenetur ad reſtitutionem accepti etiam non expectata ſententia Iudicis, quia ex iuſtitia commutatiua tenebatur non teſtificari falſum contra dantem illud pretium; ſed ſi quis accipiat pretium ab vno, ne dicat falſum contra alium tertium, qui accepit pretium, non tenetur illud reſtituere ante ſententiam Iudicis, quia tunc non tenebatur non teſtificari falſum ex iuſtitia commutatiua cum dante, ſed ex iuſtitia commutatiua cum tertio, à quo nihil accepit, & ſic recipiendo pretium nullam iniuriam fecit danti illud. Bannes 22. *q.*70. *art.* 4. Aduertendum etiam, quod qui accepit pretium, vt teſtificetur falſum, nedum peccat, ſed ante præſtitum teſtimonium, ſicut ſemper tenetur ad non teſtificandum, ita tenetur ad reddendum pretium; ſed poſt præſtitum teſtimonium non tenetur ad reſtitutionem pretij, quia non eſt obligatio reſtituendi acceptum ob turpem cauſam. Card. de Lugo *diſp.*39. *n.*23.

SVMMARIVM.

72 *Quis ſit teſtis vltroneus.*
In criminalibus non probat, eſtque ſuſpectus. ibid.
In quo caſu aliqualiter probet, & faciat præſumptionem. ibid.

ARTICVLVS IV.

De Teſte vltroneo.

72. Vltroneus teſtis eſt, qui nec citatus, nec monitus à Iudice, nec productus, aut inductus à parte examini ſe offert, aut non neceſſitatus à lege naturali, vel diuina, vel humana. Hic ergo teſtis eſt ſuſpectus, nec probat in criminalibus præcipuè, & vt ſuſpectus poteſt torqueri. Farinac. *quæſt.*80. *num.*1. & *ſequentibus*. In dubio tamen teſtis non præſumitur vltroneus, ſed à parte rogatus. Et ideò ſi teſtis ſit præſens in iudicio, & ad teſtificandum ſe offerat, probat quia præſumitur id facere ex zelo veritatis. Eliſeus tr. 5. *q.* 17. *n.* 4. Nam ſi teſtis ſit valdè fide dignus, aut caſu in iudicio reperitur, non dicitur ſponte accedere, & probat, ſicut probat teſtis, qui in conſcientia tenetur ſe offerre ad teſtificandum. Teſtis etiam ſpontaneus præſumptionem facit, ſed & teſtis non requiſitus peccat, ſi non ſe offert ad teſtificandum, quando ſcit eius depoſitionem eſſe neceſſariam ad liberandum aliquem ab iniuſta morte, vel à graui pœna indebita, vel à falſa infamia, vel ab iniuſto graui damno, vt *art.* ſuper. probatum eſt ex D.Thoma 2.2. *q.*70.*a.*1. Non tamen ad id tenetur ad hoc ſolum, vt accuſator non deficiat in probationibus vt explicatum eſt. Vel ſi teſtimonium ſit neceſſarium ad condemnandum, niſi in criminibus, quæ ſunt in perniciem publicam. Sed & nota, quod licet Doctores requirant citationem, adhoc vt teſtis non dicatur vltraneus, tamen hoc eſt apex iuris, & ſufficit monitio, vel vocatio teſti notificata, Bordon. *cap.*43. *num.*11.

SVMMARIVM.

73 *Quando teſtes dicantur examinati tempore non debito.*
74 *Teſtes examinati ante litis conteſtationem in iudicio regulari probant.*
75 *Quomodo poſſunt examinari teſtes ante litis conteſtationem.*
76 *Et quomodo probare poſſunt teſtes examinati ad futuram rei memoriam, & lite non conteſtata, & num.*77.
78 *Teſtes examinati poſt terminum datum ad probandum, non probant.*
79 *Quod non valet in iudicio Regulari.*
80 *Huiuſmodi teſtes examinati poſt lapſum temporis præſumptionem faciunt in quocumque iudicio.*
81 *In criminalibus teſtes examinari poſſunt poſt concluſionem in cauſa.*
82 *Et poſt publicationem proceſſus.*
83 *Quomodo probet teſtis examinatus in articulo mortis.*
84 *Et quomodo die feriato, & feſtiuo teſtes examinari poſſunt.*

ARTICVLVS V.

De teſte examinato tempore non debito.

73. Poſt partis, & teſtium citationem examinantur teſtes, ſed iſti non poſſunt examinari in quolibet tempore, ſed in tempore à iure ſtatuto. Teſtes autem dicuntur examinati tempore non debito. Primo ſi ſint examinati ante litem conteſtatam. Secundo ſi extra terminum à iure, vel à Iudice ſtatutum. Tertio poſt concluſum in cauſa. Quarto poſt

poſt publicationem teſtium. Quinto poſtquam teſtes redacti ſunt ad mortis articulum. Sexto ſi ſint examinati tempore feriato. Litis verò conteſtatio fit cum actor in iudicio ſuam intentionem proponit, & Reus illi reſpondet. Gloſſ. *in cap. vnic. de lit. conteſt.* Concluſio verò in cauſa eſt renunciatio omnium probationum, & defenſionum, quas tam Actor, quam Reus adducere pro ſe poſſent. Gloſſ. *in cap. ſignificauerunt de teſtibus*. Publicatio autem teſtium fit, dum Iudex decernit dari copiam proceſſus, ita vt ſi velit, pars poſſit illam habere.

74. Quamuis verò teſtes examinati ante litis conteſtationem non probent concludenter. *cap. quoniam frequenter de lite non conteſtata*, nihilominus quia vbi proceditur ſummariè, & de plano, nec offertur libellus, nec eſt neceſſaria litis conteſtatio. *Clement. ſæpè de verb. ſignificat.* & tradunt Doctores *dicto capit. quoniam*; ideò in iudicio Regularium, teſtes probant alias litis conteſtatione non attenta, ſi tamen teſtes examinentur coram Iudice competente, & non à ſolo Notario, niſi de Iudicis commiſſione. Semper tamen obſeruari debet, quod non poteſt procedi ſpecialiter, niſi contra accuſatum, vel infamatum, vel denunciatum, & hoc eſt de ſubſtantia iudicij, ideo vt habet Eliſeus *tract.* 5. *quæſt.* 53. *num.* 2. in hac parte accuſatio, vel infamia, vel denunciatio habeat locum conteſtationis litis, vt ante teſtes examinari non debeant, niſi ad infamiam probandam, cum ex illa eſt inquirendum.

75. Poſſunt verò ante litis conteſtationem examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam, quando aliter veritas occultaretur, & ſubtraheretur probationum copia, *dicto cap. quoniam vt lite non conteſt.* Et ſic poſſunt examinari, qui per longum tempus erunt abſentes, & ſenes, & valetudinarij, *d. cap. quoniam*. Iudicare verò, qui ſint ſenes, prudentis Iudicis eſt, ita tamen quod ſeptuagenarij, & vltra omnino ſenes eſſe ſit manifeſtum. Et quantum ad valetudinarios ſtandum ſit iudicio medicorum. Et ita tamen quod ſi iſti adſint poſt litem conteſtatam, ſormiter iterum examinandi ſint, vt per DD. quos ſequuntur Farinac. *q.* 76. *n.* 109. & Barboſ. *d. cap. quoniam num.* 5. Sed amplius quando examinantur ad perpetuam rei memoriam, debet citari pars perſonaliter, niſi eſſemus in caſu, quod expectata parte probationes perirent. Tunc enim examinari poſſent parte non citata. Farinac. *q.*76. *n.* 147. *&* 167. Barboſ. *d. cap. quoniam num.* 10. Teſtes autem examinatos ad futuram rei memoriam, & lite non conteſtata non probare, niſi actor infra annum, vel litem moueat, vel teſtium examen Reo denunciet, dixerunt *dicto capit. quoniam*. Panormitanus, Bald. Butr. & alij plures apud Farinac. *quæſt.* 76. *num.* 167. Quia aliter præſumitur Actorem in fraudem teſtes examinare, vt Reus ex proceſſu temporis ammittat commoditatem excipiendi contra teſtes.

76. Et hanc præſumptionem eſſe iuris, & de iure contra quam non admittitur probatio dixerunt Gloſſ. *d. cap. quoniam*, & ibi Bald. & Butrius, quos ſequitur Farinac. *quæſt.*76. *n.* 168. *&* 170. Barboſ. *d. cap. quoniam num.*13. Eliſeus *quæſt.*13. *num.*3. Sed contrarium voluit Hoſtien. *d. cap. quoniam poſt numerum* 13. Et hæc ſententia eſt vera. Præſumptio enim iuris, & de iure, quæ priuat facultate probandi contrarium, & inter odioſa numerari debet, non adeſt, niſi vbi ius hoc expreſsè decernit. At verò nedum hoc non ſtatuitur *in dicto cap. quoniam*, quia imò niſi ſub dubio præſumptio fraudis aſſeritur, ibi *ne forte hoc procures in fraudem*.

77. Indubitatum quoque eſt, quod Actor poteſt probare fuiſſe impeditum ne intra annum conueniret Reum. Farinac. *num.*170. Hic enim annus eſt vtilis ab initio, & non incipit niſi à die, quo Actor potuit conuenire aduerſarium, Barboſ. *d. cap. quoniam num.* 11. *vbi num.* 12. addit, quod hoc teſtium examen non eſt ipſo iure nullum, ſed opus eſt, vt vel declaretur nullum per Iudicem, vel pars excipiat contra illum. Rurſus verò neceſſe eſt, quod teſtes iſti ad perpetuam rei memoriam examinentur coram Iudice, vel à Notario de Iudicis commiſſione, & tunc his ſeruatis probant, vt citati Doctores dicunt.

78. Pariter licet teſtes examinati poſt terminum datum ad probandum non probent, etiam parte non opponente *cap. licet cauſam de probationibus*, vbi Doctores, niſi teſtes ad notitiam peruenerint poſt lapſum terminum, vel niſi Iudex ex officio illos examinare velit. Farinac. *quæſt.*80. *num.* 75. Bictus *quæſt.* 54. *à n.*11. Eliſeus *quæſt.* 13. *num.* 4. Ex Angelo tamen, & Imola notat Barboſ. *d. cap. licet cauſam num.* 7. tunc teſtes examinatos poſt terminum non probare, quando Iudex interloquendo declarauit terminum præteriiſſe, ſicut fecit Pontifex *in d. cap. licet cauſam*. Et addit *num.*8. quod licet Iudex poſſit vnum, & eumdem terminum ſtatuere pro probatione cauſæ principalis, & pro reprobatione teſtium, tamen hoc non cenſetur factum, niſi ſit expreſſum. Et ideo terminus aſſignatus ad probandum, non cenſetur aſſignatus ad reprobandum: vndè illo finito poſſunt examinari teſtes ad probandas exceptiones datas contra teſtes inductos pro cauſa principali.

79. Quoniam nihilominus hoc non procedit in iudicio, in quo proceditur de plano, ſine figura iudicij. Farinac. *quæſt.*80. *num.*69. Propterea in iudicio Regularium etiam poſt lapſum terminum examinari poſſunt. De Bictis in Epit. *quæſt.*54. *num.*10. Sed contrarium ſenſit Eliſeus *dicta quæſt.* 13, *num.* 4. addens Farinac. *dicto num.* 69. loqui in ciuilibus; ſed quidquid ſit de hoc, vera eſt ſententia Bicti; quia imo ex hoc colligitur, quod non examinare teſtes poſt terminum eſt apex iuris cum contrarium admittatur in ciuilibus, vbi proceditur ſola rei veritate inſpecta. Nam ſatis etiam conſtat, quod examinare teſtes intra terminum

non

non eſt de ſubſtantia huius, quod eſt iudicare ſola rei veritate inſpecta.

80. Et adhuc huiuſmodi teſtes in quocumque iudicio examinati poſt datum terminum præſumptionem faciunt Bald. Crot. & alij, quos ſequitur Farinac. *q.* 80. *num.* 76. Sufficit etiam, vt teſtes iurauerint intra terminum, & fecerint diligentiam aliquam, ita quod per illos non ſteterit, vt non examinarentur in termino. Multi exiſtimant hanc diligentiam non eſſe neceſſariam, ſed teſtes intra terminum iuratos poſſe poſt lapſum temporis examinari, Butr. & Felin. *cap. cum cauſam de teſtibus*, & plures alij apud illos, & apud Farinac. *q.* 80. *num.* 77.

81. In criminalibus etiam poſt concluſionem in cauſa poſſunt teſtes examinari, quia cauſa non concluditur in criminalibus, vt poſt Bartol. Foller. & alios probat Farinac. *q.*75.*n.*247. Et quia in criminalibus non poteſt renunciari probationibus. Bald. *in cap. cum veniſſent n.*7. *de teſtibus*, & ibi Ancharan. *n.* 4. Felin. *n.* 3. & alij plures apud Farinac. *q.*75. *n.*290.

82. Pariter in criminalibus teſtes examinari poſſunt poſt publicationem proceſſus. Panormit. *cap. fraternitatis num.*4. *de teſtibus*, ibidem Marian. *n.*178. Et plures alij apud Farinac. *q.*75. *n.*407. *vbi n.*408. quod poſſunt etiam repeti. Et hoc multo magis procedit, quando Iudex procedit ex officio abſque accuſatore, quia tunc etiam ad offenſam poteſt teſtes examinare. Io. Andreas *capit. fraternitatis de teſtibus num.*25. Bald. *num.* 10. Bellamer. *num.* 19. Panormitanus *num.* 4. Farinac. plures referens *quæſt.* 75. *num* 412. *vbi num.* 414. quod etiam dum non proceditur per viam accuſationis, ſed ex officio poſſit teſtes producere, & examinare etiam ad offenſam, & rei punitionem poſt proceſſus publicationem. Sed quia de hac quæſtione iterum ſermo haberi debet infra, vbi tractabitur de defenſione Reorum, ideo hic non eſt opus aliud addere. Videantur dicta *q.*25. *a.*4. *&* 5.

83. An vero teſtis in articulo mortis examinatus probet, in arbitrio Iudicis eſt poſitum, vt, ſcilicet, videat an ſit mentis compos, vel potius mente, & corpore grauatus. Hoc tamen eſt certum, quod non probat plenè, ſi non fuerit formiter examinatus citata parte, & coram Iudice, ſed per Notarium, ſine Iudicis commiſſione. Farinac. *q.* 80. *n.* 113.

84. Sufficit verò de iure communi, quod teſtes die non feriato iurauerint, quo præmiſſo poſſunt in die feriato examinari. Farinac. *q.*80. *n.*16. Sed in criminalibus etiam in diebus feriatis teſtes examinantur, & torquentur. Guazz. *def.* 14. *c.* 9. *n.* 3. Sed vbi proceditur iuris ordine prætermiſſo, vt fit in cauſis Regularium multo magis teſtes etiam die feriato recipi poſſunt, & iurare, & deponere, *Clement. ſæpè de verb. ſignific.* vbi gloſſ. Farinac. *q.*80. *n.*59.

SVMMARIVM.

85 *Quomodo Iudex teneatur admittere omnes teſtes inductos ab accuſatore.*
86 *Plures caſus in quibus Iudex reijcere poteſt teſtes inhabiles, etiam parte aduerſa illos admittente.*
87 *Iudex procedens ex officio examinare poteſt teſtes non inductos ab accuſatore.*
88 *Iudices Regulares non tenetur examinare omnes teſtes ab accuſatore inductos.*

ARTICVLVS VI.

Quot, & quales teſtes iudex teneatur examinare.

85. CVm inter teſtes ſæpè aliqui ſint inhabiles, etiam ſi ſint producti ab accuſatore, non tenetur, nec poteſt Iudex admittere teſtes inhabiles quando de iure non admittuntur; ſed quia ex teſtibus inhabilibus aliqui conſentiente parte admitti poſſunt, alij admitti poſſunt, vt faciant aliqualem probationem, & vlterius eorum inhabilitas non eſt nota tempore examinis, vbi teſtium inhabilitas non eſt manifeſta, tenetur Iudex ille teſtes omnes ab accuſatore inductos examinare; ſed poſtea ſi pars excipiat contra teſtes, examinatis exceptionibus illiſque probatis non poteſt eorum teſtimonia admittere, illiſque vti, niſi in caſibus à iure permiſſis, & quatenus aliquam probationem, vel adminiculum facere poſſint de iure. Et ſi teſtes inhabiles ſint tales, quos Iudex ex officio non poteſt reijcere, ſed admitti poſſunt parte conſentiente, illos examinare debet, ſi ſunt inducti ab accuſatore, & relinquere parti aduerſæ ius excipiendi contra illos, vt reijciantur. Sed ſi teſtes nec parte aduerſa conſentiente admitti poſſunt, Iudex ſtatim cognita eorum inhabilitate, eos reijcere debet.

86. Sed in criminalibus, vbi non agitur de ſolo priuato intereſſe partium, ſed de bono communi iuſtitiæ vindicatiuæ, & in quibus modus procedendi ex officio, & per viam accuſatoris cumulari poſſunt, vnde Iudex poteſt reijcere teſtes inhabiles in multis caſibus, etiam parte aduerſa illos admittente, Iudex in iſtis caſibus poteſt teſtes reijcere, & id facere debet cognita teſtium inhabilitate, ſi de iure non poſſunt admitti etiã parte conſentiente, & ſi omnes ſint inhabiles, omnes poteſt reijcere. An vero in hoc caſu Iudex teneatur monere accuſatorem, vt deſiſtat ab accuſatione. Hoc approbat Eliſeus *tract.* 4. *quæſt.* 3. *num.*8. Et poteſt eſſe quod contingat eum ad id teneri ex charitate, ſed ex iuſtitia non tenetur, ſed ſufficit Iudici, quod in actis faciat conſtare de reiectione teſtium, vnde accuſator ſi velit, poſſit illud inquirere, & ſcire. An vero vbi proceditur per viam accuſationis Iudex poſſit examinare ſolos teſtes ab accuſatore inductos, dicitur Iudicem in cri-

Digitized by Google

minalibus ſi non poteſt procedere niſi ad inſtantiam accuſantis, non vero poteſt procedere ex officio, non poſſe examinare niſi teſtes inductos ab accuſatore, quia ad illius ſolius inſtantiam procedere poteſt.

87. Sed ſi Iudex ſimul poteſt procedere ex officio, poteſt examinare teſtes quoslibet de negotio veriſimiliter informatos. Et hoc eſt vtile nedum bono communi, vt ſine tanto timore colluſionis veritas inueniatur. Sed etiam vtile eſt accuſatori, qui effugiet rigorem pœnæ talionis, ſi probetur delictum per teſtes inductos à Iudice, quod non eſt probatum per ſolos teſtes inductos ab accuſatore. Et quamuis hoc poſſit eſſe in damnum accuſatoris, quia poteſt eſſe, quod teſtes inducti à Iudice deponant contrarium eius, quod accuſator intendit, huic præiudicio præualet vtilitas boni communis, & debitum inueniendæ veritatis.

88. Apud regulares poſſunt examinari alij teſtes ex officio vltra inductos ab accuſatore. Iudices vero non tenentur examinare omnes inductos; quia hoc eſt de apicibus iuris, ſed ſufficit, quod examinent teſtes quot neceſſarij ſunt, vt conſtet de veritate taliter, quod nulla tergiuerſatione celari poſſit. Sic enim in Clementina *ſæpe de verbor. ſignificationibus* conceditur, vt in iudicio ſummario Iudex multitudinem ſuperfluam teſtium tollere poſſit. Eliſeus *tract. 4. q. 3. num. 8. vbi num. 9.* aduertit, quod non ſufficit ſi examinentur duo teſtes conteſtes, quia poteſt eſſe, quod contra vnum excipiatur; ſed debent plures examinari, vt ſi contra aliquos examinatos fuerit exceptum, ſic alij remaneant ex quibus reſultet plena, & indubitata probatio. Omnes vero teſtes examinari debent, vel ſub iuramento, vel ſub præcepto iuxta ſtylum Religionum, vt explicatum eſt ſupra *quæſt. 11. art. 2. num. 27.*

SVMMARIVM.

39 *Teſtis relatiuè reſpondens multipliciter admittitur.*

90 *Se remittens ad primum examen non permittitur illud iterum legere in multis caſibus.*

91 *Imo permittitur in criminalibus, & quando.*

92 *Item quando primum eſt nullum, & tunc Teſtis iterum examinatur per extenſum, eius dictis à Notario deſcriptis.*

93 *Item ad declarationem primi dicti, & tunc propria voce debet deponere, & maximè in criminalibus. Nam fides data in ſcriptis non facit fidem, licet benè præſumptionem.*

ARTICVLVS VII.

De teſte relatiuè reſpondẽte non admittendo.

89. TRiplici modo teſtis relatiue reſpondet, vel ſcilicet, cum ſe refert ad primum ſuum examen, vel ad dictum alterius teſtis, vel ad ſcripturam, quam porrigit. Nam ad vitandum variationem, quando teſtis iterum de eodem examinatur, poteſt ſe referre ad dicta in primo examine, & ſi non recordatur prioris depoſitionis poteſt petere, vt ſibi primum examen legatur, & proteſtari, quod ſi contingat, quod in ſecundo examine variet, ſtetur dictis in primo examine, & quod ex nunc corrigit ſecundum dictum, quia primum dictum eſt verius, ex eo quod tunc melius recordabatur, & tunc ſtandum eſt priori dicto, tenetur vero Iudex facere, vt teſti id petenti faciat legere primum examen, etiam ſi hoc contingat, poſtquam illud fuit publicatum.

90. Et nihilominus fallit hæc doctrina primo in criminalibus, in quibus non permittitur teſti, vt ad primum examen ſe referat, Secundo quando primum examen eſt nullum ratione falſitatis, vel quia teſtis fuit examinatus non citata parte, vel quia examen primum fuit extraiudiciale. Tertio quando ſecundo examinatur teſtis ad declarationem primi dicti, tunc enim non admittitur eius relatiua reſponſio. Quarto quando repetitio teſtis examinati prius coram arbitro fit coram Iudice Ordinario; tunc enim teſtis non poteſt ſe referre ad dictum coram arbitro. Quinto quando teſtis repetitur in plenario iudicio, non poteſt ſe referre ad dictum in ſummario iudicio. Sexto teſtis ſuſpectus non poteſt ſe referre ad primum dictum. Habentur iſta à Menoch. Caſ. 109. *& ab alijs Doctoribus, quos late refert* & ſequitur Farinaceius *quæſt. 66. num. 39. & ſequentibus.*

91. Verum idem Farinac. *ibidem num.* 48. habet quod Romæ etiam in criminalibus non ſolum permittitur teſtes ſe referre ad primum examen, cum repetuntur ad Fiſci fauorem, ſed illis à Notario illud primum examen legitur per extenſum prout iacet, & etiam antequam interrogetur ſuper interrogatorijs datis à Reo. Vnde tandem idem Farinac. *n. 49.* poſt Bartolum in *l. eos n. 6. ff. de falſ.* Panormitanum *cap. cum in tua n. 3. de teſtibus* & Felinum *ibi num. 1.* Menoch. *caſ.* 109. *n.* 5. & pluribus alijs concludit arbitrarium eſſe Iudici, vt debeat admittere teſtis reſponſionem relatiuam. Et quomodo in hoc Iudex regulare debeat arbitrium oſtendit Menoch. *dicto caſ.* 109. *num.* 12. Addit vero Eliſeus *tract. 5. quæſt.* 12. *num.* 2. poſt Bictum *q.* 53. *n.* 6. maxime competit regularibus priuilegiatis ex priuilegijs, vt iudicent inſpecta veritate eſſe arbitrarium huiuſmodi reſponſiones relatiuas admittere.

92. In ſecundo caſu dicitur, quod teſtis examinari debet per extenſum, & eius dicta per extenſum debent à Notario deſcribi, nec poteſt teſtis ſe referre ad dictum teſtis alterius. Si tamen à Notario legente primum dictum alterius teſtis, teſtis ſic examinatus ſe referat ad dictum illius alterius teſtis, licet multi velint quod de iure hoc non ſubſiſtat, tamen alij id admittunt & practicari dicunt & licere, vbi adſit conſuetudo id approbans, & princeps oppoſitum non præceperit. Sicut Romę prçceperũt Vrbanus IV.

& Cle-

& Clemens IV. Nihil etiam obſtat verborum diuerſitas, vbi eadem dicuntur *cap. Nihil de verborum ſignificat*. Ex his etiam apparet hoc eſſe vnum de apicibus iuris, ad quos priuilegiati Regulares non tenentur. Sed attendi debet,& non adſit ſuggeſtio vide Farin. *q.* 80. *à n.* 83. Bictum *quaeſt.* 53. *num.* 3. Eliſeum *tract.* 5. *quaeſt.*12. & alios plures quos iſti referunt.

93. In tertio caſu dicitur quod teſtes propriæ voce debent deponere, & non per ſcripturam datam Iudici, vel Notario: quod maxime verum eſt, ſi teſtis ſit abſens, & præcipuè in cauſis criminalibus. Nam & in teſtium examine attendi debet eorum trepidatio, vultus mutatio, & eorum dictum iuramento debet eſſe firmatum. In extraiudicialibus autem admittitur probatio per ſcripturam, & ſic valet ſi Epiſcopus fidem faciat aliquem eſſe excomnıunicatum. Mutus etiam in iudicio deponit per ſcripturam ſi ſit ſcribere; ſicut quando factum eſt implicatum & inuolutum, teſtes poſſunt tradere eorum depoſitionem in ſcriptis, & idem fieri poteſt, vbi id faciendi ſit conſuetudo, ſed & Iudex ex iuſta cauſa poteſt admittere depoſitionem teſtis in ſcriptis. Multi etiam volunt quod teſtis poſſit deponere per ſcripturam, ſi ipſe tradat illam Iudici, vel Notario, & prius illam legat ore proprio, quamuis alij hoc negent; ſed dicendum hoc eſſe arbitratium Iudici, & præcipue fieri poſſit conſentiente parte & Iudice; ſemper tamen obſeruari debet, vt depoſitio ſit iurata. Sed & in iudicio priuilegiato vbi Iudex poteſt procedere non ſeruatis iuris ſolemnitatibus; vnde apud Regulares Cappuccinos dum procedunt per viam articulorum, ſæpe recipiuntur depoſitiones teſtium datæ in ſcriptis, abſque eo quod ipſi oretenus loquantur, vt refert Eliſeus.

93. Sed & depoſitiones teſtium datæ in ſcriptis, licet non probent: vnde eſt commune dictum quod fides non facit fidem, faciunt tamen præſumptionem. Videantur de his Doctores in *cap. teſtes* 3. *quaeſt.* 9. *& cap. A nobis qui matrim. accuſ. poſſ.* Farinac. *q.* 80. *n.* 27. *& ſeq.* Bictus *q.* 53. Eliſeus *tract.* 5. *quaeſt.* 12.

SVMMARIVM.

94 *In examine teſtium conſideret Iudex an ex actis habeat ſufficientem notitiam ad inquirendum ex praecedenti infamia, accuſatione, vel denunciatione, & quomodo procedendum in inquiſitione delicti, & delinquentis.*

95 *Teſtis admonendas de religione iuramenti, ac inquirendus de nomine, cognomine, patria, habitatione, profeſſione, &c.*

96 *Certiorandus quod legitimè interrogetur; nam ſub hoc dubio non tenetur reſpondere: Contrarium tamen probabilius nunc videtur, cum proceſſus incipit per viam denunciationis, & inquiſitionis, circa quem aliqua dubia reſoluuntur.*

97 *Quomodo, & quando teſtis teneatur reſpondere Iudici interroganti.*

Opiniones variæ. ibid.

98 *Teſtis vnicus poteſt deponere in iudicio.*

99 *Et probat ſemiplene, ſi ſit omni exceptione maior.*

Teſtis non poteſt eſſe dubius negatiue, an Iudex legitime interroget. ibid.

100 *Teſtis tenetur reſpondere Iudici iudicialiter interroganti, etiam non præmiſſa correctione fraterna.*

Quid dicendum ſit, ſi ipſi teſti imminet graue damnum ex depoſitione delicti. ibid.

101 *Teſtis interrogatus ordine iuris non ſeruato non tenetur teſtificari.*

Quomodo dicatur interrogari teſtis ordine iuris non ſeruato. ibid.

102 *Teſtis non tenetur manifeſtare id, quod habet ſub ſecreto, niſi vrgeat neceſſitas boni communis, aut tertij innocentis.*

103 *Quando teſtis non tenetur manifeſtare veritatem poteſt vti æquiuocationibus, & amphibologijs, non tamen mentiri.*

104 *Si in depoſitione delicti reueletur turpitudo ipſius teſtis, non poteſt interrogari.*

Limitationes. ibid. & ſequent.

105 *An Iudici interroganti ex officio teneatur teſtis reſpondere etiam de proprio crimine.*

Quid dicendum ſit, ſi teſtis ſit ſocius criminis, & non ſubditus Iudici. ibid.

106 *Si teſtis fateatur proprium delictum illi creditur in ſui preiudicium.*

Tenetur etiam reſpondere, quando non interrogatur de crimine.

107 *Et neceſſario debet interrogari de circunſtantijs.*

108 *Teſtes neceſſario examinari debent ſeparatim.*

109 *Et ſi Iudex ſuſpicetur quod deponant falſum, poteſt diferre examen.*

110 *Et debet cauere à peruerſis interrogationibus.*

111 *Et debet interrogare teſtes de cauſa ſcientiæ.*

Nec poteſt examinare Clericos, & Religioſos ſine licentia ſui ſuperioris. ibid.

Nec debet permittere quod teſtes relatiue reſpondeant. ibid.

112 *Quomodo Iudex non debeat permittere teſti dilationem ad reſpondendum.*

113 *Quo in loco debeat fieri examen, & quomodo.*

ARTICVLVS VIII.

De alijs obſeruandis à Iudice in examine teſtium.

94. IGitur Iudex conſideret, an ex actis habeat ſufficientem notitiam ad inquirendum; Iudex enim ex priuata notitia non poteſt inquirere. Eſt autem notitia ſufficiens, quæ habetur ex præcedente infamia, accuſatione, & denunciatione, vt habetur ex dictis *quaeſt.* 8. Sed hic omnino diſtingui debet inter inquiſitionem delicti, & delinquentis, hæc enim ſupponit illam, & ſi delictum eſt facti permanentis, primo debet probari corpus delicti per viſum & repertum:

tum. Sed ſi delictum eſt facti tranſeuntis, nihilominus Iudex debet prius inquirere delictum, quam delinquentem, quia ſine delicto non poteſt eſſe delinquens. Ad inquirendum autem delictum nec de iure poſitiuo eſt neceſſe, quod præcedat infamia, vt probatum eſt *quæſt.* 8. Imo nec eſt neceſſe, quod præcedat accuſatio, vel denunciatio ſcripta, ſed ſufficit notitia Iudicis deducta in proceſſu per clauſulam cum ad aures. Imo ad hoc ſufficit veriſimilis, & probabilis ſuſpicio Iudicis. Hæc enim inquiſitio habet formam inquiſitionis generaliſſimæ, cuius eſt delicta inquirere,& ad illum ſufficit coniectura veriſimilis delicti, vtdecumque habita. Nam ex vna parte inquiſitio delicti nulli infert iniuriam, vel damnum, & ex alia bonum commune exigit, vt videatur an in agro ſint zizania extirpanda. Itaque igitur Iudex primo inquirat de delicto, & ſe videat illud non poſſe probari, ceſſet ab inquiſitione; ſed inuento delicto,iam illud clamat, & vices accuſatoris agit, & delinquens ſaltem in genere eſt notorium in iudicio,& hoc eſt quod voluit D.Th.2.2.*q*.67. *a.* 3. *ad* 2. vbi dixit, quod locum accuſatoris tenet publicum iudicium. Si igitur teſtis examinatus de delicto nominauerit delinquentem,Iudex ſpecialiter poterit contra illum inquirere, ſed ſi deponat de delicto, ſed dicat ſe ignorare delinquentem, Iudex per inquiſitionem generalem interrogabit alios teſtes deponentes de delicto, an ſciant, quis deliquerit, donec delinquentem inueniat. Sed ſi teſtes negent commiſſum fuiſſe delictum, vel dicant ſe neſcire, ſuperfluum eſt, illos interrogare de delinquente.

95. Secundo debet Iudex teſtem admonere de Religione iuramenti,illique iuramentum deferre de veritate dicenda, prout late explicatum eſt ſupra *quæſt.* 11. *art.* 2. Item 2. debent interrogari teſtes de illorum nomine, cognomine, parentibus,loco habitationis,ætate,profeſſione, patria. & alijs qualitatibus, quæ facere poſſunt ad veritatem cauſæ tam contra,quam pro Reo, & procurare quod teſtes ad hoc clare reſpondeant, & ſincerè ſine mendacio, vt Iudex ſcire poſſit, an ſint teſtes habiles, vel inhabiles: & præcipue apud Regulares, qui ſunt illius opinionis, quod Iudex non teneatur dare copiam proceſſus expreſſis nominibus teſtium,debet Iudex interrogare teſtes, an ſint inimici alicuius, & cuius. Tertio ſi teſtes nominent delinquentem, & contra illum deponant, nedum debent interrogari de cauſa ſcientiæ, ſed ſpecialiter an cognoſcant illum; non enim ſufficit quod cognoſcant illum de viſu, ſed debent identificare perſonam. Et ſi dicant, quod non cognoſcunt illum niſi de viſu, ſed quod ſi illum videant recognoſcent, facienda eſt recognitio, aliter teſtimonium non plenè probat. Barboſ. *ad cap. ſi qui teſtium num.*3. *de teſt.* Bordon. *cap.* 4. *num.* 1.

96. Tertio exiſtimant aliqui,quod teſtis in dubio an Iudex legitimè interroget, non teneatur reſpondere: quod inter alios voluerunt Bannes, 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 1. *p.* 3. *d.* 1. & ibi Serra *d.* 1. *concl.* 6. ex Soto de ſecreto *m.*3. *q.* 3. *concl.* 2. Diana *p.* 3. *tom.* 5. *reſ.* 104. ſed Iudex teneatur teſti oſtendere qualiter interroget legitimè. Et hanc opinionem ex parte ſequitur Eliſeus *tractat.* 4. *q.* 9. Sed hanc quæſtionem late examinaui *tractatu* 1. *de ſtat. quæſt.* 186 *art.* 8. *dub. primo & ſeq. præcipuè num.* 328. *&* 292. Et rurſus *cap.* 1. *num.* 92. *de accuſ. in* 6. Nunc hoc aduertendum, quod hæc quæſtio potuit habere difficultatem tempore antiquo, cum iuxta ſancita in *d. cap.* 1. ex quo Iudex non poterat procedere criminaliter niſi contra accuſatum, aut infamatum; tunc enim facilius poterat eſſe dubium, an accuſatio fuerit legitima, & infamia probata; ſed nunc, cum ex conſuetudine totius orbis, Iudex ex ſola ſimplici denunciatione procedit nedum ad correctionem, ſed criminaliter, & ad pœnam etiam contra delinquentem non infamatum, dum delictum ſit probabile in iudicio, vt probatum eſt *quæſt.* 8. & ita quod Iudex, qui incipit proceſſum per viam accuſationis aut infamiæ, poteſt etiam omiſſis illis procedere ex officio, & per viam denunciationis, & ita ad hoc ſufficit, vt Iudex per inquiſitionem generalem ſibi paret viam ad inquiſitionem ſpecificam, & ſic ſufficit denunciatio etiam non omnino certa, & quæ inducat ſuſpicionem probabilem iuxta dicta *in dicto cap.* 1. *de accuſ. & ſupra quæſt.* 8. *art.* 3. *& ſeq. & hic n.* 44. fere impoſſibile eſt dubitare, an Iudex legitimè interroget teſtem, & quod detur præſumptio, quæ vincat præſumptionem iuris, quæ ſtat pro Iudice, cum ad illum interrogandum ſufficere poſſit qualibet notitia,dum iudex primo per interrogationes generales incipit teſtis examen. Et ſic ſolum poteſt eſſe dubium, ſi Iudex imprudenter incipiat proceſſum ab inquiſitione ſpeciali. Sed aduertendum, quod ſi primus teſtis examinatus in inquiſitione generali nominat delictum, & delinquentem, ex eo poteſt Iudex inquirere etiam ſpecialiter contra nominatum, & alios teſtes examinare, *vt* probatum eſt ſupra *quæſt.* 8. Et inſuper aduertendum quod Eliſeus, & aliqui alij minus bene vtuntur illa maxima,quod in dubio, an aliquis ſit ſuperior non tenetur ſubditus obedire. Hoc enim ad ſummum verificari poteſt, quando iuriſdictio ſimpliciter ſit dubia, vt quando eſt dubium an Prior ſit Prior;ſed illa propoſitio non verificatur vbi eſt dubium de Iuriſdictione in hoc vel illo caſu, vt an præceptũ legitimi ſuperioris ſit vel non ſit de re illicita, vel in noſtro caſu, an Iudex interroget teſtem legitime; quia in hoc caſu ſuperioris eſt iudicare an ſua ſit Iuriſdictio, & an poſſit hoc vel illud præcipere, & ſi hoc vel illud præcipiat præſumendum eſt, quod id iuſte faciat, niſi oppoſitum aliunde probetur. Et ſic præſumi debet, quod Iudex legitimè interroget teſtem, & praxis vniuerſaliſſima eſt,quod Iudex non teneatur teſti oſtendere acta, vt videat, ſi teſtis legitime interrogetur,maxime cum non agatur de eius præiudicio, vt dixi dicto *capit.* 1. *de accuſat. num.* 92.

97. Quar-

97. Quatto aduertendum quod vbi teſtis, non tenetur manifeſtare veritatem, dum interrogatur, nec Iudex id ſciens iuſte, & legitimè interrogat, & licet ſi teſtis non teneatur ſeù poſſit ſine peccato rem manifeſtare, tunc videri poſſit, quod Iudex poſſit teſtem interrogare, tamen abſolutè hoc non eſt verum, quia interrogatio Iudicis obligat, non poteſt verò Iudex obligare teſtem, vt manifeſtet id, ad quod manifeſtandũ ex interrogatione nõ poteſt obligari. Nihilominus aduertendum, quod circa obligationem teſtis ad reſpondendum Iudici multæ ſunt DD. opiniones non veræ. Sic dum dicitur quod in via inquiſitionis teſtis non tenetur reſpondere niſi præceſſerit infamia cõtra Reum; quod voluerunt Serra 2. 2. *quæſt.* 70. *a.* 1. *d.* 1. *concluſ.* 2. & Card. de Lugo *diſp.* 39. *ſect.* 2. *n.* 10. aduertitur quod hoc poteſt eſſe verum ſi Iudex velit procedere præcisè per viam infamiæ. Sed hic primo vitetur æquiuocatio, quia via inquiſitionis non comprehendit ſolum modum procedendi ex vi infamiæ præcedentis, ſed etiam modum procedendi ex vi denunciationis iudicialis, per quam Iudex non procedit ad inſtantiam denunciantis, ſed ex officio. In via autem denunciationis non eſt neceſſe quod præcedat infamia, ſed ſufficit quod præcedat denunciatio, & delictum ſit probabile, vt probatum eſt ſupra *q.* 8. *&* 9. Et ſic etiam dum Iudex interoget teſtem in genere, teſtis tenetur reſpondere, & deponere de delicto, & delinquente id quod ſcit, vt probaui *cap.* 1. *de accuſat. in* 6. etiamſi non præcedat infamia contra delinquentem. Pariter dum dicitur, quod in via accuſationis teſtis non tenetur depouere niſi ſciat delictum eſſe probabile, vt voluit Serra *d. dubio concluſ.* 3. non bene dicitur. Nam non pertinet ad teſtem ſcire, vel decernere an delictum ſit probabile, ſed niſi aliud obſtet debet præſumere, quod Index non inquireret niſi crimen eſſet probabile, quia hoc eſt officium Iudicis videre an crimen ſit probabile. Et in hoc melius loquitur. Cardin. de Lugo *d. n.* 10. dicens teſtem non teneri deponere, ſi teſtis videt crimen probari non poſſe, nec imminet graue damnum futurum ex delicto.

98. Hoc autem aliquo modo poteſt ſcire teſtis, ſi ſciat ſe ipſum ſolum eſſe conſcium delicti. Et in hoc caſu Serra 2. 2. *q.* 68. *a.* 3. voluit quod accuſatio ſit iniuſta, ſi accuſator ſcit vnicum ſolum adeſſe teſtem, qui poſſit deponere contra accuſatum, & Bannes 2. 2. *q.* 78. *a.* 2. ad quartum voluit, quod teſtis vnicus nõ teneatur deponere in iudicio. Sed primo non eſt tam facile, quod teſtis ſciat delictum non eſſe probabile. Poteſt quidem ſcire, quod delictum non eſt probabile per plures teſtes de viſu, ſi ſcit ipſum ſolum vidiſſe; ſed crimina non probãtur ſolum per teſtes, ſed per indicia, & poteſt eſſe quod delinquens extraiudicialiter fuerit confeſſus delictum, vel quod viſa fuerit aliqua circumſtantia indicatiua delicti, & quod Iudex habeat aliquam notitiam; quæ licet non probet delictum, ſufficiat tamen tanquam denunciatio adhoc, vt Iudex poſſit inquirere. Et cum vnicus teſtis, ſi non ſit denunciator ſemiplenè probet, & hæc probatio ſufficiat ad Reum interrogandum, imo ſecundum multos ad illum torquendum, quod ſine dubio eſt verum ſi Reus non ſit bonæ famæ, vel adſint aliqua alia adminicula; ſi hoc eſt, iam Iudex iuridice interrogat teſtem, & ille tenetur reſpondere. Et cum teſtis interrogatur à Iudice, iam licet ſit vnicus, non eſt denunciator, ſed præſumi debet, quod Iudex ex præcedenti denunciatione interroget, & eſt euidens ex eo quod teſtis non poteſt tollere, vel impedire, ne Iudex vtatur iure ſuo, vt inueniat, vnde poſſit Reum interrogare, & ſic eius confeſſionem obtinere, vel per interrogationem, vel per torturam, quia aliter non poteſt iuſte interrogare, & niſi teſtis aliunde poſſit elidere hanc præſumptionem, & ſic ſciat Iudicem iuſte non interrogare, tenebitur reſpondere, & non erit dubium an Iudex iuſtè interroget.

99. Sed & addendum eſt, quod ſi Index procedit manu Regia, & ſola facti veritate inſpecta, in eius iudicio idem poteſt eſſe denunciator & teſtis, cum oppoſitum ſit prohibitum de ſolo iure poſitiuo. In illo ergo iudicio teſtis vnicus probat ſemiplenè, ſi ſit omni exceptione maior, & inuulnerabilis, hoc autem ſufficit, vt poſſit Reus legitime interrogari, & teſtis teneatur reſpondere. Dicitur igitur quod in hoc moraliter eſt impoſſibile, quod teſtis ſit in dubio negatiuè, an Iudex legitimè interroget. Valdè etiã difficile eſt, quod habeat locum dubium poſitiuum, & quod teſtis poſſit opinari, quod non præceſſit aliqua denunciatio, quæ det ius interrogandi teſtem. Nihilominus in dubio teſtis ſequi debebit opinionem, quæ fauet Reo (quod maximè continget ſi teſtis non ſit omni exeptione maior) niſi aliud petat bonum commune, aut tertij innocentis.

100. Item dicunt teſtem, ſi poſſit media correctione emendare Reum, & prouidere bono communi, & damno imminenti in futurum, non teneatur deponere contra Reum, Bannes *d. quæſt.* 70. *art.* 1, *dub.* 4. ad tertium, Serra *ibid. dub.* 1. *concl.* 4. Sed correctionem fraternam non deberi præmitti, vbi Iudex iudicialiter procedit ad publicam vindictam ſatis iam probatum fuit ſupra *quæſt.* 8. *&* *q.* 9. Et ideo quod in hoc caſu teſtis debeat reſpondere fuit etiam de mente Soti *lib.* 5. *de Iuſt. q.* 5. *a.* 1. *Ledeſm.* 2. *p. tr.* 8. *cap.* 25. *concl.* 7. *diff.* 8. *& aliorum quos retuli cap.* 1. *de accuſat. in* 6. *num.* 63.

Bene verum eſt, quod vbi teſti imminet graue damnum ſibi vel ſuis in bonis, vel honore, vel vita, vt ſi immineat periculum grauis inimicitiæ, non tenetur deponere niſi ſimus in caſu in quo propter bonum commune teſtis debeat poſtponere bonum priuatum, vel etiam ad uitandum maius damnum tertij innocentis, teſtis aliquale ſui incommodum ex charitate teneatur ſufferre. Sotus de Secr. *n.* 2. *quæſt.* 7. *concl.* 3. *col.* 5.

col 5. *de iuſt. quæſt.* 7. *art.* 1. Nauar. *cap.* 17. *num.* 173. Cardinalis de Lugo *diſp.* 39. *Sect.* 2. *num* 10. Ex quo colligit Serra *d. quæſt.* 70. *art.* 1. *concluſ.* 7. quod ſi teſtis timeat, quod Reus excipiendo opponat ſibi crimina occulta cum graui ſua infamia, non tenetur deponere contra illũ; & idem aliqui dicunt de illo, qui intendit ſuſcipere ſacros ordines ſi illi immineat periculum irregularitatis, ſi deponat in cauſa ſanguinis. Et ideo in hoc caſu Index omni modo poſſibili debet prouidere indemnitati teſtis, vel eum non examinare, & peccare ſi illum cogat. Card. de Lugo *d. num.* 10.

101. Similiter ſi teſtis interrogetur non ſeruato ordine iuris non tenetur teſtificari, Bannes 2. 2. *q.* 70. *a.* 1. *d.* 2. Cenſetur vero interrogari contra ordinem iuris; ſi crimen ad notitiam Iudicis venit ex iniuſtitia commiſſa contra Reum, vel teſtem, vnde ex confeſſione iniuſtè extorta procedere non poteſt Iudex, ſi tamen iniuſtitia veniat à Iudice, qui in hoc caſu tenetur omnia acta reponere. *cap. qualiter & quando, il primo de accuſation.* quod eſt verum etiam ſi alias crimen Rei ſit enorme, & in damnum Reipublicæ. Neque enim licet intuitu bone communis innocentem occidere, niſi per viam iuſtæ defenſionis & inculpatæ tutelæ Bannes *d. art.* 1, *p.* 4. *d.* 1. *concluſ.* 3. Verum ſi iniuſtitia ſit a perſona priuata, vt ſi denunciator, vel teſtis iniuſtè manifeſtet delictum Rei, vt quia reuelauit ſecretum naturale in caſu, in quo non poteſt, Iudex hac notitia poteſt vti & ad vlteriora procedere, vt probaui *d. cap.* 1. *de accuſ. num.* 69. Si vero Iudex, vt perſona priuata per vias illicitas ſubornaret teſtem, vt ille deponeret verum, licet male faceret, vti poſſet depoſitione illius, ſed ſi vt deponeret falſum, tenetur Iudex omni via poſſibili non vti tali teſtimonio falſo, & omni modo procurare, vt non damnetur Reus etiam cum proprio periculo & damno proportionato. Et nihilominus non poſſet iudicare, niſi ex allegatis, & probatis. Semper igitur Iudex, qui ſcit aliquem grauari iniuſtè in iudicio ab aliquo, ſiue priuato, ſiue officiali, debet procurare omni modo poſſibili, vt iniuria, quæ fit, manifeſtetur in iudicio. Nam Iudex ex officio eſt cuſtos Iuſtitiæ. Et ideo ad illum pertinet procurare, ne aliquis in iudicio patiatur iniuriam, & ſi hoc non facit tenetur ad reſtitutionem.

102. Item non tenetur teſtis manifeſtare id, quod habet ſub ſecreto, niſi in contrarium vrgeat neceſſitas boni communis, aut tertij innocentis, & talia eſſent, vt etiam non interrogatus id manifeſtare teneretur, vt docet D. Thom. 2. 2. *q.* 70 *a.* 1. *ad ſecundum*, & tradunt communiter DD. vt dictum eſt ſupra *q.* 4.

103. Quando autem teſtis non tenetur deponere, & manifeſtare veritatem, poteſt vti æquiuocationibus, & amphibeologijs, ſeu conditione in mente retenta, vt puta dicendo ſe neſcire, in mente intelligendo, quod id neſcit tali modo, vt teneatur illud manifeſtare. Sanchez *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 27. Card. de Lugo *d.* 39. *num.* 13. Non tamen licet ei mentiri, quia mendacium ex natura rei eſt peccatum. An vero mendacium in iudicio habitum per ſe ſit peccatum mortale, dicitur indubitatum eſſe, quod ſi ex mendacio oritur alicui damnum graue, illud mendacium eſt perniciosum, & eſt mortale peccatum obligans ad reſtitutionem.

104. Quinto non poteſt interrogari teſtis de aliquo ſuo delicto, ſeu de eo, quod ipſe non poteſt deponere, niſi reuelando ſuam turpitudinem. Ita communiter Gloſſ. & alij DD. *in cap. cum cauſam de teſt.* & plures alij, quos aliunde refert Farin. *q.* 73. *n.* 53 Exiſtimat autem Bordon. *cap.* 45. quod hæc interrogatio ſit contra ius naturæ, diuinum, & poſitiuum, quia de iure naturæ eſt, vt quis ſe non vituperet. *Prou.* 5. Verum iſta Regula multis modis limitatur. Et quidem primo, ſi teſtis ſit etiam Reus, & examinetur etiam, vt principalis, ſi legitime interrogetur debet fateri crimen de quo interrogatur, ſi Iudex ſit talis, qui de illo delicto cognoſcere poſſit, & adſint indicia ſufficientia ad teſtem interrogandum de proprio delicto, & hoc eſt indubitatum. Secundo ſi teſtis confeſſus eſt aliquod factum, & delictum, poteſt interrogari de circumſtantijs illius facti, licet ex illis oriatur alterius delicti maior præſumptio. Vt ſi mulier cum amaſio fugit de domo paterna, & plures dies vagata eſt cũ illo, & ipſa hoc fatetur, poteſt interrogari de locis, in quibus per illud tempus manſit, tam de die, quam de nocte, licet ex hoc augeatur præſumptio quod commercium carnale habuerit cum amaſio. Et ſic ex Alberto refert Farinac. *dicta quæſt.* 53. *num.* 54. quod mos ſit interrogare teſtem de circumſtantijs criminoſis. Vbi enim teſtis iam confeſſus eſt factum criminoſum, ius exigit, vt deponat etiam de circumſtantijs illius, vt de facto illo plenè conſtet. Et hoc quidem de ſocijs criminis, & de circumſtantijs neceſſarijs & facto ſubſtantialibus non poteſt eſſe dubium, quia ſocius criminis ex quo interrogetur etiam vt principalis tenetur fateri omnes facti circumſtantias neceſſarias, & ſine quibus factum à ſe confeſſum fieri non potuit, vt ſunt circumſtantiæ loci & temporis: ſed ſi circumſtantiæ ſunt accidentales, & illas non poteſt fateri, niſi cum ſui nouo præiudicio, non tenetur illas fateri, niſi de illis ſit inditiatus. Tertio vbi principaliter agitur de crimine contra aliquẽ, poteſt teſtis interrogari an ſit dicti criminis particeps. Hoſt. Bellamer. Boich, Soccin, quos refert Farinac cius *num.* 59. Sed hoc non credo verum, niſi Iudex alia habeat inditia ſufficientia adhoc interrogandum, & in contrarium eſt, quod dixerunt, Hoſtien. & alij citati ex Innocent. & Butr. & ſenſit Farinac. *num.* 60.

105. Quarto vbi Iudex interrogat non ad inſtantiam partis, ſed ex officio, videtur quod teſtis tunc teneatur reſpondere etiam de proprio crimine. Farinaccius *num.* 61. ſed neque hoc admittitur, niſi Iudex habeat ſufficien-

tia

tia indicia ad procedendum contra teſtem tanquam contra Reum. Sed hic vna remanet difficultas, an quando teſtis ſimul eſt ſocius criminis, ſed tamen non eſt ſubditus Iudici, vel de iure Iudex non poteſt cognoſcere de teſtis delicto, & illum punire, an tunc Iudex poſſit illum interrogare de facto illo & delicto, & de circumſtantijs illius, etiam ſi Iudex de hoc habeat ſufficientia indicia. Videtur enim quod ex quo Iudex non poſſit teſtem punire, ex hac cauſa non poſſit illum interrogare. At vero vt teſtem non poteſt illum interrogare de facto criminoſo, & ſi interroget, non tenetur teſtis reſpondere. Sed hic diſtinguendum eſt inter factum, quod eſt delictum, & circumſtantias facti: Et quantum ad delictum ipſum ſocius criminis amiſit ius ad famam, & vt, vbi in iudicio eſt ſufficienter inditiatus de delicto, poſſit ſe defendere, vt non interrogetur, vel non fateatur ſocietatem in delicto, quando huius ſocietatis notitia eſt neceſſaria ad conuincendũ alium ſocium principalem, & Iudici ſubditum de delicto, vel de maiori delicto, & ad illum pro meritis puniendum. Niſi in aliquo caſu particulari lex iubeat ne ſocius criminis examinatus vt teſtis interrogetur, an fuerit in crimine ſocius, & delicto conſenſerit. Et in hoc vtile priuatum teſtis, ad quod ipſe amiſit ius, licet non amiſit poſſeſſionem, cedere debet bono publico punitionis, & vindictæ publicæ, & eo magis, quod ex quo eſt inditiatus de delicto, iam in iudicio amiſit etiam magna ex parte poſſeſſionem famæ, & ſibi non remanet ius, vt præiudicet iudicio publico, & ſe defendat contra Iudicem competentem ad illum interrogandum. Quod multo magis procedit, ſi Iudex illum interroget de licentia ſuperioris ipſius, & eo amplius ſi à ſuo ſuperiore interrogatus confeſſus fuerit delictum. Sed vbi ſocius criminis confeſſus fuit delictum, ſine dubio confiteri debet eiuſdem delicti circumſtantias neceſſarias, vt in exemplo ſupra allato mulier quæ cum Religioſo fugit à domo Patris, & hoc confeſſa fuit coram Iudice Religioſo, cui tunc eſt ſubiecta, tenetur confiteri circumſtantiam loci, in quo tempore fugæ morata fuit, & tempus per quod morata fuit. Circumſtantias tamen accidentales, licet faciant ad cauſam, in ſui præiudicium non tenetur fateri, niſi de illis fuerit ſpecialiter indiciata.

106. Quinto ſi teſtis, legitime tamen de proprio crimine interrogatus illud fateatur; illi creditur in ſui præiudicium. Hoſtien. *cap. cum de teſt. c. 23. & ibi* Bellamer. Anchar. & alij Couarru. *practic.* 28. *n.* 7. Farinac. *q.* 73. *n.* 67. Sexto tenetur teſtis reſpondere, quando non interrogatur de crimine, ſed ſolum de illis qualitatibus, quæ non ſunt criminoſæ, nec teſti inferunt infamiam, vel nouum præiudicium, vt ſi interrogetur, an ſit conſanguineus, ſed tamen reddunt inhabilem ad teſtificandum, Specul. Io. Andr. Couarru. & alij plures quos refert Farinac *q.* 73. *n.* 70. Vbi quod hoc non habet difficultatem, & poteſt interrogari teſtis in genere an ſit inhabilis ad teſtificandum, ſed tamen, vt ex Specul. notat Panorm. *d. cap. cum cauſam n.* 14. Reus non tenetur tunc manifeſtare aliquã ſui qualitatem criminoſam, vel nouum ſibi inferens præiudicium. Et ita vniuerſaliter verum eſt, quod teſtis non ſocius criminis, non poteſt in ſpecie interrogari de crimine aliquo vel de illo, quod ille non poteſt fateri ſine ſui turpitudine, & damno. Et quatenus interrogetur in genere, an ob aliquam cauſam ſit inhabilis, ſuam turpitudinem non tenetur manifeſtare, vel ſibi graue damnum inferre.

107. Sexto teſtis debet diligenter interrogari de circumſtantijs loci, & temporis, & de præſentibus, & alijs etiam circumſtantijs. Et hoc eſt ſummò neceſſarium ad cognoſcendum an teſtes ſint falſi, ſic enim Daniel inuenit falſos teſtes deponentes contra Suſannam, quia fuerunt contrarij in loco. Et vt teſtes hoc modo factum cum omnibus circumſtantijs clare ſine turbatione, variatione, & contrarietate deponant, bonum eſt, quod Iudex prius eos extraiudicialiter audiat, & de omni illo, quod eſt neceſſarium, illos interroget: quod facere tunc etiam magis expedit, cum Iudex ſuſpicatur teſtes velle, vel verum abſcondere, vel falſum, deponere, tunc enim poterit percunctari, an illi ab aliquo fuerint ſubornati, & mouere illoſque inducere ad dicendam ſimpliciter veritatem, ſed eoſdem poſtea iudicialiter omnino examinare tenetur, ſiue contra ſe ſiue pro Reo ſint depoſituri, vt ex conſtitutione Pauli V. *tit. de Iudicibus Criminalibus ver. nec vllo pacto*. Si tamen Iudices habeant vehementem ſuſpicionem ſubornationis, tunc ſolum ex dicta conſtitutione poterunt tales teſtes ſic extraiudicialiter auditos dimittere, & non examinare iudicialiter. Guazz. *def.* 14. *cap.* 7. *num.* 4.

108. Septimo teſtes ſeparatim examinandi ſunt corã ſolo Iudice, & Notario, ſicut fecit Daniel, ne vnus depoſitioné alterius audiat, & ne ex fraude vnus conueniat, & concordet cũ alio. Debet etiam Iudex eos audire, & Notarius ſcribere totum, quod deponit teſtis, ſiue contra, ſiue pro Reo, & facere, quod teſtis per propria verba in ſcriptis redigenda reſpondeat. Farinac. *quæſt.* 74. *num.* 16. Imo Notarij, qui fideliter non ſcribunt in proceſſu totam teſtis reſponſionem, ſiue illa Fiſco, ſiue Reo ſit fauorabilis, non ſunt immunes à crimine falſi, vt aduertit Guazz. *def.* 14. *cap.* 2. *num.* 5. *vbi num.* 6. addit, quod ſi teſtes non ſunt ſeparatim examinati, illorum examen ſit nullum. Ideo etiam quando teſtes detinentur in carceribus, vel ſunt in loco iudicij debent ſeparatim cuſtodiri, vt vnus nec alium audire, nec cũ alio loqui poſſit.

109. Nono quando delictum Rei eſt plené, vel ſemiplené probatũ, ſi Iudex vehementer ſuſpicetur, quod alij teſtes, qui poſſent examinari ſint depoſituri falſum, bonum erit talium examen differre quouſque à Reo in ſuis defenſionibus producantur.

Digitized by Google

110. Decimo Iudex omnino cauere debet à periurijs interrogationibus ſubornatiuis, & ſuggeſtiuis, quæ vero ſint interrogatoria ſuggeſtiua dicetur infra *quæſt.* 22. *a.* 2. Vndecimo Iudex nec debet cauillare regulariter, ſed potius dicta teſtium adiuuare. Quamuis ſi habeat teſtes pro ſuſpectis, poſſit, & debeat inſiſtere vt eos capiat in verbis interrogando etiā de circumſtantijs ſuperfluis, vt ſi tempus erat nubiloſum, vel clarum, vel quibus veſtibus erat indutus ille, contra quem deponunt; ſed vbi teſtes non ſunt ſuſpecti abſtinendum eſt ab interrogatorijs ſubtilibus, cauilloſis, & ſuperfluis.

111. Duodecimo, vt dictum eſt, debent teſtes interrogari de cauſa ſcientiæ eius, quod deponunt, & etiam interrogandi ſunt de deffinitionibus rerum, de quibus deponunt, vt v. g. quid ſit fama. Sufficit autem quod groſſo modo reſpondeant, & per verba facti, vnde intelligatur illos cognoſcere, quod deponunt. Tertio decimo aduertat Iudex, ne permittat, quod teſtis relatiue reſpondeat remittendo ſe ad ſcripturam, vel ad alios teſtes, vel ad aliud examen; quomodo enim hoc non liceat dictū eſt *artic.* 7.

112. Quinto decimo etiam aduertat Iudex quod ſi teſtis dilationem petat ad reſpondendum, illam non concedat, ſed compellat ad reſpondendum, ſi tamen dicat ſe non recordari dandum eſt tempus ad hoc recogitandum. Bictus *quæſt.* 81. Eliſeus *tract.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 10. Sed ſi teſtis dilationem petat ad conſulendum, non debet concedi, niſi teſtis dubitaret de auctoritate Iudicis, ſed tunc conſultatio fieri poterit in oculis Iudicis vocando eos, à quibus teſtis vult petere conſilium. Eliſeus *dicta quæſt.* 9. *num.* 11. Sextodecimo ſolet poſt examen illud legi eidem teſti, vt videat an illud ſit conforme eius depoſitioni, & vt antequam è conſpectu Iudicis recedat poſſit addere, vel detrahere, vel declarare, & poſtea teſtis debet ſe ſubſcribere ſaltem per ſignum Crucis, ſi ille neſcit ſcribere. Hoc tamen ad apices iuris pertinet, ſed, & plura alia ex ſupradictis non ſunt ſubſtātialia. Decimo ſeptimo Iudex præcipit teſti, vel dat illi iuramentum de ſecreto ſeruādo. Videantur de his Clar. *qu.* 23. Farinac. *q* 78. Bictus *qu.* 25. Eliſeus *tract.* 4. Bordon. *c.* 4. Decimo octauo Notarius debet ſe rogare, & ſubſcribere, & fidē facere de examine per verba. Acta ſunt hæc &c.

113. Decimonono, ſi nec Iudex nec Notarius intelligant idioma teſtis, aſſumendi ſunt duo interpretes, vel ſaltem vnus, ſi duo haberi non poſſunt Carena *par.* 3. *tit.* 7. *n.* 11. *vbi n.* 12. quod examē fieri debet in loco ſecreto, & clauſis ianuis, *et nu.* 13. quod examen inchoari debet ab illis teſtibus, qui magis diſtant à loco examinis; ne forte ſe abſentent, ſi vero teſtes de longinquis partibus non venerunt, prius examinandi ſunt, qui plenius de facto ſunt edocti, & leuiores perſonæ exactius ſunt interrogandæ.

SVMMARIVM.

114 *Exponitur ſenſus quæſiti.*

115 *In crimine leſæ maieſtatis, quilibet teſtis torqueri poteſt.*

116 *Pariter teſtes deponentes ſuper mera negatiua torquentur.*

Et teſtes varij, et ſibimet contrarij in ſubſtantialibus. ibid.

117 *Etiamſi ſint ſacerdotes.*

118 *Quando teſtes pluries eſt varius pluries, torqueri poteſt.*

119 *Quomodo ex præſumptione mendacij torqueatur teſtis ad habendam veritatem.*

120 *Domeſtici, et vicini quando tenentur denunciare delictum, et id non preſtant, torqueri poſſunt.*

Et illi qui fuerunt præſentes facto, illudq; negant. ibid.

Semiplena probatio aliqualiter adminiculata ſufficit ad torturam. ibid.

121 *Et confeſſio extraiudicialis probata per teſtes conteſtes.*

122 *Infames, criminoſi, et à iure reprobati non admittantur in teſtes ſine tortura.*

123 *Viles bonæ famæ admittuntur ſine tortura.*

Ad purgandum defectum perſonalem torquentur teſtes. ibid.

124 *Teſtes ſponte comparentes torquentur.*

Teſtes inhabiles non ex culpa, vt Biruarij, mulieres, non ſunt torquendi ratione inhabilitatis. ibid.

125 *Teſtis torqueri poteſt etiam pro inquiſitione generali.*

126 *Teſti, qui torquetur ad ſuplendam inhabilitatem dandæ ſunt defenſiones.*

Niſi illius inhabilitas ſit notoria, ſeu conſtet ex ipſius confeſſione. ibid.

Illis verò qui torquentur ratione mendacij, et contrarietatis quando non ſunt dandæ defenſiones. ibid.

127 *Quando veritas aliundè haberi poteſt, teſtis non eſt torquendus.*

128 *Teſtis non eſt torquendus in cauſa ciuili ad ſupplendum defectum perſonalem.*

129 *Neque quando non conſtat de delicto in genere, et de corpore delicti.*

Niſi ſit delictum, quod poſt ſe non reliuquit veſtigium. ibid.

130 *Quando in inquiſitione ſpeciali ſolum generaliter inquiritur quis delictum commiſerit, teſtis non poteſt torqueri.*

131 *Iudex, qui non habet, vt poſſit interrogare teſtem de aliquo, in nullo caſu poteſt illum torquere.*

132 *Neque quando non habet indicia ſufficientia.*

133 *Neque quando non poſſunt inuite cogi teſtes ad deponendum.*

134 *Minores torquendi non ſunt, niſi in crimine leſæ maieſtatis.*

135 *Quomodo ſacerdotes in aliquo caſu ſunt torquendi. et 136.*

Explicatur cap. Præsbiteri. *ibid.*

137 *Viri in dignitate, et nobilitate conſtituti non ſunt torquendi, ni ratione contrarietatis.*

138 *Iudex ſine neceſſitate nō debet torquere teſtes.*

Et non omnes. ibib.

Et

Et à quo ſit incipiendum. ibid.

139 *Quid ſeruandum ſit à Iudice circa moram, & cauſam torturæ.*

140 *Iudex cauere debet à ſuggeſtione.*

Et quomodo ſe debeat gerere in interrogatorijs. ibid.

141 *Quæ dicuntur à teſte in tortura debent ratificari extra torturam.*

142 *Tortura poteſt repeti pluries, non tamen vltra tres vices.*

143 *Quando teſtis in tortura dicit contrarium eius quod extra torturam dixit, attenditur dictum in tortura.*

Et dictum habitum in vltima tortura. ibid.

144 *Teſtis dictum habitum in tortura cenſetur verum.*

Tortura purgat defectum perſonæ, non tamen vitium inimicitiæ. ibid.

145 *Si teſtis dicat in tortura contrarium illius, quod dixit extra torturam, creditur ſecundo dicto.*

Quod dictum non facit indicium ad torturam, ſed ſolum ad inquirendum. ibid.

146 *Quomodo tortura plures defectus purget.*

Opiniones variæ. ibid.

147 *Plures caſus in quibus ſtandum eſt primo dicto teſtis, licet ſecundum ſit habitum in tortura.*

148 *Regulares admittere poſſunt teſtes inhabiles ſine tortura.*

Tamen poſſunt illos torquere, etiamſi ſint Sacerdotes. ibid.

Non vero torquere poſſunt priuiligiatos, & alios in caſibus non à iure permiſſis. ibid.

Quomodo ſe habere debeant in interrogatorijs, & tortura. ibid.

149 *Quæ tortura ſit potius danda à Iudicibus Regularibus.*

ARTICVLVS IX.

De Tortura teſtium.

114. CVm ſit concluſio generalis, quod liberi homines, *ex capite aliorum* pro teſtimonio non torquentur. *l. ex libero ff. de q.* quæ tamen concluſio fallit in pluribus caſibus, tria in hoc articulo videnda ſunt, primo qui teſtes poſſunt torqueri, ſecundo qui torqueri non poſſunt, tertio quæ à Iudice ſeruanda ſunt in teſtium tortura.

115. Primo igitur torqueri poſſunt in crimine læſæ Maieſtatis, quod pertinet ad perſonam Principis. In hoc enim caſu omnes indifferenter torqueri poſſunt, etiam ſi in dignitate conſtituti, & etiam ſi ſint minores, vt per Prepos. Archidiac. Turrecrem. *cap.* 3. 4. *quæſt.* 2. & alios probat Farinac. *q.* 73. *n.* 5.

116. Secundo torquentur teſtes deponentes ſuper mera negatiua, præſumuntur enim mendaces. Farinac. *q.* 79. *n.* 78. Tertio torquentur teſtes vacillantes, ſi tamen ſunt varij & ſibi contrarij in ſubſtantia, vel ſubſtantialibus circumſtantijs, & variationis non reddunt cauſam rationabilem, & maxime ſi conſtat eos fuiſſe præſentes facto, de quo deponunt. Et in hoc caſu ad habendam veritatem eſt videndum in quo dicto teſtes perſiſtant. Butr. & alij *cap. cum in contemplat. de reg. iur.* Farin. *q.* 79. *à num.* 11. Guazz. *d.* 19. *cap.* 2. *à num.* 1.

117. Torquentur vero in hoc caſu etiam viri in dignitate conſtituti non tamen Sacerdotes; Sed hoc quod dicitur de Sacerdotibus eſt valde controuerſum, & eos poſſe torqueri in hoc caſu multi affirmant, & præcipue, ſi contra illos grauia vrgeant indicia. Nam alias ſi eorum dicta verè ſibi ſunt manifeſte contraria, indubitatum eſt, quod in altero eorum dicto ſunt mendaces, cum contraria ſimul vera eſſe non poſſint; igitur vel eorum teſtimonium omnino reijci debet, vel ſunt torquendi. Et certe Doctores in his confusè loquuntur, nam ſi loquuntur de vacillatione pura, quæ non continet varietatem & contrarietatem, nullus teſtis ex ſola vacillatione poteſt torqueri. *l. vnius* §. *in ea cauſa ff. de quæſt.* Si vero ſunt contrarij, cur ratione mendacij, & vt veritas habeatur torqueri non poſſunt? Panorm. *d. cap. cum in contemplat. num.*6. But. *poſt num.* 7. Clar. *quæſt.* 25. Farin. *quæſt.* 79. *num.* 54.

118. Teſtis etiam ſæpius varius, & ſibi contrarius pluries torqueri poteſt, non tamen vltra tertiam vicem. Imò ad torturam ſufficit, ſi teſtis vnum dicit extraiudicialiter, & contrarium in Iudicio, ſi dictum extraiudiciale in Iudicio fuerit probatum. Videantur Farinac. *quæſt.* 66. *à n.* 98. *& quæſt.* 79. *à n.* 6. *& à num.* 62. Bictus *quæſt.* 10. *à num.* 7. Souſa *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 2.

119. Tertio torquetur teſtis ad habendam veritatem ex præſumptione mendacij, vt cum iudicauerit, quod teſtis ſit veriſimiliter informatus, ſi tamen non vult dicere veritatem. Illi ſunt qui fuerunt præſentes facto, vel ſunt domeſtici domus, in qua commiſſum fuit factum, vel valde ſunt vicini illius loci, in quo delictu commiſſum fuit, vel ex ſimili cauſa veriſimiliter cenſentur informati. Et illi dupliciter deficere poſſunt, vel primo, quia dicant ſe neſcire, vel ſe non recordari, vel nolint reſpondere præciſe affirmando vel negando, aut ſecundo negant ſe fuiſſe præſentes, vel domeſticos, vel vicinos, aut veriſimiliter informatos. In primo caſu facilius torquentur conſtando de illorũ aſſiſtentia, &c. Et in hoc caſu non eſt neceſſe, quod teſtis vacillet, vel ſit varius, ſed ſufficit eius aſſiſtentia facto, de quo interrogatur, & quod nihilominus dicat ſe non vidiſſe aut audiſſe. Clar. *quæſt.* 25. & ibi Baiard. Farin. *quæſt.* 79. *n.* 17. quidquid in contrarium dixerit Guazz. *in def.* 19. *c.* 4. *n.* 1. *& videtur approbare* Farin. *n.* 18. Et nihilominus ſi teſtis adducat aliquam veriſimilem cauſam ſuæ neſcientiæ, vel obliuionis non poteſt torqueri, vt puta, ſi dicat quod delictum fuit commiſſum retro, & non potuit illum videre, vel quod factum ſucceſſit in multitudine gentiom in platea, in nundinis, in choreis, vel quod delictum fuit commiſſum in inſtanti, & teſtis

erat intentus ad alia, & multa alia ſimilia poteſt allegare, & ſufficit quod iſta alleget, nec tenetur ea probare, niſi prius Fiſcus probauerit contrarium. In dubio vero an teſtis ſciat, vel recordetur illius de quo interrogatur, non poteſt torqueri, ſed ad hoc neceſſe eſt quod omnino appareat teſtem ſcire id, quod ait ſe neſcire, vt bene aduertit Farinac. *quæſt.* 79. *num* 19. Et ideo antequam torqueatur ex hoc debet antea probari quod, teſtis ſit veriſimiliter informatus, vt puta, debet eſſe conuictus, vel confeſſus, quod fuerit præſens facto, de quo interrogatur Clar. *q.* 21. Farinac. *q.* 79. *n.* 20. Guazz. *def.* 10. *cap.* 4. *n.* 4. & alij, quos ſequitur Scroi *part.* 4. *cap.* 16. *n.* 1.

120. Et quantum ad domeſticos & vicinos, ſi tenentur denunciare delictum, & id non præſtant in tempore debito, ex hos ſunt magis ſuſpecti,& multo magis poſſunt torqueri. Scroi *part.* 4. *cap.* 16. §. 3. *n.* 3. Sed ſi teſtis neget ſe fuiſſe præſentem facto, habetur vt ſuſpectus de mendacio, & tunc quia præſumitur eum ex hoc velle occultare veritatem, torqueri poteſt,ſi tamen conuictus ſit de præſentia, & ad illum conuincendum hoc modo vt ſuſpectum de mendacio ſufficere vnum teſtem eo digniorem dixerunt Burn. Foller. & alij quos ſequitur Farinac. *quæſt.* 79. *num.* 20. Et quod tamen limitatur, vt procedat ſolum in caſu, in quo teſtis deponit de indicio proximo, vt puta de viſu, quia teſtis ille dignior vidit teſtem eſſe præſentem; non vero ſi deponat de indicio remoto, vt puta de confeſſione extraiudiciali ab eo facta, Guazz. *def.* 19. *cap.* 3. *n.* 2. & alij quos ſequitur Scroi *part.* 4. *cap.* 16. *n.* 8. Aduertendum enim eſt, quod ad conuincendum in ordine ad torturam ſufficit ſemiplena probatio aliqualiter adminiculata; hanc vero fert teſtis de viſu alio teſte dignior, qui deponat de præſentia teſtis illius. At vero ſi teſtis de viſu non deponat immediate, quod alius teſtis fuerit præſens facto, ſed deponat de aliquo indicio, ſi illud iudicium etiam ſi proximum, non ſit indubitatum, nec ſemiplene probatur præſentia intenta, & ideo teſtis, qui negat ſe fuiſſe præſentem non poteſt torqueri, ex eo quod dicatur illum fuiſſe præſentem.

121. Id vero Farinac. *num.* 22. addit quod ſufficit etiam vt contra teſtem, qui negat ſe ſcire, vel ſe fuiſſe præſentem facto, adſint teſtes conteſtes deponentes de eius confeſſione extraiudiciali, & hoc eſt verum, quia confeſſio extraiudicialis eſt indicium indubitatum, quod ſemiplene probat,ſi per duos teſtes conteſtes ſit probatum.Sed ſi indicium non ſit indubitatum, nunquam ſemiplenè probat,etiam ſi per plures teſtes conteſtes ſit probatum. Et quæ dicta ſunt de illo, qui negat ſe fuiſſe præſentem,verificantur etiam de illo,qui negat ſe eſſe domeſticum vel vicinum, ſed tamen ſemper aduerti debet, quod ſi teſtis reddit cauſam rationabilem ſui dicti, & ſic non ſit certum ſed dubium, an ille ſit veriſimiliter informatus, non poteſt torqueri.

122. Quarto non præcedente vacillatione neque indicijs poſſunt torqueri teſtes ad purgandam eorum maculam perſonarum, & ſupplendum defectum. Sic infamis tam infamia Iuris quam infamia facti ſi ſit vilis, & ignotus non admittitur ſine tortura, quamuis ad Iudicis inſtructionem, & ad inquiſitionem admitti teſtem infamem ſine tortura dixerit ex Cyrillo Fatinac *quæſt.* 79. *num.* 27. Pariter ſine tortura nec admittuntur criminoſi condemnati de publico crimine, qui ſunt infames infamia Iuris. Item teſtes à Iure reprobati non admittuntur ſine tortura. Quãuis vero multi exiſtiment, & voluerint,quod teſtes viles, & facientes viles artes,vel obſcurræ,aut ignotę patrię,non admittantur in teſtes ſine tortura, tamen aduertendum eſt teſtes niſi ſint malæ vitæ,& infames, vel ex eorum delicto inhabiles admittendos eſſe ſine tortura; ſola enim paupertas, aut vilitas conditionis, non eſt ſufficiens cauſa, vt viri integre vitæ, & bonæ famæ non admittantur in teſtes ſine tortura, & leges de infamibus non de vilibus bonæ famæ ſtatuerunt non admitti ſine tortura, vt bene cũ Bart. Marſis. & alijs probat Farinac. *n.* 64. & pluribus alijs citatis Guazz. *def.* 19. *c.* 10. *n.* 16. & Eliſeus *tract.* 3. *q.* 16. *n.* 6. & *q.* 19. *n.* 2.

123. Et licet maior fides detur teſtibus iſtis quam teſtibus admiſſis ſine tortura,tamen hinc eſſe poteſt tanta probitas vitæ, & morum in teſte admiſſo ſine tortura, vt vincat torturam datam teſtibus vitæ ſceleſtiſſimæ. Pariter ad purgandum defectum perſonalem multi volunt quod deportati non poſſint admitti ſine tortura. Sed alij hoc negant, quos refert Farinaccius *quæſt.* 79. *num.* 36. 37.

124. Teſtes tamen qui non citati ſponte ſe ingerunt, & veniunt ad teſtificandum, etiam ſi non ſint viles, non admittuntur ſine tortura. Farinac. *q.* 79. *num.* 38. Eliſeus *tract.* 9. *q.* 2. *num.* 9. Sic igitur etiam teſtes, qui non ſunt inhabiles ex culpa, vt Birruarij, cognati, mulieres, non ſunt torquendi pro pungnanda inhabilitate, non enim habent, quod purgatione indigeant. Farinac. *conſ.* 38. *num.* 12. Guaz. *defenſ.* 19. *cap.* 2. *num.* 10. & alij quos ſequitur Bordon. *cap.* 28. *num.* 16.

125. In præfatis autem caſibus torqueri poſſunt teſtes, etiam ſi Iudex inquirat generaliter interrogando teſtem, an ſciat quis commiſerit homicidium, vel aliud delictum.

126. Sed numquid poteſt torqueri teſtis non datis defenſionibus, & copia actorum? Si teſtes torquentur ad ſupplendum aliquem eorum perſonalem defectum,vt quia ſint infames, ſeu criminoſi, dandæ ſunt illis defenſiones, niſi de eorum qualitate, & inhabilitate conſtet ex ipſorum confeſſione, vel illa ſit indubitata, & notoria: ſed ſi teſtes torquentur ex prætextu mendacij, quia ſint varij, & ſibi ipſis contrarij, quia cũ fuerint præſentes facto,nihilominus negant ſe vidiſſe, vel audiuiſſe, vel veriſimiliter cũ debeant eſſe informati de facto, dicunt ſe neſcire, vel

re, vel recordari, ſi ex eorum dicto, vel confeſſione conſtat de mendacio, vel quod ſint tales, qui veriſimiliter debent eſſe informati, & nihilominus nullam reddunt rationẽ, ob quam vel contrarietas excuſetur à mendacio, vel ſit veriſimilis ipſorum ignorantia, aut obliuio, torqueri poſſunt non datis illis defenſionibus; ſed ſi de mendacio vero vel præſumpto non conſtat niſi per teſtes, non ſunt illis denegandæ defenſiones,& vt poſſint procedere contra teſtes de inimicitia, vel alia inhabilitate, vel probare quod non fuerint præſentes facto, de quo interrogantur, vel de illis non potuerint eſſe informati. Farinac. late hoc probans. *quæſt.* 39. *num.* 125.148. *&* 149. *vbi num.* 153. quod nec domeſticis pro furto facto in hoſpitio, vel domo interrogatis poterunt negari defenſiones, ſi illas petant. Et eadem ſentiunt Foller. & Guaz. *def.* 19 *cap.* 15. *n.* 2. quos ſequitur Bictus *q.* 101. *num.* 25.

127. Quartum verò ad ſecundum, quando ſcilicet, & qui teſtes non poſſit torqueri dicitur primo,quod quando veritas aliunde haberi poteſt in nullo caſu teſtes torquentur.Farin. *q* 79. *num.* 76. Guazz. *def.* 19. *c.* 1 *n.* 14. & alij communiter; tortura enim eſt remedium ſubrogatum in defectu aliarum probationum. Clar. *q.* 84. *num.* 5. Menoch. de arbitr. *q.* 8. *num.* 2. & alij quos ſequitur Scroi *p.* 4. *c.* 19. *n.* 1.

128. Secundo etiam in cauſa ciuili teſtes ad ſupplendas maculas perſonales numquam torquentur,ſed ſatis eſt,quod non probent,& idem dicitur de teſtibus examinatis tamquã informatis veriſimiliter ad habendam veritatem. Sed ſi teſtes ſunt contrarij, vel de falſo ſuſpecti ad inſtantiam partis contra illos proceditur non à Iudice ciuili, ſed à Iudice criminali,coram quo querela proponitur. Farinac. *q.* 64. *num.* 102. *&* *q.* 79. *num.* 65.

129. Tertio non poſſunt teſtes torqueri non coſtito de delicto in genere, & ſic de corpore delicti, cum hoc deficiente nec poſſit torqueri Reus. Farin. *q.* 79. *n.* 20. Souſa *l.* 1. *c.*16. Guazz. *d.* 11. *c.* 1. *n.* 1. Sed cum delictum, ſeu corpus delicti, quod non relinquit poſt ſe veſtigium probandum ſit per teſtes, limitandum erit hoc dictum ad corpus delicti permanentis, quod per euidentiam probari poteſt,& æquitas requirit, vt non torqueatur teſtis, vt deponat contra aliquem delinquentem, ſi non conſtat delictum fuiſſe commiſſum, ſed quando delictum non relinquit poſt ſe ſenſibile veſtigium, tunc ſufficit quod delictum in iudicio ſit probabile per teſtes, qui ſi deficiant iuxta ſupradicta torqueri poſſunt.

130. Quarto in nullo caſu teſtes torqueri poſſunt in inquiſitione ſpeciali, quando ſolum in generali inquiritur quis ſit, qui Titium occiderit: ita Farinac. *q.* 79. plures referens, ſed ratio eſt quia Iudex nec poteſt interrogare teſtem in ſingulari, an Seius occiderit Titium, niſi de hoc Seius accuſatus, vel denunciatus ſit, vel infamatus, igitur multo multo magis non poteſt illum torquere;cæterum vbi Iudex habet talem,& tantam notitiam, quod poſſit interrogare teſtem in ſingulari an Seius occiderit Titiũ ſi teſtis ſit mendax, vt puta quia eſt ſibi contrarius, poteſt illum torquere. Vnde non eſt vnde Boſſ. apud Farinac. reprehenderit Iudices eccleſiaſticos in ſtatu Eccleſiaſtico, quod torqueant teſtes ſine inditijs contra Reũ. Non enim eſt veriſimile quod tales Iudices examinarent teſtes in inquiſitione ſpeciali, niſi haberent de hoc in proceſſu ſufficientem notitiam, ſeu indicium, quo habito ſi potuerunt interrogare teſtem, potuerunt etiam illum de mendacio conuictum torquere.

131. Vnde melior & clarior regula datur dicendo,quod Iudex quãdo non habet,vt poſſit de aliquo interrogare teſtem, in nullo caſu poteſt illum torquere, ſi vel nolit reſpondere, vel ſit mendax in reſpondendo, vel vt ſuppleat ſuam inhabilitatem, quia imò in hoc caſu Iudex iniuſte interrogat. Et ita in hoc caſu confeſſio teſtis nec ipſum, nec nominatum afficit. Baiar. ad Clar. *q.* 25, *n.* 32. *&* 35. Nec confirmabitur ex eo, quod indicia ſupervenerint. Guazz. *def.* 19 *c.* 1. *n.* 7. Sed quandocunque Iudex habet ius interrogandi teſtem, poteſt teſtis torqueri in illis caſibus in quibus teſtes torqueri poſſunt.

132. Quinto teſtes pro veritate habenda non poſſunt torqueri, niſi contra illos præcedant indicia; Maſcardus Grammat. Bert. Farinac. *q.* 79. *n.* 73. Guazz. *def.* 10. *c.* 1. *n.* 3. Souſa *l.* 22. *c.*16. *n.*3. Clauis Reg. *l.*12. *c.* 16. *n.* 24. Sed hoc eſt dicere quod non poſſunt teſtes torqueri ſine cauſa, de qua conſtet in proceſſu; cauſæ autem ſunt ſupra explicatæ.

133. Sexto teſtes interrogati contra illum, contra quem non poſſunt inuite cogi vt deponant, non poſſunt torqueri Bictus *q.* 201. *n.* 3. poſt. Alb. Bartol. Boich & Monticel. Citatur etiam Farinac. *q.* 79. *n.* 38. vbi de hoc non loquitur; ſed aliud eſt quod teſtis, qui non poteſt cogi ad teſtificandum contra alium, puta conſanguineus contra conſanguineum, ſi iniuſtè cogatur, non poſſit torqueri, quod eſt veriſſimum, quia noua iniuſtitia in illum committitur, ſi iniuſte coactus ad teſtificandum, iniuſtè etiam torquetur. Aliud eſt quod talis teſtis, ſivoluntarius deponat,vel ſi ſimus in caſu,inquo cogi poſſit,non poſſit, & non debeat torqueri, vel ad purgandum perſonalem defectum, vel ad dicendam veritatem,& hoc aſſerere non debemus, forſan enim licet conſanguineo mentiri in iudicio cum legitimè interrogatur,quia conſanguineus eſt,vel non purgare infamiã,ſi ſit infamis?

134. In particulari vero torqueri non poſſunt teſtes, qui ſunt minores, niſi in crimine leſæ Maieſtatis humanæ, vel diuinæ, & adhuc minores annis 14. non poſſunt proprie torqueri ſed ferula, vel habena cedi *l. de minori & l. ex libero* §. 1. *de q.* Et iſti ſic torti non faciunt indicium niſi ad inquirendam veritatem.Guazz. *def.* 19. *cap.* 1. *num.* 15.

135. Se-

135. Secundo torqueri non poſſe Sacerdotes ex *l. Preſbyteri C. de Epiſcop. & Clericis*, & *ex cap. Presbyteri 5. quaeſt. 6.* Etiam ſi ſint contrarij in ſuis dictis, affirmant plures Doctores. Et nihilominus alij non pauci contradicunt volentes quod de Iure Canonico Sacerdotes, ſi ſint varij vacillantes, & contrarij torqueri poſſint. Sed aduertendum quod *cap. illud Presbyteri 5. q. 6.* in Decreto nec eſt impreſſum charactere, quo alij textus ſunt impreſſi; ſed alio longe minori, & non eſt deſumptum ex aliquo Decreto Pontificio; ſed ex Iure Ciuili tit. de Epiſcop. & Cleric. Vnde non continet legem Canonicam, ſed Ciuilem, & vlterius verba illius ſunt iſta. *Presbyteri citra iniuriam quaeſtionis teſtimonium dicant ita tamen vt falſa non ſimulent.* Quae verba potius indicant, quod ſi Presbyteri falſa ſimulent, torqueri poſſunt. Vnde verius dicitur, quod Sacerdotes de Iure Canonico, ſi ſint ſibi contrarij in ſuis dictis torqueri poſſunt, & idem dicendum ſi grauiter ſint ſuſpecti de falſo, vt ex Foller. & Clar. deducit Farinac. *quaeſt. 79. num.* 55. Guazz. *d. 19. c. 5. num. 16*,

136. Hoc tamen ſeruandum, quod Sacerdotes ſine magna neceſſitate torqueri non debent, ſed Iudex omnẽ operam debet adhibere, vt alia via probet, quod intendit. Hoc eſt certum, quod poſſunt puniri vt ſuſpecti de falſo, ſicut etiam Clerici non Sacerdotes torqueri poſſunt, ſed ſi Sacerdotes aliqui alias ſint infames, eos poſſe torqueri pro purganda infamia dixerunt Bald. Zabarell. Farinac. *quaeſt.* 79. *n* 58. Guazz. *d.* 19. *cap.* 1. *num.* 16. Et in caſu quod teſtes Clerici ſint torquendi, non ſunt torquendi à Iudice Laico, ſed ab Eccleſiaſtico. Clar. *quaeſt.* 25. Videantur de his Doctores ad *cap. Presbyteri* 5. *q.* 6. & alij, quos abundè refert Farinac. *quaeſt.* 66. *n.* 201. & *quaeſt.* 79. *à num.* 54.

137. Tertio torqueri non poſſunt viri conſtituti in aliqua dignitate, nobilitate & officio ſaeculari, Et nihilominus aſſeritur, quod teſtis vacillans, & ſibi contrarius, non obſtante quacumque dignitate, poſſit torqueri, vt per Doctores quos refert Farinac. *quaeſt.* 79. *n.* 61.

138. Quantum ad tertium, primo Iudex, ſine neceſſitate non debet teſtes torquere, ideo ſi teſtes, qui examinandi ſunt tanquam veriſimiliter informati; & quia renuunt reſpondere torquendi ſunt quã plures ſint, non ſunt omnes torquendi, ſed tantum duo vel tres, ſed hoc eſt poſitum in arbitrio Iudicis, qui plures etiam poteſt torquere, ſi ſint ſuſpecti, & nolunt dicere veritatem. Clar. *quaeſt.* 21. Farinac. *quaeſt.* 79. *n.* 77. & Bald. Brun. Marſil. & alij. Imo quod teſtes torqueri non debeãt, niſi poſt examen Rei, quia ſi ille confeſſus fuerit, teſtes amplius non torquebuntur dixit Bictus *quaeſt.* 201. *num.* 4. ex Baiard. & alijs. Quod verum eſt, vbi tortura teſtis non ſit neceſſaria ante Rei examen. Eliſeus *tract. 9. quaeſt. 2. num.* 3. Et in hoc eodem ſenſu intelligi debent, quae ſupradicta ſunt, de non torquendo teſte niſi probato corpore delicti, & niſi ſint indicia contra Reum, vt verificentur quando tortura antecedenter non eſt neceſſaria ad probandum delictum vel indicia contra Reum, & alias ſemper eſt ſeruanda regula poſita *n.* 127. vt in nullo caſu torquendi ſint teſtes, ad habendam veritatẽ, ſi illa aliunde haberi poteſt. Vbi vero plures ſint torquẽdi incipiendũ eſſe regulariter à magis ſuſpecto, & inter vicinos à viciniori, & inter ſuſpectos à magis ſuſpecto, & ab eo à quo facilius veritas poteſt haberi, & ideo à magis timido, debiliore, & viliore, ex Clar. & alijs dixit idem Bictus *num.* 5. abſolute tamen hoc eſt arbitrarium Iudici. Clar. *q.* 25.

139. Secundo aduertat Iudex, vt tortura teſtium ſit moderata, nec nimis aſpera, nec nimis leuis. Et quando teſtis torquetur ad conualidandum eius dictum debet eſſe leuis. Et ſic Farinac. refert *num.* 82. Romae ſeruari quod quando teſtis torquetur ad ſupplendam inhabilitatem, vel in faciem Rei leuiter torqueatur quantum ſit ſpatium vnius Credo, niſi teſtis ſit adeo infamis & ſuſpectus, vt Iudex arbitretur illum diutius detinere. Quando vero torquetur pro habenda veritate torquetur per quartam partem horae, vel per mediam horam iuxta facti, & perſonarum qualitatem. Et ſic vbi torquetur ſocius criminis in caput alienum ad propalandum alium ſocium, tortura ad ſummum erit per dimidiam horam. Ambroſ. Boſs. Clar. Farinac. Guazz. quos ſequitur Bictus *quaeſt.* 102. *num.* 9. Verum quia modus, qualitas, & duratio torturae menſuranda ſunt conſiderata grauitate vel leuitate, delicti ex qualitate indiciorum grauium vel leuium, & an ſint plura, vel pauca, vel vnum, & qualiter ſint probata, & ex qualitate perſonae torquendae, an ſit robuſta & fortis, vel debilis, & an ſenex, vel iuuenis, ſana, vel infirma, &c. Ideo hoc arbitrarium eſt Iudici, & ita communiter practicatur. Iudex vero maxime cum teſtibus determinabit arbitrium ſuum inclinando potius in benigniorem partem & mitiorem.

140. Tertio Iudex caueat omnino à *ſuggeſtione*, & ideo non interroget, an Titius occiderit Seium, ſed quis ſit, qui Seium occidit. *l.* 1. §. *qui quaeſtionem ff. de quaeſt.* Et licet quando ſunt indicia determinatè contra aliquem, poſſit Iudex ſine ſuggeſtione interrogare teſtem in ſpecie, tamen ſemper tutius eſt interrogare in genere, & vbi in ſpecie interrogare poſſit de perſona, non tamen poteſt interrogare illum de modo & circumſtantijs delicti, vt puta an Caius hoc vel illo modo particulari percuſſerit Sẽpronium, ſed ſolum poterit interrogare in genere quando, & in qua parte percuſſerit. Brun. Caunon. Cyrill. quos ſequitur Farinaccius *quaeſt.* 79. *num.* 80. Bictus *quaeſt.* 102. *num.* 40. Sed hoc intelligitur de interrogatione ſugeſtiua, vt exemplificat Farin. *dicto num.* 80. debet enim omnino vitari ſuggeſtio, & notat Bictus *num.* 50. Et manifeſta ſuggeſtio eſt, ſi dum teſtis negauit factum, interrogatur de illius circumſtantijs, de quibus non poteſt deponere, niſi fateatur factum

ctum quod negauit. Sed debet vitari etiam ſuggeſtio palliata, vt cum in actis non apparet de quo teſtis fuerit interrogatus, ſed ſolum dicitur ad opportunam interrogationem, &c. præcipuè verò Iudex fugiet illam ſuggeſtionem, quæ fit præueniendo teſtem, & illi indicando viam reſpondendi. Et hæc obſeruare etiam debent Prælati Regulares. Contra rationem enim naturalem eſt, quod Iudex, cuius eſt inquirere Reum, illum oſtendat teſtibus. Et pariter rectæ rationi repugnat, quod Iudex ſine fundamento iudiciali teſtes interroget, Bordon. *cap.* 48. *n.* 26.

141. Quarto ſi teſtis aliquid contra alium in tortura confeſſus fuit, debet extra torturam ratificare confeſſionem ſecundum ſententiam Gloſs. *l. final. ver. præſtando C. de quæſt.* Quam inter alios ſequitur Simanc. Cathol. *inſtitut.* tit. 65. *num.* 73. Cuius contrarium voluit Baldus *in d. l. finali poſt num.* 22. *C. de quæſt.* Quem plures alij ſequuntur; ſed tutior eſt prior ſententia affirmans, quia confeſſio habita in tortura cenſeri poteſt extorta & facta vi tormentorum; ſed tamen ſi tortura fuit leuis, vt puta per vnum Credo. Guazz. *def.* 29. *cap.* 14. *num.* 2. cenſet non eſſe neceſſariam ratificationem, quem ſequitur Bictus *quæſt.* 205. *num.* 2. Sed abſolute quod ratificatio ſit neceſſaria, dicunt Farinac. *quæſt.* 79. *num.* 83. & 84. Souſa. *lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 4. Et nihilominus fuit multorum opinio, quod iſta ratificatio non ſit neceſſaria. Quia teſtis deponens non de ſe, ſed de alio, non poteſt pœnitere, quia ſemper plus creditur dicto teſtis torti. Sed hoc non obſtante replicatur quod magis creditur teſti terto, ſi ratificet ſuum dictum in tortura extra torturam, quam ſi illud reuocet.

142. Quinto licet regulariter teſtes ſemel tantum torqueantur, tamen pluries torqueri poſſunt, ſi per primam torturam indicia non fuerunt ſufficienter euacuata. Primo ſi teſtes varient, & ſibi contradicant. Secundo cum tortus ſocius criminis nominat aliquē in tortura, & debet torqueri in faciem Rei; tortura tamen non poteſt repeti vltra tres vices. Bictus alios referens *quæſt.* 103. *à num.* 5.

143. Sexto ſi teſtis in tortura dicat in contrarium eius, quod dixit extra torturam, quod attendatur dictum in tortura, dumodo poſt primam depoſitionem non fuerit locutus cum parte, & dummodo fuerit legitimè tortus explicatum eſt ſupra *quæſt.* 14. *a.* 4. Sic etiam ſi teſtis pluries fuerit tortus, ſtatur vltimo dicto in tortura, dummodo vltima tortura fuerit grauior. Farinac. *q.* 66. *à n.* 172. Guazzin. *def.* 19. *cap.* 16. *num.* 8.

144. Septimo ſi teſtis etiam inhabilis in tortura perſiſtat in aliqua depoſitione, cenſetur deponerere puram veritatem; tortura enim hunc effectum cauſat, vt ſecundo purget etiam inhabilitatem teſtium; vitium tamen inimicitiæ tortura non purgat. Baiard. Boſſ. Maſcardus Guazzin. quos ſequitur Bictus *q.* 103. *n.* 22. Sed ſi tortura, vel fuit illegitimè lata ſine præcedentibus indicijs, vel non fuit ſufficiens, ſed data fere per iocum non facit effectum, vt omnino habeatur pro vero quod in tortura fuit confirmatum. Vnicus etiam teſtis tortus non probat plenè, quia tortura non ſupplet numerum teſtium, plures tamen plenè probant. niſi aliud obſtet. Guazz. *defenſ.* 19. *cap.* 18. *n.* 3. & 14. Bordon. *cap.* 48. *num.* 37. Tortura etiam non tollit defectum citationis. Guazz. *n.* 11.

145. Quod vero tortura non purget periurium, & ideo ſi primum dictum teſtis fuit Iudiciale, ſi dicat contrarium in tortura, quia tunc ſit periurus, non attendatur dictum ſecundum in tortura emanatum, dixerunt plures apud Farinaccium. *q.* 66. *qui ibi n.* 290. ait quod hæc doctrina deſtruit regulam, quod ſtandum ſit ſecundo dicto emanato in tortura, & quod propterea de hoc eſt cogitandum; ſed conſuetudinē ſeruari, vt tortura ſanet etiam vitium periurij, & ſtetur ſecundo dicto iudiciali emanato in tortura, dixit Guazzin. *defenſ.* 29. *c.* 16. *n.* 15. & 16. Ita tamen quod tali teſti non totaliter creditur, nec facit indicium ad torturam, vel ad tranſmittendam inquiſitionem querelati, ſed ſolum ad inquirendum. Farinac. *q.* 43. *n.* 184. Bictus *q.* 103. *n.* 16. Bordon. *c.* 88. *n.* 16.

146. Hinc ſequitur communē illam regulam, quam poſt antiquos Doctores tenent etiam ex moderdis Bictus *q.* 105. Eliſeus *tract.* 9. *q.* 2. Bordon. *cap.* 43. *num.* 34. nimirum, quod tortura non purgat niſi vnum defectum, ſicuti non fundatur in aliquo ſpeciali iure, in quo ſtatuta ſit, ſic ab eiſdem DD. in ſubſtantia negatur. Nam teſtis ſibi contrarius in iudicio patitur duos defectus maximos quia eſt mendax in iudicio, & eſt ſacrilegus contra virtutem Religionis, & tamen Doctores illi communiter dicunt, quod ſi teſtis ſibi contrarius torqueatur, ſtatur eius dicto ſecundo, vel in aliquibus caſibus dicto primo; & tamen ſi tortura hos defectus non purgaret, nec primum nec ſecundum dictum admitti deberent; ideo ſine hæſitatione dici debet, quod tortura grauior, quam ordinaria plures defectus purgat, vt docent Doctores quos retuli ſupra *q.* 12. *a.* 22.

147. Et nihilominus plures ſunt caſus, in quibus ſtatur primo dicto teſtis non obſtante, quod ſecundum emanauerit in tortura. Primo ſi ex rationabili cauſa id viſum fuerit Iudici. Secundo quando teſtis tortus fuit vt teſtis contra complices, & patitur plures defectus qui ex parua tortura non fuerunt purgati. Tertio ſi teſtis fuit iniuſtè tortus, quia tunc ſecundum dictum nihil probat. Quarto ſi primum dictum fuit geminatum contra ſecundum in tortura, ita ex Farinac. & Guazzino tradit Bordon. *q.* 48. *num.* 31. & 33.

148. Regulares vero licet poſſint admittere teſtes inhabibiles ſine tortura cum ſuis imperfectionibus, tamen quia teſtis inhabilis plus probat tortus quam non tortus, poſſunt & ipſi torquere teſtes religioſos, etiam Clericos, & ſacerdotes & pro purgandis defectibus, vt pro

pur-

Digitized by Google

purganda infamia, & etiam vt compellant eos qui fateri nolunt veritatem. Non poſſunt tamen torquere priuilegiatos, nec alios teſtes in caſibus, in quibus de iure non poſſunt torqueri, vt puta cum veritas aliunde haberi poteſt. Et pariter tortura eorum debet eſſe moderata, & omnino Iudices abſtinere debent ab interrogatorijs ſuggeſtiuis, & à torquendis teſtibus non præcedentibus inditijs contra illos, & vt ſine iuſta cauſa pluries non torqueant eundem teſtẽ, & facere vt teſtes torti ratificent depoſitionem extra torturam, quia confeſſio in tortura cenſetur extorta. Bordon. *c. 48. n. 39.*

149. Hæc enim & alia ſimilia non ſunt apices Iuris, ſed ſunt ſubſtantialia iudicij, & ex naturali ratione prouenientia. Non tamen eſt neceſſe, quod teſtes ſint citati, vel quod in facie confrontentur; genus verò torturæ magis proportionatum regularibus eſt, vt torqueantur carcere, compedibus, manicis ferreis, ſubtractione cibi, & potus, ſeu diſciplinis aut virgarum percuſſionibus.

SVMMARIVM.

150 *Magis creditur teſtibus affirmantibus quam negantibus.*
151 *Plures caſus in quibus magis creditur teſtibus negantibus, quam affirmantibus.*
152 *Cæteris paribus magis creditur pluribus teſtibus, quam paucioribus.*
153 *Teſtibus dignioribus magis credendum eſt. Et qui ſint teſtes digniores. ibid.*
154 *Ex modo deponendi, quibus teſtibus magis ſit credendum.*
155 *Magis credendum eſt teſtibus deponentibus veriſimiliora, & conformia ad ius commune, quam deponentibus inueriſimiliora.*
156 *Magis creditur Notario, quam non Notario.*
157 *Si tamen ſint plures teſtes deponentes contra dictum Notarij, indicium faciunt ad inquirendum, & etiam torquendum Notarium.*
158 *Quomodo ſit magis credendum ſcripturæ Notarij, quam teſti contradicenti. Et quomodo Iudex poſſit procedere contra teſtem contradicentem. ibid.*

ARTICVLVS X.

Quibus teſtibus magis credatur.

150. MAgis credendam teſtibus affirmantibus quam negantibus colligitur ex *l. diem §. ſi plures ff. de tract.* Nam imo qui deponunt ſuper nuda negatiua, ſunt ſuſpecti de falſo & non probant. Farinac. *quæſt. 65. n. 200.* Et ita magis creditur affirmantibus laicis, quam negantibus Clericis: imo magis creditur duobus affirmantibus, quam mille negantibus. Quia negatiua vaga pura & ſimplex non probat, cum negatio non cadat ſub ſenſu. *cap. 2. 6. quæſt. 5. cap. Bonæ memoriæ de elect. & ibi* Barboſa *n. 14.* Quando tamen negatiua eſt coarctata ad locum & tempus, & fundatur ſuper affirmatiua tunc vere probat, vt ſi quis probat Titium in tali loco tali tempore non occidiſſe Caium, quia tunc Titius ibi non erat, ſed alibi erat, vel quia ipſe teſtis ibi præſens erat, & id non vidit, & non potuiſſet non vidiſſe, ſi factum fuiſſet.

151. Ideo in multis caſibus etiam magis creditur teſtibus deponentibus per negatiuam coarctatam. Primo ſi iſti deponant ad defenſam Rei. Secundo negatiuis peritis magis creditur negantibus, quam affirmantibus. Tertio magis creditur duobus negantibus quam vni affirmanti. Quarto magis creditur negatiuis, ſi veriſimilia deponant. Sed verè ſic eſt, quod cæteris paribus teſtis coarctans negatiuam ad locum, & tempus, vel ſe fundans in affirmatiua non minus probat, quam teſtis affirmans. Teſtis vero deponens de facto proprio per negatiuam etiam vagam magis probat quam alius deponens affirmatiuè ſuper eodem facto. Farinac. *quæſt. 65. n. 239.*

152. Secundo cæteris paribus magis creditur pluribus teſtibus, quam paucioribus. *cap. licet cauſam de probat. & ibi* Bald. *num. 21.* Sed vbi cætera non ſunt paria, magis creditur teſtibus paucioribus. Sic magis creditur paulo paucioribus ſi ſint valde digniores, vel creditur magis paucioribus, ſi deponant veriſimiliora, vel ſi plures deponant in genere, & pauciores in ſpecie, iſtis magis creditur; ſicut magis creditur paucioribus, ſi deponant ad fauorem alicuius, quam contra illum. Et tandem magis creditur paucioribus deponentibus ſuper affirmatiua quam pluribus deponentibus ſuper negatiua.

153. Tertio ex conditione perſonæ cæteris paribus magis creditur dignioribus. *cap. in noſtra de teſt. & ibi* Barboſ. *num. 31.* Et nobilioribus & magis diuitibus, quam pauperioribus, Doctoribus, quam non Doctoribus; dignioribus licet pro ſuperioribus, magis informatis quam minus informatis; peritioribus quam minus peritis; vicinis, quam non vicinis; antiquioribus quam iunioribus; Clericis & Religioſis, quam Laicis; & inter illos magis Sacerdotibus, quam non Sacerdotibus; viris magis, quam mulieribus, & inter has magis virgini, quam corruptæ; ruſticis magis quam alijs in ijs, quæ ad culturam pertinent; Et teſtibus ocularibus, quam auricularibus. Et tandem plus creditur teſtibus mortuis, quam viuis.

154. Quarto ex modo deponendi cæteris paribus magis creditur deponentibus in ſpecie, quam in genere, & magis creditur deponentibus vniuerſaliter, quam indeffinitè; & ijs qui reddunt ſui dicti rationem, quam illis, qui non reddunt, & magis creditur teſtibus diſtinguentibus, quam non diſtinguentibus.

155. Quinto ſpectato facto, vel perſona, de qua teſtes deponunt, magis creditur illis qui deponunt veriſimiliora. *cap. licet cauſam de prob. vel illis quorum dicta ſunt adminiculata L. ob carmen. ff. de teſtibus.* Vel illis, qui deponunt

magis

magis conformiter ad ius commune; vel deponentibus de bona fama, quia magis concordant cum Iure communi; vel deponentibus ad fauorem Rei; vel iis qui deponunt pro non delicto.

156. Dicitur etiam quod Notario magis creditur quam non Notario, etiam quod Notarius ſtet pro actore, & ita quod dictum vnius Notarij æquiparetur dicto duorum teſtium, & quod nemo quantumcumque idoneus teſtis æquiparetur Notario, etiam ad fauorem piæ cauſæ. Farinac. *num.* 183. Verum ſi conſideretur Notarius, vt eſt priuata perſona, non habet hanc præeminentiam, ſed eam habet tunc cum deponit ex officio.

157. Sed & amplius aduertendum, quod ſi Notarius & teſtis ſint cõtrarij, quia teſtes negāt ſe depoſuiſſe prout ſcripſit Notarius ſi agitur ad inferendam pœnam & teſtis eſt vnicus, neutri creditur, ſed ſi teſtes ſunt plures, ſi ſolum ſint duo faciunt indicium ad inquirendum contra Notarium, & ſi ſint plures quam duo faciunt indicium ad torturam contra Notarium: ſed licet dictum Notarij contra teſtes æquiualeat dictis duorum teſtium, tamen in praxi non ſeruatur quod ex eo torqueantur teſtes. Farinac. *quæſt.* 159. *num.* 209. Guazz. *def.* 28. *cap.* 15. *num.* 3. Eſt vero hic obiter aduertendum quod teſtes iſti in hoc caſu deponentes contra Notarium ſunt ſingulares ſingularitate diuerſificatiua, quia deponunt de diſtinctis actibus, & ideo teſtes iſti contra Notarium non faciunt indicium, niſi quartum facere poſſunt teſtes ſingulares.

158. Sed ſi loquamur in ordine ad probationem, certum eſt, quod per ſe, & cæteris paribus in iudicialibus magis creditur Notario, quam vni teſti etiam in criminalibus, & eo magis ſi teſtis ſibi lecto eius examine illi ſe ſubſcripſit, & nullo magis ſi examen teſtis factum fuit coram Iudice. His enim ſtantibus magis creditur ſcripturæ Notarij quam teſti, Farin. *quæſt.* 159. *num.* 192. *&* 198. Clar. *quæſt.* 59. Guazz. *def.* 28. *cap.* 5. *num.* 5. Scroi *part.* 4. *cap.* 10.*n.*1. Et quamuis ſi cætera non ſint paria, ſed Notarius ſit ſuſpectus, teſtis vero ſit integræ fidei, & famæ poſſit Iudex arbitrari rebus bene penſatis, vt magis credendum ſit teſti, tamen vbi teſtis audita ſui depoſitione illi ſubſcripſit, & examen factum fuit coram Iudice, difficile ſit quod intret illud arbitrium Iudicis, & certe Iudex qui fuit præſens examini, & ſic conſtat de veritate Scripturæ & falſitate teſtis, tunc iam aliter non poterit iudicare. Sed vbi teſtes contradicentes Notario ſunt plures, res eſt valde controuerſa, vt videre eſt apud Farinac. *d. quæſt.* 159. dici autem poteſt, quod per ſe loquendo cæteris paribus magis creditur tribus teſtibus quam Notario, qui tamen æquiualet duobus teſtibus, ſed ſi hæc ſint coram Iudice, coram quo teſtes fuerint examinati, & in eodem iudicio iam ſit veritas eſt notorie ſatis manifeſta per euidentiam, vt Iudex per torturam partis mendacis magis poſſit veritas comprobare, Imo dici poteſt quod tunc Iudex procedere poteſt contra mendacem, ſicut contra eum qui deliquit in iudicio, & coram Iudice, vt explicatum eſt ſupra *qu.*10.*art.*2. & alias coram quocumque alio Iudice poterit Notarius torqueri, ſi contra illum ſint tres vel quatuor teſtes. Guazz. *d. cap.* 15. *num.* 9. Et tamen adhuc arbitrarium eſt Iudici conſideratis omnibus videre an ſit locus torturæ, maxime quod vbi examen factum eſt coram Iudice nō deb t præſumi quod Iudex permiſerit ſcribi falſum ſicut neque eſt veriſimile, quod teſtes audito eorum examine illi ſubſcripti eſſent, ſi fuiſſet falſum; & eo magis quod vt dictum eſt in hoc caſu teſtes ſunt ſingulares.

159. Videantur de prædictis. *cap. in noſtra, & cap. cum intra, de teſt. & cap. licet cauſam, de prob. & ibid.* Bun. Hoſt. Panorm. Butr. *Decr. Imola* Barb. Fagnan. Maſcard. *l.* 2. *de probat. conc.* 474. *& l.* 3. *concl.*1264. Farinac. *quæſt.*65. *part.* 3. Sperell. *deciſ.* 178. Felin. & alij *in cap. in noſtra de teſt. videantur etiam vero dicta ſupra qu.* 14. *art.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit indicium. & ſequent.*
2 *Indicium non eſt cognitio, ſed medium ex quo deducitur ipſa cognitio.*
3 *Indicium eſt duplex indubitatum, ſcilicet, & non indubitatum.*
Quid ſit vtrumque. ibid.
4 *Pariter diuiditur indicium in leue, graue, & grauiſſimum.*
5 *Et in proximum, & remotum.*
Explicatur diuiſio indicij. ibid.
6 *Quid ſit adminiculum.*
Et quam probationem faciat. ibid.
Indicium ad hoc vt probat debet eſſe in iudicio probatum.
Et quomodo probat. ibid.

QVAESTIO XVI.

De Indicijs:

ARTICVLVS I.

Quid & quotuplex ſit indicium.

1. PRobantur vero delicta nedum per teſtes; ſed etiam per indicia & præſumptiones. Indicium autem multipliciter à Doctoribus deſcribitur, vt videre eſt apud Farinac. *quæſt.* 36. *num.*27. & ſequentibus, & à pluribus dicitur eſſe ſignum alicuius maleficij, aut alterius rei ad veritatem habendam. Sed hic primo tollenda eſt æquiuocatio, nam in diſcurſu aliud eſt medium, ex quo deducitur cognitio & aliud eſt cognitio, quæ deducitur. Non deſunt vero, qui nomine indicij vel præſumptionis intelligunt cognitionem ipſam, & ſic Soccin. *l.* 2. *cap.* 25. apud Menochiũ & Farinaceiũ diffinit indicium, quod ſit coniectura ex probabilibus, & non neceſſarijs

orta; á quibus poteſt quidem abeſſe veritas non tamen pattari maleficij veriſimilitudo. Sed hoc eſt confundere terminos. Etenim cum cauſæ cognitio ex indicio habetur, iudicium eſt medium ad habendam cognitionem Sylu. *verb. indicium num.* 1. & Farinac. *num.* 4. Et prætereà non eſt verum quod per indicium non haberur niſi probabilis cognitio, quia haberi poteſt certiſſima, & quæ etiam ſufficiat ad condemnandum, vt notat Sylu. *verb. fama num.* 4. & probatur infra. Indicium igitur non eſt ipſa cognitio, ſed eſt medium, ex quo ipſa cognitio deducitur. Etenim diſtinguendum eſt, quia medium ex quo cognoſcitur maleficium vel eſt locutio aliqua, ſeù quid ſignificans ad placitum. Et hoc modo delicta probantur vel per confeſſionem Rei, vel per depoſitionem teſtium; vel hoc medium non eſt ſignum ad placitum, ſed eſt ſignũ naturale, ſcilicet, res aliqua ſenſibilis, ex qua veluti ex medio ſyllogiſtico infertur delictũ, vel intenta veritas. Et tale quid eſt indicium. Alia enim eſt probatio per teſtes & alia per indiciũ. Et ideo magis dilucide dicitur quod inditiũ eſt factum aliquod ſenſibile, vel res ſenſibilis ex qua per conſequentiam veriſimilem deducitur veritas rei principaliter intenta. Itaque valde cautè legendi ſunt DD. ad tollendam æquiuocationẽ. Nam aliquando ſumunt indiciũ impropriè, & eſt idem quod cognitio iudicantis aliquid eſſe vel non eſſe, & ſic iudicium eſt, vel coniectura, vel præſumptio, vel ſuſpicio aut opinio aut etiam ſcientia. vel iudicium certum de aliqua veritate. Et in hoc ſenſu accipitur, dum dicitur quod hoc vel illud faciat indicium idest iudicium ſufficiens, vel ad torturam, vel ad inquiſitionem, vt dum dicitur quod teſtes faciunt indicium. At verò propriè ſummitur cum accipitur pro aliqua rè, & ſigno naturali per quod per conſequentiam veriſimilem deducitur cognitio aliqua veritatis dubiæ; & propterea DD. communiter dicunt quod indicium eſt ſignum. Sic enim dixerunt Io. Andr. Cald. Butr. Panormit. quos ſequitur Fagnan. *cap. veſtra de cohab. Cleric. num.* 26. Sed vt indicium diſtinguatur à teſte aduerti debet, quod indicium non eſt ſignum ad placitum, ſed naturale, vt eſt explicatum.

3. Diſtinguitur vero in indubitatum & non indubitatum. Illud dicitur indubitatum, quod ita arctat mentem Iudicis, vt omnino credat, nec poſſit in contrarium inclinare. Eſt vero indubitatum & plenum, ſi fortiter mouet animum Iudicis ad credendum. Ita Doctores apud Farinac. *quæſt.* 36. *num.* 30. & 35. Bictus *quæſt.* 61. *n.* 5. Eliſeus *tract.* 6. *quæſt.* 1. *num.* 20. Souſ. *l.* 2. *cap.* 25. *num.* 3. Sed hæc diffinitio non explicat rem à priori, ſed ab effectu; ideo aliter dicitur, quod ſi per neceſſariam conſequentiam ex illo deducitur veritas intenta, illud eſt indubitatum, & ideo indicium conuincit intellectum Iudicis, vt ſi quis probat ſe fuiſſe Romæ tunc cum Titius fuit occiſus Bononiæ, per neceſſariam conſequentiam ſequitur falſam eſſe depoſitionem illius teſtis, qui dixit ipſum occidiſſe Titium; ſed ſi conſequentia non ſit neceſſaria ſed ſolum probabilis, indicium non eſt indubitatum. Itaque indicium indubitatum eſt, quod inducit certitudinem ſaltem moralem, quæ ad iudicandum eſt neceſſaria, & habetur ex D. Th. 2. 2. *q.* 69. *art.* 2. & Caiet. & Banoes, Sacon. Serra. Sot. *l.* 5. *d. Iuſt. q.* 2. Sayr. *l.* 12 *c.* 11. *n.* 14. Ideo indicium indubitatum eſt illud quod nedum eſt in ſe certum, ſed ex illo per certam, & neceſſariam conſequentiam infertur innocentia alicuius, vel delictum. Dicitur vero etiam indicium indubitatum, ſi ſit approbatum à Iure. Farinac. *num.* 41. Sed hoc non eſt verum niſi indicium ſit à iure approbatum vt indubitatum, & ſic dici poſſit indicium iuris, & de iure. Addit vero Farinac. *num.* 42. quod ex pluribus dubitatis poteſt fieri vnum indubitatum.

4. Pariter indicium diſtinguitur in leue, graue, & grauiſſimum. Illud dicitur leue quod de facili, & frequenter contingit abeſſe, graue, quod de facili & frequenter contingit adeſſe, grauiſſimum, quod facillimè & frequentiſſimè contingit adeſſe; ita plures apud Farinacc. *quæſt.* 36. *numer.* 35. & concordant Bictus, Eliſeus, Bordon. & alij. Sed veritatem explicando à priori, & conſiderando vim conſequentiæ ex indicio deductæ dicitur, quod ſi ex illo neceſſario ſimpliciter vel ſaltem, vt in pluribus vere infertur intenta veritas eſt indicium grauiſſimum, imo & indubitatum, quia in moralibus ſufficit, quod propoſitio verificetur vt in pluribus. Sed ſi ex indicio veritas intenta infertur, ſi non vt in pluribus ſaltem de facili & frequenter, illud indicium eſt graue, ſed non eſt indubitatum, nec infert certitudinem ſed ſi ex indicio infertur veritas intenta ſolum rarò, illud eſt indicium leue.

5. Diſtinguitur etiam indicium in proximum & remotum Souſ. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. illud vocat indicium proximum, quod immediate per ſenſum reſpicit Rei, & delicti veritatem. Remotum quod non tangit immediatè veritatem delicti, ſed eius circumſtantias. Eliſeus autem de Bellegrandis *tractat.* 6. *quæſt.* 1. *num.* 2. vult quod ad indicium proximum eſt neceſſe, quod ita immediatè reſpiciat veritatem rei, & delicti, vt illo proximius dari non poſſit; remotum vero ſolas circumſtantias reſpicit. Sed valde confuſæ ſunt huiuſmodi diffinitiones: quid enim eſt reſpicere immediatæ delicti veritatem? conſiderandum igitur eſt, quod delicta preter actum, in quo conſiſtit ratio delicti, habent alios actus vel præambulos, vel ſubſequentes, ex quibus etiam delictum ipſum infertur & iudicatur. Indicium ergo proximum eſt actus ille, qui inter præambulos, vel ſubſequentes actus delicto eſt illi proximior, vel valde proximus; vt eſſe ſimul in eodem lecto virum nudũ cum fœmina nuda eſt proximum indicium fornicationis, & exire è domo, in qua occiſus fuit aliquis cum gladio euaginato, & ſanguine maculato, & in domo non eſt niſi vnus occiſus eſt indicium proximum,

quod

quod ille, qui cum gladio exijt eſt homicida. Indicium vere remotum eſt actus, qui non eſt proximus actui delicti, licet ad illum ſpectet.

6. Adminiculum vero eſt confirmatio ſeu ſuppletio probationis per ſe ſolum non operans; ſed bene cum alijs. Vnde eſt, vt ſi non ſemiplenè probationi adiungatur adminiculum vehemens probatio in ſuo genere plenior euadat. Ita pluribus citatis Farinac. *quæſt. 36. num. 216.* & tamen eſt aduertendum, quod adminiculum non poteſt transferre probationem de vna ſpecie in aliam, ſed ſolum illam intra eamdem ſpeciem perficere, quia vel factum de ſe aliquid probat, & iam non eſt adminiculum, ſed erit indicium, ſed ſi de ſe non probat, ſed ſolum coadiuuat, non poteſt extrahere probationem de vna ſpecie ad aliam, vt ſemiplena probatio fiat plena; probatio enim mediè plena non poteſt fieri plena, niſi ex alia ſemiplena. Ideo adminiculum ſolum poteſt confirmare probationem, cui adiungitur, vel eam aliqualiter augere, niſi tale ſit, vel tot ſint adminicula quæ tranſeant in indicium tale, quod ſemiplenè probet. Etenim adminiculum non poteſt augere probationem, niſi probando, & non poteſt facere quod probatio ſemiplena ſit plena, niſi ſemiplene probando.

7. Quoniam vero hoc eſt euidentiſſimum, quod ſillogiſmus, qui non procedit ex propoſitionibus immediatis, non concludit, niſi propoſitiones illæ non immediatæ ſint demonſtratiuè probatæ, ideo indicium in Iudicio non probat niſi, vel ſit per euidentiam rei Iudici manifeſtum, vel ſit in iudicio manifeſte probatum, & ſic ſiue iudicium ſit leue vel graue, ſiue proximum, ſiue remotum, adhoc vt reſpectiue probet, vel leuiter, vel concludenter debet eſſe in iudicio probatum. Et cum indiciorum alia delictum, vel veritatem primo intentam certo probent, alia magis, vel minus probabiliter, nullum illorum probat cum tanta plenitudine, aut probabilitate, quanta probare poteſt, ſi non ſit plene probatum, quidquid ſit an probet taliter qualiter, & imperfectius, & taliter quod eius probatio ad aliquid imperfectum iuuare poſſit, & ſufficiat ad ſuſpicandum, vel ad aliam ſimile imperfectam cognitionem. Quando tamen dicitur, quod indicium debet eſſe probatum plene, intelligendum eſt de plenitudine relatiua, & proportionata ad illam probationem, ad quam indicium aſſumitur. Et ſic ad hoc vt iudicium ſemiplene probet non eſt neceſſe, quod indicium ſit plene in ſe ipſo probatum ea plenitudine, qua debet eſſe probatum indicium vt plene probet, & ſufficienter ad damnandum Reum, ſed hæc magis infra explicabuntur, dum de probationibus neceſſarijs ad torquendum, vel damnandum erit ſermo. Vbi etiam videbitur an indicia ſint probanda per teſtes conteſtes, vel potius probari poſſint per teſtes ſingulares.

SVMMARIVM.

8 *Quid ſit fama, & quæ ſint de eius ratione.*

9 *Per quid diſtinguatur fama ab infamia.*
Fama alia eſt vana & temeraria, & alia rationabilis. ibid.

10 *Pariter alia eſt verè non vana, & alia non vana præſumptiuè.*
Explicatur diſtinctio. ibid.

11 *Diuiditur vlterius fama in vehementem, & ſimplicem.*
Quid requiratur de iure ad hoc vt fama ſit vehemens. ibid.

12 *Explicatur quid ſit fama vehemens.*

13 *Nuda fama in criminalibus, & ciuilibus non facit plenam probationem.*
Nec indicium ad torturam. ibid.

14 *Adiunctis vero aliquibus adminiculis poteſt facere indicium ad torturam.*
Fama vehemens aliquando indicium facit ad torturam. ibid.

15 *Fama nuda indicium facit ad inquirendum generaliter, & de delicto.*
Non autem ad traſmittendam informationem contra abſentem. ibid.

16 *Fama nuda non facit ſemiplenam probationem nec in ciuilibus.*
Sed ſi ſit adminiculata ſemiplenam probationem facit. ibid.

17 *Ad probandam excommunicationem in foro animæ, ſufficit fama.*

18 *Fama tantum probat, quantum probat cauſa,*
In criminalibus fama cum vno teſte plenam probationem non facit. ibid.

19 *Arbitrarium eſt Iudici videre quantum fama probat.*
Tria neceſſario requiſita ad hoc vt fama plene probet. ibid.

20 *Opiniones.*

21 *Quando de iure ad aliquid probandum ſufficit communis opinio, tunc fama plene probat.*
Fama ſufficit ad inducendam purgationem canonicam, & ad ſuſpendendum ab officio vel beneficio ibid.

22 *Fama non inducit onus in aduerſarium probandi contrarium.*

23 *Duplex conditio neceſſaria ad hoc vt fama probet.*
Prima eſt quod ſit orta ex veriſimili cauſa. ibid.
Secunda, quod ſit orta ab honeſtis viris & fide dignis. ibid.

24 *Quid dicendum ſit, an neceſſario requiratur vtraque conditio. ibid.*

25 *Et an ſufficiat prima conditio.*
Opiniones variæ. ibid.
Reſoluitur difficultas ibid.

26 *Tertia conditio eſt, quod fama ſit vniformis in toto populo.*

27 *Tertia quod ſit orta ante motam litem.*

28 *Quinta quod ſit in loco commiſſi delicti.*

29 *Sexta quod non ſit procurata, & affectata.*

30 *Bona fama in genere, tollit malam famam in genere.*
Teſtes bonæ famæ præferuntur teſtibus malæ famæ. ibid.

Bona fama in genere non tollit indicia ad torturam. ibid.

31 *Nec malam famam in ſpecie.*

32 *Quæ ſint vires malæ famæ.*

33 *Ad probationem famæ, ad minus requiruntur duo teſtes conteſtes.*

34 *Et quod ſint omni exceptione maiores.*

35 *Et quod reddant cauſam ſuæ ſcientiæ, & exprimant cauſas, vel indicia.*

36 *Maxime ſi agatur de damnatione Rei, ſeu interrogatione, vel de traſmittenda informatione.*

37 *Et quod teſtis deponendo de fama, ſciat quid ſit fama, ſaltem in facto.*

38 *Et quod deponat auctores, à quibus fama ortum habuit.*

39 *Explicatur, & reſoluitur vna difficultas.*

40 *Debet etiam deponere ſe audiuiſſe à maiore parte populi.*

41 *Sed ſi agatur de probanda peritia, ſufficit quod deponat ſe audiuiſſe à maxima parte peritorũ. Opiniones variæ. ibid.*

42 *Per quot teſtes fama probetur, & quomodo.*

43 *Fama etiam per ſcripturas probatur.*

44 *Quomodo diſtinguatur bona fama à mala famæ in probatione, & ſeq.*

45 *Bona fama probatur etiam per teſtes inhabiles. Non vero mala fama ibid.*

46 *Explicantur quæ requiruntur ad probandam bonam, & malam famam.*

ARTICVLVS II.

De fama.

8. VT verò videatur quæ ſint indicia, ex quibus delicta vt plurimum probantur, & incipiendo à fama, inquiritur quantum illa probet. Fama vero eſt communis opinio voce manifeſtata, quæ ſi ſit de bono dicitur fama, & ſi de malo dicitur infamia, vt per DD. in *l. de Minori §. Tormenta ff. de quaſt.* Quamuis hoc nomen ſæpe dicatur indifferenter de bona & mala, & propterea quatuor ſunt de ratione famæ vt notat Sylu. 2. fama *n.* 2. Primum eſt quod ſit opinio, vbi enim eſt ſcientia, non eſt fama, ſed manifeſtum, aut notorium. Vbi vero eſt ſimplex ſuſpicio ſine adheſione ad vnam partem, non eſt opinio ſed ſimplex ſuſpicio. Fama igitur eſt communis opinio. Secundo requiritur quod ſit ex coniecturis probabilibus, & cauſis. Tertio quod ſit voce manifeſtata. Quarto quod ſit manifeſtata ab omnibus, vel à maiori parte populi, in quo differt à rumore; vnde dicta paucorum non infamant, vt notat Panormit. *cap. cum in tua de ſponſ.*

9. Fama ergo nec eſt ſimplex & pura ſuſpicio, nec eſt ſcientia, ſeu certa cognitio, ſed eſt opinio voce populi nunciata. Fagnan. *cap. veſtra de cohabit.* Cler. *numer.* 28. Quæ ſi ſit de bono eſt fama bona, & dicitur communiter fama, ſed ſi ſit de malo, eſt fama mala, & propriè dicitur infamia. Vtraque vero diſtinguitur, quia alia eſt vana, temeraria, & ad probandũ inſufficiens, alia vero eſt bene fundata, & rationabilis, & quæ facit aliquod genus probationis ſaltem imperfectæ. Ex origine vero famæ hæc diſtinctio explicatur. Nam cum fama ſit opinio & ſic importet iudicium intellectus adhærentis vni parti ſed dubitatiuè & cum formidine oppoſiti, ipſa ex conſequenti eſt practica quædam concluſio opinantis deducta ex aliquo principio per conſequentiam veriſimilem, & probabilem ab aliquo prudente, & rationabiliter diſcurente. Ex multiplici igitur capite fama eſt vana, vel ſcilicet, ſi principium illud ex quo quis opinatur ſit falſum, vel ſaltem non eſt probabile quod in mundo fuerit, vel illud extitiſſe, aut exiſtere probabiliter non aſſeritur. Vt ſi quis opinatur Seium occidiſſe Caium, quia Seius dixit ſe velle illum occidere, ſi falſum eſt quod Seius hoc dixerit, vel qui opinatur, hoc neſcit, vel ſaltem non credit, ſiue opinatur id eſſe verum, vane & temerarie iudicat Seium occidiſſe Caium, quia ex falſo, vel non probabiliter vero temerarie & improbabiliter infertur, quod Seius Caium occiderit. Secundo vana eſt fama, ſi conſequentia per quam deducitur opinio non ſit probabilis, ex eo quod principium & medium ex quo deducitur ſit vis, & non ſufficiens. Vt ſi quis videns Seium loqui ſecreto cum Titio, iudicet quod Seius mandauerit Titio, vt occideret Caium. Et quia facillimum eſt quod viri improbi, inhoneſti, & maledici vel falſa diuulgent etiam malitioſè, vel ſaltem nimis faciles ſint ad temerarie iudicandum, ideo & mendax & vana præſumitur fama, quæ ortum habet ab improbis, & maledicis. Itaque è contrario illa eſt fama non vana, quæ ex probabili principio, & indicio per conſequentiam probabilem deducitur, & per probos & honeſtos viros euulgatur. *cap. Inquiſitionis, & cap. qualiter, & quando il 2. de accuſat. & c.* vbi Canoniſtæ, & reliqui DD.

10. Sed alia diſtinctio famæ, ſeu infamiæ attendi debet, quia alia eſt fama vere non vana & alia non vana præſumptiuè. Nam ad hoc, vt fama ſit in rei veritate non vana, neceſſe eſt, quod primus auctor famæ per ſenſum proprium cognouerit, vel delictum, vel illud principium, ſeu medium, ex quo per probabilem conſequentiam deducitur opinio delicti, & vlterius quod ille primus auctor ſit integræ fidei. Nam qui audit ab alio, leuiter credit, ſi non inquirit vnde & quomodo ille ſciat, quod dicit. Et ſi ille dicat, quod id ſcit, quia audiuit ab alio, vel erit proceſſus in infinitum, vel deuenietur ad aliquem, qui per ſenſum proprium cognouit id, quod eſt famæ fundamentum; ſemper enim conſiderandum eſt quod licet qui reuelat aliquid ſit fide dignus, ſi tamen ipſe per ſenſum proprium non vidit, quod reuelat, ſed id ab alio audiuit, poteſt eſſe quod ille alius non ſit fide dignus, & niſi ſciatur tandem quis ſit primus auctor illius fundamenti, & niſi ille deponat per ſenſum proprium, famæ fundamentum erit non firmum, & inſufficiens ad famam non vanam.

Sic er-

Sic ergo diſtingui debet inter famam vere non vanam, & non vanam præſumptiue. Nam ad famam vere non vanam neceſſe eſt, quod primus auctor famæ, vel delictum ipſum cognouerit per ſenſum proprium, vel hoc modo cognouerit illud principium, ſeu medium ex quo per conſequentiam probabilem deducitur delictum opinatum, neque ad hoc ſufficit cognitio ex auditu alieno, niſi qui reuelat reddat cauſam ſui dicti, & ſi hanc reddat ex eo, quod audiuit ab alio, ne detur proceſſus in infinitum, deueniendum eſt ad vnum, qui ſui dicti rationem reddat quia per ſenſum proprium cognouit, quod dicit. Sed quia multoties non poteſt inueniri primus auctor famæ, ideo ad famam ſufficit, quod ortum habuerit à viris probis, non leuibus, non maledicis, ſed honeſtis & apud tales vigeat, & quod hoc ſit à populo creditum, ſeu opinatum; quia in iſtis non præſumitur leuitas, vel malitia, vel falſitas. Sed tunc hæc infamia ſolum præſumptiue non eſt vana.

11. Hinc poteſt explicari alia diſtinctio famæ in ſimplicem, & vehementem, qua vtuntur communiter DD. ad videndum quando & qualiter fama probet. Videndum igitur eſt primo, quæ dici debeat fama vehemens. Arbitrarium vero Iudici eſſe decernere, quæ ſit fama vehemens, voluerunt Menoch. *de arb.* Caſ. 161. *n.* 3. *& l.* 2. *de preſumpt. q.* 89. *num.* 33. Rota *p.* 1. *diuerſ. deciſ.* 81. & alij apud Farinac. *quæſt.* 47. *num.* 29. Sed quia hoc arbitrium debet eſſe à iure regulatum, diligentius inquiri debet, quid de iure ſit neceſſarium, ad hoc vt fama dicatur vehemens. Eſt autem certum, quod fama vehemens debet habere omnia requiſita ad famam, & præcipuè, quod ſit orta ex probabilibus cauſis & à perſonis bonis & honeſtis, non vero ab improbis & maleuolis. Aduertit verò Farinac. *q.* 47. *num.* 32. 33. *&* 34. Quod ad videndum an fama ſit vehemens, attendi debent cauſæ originis ipſius famæ, non vero ſolus numerus perſonarum; debet enim Iudex conſiderare non ſolum id, quod dicitur, & quia ſic dicitur, ſed vnde, & à quibus, & quid, & quare dicitur. Nam alias ſancti & innocentiſſimi viri vulgi opinione perierunt. Attendi igitur debent cauſæ originis famæ, & illa erit fama vehemens, quæ à cauſis, indicijs, & coniecturis veriſimilibus, grauibus, & vrgentibus ortum habuit, non vero ſi cauſæ ſint inueriſimiles, leues, & friuolæ. Sed ſi hoc ſufficit iam eadem erit fama, & fama vehemens, quia abſolute ad famam requiritur, quod ſit ex rationabilibus cauſis.

12. *Reſpondetur* igitur quod ſi per famam vehementem intelligimus illam, quæ probet plenè, vel ſemiplenè, illa ſola eſt vehemens, quæ non eſt nuda fama, ſed eſt aliquo alio adiuncto adminiculata. *Ratio* eſt quia fundamentum famæ, illud ſcilicet principium ex quo populus opinatur de aliquo, quod ſit bonus, vel malus, vel ſolum eſt ſufficiens ad opinandum, vel ad certò iudicandum, & hoc ſemper accidit, quando tale fundamentum, vel de ſe non ſufficit niſi ad opinandum, vel ſi etiam de ſe eſſet ſufficiens ad inducendam certam cognitionem, tamen de facto non eſt ſufficiens, quia non eſt certo cognitum, ſed ſolum opinatum. Et in hoc caſu nec fama ſufficit ad inducendum certum iudicium, & ad probandum plenè, vel ſemiplenè, quia ad hanc probationem, quæ requirit certitudinem, non ſufficit opinio, cum hæc non ſit certa. Vel illud principium eſt ſufficiens ad inferendum iudicium certum, & ſic ad probandum: & hoc non poteſt contingere, niſi ex aliquo adiuncto, quia fundamentum famæ, vt fundamentum famæ, ſolum ſufficit ad opinandum. Quod ſi illud fundamentum ſufficit per ſe ad certitudinem inducendam, & ſit concludenter probatum, & non opinatum, vt ſi fama ortum habuit ex dicto extraiudiciali plurium teſtium, de viſu, qui examinati hoc deponunt in iudicio iam tollitur nuda fama, & non amplius habetur pura opinio ſed certa cognitio. Quod ſi fundamentum famæ ſit aliquod indicium, ſed illud ſit indubitatum, non fundat famam, niſi quia de illo non conſtat plenè, ſed ſolum eſt opinatum. Quod ſi illud indicium ſit plenè probatum, iam excluditur nuda fama, ex nouo adiuncto famæ nudæ excluſiuo, ſcilicet ex noua probatione iudiciali illius fundamenti. Et hinc etiam habetur, quod licet ad famam vere non vanam, non præſumptiuam ſit neceſſe, quod cauſa famæ à primo auctore illius ſit cognita per ſenſum, & quod ille ſit fidei integræ, & maior omni exceptione, tamen ſufficit quod apud populum hoc ſit opinatum, & ſi hoc eſſet certo cognitum non eſſet famoſum, ſed manifeſtum, vel notorium. Quod ſi id probatur, iam famæ aliquod adiungitur, quod non eſt de ratione famæ, imo quod tollit nudam famam, & inducit manifeſtum, vel notorium.

13. Valdè ergo leue indicium eſt nuda fama. Vnde nec in ciuilibus, nec in criminalibus facit plenam probationem *cap. ſi teſtis* 5. *ſepe etiam* 4. *quæſt.* 3. *cap. illud de Cler. excomm.* & ibi Gloſſ. *l.* 3. §. *eiuſdem ff. de teſtibus* Felin. *in cap. veniens num.* 7. *de teſtibus* Fagnan. *cap. Qualiter & quando il* 2. *de accuſ. numer.* 88. & alij Doctores communiter; & ideo (quid quid contrarium aliqui dixerint) fama nuda non facit indicium ad torturam. Fagnan. *d. c.* Qualiter *num.* 89 Clar. *quæſt.* 21. Farinac. *quæſt.* 37. *num.* 4. Tum quia eſt indicium valdè remotum & non indubitatum. Tum quia indicia ad torturam debent eſſe grauia, & vrgentia, & certa & in ſuo genere luce meridiana clariora *l.* 1. *in principio ff. de q. & l. milites ff. oportet. C. de q.* Farinac. *q.* 37. plures allegans (quid quid, in contrarium voluerit Bordon. *cap.* 52. *num.* 71. At vero fama vt plurimum fallax eſt, cum dictum vnius facile conſueerit ſequi multitudo. *cap. cum in iuuentute de purg. can.* nullumque malum fama velocius currit & creſcit, cum vires aquirat eundo, & falſi nuncia plerumque exiſtat,

Digitized by Google

exiſtat. Et propterea famæ tamquam rei fallaci & fragili non multum credendum. Ideo ſi quis ex ſola fama tortus confeſſus fuerit,& confeſſionem ratificauerit, confeſſio eſt nulla, vt poſt Marſil. Bald. & Menoch. probat Farinac. *q. 47. num.* 10. *vbi num.* 12. quod neque in delictis difficilis probationis fama ſufficiat ad torquendum, niſi iunctis adminiculis, etiam ſi incontinenti orta fuerit.

14. Iunctis vero alijs indicijs ſufficientibus aut coniecturis ſufficit ad torquendum, vt ſi famæ iuncta ſit inimicitia, aut fuga Rei, aut minæ, aut dictum publici denunciatoris. Farinac. *q. 47. num.* 15. (Sed quod dicitur de publico denunciatore niſi aliquod ſpeciale addatur, ex quo fama adminiculetur, non placet quod vel publicus denunciator ex pura fama probat) ſeu ſi infamiæ ſpecificæ iuncta ſit infamia in genere, quia alias perſona ſit malæ fidei, conditionis, & famæ, Farinac. *q. 47. num.* 17. *& ſeq.* Qui etiam vult quod fama etiam vehemens faciat indicium ad torturam. Sed *num.* 27. aduertit, quod adhoc vt fama faciat indicium ad torturam, non ſufficit eius bona origo quoad perſonas, quia ſcilicet ortum habuerit à probis viris, ſed requiritur vehementia quo ad cauſas, & veriſimilitudines ex quibus orta eſt. Sed vt probatũ eſt *num.* 12. nec ſufficit cauſæ veriſimilitudo, quia ad famam ſufficit, quod cauſa illius ſit ſufficiẽs ad opinandum, ſed hoc non ſufficit ad probandum, vt dictum eſt, niſi aliquo alio adiuncto. Vnde bene idem Farin. *num.* 35. deduxit cum Sylu. *v. indicium n.* 5. quod opinio illa, quæ aſſerit famam vehementem facere indicium ad torturam, nihil noui inducit, quia talis fama, quæ dici poſſit vehemens non eſt nuda fama, ſed eſt fama alijs motiuis adminiculata.

15. Fama tamen nuda facit indicium ad inquirendum generaliter, ſeu ad inquirendum de delicto, quod eſt verum, etiam ſi fama ortum habuerit à non fide dignis. Et ſi conſtet, quod ortũ habuerit à fide dignis, dicunt plures, quod ſufficit ad inquirendum contra perſonam infamatam, nimirum ad illam citandam, & carcerandam, non tamen ſufficit ad formandam, & tranſmittendam informationem contra abſentem ad effectuum vt damnetur in cõtumaciam, quia adhoc requiritur indicium vehemens, quod non facit fama. Vbi igitur conſtet infamiam ortum habuiſſe à viris honeſtis, ſecundum aliquos datur mandatum de capiendo Reo infamato, quia adhoc fama ſufficit vt captus Reus examinetur. Sed ſi Reus capi non potuit, quia aufugit, tunc de hoc fit fides in actis, & fama remanet adminiculata per fugam, & fama iuncta fuga tunc ſufficit etiam ad tranſmittendam informationem. Farinacc. *quæſt.* 47. *nu.* 40. & ſequentibus. Hæc tamen doctrina habet difficultatem, & pendet ex reſolutione illius *quæſt.* an ad citandum, & carcerandum Reum requiratur, quod delictum ſit ſemiplene probatum. Nam ſi hoc eſt neceſſarium, non eſt verum, quod ſola fama ſufficiat ad citandum Reum.

16. Sed numquid ergo fama non facit ſaltem ſemiplenam probationem? In cauſis ciuilibus affirmant plures, & alij negant, vt videre eſt apud Farinacc. *quæſt.* 47. *num.* 54. *& ſequentibus.* Sed in criminalibus in quibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores fama non probat ſemiplenè. Gloſſa *in cap. veniens in ver. illorum de teſtibus.* Vbi Baldus, Imola, Butr. *num.* 10. Panormitanus *num.* 8. Felin. *numero* 12. Dec. *num.* 25. Fagnan. *d. cap. Qualiter nu.* 83. Eliſeus *tr.* 5. *qu.* 5. *nu.* 6. *&* 7. *& q.* 11. *num.* 3. Sed ad pleniorem veritatis intelligentiam diſtingui debet fama nuda à fama adminiculata. Nam fama nuda conſiderata præciſe in quantum eſt opinio orta etiam ex perſonis honeſtis, nec etiam in ciuilibus facit ſemiplenam probationem, vt ex Bartol. *in l. de minore* §. *plurium ff. de quæſt. &* Felin. *in capit. Veniens num.* 11. probat Farinaceius *qu.* 47. *nu.* 58. Et ratio euidens eſt, quia fama nuda, vt dictum eſt ſupra *num.* 10. non eſt niſi mera populi opinio; at vero opinio non eſt certa; igitur ex nuda fama non poteſt inferri delictum per certam conſequentiam; ſemiplena probatio vero certitudinem ſaltem moralem requirit. Et ſic fama coniuncta cum vno teſte de viſu non probat plenè præcipuè in cauſis ciuilibus arduis, vel vbi agitur de diſſoluendo matrimonio.

17. Et licet ad probandam excommunicationem in foro animæ ſufficiat fama, vbi tamen agitur de præiudicio tertij, fama non ſufficit; ideo nec ſola fama excommunicationis eam probat, nec iuncta cum vno teſte facit plenam probationem, *cap. Pia de except. in* 6. *in Verb. apertiſſimis documentis.*

18. At vero ſi accipiatur fama iuncta cauſę illius veriſimili, & probabili plenè probata, tantum probat, quantum cauſa illa probata probare poteſt. Nam & poteſt eſſe, quod plene probet. Si enim ortum habuit ab illis, qui fuerunt præſentes delicto, illudque viderunt, iſtis examinatis per illos delictum probatur non ex fama, ſed per ſenſum per quem illi delictum patratum fuiſſe viderunt; ſed ſi origo famæ non fuit delictum ipſum patratum, ſed factum, quod ſolum eſt delicti indicium, tunc illo indicio probato non infertur ad probandum delictum niſi ſecundum vires illius indicij. Et ideo bene dicitur, quod arbitrarium Iudici eſt videre quantum fama probet. Cum tamen interim tenendum ſit, quod in criminalibus præcipue, fama non facit ſemiplenam probationem, nec cum vno teſte plenè probat, niſi ſit ſufficienter adminiculata.

19. Hinc deducas, quod fama pura, & opinio orta etiam ex perſonis honeſtis facit quidem adminiculum, & alias probationes adiuuat *l.* 3. §. *eiuſdem quoque Principis ff. de legibus, & ibi gloſſ. in verb. confirmat* Fagnan. *d. cap. Qualiter num.* 38. Bartol. Marſil. & alij quos ſequitur Farinaccius *quæſt.* 47. *num.* 50. Sed niſi ſit adminiculata, etiamſi ab aliquo forſan dicatur vehemens non probat etiam ſemiplene, nec

adiun-

adiuncto vnico teſte de viſu plenè probat Sylu. *v. indicium num.* 5. At vero ſi ſit adminiculata, & iuncta alijs indicijs arbitrarium eſt Iudici videre quantum probet. Sic ergo adhoc, vt fama plenè probet, tria ſunt neceſſaria, ſcilicet, primo quod ſit orta ex veriſimilibus cauſis, & coniecturis, & talibus, vt ex illis iuncta fama conſurgat probatio ſemiplena, & hoc ſit probatum. Secundo quod præter illas cauſas veriſimiles adſint aliæ coniecturæ, & præſumptiones, Tertio quod dictæ cauſæ, & coniecturæ non ſint leuæ; ſed graues, & vrgentes, & tales, vt de ſe conſtituant aliam ſemiplenam probationem Farinaccius *quæſt.* 47. *num.* 88. Ita cum proportione adhoc vt fama probet ſemiplenè, neceſſe eſt, quod adminicula iuncta famæ ſint talia, vt ex fama ſic adminiculata certo concludatur delictum ſaltem ſemiplenè, & ſemper adhoc requiritur, quod fama ſit plene probata.

20. Sic dum Doctores plures dicunt, quod in cauſis difficilis probationis fama iunctis ſaltem aliquibus adminiculis plenè probat, aduerte, quod illi loquuntur præcipuè in cauſis ciuilibus. In cauſis verò criminalibus ſupradicta ſeruari debent, & in hoc admitti non poteſt, quod habet Scroi *part.* 5. *cap.* 3. *num.* 26. quia, inquit, quod fama ſola ſufficit ad torturam, & cum adminiculis plene probat, dummodo ſit legitime probata, & habeat ortum ex aliqua veriſimili cauſa. Hoc enim non ſufficere ad hoc, vt fama probet, ſatis eſt explicatum.

21. Et hoc etiam aduertendum, quod in ijs, in quibus de Iure ſufficit communis opinio, fama ſine dubio plene probat, vt in caſu *l. Barbatius ff. de offic. Prætor.* Et hoc idem verificatur quando communis opinio aliquid inducit, vt in probatione vſus loquendi, in his enim fama probat, vt in caſu *l. habeo ff. de ſuppelectili leg.* Panormitanus *cap. veniens de teſtibus num.* 8. Felin. *num.* 7. Dicunt etiam, quod fama ſufficit ad inducendam purgationem canonicam. Fagnan. *d. c. qualiter. num.* 83. Et ideo aliquando ſufficit ad ſuſpendendum à beneficio, vel officio, vt ex Soccin. aduertit idem Fagnan.

22. Quod vero Maſcard. *lib.* 2. *de prob. concluſ.* 653. *num.* 28. & alij apud eum voluerunt famam licet non inducat plenam probationem, transferre tamen onus probandi contrarium in aduerſarium, meritò reijcitur; nulla enim adeſt lex, quæ ſtatuat, vt præſumatur verum, quod fama affirmat, & iuris præſumptione transferatur in aduerſarium onus probandi contrarium iuxta textum *in l. generaliter* §. *ſi petitum ff. de fidei libert*; Imo in Criminalibus fama, nec facit indicium ad torturam, vt dictum eſt; At vero, nec ſemiplena probatio inducit onus probandi in aduerſarium Farinacc. *qu.* 47. *nu.* 52.

23. Queritur autem primo qualis debeat eſſe fama ad hoc vt probet. Prima conditio famæ non vanæ ſed quæ probare poſſit eſt, quod ſit orta ex aliqua veriſimili cauſa, aut coniectura, vel ratione; alias tanquam vox vana, & populi vanus rumor nihili facienda eſt *l. Decurionus C. de pænis l. Diuo mater C. qui manumitti non poſſ. l. miles* §. *penult. ff. de adult. cap. Oſius Epiſt.* & Doctores communiter. Secunda conditio eſt, vt ſit orta ab honeſtis, & fide dignis, non vero à maleuolis, vel inimicis *cap. qualiter, & quando el ſecondo de accuſation.* vbi gloſſ. & Doctores. Sed grauis difficultas eſt, an vtraque harum conditionum ſit ſimul neceſſaria, vel potius altera earum ſufficiat, Nam hoc ſecundum videtur verum. Nam primo textus in *cap. qualiter, & quando il ſecondo, & capit. Inquiſitionis de accuſation.* non requirit, niſi quod fama orta ſit à viris honeſtis, & fide dignis, & prætterea viri honeſti, & fide digni non mouentur ad opinandum, niſi ex aliqua veriſimili cauſa. Et ideo quod ſufficiat famam ortam fuiſſe non à maleuolos, ſed ab honeſtis, & fide dignis voluerunt Doctores, quos ſequitur Felin. *in capit. Veniens num.* 17. *de teſtibus*, Sed Farinacc. *quæſt.* 47. *numer.* 155. dubitat de huius opinionis veritate, & eam ſaltem veram non eſſe putat in caſu, in quo fama faceret plenam probationem, vel in criminalibus in caſu, in quo tractaretur de tortura inferenda.

24. Ego conſidero, quod in rei veritate non poteſt contingere, quod perſonæ prudentes opinentur malum de proximo, niſi huius opinionis adſint ſufficientes cauſæ, ſed hoc opus hic labor eſt, an perſonæ alias in hominum opinione honeſtæ, & fide dignæ, in caſibus particularibus ſint verè prudentes, & vel ex aliqua propria inclinatione, vel etiam ex propria affectione, & priuata circa perſonam, vel etiam ex nimio zelo, vel ex inconſideratione non ſint nimis faciles ad opinandum bonum, vel malum. Et ideo cum vere fama, quæ non eſt orta ex coniecturis, & cauſis probabilibus ſit vana; ideo dicendum eſt, quod licet, ad quamplures effectus ſufficiat, quod conſtet famam ortum habuiſſe à prudentibus, & honeſtis viris, quia ex hoc ſaltem præſumptiuè conſtat, quod ortum habuerit ex probabilibus cauſis, & ſic, vt dictum eſt *num.* 11. hæc fama eſt non vana præſumptiue. Nihilominus ſaltem vbi agitur de graui præiudicio tertij, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus, ad hoc vt fama probet, non ſufficit, quod ſit orta à perſonis honeſtis, ſed requiritur, quod appareat eam eſſe ortam ex rationabili cauſa.

25. E contra vero ſufficere videtur ſola prima conditio, ſcilicet, quod fama ſit orta ex probabili, & rationabili cauſa. Nam vbi de hoc conſtet, fama probat, iuxta ſui conditionem, etiam ſi ſit orta à maleuolis Felin. *cap. Veniens num.* 17. *de teſt.* Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 749. *n.* 20 Et quamuis Farinaccius *qu.* 47. *num.* 159. dubitet de hoc, tamen non apparet ratio dubitandi. Tum quia vt ipſe fatetur *num.* 166. vbi agitur de re turpi, fama probat etiam ſi orta à vilibus, & infamibus perſonis. Huius enim ratio eſt, non quia de rebus turpibus regulariter non ſit ſermo apud perſonas honeſtas,

quia

quia ſermo de inhoneſtis ab alio habitis, honeſtus eſſe poteſt, nec dedecet perſonas honeſtas, ſi adſit honeſta cauſa loquendi. Sed ratio eſt, quia cum huiuſmodi turpia regulariter non habeantur, niſi coram inhoneſtis perſonis, fama de illis, niſi ab inhoneſtis perſonis oriri poteſt; & nihilominus hæc fama vana eſt, niſi ſatis conſtet de cauſa rationabili, ex qua fama exorta eſt. Sed cauſa propria aſſertionis poſitæ eſt, quia noritia cauſæ rationabilis ſemper eſt efficax, vel vt famam de nouo generet, vel vt illam vndecumque ortam confirmet, & ſic locum habet illa concluſio Iuris, quod defectus perſonarum ſuppleatur per probabilia argumenta *l. ex quidam. verſ. adminiculum C. de accuſatione.* Sed hic diſtingui debet inter rationabilitatem cauſæ cauſantis famam, & exiſtentiam iſtius cauſæ in rerum natura. Ad eſſentiam famæ non eſt neceſſe, quod conſtet de exiſtentia cauſarum ex quibus orta fuit fama. Tum quia in antiquis, & valde remotis, vt plurimum eſt impoſſibile, quod conſtet cauſas famæ extitiſſe in rerum natura. Tum quia hæc probatio, vt plurimum deſtruet famam. Quando enim fama ortum habuit ex delicto ipſo à pluribus viſo, & ab eis diffamato, vel pariter ortum habuit ex aliquo indicio indubitato, ſi probetur, quod hoc delictum, vel indicium extiterit, iam ſola fama ceſſat, & de delicto conſtat non ex fama tantũ, ſed aliunde, & delictum non eſt amplius priuatiue famoſum, ſed aliunde notum, & fama non remanet niſi eo modo, quo opinio remanet cũ ſcientia. Ad famam igitur requiritur rationabilitas cauſæ, ſed ſufficit, quod hæc cauſa ab auctoribus famæ ſit aſſerta. Sed quia maleuolis, & improbis non eſt credendum, ideo non ſufficit, quod famæ aſſeratur cauſa rationabilis, niſi hæc aſſertio ſit à viris probis, & honeſtis. Et nihilominus ſi aliunde conſtet de exiſtentia cauſæ famæ, quam ex maleuolarum, & inhoneſtarum aſſertione, fama non erit vana quidem, ſed nec erit orta ſolum ex proborum aſſertione, ſed ex cauſis aliunde notis. Dicitur igitur, quod vtraque conditio regulariter eſt neceſſaria, & altera poteſt ſufficere, ſed tunc maiora adminicula requiruntur ad hoc, vt fama probet. Inter perſonas vero honeſtas, computantur etiam honeſtæ mulieres, quando ſumus in facto cui honeſtæ mulieres adeſſe poſſunt; imo quando agitur de facto ad mulieres ſpectante fama ex mulieribus orta potentior eſt. Item qualitas perſonæ honeſtæ de iure præſumitur, niſi contrarium probetur.

26. Secunda conditio eſt, quod fama ſit vniformis, & eadem in toto populo, non vero varia, & diuerſa. Cum enim famæ teſtimonium non ſit idoneum, nec deterius poſſit reperiri, & de facili proſternatur, niſi fama ſit inconcuſſa, creſcens, non vaga, non contraria, non in aliquo labefactata nihil operatur. Ideo fama poſterius orta tollit priorem, niſi prior ſit fundata in melioribus rationibus. Et ex contrarijs famis ſimul ortis illa præualet, quæ à veriſimilibus cauſis ortum habet, etiam ſi alia pluribus teſtibus ſit probata; vel ſi ſint æquales vna tollit aliã, negatiua delicti ſcilicet, affirmatiuã, & fama innocentiæ tollit famam delicti. Imo ad tollendam delicti famam à teſtibus approbatam ſufficit, ſi alij teſtes dicant de delicto illo nihil audiuiſſe, quia ſi verum eſſet, quod delictum illud eſſet publicum, & famoſum, non latuiſſet illos teſtes, vt per Doctores quos cumulat Farinaccius *qu. 47. à num. 163.*

27. Quarta conditio eſt, quod fama in ciuilibus ſit orta ante motam litem, & in criminalibus ante firmatam accuſationem, vel inquiſitionem, vel Rei carcerationem. *l. cum actum ff. de neg. geſt. l. matrem C. de probat.* Niſi tamen cauſa ob quam populus, vel vicinia in credulitatem inducitur fuerit orta, aut manifeſtata poſt accuſationem, aut carcerationem, aut motam litem Farinaccius *dicta quæſt. 47. num. 178.*

28. Quinta conditio in criminalibus eſt vt fama, ſit in loco commiſſi delicti. Ita ex *Bald. in l. ea quidem C. de probat.* Farinaccius *quæſt. 47. num.* 179. Sed verum eſt, quod fama ſemper in aliquo loco loquitur, vel in vicinia, vel in quarterio ciuitatis, vel in tota ciuitate, vel in tota Prouincia iuxta qualitatem, & exigentiam facti, & hoc ſufficit, vt fama apud Iudicem probata in ſuo genere probet, quod ſi non eſt orta hoc modo in loco delicti eſt ſuſpecta.

29. Sexta conditio eſt, quod fama non ſit procurata, & affectata. Nam fama procurata non probat, & procurantes ſunt puniendi. Maſcard. *de probat. l. 2. concluſ.* 748. Farinaccius *quæſt. 47. num.* 180.

30. Quæritur 2. Quid probet bona fama comparatione malæ famæ. Dicitur vero, quod bona fama in genere tollit malam famam pariter in genere, & omnem præſumptionem ex ea fama mala reſultantem. Teſtes enim ſuper bona fama deponentes habent pro ſe præſumptionem iuris, & ideo præferuntur, & præſtantius eſt priuilegium bonæ famæ, quam malæ opinionis. *cap. licet de accuſat.* Et hoc eſt verum etiam ſi teſtes deponentes ſuper mala fama ſint plures. Multo magis vero fama bona in ſpecie tollit malam famam in genere. Et inſuper bona fama operatur, vt Reus mitius puniatur. Licet vero plures Doctores apud Farinacc. *qu. 47, num.* 186. voluerint, quod bona fama in genere tollat omnem aliam delicti præſumptionem, & ita quod Reus, qui torquendus erat ex legitimis indicijs, probata bona fama torqueri non poſſit, tamen merito hoc ab alijs pluribus reijcitur, ſola enim fama in genere non tollit indicia ſufficientia ad torturam, cum fama vix faciat adminiculum, niſi cauſa famæ probata ſit talis, quæ indicium faciat, quia non ſit tantum cauſa ſufficiens ad opinandum, ſed ad probandum in iudicio: Fama bona tamen facit, vt Reus minus torqueatur.

31. Bona tamen fama in genere non tollit malam famam in ſpecie. Teſtibus enim deponentibus de delicto in ſpecie magis creditur,

quia

Digitized by Google

quia deponunt de illo quod proximius & clarius cadit ſub ſenſibus; & quia ſæpius contingit quod perſonæ ex nouo delicto bonam famam amittant, Nihilominus bona fama in genere debilitat, & confundit malam famam in ſpecie. Guazz. *def.* 28. *cap.* 1. *num.* 18. Quamuis & addi poſſit, quod bona fama in genere tollat malam famam in ſpecie, ſi mala ſit nuda, & nullis coniecturis adminiculata. Farin. *quæſt.* 47. *num.* 187.

32. Quæritur tertio, quæ ſint vires malæ famæ? mala fama in genere aliquam contrariam præſumptionem facit, vt Reus acriùs puniatur, ideſt non mitius puniatur quam ſi eſſet bonæ famæ: verum diſtingui debet, quia ſi mala fama ſit circa eandem ſpeciem delicti de quo Reus inquiritur, tunc contra illum præſumptionem facit, quia ſemel malus in eadem ſpecie delicti ſemper præſumitur malus. At mala fama de alijs delictis, non facit præſumere quod Reus deliquerit in hac ſpecie delicti, de qua alias non eſt infamatus, quia à diuerſis non ſumitur coniectura. *l.* Spadonus §. *qui non multo ff. de excuſ. tutor. & l.* Talionus *C. de probat.* Clar. §. *fin. quæſt.* 2. *ver. fama ſola.* Farin. *quæſt.* 47. *num.* 204. Et adhuc mala fama in eadem ſpecie delicti ſe ſola ſine alijs indicijs & adminiculis non ſufficit ad torturam. Quamuis vim habeat adminiculi, ex quo indicium ad torturam alias inſufficiens fit ſufficiens. Clar. §. *final. quæſt.* 2. Farinac. *quæſt.* 47. *à num.* 205. licet autem Franc. Perſona apud Farin. *num.* 206. voluerit quod in delictis difficilis probationis, vel alias vilis perſonæ, ex ſola mala fama in ſpecie reſpectu eiuſdem delicti poſſint torqueri, merito hoc reijcit Farinac. Nam ſequeretur v. g. quod pro homicidio de nocte commiſſo, Iudex poſſet capere & torquere omnes de alio homicidio diffamatos, abſque alijs indicijs, quod exercere prorſus eſt irrationabile.

33. Quæritur quarto, quæ ſint neceſſaria, vt fama probetur? Si fama ſit probanda per teſtes, ad minus ſunt neceſſarii duo teſtes conteſtes. Sylu. *v. fama num.* 2. Verum eſt, quod ſi teſtes ſint conteſtes in ſpecie, & qualitate famæ non obſtat, ſi ſint ſingulares, vel reſpectu perſonarum, à quibus dicunt ſe audiuiſſe, vel reſpectu loci, in quo dicunt ſe audiuiſſe, vel tempore de quo audiuerunt, vt poſt Baroel. Marſil. & alios aduertit Farinac. *quæſt.* 47. *num.* 265.

34. Secundo requiritur, quod teſtes ſint omni exceptione maiores. *cap. qualiter & quando el ſecundo de accuſat.* Felin. Dec. & alij. Hæc tamen qualitas teſtium non eſt articulanda, quia niſi aliud conſtet, teſtes præſumuntur legitimi, & idonei. Farinac. *quæſt.* 48. *num.* 215.

35. Tertio requiritur, quod teſtes etiam non interrogati reddant cauſam ſcientiæ, & ſic exprimant cauſas, indicia, & coniecturas, ex quibus orta eſt fama. Ita docent innumeri, quos ſequitur. Farinac. *quæſt.* 47. *nu.* 216. Et ratio eſt, quia fama vana, & populi inanis vox nihil probat, & vt fama probet in ſuo genere, debet conſtare in Iudicio, quod non ſit vana, ſed rationabilis, & firma; hoc vero conſtare non poteſt niſi conſtet de famæ origine & cauſa. Et licet multi dixerint ad probandam famam ſufficere, quod teſtes dicant ita publicè dici ſe audiuiſſe, vel ita eſſe publicam vocem & famam. Baldus *in cap. præterea num.* 10. *de teſtibus, & cap. literas num.* 20. *de probat.* & hanc Baldi opinionem communiter in Rota Romana obſeruari teſtetur Caſſadorus *deciſ.* 3. *titulo de probat.* Et ideo illam ſecuti ſunt Clar. §. *finali quæſt.* 6. & plures alij apud Farinac. *quæſt.* 47. *num.* 257. Tamen hæc ſententia habet contra ſe rationem euidentem, quia tam publice auditur, quod vana fama & falſa diuulgat, quam id quod publicat fama non vana, ſed fundata & rationabilis; igitur ex quo teſtis ſolum dicat, ita dici publicè audiuiſſe, vel ita eſſe publicam vocem, fatetur quidem famam eſſe, ſed non oſtendit & probat hanc famam non eſſe vanam, & irrationabilem, & non attendendam, niſi ſimul dicat cauſam ortæ famæ, & illius auctores.

36. Sed ſemper in his aduertendum, quod aliud eſt loqui in ordine ad incipiendam inquiſitionem, vel in genere, vel etiam in ſpecie; ad hoc enim ſufficit quod fama adſit; ex hoc enim poteſt Iudex ſe mouere, vt inquirat, & primo, vt inquirat de qualitate famæ, vel etiam, vt ſe informet examinando teſtes: vel volumus loqui in ordine ad damnandum Reum, vel illum torquendum, vel ad tranſmittendam illi inquiſitionem, vel etiam ad illum interrogandum aut carcerandum, ad quos actus Iudex non poteſt procedere ex fama, niſi illa plenè ſit probata. Et ad huiuſmodi effectus neceſſe eſt, quod ſatis conſtet Iudici, quod fama non eſt fama vana, ſed fundata, & rationabilis, quod eſſe non poteſt, niſi conſtet de origine famæ, & intrat opinio Bartol. *in lege de minore* §. *plurium num.* 11. *ff. de quæſt.* Dec. *in cap. veniens num.* 36. de teſtibus, & aliorum quam plurium, quos refert Farinac. *dicta quæſt.* 47. *num.* 258. Ideo, in criminalibus præcipuè, hæc Bartoli ſententia amplecti debet. Vnde & Rotæ ſtilum non ſeruari in criminalibus dixit Ful. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 49. *num.* 28.

37. Quartum Requiſitum eſt, vt teſtis deponens de fama debeat ſcire, quid ſit fama, & ſi interrogatus dicat ſe neſcire, nihil probat. Io. Andr. Imol. Dom. *in cap. concupiſcentiam de conſtit.* & alij communiter, ſed tamen ſi teſtis deponat ea quæ ſunt de ſubſtantia famæ, quidquid ſit an ſciat quid ſit, vel non ſit fama, probat famam in rei veritate. Et ſi expreſſe deponat adeſſe famam non eſt neceſſe, quod illam deſcribat per verba Iuris, ſed per verba facti. Quod ſi ex iam depoſitis conſtat eum depoſuiſſe de facto famæ integrè, non debet interrogari, vt dicat quid ſit fama, & ſi interrogetur non tenetur reſpondere. Imo ſi teſtis ſit iuris ignarus, & interrogatus quid ſit fama reſpondeat per verba iuris, potius redditur ſuſpectus, quod fuerit à Procuratore partis inſtructus.

Digitized by Google

38. Quinto requiritur, quod teſtes deponant auctores, à quibus audierunt, & à quibus fama ortum habuit. Bart. *in l. de minore §. plurium numer. 23. ff. de quæſt. Innoc. cap. qualiter & quando de accuſat. num. 1. & ibi* Fagnan. *num.* 85. quos ſequuntur communiter alij Doctores.

39. Eſt vero difficultas, an teſtis nominare debeat auctores, à quibus audiuit, & eos à quibus orta eſt fama, etiam ſi non ſit de hoc interrogatus. Aliqui enim hoc negant, ſed immerito. Nam cum fama non vana ſit illa ſola, quæ à probabilibus cauſis, & à fide dignis eſt orta, iuxta explicata ſupra, niſi de hoc conſtet in iudicio, fama non eſt probata; & ideo, vel teſtis etiam ſpecialiter non interrogatus de illis deponere debet, vel debet de illis interrogari, & ille deponere, aliter fama non eſt probata. Et ſic ſi teſtis interrogatus de illis, à quibus audiuit, reſpondeat, ſe non recordari, etiam ſi teſtis dixerit ſe audiuiſſe à maiori parte, fama non eſt probata. Bartol. *in dicta lege de minore §. plurium num. 23. & ibi* Marſil. *num.* 55. Farinac. *quæſt. 47. num.* 233. Si tamen teſtis aliquos nominet, à quibus audiuit, & deinde ſubdat ſe ab alijs audiuiſſe, quorum non recordatur, bene probat famam Bart. *d. num.* 23. Fagnan. *d. n.* 81. Maſcard. *de probat. l. 2. concluſ. 745. num.* 17. Verum ſi teſtis non nominet niſi conteſtes, non ſatisfacit, ſed debet nominare eos à quibus audiuit alios à conteſtibus.

40. Sexto requiritur, quod teſtis dicat ſe audiuiſſe à maiori parte populi. Ita Doctores communiter cum Bart. *in d. l. de minore §. plurium num. 23. & ſeq.* Nec ſufficit, quod teſtis dicat ſe audiuiſſe à pluribus, aut à pluribus & pluribus. Maſcard. *lib. 2. concl. 749. n. 6. & 7.* Non ſufficere vero, ſi teſtis dicat, ita dicitur à maiori parte populi, niſi etiam dicat ſe id audiuiſſe, voluit Bartol. *citatus num.* 20. Sed contrarium eſt verius, quia dum teſtis dicit quod ita dicitur à maiori parte, implicitè ſaltem dicit ſe id audiuiſſe ſic dici, quod ſufficit. Farin. *q. 47. n.* 249 *vbi n.* 250. quod ſufficit ſi teſtis dicat ſe audiuiſſe per totam ciuitatem, *& n.* 252. quo non eſt neceſſe quod teſtis dicat, quod ita ſentiat maior pars ciuitatis, quia ex quo dicit ſe audiuiſſe à maiori parte ciuitatis, ſequitur quod maior pars ità ſentiat. Nauar. *cap. non ſunt audiendi 2. q. 3. n.* 12. Et pariter ſufficit, ſi teſtis dicat, ſe audiuiſſe à maiori parte populi, nec eſt neceſſe, quod dicat ſe audiuiſſe dici publicè. Farinac. *quæſt. 47. num.* 253. Si verò teſtis dicat ſe audiuiſſe ab omnibus illius ciuitatis, non iudicatur falſus, quia debet interpretari, vt loquatur de omnibus de ea re loquentibus, vel vt loquatur moraliter & in eo ſenſu, in quo vniuerſalis vera eſt, ſi verificatur vt in pluribus.

41. Vbi tamen agitur de probanda peritia, ſufficit, ſi teſtis dicat, ſe audiuiſſe à maiori parte peritorum. Quando etiam ſufficit fama viciniæ, ſufficit, ſi teſtes dicant ſe audiuiſſe à maiori parte viciniæ. Eſt vero difficultas, an ſufficiat, quod teſtis dicat, ſe audiuiſſe dici publicè. Affirmant cum Baldo *cap. præterea num.* 10. de teſtibus quam plures, & negant Bart. *in l. de minore §. plurium ff. de quæſt.* Sed dicas, quod ſi prima opinio ſenſit quod per prædicta verba, ſupplētur etiam requiſita quinque ſupra poſita, illa opinio eſt improbabilis, vt probatum eſt ſupra *n.* 35. ſed ſi ſenſus illius opinionis eſt, quod illa verba ſuppleant ſolum hæc alia *à maiori parte ciuitatis*, ita quod ſit ſenſus, quod non eſt neceſſe, quod teſtis dicat ſe audiuiſſe à maiori parte populi, ſed ſufficere, ſi dicat, ſe audiuiſſe dici publicè, (& hunc exiſtimo eſſe ſenſum illius primæ opinionis) tunc ſatis probabile eſt dicere cum Farinac. *quæſt. 47. num.* 260. quod prima opinio ſit vera de Iure Canonico, & in ciuilibus, non vero de Iure ciuili, vel in criminalibus. Et hoc abſolutè etiam verius puto, quia de ratione famæ eſt quod ſit vox, & opinio maioris partis, ideo vt probetur fama, hoc debet eſſe probatum, alias verò ſtat, quod aliquod publicè dicatur, licet non dicatur à maiori parte.

42. Famam etiam probari per decem teſtes ob eorum certitudinem, licet non deponant formiter, & cum omnibus requiſitis præfatis quam plures tradiderunt, quos refert Farinac. *quæſt. 47. num. 267. qui tamen num.* 269. Hoc non admittit, niſi teſtes ſint omni exceptione maiores, & ita quod nec ſufficiat hoc ad torturam inferendam, niſi eorum depoſitio ſit adminiculata, & numerus teſtium non ſit minor quam decem. Sed abſolute hoc non puto admittendum, quia aliud eſt fama, aliud eſt fama non vana; at vero nec mille teſtes poſſunt probare famam non eſſe vanam, niſi præcipuè probent eam ortum habuiſſe à probis viris, & cauſis probabilibus, vt ſupra eſt probatum, ideo nec per decem teſtes omni exceptione maiores probatur fama, ſi non probetur vnde ſit orta, vt ſciatur, quod non eſt vana, ſed facit aliquod genus probationis: & ſi dicas, quod præſumitur famam eſſe non vanam, ſi viget apud maiorem partem populi, quia non præſumitur quod maior pars populi ſit ex viris improbis, reſpondetur, quod hæc præſumptio, ſi valeret, nulla fama eſſet non vana, quia omnis fama eſt opinio ſaltem maioris partis populi, quæ tamen maior parte ſæpe decipitur, quia fama à paucis temerariè orta, vt vera euulgatur.

43. Nedum vero per teſtes, ſed etiam per ſcripturas fama probatur, vt per priuilegia, & inſtrumenta antiqua. Si tamen ſint plura quam duo, & habeant originem à diuerſis perſonis. Maſcard. *de probat. l. 2. concl. 911. num.* 2. Probari etiam per literas bonorum virorum aſſerit Farinac. *quæſt. 47. num.* 272. Sed hoc intelligitur de probatione extraiudiciali iuxta eiuſdem doctrinam *quæſt. 80. à num.* 41.

44 Ad probandam verò famam tam bonam, quam malam, ea ſeruanda ſunt, quæ dicta ſunt eſſe neceſſaria ad probandam famam abſolutè. Diſtinguuntur vero bona & mala fama; quia fama mala non præſumitur, ſed probari debet: at fama bona in genere in dubio præſumitur,

mitur, & præſertim concurrentibus bona patria, bona educatione, parentum nobilitate, &c. Non tamen præſumitur fama optima. Et vbi agitur de tertij præiudicio, etiam bona fama debet probari. Sicut probari debet, quando lex vel ſtatutum illam ſpecialiter requirit, vel quando alias, quis fuit malæ famæ, niſi maculam malæ famæ per pœnitentiam & vitam bonam ſaltem triennalem lauerit. Ceſſat etiam bonæ famæ præſumptio in eo, qui dat operam rei illicitæ. Ex eo vero præciſè, quod quis fundet intentionem ſuam in bona fama, non tenetur eam probare, quia de iure præſumitur, niſi in contrarium vrgeat aliqua mali præſumptio, vt probat Farinac. *quæſt.* 47. *num.* 293. *vbi num.* 297. ait famam bonam non debere præſumi, quando hæc præſumptio redundaret in præiudicium eius, pro quo præſumitur.

45. Vbi vero fama bona eſt probanda, hoc fieri poteſt etiam per teſtes inhabiles nimirum per conſanguineos & amicos. Farinac. *quæſt.* 47. *num.* 306. At vero è contra ad probandam malam famam; nedum teſtes debent eſſe habiles, ſed debent adducere cauſas infamiæ, & dilucide explicare factum, ex quo dicunt infamiam eſſe ortam. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 495. *num.* 6. & 7. Farinac. *quæſt.* 47. *num.* 399. & 316. Et ſic vbi in teſte deponente bonam famam ſufficit, ſi reddat rationem ſui dicti, per hæc verba vel ſimilia. *Sciò quia ſum vicinus, vel quia id expertus ſum*, hoc non ſufficit ad probandam malam famam. Maſcard. *dicta concluſ.* 895. *num.* 10. Farin. *num.* 311. Sufficit tamen ſi teſtes dicant aliquē eſſe malæ famæ, quia dicūt ſe vidiſſe eius familiaritatem, & conuerſationem ab hominibus vitari. Nec bona vero nec mala fama probatur à teſte dicente aliquem reputari talem, vel audiuiſſe eum eſſe talem ab omnibus eum cognoſcentibus; quia poteſt eſſe, quod iſti non ſint maior pars populi. Quamuis etiam Iudex extraiudicialiter poſſit ſe informare de mala fama alicuius; hæc tamen informatio non poteſt ferre iudiciale præiudicium ad effectum torquendi, aut puniendi. Farinac. *dicta quæſt.* 47. *num.* 319. Tandem dicitur quod teſtes non probant bonam vel malam famam, niſi deponant de loco, in quo viget. Bart. *in l. de minore* §. *plurium* 8. & 10. Farinac. *quæſt.* 47. *nu.* 320.

46. Hoc vero vltimo aduertendum, quod ad probandum famam nudam in ordine ad illos effectus, ad quos illa ſufficit, non ſunt neceſſaria omnia ſupradicta requiſita, ſed ſufficit, quod conſtet opinionem populi eſſe, vel maioris partis eius, quod fama ortum habuerit ex viris honeſtis, vel ex ſufficientibus cauſis, & ita ſufficit, quod conſtet famam vigere in populo etiam apud probos, & honeſtos viros, & eos ita opinari, ſicut fama vulgat, & hanc opinionem apud ipſos eſſe firmam, & inconcuſſam, abſque eo quod in ſingulari probetur, qui fuerint famæ primi auctores, vel quod cauſæ, legitimæ, quæ afferuntur in rei veritate extiterint, cum ſufficiat populi opinio ſine illarum reali exiſtentia. Fama enim non eſt niſi opinio, & hæc non debet cenſeri vana, ſi ſit virorum rectæ, & honeſtæ vitæ, quamuis in præiudicium tertij, & ad hoc vt fama in iudicio plenè, vel ſemiplenè probet, neceſſe ſit, quod fama ſit cùm præfatis requiſitis probata, & non ſit nuda fama, ſed adminiculata.

SVMMARIVM.

47 *Inimicitia alia grauis, alia leuis, & alia capitalis.*

Prima cauſa inimicitiæ capitalis eſt lis omnium, vel maioris partis bonorum. ibid.

48 *Secunda cauſa eſt furtum alicuius rei.*

49 *Tertia eſt lis ciuilis ardua, quæ criminali æquiparatur.*

50 *Quarta eſt accuſatio, ſeu motio cauſæ criminalis contra aliquem.*

51 *Quinta eſt detentio alicuius in carceribus facta animo nocendi.*

52 *Sexta eſt iniuria perſonalis alicui illata, & offenſio facta conſanguineis.*

53 *Septima eſt grauis iniuria illata contra abſentem.*

54 *Octaua ſunt mina capitales, ſeu ad mortem.*

55 *Nona eſt ſi quis profitetur ſe eſſe inimicum alicuius, vel explicet animum illi nocendi.*

56 *Decima eſt conuerſatio, & habitatio cum inimicis.*

57 *Vndecima eſt inobedientia.*

58 *Duodecimo eſt diuortium.*

59 *Decima tertia eſt expulſio de domo facta per vim & cum armis.*

60 *Decima quarta eſt retentio vxoris, vel ſororis, aut alterius coniunctæ.*

61 *Decima quinta eſt conſpiratio contra aliquem.*

62 *Ex ſententia iuſtè lata contra aliquem non contrahitur inimicitia cum Iudice.*

63 *Aduocati & Procuratores, ex hoc quod ex officio faciunt contra Reum, non ponunt cauſam inimicitiæ.*

Pariter nec teſtes vocati, & non ſponte comparentes. ibid.

64 *Iudex Iudicare debet quis ſit inimicus capitalis.*

Parua inimicitia reddit teſtem diminutæ fidei.

65 *Inimicitia capitalis præſumptionem facit contra inimicum.*

66 *Non tamen ſe ſola probat ad puniendum nec ad torturam.*

Quæ ſint adminicula, quæ vnita inimicitiæ ſufficiant ad torturam ibid.

67 *Aliqui caſus in quibus inimicitia capitalis eſt ſufficiens ad torturam.*

68 *Facta pace non amplius præſumitur inimicitia.*

A quibus colligatur reconciliatio. ibid.

69 *Alij caſus in quibus inimicitia non facit indicium ad torturam.*

70 *Quando inimicitia non facit indicium ad torturam, nec etiam indicium facit ad tranſmittendum inquiſitionem Reo abſenti ad effectum illum damnandi vt contumacem.*

71 *Inimicitia capitalis ſola indicium facit ad inquiſitionem generalem, & de delicto.*
Non vero ad inquiſitionem ſpecialem ſimpliciter. ibid.

72 *Quomodo inimicitia ſufficiat ad formandum decretum de captura.*

73 *Si inimicitia non ſit plene probata, non probat. Et quomodo ſit probanda. ibid.*

ARTICVLVS III.

Quantum probet inimicitia contra Reum inimicum.

47. DIſtinguitur inimicitia in grauem, & leuem, ſeu capitalem & non capitalem; queritur ergo primo quæ ſit inimicitia capitalis, Prima cauſa inimicitiæ capitalis eſt lis omnium, vel maioris partis bonorum; cauſa enim bonorum, & cauſa vitæ æquiparantur, cum perſonæ ſecundum decentiam ſui ſtatus viuere non poſſint ſine bonis, *cap. frequens de reſtit. ſpol.* Et quia cauſa magna ciuilis æquiparatur capitali *l. propter litem ff. de excuſat. tut.* Et ideo etiam cauſa, in qua agitur de magna quantitate pecuniarum cenſetur cauſa inimicitiæ capitalis. An vero hæc inimicitia deſit poſt litem finitam, arbitrabitur prudens Iudex, vt ex Dec. Ripa & alijs tradit Farinac. *q.* 49 *n.* 9. Menoch. *præſumpt.* 42. *n.* 70. Cum vero aliqui dixerint litem in poſſeſſorio cenſeri leuis inimicitiæ cauſam, merito hoc negat Farinac. *num.* 2. Nam priuari poſſeſſione omnium aut maioris partis bonorum eſt maximum preiudicium. Vbi vero lis ſit de aliqua re pauca aut leui regulariter non præſumitur grauis inimicitia. An vero res ſit magna, vel paura arbitrabitur Iudex ſpectatis qualitatibus locorum, & perſonarum; quia quod parum eſt reſpectu diuitis, magnum eſt reſpectu pauperis. Et hoc communiter aſſeritur, quod ex lite, quæ non ſit omnium, vel maioris partis bonorum regulariter non præſumitur capitalis inimicitia, vt poſt Panormitanum Butr. Felin. Alex. Aymon. & Marſ probat Maſcard. *lib.* 2. *de probat. concluſ.* 898. *num.* 26. & Farinac. *q.* 49. *n.* 15.

48. Secunda cauſa inimicitię capitalis cenſetur furtum, vel expoliatio alicuius rei particularis, ſi illa non ſit modica, *cap. attendens il ſecondo, vt lit. non conteſt.* & ibi Panormitanus Butr. Imol. & Soce. Felin. *c. cũ oporteat n.* 1. Maſcar. *lib.* 2. *concluſ.* 898. *nu.* 70. Ex ſola enim detentione rei notabilis alienæ contrahatur inimicitia capitalis *cap. accedens il ſecondo, vt lit. non conteſt.*

49. Tertia cauſa inimicitiæ capitalis eſt lis ciuilis ardua, quæ criminali equiparatur, vt eſt cauſa matrimonialis, *cap. penult. de reſt. in integrum.* Vel ſi ſit cauſa monachationis, filiationis, ſeu in qua actio famoſa intentatur, vt in actione pro ſocio tutelæ, mandati, depoſiti, & priuatione publicorum officiorum, vel ſi moueatur quæſtio ſtatus *l. finali ff. de his quibus, indig.* Maſcard. *de probat. l.* 2. *concluſ.* 898. *nu.* 6. Menoch. *præſumpt.* 42. *num.* 20. *lib.* 5. Farinac. *quæſt.* 49. *num.* 21. 22. *&* 27. Oriri etiam inimicitiam capitalem inter regulares ex lite ſuper Prelatura ab vno obtenta, & illi confirmata ex Rodriq. dixit Scroi *part.* 4. *cap.* 9. *n.* 32. Quod tamen non puto verum, niſi ſpectatis circumſtantijs id præſumi poſſit.

50. Quarta cauſa eſt accuſatio, ſeu motio cauſæ criminalis contra aliquem. *Authent. ſi teſtis verſ. ſi vero l. de teſtibus l. qui cum maior. §. accuſare ff. de bonis libert. & facit textus in cap.* 1. *§. illum de reſtitut. ſpol. in* 6. *& cap. cum quis & cap. meminimus de accuſat.* In hoc vero caſu præſumitur inimicitia capitalis tam reſpectu eius cui mouetur cauſa capitalis, quam reſpectu mouentis Maſcard. *de probat. l.* 2. *concluſ.* 878 *n.* 1. *& ib. & concluſ.* 899. *num.* 11. Guazz. *def.* 3. *cap.* 2. *num.* 4. Eliſeus *tract.* 3. *q.* 6. *num.* 3. Vbi quod hoc verificatur etiam ſi ſimus in caſibus exceptis, & hoc etiam ſi accuſatio data ſuper crimine intentetur criminaliter, dũmodo crimine probato oriatur infamia. Maſcard. *concluſ.* 899. *num.* 11. Et etiam ſi in accuſatione quis ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam quamuis ex parte accuſantis ceſſat inimicitia ſi accuſatus debitas luit pænas, vt ex Dec. tradit Farinac. *quæſt.* 49. *num.* 27.

57. Quinta cauſa eſt, ſi quis aliquem detineat in carceribus. *Sed Dec. in tract. crimini l.* 3. *cap.* 25. ait hoc non eſſe verum indiſtincte, ſed tunc, cum aliquis animo nocendi detinet aliquem carceratum, non vero ſi quis debitorem, præcipuè vilem, vt debito ſatisfaciat carcerari faciat Farinac. *quæſt.* 49. *num.* 28.

52. Sexta cauſa eſt iniuria perſonalis alicui illata. Maſcard. *de probat. l.* 6. *concluſ.* 898. *num.* 12. *Dec. in tract.* 1. *lib.* 3. *cap.* 25. *&* 39. *part.* 5. Farinac. *quæſt.* 49. *num.* 29. *& alii communiter.* Hæc vero inimicitia oritur etiam ex offenſione facta conſanguineis; iniuria enim facta vni cenſetur facta omnibus de illius ſanguine, & familia. *l. lex Cornelia ff. de iniurijs.* Vnde eſt, quod etiam quis alicuius inimicus dicitur, qui eſt ſui inimici conſanguineus. *l.* Athletæ *§. nec remiſſionem ff. de ſuſp. tit.* Hoc tamen regulariter non procedit, niſi in conſanguineis intra quartum gradum, licet aliquando ex facti qualitate, vel regionis conſuetudine poſſit Iudex arbitrari inimicitiam oriri etiam ex iniuria facta coniunctis vltra quartum gradum Maſcard. *de arbitr. conſ.* 262. *num.* 2. Decian. *d cap.* 25. *num.* 67. Farinac. *q.* 49. *n.* 37.

53. Septima cauſa eſt iniuria grauis verbis vel ſcriptis illata etiam contra abſentem. *cap. veniens de iure iuran.*, & ibi Bald. damnum enim famæ, & honoris eſt multo maius damno pecuniario: *l. ſi duobus ff. de reg. iuris* & crudelis eſt, qui famam ſuam negligit. *cap. ſi quis presbiter. de purg. canon.* & perdere honorem eſt mors ciuilis *l. penult. ff. de var. & extraord. cogn.* Verum quia viles perſonæ verbales iniurias parum curant; ideo in illis ex illis non oritur inimicitia capitalis; vnde in his locum habet arbitrium

Iudicis. Verum non ſufficere ad præſumendam inimicitiam, ſi verba ſint conditionata, vt ſi quis alteri dicat, ſi hæc aſſeris mentiris; vel ſi quis dixerit verba ab alijs probata, dicendo relata refero; vel ſi quis referat verba iniurioſa, de quibus eſt fama, ex Bectaz. tenet Scroi *p. 4. cap. 9. num. 27. vbi num. 26. ex Dec.* & Soccin. vult, quod ſi verba iniurioſa ſunt vera, contrahitur inimicitia ſolum ex parte iniuriati; ſed certè ſi iniurans habet animum iniuriandi per verba contumelioſa, etiam vera inimicitia colligitur.

54 Octaua cauſa ſunt minæ ad mortem, ſeu capitales *cap. cum oporteat de accuſat. & ibi* Io. Andreas, & alij, Maſcard. *de probat. l. 1. concluſ.* 898. *num.* 14. *& lib. 3. concluſ.* 1237. *num.* 2. Et ideo minante occiſo oritur indicium contra illum, cui minæ illatæ fuerunt; hic tamen diſtinguendum, quia contra minantem minæ non faciunt graue indicium inimicitiæ, niſi ipſe ſit ſolitus exequi minas, vel ſaltem poſſit illas exequi. Io. Andreas & Maſcard. citati, ſed ſi occiſus ſit minans, tunc minæ faciunt indicium contra illum, cui minæ factæ ſunt, & cenſetur ſufficiens cauſa odij contra minantem.

55. Nona cauſa cenſetur, ſi quis dicat ſe non diligere aliquem, vel qui profitetur ſe eſſe illius inimicum, vel qui dicit quod ſi poſſet illi noceret; ſed tamen in hoc non præſumitur inimicitia capitalis niſi verbis aliquod factum hoſtile innctum fuerit, vt quia contra eundem parauerit inſidias. Maſcard. *concluſ.* 898. *num.* 13. Farinac. *quæſt.* 49. *num.* 53. Sic etiam ex eo, quod quis aliquem non alloquitur, vel eum non oſculatur, dum datur pax, præſumitur inimicitia. Panormitanus *cap. cum ſuper de off. delegat.* Sed hæc non eſt capitalis. Maſcard. *d. concluſ.* 898. *num.* 41. Farinac. *dicta quæſt.* 49. *num.* 56.

56. Decima cauſa eſt conuerſatio & habitatio cum inimicis, & ſic inimici Titij cenſentur eius inimico adherentes, amici, fautores, conſultores, complices, confederati, & familiares. Si tamen conuerſatio, amicitia, familiaritas ſit de præſenti, & ſit ſtricta, magna, & continua. *l. penultima* 5. *in furtum ff. nou. cauſ. ſtab.* Menoch. *preſ.* 42. Maſcard. *d. concluſ.* 898. *num.* 29. *&* 30. Farinaccius *quæſt.* 47. *num.* 59. *vbi num.* 61. Ex Marſ. & Maſcard. quod hæc non eſt inimicitia capitalis, niſi aliud factum hoſtileadiungatur.

57. Vndecima cauſa eſt inobedientia, quia inobediens præſumitur inimicus ſuperioris Gloſſ. *cap.* ſi Diaconus *diſt.* 50. Sed hæc non eſt inimicitia capitalis. Maſcard. *de probat l. 2. concluſ.* 898. *num.* 25. Decian. *part.* 1. *lib.* 3. *c.* 25. *num.* 78.

58. Duodecima cauſa eſt diuortium inter maritum & vxorem *l.* Cicero *ff. de pænis*, Decian. *d. cap.* 25. *num.* 20. 79.

59. Decima tertia cauſa eſt expulſio de domo, ſi tamen ſit facta per vim & cum armis, Dec. *diſt. cap.* 25. *num.* 41. Farinac. *quæſt.* 46. *num.* 81.

60. Decima quarta eſt retentio vxoris alicuius, vel ſororis, vel alterius coniunctæ *cap. accidens il ſecondo vt ſit non conteſt.* vbi Doctores Dec. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 51.

61. Decima quinta cauſa eſt conſpiratione neque enim conſpiratores inducuntur ad conſpirandum contra aliquos niſi ex odio. Farinac. *quæſt.* 43. *num* 62. Vbi quod ad probandum coniurationem poſſunt admitti teſtes participes criminis, etiam quod pretium ad hoc recipiſſent, & iuraſſent non reuelare. eſt autem conſpiratio conuenticula, coniuratio iurata in præiudicium tertij.

62. Cum vero Blanc. apud Farinaccium *qu.* 40. *num.* 62. velit, quod inimicus ſit Iudex, qui contra aliquem protulit ſententiam, & hoc multiplici diſtinctione explicet; nihilominus, vt idem Farinaccius aduertit *num.* 62. nequit dici, quod ſententia Iudicis, etiam ſi in cauſa criminali procedat per inquiſitionem, ſit cauſa inimicitiæ capitalis, quia Iudex ex neceſſitate officij in Reum ſententiam profert. Imò ſententia contraria in iudicio latâ à iuſto Iudice nullius inimicitiæ eſt cauſa, vel occaſio data, licet poſſit eſſe occaſio inique à damnato accepta, niſi Iudex non ſeruato ordine iuris vel iniuſtè innocentem damnet. Et ideo ex parte Rei damnati, torti, carcerati, inquiſiti pro crimine, quod per ſententiam infamat præſumi poſſe inimicitiam ex Gramm. Bertaz. Maſcard. Menoch. & alijs dicit Scroi *part.* 4. *cap.* 9. *num.* 28. Secus vero ſi fuit carceratus pro crimine, quod non infamet. Scroi *dicto num.* 28; Sed melius dicitur cum Farinacc. *qu.* 49. *nu.* 73. quod in prædictis caſibus non contrahitur inimicitia capitalis cum Iudice, quia quod facit Iudex non facit ex priuato odio, ſed ex officij neceſſitate, nec præſumi debet, quod inquiſitus ex cauſa tam iniuſta velit odio proſequi Iudicem. Spectatis tamen circumſtantijs poſſet dari caſus, in quo ex parte Rei inquiſiti præſumi poſſit inimicitia.

63. Idem dicitur de Aduocato, & Procuratore ex officio tamen abſentem contra aduerſarium defendente, licet ſi in cauſa criminali contra Reum agat ex amicitia accuſatoris, vel alterius, ex hoc poſſit oriri occaſio alicuius inimicitiæ, quæ tamen non erit capitalis, niſi ex circumſtantia aliqua adiuncta. Sic nec ferre teſtimonium etiam in cauſa capitali, ſi teſtes ſit vocatus à Iudice, & non ſpontaneus eſt cauſa inimicitiæ, niſi forſan iniquè acceptæ. Quamuis teſtis ſpontaneè deponens contra aliquem cenſeri poſſit inimicus. Et in hoc caſu ſit vera opinio Eliſei *tract.* 3. *qu.* 6. *num.* 3. & aliorum dicentium, quod ex teſtimonio prolato in cauſa criminali, & etiam in caſibus exceptis oritur inimicitia iuxta textum *in cap cum P. de accuſat.* vbi Panormitanus Anan. Felin. & alij.

64. Tandem Iudici eſt arbitrarium in alijs caſibus iudicare. An quis dicitur inimicus, & an ini-

an inimicitia ſit capitalis. Doctores *in capit. Cũ oporteat de accuſ.* Clar. *qu.* 24. Menoch. *de arbitrar. caſu* 120. *nu.* 2. Maſcard. *de prob. l.* 2. *concluſ.* 857. *num.* 56. Farinacc. *qu.* 49. *num.* 86. Et quamuis Doctores quamplures loquantur ad effectum reijciendi aliquem à teſtimonio, tamen eandem rationem eſſe de faciendo indicio ad torturam dixit Farinacc. *nu.* 83. Sed certe longe diuerſa eſt ratio inter hoc quod eſt reddere teſtem ſuſpectum, quod eſt potius quid negatiuum (Eſt enim negari teſti plenitudinem fidei) & inter hoc, quod eſt eſſe indicium, & motiuum ad probandum, quod eſt, quid poſitiuum, & conſiſtit in hoc, quod dicatur hoc eſt; ergo eſt hoc aliud, vt dicendo hic eſt inimicus Titij, ergo eſt ille, qui occidit Titium. Ad deſtruendam enim, & negandam plenitudinem perfectionis ſufficit minimus defectus in cauſa, ſed ad ponendum effectum, & plenitudinem eius requiritur cauſa perfecta, & ius indeficiens. Igitur bene ſtat, quod parua inimicitia reddat teſtem diminutæ fidei; ſed ad hoc vt probetur delictum factum fuiſſe, ne dum non ſufficit imperfecta inimicitia, ſed nec perfecta inimicitia, ſe ſola ſufficit, nedum vt plené; ſed etiam, vt ſemiplené probet, vt explicatur infra.

65. Queritur igitur ſecundo, quantum probet inimicitia etiam capitalis? Dicitur igitur primo, quod inimicitia capitalis facit præſumptionem contra inimicum *l. inimicitia ff. de his quibus, vt indign. l.* 1. *§. præterea ff. de quaſ. Et cap. cum oporteat de accuſat.* Quod eſt verum etiã ſi inimicitia ſit orta ex cauſa offenſæ. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *quæſt.* 89. *num.* 53. Etiam ſi offendens prius alia vice offenderit. Nam & antiqua prior offenſa facere præſumitur, quod noua offenſa ab illo eodem proceſſerit, Farinaccius *quæſt.* 47. *num.* 92. Et amplius hoc verum eſt de illo, qui cauſam inimicitiæ ſibi notam contra aliquem habet, licet palam non ſe profiteatur inimicum. Innocent *cap. cum I. & A. de re iudic.* Felin. *in cap, quoties notab.* 4. *de teſtibus.* Imo etiam ſi conſtet de occiſore, inimicitia occiſoris facit preſumere, quod ille deliberate, & ex propoſito occiderit. Menoch. *de arbitr. caſ.* 36. *num.* 12. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 98. *num.* 1. Ad hoc tamen præſumendum non ſufficit leuia inimicitia, vt aliqui voluerunt, ſed neceſſaria eſt inimicitia capitalis. Maſcard. *dicta concluſ.* 98. *num.* 5. Farinacc. *quæſt.* 47. *numero* 100.

66. Dicitur ſecundo, quod nihilominus inimicitia capitalis ſe ſola, & non adminiculata nedum non probat plene, vt ſufficiat ad puniendum, ſed nec probat taliter, quod ſufficiat ad dandam torturam; Ratio eſt, quia inimicitia de ſe eſt indicium rèmotum, & non indubitatum, & ideo ſi ſit vnicum, non ſufficit ad torquendum. Clar. §. *finali quæſt.* 21. *verſ. Inimicitia.* Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 901. *nu.* 6. Menoch. *de præſ. lib.* 1. *qu.* 89. *num.* 51. Farinaccius *qu.* 47. *num.* 102. Eliſeus *tr.* 6. *qu.* 4. *nu.* 4. *& qu.* 5. *nu.* 6. & apud iſtos, quam plures alij; Si tamen inimicitia fuerit adminiculata ſufficit ad torquendum. Farinacc. *num.* 104. poſt Boſſ. Adminicula vero cum quibus inimicitia ſufficit ad torturam, ſunt mala fama in ſpecie eiuſdem delicti, & minæ præcedentes, & conſuetudo peccandi in eodem genere. Hæc vero conſuetudo cenſetur introducta per duas vices, ſed aboletur, ſi probetur Reum per triennium cum laude vixiſſe. Bictus *quæſt.* 66. *num.* 5.

67. In delictis etiam occultis, & difficilis probationis, ſi tamen nullus alius appareat ſuſpectus de delicto, poterit inimicus capitalis aliqualiter torqueri Clar. *d. quæſt.* 21. Farinacc. *num.* 107. Bordon. tamen *cap.* 55. *num.* 8. citans Giurb. & Carenam abſolutè vult, quod inimicitia ſufficiat ad torturam in delictis occultis. Sed non recedendum à Claro, & Farinac. qui hoc admittunt in caſu, quod non adſit alius ſuſpectus criminis, & tunc ſolum aliqualem torturam admittunt. Si etiam ſumus in caſu, in quo conſtat delictum fuiſſe commiſſum ab vno ex pluribus, qui interfuerunt facto, ſed eſt incertum à quo, tunc inimicus præſumitur occiſor, & poteſt torqueri. Farinacc. *num.* 108, qui bene addit, quod in hoc caſu adſit aliud indicium, ſcilicet, aſſiſtentia in rixa, quæ etiam de ſe facit inditium.

68. Inimicitia etiam poſt factam pacem non præſumitur. Colligitur vero reconciliatio ex conuerſatione familiari, & ex tactu manuum, & ex eo, quod data occaſione offendendi non offendit, vel reuocandi beneficia, non reuocauit, & ex meritis ſubſequentibus, non vero ex ſola locutione, nec ex accidentali commenſalitate, nec ex oſculo pacis. Scroi *par.* 4. *c.* 9. *num.* 23. Et licet ſi pax ſit facta de recenti, adhuc offenſus præſumitur iratus, & quod velit ſe vlciſci *argum. cap.* 2. 3. 4. 5. De quo vide Dec. *tract. Crim. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 21. *&* 87. Farinacc. *quæſt.* 49. *num.* 110. tamen inimicitia ſe ſola non ſufficiet ad torturam infligendam; multo minus ad hoc ſufficit inimicitia, quando offenſus plures habet inimicos; præſumptio enim contra inimicum redditur dubia pluralitate inimicorum Atg. *cap. de præſentia de probat ex l. neque. Natalis C. eod.* Farinacc. *quæſt.* 43. *nu.* 104.

69. Sed præterea inimicitia non facit indicium ad torturam, niſi in delictis, quæ in alterius iniuriam committuntur, & ſunt homicidium, vulneratio, &c. non vero in delictis, quæ patrantur in commodum delinquentis, prout eſt furtum, adulterium, &c. Farinacc. *quæſt* 49. *num* 120. Pariter Inimicitia non facit indicium ad torturam, quando inter inimicum & offenſum præceſſit cautio de ſe inuicem non offendo. Non enim eſt præſumendum, quod quis velit offendere, & ſoluere pænã in cautione contentam. Imò ex cautione de non offendendo non probatur inimicitia, & bene poteſt eſſe, quod is qui vere non eſt inimicus, dederit cautionem ex timore futuræ offenſionis, & multo minus oritur indicium ad torquendum eum, qui ſolum præſumitur aliquo modo inimicus,

ex quo

ex quo dedit cautionem de non offendendo. Pariter ſi inimicus elegit viam iuſtitiæ inſtituendo querelam ad inimicum ſuum puniendum pro offenſa ſibi facta, tunc ſequuto homicidio illius non oritur indicium contra illum, qui viam iuris elegerat. Alciat. Burſat. Alban. quos ſequitur Guazz. *def.* 28. *cap.* 1. *num.* 9. *vbi num.* 10. quod nec oritur indicium contra illum, qui poſt offenſam ſibi illatam confeſſus fuit ſacramentaliter, & Sacram Eucariſtiam ſuſcepit. Farinac. *q.* 47. *n.* 113.

70. Dicitur tertio quod inimicitia in illis caſibus, in quibus non facit indicium ad torturam, non facit indicium ſufficiens ad traſmittendam inquiſitionem Reo abſenti ad effectum damnandi illum, vt contumacem. In hac enim inquiſitionis tranſmiſſione irrogatur Reo damnum maximum, quia, ſi non compareat damnatur in contumaciam. Farinac. *q.* 49. *n.* 106.

71. Dicitur quarto quod inimicitia capitalis ſola facit indicium ſufficiens ad inquiſitionem generalem, ſeu ad inquirendum de delicto, non tamen ad inquiſitionem ſpecialem ſimpliciter. Farinac. ex Onded. Innoc. & Boſſ. *dicta q.* 49. *n.* 106. Vbi etiam quod inimicitia capitalis ſufficit ad capturam inimici decernendam, qua decreta ſi capiendus Reus aufugiat, iam inimicitia adminiculata erit per fugam, & tunc Iudex poterit etiam tranſmittere informationem.

72. Sed hoc habet difficultatem per ſe loquendo, quia ad citandum Reum & multo magis ad carcerandum requiritur, quod delictum ſit ſemiplenè probatum, vt infra ſuo loco probatur: inimicitia vero non probat ſemiplenè. Vnde nec ſufficit ad inquiſitionem ſpecialem; videtur ergo quod nec etiam ſufficiat ad decernendam capturam. Niſi vt aduertit Bordon. *cap.* 55. *num.* 4. immineat periculum fugæ.

73. Tandem aduertendum, quod adhoc vt inimicitia probet, neceſſe erit quod ſit plenè probata, quia in dubio vnuſquiſque præſumitur amicus, *authent. de teſtibus* §. *ſi quis vero collat.* 7. *& in l. ratione* §. *cum quædam ff. de leg. falcid.* Et neceſſe eſt, quod inimicitia ſit euidenter probata cum qualitate ex cauſa inimicitiæ. Maſcard. *de prob. l.* 2. *conc.* 693. Menoch. *præſumpt.* 42. *lib.* 5. Decian. *lib.* 3. *c.* 25. *num.* 30. 31. *&* 32. Baiard. *ad Clar. quæſt.* 24. *num.* 45. Maſcard. *lib.* 1. *concl.* 29. *num.* 2. Et quamuis inimicitia probetur etiam coniecturis, iure ex illis præſumente inimicitiam, tamen huiuſmodi coniecturæ debent eſſe euidenter probatæ, aliter non eſt probata inimicitia.

SVMMARIVM.

74 *Multæ conditiones requiſitæ adhoc vt Rei mendacium faciat indicium.*

75 *Mendacium ſe ſolo non facit indicium ad torturam.*

76 *Quid requiratur ad hoc vt mendacium, varietas & cætera faciant indicium ad torturam.*

77 *Vacillatio, titubatio, pallor Rei, & ſimilia non faciunt indicium ad torturam.*
Niſi adiunctis adminiculis, vel concurrente alia præſumptione. ibid.

ARTICVLVS IV.

Quodnam indicium oriatur ex Rei mendacio, variatione, vacillatione, titubatione, trepidatione, timore, pallore.

74. Dicitur primo quod adhoc, vt Rei mendacium faciat indicium, requiruntur multæ conditiones; quibus etiam poſitis, hoc indicium ſe ſolo nedum non probat ad damnandum Reum, ſed nec ad torturam illi inferendam, niſi ſit adminiculatum. Primò igitur requiritur, quod hoc mendacium ſit circa qualitates, & circumſtantias ſubſtantiales delicti, hoc eſt pertinentes & inferentes delictum; vt quales ſunt locus, & tempus delicti, ſecus vero ſi mendacium ſit circa circumſtantias non ſubſtantiales, vt circa nomen loci originis. Boſſ. *tit. de Indic.* & coniect. ante torturam *num.* 36. & alij, quos ſequitur Farinaccius *q.* 50. *n.* 11. Secundo requiritur vt mendacium ſit circa id, quod ſi Reus confeſſus fuiſſet, ſibi præiudicaſſet; vnde ſi Reus mendaciter neget ſe interueniſſe venditioni Rei furatæ, vel interueniſſe caſu in rixa, vel cognouiſſe mulierem quam cognoſcebat, quia enim hæc de ſe non ſunt delicta punibilia, & ideo confeſſa, non præiudicarent confitenti; ergo ſignum eſt quod illa non inferunt ad delictum; & ideo mendacium circa iſta non facit inditiũ contra Reum mendacem, quod ſufficiat ad torturam. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 140. *num.* 3. 4. 5. Tertio requiritur quod Reus non habeat pro ſe aliquod indicium innocentiæ, ſi enim aliquod habet, vt puta habet pro ſe vnum teſtem, tunc enim cum vnum indicium tollat aliud, vis mendacij euacuatur. Farinac. *q.* 52. *n.* 16. Quarto requiritur, quod mendacium ſit concludenter probatum, vel per Rei confeſſionem vel per duos teſtes Farinac. *quæſt.* 52. *n.* 13. Et quod ſi mendacium non conſtet ex eius confeſſione ſed aliunde per teſtes eſt probandum, Reo datur copia mendacij, & terminus ad ſe defendendum. Scroi ex Marſil. & Baiard. *p.* 5. *cap.* 3. *num.* 57.

75. Et nihilominus poſitis præfatis conditionibus Rei, mendaciũ, ſe ſolo non facit indicium ad torturã, niſi ſit adminiculatum Clar. §. *finali quæſt.* 21. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 140. Menoch. *de præſ. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 68. Farinac. *quæſt.* 52. *num.* 6. *&* 8. Bictus *quæſt.* 68. Bardon. *cap.* 55. *num.* 12. Eliſeus *tract.* 6. *quæſt.* 4. Seroi *part.* 5. *cap.* 3. *num.* 53. Si vero variatio fiat in tortura legitimè data, Reus pluries poteſt inquiri. Farinac. *quæſt.* 52. *num.* 15. Sed quando Reus varius, & contrarius eſt in ſuis confeſſionibus, & Iudex perſiſtit in vna, debet petere ab illo, vt ratificet, quæ verum continet

ſecun-

ſecundum probata in proceſſu, alias in dubio ſtaretur primo dicto. Ita Scroi *part. 5. cap. 3. num. 58.* Verum hoc habet difficultatem, poterit enim eſſe, quod vel Reus nolit ratificare, niſi vltimam ſuam cõfeſſionem; an vero ſtandum ſit primo vel vltimo dicto Rei in tortura emanato dicetur infra, cum tractabitur de tortura.

76. Dicitur ſecundo, quod ad hoc vt variatio, & contrarietas faciat indicium ad torturam requiritur primo, quod variatio & contrarietas ſit circa ſubſtantialia delicti. Secundo quod Reus variauerit non ſe corrigendo, & non reddendo aliquam probabilem cauſam ſuæ variationis arg. *cap. Præterea de teſtib. cog.* Farinac. *quæſt. 52. num. 34.* Et nihilominus etiam poſitis his conditionibus variatio Rei ſe ſola non ſufficit ad torturam niſi ſit adminiculata. Clar. *quæſt. 25.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. quæſt. 89. num. 62.* Farinac. *quæſt. 52. num. 29.* Carena *part. 3. tit. 10. num. 98.* & alij ſupra citati.

77. Dicitur tertiò, quod vacillatio, titubatio, trepidatio, pallor Rei, & ſimilia ſigna non faciunt indicium ad torturam, niſi adiunctis adminiculis, vel concurrente alia præſumptione Farinac. plurimos referens *qu. 52. num. 42. & 45.* Ad hoc vero vt huiuſmodi aliquod indicium faciant, neceſſe eſt quod à Notario ſint adnotata in actis de mandato Iudicis. Farinaccius *num. 49.*

SVMMARIVM.

78 *Societas in crimine non facit indicium ad torturam.*
Propriè eſt delictum, non indicium. ibid.
79 *Quomodo delatio armorum indicium faciat.*
80 *Conuerſatio cum malis viuentibus indicium facit.*
Et aſſiſtentia cum armis tempore, & loco commiſſi delicti. ibid.
81 *Denunciatio ſpontanea non ex obligatione, ſollicitatio apud Iudicem ad hoc vt procedat contra delictum, & taciturnitas, quando quis tenetur denunciare indicium faciunt.*
82 *Vicinitas loci delicti indicium facit etiam ad torturam.*
83 *Quomodo cauſa delinquendi indicium faciat.*
84 *Veneni emptio facta paulo ante quam aliquis interierit indicium facit contra ementem.*
85 *Sicuti vociferatio, & auxilij inuocatio.*
86 *Præparatio armorum, inſtrumentorum, pedis forma relicta, phiſionomia, ſecreta locutio, & alia ſimilia indicium faciunt.*
87 *Pariter indicium facit qualitas patria, conditio parentum, mala filiorum educatio.*
88 *Quomodo peccandi conſuetudo indicium faciat ad torturam.*
89 *Quid dicendum ſit de emiſſione ſanguinis facta à cadauere in conſpectu occiſoris.*

ARTICVLVS V.

De quibuſdam alijs indicijs per ſe non ſufficientibus ad torturam.

78. SOcietas in crimine de ſe ſufficit ad inquirendum, non vero ad torturam. Bordon. *cap. 55. num 2.* Verum hæc non debet numerari inter indicia, quia ſocietas in crimine eſt delictum, non vero ſolum delicti indicium. Dictum vero ſocij criminis propriè eſt teſtimonium non indicium. Quantum vero probet dictum ſocij criminis explicatum eſt ſupra *quæſt. art.* Sed Bordon. confundit teſtimonium cum indicio, cum inter indicia numeret teſtem minorem, & aſſertionem vulnerati, de quibus ſatis dictum eſt ſupra quæſt. citata.

79. Armorum delatio cum debita licentia, nullum indicium facit, & pariter contra illum qui ſolitus eſt arma deferre, eorum delatio non facit indicium. Solum igitur ſi quis non ſolitus arma deferre, illa deferat, oritur tale quale indicium. Non tamen ſi illa deferet ex iuſta cauſa, vt quia de nouo factus eſt miles, vel habet veteres inimicos, & illa defert ad defenſam. Verum eſt, quod adiunctis circumſtantijs delatio armorum facit indicium; vt ſi quis extra ſolitum ante homicidium exercebat ſe in armis, & ſcrima, vel ſi gladius alicuius repertus fuit euaginatus iuxta cadauer occiſi, & cum illo fuit ille vir occiſus, & apud inquiſitum fuit reperta vagina illi gladio proportionata, vel ſi quis defert arma euaginata, ex hoc præſumitur illum habere animum offendendi. Vel ſi quis ante homicidium ambulabat cum armis *haſtatis*, & arcu, & ſagittis, archibuſio, baculo ferreo, vel ſimili inſolito armorum genere, præſumitur nedum quod is talis occiderit, ſed vbi conſtet illum occidiſſe, quod id fecerit animo deliberato; & ſic etiam delatio armorum inſolita facit vt ſi alias conſtet inquiſitum occidiſſe, præſumatur quod ex animo deliberato, & non accidentaliter, & in rixa occiderit. Quod ſi vulnera occiſi inueniantur facta ad menſuram gladij alicuius, aliquod indicium oritur contra dominum gladij, ſed eſt indicium debile, nedum quia poteſt eſſe quod dominus gladij illum accommodauerit alteri, ſed quia in eodem loco reperiuntur gladij plures eiuſdem menſuræ; & nihilominus delatio armorum, quia eſt indicium valde remotum, nec in prædictis caſibus facit indicium ad torturam, niſi ſit adminiculata, Et niſi in ſupradicto caſu, in quo gladius, cum quo aliquis fuit occiſus, fuerit repertus iuxta cadauer occiſi euaginatus, & apud inquiſitum reperta fuerit vagina gladio proportionata ſed vacua Farinac. *qu. 34. num. 69.* & ſequentibus, & præcipuè *num. 74. & 84.* Ex Caball. autem addit Scroi *part. 5. cap. num. 105.* quod ſi quis deferat arma contra prohibitionem legis, præſumitur illa portare malo animo, & eius eſt probare, quod bono animo illa

defe-

deferat; ſed addi debet quod hic malus animus non eſt neceſſario animus nocendi alium, ſed poteſt eſſe quod ex vanitate illa deferat. Et propterea etiam præſumi debet bonus animus, non nocendi alium. Vnde non eſt verum quod hoc indicium ſufficiat ad torturam ſine adminiculis.

80. Conuerſatio etiam cum male viuentibus indicium facit contra conuerſantem cũ illo qui nocet, ſi ſit ſtricta & continua. Et nihilominus ſic ſola nedum nõ facit indicium ad torturam, cum ſit quid generale, & valdè remotum; ſed nec propriè facit indicium, ſed tantum adminiculum, quia iuncta cum alijs indicijs faciliorem reddit Iudicem ad torquendum Farinac. *quaeſt.* 52. *nu.* 92. Aſſiſtentia etiam cum armis tempore & loco commiſſi delicti, ſi ſit ex propoſito & non caſualis indicat; & facit præſumere complicitatem in delicto, quod aſſiſtens voluerit ferre auxilium delinquenti, illuque reddere audaciorem, & ſecuriorem. Verum hæc aſſiſtentia probari debet cum ſua qualitate, ſcilicet, quod non fuerit caſualis, vel ex aliqua alia cauſa, & in dubio præſumitur caſualis. Coniecturæ autem ad illam probandam ſunt parentela delinquentis; ſecunda quod aſſiſtens præter ſolitum armatus aſſiſtat; tertio ſi nihil dicit contra delinquentem ſed tacet; quarto aſſociatio delinquentis poſt commiſſum delictum; quinto ſecreta locutio cum delinquente ante delictum commiſſum. Hæc autem aſſiſtentia concludenter probata, vt ſupra, nedum eſt indicium, ſed delictum de ſe punibile. Videantur Felin. *cap. ſicut de homic.* Baiard. ad Clar. *q.* 21. Maſcard *concluſ.* 129. *n.* 20.

81. Sollicitatio apud Iudicem, vt Iudex procedat contra delictum, ſi ſit facta ab illo cuius nihil intereſt id facere, reddit illum ſuſpectum, quia qui ſe ingerit eſt ſuſpectus; & hoc idem dicitur de denunciante delictum, ſi ille ſpontaneè & non ex obligatione denunciat; ſed tamen huiuſmodi ſollicitatio ſe ſola facit indiciũ ad ſumendas informationes, ſed non ad torturam, cum ſit indicium valde remotũ Farinac. *q.* 12. *n.* 95. E contra vero taciturnitas eius, qui tenetur denunciare delictum, facit indiciũ cõtra illum. & ſi aliquis fuit occiſus in domo, vel agro Titij, & id illico non denunciat Curiæ, vel id facit ex interuallo, Titius redditur ſuſpectus. Farinac. *q.* 52. *n.* 96. qui *n.* 97. admittit hoc indicium ſufficere ad torturam, ſi dominus domus ſit malæ famæ, ſi ſit præſumptio quod delictum ſit patratũ ab ijs, qui in domo habitant, & ſi dominus tacuit. Addunt aliqui, quod etiam ſi quis admonitus fuerit, famam eſſe, quod ille commiſerit aliquod delictum, tacet, & non ſe excuſat; hæc taciturnitas faciet indicium contra illum; ſed hoc indicium eſt leue, & non ſufficit ad torturam. Pariter taciturnitas & ommiſſio illius, qui poteſt & debet impedire delictum, & non impedit, reddit illum ſuſpectum, ſed hoc indicium ſe ſolo non ſufficit ad torturam.

82. Vicinitas loci delicti facit indicium contra vicinum, vt ſi neſcitur à quo commiſſum ſit homicidium, furtum, aut aliud delictum præſumatur commiſſum à vicino. Sed hoc locum non habet niſi in vicino, qui in eadem ſpecie delicti ſit malæ famæ; & inſuper ſi fuerit probatum, quod occiſus habebat inimicum extra vicinium non poteſt vicinus torqueri, vt principalis & Reus. Farinac. *q.* 52. *n.* 127. *& ſequentibus.* Quomodo autem vicinus poſſit torqueri, vt teſtis *dictum eſt ſupra.* Cauſa delinquendi indicat eum deliquiſſe qui eam habuit, etiam ſi ſit ſolum exiſtimata & habita pro vera, vt puta ſi quis, cui ex iure non competit ſuccedere Titio in hæreditate, tamen putet, & iudicet, ſe fore ſucceſſurum. Quod fortius procedit in illo, qui eſt valdè inclinatus in illam cauſam; & fortior eſt præſumptio, ſi non apparet, quod aliam cauſam delinquendi habuerit; ſed primo ad hoc, vt cauſa delinquendi faciat indicium, neceſſe eſt, vt ſit probata in ſpecie, & cauſa debet eſſe grauis & magni momenti. Et nihilominus hoc indicium non ſufficit ad torquendum niſi hominem malæ famæ in eodem genere delicti, vel niſi adſit aliud ſufficiens adminiculum; ſicut autem cauſa delinquendi exiſtente præſumitur delictum comiſſum ab illo, qui illam cauſam habet, ita ceſſante in aliquo cauſa delicti, ceſſat etiam omnis delicti præſumptio, nullus enim præſumitur deliquiſſe niſi ex cauſa honoris, vindictæ, libidinis aut alterius concupiſcentiæ implendæ. Farinaccius *q.* 72. *n.* 144. & ſequentibus Guazz. *def.* 28. *c.* 1. *n.* 6. *&* 7. Scroi *p.* 3. *c.* 3. *num.* 108.

84. Emptio veneni facta paulò ante quam aliquis interierit facit præſumere contra ementem, quod ille occiderit mortuum, niſi is qui emit venenum ſit bone famæ, vel amicus defuncti. Vnde hoc indicium eſt remotum, nec ſufficit ad torturam, vide Menoch. *præſumpt.* 84. Scroi *part.* 5. *cap.* 7. *num.* 111.

85. Vociferatio & auxilij inuocatio eſt indicium illatæ violentiæ, ſed non eſt indicium delinquentis. Ideo non ſufficit ad inquirendum contra aliquem, niſi contra illum adſit aliquod indicium. Farinac. *q.* 52. *nu.* 160. vt ſi de domo in qua auditi ſunt vociferationes, aliquis fugiat, tunc enim fuga facit indicium contra fugientem, etiam ad torturam, ſi tamen vociferatio fuerit probata per duos teſtes, notam vocem vociferantis habentes, Farinaccius *n.* 162. & conſtito de violentia illata vociferanti.

86. Præparatio etiam inſtrumentorum, & armorum, phiſionomia turpis, pedis forma relicta in terra, ſecreta locutio cum aliquo ſtatim poſt commiſſum delictum; riualitas in amore alicuius mulieris, & alia ſimilia ſine adminiculis, vel nullum faciunt indicium, ſicut locutio ſecreta iam dicta, vel non faciunt indicium ad torturam, ſed ſolum ad ſumendas informationes. Farinac. *q.* 52. *n.* 163. & ſequentibus. Carena *part.* 3. *tit.* 10. *num.* 101. & ſequentibus, Bordon. *c.* 55. *n.* 10. & ſequentibus.

87. Similiter Patriæ qualitas, Parentum

quoque conditio, mala filiorum educatio aliquod indicium, vel adminiculum faciunt. Magis enim v. g. eſt ſuſpectus de hæreſi Anglus, vel Holandus comedens carnem in die veneris, quam Italus, vel Hiſpanus, & meritò in filijs timetur incontinentia patris. *cap. 15. diſtinct. 56.* quod multo magis verificatur ſi à malis parentibus mali filij ſint educati; ſed tamen hæc ſe ſolis non faciunt indicium ad torturam, ſed adminiculantur alias probationes, vel ad ſummum faciunt indicium ad ſumendas informationes. Vide Farinaccium *quæſt. 43. à num. 278.* Carenam *part. 3. titulo 3. & parte 2. titulo 4.*

88. Conſuetudo peccandi legitimè probata eſt inditium ſufficiens ad torturam reſpectu eiuſdē criminis, ſuper quod inquiſitus fuit quærelatus, niſi tamen conſtet eum per triennium non deliquiſſe. Ita Bordon. *cap. 55. num. 11.* Sed contrarium eſt verum, nimirum, quod ſola conſuetudo ſine adminiculis non probat ad torturam, quia eſt indicium valde remotum, vt ex Menoch. Clar. & alijs probat Farinac. *quæſt. 25. num. 22. vbi num. 23.* quod iuncta conſuetudine aſſiſtentiæ in rixa, Iudex poterit torquere illum, qui eſt conſuetus committere ſimile delictum. Et quod conſuetudo iuncta cum mala fama facit indicium, vt vbi alias inquiſitus leuiter torquendus eſſet, grauius torqueatur. Verum quoque eſt, quod per triennium laudabilis vitæ tollitur mala præſumptio orta ex conſuetudine. Sed reſpectu delictorum alterius ſpeciei conſuetudo peccandi, facit leue indicium. Bordon. *num. 12.* Imo non facit indicium ſed ſuſpicionem. Farinac. *quæſt. 23. num. 32.* Loquacitas etiam facit leue indicium, & ad torturam inſufficiens.

89. Emiſſionem vero ſanguinis factam ab homicida in conſpectu cadaueris perſonæ occiſæ eſſe indicium magnum, verum, vt credibile, & proximum, & ſufficiens ad torturam plures ex antiquis Doctoribus dixerunt; ſed vere hoc eſt incertiſſimum, eo quod ſi accidit, & quando accidit non niſi ex occultiſſimis cauſis euenit, nec de eius cauſa nobis conſtat, & nullibi in iure eſt probatum; Ideo ex illo ſine alijs indicijs non poteſt Reo dari tortura. Ant. Gomez *var. reſolut. l. 3. cap. 13. verb. de tortura Rei num. 25.* Farinac. *quæſt. 72. num. 136.*

SVMMARIVM.

90 *Fuga, & occultatio præſumptionem non leuem faciunt.*
91 *Multæ conditiones requiſitæ ad hoc, vt fuga faciat indicium ad torturam.*
92 *Fuga facta poſt inchoationem proceſſus non facit indicium ad torturam.*
93 *Quando non adeſt alia cauſa probabilis fugæ quam conſcientia delicti indicium facit ad torturam.*
94 *Si autem adſit alia cauſa probabilis, & probetur, ceſſat indicium.*
95 *Requiritur etiam quod fugiens ſit malæ famæ, ad hoc, vt faciat indicium.*
96 *Et quod fuga ſit concludenter probata per duos teſtes.*
97 *Et quod ſit adminiculata, nam ſe ſola non facit indicium ad torturam, nec ſemiplenè probat.*
Opiniones variæ. ibid.
98 *Fuga ſe ſola non facit indicium ad tranſmittendam inquiſitionem abſenti.*
Si autem illi adiungatur citatio, & contumacia indicium facit ad torturam. ibid.
99 *Fuga ſocij criminis ſe ſola non facit indicium ad torturam.*
100 *Spontanea comparitio tollit præſumptionem fugæ.*
101 *Fuga non probat ſemiplene, nec ſufficit ad puniendum fugientem.*
Niſi ipſa fuga eſſet delictum. ibid.
102 *Quid dicendum ſit de fuga famuli à domo, vel Officialis tempore ſcindicatus, aut præſtantis auxilium ad fugam, &c.*

ARTICVLVS VI.

Quantum probet fuga prætenſi delinquentis.

90. INdubitatum eſt fugam contra fugientem facere præſumptionem non leuem *auth. de exhib. & intend. §. igitur nelatente l. in eos ff de cuſt.* Reorum, & hoc idem verum eſt de latente, & ſe occultante, & imo de ſe præparante ad fugam, dum conſtet eum voluiſſe fugere. Et eo magis ſi fugiat per loca inſcia & deſerta.

91. Nihilominus dicitur primo, quod adhoc vt faciat indicium ad torturam multæ requiruntur conditiones, quibus etiam poſitis fuga non facit indicium ad torturam, niſi addito alio indicio vel ſufficienti adminiculo. Ad hoc igitur vt fuga faciat indicium contra fugientem, neceſſe eſt quod ſit habita ante accuſationem porrectam, vel formatam inquiſitionem contra fugientem; imò antequam Iudex cœperit inquirere contra illum; fuga enim poſt accuſationem aut inchoato proceſſu non ſignificat, quod fugiens fugiat ex conſcientia delicti, ſed ob timorem moleſtiarum & vexationum, quæ ex inquiſitione oriuntur Felin. *cap. Nullus num. 6. de præſumpt.* Menoch. *lib. 1. de præſ. q. 89. num. 39.* Maſcard. *de probat. l. 2. concl. 819. num. 13.* Clar. *quæſt. 21. verſ. fuga*, & quam plures alij apud Farinac. *quæſt. 48. n. 27.* Bictus *in quæſt. 68. num. 6.* Imo ad hoc vt fuga non faciat indicium ad torturam, ſufficit quod Inquiſitio fuerit comminata, aut decreta, ſi fugiens huius noticiam habeat arg. *l. Milites §. Socer, de adult.* Maſcard. *lib. 2. de probationibus concl. 819. num. 19. & 20.* Farinac. *quæſt. 48. num. 31.* Imo ſufficit probabilis timor futuræ inquiſitionis ſecundum multos, quos refert Farinac. *num. 31.* quia ad excuſandū idem operatur timor, quod exiſtentia mali Maſcardus *d. concl. 89. num. 6.* Menoch. *dicta quæſt. 89. à num. 39.* Et ideo hanc præſumptionem multo magis excuſat & tollit timor carcerationis de facto, & ex improuiſo

Maſcard.

Digitized by Google

Maſcard. d. concl. 819. n. 16. Menoch. d. quæſt. 89. n. 38. Farinac. dicta quæſt. 48. num. 32. Et ideo multo minus indicium facit fuga de manibus familiæ Iudicis. Farinac. quæſt. 48. num. 14. Quod maximè procedit reſpectu eorum, quibus eſſet verecundius ſi carceri includerentur, & multo magis reſpectu eorum qui ob ætatem, vel corporis infirmitatem carceris duritiem ferre non poſſunt.

92. Et in hoc non eſt attendenda doctrina illorum, qui dicunt quod fuga iſta poſt proceſſum inchoatum habita faciat indicium ad torturam, ſi ſit adminiculata; quia vt bene aduertit Farinac. num. 35. Ex fuga iſta poſt accuſationem, vel Inquiſitionem, aut proceſſum habita nulla oritur delicti præſumptio aut indicium. Adminicula vero non poſſunt ſupplere præſumptionem, quæ non eſt. Quod etiam ait Farinac. num. 33. cui conſentit Bictus quæſt. 68. num. 3. & Scroi part. 5. cap. 3. num. 41. ſcilicet, quod vbi agitur de ſola pœna pecuniaria, fuga habita, etiam poſt inquiſitionem ſit indicium, non poteſt omnino placere; quia non video diſcrimen inter huiuſmodi cauſas. Inquiſitio enim criminalis ſemper vexat, & maximè, ſi non fiat ſine carceratione, & ſic ſemper militat timor vexationis, ob quem fugiens fugam poteſt arripere.

93. Requiritur ſecundo, vt fugæ non adſit alia cauſa probabilis quam conſcientia delicti patrati. Nam ſi adeſt alia cauſa, vt quia fugiens timebat occidi vel quia cum eſſet Mercator debuit ire ad nundinas, vel quia eſt Religioſus qui à ſuo ſuperiore miſſus fuit ad alium locum, vel alia ſimilis cauſa, fuga non inducit præſumptionem delicti. Maſcard. de probat. concluſ. 89. num. 11. Menoch. l. primo de præſumpt. qu. 89. nu. 18. Farinac. quæſt. 48. nu. 36.

94. Et aduertendum, quod licet neceſſe ſit, quod conſtet de cauſa probabili fugæ, vt puta, quod mercator ſolitus ſit ire ad nundinas, & tunc eſſet tempus nundinarum, vel quod appareat de minis inimicorum, vel de comminata accuſatione, & inquiſitione, quia accuſator, vel fiſcus præparabat probationes, tamen ſatis conſtito de ſimili cauſa, iuramentum eiuſdem fugientis ſufficienter probat, quod ex illa cauſa fugerit, & præſumptio delicti auſertur, quia in his, quæ pendent ex animo iurantis ſtatur illius aſſertioni iuratæ. Gloſſ. in §. alia inſtit. de action. Et quia vbi concurrunt duæ cauſæ vna incluſiua delicti, & altera excluſiua, vincit illa quæ excludit, & illa præſumi debet. Farinacc. qu. 48. num. 45. Vbi num. 46. addit, quod non omnis cauſa excuſat fugientem, ſed illa debet eſſe iuſta, & probabilis, quod iudicare arbitrarium eſt Iudici; ſed vere quidem cauſa debet eſſe probabilis, ſeu veriſimilis, ſed non eſt neceſſe, quod ſit iuſta; Nam ſi quis ſe abſentaſſet, vt ſecrete occideret Caium, ſi de hoc conſtaret ceſſaret præſumptio, quod ille fugiſſet, quia occidiſſet Seium, & ex fuga illa non poſſet præſumi, quod ille Seium occidiſſet, & ſic quæcumque alia cauſa veriſimilis, & probabilis facit, vt ex fuga non præſumatur delictum. Sic inter cauſas ob quas fuga non facit præſumptionem eſt Iudicis ſeuitia, ſi communiter iudicetur crudelis, vel ipſe comminatus fuerit ſe eum male tractaturum. Imo in hoc caſu ſufficit probabiliter timere, licet non iuſtè per l. recte ff. de his, quæ metus cauſa, & l. capitalium §. quod ſtatum ff. de pœn. Maſcard. de probat. l. 2. concluſ. 812. num. 27. Menochius l. 1. de præſumpt. quæſt. 89. nu. 38. Farinaccius quæſt. 48. num. 47.

95. Tertio requiritur, quod fugiens ſit malæ famæ, nam vbi fugiens ſit bonæ famæ, fuga non facit indicium ad torturam contra fugientem. Caball. Brun. Marſil. Caren. & alij, quos ſequitur Maſcardus de probat. l. 2. concl. 819. num. 22. Quarto requiritur, vt fuga ſit verè fuga à Iudicio; non vero ſit arreptio itineris ad Superiorem; quia hæc arreptio itineris habet vim appellationis. Bald. in l. Seius, & ſi per Prætorem §. finali ff. ex quibus cauſ. maior.

99. Quinto requiritur, quod fuga ſit probata concludenter per duos teſtes. Addunt aliqui, vel per vehementem præſumptionem, quod non admittitur; Nam præſumptio etiam vehemens, non probat concludenter, niſi in caſibus in iure expreſſis.

97. Et nihilominus benè dictum eſt, quod etiam his conditionibus poſitis, fuga ſe ſola ſi non ſit adminiculata non facit Indicium ad torturam, vt per text. in l. vnica C. de rap. Virg. & in l. Cornel. ff. ad Syll. probant Paulus, Ghirl. Correr. & alij, quos ſequitur Farinacc. qu. 48. num. 5. Nam fuga eſt indicium remotum, & minorem vim habet quam inimicitia, quæ tamen, vt probatum eſt, ſola non facit indicium ad torturam, & quia fuga ſe ſola non probat ſemiplenè, Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 819. num. 10. Farinaccius qu. 48. num. 62. Quamuis contrarium ſenſerint multi, quos ſequitur Scroi par. 5. cap. 3. num. 41. Et Eliſeus tract. 6. qu. 4. habet pro indubitato, & communiter conſeſſo ab omnibus, quod fuga (nulla data eius cauſa iuſta) ſi ſit facta ante inquiſitionem ſemiplene probat, & ſufficit ad torturam, & pro ſe citat Farinacc. quæſt. 48. num. 7. Cum tamen Farinacc. ibidem num. 5. 6. & 7. oppoſitum doceat. Et non eſt rationabile, quod Reus torqueatur ex indicio de ſe remoto, & non indubitato, & quod nec verè ſe ſolo ſemiplenè probet, vt poſt Roman. Bald. Maſc. lib. 2. concluſ. 819. num. 10. Farinaccium quæſt. 36. num. 218. docent Bictus quæſt. 68. num. 3. Carena 3. par. Bordon. quæſt. 54. num. 4. Ideo quod fuga ſola non faciat indicium ad torturam præter citatos dixerunt Bictus numer. 2. & 5. & Bordon. num. 5. Et hoc multo magis dicitur, ſi fugiens ſit vir bonæ famæ.

98. Et ſic fuga ſe ſola non facit indicium ad tranſmittendam inquiſitionem abſenti, quia hæc tranſmiſſio infert præiudicium ſimile torturæ; fuga tamen adiuncta citatione, & contumacia indicium facit ad torturam.

99. Ex prædictis verò colligitur, quod fuga ſocij criminis ſe ſola non facit indicium ad torturam; quia ſi Socius criminis fugit poſtquã vidit ſocium carceratum, & ſic ex timore propriæ carcerationis fuga præſumptionem delicti non facit, vt eſt probatum. Et ſi fugit ante, adhuc fuga ſe ſola, vt dictum eſt, non facit inditium ad torturam.

100. Colligitur etiam, quod comparitio ſpontanea in iudicio tollit præſumptionem ortam ex precedenti fuga, vt de iure explicat Farinaccius *quæſt.* 48. *num.* 51. *& ſequentibus*.

101. Dicitur tertio, quod fuga multo minus ſufficit ad plenè probandum, & ad puniendum fugientẽ pro delicto aliquo ex ea præſumpto. Farinacc. *quæſt.* 48. *num.* 65. Bordon. *qu.* 54. *num.* 13. Quamuis ſi fuga ipſa ſit delictum, conſtito de fuga, poſſit fugiens puniri pro illa. Prima pars huius aſſertionis probatur ex *l. Cornelia ff ad Sillanum.* Felin. *in cap. nullus num.* 1. *de præſumption.* Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 408. *num.* 1. Farinaccius *quæſt.* 48. *num.* 60. Videantur, quæ ſupradicta ſunt de fama.

102. De fuga etiam famuli à domo, tunc cum in domo aliquid deficit, & de fuga officialis tempore ſindicatus vide Farinaccium *dicta quæſt.* 48. *num.* 2. *& ſequentibus*. Pariter de illo qui repertus in aliquo delicto, vel in aliquo præparatorio ad delictum fugatus eſt à populo, aut de illo, qui fugit de manibus miniſtrorum iuſtitiæ, vel de mercatore fallito, & fugiente vide eumdem Farinaccium *quæſt.* 48. *num.* 12. *& ſequentibus*. Quod etiam preſtans alicui auxilium ad fugam præſumatur particeps delicti ex Menoch, & Bell. notat Scroi *par.* 5. *cap.* 3. *numero* 42. Sed conſiderari debet, quod ex multis alijs cauſis poteſt aliquis auxilium præbere alicui, vt fugiat. Ideo ex hoc non poteſt præſumi complicitas in delicto, niſi aliud præſumptionem adiuuet.

SVMMARIVM.

103 *Minæ præſumptionem faciunt contra minantem.*

104 *Præſumptio orta ex minis, etiam effectu ſequuto non ſufficit ad condemnandum Reum.*
In aliquo tamen caſu ſufficit ad pœnam extraordinariam. ibid.

105 *Plures conditiones neceſſariò requiſitæ ad hoc, vt minæ indicium faciant ad torturam. numero* 106.

107 *Poſitis illis conditionibus, minæ non faciunt indicium ad torturam, niſi ſint adminiculatæ.*

108 *Et probatæ per duos teſtes.*

109 *Minæ non ſufficiunt ad tranſmittendam inquiſitionem abſenti, niſi faciant indicium ad torturam.*

110 *Minæ probatæ per vnum teſtem, ſeu non totaliter, ſufficiunt ad incipiendam inquiſitionem, & ad ſumendam informationem.*

111 *Si vero præcedant maleficium, faciunt præſumptionem, quod maleficium proceſſerit ex animo deliberato.*

112 *Iactatio potentis poteſt etiam indicium facere ad torturam.*

ARTICVLVS VII.

Quantum probent minæ contra minantem.

103 Minæ illatæ in aliquem effectu ſecuto contra illum, in quem minæ illatæ fuerunt aliquam præſumptionem faciunt contra minantem. *l. quidam l. etiam, l. finali ff. de probat. & l. neque profeſſio C. de teſtibus.* Animus enim ex verbis manifeſtatur *l. labeo ff. de ſepul. neg.* Vnde præcedentibus minis, & effectu ſequuto contra minantem præſumitur.

104. Nihilominus dicitur primo, quod præſumptio orta ex minis etiam ſecuto effectu non ſufficit ad condemnandum Reum in criminalibus enim probationes debent eſſe luce meridiana clariores *l. finali C. de probat.* Et non licet aliquem condemnare ex præſumptionibus *l. abſentem ff. de pœnis.* Et licet aliqui voluerint, quod minæ adiuncta inimicitia & conſuetudine exequendi minas, & quod effectus, ſeu offenſa ſit ſecuta incontinenti poſt minas illatas probent taliter, quod poſſit Iudex etiam ad condemnationem deuenire: quod in ſupremis iudicibus admittunt Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 496. Menoch. *de præſumpt. l.* 5. *qu.* 80. *nu.* 60. Tamen oppoſitum eſt verum, quia ex indicijs remotis, & non indubitatis non poteſt aliquis criminaliter damnari. *l. ſinguli C. de accuſation. l. qui ſententiam C. de pœnis l. adibus C. de appellat. l. abſentem C. de pœnis.* & per Doctores, quos cumulat Farinaccius *quæſt.* 50. *num.* 38. Vbi *nu.* 39. benè aduertit, quod ad ſummum in delictis occultis, & difficilis probationis poteſt Reus in hoc caſu, & præfatis conditionibus concurrentibus, damnari in aliquam pœnam extraordinariam; qui tamen *parte tertia quæſt.* 86. *nu.* 78. hanc probat non debere eſſe corporalẽ. Quamuis *num.* 117. admittat vbi indicia ſint grauiſſima, & delictum capitale, poſſe Reum puniri pœna exilij, vel pœna ictus funis à Iudice ordinario. Et addat, quod in ſupremis Tribunalibus ex præſumptione violenta imo ex indicijs indubitatis poſſit Reus pœna corporali puniri. Sed hanc violentiſſimam præſumptionem ad effectum pœnæ ordinariæ infligendæ non eſſe admittendam, niſi in caſibus in iure expreſſis, vel niſi à Iudice ſupremo, qui poſſit leges condere, & ſuper præſumptionibus legem ferre adnotant *c. Vt inquiſit. de hæret. à n.* 37. *in* 6. Et quod etiã à Iudice Ordinario poſſit Reus puniri pœna corporali extraordinaria ex indicijs probabitur infra ſuo loco: ſed ego cõſidero, quod ſi minæ non ſunt pluries iteratæ vnum ſolum indicium faciunt, quod non probat ad ſummum niſi ſemiplenè, ſi ſit indubitatum; vnde non ſufficit ad damnandum Reum in aliquam pœnam grauem,

nein, iuxta ea, quæ dicentur infra *qu. nu.*

105. Dicitur ſecundo, quod adhoc vt minæ faciant indicium ad torturam plures conditiones requiruntur. Prima eſt, quod minæ ſint abſolutæ, & non tantum conditionatæ. Vt ſi quis dicat Sorori. *Io ti romperò la teſta, ſe ti affacciarai più alla feneſtra*. Vbi enim minæ ſunt conditionatæ non oritur indicium ad torturam, niſi probata illa qualitate, & conditione in minis appoſita. Deficiente enim conditione deficit conditionalis diſpoſitio *l. Pecuniam ff ſi cert. pet.* Foller. Roland. & alij, quos ſequitur Farinaccius *quæſt.* 50. *num.* 32. Secundo requiritur, quod minæ habuerint cauſam aliquam odij, honoris, vtilitatis, &c. Nam nullus præſumitur ex animo, & propoſito verè minari ſine cauſa, vt per Farinacc. *quæſt.* 50. *num.* 3 & Bictum *qu.* 69. *num.* 7. Ideo tertio requiritur, quod minæ ſint illatæ deliberatè, & ſedato animo poſt acceptam iniuriam, non vero incontinenti, & per iracundiam. Menoch. *caſ.* 361. *nu.* 39. Bict. *qu.* 69. *num.* 9. Quarto requiritur, quod minæ non fuerint reuocatæ. Farinaccius *qu.* 50 *nu.* 24. Quinto requiritur, quod minæ non ſint ambiguæ, ſeu æquiuocæ, ſed claræ, & manifeſtæ, & iniuſtam offenſionem inferentes. Nam ſi quis dicat v. g. *Io mi vendicatò, me ne riſentirò, gli ne farò pentire*, vel aliud ſimile, quod poteſt intelligi de iuſta vindicta iuris, & licito modo, ſic debet etiam intelligi, & huiuſmodi minæ non inducunt certam præſumptionem contra minantem Menoch. *de præſ. lib.* 1. *qu.* 89. *num.* 66. Farinaccius plures referens *qu.* 50. *num.* 18. Attenta tamen qualitate perſonæ Iudex poterit arbitrari, quod minans intenderet vindictam facti, & propria auctoritate iniuſte factam. In dubio tamen, cum hæc præſumptio ſit dubia non ſufficit ad torturam. Farinaccius *num.* 22.

106. Sexto requiritur, quod offenſus non habeat alium inimicum vltra minantem. Nam ſi habeat alium inimicum, minæ non faciunt præſumptionem certam contra minantem, quia potuit eſſe, quod offenſio proceſſerit ab alio inimico, maxime ſi ille inimicus fuit conſcius minarum, Menoch *dicta qu.* 89. *num.* 55. Maſcard. *lib.* 9. *de probat. concluſ.* 1057. *num.* 5. Farinaccius *quæſt.* 50. *nu.* 12. Septimo requiritur, quod delictum, ſeu offenſio comminata ſecuta fuerit ſtatim poſt minas, vel paulo poſt non vero ex interuallo. Et ideo Iudex in hoc conſiderare debebit qualitates perſonarum, & an minans poſt tantum tempus iniuriarum oblitus fuerit, & an habuerit occaſionem exequendi minas, & id non fecerit. Farinaccius *dicta quæſt* 50. *nu.* 14. Octauo requiritur, quod delictum, quod eſt ſubſequutum minis ſit illud, quod fuit comminatum, & non ſufficit, quod ſit diuerſum. Specul. *tit. de præſ. verſ. ſed pone*. Farinacc. *quæſt.* 50. *num.* 23. *&* 25. Aduertendum tamen, quod ſi minæ non ſunt ſpecificæ, ſed in genere, vt cum dicitur. *Ti trattarò male, ti farò mal capitare, ti tirarrò vna penna dall'ale, ti farò dolere il capo, &c.* Sufficit quod delictum comprehendatur ſub illis verbis generalibus, vt poſt Decian. Batt. & alios probat Farinaccius *qu.* 50. *num.* 24. Sed & aduerti debet, quod vnum delictum continetur ſub alio veluti pars in toto, vel vt via in termino, vel vt conſequens ad illud; ſic ſi quis Titio minatus fuerit vulnera, & Titius fuit occiſus, quia vulnera ſunt via ad mortem, & ſæpè contingit, quod intendens vulnerare occidat, vel ſi quis minatus fuerit mortem Titio, & ille ſolum fuit vulneratus, quia ſepè cõtingit, quod intendens occidere ſolum vulneret; Ideo in his & ſimilibus caſibus minæ concurrentibus alijs conditionibus indicium faciunt ad torturam. Farinaccius *num.* 26. Nono requiritur, quod minans poſſit exequi minas, non enim poteſt præſumi, quod minans fecerit, quod non poteſt facere.

107. Iſtis vero conditionibus poſitis adhuc præſumptio ex ſolis minis orta, niſi ſit aliunde adminiculata, non facit indicium ad torturam, vt communiter Doctores tenent apud Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1037. *num.* 43. & Farinaccium *qu.* 50. *num.* 11. *&* 29. Verum quidem eſt, quod ſi minans ſit ſolitus exequi minas, iam minæ adminiculatæ hac conſuetudine faciunt indicium ad torturam. Farinaccius *n.* 11. *&* 30. Sed ſi deſit hæc conſuetudo præſumptio ex minis non ſufficit ad torturam, niſi ſit aliquo alio indicio, vel adminiculo fulta. Et multo minus ſufficit, quando non ignoratur delinquens, ſed eſt certus. Sed tunc cum ignoratur delinquens licet vti indicio minarum ad quærendum delinquentem.

108. Tandem dicitur, quod ad hoc vt minæ faciant indicium ad torturam neceſſe eſt. quod ſint probatæ per duos teſtes cum omnibus requiſitis ſuprapoſitis. Quamuis vero Anchar. Fulgoſ. Gratian. & alij, quos refert Farinaccius *quæſt.* 50. *num.* 40. voluerint, quod ad hoc ſufficiant duo teſtes concordes in qualitate minarum, licet ſingulares, & non conteſtes in loco, & tempore, & quod minæ ſufficienter probentur per teſtes ſingulares voluerit Bordon. Oppoſitum tamen ſenſerant Sylu. Aldobrand. & Matſil. apud Farinaccium *numer.* 42. ſed dicitur, quod ſi teſtes non ſunt concordes in loco, & tempore, ſed contrarij, ſunt omnino ſuſpecti de falſitate, ſed ſi deponant de diuerſis minis ſingulares ſunt, nec probant niſi eo modo, quo ſupra *quæſt.* 13. *ar.* 3. dictum eſt teſtes ſingulares probare.

109. In illis vero caſibus in quibus minæ non faciunt indicium ad torturam, nec ſufficiunt ad tranſmittendam inquiſitionem abſenti, vt bene aduertit Farinaccius *num.* 44.

110. Dicitur tertio, quod minæ probatæ per vnum teſtem ſufficiunt ad inquiſitionem excipiendam, & ad ſumendam informationem, nec tamen ſufficiunt ad capturam, vel ad interrogandum Reum, ſeu illum inter Reos conſtituendum; cum ad hoc requiratur ſemiplena probatio, ſed ſi etiam adſint duo teſtes, ſed ex eorum depoſitione non remanent probatæ,

99. Ex prædictis verò colligitur, quod fuga ſocij criminis ſe ſola non facit indicium ad torturam; quia ſi Socius criminis fugir poſtquã vidit ſocium carceratum, & ſic ex rimore propriæ carcerationis fuga præſumptionem delicti non facit, vt eſt probatum. Et ſi fugit ante, adhuc fuga ſe ſola, vt dictum eſt, non facit inditium ad torturam.

100. Colligitur etiam, quod comparitio ſpontanea in iudicio tollit præſumptionem ortam ex precedenti fuga, vt de iure explicat Farinaccius *quæſt.* 43. *num.* 51. *& ſeqnentibus*.

101. Dicitur tertio, quod ſuga multo minus ſufficit ad plenè probandum, & ad puniendum fugientẽ pro delicto aliquo ex ea præſumpto. Farinacc. *quæſt.* 48. *num.*65. Bordon. *qu.*54. *num.*13. Quamuis ſi fuga ipſa ſit delictum, conſtito de fuga, poſſit fugiens puniri pro illa. Prima pars huius aſſertionis probatur ex *l. Cornelis ff ad Sillanum.* Felin. *in cap. nullus num.*1. *de præſumption.* Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 408. *num.* 1. Farinaccius *quæſt.* 48. *num.*60. Videantur, quæ ſupradicta ſunt de fama.

102. De fuga etiam ſamuli à domo, tunc eum in domo aliquid deficit, & de fuga officialis tempore ſindicatua vide Farinaccium *dicta quæſt.* 48. *num.* 2. *& ſequentibus*. Pariter de illo qui repertus in aliquo delicto, vel in aliquo præparatorio ad delictum fugatus eſt à populo, aut de illo, qui fugit de manibus miniſtrorum iuſtitiæ, vel de mercatore fallito, & fugiente vide eumdem Farinaccium *quæſt.* 48. *num.*12. *& ſequentibus.* Quod etiam preſtans alicui auxilium ad fugam præſumatur particeps delicti ex Menoch, & Bell. notat Scroi *par.* 5. *cap.* 3. *numero* 42. Sed conſiderari debet, quod ex multis alijs cauſis poteſt aliquis auxilium præbere alicui, vt fugiat. Ideo ex hoc non poteſt præſumi complicitas in delicto, niſi aliud præſumptionem adiuuet.

SVMMARIVM.

103 *Minæ præſumptionem faciunt contra minantem.*

104 *Præſumptio orta ex minis, etiam effectu ſequuto non ſufficit ad condemnandum Reum.*

In aliquo tamen caſu ſufficit ad pœnam extraordinariam. ibid.

105 *Plures conditiones neceſſariò requiſitæ ad hoc, vt minæ indicium faciant ad torturam. numero* 106.

107 *Poſitis illis conditionibus, minæ non faciunt indicium ad torturam, niſi ſint adminiculata.*

108 *Et probata per duos teſtes.*

109 *Minæ non ſufficiunt ad transmittendam inquiſitionem abſenti, niſi faciant indicium ad torturam.*

110 *Minæ probata per vnum teſtem, ſeu non totaliter, ſufficiunt ad incipiendam inquiſitionem, & ad ſumendam informationem.*

111 *Si vero præcedant maleficium, faciunt præſumptionem, quod maleficium proceſſerit ex animo deliberato.*

112 *Iactatio potentis poteſt etiam indicium facere ad torturam.*

ARTICVLVS VII.

Quantum probent minæ contra minantem.

103 MInæ illatæ in aliquem effectu ſecuto contra illum, in quem minæ illatæ fuerunt aliquam præſumptionem faciunt contra minantem. *l. quidam l. etiam, l. finali ff. de probat. & l. neque profeſſio C. de teſtibus.* Animus enim ex verbis manifeſtatur *l. labeo ff. de ſepell. neg.* Vnde præcedentibus minis, & effectu ſequuto contra minantem præſumitur.

104. Nihilominus dicitur primo, quod præſumptio orta ex minis etiam ſecuto effectu non ſufficit ad condemnandum Reum in criminalibus enim probationes debent eſſe luce meridiana clariores *l. finali C. de probat.* Et non licet aliquem condemnare ex præſumptionibus *l. abſentem ff. de pœnis.* Et licet aliqui voluerint, quod minæ adiuncta inimicitia & conſuetudine exequendi minas, & quod effectus, ſeu offenſa ſit ſecuta incontinenti poſt minas illatas probent taliter, quod poſſit Iudex etiam ad condemnationem deuenire: quod in ſupremis iudicibus admittunt Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 496. Menoch. *de præſumpt. l.* 5. *qu.*80. *nu.* 60. Tamen oppoſitum eſt verum, quia ex indicijs remotis, & non indubitatis non poteſt aliquis criminaliter damnari. *l. ſinguli C. de accuſation. l. qui ſententiam C. de pœnis l. adibus C. de appellat. l. abſentem C. de pœnis*, & per Doctores, quos cumulat Farinaccius *quæſt.* 50. *num.* 38. Vbi *nu.* 39. benè aduertit, quod ad ſummum in delictis occultis, & difficilis probationis poteſt Reus in hoc caſu, & præfatis conditionibus concurrentibus, damnari in aliquam pœnam extraordinariam; qui tamen *parte tertia quæſt.* 86. *nu.* 78. hanc probat non debere eſſe corporalẽ. Quamuis *num.* 117. admittat vbi indicia ſint grauiſſima, & delictum capitale, poſſe Reum puniri pœna exilij, vel pœna ictus funis à Iudice ordinario. Et addat, quod in ſupremis Tribunalibus ex præſumptione violenta imo ex indicijs indubitatis poſſit Reus pœna corporali puniri. Sed hanc violentiſſimam præſumptionem ad effectum pœnæ ordinariæ infligendæ non eſſe admittendam, niſi in caſibus in iure expreſſis, vel niſi à Iudice ſupremo, qui poſſit leges condere, & ſuper præſumptionibus legem ferre adnotatũ *c. Vt inquiſit. de hæret. à n.* 37. *in* 6. Et quod etiã à Iudice Ordinario poſſit Reus puniri pœna corporali extraordinaria ex indicijs probabitur infra ſuo loco: ſed ego cõſidero, quod ſi minę non ſunt pluries iteratæ vnum ſolum indicium faciunt, quod non probat ad ſummum niſi ſemiplenè, ſi ſit indubitatum; vnde non ſufficit ad damnandum Reum in aliquam pœnam grauem,

Digitized by Google

uem, iuxta ea, quæ dicentur infra *qu.*.. *nu.*

105. Dicitur ſecundo, quod adhoc vt minæ faciant indicium ad torturam plures conditionrs requiruntur. Prima eſt, quod minæ ſint abſolutæ, & non rantum conditionatæ. Vt ſi quis dicat Sorori. *Io ti romperò la teſta, ſe ti affacciarai più alla feneſtra*. Vbi enim minæ ſunt condirionatæ non oritur indicium ad torturam, niſi probata illa qualirate, & conditione in minis appoſita. Deficiente enim conditione deficit conditionalis diſpoſitio *l. Pecuniam ff ſi cert. pet.* Foller. Roland. & alij, quos ſequitur Farinaccius *quæſt.* 50. *num.* 32. Secundo requiritur, quod minæ habuerint cauſam aliquam odij, honoris, vtiliratis, &c. Nam nullus præſumitur ex animo, & propoſito verè minari ſine cauſa, vt per Farinacc. *quæſt.* 50. *num.* 3 & Bictum *qu.* 69. *num.* 7. Ideo rertio requiritur, quod minæ ſint illatæ deliberatè, & ſedato animo poſt acceptam iniuriam, non vero incontinenti, & per iracundiam. Menoch. *caſ.* 361. *nu.* 39. Bict. *qu.* 69. *num.* 9. Quarto requiritur, quod minæ non fuerint reuocatæ. Farinaccius *qu.* 50 *nu.* 24. Quinto requiritur, quod minæ non ſint ambiguæ, ſeu æquiuocæ, ſed claræ, & manifeſtæ, & iniuſtam offenſionem inſerentes. Nam ſi quis dicat v. g. *Io mi vendicarò, me ne riſentirò, gli ne farò pentire*, vel aliud ſimile, quod poteſt intelligi de iuſta vindicta iuris, & licito modo, ſic debet etiam intelligi, & huiuſmodi minæ non inducunt certam præſumptionem contra minantem Menoch. *de preſ. lib.* 1. *qu.* 89. *num.* 66. Farinaccius plures referens *qu.* 50. *num.* 18. Atrenta tamen qualitate perſonæ Iudex poterit arbitrari, quod minans intenderet vindictam facti, & propria auctoritate iniuſte factam. In dubio tamen, cum hæc præſumptio ſit dubia non ſufficit ad torturam. Farinaccius *num.* 22.

106. Sexto requiritur, quod offenſus non habeat alium inimicum vltra minantem. Nam ſi habeat alium inimicum, minæ non faciunt præſumptionem certam contra minantem, quia potuit eſſe, quod offenſiò proceſſerit ab alio inimico, maxime ſi ille inimicus fuit conſcius minarum, Menoch *dicta qu.* 89. *num.* 55. Maſcard. *lib.* 9. *de probat. concluſ.* 1057. *num.* 5. Farinaccius *quæſt.* 50. *nu.* 12. Septimo requiritur, quod delictum, ſeu offenſio comminata ſecuta fuerit ſtatim poſt minas, vel paulo poſt non vero ex interuallo. Er ideo Iudex in hoc conſiderare debebit qualitates perſonarum, & an minans poſt tantum tempus iniuriarum oblitus fuerit, & an habuerit occaſionem exequendi minas, & id non fecerit. Farinaccius *dicta quæſt* 50. *nu.* 14. Octauo requiritur, quod delictum, quod eſt ſubſequutum minis ſit illud, quod fuit comminatum, & non ſufficit, quod ſit diuerſum. Specul. *tit. de preſc. verſ. ſed pone*. Farinacc. *quæſt.* 50. *num.* 23. & 25. Aduertendum tamen, quod ſi minæ non ſunt ſpecificæ, ſed in genere, vt cum dicitur. *Ti trattarò male, ti farò mal capitare, ti trarrò vna penna dall'ale, ti farò dolere il capo, &c.* Sufficit quod delictum comprehendatur, Sub illis verbis generalibus, vt poſt Decian. Bart. & alios probat Farinaccius *qu.* 50. *num.* 24. Sed & aduerti debet, quod vnum delictum continetur ſub alio veluti pars in toto, vel vt via in termino, vel vt conſequens ad illud; ſic ſi quis Titio minatus fuerit vulnera, & Titius fuit occiſus, quia vulnera ſunt via ad mortem, & ſæpè contingit, quod intendens vulnerare occidat, vel ſi quis minatus fuerit mortem Titio, & ille ſolum fuit vulneratus, quia ſepè cõtingit, quod intendens occidere ſolum vulneret; Ideo in his & ſimilibus caſibus minæ concurrentibus alijs conditionibus indicium faciunt ad torturam. Farinaccius *num.* 26. Nono requiritur, quod minans poſſit exequi minas, non enim poteſt præſumi, quod minans fecerit, quod non poteſt facere.

107. Iſtis vero conditionibus poſitis adhuc præſumptio ex ſolis minis orta, niſi ſit aliunde adminiculata, non facit indicium ad torturam, vt communiter Doctores tenent apud Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1037. *num.* 43. & Farinaccium *qu.* 50. *num.* 11. & 29. Verum quidem eſt, quod ſi minans ſit ſolitus exequi minas, iam minæ adminiculatæ hac conſuetudine faciunt indicium ad torturam. Farinaccius *n.* 11. & 30. Sed ſi deſit hæc conſuetudo præſumptio ex minis non ſufficit ad torturam, niſi ſit aliquo alio indicio, vel adminiculo fulta. Et multo minus ſufficit, quando non ignoratur delinquens, ſed eſt certus. Sed tunc cum ignoratur delinquens licet vti indicio minarum ad querendum delinquentem.

108. Tandem dicitur, quod ad hoc vt minæ faciant indicium ad torturam neceſſe eſt, quod ſint probatæ per duos teſtes cum omnibus requiſitis ſuprapoſitis. Quamuis vero Anchar. Fulgoſ. Gratian. & alij, quos refert Farinaccius *quæſt.* 50. *num.* 40. voluerint, quod ad hoc ſufficiant duo teſtes concordes in qualitate minarum, licet ſingulares, & non conteſtes in loco, & tempore, & quod minæ ſufficienter probentur per teſtes ſingulares voluerit Bordon. Oppoſitum tamen ſenſerant Sylu. Aldobrand. & Marſil. apud Farinaccium *numer.* 42. ſed dicitur, quod ſi teſtes non ſunt concordes in loco, & tempore, ſed contrarij, ſunt omnino ſuſpecti de falſitate, ſed ſi deponant de diuerſis minis ſingulares ſunt, nec probant niſi eo modo, quo ſupra *quæſt.* 13. *ar.* 3. dictum eſt teſtes ſingulares probare.

109. In illis vero caſibus in quibus minæ non faciunt indicium ad torturam, nec ſufficiunt ad tranſmittendam inquiſitionem abſenti, vt bene aduertit Farinaccius *num.* 44.

110. Dicitur tertio, quod minæ probatæ per vnum teſtem ſufficiunt ad inquiſitionem excipiendam, & ad ſumendam informationem, nec tamen ſufficiunt ad capturam, vel ad interrogandum Reum, ſeu illum inter Reos conſtituendum; cum ad hoc requiratur ſemiplena probatio, ſed ſi etiam adſint duo teſtes, ſed ex eorum depoſitione non remanent proba-

tæ,

tæ minæ cum omnibus conditionibus ſupra requiſitis, non poteſt inquiri ſpecialiter contra Reum, illum interrogando tanquam Reum, quia præſumptio orta ex minis deficiente aliqua ex præfatis conditionibus eſt incerta, vel dubia, vel valdè deficiens. Verumtamen de iſta quæſtione videnda ſunt dicta infra q. ar. u. vbi reſoluitur quæſtio, an ſufficiat vnum indicium indubitatum probatum per vnicum teſtem, ad hoc vt Reus interrogetur.

111. Minæ etiam præcedentes probatæ non ex ira, & animi paſſione, & non ſtatim ante maleficium faciunt præſumere quod maleficium proceſſerit ex animo deliberato. Menoch. *de arbit.* 365. Scroi *part.* 5. *cap.* 3. *num.* 49.

112. Non ſolum autem minæ ſed etiam iactatio proueniens à potente, & ſolito exequi iactationes, & concurrentibus alijs ſupra notatis de minis faciunt indicium ad torturam; ſecus vero ſi, qui ſe iactat, ſit perſona loquax, vel verboſa & timida in effectu, licet abundet verbis Farinac. *quæſt.* 50. *num.* 70.

SVMMARIVM.

113 *Res furata inuenta apud aliquem, indicium facit ad torturam.*
Niſi eſſet bona famæ. ibid. 114.
114 *Famulus habens apud ſe rem domini, etiamſi ſit bonæ famæ, præbet indicium ad torturam.*
115 *Quid dicendum ſit de illo, apud quem inuentum eſt cadauer alicuius hominis occiſi.*
116 *Si autem cadauer inueniatur ſolum prope domum non facit indicium ad torturam, niſi concurrat alia ſuſpitio.*
117 *Sola vicinitas loci delicti non inducit indicium ad torturam.*
118 *Quomodo pax inita faciat indicium ad torturam, & ſit confeſſio delicti.*
119 *Res relicta in loco delicti inditium facit contra relinquentem.*
120 *Conſortium ſuſpectum cum aliquo indicium facit etiam ad torturam.*

ARTICVLVS VIII.

Quantum probet indicium deſumptum ex eo, quod apud aliquem reperta ſit res furata, vel corpus occiſi, vel ex eo quod inueniatur Reum cum offenſo pacem feciſſe vel habuerit ſuſpectum conſortium.

113. RES furata apud aliquem inuenta facit contra illum præſumptionem & indicium ad torturam, niſi nominet eum à quo illam habuit, & probet ſe ab illo eam habuiſſe. Quidquid enim ſit de iure Ciuili, de iure Canonico niſi quis velit torqueri, furta indicare tenetur, ſeu nominare illum à quo habuit rē furatam; & probare ſe ab illo eam habuiſſe. *cap. qui cum fure de furtis, & ibi* Gloſ. & Canoniſtæ & alij plures, quos refert & ſequitur Maſchard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 833. Hoc tamen verum eſt, ſi ille ſit vir malæ famæ. Sed eſto etiam ſit bonæ famæ, & conditionis, & numquam alias de furto ſuſpectus, niſi nominato illo à quo rem habuit, probet ſe ab illo rem habuiſſe, non ceſſabit omnis ſuſpicio; non tamen torqueri debebit, Clar. *quæſt.* 21. *verſ. ſi res furata.* Menoch. *præſumpt.* 29. *num.* 4. Maſchard. *d. concl.* 833. *n.* 5. Berti *tit.* 15. *cap.* 5. *num.* 51. Bictus *quæſt.* 70. *num.* 3. Videas etiam Farinaccium *quæſt.* 177.

114. Quando etiam ille, apud quem res furata eſt inuenta eſt vir grauis, & bonæ famæ, ſufficit, ſi iuret ſe non cognouiſſe illum à quo rem recepit. Scroi *part.* 5. *cap.* 3. *num.* 54. ex Guazz. & Farinac. Imo quod non ſit neceſſe, quod vir bonæ famæ doceat, à quo rem furatam habuerit, probat Guazz. *def.* 17. *cap.* 2. *num.* 5. Quod ſi iſte, apud quem res eſt inuenta, ſit famulus, & res inuenta eſt domini illius, etiam ſi ſit bonæ famæ, ex hoc oritur indicium ad torturam contra ipſum, & multo magis ſi alleget auctorem ignotum, vel dicat ſe non recordari. Farinac. *quæſt.* 177. *num.* 6. Scroi *d. cap.* 7. *num.* 54. Strazolarius tamen, vel Regatterius, qui publicè tenet res venales, illaſque publicè emit ac vendit, nō tenetur nominare illum, à quo rem habuit, ſi ille eſt ignotus, aut eius non recordatur. Guazz. *d. cap.* 2. *num.* 11. Cæterum ſi ſit inueriſimile, quod quis non recordatur eius, à quo rem habuit, vt puta quia de recenti illam recepit, ex hoc creſcit indicium; quod tamen non euenit, ſi dicat ſe neſcire à quo receperit, & ipſe ſit vir bonæ famæ, bona tamen fama ſe ſola non purgat plura indicia, & non iuuat ſi quia inueriſimilia deponat. Guazz. *d. cap.* 2. *num.* 7. Debet vero conſtare, & probari ſaltem per duos teſtes, quod res furata inuenta ſit apud illum, contra quem proceditur, & actione furti tenetur, qui ſcienter rem furatam emit, vel in pignus admiſit, vel eam recepit.

115. Reperto autem cadauere in domo alicuius oritur contra dominum domus indicium ad torturam, quod ille occiderit, imo & contra domeſticos, ſi tamen dominus aut domeſtici ſint malæ famæ, & ſoliti delinquere; Secus vero ſi ſint bonæ famæ. Bictus *quæſt.* 70. *num.* 8. Iſti etiam torqueri non poſſunt, niſi concurrat aliud indicium, vel præſumptio, niſi veriſimiliter Iudex videat homicidium non potuiſſe committi, niſi à domino domus, vel à domeſticis in domo exiſtentibus, in quo Iudex debet eſſe cautiſſimus; nam fuiſſe ad mortem damnatum innocentem, ex eo quod Iudex credidit dominum domus non potuiſſe eſſe vulneratum niſi ab vno domeſtico, refert Farinac. *quæſt.* 52. *num.* 111. Vbi Rem hanc pluribus explicat, & plures Doctores concordantes refert. Poterit quoque dominus domus, etiam ſi ſit bonæ famæ, torqueri, vt teſtis; & ſic etiam poterunt torqueri domeſtici, ſed tam dominus domus, quam domeſtici fugient torturam, ſi probauerint quod erant abſentes, vel extra domum tempore patrati homicidij. Farinac. *quæſt.* 12. *num.* 16. Si

vero

vero dominus domus in hoc caſu fuerit negligens in denunciando factum curiæ, tunc quia concurrit duplex indicium, dominus domus, etiam ſi ſit bonæ famæ, poteſt torqueri Farinac. *quæſt.* 52. *num.* 97. *&* 112.

116. Si vero cadauer non ſit inuentum in domo, ſed prope domum, etiam ſi dominus ſit malæ famæ, non poteſt vt Reus torqueri, niſi concurrente alia ſuſpicione, & ideo ſi dominus domus nullam habet inimicitiam cum occiſo, vel non apparet quare ipſum occidere voluerit, non poteſt torqueri. Farinac. *quæſt.* 52. *num.* 120. *& ſeq.* Bictus *quæſt.* 70. *num.* 6.

117. Vicinitas vero reſpectu loci delicti, vel inueniri incontinenti in loco maleficij, vel inſolita perambulatio in loco, in quo poſtea patratum fuit delictum, vel inſolita frequentatio viæ & loci, in quo quis occiſus eſt, & alia ſimilia non inducunt indicium ad torturam, niſi adſit aliquod aliud indicium, vt v. g. talis ſit vir malæ famæ, & in his ſolitus delinquere, vt per Doctores quos refert Farinac. *quæſt.* 52. *num.* 127. *& ſequentibus*.

118. Ex eo etiam quod quis pro offenſione illata fecerit pacem aut compoſitionem cum offenſo, videtur confiteri delictum, & ſic ex hac pace oritur contra facientem indicium ad torturam. Imo vbi inuenitur inſtrumentum pacis, Mediolani illud plene probare delictum, pro quo pax facta eſt, dixit Clar. *quæſt.* 21. Vbi tamen quod hoc indicium procedit, quando pax facta fuit non gratis, ſed ex pretio. Baiard. ad Clarum. Ideo vt pax non faciat indicium cautelæ ſunt, vt pax fiat iuſſu Iudicis. Secundo vt fiat gratis. Tertio quod Reus non fateatur crimen, ſed expreſſe dicat ſe pacem facere, non quia crimen commiſerit, ſed vt vitet litis incommoda. Verum quando pax inita cenſeri poſſit confeſſio delicti, & noceat ineunti pacem, dicitur infra *quæſt.* 23. *num.* 12. & pariter quomodo inſtrumentum probet delictum, dicetur infra vbi de probatione per ſcripturam.

119. Res etiam alicuius inuenta in loco, vel circa locum delicti, vt puta, cum occiſus fuerit Titius in aliquo loco, ſi in eodem loco apud occiſum, vel prope illum inuentum eſt pallium Fulani, vel pileus, vel gladius, vel aliquod aliud, quod probatur eſſe Fulani, hoc eſt indicium cōtra Fulanum. Præſumitur enim Fulanum illud reliquiſſe, vt citius fugeret, vel ſibi non aduertenti cecidiſſe in delicti commiſſione, vel poſt; ſed hoc indicium ſe ſolo non ſufficit ad torturam, niſi ſit adminiculatum.

120. Suſpectum etiam conſortium cum aliquo ſi ſit plene probatum, non ſolum quatenus in ſe eſt malum & prohibitum poteſt puniri, ſed quatenus eſt indicium alterius delicti, quod ex illo conſequi ſolet, facit, vt talis poſſit torqueri. Sic ſi Iuuenis fuerit inuentus ſolus cum muliere in loco ſecreto & apto ad peccandum cum illa; ſeu ſi quis coram teſtibus captus fuerit in aliena domo, vel officina, vel camera de nocte, vel inuentus fuerit ſolus cum ſola clauſo oſtio, & maximè ſi fuit inuentus ſpoliatus, præſumitur quod ibi fuerit ad fornicandum, & interrogari poterit de delicto præſumpto, & ſi neget poteſt torqueri, niſi oſtendat cauſam rationabilem, & veriſimilem, ob quam ibi fuerit. Nec eſt neceſſe, quod hanc cauſam probet, ſi ſit vir bonæ famæ. Sed ad euitandam torturam ſufficit, vt illam adducat, & cauſa ſit veriſimilis, ſecus ſi in illo genere delicti ſit malæ famæ & ſolitus delinquere. Sylu. *v. indicium quæſt.* 2. Ang. *num.* 2. Tabien. *num.* 1. Armill. *num.* 20. Sanchez *lib.* 6. *conſ. cap.* 3. *d.* 15. *num.* 5. Et in his caſibus dato, quod pro delicto præſumpto non poſſit puniri, potuit tamen puniri pro ſuſpecto conſortio prohibito, & de quo conſtat. Sanchez *lib.* 3. *conſ. cap. vnico dub.* 12. *num.* 21.

SVMMARIVM.

121 *Deprehenſio in actu proximo delicto indicium facit ad torturam.*

122 *Quid ſit dicendum, ſi aliquis exeat de domo alicuius, in qua aliquis occiſus fuit, cum gladio euaginato.*

123 *Et ſi quis inueniatur nudus cum nuda in eodem lecto.*

ARTICVLVS IX.

Quantum probet deprehenſio in actu proximo delicto.

121. HVιuſmodi deprehenſio indicium proximum facit, & ideo facit pluſquam ſemiplenam probationem delicti. Vnde ſufficit ad torturam. Huiuſmodi indicium eſt, ſi quis ex domo in qua quis occiſus fuit, viſus eſt exire pallidus & cum gladio ſanguinolente. Io. Andreas *in cap.* Romanæ. §. *finali de appellat.* 6o. vbi Gemin. *n.* 5. Franc. *n.* 3. Menoch. *de arbitr. caſ.* 270. *n.* 18. & de præſumpt. *lib* 1. *q.* 89. *n.* 117. & alij Doctores omnes, vt teſtatur Farinac. *q.* 52. *n.* 50. Et hoc eſt verum etiam de eo, qui de agro, in quo quis fuit occiſus, exit cum gladio euaginato & ſanguinolento; ſed & Reum poſſe torqueri, ſi eius gladius reperiatur ſanguine aſperſus plures dicunt; Sed ex Carena & Menoch. *d. q.* 86. *n.* 135. aduertendum, quod hoc indicium diluitur, ſi appareat dominum enſis illum alteri commodaſſe, vel illum ammiſiſſe, vel ad alienas manus perueniſſe, vel ſanguinem aliunde cauſatum fuiſſe ex occiſione animalis, vel ſi conſtet ſanguinem in gladio extitiſſe ante homicidium, vt quia ex illius inſpectione & peritorum iudicio appareat, maculam ſanguinis non eſſe de recenti. Et nihilominus etiam iſtis ceſſantibus, niſi inquiſitus fuerit repertus cum illo gladio ſanguinolento prope cadauer occiſi, & tempore homicidij, vel niſi aliqua alia concurrat coniectura, ex hoc ſolo indicio non deuenitur ad torturam. Farinac. *q.* 52. *n.* 50. *&* 58.

122. Cum vero diſputent Doctores, an indicium, quod ſumitur ex eo, quod quis de domo

in quo

in qua aliquis eſt occiſus, viſus fuit exire cum gladio euaginato & ſanguinolento ſufficiat ad damnandum inquiſitum, pluribus id affirmantibus, negantibus alijs, dicendum primo neceſſe eſſe ad hoc, vt tale indicium vim habeat, quod domus illa non habeat niſi vnum aditum & exitum, & quod ſit per duos teſtes probatum; & his poſitis hoc indiciũ numquam ſufficit ad damnandum inquiſitum in pœnam ordinariam, ſed ſolum in extraordinariam, niſi Iudici magis placeat inquiſitum torquere ad eruendam veritatem. Farinaccius *d. q. 52. n. 55. & ſequentibus*. Sed videnda ſunt, quæ probantur infra *q. 29. a. 1.*

123. Aliud ſimile indicium eſt, ſi quis nudus cum nuda inueniatur in eodem lecto, & de hoc idem dicendũ, quod de ſuperiori dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Explicatur quid ſit præſumptio, & ſuſpicio. n. 2.*
3 *Per quid diſtinguatur præſumptio ab indicio.*
4 *Præſumptio diuiditur in præſumptionem hominis, iuris, iuris & de iure.*
Explicatur diuiſio. ibid. & ſequent.
Lex affirmans, vel negans aliquid per propoſitionem cathegoricam non præſumit, ſed definit. ibid.
5 *Lex circa vniuerſalia verſatur, nec decernit de ſingularibus.*
6 *Explicatur ſupradicta diſtinctio præſumptionis ibid.*
7 *Diſtinguitur etiam præſumptio in leuem, vehementem, & violentam.*
Diffiniuntur & explicantur dictæ præſumtiones. ibid.
8 *Quale ſit diuiſum in dicta diuiſione præſumptionis.*
9 *Dicta diſtinctio habet locum in præſumptione ſingulari & hominis, non iuris.*
10 *Explicatur quid ſit præſumptio temeraria, leuis, grauis & vehemens, & violenta.*
11 *Quomodo præſumptio violenta ſit præſumptio iuris. & ſeq.*
Opiniones variæ ibid.
12 *Notitia quæ eſt plena probatio, non eſt propriè præſumptio. num. 13.*
Explicatur. ibid.
14 *Præſumptio violenta, & indubitata coincidit cum præſumptione iuris & de iure.*
15 *Obiectio, & reſponſio.*
16 *Quomodo explicetur diuiſio præſumptionis, per diuiſionem indiciorum.*
17 *Suſpicio alia bona, alia mala.*
Et quid ſit vtraque. ibid.
18 *Quid ſit ſuſpicio legalis.*
19 *Suſpicio diuiditur in leuem, vehementem, & violentam.*
Quomodo ſuſpicio leuis ſit temeraria. ibid.
20 *Et quomodo ſuſpicio dicatur violenta.*
21 *Explicatur quid ſit fictio iuris.*
22 *Vna obiectio, & reſponſio.*
23 *Explicatur etiam quid ſit coniectura.*
Præſumptio violenta, plenè probat, quod non verificatur de præſumptione abſolutè. ibid.
24 *In quo conueniant, & differant indicium, præſumptio, ſuſpicio, & coniectura.*

QVAESTIO XVIII.

De probatione per præſumptiones.

ARTICVLVS I.

Quid ſit præſumptio, ſuſpicio, & coniectura.

1. PRæſumptio Theologicè ſumpta vitium eſt ſpei contrarium, quando quis ſperat aliquid ſuper vires proprias, vel contra iuſtitiam Dei. D. T. *2. 2. q. 21. a. 1.* Sed præſumptio iuridica ad intellectum pertinet, & eſt nomen valdè æquiuocum. Tria enim cum conſiderari poſſint circa notitiam practicam particularem, & ſilogiſmum, quo Iudex concludit in ſingulari, quod hoc vel illud ſit verum, nimirum medium ſilogiſmi, ex quo infertur concluſio, diſcurſus, & ſilogiſmus ipſe, per quem concluſio infertur, & concluſio ipſa illata; aliquando præſumptio ſumitur pro obiecto ipſo cognito, & ſic dicitur, quod præſumptio eſt veritas veriſimilis, & non certa; aliquando ſumitur pro medio ipſo, ex quo aliquid veriſimile concluditur, & ſic præſumptio idem eſt quod indicium, ex quo aliquid præſumitur; aliquando ſignificat ſilogiſmum ipſum, per quem intellectus diſcurrendo præſumit, vnde a multis deſcribitur, quod ſit ratiocinatio à veriſimilibus ſumpta, vel quod ſit argumentum ad credendum aliquid factum, ex alio facto probato. Propriè tamen & communiter præſumptio accipitur pro concluſione ſylogiſmi pratici, nimirum pro illo actu intellectus, qui eſt iudicium de recognita, & præſumpta: vnde apud Farinac. *q. 36. à n. 67.* aliqui dixerunt præſumptionem eſſe conceptum mentis cauſatum ab aliqua probabili coniectura, vel eſſe cognitionem veritatis ex circumſtantiis reſultantem, vel eſſe ſuſpicionem in animo Iudicis cauſatam ex multis argumentis.

2. Verum cum plures ſint actus intellectus, & præcipuè ſint tres, ſcilicet ſuſpicio, opinio, & ſcientia, propriè præſumptio eſt opinio, & iudiciũ intellectus probabiliter concludentis & opinantis. Præſumptio igitur non eſt ſcientia, & non requirit certitudinem. Et propterea DD. apud Farinac. loco citato dixerunt præſumptionem cauſari ex probabilibus coniecturis, vel nihil aliud eſſe quam ſuſpicionem cauſatam in animo Iudicis ex coniecturis, vel indicijs, vel eſſe Rei dubiæ rationabilem coniecturam, vel eſſe veriſimilitudinem veritatis neceſſario non aſtringentem. Præſumptio ergo propriè non eſt ſcientia, nec eſt indicium certum, Sed tamen neque eſt pura & ſimplex ſuſpicio. Dubietatem autem importat ſuſpicio; aliquando tamen talem, vt intellectus nulli parti contrariorum adhereat, licet non nihil magis inclinet in

vnam

vnam partem, quam in aliam, & hæc ſuſpicio diſtinguitur ab opinione, quia opinio eſt motus animi adhærentis quidem vni parti, ſed cum trepidatione, & formidine alterius partis. Et ſic opinio diſtinguitur à ſcientia, quia hæc eſt certa, nec admittit contrarij formidinem, & propter hoc opinio admittens formidinem contrarij conuenit cum ſuſpicione, & imo vocatur ſuſpicio. Vnde D.Th. *2. 2. q.* 60. *a.3.* inquit quod ſuſpicio vitioſa eſt opinio mala ex leuibus indicijs. Et tamen opinio à ſimplici ſuſpicione diſtinguitur, quia opinio adhæret vni parti determinate, ſuſpicio vero neutri adhæret, licet aliqualiter magis inclinet in vnam partem, quam in aliam. Præſumptio igitur eſt opinio, quæ ſi ſit ex indicijs, ſeu medijs probabilibus eſt legitima, & vera; ſed ſi ſit ex principijs leuibus, & non ſufficientibus ad determinandum intellectum, vt adhæreat vni parti, eſt temeraria, & vitioſa.

3. Diſtinguitur igitur præſumptio ab indicio, quomodo diſtinguitur cõcluſio à medio, ex quo deducitur; indiciũ enim eſt medium ex quo deducitur per conſequentiam certam, vel probabilem innocentia, vel delictum alicuius, Sylu *v. indicium num.* 1. Sic enim ex quo occiſus eſt Titij inimicus, deducitur quod fuerit occiſus à Titio; ſed præſumptio eſt actus intellectus practici, qui actus eſt iudicium ex indicijs coniecturis & ſimilibus deductum, per quod præſumens iudicat de innocentia, vel delicto alicuius. Sic ergo quando multoties præſumptio apud DD. accipitur pro inditio, aduertendum eſt quod ſolum indicium non indubitatum, probabile tamen, & ſufficiens ad opinandum venire poteſt ſub nomine præſumptionis. Nam indicium indubitatum inducit ſcientiam, & certe probat ex ſe; præſumptio vero non eſt ſcientia, ſed opinio.

4 Diſtinguitur vero præſumptio in præſumptionem hominis, iuris, & iuris & de iure. Præſumptio hominis eſt quam facit homo, vel Iudex ex ſe ipſo ſpectatis indicijs ſeu coniecturis; præſumptio iuris eſt quæ eſt probata à iure, & cuius exempla in iure habentur, & quã facit lex, quę ex hoc vel illo indicio, aut coniectura præſumit ſic eſſe, vel non eſſe. Tales præſumptiones ſunt iſtæ, quod nullus præſumitur iactare ſuum, ſeu quod in dubio quilibet præſumitur bonus. Sed hic valde aduertendum, quod quando lex per cathegoricam propoſitionem affirmat, vel negat aliquid eſſe, vel non eſſe, non præſumit, ſed definit, vt cum dicitur, quod cognoſcens vxorem alterius eſt adulter. Tunc ergo præſumit, quando verbo, vel facto non aſſerit ſic eſſe, vel non eſſe, ſed aſſerit ſic præſumi, vel de facto in hoc vel illo caſu, & facto præſumit actum bonum, vel malum. Et tunc affirmat præſumptionem, & ſic illam iuſtificat, ſed non affirmat præſumptum eſſe, ſed illud præſumit eſſe. Et ita præſumptio iuris non excedit vires opinionis reſpectu rei præſumptæ, ſed ius præſumere non eſt niſi ius opinari, quod præſumptum ſit, vel non ſit, & ſic iuſtificat præſumptionem, & opinionem tanquam rationabilem. Et ita præſumptio hominis & iuris diſtinguuntur, quia præſumptio iuris eſt ſcripta, & expreſſa in lege, non verè præſumptio hominis: ſed præſumptio iuris & de iure bene diffinita fuit ab Alciato *de præſ. part.* 2. *num.* 3. quem alij communiter ſequuntur, quod ſit diſpoſitio & iudicium legis aliquid præſumentis (& in hoc conuenit cum præſumptione iuris) & inſuper ſtatuentis, vt illud pro certo, & comperto, & plene probato habeatur. Et huius exemplum habemus *in cap. cum contumacia de hæret. in* 6. vbi plura explicantur ad rem hanc ſpectantia. Et de hac materia videantur Menoch. *de præſ. lib.* 1. *q.* 1. *& ſequentibus.* Maſcard. *lib.* 1. *de prob q.* 10. Farinac. *q.* 36. *à n.* 67. qui abunde alios Doctores referunt. Videantur etiam quæ ſcripſi *cap. vt Inquiſitioni*, *a num.* 38. *de hær. in* 6.

5. Sed hæc diſtinctio, quæ communis eſt indiget explicari; nam nulla præſumptio in ſingulari eſt à iure. Nulla enim lex decernit de ſingularibus ſignatis, vt quod Titius hic & nũc cum his circumſtantijs occiderit Caium; lex enim circa vniuerſalia verſatur, quæ cum aliqua certitudine per legiſlatorem cognoſci poſſunt; non vero circa ſingularia contingentia, in infinitum variabilia, & infinitis caſibus fortuitis ſubiecta, ideoque incertiſſima, & quæ ſolum per ſenſum à præſentibus certo, & per euidentiam cognoſci poſſunt. Implicat verò legiſlatorem eſſe infinitis ſingularibus præſentem, vt poſſit de ſingulis decernere. Iudicium igitur ſingulare per quod iudicatur, vel certo, vel opinatiuè, & præſumptiuè, quod Titius, vel alius ſingularis commiſerit in ſingulari homicidium, vel adulterium, vel aliud crimen, eſt iudicium hominis, vt puta Iudicis; & ſic ſi eſt iudicium, quod ſit præſumptio, eſt præſumptio hominis. Et nihilominus dicitur ſecundo, quod omnis præſumptio in vniuerſali eſt præſumptio iuris. Nam in ſyllogiſmo particulari practico, vel certo, vel præſumptiuo, ſemper maior propoſitio ſaltem primo prima ſubminiſtratur a lege, vel naturali, vel diuina, vel poſitiua. Sic, quod ille, qui auctoritate priuata priuat alium vita ſit homicida, vel quod habens rem cum vxore alterius ſit adulter, habetur ex omni lege; ſed poſtea ſubſumere [ſed Titius ſic priuauit vita Caium, aut habuit rem, cum vxore Seij] eſt hominis; Et ideo etiam ex parte minoris propoſitionis omnis præſumptio in ſingulari eſt præſumptio hominis. Quomodo igitur verificatur illa diſtinctio?

6. Reſpondetur, quod diuiſum in hac diuiſione eſt præſumptio communis, ſeu generalis. Duplex enim eſt præſumptio, ſingularis, ſcilicet, qua Iudex, vel alius in ſingulari præſumit, & opinatur v.g. quod Titius ſit adulter, & communis, qua præſumitur generaliter, quod faciens hoc, vel illud præſumatur adulter. Modo quando diuiditur præſumptio in præſumptionem hominis, & iuris, ſermo eſt de præſumptione in

ne in communi, quæ etiam non eam eſt præſumptio, quam regula ad præſumendum. Et in ſyllogiſmo præſumptiuo habet locum maioris propoſitionis. Modo diſtinctio præſumptionis in præſumptionem hominis, & iuris verificatur reſpectu proximioris maioris propoſitionis ſyllogiſmi præſumptiui. Cum enim ſyllogiſmi ſingulares deducantur ſepiſſimè non immediatè ex primis principijs legis, ſed mediatè, ſepiſſimè contingit, quod maior propoſitio ſyllogiſmi ſingularis non habeatur expreſſa in lege, ſed ſit concluſio deducta à ſyllogizante ex alijs, & alijs principijs legis, vt puta cum quis argumentatur ex opinione probabili in iure, hæc opinio non eſt legis principium certum, ſed eſt concluſio ab homine deducta, & ideo præſumptio ex illa opinione deducta, eſt præſumptio hominis, tum ex parte minoris, quam maioris propoſitionis. Et hæc dicitur præſumptio hominis. Sæpe verò maior propoſitio proximior cui innititur præſumens eſt propoſitio expreſſa in lege, vt puta cum dicitur (vnuſquiſque præſumitur bonus niſi aliud obſtet) & ſubditur, ſed Titio nihil obſtat, igitur Titius præſumitur bonus. Maior enim huius ſyllogiſmi habetur expreſſa in lege; & ideo dicitur præſumptio iuris; ſed aliquando maior propoſitio nedum eſt expreſſa in lege, ſed eſt a lege ſtatuta, quia cum de ſe non ſit omnino certa, ius ſtatuit, vt habeatur pro vera, & certa, vt quod contumax habeatur pro confeſſo, vel conuicto, & hæc eſt præſumptio iuris, & de iure.

7. Rurſus diſtinguitur præſumptio in leuem vehementem, & violentam. Præſumptio vero leuis ſecundum Alexand. de Ales *par. 3. qu. 45. num.* 7. eſt, in qua parua eſt coniectura mali, ſi malum præſumatur, & magna boni: ſed aduertendum, quod præſumptio poteſt dici leuis dupliciter, vel ſcilicet abſolutè, vel comparatiuè; Præſumptio leuis abſolutè eſt illa, quæ oritur ex cauſa abſolute leui, vt ſi quis opinetur aliquam eſſe meretricem, quam ſemel vidit loquentem ſecretò cum aliquo in platea, & huiuſmodi præſumptio eſt temeraria, & vitioſa. Sed ſi leue ſumitur comparatiue, tunc opinio eſt leuis quando motiuum abſolutè eſt graue, & ſufficiens ad opinandum ſic eſſe, vel non eſſe, ſed comparatiue ad alia motiua eſt leue, vt cum quis habet ſufficiens motiuum ad opinandum ſic eſſe, ſed cum maiori titubatione, & formidine oppoſiti. Præſumptio enim vehemens eſt applicatio, & adheſio animi boni viri ad valde veriſimile. At præſumptio violenta eſt illa, in qua animus iudicantis in contrarium perſuaderi non poteſt; ſed hæc diſtinctio expreſſe in iure non habetur, & valde obſcura eſt, & eius veritas diligentius examinari debet.

8. Conſiderandum igitur eſt primo, quod Farinaccius *quæſt.* 36. *num.* 110. arbitratur, quod præſumptio iuris ſit violenta; ſed notandum, quod dum diuiditur præſumptio in leuem, &c. diuiſum in hac diuiſione, vel eſt ſola præſumptio ſingularis, quæ aliquando eſt etiam nedum leuis, ſed temeraria; vel eſt ſola præſumptio hominis. Nam alias præſumptiones iuris ſunt certiſſimæ regulæ ad præſumendum, & in ſe ipſis, ſunt veræ, & certæ, vt certum eſt, quod nullus præſumitur malus, niſi aliunde appareat talis. Et nihilominus eſto præſumptiones iuris, ſint certæ, contingit, quod iudex in ſingulari non inferat certam concluſionem, imo ſepe temerarie præſumat in ſingulari, quia ſub maiori propoſitione, & præſumptione certa ſubſumat minorem particularem leuem, & innitatur indicio leui, ex quo nec præſumptiue poteſt inferri concluſio ſingularis. Sed & conſiderandum eſt, quod & præſumptiones communes hominis, nedum poſſunt non eſſe vehementes, ſed leues, ſed etiam leuiſſimæ, imo temerariæ, & falſæ, ex principijs legis, vel ex leuibus principijs, vel etiam improbabiliter deductæ, & ita vt ex illis non poſſit niſi vel leniter, vel etiam temerè aliquid præſumi in ſingulari. Diſtinctio igitur præſumptionis in leuē, vehementē, & violentam non habet locū niſi in præſumptione ſingulari, vel etiā in præſumptione communi hominis, non vero in præſumptione iuris.

9. Hinc colligi poteſt, quæ præſumptio ſit temeraria, vel leuis, vel grauis, & vehemens. Quia enim ex principijs incertis non habetur certa cognitio, neque ex improbabilibus probabilis, neque ex inueriſimilibus veriſimilis, oportet primo quod ſyllogiſmi iudicialis maior & minor propoſitio compræhendat caſum particularem, de quo agitur, & quod vtraque ſit vera & probabilis. Et quia qui ſimpliciter dubitat non præſumit, non ſufficit quod altera ex præmiſſis ſit ſimpliciter dubia, ſed vtraque debet eſſe tam certa, quantum ſufficit ad opinionem, & ita quod iudex illis adhæreat, licet cum aliqua formidine oppoſiti. Vtraque vero debet eſſe bene diſpoſita, licet non ſit neceſſe quod Iudex ſeruet Logicalem formam ſyllogizandi, ſed ſeruet naturalem. Hæc omnia verò importantur dicendo quod oportet conſequentiam, per quam ex indicio ſeu medio deducitur cōcluſio, ſecundum eſſe veriſimilem, & probabilem; quod autem indicium, vel medium eſt minus, vel magis efficax, & conſequentia eſt magis vel minus probabilis, & veriſimilis, præſumptio, quæ eſt opinio deducta ex probabilibus, & veriſimilibus eſt, vel leuis, vel vehemens.

10. Si igitur tam ex regulis generalibus quam ex circumſtantijs particularibus, Iudex non habet probabile & veriſimile motiuum, vt adhæreat vni parti, & ſaltem opinetur ſic eſſe, vel non eſſe, & tamen præſumit, temeraria eſt præſumptio: Si autem omnibus penſatis habet ſufficiens principium, vt adhæreat vni parti, licet cum aliqua formidine oppoſiti, tunc legitimè præſumit, vel leuiter, vel vehementer ſecundum quod ex illo principio concluſio deducitur cum minori, vel maiori probabilitate, & veriſimilitudine. Habetur vero maior probabilitas & veriſimilitudo, ſi conſequentia ſit moraliter neceſſaria, & in hoc caſu ſi neceſſitas ſit ex

legis

legis ſtatuto volentis, *vt conſequentia illa habeatur pro indubitata*, habetur præſumptio violenta quæ ſimul eſt præſumptio iuris, & de iure; ſed ſi conſequentia ſit ex natura rei neceſſaria, oritur notitia, quam plures dicunt eſſe præſumptionem violentam; ſed de hoc dicam in ſequenti uumero.

11. Sed numquid præſumptio violenta conuertibiliter ſe habet cum præſumptione iuris, & de iure? Farinac. *quæſt. 36. num.* 125. diſtinxit præſumptionem iuris, & de iure in eam, quæ deſumitur ex humanis principijs, nimirum ex actibus hominum, & eam, quę eſt ex naturalibus principijs, dans exemplum prioris præſumptionis in eo, qui de domo, in qua inuentus eſt occiſus, exiuit cum nudo, & diſtricto in manibus gladio, vna cum veſtibus ſanguine madefactis; & ſecundæ in muliere habente lac in mammis, quæ ex hoc præſumitur corrupta. Sed huiuſmodi præſumptiones ſi præſumptiones eſſent, eſſe præſumptiones violentas non poſſet negari; ſed eas eſſe præſumptiones iuris, & de iure probandum fuiſſet adducendo iura, in quibus expreſſe, & in ſpecie ſtatutum fuiſſet, quod iſtæ præſumptiones haberentur pro indubitatis, & plene probarent. Hoc enim eſt neceſſarium ad præſumptionem iuris, & de iure, vt ex Bald. & quampluribus Doctoribus docet idem Farinac. *num.* 100. *&* *num.* 114. ex eodem Baldo & alijs dixit violentam præſumptionem eſſe, ex qua animus iudicantis in contrarium perſuaderi non poteſt, nec verti poteſt in conſcientiam oppoſitam.

12. Duo igitur pro nunc mihi dicenda ſunt Primum eſt quod notitia, quæ eſt plena probatio, ſiue ſit ex teſtibus pluribus conteſtibus, & maioribus omni exceptione, ſiue ex indicijs indubitatis, ſiue ex quocumque alio medio, non eſt, nec poteſt dici proprie præſumptio, niſi valde abuſiue, ſed debet dici vel viſio ſenſibilis, aut ſaltem viſio mentis, ſeu certa notitia, ſeu plena rei probatio. Oſtenditur hoc ex eiſdem Doctoribus; nam vt patet ex diffinitionibus præſumptionis, quas refert Farinac. *num.* 67. *Præſumptio eſt conceptus in mente cauſatus ex aliqua probabili coniectura, vel eſt ſuſpicio in animo cauſata ex varijs argumentis, coniecturis, & indicijs, vel eſt ratiocinatio à veriſimilitudinibus ſumpta, vel eſt rei dubia rationabilis coniectura à lege approbata ad aliquid in animo fingendum, vel eſt veritas veriſimilis, & non certa, vel quod aliud non eſt quam coniecturalis probatio, vel eſt veriſimilitudo veritatis neceſſario non adſtringens.* Huiuſmodi omnes diffinitiones ex diuerſis Doctoribus refert & approbat Farinac. *num.* 67. *& ſequent.* At vero euidens eſt & indubitatum tam ex Iure, quam ex Philoſophia, & Theologia, quod ſuſpicio, coniecturalis cognitio, notitia ex probabilibus, & veriſimilibus deducta, vel alia ſimilis non importat certitudinem, nec etiam moralem, ſed ad ſummum importat opinionem, quæ eſt adhæſio ad vnam partem cum formidine oppoſiti; & ideo idem Farin. *num.* 272. ex Baldo & Menoch. docet, quod præſumptio & coniectura ſunt idem.

13. Vbi igitur duo concurrunt, quod ſcilicet indicium, vel quodcumque aliud medium ſyllogiſmi iudicialis eſt verum, & certo probatum, vnde eſt certum ſaltem moraliter; ſecundum, quod conſequentia, per quam ex illo medio concluditur delictum, eſt neceſſaria, non adeſt præſumptio, ſed certa probatio & veritas, & delicti viſio, ſaltem mentalis, & hanc notitiam vel iudicium vocare præſumptionem eſt confundere terminos, & veritatem non declarare, ſed confundere: ſic vbi per plures teſtes omni exceptione maiores, & conteſtes probatum eſt Seium occidiſſe Caium, Iudex non præſumit, ſed ſcit Seium eſſe homicidam, & Iudex qui ſuis oculis videt mulierem lactare infantem non præſumit illam corruptam, ſed ſcit illam non eſſe virginem, ſed corruptam.

14. Dicitur ſecundo, quod præſumptio indubitata, vel non eſt præſumptio, vel ſi talis poteſt dici, eſt pręſumptio iuris & de iure; ſi enim eſt indubitata ex natura rei non eſt præſumptio; ſed ſi eſt indubitata fictione iuris eſt præſumptio iuris & de iure. Et ideo *cap. vt Inquiſitionis de hæreſ. in* 6. *num.* 38. dixi quod præſumptio violenta coincidit cum præſumptione iuris & de iure, quia ſi violentat vel neceſſitat ex natura rei, non eſt præſumptio; ſi vero neceſſitat ex ſtatuto legis, eſt præſumptio iuris & de iure.

15. Sed forſan dicet aliquis, quod quia certitudini morali poteſt ſubeſſe falſum, notitia moraliter certa & neceſſaria poteſt dici præſumptio. Sed obſtat, quia vt habetur ex diffinitionibus præſumptionis, præſumptio non eſt niſi ſuſpicio, coniectura, veriſimilitudo, & magis propriè loquendo opinio, cui repugnat certitudo, quæ ſit aſſenſus non admittentis formidinem alterius partis. Certitudo vero moralis, licet ſit talis, cui poteſt ſubeſſe falſum, tamen non admittit formidinem alterius partis. Et quia in moralibus, quæ ſunt circa ſingularia contingentia, & multipliciter variabilia, & ſubiecta fortunæ, & caſui, moralia non ſunt capacia certitudinis, cui non poſſit ſubeſſe falſum, vt docent DD. & nihilominus in moralibus etiam diſtinguitur opinio à ſcientia particulari, nec vna cum alia confundi debet; & ex communi doctrina probatio inferens ſcientiam eſt plena probatio; at vero vt docet idem Farinac. *quæſt.* 20. *num.* 341. præſumptio eſt minus quam probatio ſimplex; imò quam ſemiplena probatio, vbi ergo notitia eſt moraliter certa, illa non eſt præſumptio. Et quia in moralibus eſt certum moraliter, quod euenit vt in pluribus, & raro deficit, ideo vbi in moralibus infertur concluſio vera vt in pluribus, & in ſingulari caſu non apparet aliquod motiuum ex quo intellectus poſſit dubitare, an concluſio non ſit vera, ibi eſt ſcientia, & certitudo & non præſumptio. Adde vero quod quatenus diceretur v. g. quod ex lege poſitiua eſt, quod indubitanter credatur pluribus teſtibus conteſtibus

& idoneis, primo negatur quod ſit ſolum ex lege poſitiua, ſecundo dicitur quod ſi ex hoc quis vellet dicere, quod probatio per teſtes, ex lege ſolum faciat præſumptionẽ, (quod tamen eſt pluſquã falſum) iam hæc præſumptio iuris eſſet, & de iure. Et tertio dico dari quã plura indicia prorſus indubitata, ex quibus ex natura rei per neceſſariam conſequentiam deducitur delictum vel opus bonum, & ex quibus non præſumitur, ſed ſcitur ſic eſſe & non eſſe.

16. Ne ergo errare contingat, primo conſideretur, quod diſtinctio præſumptionis, in leuem, vehementem, & violentam, facilius intelligitur, ſi præſumptio accipiatur pro indicio, quia indiciorum alia ſunt leniora, alia vehementiora, alia indubitata, & ideo violenta; ſed hæc propriè non faciunt præſumere, ſed faciunt ſcire, ſi ſunt probata. Secundo conſideretur, quod DD. multi, qui admittunt præſumptionem violentam, videntur nomine præſumptionis intelligere notitiam omnem, quæ fit ex indicijs ſiue probabilibus ſiue indubitatis; ideo quidquid ſit de nominibus, dum videndum erit quantum probent præſumptiones, & alia huiuſmodi, melius erit diſtinguere & præſumptiones ab indicijs, & notitias quæ ſunt ex indicijs probabilibus, quæ ſolæ ſunt propriè præſumptiones, ab illis, quæ ſunt ex indicijs indubitatis, quæ propriè non ſunt præſumptiones.

17. Sed ſuſpicio quid eſt, & qualiter diſtinguitur à præſumptione? ſuſpicio ſumitur, & in bonam partem & in malam. Mala autem ſuſpicio, eſt vitium & opinio mali ex leuibus indicijs orta vt docet D. Th. 2. 2. *quæſt.* 60. *art.* 3. Sed abſolute loquendo de ſuſpicione, vt eſt quid commune ad ſuſpicionẽ magis proprie ſumptã & opinionẽ, ſuſpicio non eſt niſi declinatio aliqua animi potius ad vnam partem, quam ad alteram. Sed ſi intellectus maneat dubius, & perplexus, ſed tamen ita quod potius inclinat in vnam partem quam in aliam, hæc propriè eſt ſuſpicio. Et ſic ſuſpicio magis propriè dicta eſt motus animi dubitantis, & non iudicantis ſic eſſe vel non eſſe, ſed tamen potius declinantis in vnam partem, quam in aliam. Et hæc ſuſpicio ſi ſit ſuſpicio mali de proximo ex non proportionato motiuo eſt ſaltem peccatum veniale, vt Doctores docent. Alio modo intellectus declinat in vnam partem iudicando ſic eſſe, vel non eſſe, non tamen certò, ſed cum aliqua formidine alterius partis, & hoc eſt intellectum opinari. Et ſic opinio eſt declinatio intellectus ad vnam partem iudicando illam veram, non tamen ſine aliqua formidine alterius partis, vt docet D. Th. p. 1. *quæſt* 79. *art.* 9. *ad* 4. Et huiuſmodi ſuſpicio, ſi ſit de malo graui proximi ex leui indicio eſt ex ſuo genere peccatum mortale. D. Th. 2. 2. *quæſt.* 60. *art.* 3.

18. Suſpicio ergo legalis qualis eſt? Hæc non eſt mala, quia ſuſpicio legalis de ſua eſſentia petit, vt ſit ex probabilibus, & veriſimilibus indicijs. Imò contra legem eſt, quod Iudex temerariè velit ſuſpicari ſine ſufficienti motiuo. Et quia vbi ratio remanet dubia, & quamuis declinet in vnam partem, nulli tamen parti adhæret, rectè non poteſt Iudex ex tali ſuſpicione decernere de innocentia, vel culpa hominum; ideo dicendum videtur, quod ſuſpicio legalis non eſt pura ſuſpicio, ſed eſt opinio, & poteſt definiri, quod ſit motus animi adhęrentis vni parti cum titubatione, & non ſine formidine alterius partis. Verum conſideratur, quod licet, vel ad damnandum Reum, vel ad torturam, imò ad inquiſitionem ſpecialem non ſufficiat ſuſpicio magis propriè dicta, quę ſit motus animi dubitantis licet propendentis magis in vnã partem; hæc tamen ſufficit ad inquiſitionem generalem nimirum ad ſumendam informationem media inquiſitione generali, vt dictum eſt ſupra, ideo videri poterit, quod hęc etiã contineatur ſub ſuſpicione legali, non tamen ſub pręſumptione. Quia, qui dubitat, non præſumit; & ita in plus ſe habeat ſuſpicio quam præſumptio.

19. Diuiditur vero ſuſpicio in leuem, vehementem, & violentam, ſicuti diuiditur præſumptio. Dicitur ſuſpicio leuis, quę eſt ex leuibus indicijs, ſed ſi hoc eſt, videtur, quod ſuſpicio leuis ſit temeraria, & vitioſa, quia temerarium eſt ex leuibus indicijs malum graue opinari de proximo, vt cum D. Th. 2. 2. *quæſt.* 60. *art.* 3. docent Theologi, & ita leuem ſuſpicionem temerariam ex Menoch. putat Farinaccius *qu.* 36. *n.* 78. *&* 188. quod quidem verum eſt, ſi indicia ſint leuia ſimpliciter comparatiuè ad qualitatẽ, & gradũ ſuſpicionis, quam format animus ex illis, vt quia ſine ſufficienti motiuo animus propendit, vel adhæret ad vnam partem potius quam ad aliam; ſed id non eſt verum, ſi leue ſumitur ſolũ comparatiue ad gradum perfectioris ſuſpicionis, & ad grauiora indicia, ex quibus eſt ſuſpicio vehemens. Cæterum vt latius explicaui *d. cap. vt Inquiſitionis*, omnis ſuſpicio legalis eſt ex grauibus indicijs, & ſufficientibus ad virtuoſe ſuſpicandum.

20. Sed maior difficultas eſt de ſuſpicione violenta, quæ continet legalem certitudinem, & habet vim plenæ probationis; ſuſpicio vero, ſeu etiam opinio eſt incerta, & admittit formidinem falſi. Sed aduertendum, quod ſuſpicio propriè dicta numquam eſt violenta. Suſpicio autem communiter dicta vt importat opinionem, & conuenit cum præſumptione quomodo ſit, vel non ſit ſuſpicio, vel ſi eſt violenta ſit præſumptio iuris, & de iure ſupra explicatum eſt.

21. Sed quid eſt fictio iuris? Cynus definiuit fictionem, quod ſit in re certa contrarij veritatis pro veritate aſſumptio; Bartol. vero in *dicta l. ſi bis dixit*, quod fictio eſt in re certa eius, quod eſt poſſibile contra veritatem pro veritate aſſumptio in caſu poſſibili, & ex iuſta cauſa ad aliquem iuris effectum æquitati naturali non repugnantem, ſed vtraque diffinitio deficit à vero. Neque enim lex falſum approbat, vel decernit falſum habendum pro vero, vel fal-

ſita-

ſitatem habendam eſſe pro veritate, quod eſſet contra rationem. Vnde omnes ſimiles diffinitiones quas recenſet Farinaccius *quæſt. 36. num. 35. & ſequentibus deficiunt*. Nam lex non approbat falſum pro vero; ſed quia datur aliquod, quod eſt verum, fallibile aliquando, & poteſt eſſe, & aliquando eſt falſum, lex vult, quod hoc verum ſufficiat ad aliquem effectum, ac ſi eſſet omnino certum, & non poſſet eſſe aliquando falſum. In quo non aſſumit falſum pro vero, ſed verum fallibile, pro vero infallibili, & neque tamen aſſerit, quod verum fallibile ſit infallibile, ſed vult, quod in ordine ad aliquem effectum, ad quem de iure requiritur verum moraliter habitum vt certum, ſufficiat in caſibus á ſe expreſſis verum fallibile, at ſi eſſet infallibile. Sic ergo fictio iuri. eſt legis diſpoſitio, per quam vult vt ad aliquem effectum, vt puta ad puniendum Reum pœna ordinaria, ſufficiat præſumptio aliquando fallax, ac ſi eſſet omnino infallibilis; quod facit lex, non quia ſentiat, & velit præſumptionem illam eſſe habendam, vt infallibiliter veram, ſecundum ſe; ſed quia vult in eo caſu non eſſe neceſſariam præſumptionem verè infallibilem, ſed ſufficere illam fallibilem.

22. Sed forſan aliquis obijciet, & dicet, quod præſumptiones iuris, & de iure, etiam præciſo iure ſtatuente illas habendas, vt infallibiles, ſunt certæ moraliter, quia ſunt veræ, vt in pluribus, non igitur dici debent præſumptiones. Sed primo hoc negatur; ad hoc enim vt lex ſtatuat præſumptionem habendam vt infallibilem, ſufficit frequentia delicti grauis, & ſuſpicio rationabilis. Sic in Sancto officio præcipuè ex iuribus nouis puniuntur multi ſolum leuiter ſuſpecti de hæreſi, & qui ſolum de leui abiurant. Secundo dicitur, quod non omnis certitudo moralis ſufficit ad damnandum Reũ ad quamcumque pœnam, & præcipue ad pœnam mortis; ſed datur aliqua certitudo moralis infima, quæ non eſt ex natura rei adeo clara, & euidens, ſicut oportet ad pœnam ordinariam. Et lex ex cauſa iuſta poteſt ſtatuere, vt hæc probatio non adeo certa, & quæ poteſt aliquo modo dici præſumptio habeatur omnino pro certa. Dicitur tertio, quod vbi iudicium Iudicis licet moraliter certum in rei veritate poteſt impugnari, & impugnatur, participet de ſuſpicione, & præſumptione, ideo lex ad tollendas ambiguitates, & Aduocatorum ſophiſticas ſubtilitates, vbi opus eſt, ſtatuit, vt tale indicium habeatur vt indubitatum, & notitia ex illo habita habeatur vt indubitata. Quidquid ſit, an illa ſit præſumptio, vel alia ſpecies notitiæ indicialis.

23. Coniectura vero eſt motus animi ex probabilibus ſignis, ſeu motiuis orta, vt communiter Doctores tradunt; & ideo multi volunt quod idem ſubſtantialiter ſint præſumptio, ſuſpicio, & coniectura, & diſtinguantur ſolum ſecundum magis, & minus, quia ſuſpicio eſt opinio ex leuioribus indicijs orta, quæ admittit magis de titubatione, & formidine alterius partis, ſicut & coniectura quam admittat præſumptio, quamuis vt dictum eſt *ſupra num.* 17. dici poſſit, quod ſuſpicio in plus ſe habeat; quia pura ſuſpicio non attingit gradum opinionis, nec adhæret vni parti. Nulla vero ex illis neceſſario eſt probatio, vel ſemiplena probatio, ſi abſolutè loquamur, & in genere. Clar. §. *finali qu.* 20. Maſcard. *de prob. l.* 1. *qu.* 10. *num.* 14. Farinacc. *qu.* 36. *num.* 341. Quamuis in multis caſibus ex præſumptionibus ad aliquem effectum oriatur probatio. Et quamuis præſumptio violenta iuris, & de iure probet plenè, ſed abſolute de ratione præſumptionis non eſt, quod probet etiam ſemiplenè. Differentiæ vero quas Farinaccius *n.* 344. ponit inter fictionem, & præſumptionem non ſunt attendendæ, quia fundantur in illo falſo, quod fictio legalis ſit aſſumptio falſitatis pro veritate. Præſumptio omnis iuris & de iure eſt violenta fictione iuris, & non admittit directam probationem in contrarium, quia ius habet illam pro indubitata modo ſupra explicato.

24. Notandum etiam, quod Doctores plures confundunt indicium cum præſumptione, ſuſpicione, aut coniectura; & quidem, ſi non ſumuntur formaliter, ſed obiectiue pro motiuo ex quo animus coniecturat, ſuſpicatur, aut præſumit, illæ ſunt idem, quod indicium. Et è contra ſi indicium ſumatur non pro obiecto ex quo animus ratiocinatur, ſed pro ipſo motu animi opinantis, ſic indicium eſt idem, quod præſumptio, ſuſpicio, aut coniectura; ſed propriè indicium eſt obiectum ex quo intellectus opinatur, ſuſpicio autem, coniectura, & præſumptio ſunt ipſe motus animi ex indicio opinantis.

SVMMARIVM.

25 *Ex præſumptione iuris & de iure damnari poteſt Reus præſumptus.*

26 *Explicatur quomodo ex præſumptione iuris non poſſit aliquis damnari in pœnam ordinariam*

27 *Præſumptio violenta alia eſt legalis, alia naturalis.*

Quomodo vtraque ſufficiat ad imponendam pœnam ordinariam. ibid.

28 *Iuſtum iudiciũ requirit certitudinẽ ſaltẽ moralẽ.*

Præſumptio naturalis propriè eſt ſcientia non præſumptio. ibid.

Indicia indubitata aliquando ſufficiunt ad imponendam pœnam ordinariam. ibid.

29 *Vnicum indicium indubitatum non ſufficit ad pœnam imponendam.*

Ex præſumptionibus quæ propriè ſunt præſumptiones, non poteſt Reus damnari ad vllam pœnam. ibid.

30 *Quid dicendum ſit de præſumptionibus circa delicta occulta, & difficiliter probabilia.*

31 *Quomodo plures præſumptiones leues faciant vnam vehementem, & plures vehementes vnam violentam.*

32 *Quantum probet præſumptio, ſeu indicium iunctum probationi alterius ſpeciei.*

33 *Qua-*

33 *Quomodo præſumptiones, & indicia debent eſſe probata, ad hoc vt probent.*

34 *Probari debet fundamentum præſumptionis.*

35 *Contra præſumptionem iuris & de iure non datur directa probatio.*
Contra verò cæteras præſumptiones datur directa probatio. ibid.
Explicatur. ibid. & num. 36.

37 *Quomodo præſumptio aliam præſumptionem tollat.*

38 *Præſumptio non accipitur ex præſumpto.*
Nec præſumptio oritur ex facto non plenè probato. ibid.

39 *Apud regulares ſeruanda ſunt propria ſtatuta circa præſumptiones.*

ARTICVLVS II.

Quantum probent præſumptiones, ſeu qualiter ex illis in criminalibus poſſit quis damnari.

25. VNum eſt certum in hac materia, quod Iudex ex præſumptione iuris, & de iure, nedum poteſt, ſed tenetur damnare Reum ſic præſumptum in pœnam à lege taxatam, etiam ſi ſit pœna mortis, dum tamen præſumptio ſecundum legis exigentiam ſit plenè probata, & de hoc non poteſt eſſe dubitatio, quia fieri debet, quod lex diſponit & præcipit.

26. Quæritur autem primo. An in criminalibus ex præſumptione iuris poſſit quis damnari in pœnam ordinariam pro delicto præſumpto. Affirmat Menoch. *de præſumpt. l. 1. quæſt. 92. & q. 97.* Eo quod præſumptio iuris ſit à iure approbata; ſed nullibi in iure habetur quod præſumptio iuris plenè probet. Et vbi lex hoc voluit, id expreſsè ſtatuit, & voluit quod hæc eſſet præſumptio quam vocant iuris & de iure, & quod in caſibus expreſſis haberetur pro indubitata. Cæterum præſumptio iuris dicitur approbata, quia in iure eſt expreſſa; & ideo approbata ſed vt ſimplex præſumptio. Dicitur igitur quod ex pura iuris præſumptione, quæ non ſit iuris, & de iure, nullus poteſt damnari, & quod dum dicitur ius in hoc caſu præſumit hoc vel illud, vt puta præſumit Titium eſſe homicidam; ergo Titius eſt homicida, conſequentia non eſt certa, quia præſumptio, & opinio non ſunt certæ, nec ſufficiunt ad condemnandũ. Si vero dicatur quod ius in hoc caſu præſumit homicidium; igitur Iudex in eodẽ caſu poteſt & debet præſumere homicidium, vera eſt conſequentia, & certa. Sed ſi addatur, quod Iudex rationabiliter præſumens Titium homicidam poteſt illum damnare, falſum aſſumitur, quia opinio facti, & delicti non ſufficit ad damnandum aliquem, præſumptio vero non eſt niſi opinio. Itaque præſumptio iuris in aliquo caſu iuſtificat præſumptionem Iudicis in eo caſu præſumentis, ſed non probat præſumptum niſi probatione dubia, & tali, qualem fert præſumptio & rationabilis opinio. Et ideo non datur locus damnationi, niſi Iudex ex alio motiuo per certitudinem deducat delictum. Ideo bene ex Maſcard. *concl.* 1225. Eliſeus *tract. 6. q. 8. n. 8.* dixit, quod præſumptio non eſt ipſa veritas, ſed ſolum eſt veritas præſumpta. Sed non bene ſubdit ex eodem Maſcard. *n.* 25. quod præſumptio pro veritate habetur, vbi probationes concludentes haberi non poſſunt, vel in præſumptionibus vrgentiſſimis, quia præſumptio non eſt niſi opinio, & præſumptum non eſt niſi aliquid opinatum; opinio vero eſt incerta, & dubia cognitio, vt eſt in iure manifeſtum; at vero certum eſt, quod ex incerta, & dubia cognitione nullus poteſt graui pœna puniri, vt ex D. T. 2. 2. *q. 69.* pluries dictum eſt, & eſt de iure naturæ. Ideo nec verum eſt, quod in dubijs præſumptio pro veritate habetur, nam imo ex dubio delicto nullus poteſt iudicialiter ad grauem pœnam damnari, & licet ad aliquos effectus, ad quos ſufficit opinio Iudicis, vel iuris, dici poſſit, quod ſufficit præſumptio, adhuc propriè non dicitur quod tunc præſumptio habeatur pro veritate, ſed dici debet, quod ſufficit veritatis præſumptio.

27. Quæritur ſecundo. An ex præſumptione violenta poſſit quis damnari in pœnam ordinariam? Idem vero eſt quærere an ex inditijs indubitatis poſſit Reus puniri in pœnam ordinariam. Nam indicia indubitata inducunt violentem præſumptionem. Ex Doctoribus autem affirmant alij, & alij negant vt videre eſt apud Menoch. *de arbitr. caſ. 221. num. 34. & caſ. 865. num. 55.* Sed in propoſito hoc nomen violentum eſt obſcurum, quia non clare explicatum, & debet diſtingui præſumptio violenta in legalem & naturalem. Illa habetur ex lege ſtatuente, vt in caſibus in lege expreſſis præſumptio habeatur pro certa & indubitata. Et hoc modo præſumptio violenta non eſt niſi præſumptio iuris & de iure, quam indubitatum eſt ſufficere ad damnandum Reum in pœnam ab eadem lege impoſitam, etiam ſi ſit pœna mortis. Quod tamen intelligi debet, quia ſufficit in ſuo genere, & quia in ſyllogiſmo iudiciali præbet maiorem propoſitionem certam, ſub qua ſi ſubſumatur rectè minor propoſitio, & probetur plenè, & legitimè, Reus damnandus eſt. Alia eſt præſumptio violenta naturalis, ſeu quæ eſt talis ex natura inditiorum indubitatorum, ex quibus naſcitur, nec habet vim à lege aliqua particulari ſpecialiter ſtatuente in ſpecie, quod illa ſit indubitata, ſed habet vim ex iure naturali aut gentium, iuncto etiam iure communi; ſed vt dicebatur ſupra huiuſmodi præſumptio non eſt præſumptio, neque opinio, ſed ſcientia particularis. Conſiderandum eſt enim, quod ſi ſyllogiſmi iudicialis maior propoſitio, quæ eſt illa, quam lex præbet, eſt in ſe ipſa euidens eſt certa, vt quod homicida eſt damnandus, ſi ſub illa propoſitione iudex ſubſumat, ſed Titius eſt homicida, & hoc probet, Iudex non præſumit Titium eſſe homicidam, ſed eſt certus. Vbi verò indicium eſt prorſus indubitatum, tunc tam maior, quam minor ſyllogiſmi iudicialis, eſt indubi-

dubi-

dubitata, ſi indicium ſit plene probatum. Vt puta, ſi plene ſit probatum, quod Berta lactat puerum, quia ſimul eſt euidens, & certum, quod naturaliter mulier lactans filium non eſt virgo, ſimul naturaliter eſt certum, quod Berta non eſt virgo. Et Iudex ex hoc non præſumit, ſed eſt certus Bertam non eſſe virginem, igitur vbi inditium eſt indubitatum, & plenè probatum, ibi non eſt præſumptio ſed ſcientia. Et ſic præſumptio violenta, quæ oritur ex inditio indubitato plene probato non eſt præſumptio, & opinio, ſed ſcientia.

28. Et omnino aduerte, quod licet ad iuſtum iudicium requiratur certitudo moralis, cui poteſt ſubeſſe falſum: tamen non ex hoc ſequitur, quod ſola opinio ſeu ſuſpicio delicti ſufficiat ad damnandum Reum, imo vt docet D. T. 2. 2. *quæſt. 60. art. 3.* mortaliter peccat Iudex, qui ex ſola ſuſpicione mala, quam Diuus Thomas ibi vocat opinionem mali, Reum damnat. Neceſſe eſt igitur, quod Iudex, vel ex ſtatuto legis decernentis indicium aliquod habendum eſſe pro indubitato, vel ex natura rei & circumſtantijs inducat certitudinem talem, quæ in agibilibus & moraliter excludat titubationem, & ſuſpicionem contrarij. Quod ſi indicium hoc præſtat, non fundat præſumptionem, ſed moralem ſcientiam. Et in hoc ſenſu verum eſt, quod ex indicijs indubitatis poteſt Reus ſaltem aliquando damnari in pœnam ordinariam; ſed hæc indicia non faciunt præſumptionem, ſed ſcientiam; & ſic dicere, quod ex præſumptione naturali violenta poſſit aliquis damnari in pœnam ordinariam, eſt ſimul afferere contraria, & ſibi ipſi contradicere, quia huiuſmodi præſumptio vel non eſt præſumptio, vel non eſt violenta. Ne ergo abutamur vocabulis, melius eſt dicere, quod ex iudicijs indubitatis aliquando poteſt Reus damnari in pœnam ordinariam, & vniuerſaliter aſſerere, quod ex nulla præſumptione, quæ non ſit iuris, & de iure, poteſt Reus pœna ordinaria puniri, & quod non detur alia præſumptio, quæ ſi ſit præſumptio dici poſſit violenta, præter præſumptionem, quæ eſt iuris, & de iure.

29. Et ſi dicas ſequi ex hoc, quod ex huiuſmodi præſumptionibus in eorum genere vehementiſſimis, & violentis, non poſſit Reus damnari, nec etiam in pœnam extraordinariam, quia Iudex peccat mortaliter ſi Reum punit ex tali ſuſpicione delicti; præſumptio vero omnis non eſt niſi opinio & ſuſpicio, vel ſi eſt ſcientia non eſt præſumptio. Reſpondetur proponendo aliam quæſtionem, & illam ſoluendo. Quæro igitur, an ad damnandum Reum ſufficere poſſit vnum indicium indubitatum. Reſpondetur regulariter non ſufficere, ſicut nec ſufficit dictum vnius teſtis omni exceptione maioris, licet tale dictum certitudinem moralem contineat, & certo moraliter concludat, & probet delictum. Quia lex ad damnandum non eſt contenta ſimplici ſeu vnica probatione etiam certa, ſed ad minus duplicem quærit. Et ſic ſicut vnus teſtis, ſic vnum indicium indubitatum regulariter non probat plene, ſed ſemiplene, & non ſufficit ad damnandum. Sic ergo ad aliam quæſtionem dico primo, quod ex præſumptionibus, quæ propriæ ſunt præſumptiones, & non ſunt niſi opiniones incertæ, ad nullam pœnam Reus poteſt damnari, quia ex cognitione delicti opinata, & ideo incerta non poteſt Reus damnari. Si vero dicatur dari præſumptiones violentas, iterum reſpondeo has non eſſe propriè præſumptiones, ſed certas cognitiones, ex indicijs indubitatis ortas. Si vero iſta indicia ſint indubitata, & ſint plura, vel adſit ſaltem vnus teſtis cum vno tali indicio poteſt Reus aliquando damnari in pœnam ordinariam. Sed de illis videantur dicta infra *quæſt. 26. art. 1. & quæſt. 29. ar. 1.*

30. Quæritur tertiò. An ſaltem in delictis occultis & difficilis probationis poſſit Reus præſumptus damnari ex præſumptionibus. Et in hac quæſtione quoque alij Doctores affirmant, alij negant, & qui affirmant affirmando negant, quia dictum ſuum limitant, & intelligi debet quando indicia ſunt indubitata, & ad pœnam extraordinariam, vt videre eſt apud Farinac. *quæſt. 86. num. 33. & 94.* & dictum eſt *n. 29.* Sed & in delictis non occultis poteſt Reus damnari ex præſumptionibus ideſt ex indicijs indubitatis ad pœnam extraordinariam, vel etiam aliquando ad ordinariam; verum tamen eſt, quod in delictis occultis & difficilis probationis non tam exacta probatio requiritur, talis tamen debet eſſe quæ certitudinem inducat.

31. Quæritur quartò. An ex pluribus præſumptionibus v. g. leuibus fiat vna vehemens, & ex pluribus vehementibus vna violenta. Et ſic vtrum diuerſæ præſumptiones diuerſarum ſpecierum poſſint ſic variri, vt ex illis Reus poſſit damnari in pœnam ordinariam. Etiam in hac quæſtione ſibi inuicem contrariantur Doctores, alijs affirmantibus, alijs negantibus, vt videre eſt apud Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 40.* & Maſcard. *de probat. concluſ. 459. & 1223.* & Farinac. *quæſt. 86.* Sed vtraque opinio bene explicata eſt vera. Si enim loquuntur formaliter de præſumptionibus, quæ non ſunt niſi opiniones probabiles admittentes titubationem, & formidinem oppoſiti, etiam ſi iſte ſint centum millia millionum, numquam poſſunt inducere ſcientiam, & indicium certum, quia ex incerto non componitur, & colligitur certum, & tota collectio præſumptionum eſt collectio actuum incertorum. Sed ſi loquamur de præſumptionibus obiectiuè ſumptis, ſeu de indicijs ipſis, & circumſtantijs obiecti, ſeu facti, ex quo infertur delictum, veriſſimum eſt, quod factum poteſt eſſe talibus circumſtantijs veſtitum, vt ex illis omnibus circumſtantijs inferatur neceſſariò delictum, & ſic ex pluribus circumſtantijs fit indicium indubitatum. Et quia contingere poteſt, quod factum & ille circumſtantiæ, etiam ſe ſolis faciant aliquam præſumptionem, ſic verum eſt dari caſum in quo plures præſumptiones leues faciunt

faciunt præſumptionem vehementem & plures vehementes violentam; ſed hoc eſt verum ratione indiciorum & obiectorum, & tunc fiet quam dicunt violentam præſumptionem ſed propriè dici debet indicium indubitatum.

32. Quæritur quintò. Quantum probet præſumptio iuncta probationi alterius ſpeciei. Reſpondetur quod inſpiciendum eſt, quantum probent huiuſmodi probationes ſingulæ per ſe ipſas; ſic enim ſi ſingulæ per ſe ipſas ſemiplenam probationem faciunt, iunctæ ſimul plenè probant: ſic ſi præſumptio (ſeu melius loquendo) indicium facit ſemiplenam probationem ex ſe ipſo, iunctum teſti omni exceptione maiori plene probat, ſaltem ad pœnam extraordinariam; ſed ſi præſumptio, ſeu indicium non eſt tale, quod ſemiplenè probet, iunctum vnico teſti non probat plenè, ſed adminiculatur, & facit vt vnius teſtis ſemiplenè probatio ſit magis firma, & ſecura, vel etiam pluſquam ſemiplena; ſed eſto præſumptio, ſeu indicium de ſe faciat ſemiplenam probationem, ſi illud, cui adiungitur non probat ſemiplenè, non oritur ex illis plena probatio, & quia vt probatum eſt *q. 16. nu. 2.* fama non probat ſemiplenè ideo præſumptio cum fama non probat plene. Clarus §. *finali quæſt.* 83. Farinac. *quæſt.* 42. *num.* 80.

33. Quæritur ſexto. Quomodo præſumptiones debeant eſſe probatæ, adhoc vt ipſæ probent, Ad probandam præſumptionem proximã, ſufficere vnicum teſtem tradit Philippus de Bictis *in Epit. quæſt.* 75. *num.* 9. referens pro hac ſententia Ioſeph. Ludou. Maſcard. Alciat. Abb. Cal. & Moret. Sed dicitur primo quod hæc quæſtio eſt impropria, quia præſumptio eſt concluſio probata ex illo ſyllogiſmo ex quo deducitur, nec indiget alia probatione. Sed confunditur præſumptio cum indicio. Loquendo igitur de indicio, ſi indicium ſeruiat pro adminiculo ad magis firmandam probationem, vt ſi addatur duobus teſtibus plenè probantibus, verum eſt quod adminiculabitur taliter, qualiter, ſi ſit probatum per vnum teſtem. Verum hoc eſt certiſſimum ex iure naturali, quod ex principio incerto non poteſt deduci certa concluſio, & pariter certiſſimum eſt, & prorſus indubitatum quod vnus teſtis non probat plene in criminalibus; ideo tanquam certum habendum eſt, quod indicium etiam ſi vehementiſſimum, non probat plenè, niſi de illo plenè conſtet, quia ſi de illo plene non conſtet. res eſt dubia, vel ad ſummum aliqualiter probabilis, & non tollens omnem contrarij formidinem. Vnde ex illa non poteſt haberi plena probatio. Et hoc habeatur pro certo, quod indicium non probat, quantum probare poteſt, & ſic non probat cum ea plenitudine, cum qua probare poteſt, niſi ipſum ſit plenè probatum. Sed de iſta quæſtione videantur dicta infra *quæſt. 26. art. 1. & quæſt. 29. art. 1.*

34. Qui ergo præſumit, ſi intendit quod alius præſumat, & ſic ſi actor intendit, quod Iudex præſumat, hoc vniuerſaliſſime ſeruari debet, quod debet allegari, & probari minor propoſitio ſyllogiſmi iudicialis, & indicium illud & factum ſingulare, ſuper quo fundatur præſumptio, & quo probato, maior propoſitio ſeu regula iuris ad præſumendum neceſſaria, ſi eſt certa & non controuerſa, & in iure expreſſa, talis Regula vel propoſitio implicite allegatur in minoris propoſitionis ſeu facti allegatione, nec neceſſe eſt illam probare, cum ſit in iure manifeſta. Sed ſi maior propoſitio ſyllogiſmi iudicialis eſt controuerſa, ſicut ſæpe contingit etiam ſi ex ipſa implicite ſit allegata in minoris propoſitionis, & facti allegatione, quia tamen illa eſt controuerſa, debet probari, ſi negetur.

35. Quæritur ſeptimo. An contra præſumptionem dari poſſit probatio vel impugnatio. Communis doctrina eſt quod contra præſumptionem iuris & de iure non datur probatio directa, ſed ſolum indirecta; ſed contra alias præſumptiones datur probatio etiam directa. Hæc communis doctrina debet explicari. Dicitur ergo primo, quod in quacumque præſumptione minor propoſitio ſyllogiſmi Iudicialis ſeu factum particulare ſuper quo fundatur præſumptio, poteſt negari, & impugnari, & eius oppoſitum poteſt probari; ſic licet præſumptio iuris & de iure ſit, quod contumax habeatur pro confeſſo & conuicto, dum ſubſumitur ſed Titius eſt contumax, poteſt hoc negari, & oppoſitum debet probari, vt omnes fatentur. Dicitur ſecundo quod nedum in præſumptione iuris, & de Iure, ſed in omni præſumptione iuris certa, & manifeſta maior propoſitio ſyllogiſmi iudicialis ſeu iuris regula, non poteſt impugnari, nec volens probare directe oppoſitum debet audiri, quia legi parendum eſt ſine contradictione. Dicitur tertio quod vbi regula ad præſumendum de ſe eſt incerta, & non manifeſta, ſed ſolum probabilis, poteſt illa negari, & directè impugnari, & hoc eſt priuilegium præſumptionis iuris, & de iure, quod cum ſecundum ſe *ſumpta* non habeat certitudinem & infallibilitatem, hanc habet ex ſpeciali ſtatuto legis vt habeatur, ac ſi ex natura rei eſſet infallibilis, & non poſſit impugnari. Et adhuc etiam ſi regula ad præſumendum ſit incerta, ſed probabilis, & vt talis ſit manifeſte approbata à iure, non poteſt impugnari eius probabilitas. Si tamen regula ſit incerta, & controuerſa in iure poteſt impugnari hic vel ille ſenſus illius, & probari quod intelligi debeat in hoc ſenſu, vel in illo, vel etiam quod non ſit vera, ſi eſt incerta, & non à iure approbata.

36. Ideo limitatio, quam affert de Bictis *p. 76. num.* 5. vt contra præſumptionem iuris, & de iure admittatur probatio per quinque teſtes, vel etiam per tres multum legales, & honeſtos, quod & ex Menoch. & Maſcard. dixit Eliſeus *tract.* 6. *quæſt.* 8. *num.* 8. vel non eſt ad rem, vel non ſubſiſtit. Nam ſi velimus probare præſumptionem non habere locum, quia non conſtat de facto, & de qualitatibus requiſitis, hæc

eſt

eſt probatio, ad quam etiam ſufficere poſſent duo teſtes idonei,niſi in contrarium adeſſet plenior probatio, quæ attendi deberet. Vel volumus probare quod conſtito de facto, & qualitatibus eius ad præſumptionem requiſitis præſumptio admitti non debeat, & adhoc probandum nec mille teſtes admitti debent, quia contra legem ſtatuentem nulla admitti debet probatio, lex vero expreſſe mandat, vt illa præſumptio ſit legitima,& valida, & indubitata. Et eadem ratione,non ſubſiſtunt, nec ad rem faciunt limitationes quas adducit. Bordon. *quæſt.* 51. *num.* 30. Sine enim limitatione vniuerſaliſſimè verum eſt quod in præſumptione iuris, & de iure regula iuris ad præſumendum non poteſt impugnari in criminalibus.

37. Quæritur octauo. Quæ præſumptio præſumptionem aliam tollat? Hoc eſt certum,quod præſumptio validior omnibus penſatis tollit minus validam *l. Diuus ff. de integrum reſtit.* Hinc infertur,quod præſumptio iuris vincit præſumptionem hominis. At vero inter præſumptiones hominis ad inuicem, vel iuris ad inuicem cæteris paribus illa vincit, quæ actum valere facit; vel quæ à ſubſtantia actus ſumitur, vincit eam quæ à ſolemnitate; vel benignior tollit minus benignam; vel quæ inhæret iuri communi, ſuperat illam, quæ à ſpeciali; vel quæ eſt naturalis tollit accidentalem; vel quæ eſt veriſimilior minus veriſimilem; vel negatiua affirmatiuam; vel quæ ſumitur à facto eam, quæ accipitur à non facto; vel quæ fauet animæ & tollit abſurda,illamque non eſt talis; vel ſpecialis,generalem;vel quæ fauet Reo eam,que fauet actori; vel quæ delicti excluſiua eam, quæ includit delictum De his late Menoch. *de præſ lib.* 1. *qu.* 29. *&* 30. *& de arb. lib.* 2. *Caſu* 472. & Maſc. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1231.

38. Tandem aduertenda ſunt aliqua. Primo quod præſumptio non poteſt accipi ex præſumpto, ne detur proceſſus in infinitum, *Rota parte prima diuerſarum deciſ.* 800. *num.* 17. Niſi tamen vna veniat in conſequentiam alterius. Secundo quod præſumptio non oritur ex facto non plene probato, quia ex non probato principio non infertur concluſio. Tertio quod præſumptio quæ ſtat pro cauſa pia preualet, Bordon *quæſt.* 5. *num.* 44.

39. Quantum autem ad regulares Eliſeua *tract.* 6. *quæſt.* 6. *num.* 4. ait quod ex procedendi modo ſuæ Religionis Cappuccinorum,nemo ex præſumptionibus damnari, vel abſolui poteſt; ſed purgari debet vel per indicia contraria, vt puta fuga per ſpontaneum comparitionem,infamia per laudabile proximum triennium, vel per torturam non ſæuam, ſed religioſam; ſed in his vnuſquiſque Religioſus Iudex ſtatuta, & conſuetudines ſeruabit. Hoc eſt certum,quod ex ſolis præſumptionibus propriè dictis nullus poteſt damnari.

SVMMARIVM.

1 *Media quibus Reus conuincitur.*
2 *Scriptura continens delictum commiſſum extra illam, non probat.*
Et ſolum valet ad inquirendum, vimque habet accuſatoris. ibid.
Acta coram Iudice incompetente poſſunt habere vim accuſationis coram alio Iudice competente. ibid.
3 *Scriptura continens delictum commiſſum in ipſa ſcriptura, probat delictum.*
4 *Plures caſus in quibus delictum probatur per Scripturam.*
5 *Etiamſi Scriptura non ſit inſtrumentum authenticum.*
6 *Qua differentia ſit inter inſtrumentum authenticum, & Scripturam priuatam.*
7 *Quot modis fiat recognitio Scripturæ.*
Et in quo caſu plene probet. ibid.
8 *Et quando plene non probat.*
9 *Limitatio, & explicatio illius.*
10 *Iudicialis Scriptura probat delictum.*
11 *Scriptura probans circumſtantiam, indirectè probat delictum.*
12 *Scriptura imperfecta, non integra, aliena manu acta quare non probet.*
13 *Quantum probet exemplum deſumptum à ſcriptura originali.*
14 *Inſtrumentum continens delictum ad minus præſumptionem facit.*

QVAESTIO XIX.

De probatione per Scripturam.

ARTICVLVS

Vnicus.

1. CVm tribus medijs conuincatur Reus, ſcilicet, per teſtes, & indicia, & per Scripturam *l. finali de probat.* & iam tractatum ſit de probatione per teſtes, & per indicia, agendum eſt de probatione per ſcripturam.

2. Hic ergo primo diſtinguendum eſt. Nam ſi ſcriptura continet delictum commiſſum extra illam, facit quidem præſumptionem contra delinquentem, ſed non probat delictum, vt tradunt Doctores in dicta lege finali, *& in cap. cum in Eccleſijs de maior. & obed.* Gloſs. verbo quod non eſt verum, & ibi Butrius *num.* 14. Panorm. *num.* 1. Felin. *num.* 1. Baldus *num.* 2. *ſpecul. tit. de accuſ.* §. 2. *num.* 28. & quam plures alij, quos ſequitur Farinac. *quæſt.* 84. *num.* 1. In criminalibus enim teſtes debent examinari coram Indice, nec abſens non auditus poteſt damnari, & in inſtrumentis admittuntur etiam teſtes non idonei; at vero ad damnandum aliquam requiruntur teſtes omni exceptione maiores. Et ideo huiuſmodi ſcriptura, etiam ſi ſit autentica, & facta coram Notario,& teſtibus,ſolum valet ad

inquirendum,& habet vim accuſationis,aut denunciationis. Imò etiam ſi delictum fuiſſet commiſſum in præſentia Notarij,& etiam ſi inſtrumentum inueniatur in Archiuio publico, Farinac. *num.* 4. *&* 5. Catena *part.3.tit.* 4. *num.* 3. Souſ. *l.* 2. *cap.* 21. Clar. *quæſt.* 54. Genoua *de Script. priuata lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 3. Bictus *quæſt.* 88. Et ex his deducitur, quod acta coram vno Iudice etiam aliàs incompetente, vt acta coram Iudice Laico contra Clericum, poſſunt habere vim accuſationis, ſeu denunciationis coram alio Iudice competente, quia hanc vim habet ſcriptura continens alicuius delictum, maxime ſi ſit authenticata à Notario.

3. Sed ſi delictum committitur ſcribendo, vel in ſcriptis paciſcendo, & contrahendo illicitè, ita quod ipſum factum, & contractus ſit delictum, & de voluntate contrahentium ſcribitur, & alias etiam quotieſcumque confectio inſtrumenti, vel ſcripturę eſt delictum, prout contingit, vt plurimum in delictis, quæ in animo conſiſtunt, qui enim v. g. per ſcripturam contrahit illicitè, conſentit in contractum illicitum & delinquit, tunc abſque dubio delictum per ſcripturam probatur *l. quoniam ff. de ijs qui notantur infamia, & l. in Senatus ff. ad Turpillianum, & in cap. cum in Eccleſijs de maior. &* Obed. Bald. Boich. Zabar. Anan. Felin. Barboſa, & alij plures apud Farinac. *d. quæſt.* 84. *numer.* 7. *& ſequent.* Catena *d. num.* 3. Souſa *num.* 2. Genoua *num.* 4. Clar. *quæſt.* 54. Bictus *quæſt.* 86. *à num.* 13. Scroi *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 97. & alij omnes.

4. Hinc eſt, quod delictum probatur per ſcripturam in caſibus ſequentibus. Primo ſi ſcriptura contineat ſtatutum contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam. Secundo ſi ſcriptura contineat conſpirationem, vel coniurationem contra Principē, vel alium,& ſcriptura facta ſit de voluntate conſpirantium. Tertio ſi ſcriptura continet vſuram, & facta eſt contrahentium voluntate. Quarto in crimine falſi, quando agitur de falſo inſtrumento, vel de falſo teſtimonio, ſi tamen inſtrumentum ſit rogatum de voluntate illorum contra quos falſitas prætenditur. Sexto in crimine periurij; hoc enim crimen probatur per ſcripturam actorum in quibus apparet de periurio, & adhoc plures ſcripturæ coniungi poſſunt, ex quarum vna conſtet de iuramento, & in alia de mendacio & periurio. Septimo in crimine hæreſis. Farinac. *d. quæſt.* 84. *num.* 9. de mente aliorum Doctorum.

5. Sed quid ſi ſcriptura non ſit inſtrumentum authenticum, & rogatum manu Notarij,ſed ſit ſcriptura priuata? ſi talis ſcriptura eſt delictum modo iam explicato, & eſt ſcripta à delinquente, vel de eius voluntate,vt ſi in illa promittatur aliquid pro aliquo delicto patrato, vel ſcriptura contineat conſpirationem contra aliquem, vel contineat contractum iniquum, vel mandatum de aliquo maleficio peragendo, vel aliquod aliud delictum, vnde, & ſcriptura ipſa ſit delictum,hanc ſcripturam probare ex Anan. Felin. *in d. cap.* cum in Eccleſijs, & alijs probat Farinac. *d. quæſt.* 84. *num.* 19. Et idem ſentiunt Genoua *cap.* 14. *num.* 4. Catena *part.* 3. *tit.* 4. *n.* 4. Souſa *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 4. Bictus *quæſt.* 86. Sed Farinac. *num.* 20. hoc limitat, vt procedat in ijs, quæ ad ſcribentis officium pertinent, vt ſi publicus exactor indebitam exactionem fateatur; ſecus vero in ijs quæ non pertinent ad officium ſcribentis,vt ſi quis ſcribat ſe commiſiſſe adulterium, quia in hoc caſu ſcriptura non plus probaret, quam confeſſio extraiudicialis. Verum conſideratur,quod hic caſus alienus eſt à caſu de quo loquimur,pertinet enim ad ſcripturam continentem delictum præteritum,ſeu extra ſcripturam commiſſum, quæ non probat delictum, vt dictum eſt *num.* 2. Sed nos loquimur de ſcriptura continente delictum in ſcribendo commiſſum, ſeu ſcripturæ intrinſecum. Et de hac ſcriptura Doctores abſolutè dicunt, quod probat, ſi ſit ſcripta à delinquente, vel de eius voluntate.

6. Verum poteſt magnum diſcrimen eſſe inter inſtrumentum authenticum, & ſcripturam priuatam, quia illud ſe ipſo probat & ſcripturam,& delictum in ea commiſſum; ſed ſcriptura priuata non probat, ſi inquiſitus neget, vel ſi illam ſcripſiſſe, vel illam ſcriptam fuiſſe ſua voluntate, & hoc probandum eſt: probatur autem, ſi teſtes in ea deducti deponant de contentis in ipſa ſcriptura dicentes illa vera eſſe, & aſſerentes ipſis præſentibus rem ita geſtam fuiſſe, & contigiſſe, prout in illa continetur, Sed hæc non eſt probatio per ſcripturam tantum, ſed per teſtes: vt vero ſcriptura priuata ſe ipſa probet debet eſſe recognita *l. inſtrumentum l. rationes ſimul cum l. exemplo C. de probat.* Fit vero hæc recognitio per duos teſtes deponentes ſe vidiſſe illum numero ſcripturam ſcripſiſſe, vel mandaſſe, vt ſcriberetur, & fuiſſe ipſis videntibus ſcriptam. Probatur etiam per recognitionem peritorum teſtium habentium notam manum ipſius ſcribentis, & deponentium coram Iudice; ſed hæc probatio debilis eſt, & ſine adminiculis, nec ſufficit ad torturam. Bord. *quæſt.* 51. *num.* 8. 9. *&* 10.

7. Recognitionem verò hanc fieri octo modis ex Scaec. *de indic. in cauſ. ciuilib. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 29. *quæſt.* 33. tradit Genoa *de ſcript. priuileg. quæſt.* 14. *num.* 10. Primo per confeſſionem aduerſarij, contra quem eſt ſcriptura. Secundo per recognitionem illius, qui illam ſcripſit. Tertio per examen teſtium qui fuerunt præſentes, & viderunt illam ſcribere. Quarto per examen teſtium, qui habent notam manum. Quinto per examen teſtium, qui illi ſubſcripſerunt. Sexto per comparationem literarum. Septimo per comparationem & examen teſtium. Octauo per contumaciam non recognoſcentis. In iſtis verò caſibus nimirum in primo, tertio, quinto, & ſeptimo, & octauo ſcriptura ſic recognita plenè probat. Et nihilominus quantum ad tertium modum dicendum

dum eſt ſcripturam recognitam per teſtes, qui viderunt illam ſcribi, probare plenè, ſi deponant etiam de tenore, & rebus ſcriptis in ſcriptura; ſecus ſi ſolum deponant ſe vidiſſe ſcribi. Quia tunc ſcriptura non probat niſi vlterius adſit probatio per comparationem literarũ. Guaz. *def* 20. *cap.* 23. *num.* 9. Soula *autem dicto cap.* 22. *n.* 14. *&* 15 exiſtimat quod ſcriptura recognita per teſtes habentes notam manum, & quod epiſtola ſcripta ad abſentem ſemiplenè probet; & Guazz. *def.* 20. *cap.* 23. *n.* 5. vult quod faciat indicium ad torturam; ſed Carena *d. tract.* 4. docet quod ſcriptura recognita per comparationem litterarum non faciat indicium ad torturam, & idem voluit Guazz. *defenſ.* 20. *cap.* 23. *num.* 3. Qui *num.* 4. addit, quod ſi debet fieri recognitio per comparationem ad alias ſcripturas, illæ aliæ ſcripturæ debent eſſe omnino certæ, quod ſint ſcriptæ manu illius, cuius dicitur eſſe ſcriptura recognoſcenda, & idem, vt non faciat indicium ad torturam de ſcriptura recognita per teſtes de nota manu dixit Bordon. citatus. Et verè huiuſmodi recognitiones ſunt de ſe fallaces, & incertæ, & ideo ſine alijs adminiculis nec faciunt indicium ad torturam, nec ſemiplenè probant. Quando autem ſcriptura aſſeritur ſcripta per ipſum Reum, ſi ipſe neget ſe ſcire ſcribere conuincendus erit, vel per teſtes deponentes, ſe vidiſſe illum ſcribere, vel alio poſſibili modo. Et tunc conuictus poterit torqueri, & interrogari an illa ſcriptura ſit ſcripta manu propria, & etiam cogi ad ſcribendum, & ſecundum aliquos poteſt torqueri donec ſcribat, ſed hoc non placet Guazz. *def.* 20. *cap.* 23. *num.* 4. quia ſi tortus ſuſtineat per horam, purgabit indicia, vnde putat melius eſſe, vt non torqueatur Reus, vt ſcribat, ſed conuincatur, quod ipſe ſciat ſcribere, & mendacium Rei negãtis cumuletur cum alijs probationibus. Sed ſi Reus fatetur ſe ſcire ſcribere, cogi poteſt, vt dictante Iudice ſcribat. Hoc verò ſeruandum erit, vt Iudex dictet verba contenta in ſcriptura eo ordine, quo ſunt in illa, dum tamen dictentur ſyllabæ conuenientes ſyllabis in ſcriptura contentis, vt poſtea per peritos poſſit fieri comparatio, & recognitio ſcripturæ. Guazz. *num.* 6. Scroi *p.* 5. *c.* 3. *nu.* 97.

8. Declara etiam prædicta, vt procedant, quando inſtrumentum eſt rogatum à Notario ad inſtantiam, ſeu mandatum eius, contra quem de delicto tractatur; ſcripturæ enim factæ ignorante delinquente, contra illum non probant, ſed ſolum ſi ſint ſcriptæ ſe ſciente, & volente. Boich. *cap.* in Eccleſijs de maior *nu.* 11. *& ibi* Zabarell. *col. fin.* Panormit. *num.* 1. Felin. *n.* 6. Clar. *quaſt.* 54. & alij quos ſequitur Farinac. *quaſt.* 84. *num.* 21. Vbi etiam in ſcriptura agitur de delicto, cui debetur pœna corporalis, inſtrumentum non probat etiam ſi adſit conſenſus delinquentis. Zabarell. Panormit. Felin. *ad d. cap.* cum in Eccleſijs. Farinac. *qu.* 84. *nu.* 21. Bictus *quaſt.* 86. *num.* 22. Bordon. *qu.* 51. *nu.* 6. Eliſeus *tract.* 7. *quaſt.* 8. *num.* 5. *&* 6. Sed limitationem hanc declara. Si enim ſcriptura ſolum continet delictum præteritum, limitatio procedit, cum per ſe loquendo ſcriptura ipſa non ſit delictum, & iam dictum eſt, quod hæc ſcriptura non probat, & hoc verum eſt, quod etiam ſi ſit ſcripta de conſenſu delinquentis non probat, niſi quantum probat confeſſio extraiudicialis, vnde non mirum, ſi non probat ad pœnam corporalem, quia tale inſtrumentum ad nullam pœnam probat, vt ex Maſcard. probat idem Farinac. *num.* 5. niſi eo modo quo probat confeſſio extraiudicialis: vel ſi inſtrumentum continet obligationem ad pœnam, inſtrumentum non habet vim, ad pœnam, ad quam quis non poteſt obligare, & ideo non habet vim, ad illam pœnam corporalem, ad quam quis ſe obligare non poteſt, vt cum Panormit. dicunt alij. Sed ſi ſcriptura ipſa ſit delictum, vel habeat illud per ſe de præſenti intrinſecè annexum, vt quia illa eſt libellus famoſus, vel continet conſpirationem, vel mandatum homicidij, &c. ſcriptura talis authentica probat illud delictum, vt Doctores ſupra citati docent, & delinquens puniri poteſt pœna tali delicto debita. Nec in oppoſitum facit, quod abſens non poſſit damnari, quia hoc non probat, niſi quod Reus debet audiri, antequam damnetur: cæterum ſcriptura quæ eſt delictum, ipſum delictum repræſentat, & manifeſtat per euidentiam rei, illudque probat. Nec oppoſitum ſentiunt Doctores & Farinac. citati præter Eliſeum *d. nu.* 5. *&* 6. qui tamen *num.* 8. non reijcit ſententiam Clar. *qu.* 54. dicentis, quod vbi ſcriptura ipſa eſt delictum, vel illud continet intrinſecè annexum, probat delictum. Sed hæc eſt ſententia communis, vt dictum eſt *num.* 3.

9. Eodem modo declaranda eſt alia limitatio poſita à Farinac. *num.* 24. Scilicet, quando agitur de præiudicio alicuius, vel de præiudicio tertij. Hoc enim verum eſt, ſi loquamur de ſcriptura continente delictum præteritum, vel extra ſcripturam, & reſpectu eius, qui non conſenſit in ſcriptura, nec in ea deliquit. In quo caſu nec de facili admitti debet, quod ſcriptura probet in tertij leue præiudicium. Et ſic verum eſt, quod ſi contumacia non conſtat ex actis, non probatur per inſtrumentum, ſed depoſitionibus probari debet, quæ ſint reductæ in actis, & ſic nec per inſtrumentum probatur ſpolium ad effectum recuperandi poſſeſſionem; quia conceſſio poſſeſſionis non eſt leue præiudicium, ſed vbi ſcriptura eſt delictum, vel illud intrinſecè continet, inſtrumentum illud delictum probat in præiudicium delinquentis per ſcripturam, vt etiam Farinac. affirmat.

10. Scriptura vero iudicialis, quæ fit à Notario ſcribente acta, & proceſſus vel citationes, corpus delicti, ſententiam, & alia acta iudicialia abſque dubio probat. Farinac. *q.* 84. *num* 20. 23. *&* 30.

11. Indirectè etiam ſcriptura probat delictum dum probat circumſtantiam, per quam factum fuit delictum huius, vel illius ſpeciei. Vt

quia inſtrumentum matrimoniale probat matrimonium, probat ex hoc copulã habitam à Scio Marito cum non ſua eſſe adulterinum; vel inſtrumentum emptionis vineæ factæ per Caium probat, quod damnum factum in illa vinea ſit illatum Caio. Io Andreas in Reg. ſemel malus *nu. 3.* & ibi Franchus *n. 4.* & alij quos ſequitur Farin. *q.* 84. *n.* 13. & hoc modo etiam inſtrumentũ, quod non continet delictum, illud probat incidenter.

12. Sed, & aliud aduertendũ ex Soccin. quod ſcriptura non integra, imperfecta, indigeſta, emendata, aliena manu acta, & dubium ſenſum continens, non probat, ſed in ea claré, & certo conſtare debet de delicto, vt contra delinquentem probet.

13. Qualiter etiam exemplum deſumptum à ſcriptura originali non probet, & quantum probet in aliquibus caſibus explicat Genoua *lib. 1. quæſt.* 16.

14. Tandem quod inſtrumentum continens delictum adminus faciat ſemper aliquam præſumptionem, & adminiculum habetur ex Bart. & Doctoribus ad *cap. cum in Eccleſijs de maior & obed.* quos ſequitur Farinac. *quæſt.* 84. *num.* 55. Et hoc eſt verum etiam de ſcriptura priuata.

SVMMARIVM.

1 *Ordo doctrinæ.*
2 *Iudex poſt accuſationem ſeu denunciationem, antequam procedat ad vlteriora probare debet corpus delicti.*
Et eſt de iure naturæ. ibid.
3 *Quod ſeruari debet tam in ordine ad condemnationem, quam ad torturam.*
4 *Delicta alia ſunt facti permanentis, alia facti tranſeuntis.*
Quando corpus delicti eſt facti permanentis ſeu relinquit poſt ſe veſtigium, neceſſario eſt probandum antequam deueniatur ad torturam, ſeu condamnationem Rei. ibid.
Pariter non poteſt Iudex inquirere ſpecialiter contra Reum nec illum tradere capturæ ante probationem corporis delicti. ibid.
5 *Poteſt tamẽ inquirere inquiſitione generaliſſima.*
6 *Corpus delicti probari debet nedum quantum ad ſubſtantiam, ſed etiam quantum ad qualitates.*
7 *Probatio qualitatum delicti propriè non eſt de ſubſtantia iudicij.*
Ad quam non tenentur Regulares. ibid.
Quare Iudex debeat probare qualitates corporis delicti. ibid.
8 *In probatione corporis delicti debet probari delictum formaliter.*
9 *Quando delictum poteſt eſſe factum ſine culpa, qualitates delicti probari debent.*
10 *Corpus delicti, qui eſt facti permanentis conſtare debet per euidentiam facti.*
Nec ſufficiunt indicia, & præſumptiones. ibid.
11 *Iudex viſitare debet corpus delicti per ſe, vel per Notarium.*
Et quæ ſint ponenda in actis media tali viſitatione. ibid.
12 *Non probato corpore delicti non poteſt aliquis damnari, etiamſi confiteatur ſe commiſiſſe delictum.*
13 *Quid dicendum ſit, ſi aliquis confiteatur ſe occidiſſe hominem, illumque proieciſſe in mare. num. 14. & 15.*
16 *Iudices Regulares non poſſunt procedere contra aliquem, niſi prius probato corpore delicti.*
17 *De ſubſtantia iudicij pleni eſt probatio etiam qualitatum corporis delicti.*
Probatio corporis delicti per viſum, & repertum eſt de iure poſitiuo non naturali. ibid.
18 *In quo caſu delicta probari poſſint per coniecturas, & indicia, ſeu per teſtes.*
19 *In delictis tranſeuntibus, & quæ poſt ſe non relinquunt veſtigium, etiam prius debet probari corpus delicti.*
20 *De ſubſtantia iudicij præcipuè ſummarij non eſt quod prius probetur corpus delicti, antequam ſumantur informationes.*
21 *Quomodo ſufficiat ad probationem corporis delicti ſola recognitio facta per notarium.*
22 *Et quomodo probandum ſit corpus delicti in furto, quando relinquit poſt ſe veſtigium. num. 23.*
24 *Et quando non relinquit poſt ſe aliquod veſtigium.*
25 *Coniecturæ quibus probatur furtum ſunt querela partis, bona fama.*
26 *Acclamatio incontinenti facta poſt furtum.*
27 *Fama orta in vicinia.*
28 *Fractura Oſtij, ſeu Arcæ, de qua res dicitur furata.*
29 *Fuga.*
30 *Funis, ſeu ſcala inuenta ad feneſtram domus in qua res furata fuit.*
31 *Rumor auditus à vicinis in loco vbi factum fuit furtum.*
32 *Ex ſola querela poteſt Iudex inquirere ad verificandum delictum.*
Et quomodo debeat procedere in caſu ſuprapoſito. ibid.
Ad furtum ſufficit quod appareat rem furatam non fuiſſe furantis. ibid.
33 *Inuento indicio poteſt Iudex procedere ad capturam, & torturam Rei.*
34 *Delictum falſi probatur aliquando per coniecturas & indicia.*
Et aliquando per euidentiam facti. ibid. & num. 35.
35 *Quæ probationes ſint neceſſariæ ad probandum delinquentem.*
36 *Quomodo probentur delicta carnis.*
37 *Crimen difficilis probationis probatur per indicia, quæ debent eſſe certa.*
38 *Quomodo indicia probentur per peritos, & cuius conditionis eſſe debeant.*
39 *Dictum vnius periti non ſufficit ad imponendam pœnam præcipuè mortis.*
40 *Procuratio officiorum, & dignitatum apud ſuperiores*

riores regulares per ſacularium fauores eſt delictum graue.

Et quomodo hoc delictum probetur. ibid.

Conſtitutio Clementis VIII. ibid.

41 *Quomodo probandum ſit delictum, & delinquentes iuxta conſtitutionem Clem. VIII.*

42 *Opinio donati.*

Iudicialiter conſtare debet de precibus porrectis. ibid.

Et debet pracedere ſententia declaratoria ibid.

43 *Nullus Princeps ſtatuere poteſt quod non ſit neceſſaria probatio delicti ad validitatem proceſſus.*

44 *Probato Corpore delicti ſi delinquens ſit querelatus proceditur contra illum per inquiſitionem ad ſumendas informationes.*

Si vero nullus ſit querelatus proceditur per inquiſitionem generalem. ibid.

45 *Quomodo Iudex poſſit procedere contra delinquentem, ſi vnus tantum ſit conſcius delicti & ſeq.*

46 *Et quomodo idem poſſit eſſe denũciator & teſtis.*

QVAESTIO XX.

De corpore delicti.

ARTICVLVS VNICVS.

Ante inquiſitionem ſpecialem conſtare debet de corpore delicti.

1. CVm demonſtratum ſit quæ, & qualia ſint media per quæ Iudex poteſt ſe informando probare delicta, ſequitur, vt tractetur de ipſa fabricatione proceſſus.

2. Poſt quam verò Iudici per accuſationem, vel denunciationem, vel infamiam, aut damnoſam inſinuationem repræſentatum eſt commiſſum fuiſſe aliquod delictum, antequam ipſe ad vlteriora procedat, probandum eſt delictum fuiſſe patratum. Nam vbi lex de aliqua re diſponit, debet prius de illa re conſtare *l. Diuus ff. de teſtam. mil.* & qui vult probare qualitatem, debet prius probare ſubſtantiam, ſuper qua fundatur illa qualitas. *l. ſi arbitr. ff. de probat.* Et in hoc militat ratio naturalis, & naturalis lex, quia implicat aliquem eſſe delinquentem, ſi nullum fuit commiſſum delictum; igitur impoſſibile eſt, quod conſtet aliquem eſſe delinquentem, & vt talem poſſe iuſtè damnari; niſi conſtet commiſſum fuiſſe delictum. Et ideo concluſio iſta communis apud omnes DD. quod ſcilicet prius probandum ſit corpus delicti, innititur legi naturali, & propterea hoc eſt ſubſtantiale in omni iudicio ſeruandum.

3. Et hoc eſt verum nedum in ordine ad condemnationem, ſed etiam ad torturam. Farinac. *qu.* 38. *num.* 2. Guazz. *def.* 4. *cap.* 3. *n.* 15. *vbi num.* 12. quod nec tortura iuſtificatur ex eo, quod probatio corporis delicti ſuperueniat, & quamuis in hoc caſu tortura iniuſtè data non vitiet proceſſum præcedentem, ſed ſolum ipſam torturam Baiard. ad Clar. *quæſt.* 64. *nu.* 3. tamen debet computari, & operatur hoc quod niſi poſt probationem corporis delicti ſuperueniant alia noua indicia, Reus non poſſit iterum torqueri. Baiard. *d. qu.* 64 *num.* 4. Guazz. *d. cap.* 3. *num.* 22.

4. Diſtingui tamen debet, quia delictorum alia ſunt facti permanentis, & ad minus relinquentis poſt ſe aliquod ſenſibile ſignum per ſenſus euidentiam cognoſcibile. Alia ſunt facti tranſeuntis, & nec poſt ſe aliquod ſenſibile veſtigium relinquentis. Delictum prioris generis probandum prius eſt, ita vt Iudex, eo non probato, nedum non poſſit Reum damnare, aut Reo torturam inferre, aut contra illum inquiſitionem tranſmittere, ſed nec poſſit illum tradere capturæ, præcipuè ſi ſit clericus (niſi Reus ſit de fuga ſuſpectus) & ita vt, ſi clericum capiat, ſit excommunicatus, eo quod iniuſtè illum detineat, & vim illi faciat; imo nec poteſt non probato delicto Reum examinare, & contra illum ſpecialiter inquirere, quia deficit fundamentum inquiſitionis, ſi non adeſt delictum, & hoc cenſetur non adeſſe, ſi de illo in iudicio non conſtet.

5. Imò quod non probato delicto, Iudex nec poſſit ad inquiſitionem generalem deuenire ex Clar. & Bouer. tradit Phil pp. de Bict. *in Epit. q.* 12. *n.* 4. quod tamen explicatione indiget. Nã nedum hoc non verificatur de inquiſitione generaliſſima, quę fit in viſitatione, aut in ſyndicatu, qui fit in fine officiorum, vt ipſæ fatetur. *n.* 14. Sed nec poteſt verificari de inquiſitione delicti commiſſi, quia imò Iudex de hoc debet inquirere, vt illud poſſit probare. Et quia poteſt eſſe, quod Reus fugiat, & de hoc eſt valdè timendum, ideo Iudex debet etiã in genere inquirere de delinquente, vt quatenus opus ſit illum poſſit detinere ne fugiat, & iuſtitiæ illudat, quamuis ceſſante periculo fugæ Iudex poſtea prius debeat probare delictum, quam ſpecialiter contra Reum inquirere, & illum detinere.

6. Nedum verò probanda eſt ſubſtantia delicti, ſed eius qualitates, & circumſtantiæ. Farinacc. *in prax. qu.* 2. *num.* 4. Vt ſi quis fuit occiſus, inquiri debet, & probari, quæ percuſſiones, & vulnera illi illata fuerunt, & in qua parte corporis, & cum quo genere armorum. Quamuis enim ad damnandum Reum ſufficiat eum patraſſe delictum, tamen ex qualitate delicti, & circumſtantijs poteſt delicti grauitas augeri, vt etiam ſeuerius puniri debeat. Et poteſt contingere, quod vnius delicti plures ſint delinquentes, & quod vnus ſubſtantiæ delicti, & alius qualitatis ſit Reus, & quod vnus Reum occiderit, alius vulnere ſimplici vulnerauerit, & amplius hæc diſtincta qualitatum cognitio Iudici neceſſaria eſt, vt cognoſcere poſſit, an teſtes verum deponant, cum ſæpe teſtes plura deponant, quam ex inſpectione delicti appareant. Et ideo ad inſpectionem cadaueris, vel vulnerati mittendi ſunt Medici, & Chirurgi, & ſic reſpectiuè ad inſpectionem alterius delicti mit-

tendi

Digitized by Google

tendi ſunt experti in arte, & examinandi ſunt teſtes, qui cognouerint occiſum, dum adhuc viueret, vel qui teſtificari poſſint, vbi opus ſit, de ſtatu Rei ante commiſſum delictum, & de omni eo, quod ad verificandum delictum, ſit neceſſarium. De quibus videantur Clar. *quæſt.* 4. Foller. *in verb. capiat informationem num.* 429. *&* 30. & alij quos referunt Farinac. *qu.* 2. *n.* 4. & Guazz. *def.* 4. *cap.* 2.

7. Sed numquid probatio corporis delicti, quantum ad qualitates delicti eſt de ſubſtantia Iudicij? De iure communi hoc eſſe neceſſarium, affirmat Eliſeus *tract.* 3. *quæſt.* 26. *num.* 9. Qui tamen vult, quod de iure ſpeciali in iudicio Regularium ſufficiat, quod ſit probata ſubſtantia delicti; niſi ſi quis denuncietur vulneratus in capite, & appareat vulneratus in pede, vel denuntietur vulneratus gladio, & ſit vulneratus ſclopo. Sed hanc diligentiam eſſe neceſſariam ad perfectionem maiorem iudicij indubitatum eſt; ſed hæc non eſt neceſſitas abſolutè ſubſtantialis, ita quod ea deficiente proceſſus ſit nullus. Nam ad damnandum Reum ſufficit, quod conſtet eum deliquiſſe, quia occidit hominem, quid quid ſit an illum gladio occiderit vel ſclopo. Verum eſt quod inſpiciendæ ſunt qualitates delicti, tum ad pleniorem cognitionem delicti, quia pro delicti qualitate Reus grauius, vel mitius puniri debet, tum ad euitandas contrarietates teſtium, & eorum falſitatem, quia Iudex, qui occulariter vidit qualitatem vulnerum occiſi, non poteſt decipi à teſtibus contraria deponentibus. Quod ſi illas non conſideraſſet, & inſpexiſſet, neſciret quibus teſtibus de illis contraria deponentibus credere deberet. Et ſi teſtes deponentes contra delinquentem eſſent contrarij in iſtis qualitatibus, diminueretur omnium illorum fides apud Iudicem; qui ſi aliàs in probatione corporis delicti probaſſet qualitates illas, ſciret illos teſtes de illis verum deponere, quæ de illis probatis in viſitatione corporis delicti probatæ fuerunt.

8. Omnino autem probari debet delictum formaliter, ſcilicet, quod factum ſit delictum, & ſcelere patratum, ſolum enim delicta, & ſcelera puniri debent. Et ideo probari debet quod illicitum doloſe, & ſceleſte fuerit commiſſum. *l.* 1. *§. Item illud. ff. ad ſill.* Farin. *quæſt.* 2. *num.* 1. *&* 4. Scac. *tract. crim. q.* 93. *num* 6. Guazz. *def.* 4. *cap.* 2. *num.* 1. In delictis tamen in lege naturali prohibitis abſque alia probatione dolus præſumitur Farin. *quæſt.* 2. *n.* 1. Guazz. *d. cap.* 2. *num.* 2. In dubio autem an factum fuerit ſcelere patratum, per ſe loquendo ſumenda eſt interpretatio ſceleris excluſiua *l. meriti ff. pro ſocio.* At vero conſideratis circumſtantijs, & qualitatibus facti, poterit aliquando præſumi ſcelus, vt ſi adſit fama quod aliquis fuerit ab aliquo in puteum præcipitatus, vel ſtrangulatus, vel laqueo ſuſpenſus, vel ſi adſint ſigna ſuffocationis, ſeù ſtrangulationis in gutture teſtimonio Medicorum comprobata, & clara & certa; Nam ſubitanea mors, & naturalis ſuffocatio ſimilia ſigna aliquando habent. In hoc vero caſu non ſufficit illa præſumptio (vt volunt aliqui) quæ ſumitur ex eo, quod huiuſmodi caſus ſuffocationis, ſtrangulationis, & alij ſimiles frequentiùs accidunt ex culpa, & ſcelere alicuius; quia ad intentionem Fiſci excludendam ſufficit, quod factum potuit eſſe factum ſine culpa; qui enim in delicto ſuam intentionem fundat, qualitatem delicti probare debet, & ſemper in dubio præſumi debet pro non delicto, vel pro minori delicto. Clar. *§. finali quæſt.* 4. *ad finem.* Ideo qui inuenitur ſuffocatus in puteo, non priuatur Eccleſiaſtica ſepultura, quia non conſtat ſe ipſum præcipitaſſe. Sic ergo Iudex in factis, quæ poſſunt eſſe ſine delicto, ita recurrit ad coniecturas & præſumptiones, quod tamen niſi delictum in ratione delicti ſit certum, abſtineat à proſecutione proceſſus, quia in dubio ſemper præſumi debet pro non delicto. Farinac. *d. quæſt.* 2. *num.* 29. *in fine* Scacc. *tract. crim. cap.* 83. *num* 6. 8. *& ſequent.*

10. In hoc autem genere delicti facti permanentis, de facto debet conſtare non per ſolas præſumptiones & indicia, ſed liquide & per plenas probationes *l.* 1. *§. Item illud ff. ad ſilla, & l. ſi quando C. vnde vi, & docent communiter DD.* Et licet plene & liquide conſtare dicatur de delicto, ſi de eo conſtet per teſtes, hoc eſt verum, vbi non poteſt conſtare de delicto per euidentiam facti. Ideo in delictis permanentibus, vel relinquentibus poſt ſe ſenſibile veſtigium de delicto conſtare debet per euidentiam facti, ſi id fieri poteſt, ita quod ſaltem veſtigium relictum per ſenſum innoteſcat, & oculis ſubijciatur, & id per viſum, & repertum iudicialiter probetur, vt tradunt Clar. *in dicto §. quæſt.* 4. Scacc. *d. cap.* 83. *num.* 17. Farinac. *d. quæſt.* 2. *num.* 6. & alij communiter.

11. Et ideo praxis probandi hoc delictum facti permanentis eſt, vt Iudex ipſe eat, vel mittat Notarium ad viſitandum, quod permanſit ex delicto, vt puta ad viſitandum corpus occiſi, & redigantur in actis omnia, vt puta redigatur in actis inuentum fuiſſe cadauer hominis mortui in tali loco, habens tot vulnera, & in qua parte illa ſint, & qualia ſint. Et vlterius cadauer debet cognoſci per teſtes, qui occiſum cognouerunt, dum viueret, ſi hoc fieri poteſt; quod ſi non cognoſcatur cuius ſit cadauer, illud debet deſcribi, per faciem, per capillos, per veſtes, & alia ſigna, & tunc licet ignoretur nomen occiſi, vel eius patria, corpus delicti erit ſufficienter probatum, etiam ad effectum condemnandi. Clar. *quæſt.* 3. Boſſ. *tit. de delic. numer.* 33. Farinacc. *quæſt.* 2. *num.* 4. Quod ſi offenſus viuit, nihilominus viſitari debet, & in actis redigi eius vulnus, vel vulnera, cum illorum loco, & qualitate, ſed amplius debet poſtea examinari, & interrogari à quo fuerit vulneratus, & qua cauſa, vt plenè in iudicio appareat de delicto, & ſubiecto delicti, cui debetur ſatisfactio.

12. Eſt autem adeo neceſſaria hæc recognitio,

tio, ſeù probatio corporis delicti, vt defectum probationis corporis delicti, nec ſuppleat Rei confeſſio ſpontanea, vel in tortura dicentis v.g. ſe occidiſſe hominem in nemore, ita quod non poſſit damnari, niſi conſtet de homine occiſo. Sed Reus abſolui debet, & relaxari ſub cautione de ſe præſentando, ſi remanet aliquod dubium de exiſtentia delicti, vel debet abſolui etiam *ex cap. innocentiæ*, ſi facta tota diligentia conſtat non adeſſe delictum Guazz. *def.* 4. *cap.* 3. *num.* 5. Non enim eſt in poteſtate alicuius ex ſua confeſſione facere, quod delictum ſit, ſi non eſt; vt per DD. quos late refert Farinacc. *dicta qu.* 2. *num.* 7. & propterea hoc idem multo fortius procedit in confeſſione præſumpta, vel ficta per legem, volentem contumacem haberi pro confeſſo. Contumacia enim non operatur certitudinem, nec facit, quod delictum ſit, ſi non eſt, ſed ſolum vbi conſtat de delicto, facit, quod abſens contumax habeatur, ac ſi eſſet confeſſus.

13. Et vbi quis fateatur ſe occidiſſe hominem in nemore, vel prope mare, & illius cadauer proieciſſe in mare, In hoc caſu diſtingui debet, quia ſi perſona, quæ dicitur occiſa eſt certa, & cognita, de eius vita facile conſtare poteſt, & ſi illa non reperiatur, per conſequentiam ſatis conſtet de illius morte adiuncta homicidæ confeſſione, & ſaltem aliquo alio addito adminiculo, vt ſi in loco homicidij reperiatur macula ſanguinis. Clar. *quæſt.* 55. *verſ. Quomodo*; vel ſi fama ſit talem fuiſſe occiſum. Farinacc. *dicta qu.* 2. *num.* 10. Guazz. *defen.* 4. *cap.* 3. *num.* 10. Qui tamen *cap.* 4. *nu.* 4. vult, quod ſola confeſſio cum fama non ſufficiat ad irrogandam pœnam mortis ſine alio adminiculo. Sed vt dictum eſt, vbi perſona certa fuit occiſa, debet adhiberi diligentia, vt illa inueniatur, & tunc illa non inuenta confeſſio cum fama occiſi ſufficit ad Reum damnandum. Cum tamen ſola fama occiſi, nec ſufficiat ad torquendum. Guazz. *d. cap.* 4. *num.* 8.

14. Sed ſi qui dicitur occiſus ſit ignotus, & incertus præfata confeſſio, etiam adiuncta fama, non ſufficit vt Reus damnetur non conſtito de homicidio. Foller. vbi ſup. *in verb. capiat informationem*. Farin. *d. qu.* 1. *num.* 9. Si vero Reus ſit male famæ, vt quia eſt aſſaſſinus, qui ſimilia patrare ſolet, quamuis aliqui velint talem ex propria confeſſione poſſe puniri; tamen nec mala fama, nec quia Reus ſit aſſaſſinus, qui ſolitus ſit homicidia committere, ſufficit ad damnandum ſaltem in pœnam ordinariam huiuſmodi confitentem ſe hominem ignotum occidiſſe, niſi conſtet de corpore delicti ex Boſſ. Brun. à ſole Aug. & Burſ. probant Farinacc. *d. qu.* 2. *nu.* 10. Guaza. *d. cap.* 3. *nu.* 10.

15. Sed ſi cadauer fuerit ſepultum poterit Iudex etiam laicus, de licentia tamen legitimi ſuperioris Eccleſiaſtici facere, vt exhumetur, & extra Eccleſiam, vel Cœmiterium poſitum recognoſcatur, & viſitetur Clar. *quæſt.* 55. Farin. *quæſt.* 2. *num.* 8.

16. Hæc vero ſeruanda ſunt à quocumque Iudice etiam priuilegiato, & habente facultatem procedendi nulla ſeruata ſolemnitate, quia ratio naturalis dictat, vt delictum, quod non eſt, non puniatur. Et ideo, quod Iudex non poſſit procedere ad pœnam niſi ſibi conſtito de delicto omni meliori modo ſibi poſſibili tradunt Guazz. *defenſ.* 4. *cap.* 1. *nu.* 4. & 5. Burſatt. *conſ.* 202. *num.* 90. Bict. *qu.* 12. *nu.* 12. Et ideo etiam Iudex Regularis hoc ſeruare debet. Bordon. *in praxi cap.* 6. *num.* 26. Eliſeus *tract.* 6. *quæſt* 26. *num.* 9. vbi vult, quod apud Regulares ſufficiat probare ſubſtantiam delicti. Et hoc ſufficit abſolute, quia ad puniendum aliquem ſufficit, quod conſtet illum deliquiſſe. Scite vero circumſtantias eſt neceſſe ad perfectius indicium.

17. Imo eſt de ſubſtantia indicij pleni, vt etiam conſtet de qualitatibus augentibus, vel minuentibus delictum, vel quomodolibet ſubſtantialibus, ad hoc vt Iudex pœnam delicto proportionatam imponat, & ſibi plenè de delicto conſtet. Bene verum eſt, quod probatio corporis delicti per viſum, & repertum eſt de ſubſtantia indicij ex ſolo iure poſitiuo. Nam de iure naturæ ſufficit, quod Iudex ſit certus de delicto. Vnde in delictis facti tranſeuntis etiam de iure poſitiuo ſufficit hæc certitudo. Sed ſine hac certitudine per nullum Iudicem quantumcumque priuilegiatum poteſt iudicari de ſubſtantia, & qualitatibus delicti.

18. Limitant verò principalem aſſertionem plures, vt non procedat in delictis, quæ ſunt difficilis probationis, quia in iſtis ſufficiat probare corpus delicti per coniecturas, & præſumptiones; ſed diſtinguendum eſt. Nam dum loquimur de delictis facti permanentis, & ſaltem relinquentibus ſenſibile veſtigium, hæc non poſſunt dici difficilis probationis reſpectu eius ſenſibilis, quod permanet; ſed quia ſæpe ex hoc ſenſibili, quod remanet, non poſſet concludi delictum; ideo hoc ſi fieri poteſt debet plene probari per teſtes; ſed ſi delictum ſit difficilis probationis, ſufficit probatio per coniecturas, & præſumptiones ideſt per indicia, vt communiter tradunt DD. ſed tamen hæc probatio debet eſſe certa, quia Iudex non poteſt punire delinquentem, de quo eſt dubium an deliquerit.

19. Eſt ergo aliud genus delictorum tranſeuntium, quæ poſt ſe nullum relinquunt ſenſibile veſtigium. Et in his delictis, licet non ſit neceſſe, quod probatio delicti præcedat inquiſitionem, ſed ſtatim recepta querela, aut denunciatione Iudex poſſit, imò debeat procedere ad ſumendas informationes, vt dixit. Clarus *quæſt.* 4. Non eſt verum id, quod videtur tenere idem Clar. *quæſt.* 55. nimirum, vt in his delictis per ſolam querelam cenſeatur probatum corpus delicti, vt ſi ſequatur confeſſio, delinquens poſſit damnari. Quia ex querela Iudex ſolum habet, vt poſſit ſumere informationes, ſed tamen debet per coniecturas, & indicia probare corpus delicti modo ſibi poſſibili. Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 3.

Digitized by Google

num. 3. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 55. *n.* 12. Guazz. *def.* 4. *cap.* 2. *num.* 15. & tamen naturalis ordo iudicij hoc poſtulat, vt Iudex prius inquirat de delicto, quam de delinquente, & ſic quod non procedat ad damnandum Reum, niſi modo poſſibili per teſtes, vel indicia ſufficientia, probata exiſtentia delicti; & ſic quod non procedat ad torturam, vel ad inquiſitionem ſpecialem interrogando Reum, niſi ſufficienter probato delicto; ſemper enim attendi debet, quod eſt impoſſibile eſſe delinquentem, niſi adſit delictum. Et ideo Iudex debet per prius inquirere de delicto, non quod hic neceſſaria ſit prioritas temporis, & diſtinctus proceſſus, ſed quia in eodem contextu examinando teſtes, & ſumendo informationes, Iudex ſi ordinate procedit prius interrogare debet, & ſe informare, an delictum adſit, quam quærere an Titius illud commiſerit.

20. An vero hæc prior probatio corporis delicti ſit de ſubſtantia iudicij, præcipuè ſi iudicium ſit ſummarium, jam dictum eſt ſupra. Sed in ordine ad ſumendas informationes, non eſt de ſubſtantia iudicij, & præcipuè ſummarij, vt prius conſtet, & probatum ſit delictum, etiam ſi ſit facti permanentis, quam informationes ſumantur: imo vt docet Clar. *d. quæſt.* 4. vbi Iudex id viderit eſſe neceſſarium, etiam ſi v.g. de cadauere occiſi non appareat, poterit eum cui imputatur homicidium, cogere ad ſe præſentandum in iudicio toties quoties fuerit vocatus, & ſic practicatum fuiſſe aſſerit. Vnde multo minus nullus erit proceſſus, ſi Iudex prius examinet teſtes, & informationes ſumat, quam per viſum, & repertum probet corpus delicti.

21. Sed nunquid ad probandum corpus delicti ſufficit ſola recognitio facta per Notarium? Non ſufficere, poſt Foller. *in pract. v. capiat informationes numer.* 4. & Scacc. *in tract. crim. quæſt.* 83. *num.* 14. voluit Guazz. *def.* 4. *cap.* 2. *num.* 21. Quia ſit neceſſe, vt ad minus examinentur duo teſtes, ex præſentibus recognitioni. Et quidem hoc procedit quando recognoſci debet perſona offenſi, vel alia qualitas, quæ non cadit ſub viſu. Sed ad recognoſcendum ſolum factum, & quantum ad ea, quæ ſub ſenſu recognoſcentis cadunt, quod ſufficiat recognitio Notarij facta ex Iudicis commiſſione coram teſtibus præſentibus, & videntibus, dixit Bictus *part* 2. *Epit. in praxi num.* Tutius tamen erit teſtes iſtos, qui fuerunt præſentes examinare, & ita ſeruatur in praxi.

22. Ad maiorem vero præcedentium dictorum, & materiæ totius declarationem videndum eſt in ſpecie, qualiter in aliquibus delictis probari debeat corpus delicti; & primo de furto loquendo, conſiderandum eſt, an reliquerit poſt ſe aliquod veſtigium, vel non reliquerit. Sed ſiuè reliquerit, ſiue non reliquerit ſignum, probandum eſt, quod res furata fuerat in loco, in quo dicitur furata. Et licet aliqui velint neceſſe eſſe, vt probetur rem ibidem fuiſſe tunc, cum fuit furata, tamen alij volunt ſufficere, ſi probetur ibi fuiſſe paulo ante. Et quia præſumi debeat eam etiam ibi fuiſſe tunc, cum furata fuit per regulam, quod qui ſemel poſſedit præſumitur poſſidere de preſenti. Maſcard. *concluſ.* 829. *num.* 5. Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 14. Bictus *quæſt.* 123. *num.* 29.

23. Si vero furtum aliquod reliquit veſtigium, illud debet verificari, & recognoſci, vt ſi furtum factum fuit cum fractura domus, vel capſæ, hęc fractura probari debet per illius recognitionem. Clar. *quæſt.* 4. Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 19. Et huiuſmodi probatio proculdubio eſt neceſſe, vt præcedat condemnationem. Imo ſi Reus confiteatur furtum Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 15. putat quod interrogari debeat, vbi ſit res furata, & quod Iudex non poſſit procedere contra illum ad pœnam ordinariam, niſi re furata ibidem inuenta, & confeſſione Rei verificata. Furta enim debere verificari tradunt Clar. *qu.* 15. Menoch. *de arb. caſu* 269. Angel. Marſil. Boſs. & plures alij apud Farinac. *dicto num.* 15. qui ait hoc verificari etiam, quod confitens ſit male famæ. Ita tamen quod ſi confitens ſit conſuetudinarius non ſit neceſſe, vt verificentur omnia eius furta; ſed ſufficit, ſi duo vel tria verificentur, & de alijs ſit querela dicentium ſibi furata fuiſſe aliqua tali tempore, & loco, prout Burſarius ipſe ſiue Mariolus vulgo Tagliaborſa fatetur ſe furatum fuiſſe. Guazz. *def.* 4. *cap.* 3. *num.* 8.

24. Nihilominus, vbi furtum non reliquit poſt ſe veſtigium, ad ſumendas informationes ſufficit, quod præcedat querela, & ad interrogandum Reum, & illum carcerandum & ſucceſſiue torquendum ſufficit, quod de furto conſtet per indicia, quia non maior probatio requiritur in delictis non relinquentibus veſtigium. Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 55. Gabriel. *concl.* 17. *num.* 14. Bictus *quæſt.* 123. *num.* 30.

25. Coniecturæ autem, ex quibus probatur furtum, ſunt primo querela partis bonæ famæ, quæ in criminalibus ſufficit ad inquirendum, licet non ſufficiat ad interrogandum Reum, & multo minus ad illum torquendum. Clar. *quæſt.* 4. Maſcard. *concluſ.* 410. *num.* 2. Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 16. Bictus *quæſt.* 123. *num.* 31.

26. Secunda coniectura eſt acclamatio, ſeu conqueſtio facta incontinenti poſt furtum ab illo, cuius res fuit furata, ſed & hæc coniectura non ſufficit, niſi ad inquirendum, ſeù ad ſumendas informationes. Clar. *quæſt.* 60. Marſ. Maſcard. Foller. & alij quos ſequitur Farin. *quæſt.* 2. *num.* 17.

27. Tertia coniectura eſt fama orta in vicinia, quæ ſit de re certa, & legitime probata. Bart. *in l. ſi quando in ff. C. Vnde vi quæſt.* 66. Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 19. Bictus *quæſt.* 123. *n.* 33. qui dicit hanc coniecturam ſufficere ad inquirendum.

28. Quarta coniectura eſt fractura oſtij, vel arcæ, de qua res dicitur furata. Sed hæc fractura eſt veſtigium furti, & debet eſſe verificata & recognita. Et vlterius opus eſt vt probetur rem furatam fuiſſe in loco, de quo dicitur furata, ſal-

ta, ſal-

ta,ſaltem paulo ante furtum Maſcard. *concl.* 829. *&* 830. *num.* 8. Clar. *quæſt.* 4. Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 19.

29. Quinta coniectura eſt fuga famuli iuncta Domini conqueſtione. Maſcard. *concl.* 831. *num.* 6. *&* 7. Clar. *quæſt.* 66. Farin. *q.* 2. *n.* 30.

30. Sexta coniectura ſumitur ſi ſcalæ inuentæ fuerint ad fœneſtram domus,in qua furtum fuit factum.

31. Septima ſi in loco, in quo dicitur factum furtum,à vicinis rumor fuerit auditus. Panorm. *cap. ſuper eo num.* 9. *de ijs, quæ vi.* Maſc. *concl.* 830. *num.* 12.

32. Sed conſiderandum, & diſtinguendum inter inquiſitionem delicti,& inquiſitionem delinquentis, de prima hic eſt ſermo. Et ad illam ſi adſint veſtigia ex delicto furti relicta, illa recognoſci debent, vt delictum probetur, & ſi nullum ex illo relictum fuit, nedum ſi querela ex præfatis coniecturis ſit probata, ſed ex querela ſola poteſt Iudex inquirere ad verificandum delictum; vt ex Clar. *quæſt.* 8. & Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 16. probat Carena *part.* 3. *tit.* 1. *num.* 39. Et ſic Iudex ad probandum delictum furti debet inueſtigare, an detur aliqua ex præfatis coniecturis, & an vere res furata ſaltem paulo ante furtum fuerit in loco, de quo dicitur furata. Guazz. *def.* 4. *cap.* 7. *num.* 3. Borbon. *cap,* 6. *num.* 18. Vbi addit, quod acculator debet probare rem furatam fuiſſe ſuam. Verum ad furtum ſufficit,quod appareat rem non fuiſſe furantis, quod ſatis præſumitur, ex eo, quod de loco alieno furtim fuit ablata.

33. Imo in dubio res ſubtracta præſumitur contra Domini voluntatē,& qui contrarium dicit probare tenetur *l. ſi vno* §. *Vectore,*Farin. *q.* 174. *n.* 148. *vbi num.* 155. Quod nec domino creditur aſſerenti eam ſibi ſubtractam ex ſua voluntate,niſi eius aſſertio alijs indicijs adiuuetur. Bictus *quæſt.* 123. *num.* 37. Sed ſi dum Iudex inquirit de delicto furti, vt illud probet,inuenit indicia contra aliquem ſufficientia ad carcerandum illum, & ſucceſſiuè ad torquendum, poteſt ad capturam, & torturam procedere. Clar. Farinac. Caren. ſupra citati. Bictus *quæſt.* 123. *num.* 35. *&* 17. Guazz. *def.* 4. *cap.* 7. *num.* 4.

34. Crimen etiam falſi,cum ſit difficilis probationis, ſufficit ſi probetur per indicia & coniecturas; & tamen crimen falſæ monetæ, quia relinquit poſt ſe monetam falſam, debet per rei euidentiam probari, & ſi monetarius delictum confiteatur, verificari debet eius confeſſio. Guazz. *def.* 4. *cap.* 9. *num.* 4. Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 21. Bordon. *cap.* 6. *num.* 16. Et idem dicendum ſi falſitas ſit commiſſa in inſtrumento, vel ſcriptura, vel in auro, aut argento,aut alia re permanente cum ſua falſitate Bord. *c.* 6. *n.* 17.

35. Similiter ex eadem cauſa ſcriptura continens delictum, vt libellus famoſus,debet recognoſci cum qualitate papyri,& characterum,& alijs ſignis. Ad probandum verò delinquentem,aliæ probationes ſunt neceſſariæ: probatur vero per duos teſtes de viſu, qui deponant de contentis in libello, & dicant ſe vidiſſe illum ſcribi. Probatur etiam per teſtes de nota manu, & per confrontationem litterarum,ſed duæ iſtæ probationes ſine alijs adminiculis non ſufficiunt ad torturam Carena *part.* 3. *tit.* 4. *num.* 4. *&* 5. Farin. *quæſt.* 70. *num.* 14. Bordon. *cap.* 6. *num.* 24. Videantur quæ de probando delicto per ſcriptorem dixi ſupra *quæſt.* 18.

36. Delicta carnis,quæ non relinquunt poſt ſe veſtigium, non probantur, niſi per teſtes, & indicia, ſed ſi relinquunt poſt ſe veſtigium, vt puta fracturam aliquam, illud veſtigium probandum eſt per inſpectionem ſaltem mulierum obſtetricum, vel peritorum deponentium ſub iuramento. Sed aduertendum, quod huiuſmodi fracturæ non probant aliquem alium deliquiſſe, nam v. g. poteſt eſſe quod puella fregerit ſignaculum virginitatis ſine viri concubitu. Et eorum aſſertionibus, qui ſe faciunt complices delicti, non eſt credendum. De quo videantur Farinac. *quæſt.* 43. *num.* 92. Guazz. 4 *cap.* 6. *num.* 14. *&* 17.

37. Veneni crimen cum ſit difficilis probationis, probatur per indicia, & per ſenſibilia ſigna, quæ cauſat. Verum hæc ſigna debent eſſe certa, qualia non ſunt ſpuma oris, vomitus, liuor corporis, quia hæc etiam ab innato veneno oriuntur. Conſulendi igitur ſunt medici, & eorum atteſtationibus iuratis ſtandum eſt; ſufficere vero etiam, ſi ſint de credulitate, dicunt Carena *part.* 3. *tit.* 1. *num.* 35. Scroi *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 59. Farin. *part.* 2. *num.* 30.

38. Sed imo iſti periti non debent deponere de veritate, vt quod occiſus mortuus fuerit ex veneno, ſed de credulitate, & iudicio, nimirum deponere ſe iudicare, quod mors fuerit ex veneno propinato Guazz. *def.* 4. *cap.* 5. *num.* 7. Vbi *n.* 8. quod non ſufficit,quod periti aſſerant ſe eſſe peritos, ſed hoc debet conſtare per alios teſtes. Præcipuè vero debet attendi qualitas, & quantitas potionis, quæ aſſeritur veneno ſa. Nam ſi periti dicant eam non eſſe venenoſam, nec potuiſſe cauſare mortem,confeſſio Rei non eſt attendenda. Et ſi dicant eſſe venenoſam,ſed non fuiſſe tantæ quantitatis, vt poſſet cauſare mortem, non habet locum pœna ordinaria. Habebit autem locum pœna aliqua, ſi potio vere fuit venenoſa, ſed non in tanta quantitate, quæ poſſet cauſare mortem, quia præbere illam potionem fuit delictum: ſed ſi potio vere non fuit venenoſa, non habet locum pœna aliqua; quia in delictis ad pœnam attenditur veritas non opinio. Guazz. *d. cap.* 5. *num* 19.

39. An vero ſufficiat atteſtatio vnius medici affirmat Scroi, ſed oppoſitum voluit Panorm. *cap. Propoſuiſti num.* 5. *de probat.* Sed hoc eſt valde controuerſum, & multi ſunt caſus, in quibus DD. aſſerunt, quod ſufficit vnus peritus, de quibus agunt Farin. *quæſt.* 127. *à num.* 153. & Guazz. *def.* 4. *cap.* 12. Non tam facile tamen admitti debet,quod vnus ſolus peritus ſufficiat, vbi agitur de pœna mortis.

40. Am-

40. Ambitus ſeu procuratio officiorum, dignitatum, gratiarum apud ſuperiores regulares per ſæcularium fauores delictum graue eſt. Hoc vero probatur, ſi primo cõſtet de litteris fauttricibus regiſtrandis in proceſſu, & ſecundo conſtet de illarum litterarum vſu, & præſentatione. Ita Bordon. *cap.* 62. Et quidem horum primum de facili fieri poteſt, ſed quomodo de ſecundo conſtabit, dum huiuſmodi ſupplicationes ſæpiſſime ſecreto Prælatis præſentantur? certe hoc eſt difficillimæ probationis. In multis Religionibus, & præcipuè in ordine Prædicatorum habetur conſtitutio Clem. 8. quæ incipit *Religioſos viros*, & data fuit die 23. Martij anno 1592. In qua inter alia habentur hæc verba. *Statuentes, quod omnes, & ſinguli in præmiſſis delinquentes nulla alia monitione præcedente, & abſque proceſſu deſuper habendo, ſententias, & pœnas præmiſſas irremiſſibiliter, & ipſo facto incurrant, quodque ad illas ſententias, & pœnas damnabiliter incurriſſe legitimè probandum, & omnino conuincendum, ſola præmiſſarum perſonarum inſtantiæ, fauores, & præces etiam oretenus porrectæ plenam, indubiam, & ſufficientem in iudicio, & extra fidem faciant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.* Hæc vero Clementis conſtitutio fuit confirmata à Paulo V. in Conſtit. quæ incipit *admonemur* data 7. Ian. 1608.

41. Circa huiuſmodi verò Conſtit. conſideranda ſunt illa verba *ſine proceſſu*, per quæ non excluditur ſimpliciter neceſſitas proceſſus, ſed cũ in cauſa criminali fieri debeat proceſſus, & ad probandum delictum, & ad probandum delinquentem, & illum conuincendum, Pontifex vult, quod in hac cauſa ad conuincendũ delinquentem ſufficiat proceſſus, per quem delictum eſt probatum, & conſtat à ſæculari porrectas eſſe præces ſuperiori ad fauorem alicuius Religioſi, quo probato ſine neceſſitate alterius proceſſus Religioſus ille habendus eſt pro conuicto de crimine ambitus prohibito. Quantum vero ad probandum delictum, quia huiuſmodi libelli, vel ſupplicationes ſæpiſſime porriguntur Prælatis nullo alio præſente, & Prælatus non poteſt eſſe Iudex, & teſtis in eadem cauſa; ideoque hæc libellorum, aut ſupplicationum porrectio, cum ſit difficilis probationis, ſi non poteſt probari per teſtes, ſufficit quod probetur per indicia, & coniecturas, & corpus delicti erit probatum; quo facto ſine alio proceſſu audiendus eſt Reus, & ſiue fateatur, ſiue neget delictũ, habetur pro conuicto, & datur illi terminus ad ſe defendendum, quo elapſo cauſa terminatur.

42. Nihilominus Donatus *part.* 4. *tract.* 2. *qu.* 7. *n.* 5. ſentit, quod Reus non poteſt excipere, & dicere, quod id quod non eſt in actis, non eſt in mundo, quia præces habent vim proceſſus. Ex quo videtur velle, quod non ſit neceſſe, vt formetur proceſſus, in quo conſtet de porrectione præcum, ſeu de ſupplicatione; ſed certe hoc non poteſt affirmari. Et ſi hoc admitteretur, eſſet in poteſtate cuiuſcumque mali ſuperioris ſubditum ſubijcere pœnis illius conſtitutionis, aſſerendo ſibi porrectas eſſe præces nomine illius; & ideo bene conſiderando verba illius conſtitutionis aduertitur, quod verba illa *ſine proceſſu* poſita ſunt ad explicandũ, quod pœne illius cõſtitutionis incurrunrur ipſo facto, quo ſtabilito ſubditur quod ſolæ præces ſufficiunt ad conuincendum Reum, quod vnum impoſſibile eſt, niſi de illis iudicialiter conſtet in actis: licet verò illæ pœne incurrantur ipſo iure, & de facto, nihilominus iuxta communem doctrinam ad illarum executionem neceſſe eſt, vt præcedat ſententia declaratoria, vt bene docet Donatus *d. n.* 5. qui *n.* 6. bene addit, quod debet audiri Reus, & nec eius ſenſus erit in citatis verbis, quod de ſupplicatione non debeat conſtare in actis, ſed quod non eſt neceſſarius proceſſus ad conuincendum Reum; quia adhoc ſufficiunt præces ipſæ.

43. An vero Princeps ſtatuere poſſit, vt non ſit neceſſe probare corpus delicti, & nihilominus proceſſus Iudicis ſit validus? Dicendum eſt primo, quod de iure naturali nullus poteſt damnari, niſi in iudicio conſtet illum deliquiſſe, & ſic niſi conſtet de delicto, & delinquente. Et ideo per nullum ſtatutum humanum poteſt ſtatui, vt non ſit neceſſe probari corpus delicti, ſaltem per teſtes, indicia, & coniecturas. Sed loquendo de probatione delicti per inſpectionem ſeu per viſum, & repertum Bordon. *cap.* 6. *num.* 27 ſentit, quod ſicut hoc eſt inductum lege poſitiua, ſic poſſet Princeps ſupremus diſpenſare vt hæc viſitatio non ſit neceſſaria. Et nihilominus etiam ſi princeps committat alicui cauſam aliquam, non cenſetur diſpenſare ſuper hoc requiſito. Brun. à ſole apud Farinac. *qu.* 2. *nu.* 1. *in fine* Guazz. *def.* 4. *n.* 1. quem ſequitur Bord. *d. num.* 27.

44. Tandem aduertendum eſt, quod in delictis facti permanentis probato corpore delicti, ſi delinquens etiam innoteſcit per querelam, aut denunciationem, proceditur contra illum etiam per inquiſitionem ad ſumendas informationes; ſed ſi nullus eſt denunciatus, & ignoratur delinquens, proceditur ad illum inueniendum per inquiſitionem generalem, non quæ ſit generalis tam ex parte delictorum, quam delinquentium, ſed quæ eſt generalis ſolum ex parte delinquentium, in qua inquiſitione primus, qui nominat Seium delinquentem non gerit vicem accuſatoris, aut denunciatoris; quia corpus delicti probatum, illud eſt quod accuſat, ſed vere eſt teſtis, & pro tali haberi debet. Nec eſt opus, vt Iudex ex hoc diſtinctam inquiſitionem ſpecialem inſtituat, ſed poteſt ad vlteriora procedere, & Reum conſtituere, vt ex Innoc. Panorm. Clār. & alijs aduertit Scroi *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 67. Aduertens in hoc erraſſe Bictum *in praxi primæ inquiſitionis num.* 12.

45. Hinc explicatur illa difficultas, an cum vnus ſolus eſt conſcius delicti alterius, ille poſſit eſſe teſtis contra delinquentem, & interrogari à Iudice, cum Iudex nulla præcedente infamia, vel accuſatione, vel denunciatione non poſſit inquirere, & idẽ non poſſit eſſe denuncia-

Digitized by Google

tor, & teſtis. Diſtinguendo enim dicitur, quod vbi delictum eſt facti permanentis, & de illo conſtat, Iudex nedum poteſt, ſed tenetur inquirere de delinquente generaliter, & poteſt examinare teſtes, & inquirere in genere, an ſciant, quis delictum commiſerit, delicto ipſo clamante, & iure inſtante, vt in ſingulari inquiratur de delinquente, de quo iam conſtat in genere. Et tunc ille, qui eſt conſcius delinquentis, quia poteſt eſſe, & eſt teſtis, tenetur delinquentem manifeſtare, niſi ex aliqua alia cauſa iuſta excuſetur. Ad iudicium enim inſtituendum contra delinquentem ſufficit, quod eius delictum ſemiplenè probetur, quod fit per vnum teſtem omni exceptione maiorem. Idem propterea dicitur, ſi delictum ſit vel notorium, vel famoſum, vel publicum, vel quocumque modo in iudicio probatum. Sed ſi delictum ſit occultum, hoc etiam certum eſſe debet, quod Iudex ex notitia priuata non poteſt de illo inquirere. Sed tamen ad hoc ſufficit quælibet notitia iudicialis, veriſimilis, & rationabilis, ad hoc, vt primo inquirat de delicto, & ex conſequenti de delinquente. Et ex conſequenti probato delicto eo modo, quo potuit probari, habet ius inquirendi de delinquente in genere, & teſtis vnicus delicti conſcius tenetur delinquentem manifeſtare. Quod eo magis procedit, ſi, licet detur vnus ſolus teſtis de viſu, qui poſſit deponere de delinquente, dantur tamen alia indicia, quæ ſufficiunt ad mouendum Iudicem ad inquirendum, iuxta ea, quæ ſupra probata ſunt *qu. 8.*

46. Sed difficultas eſt, ſi delinquens ita ſit occultus, vt eius non detur aliqua notitia præcedens, niſi quam dedit teſtis ille vnicus, qui forte extraiudicialiter manifeſtauit delinquentem, an hæc notitia, ſi ſit iudicialis, ſufficiat Iudici, vt inquirere poſſit, & examinare teſtem illum vnicum, & ſi examinet, legitimum ſit examen, & teſtis ſic examinatus probet. Videtur enim quod non probet, quia tunc videtur, quod idem ſit denunciator & teſtis. Quia quiſquis ille ſit, qui primo Iudici delinquentem manifeſtauit, etiam ſi ſit Procurator fiſcalis, requiſitus de cauſa ſcientiæ, non poterit niſi dicere, quod id audiuit ab aliquo, & interrogatus ille alius pariter teſtificabitur de auditu, & tandem reſoluetur inquiſitio in hoc, quod id auditum fuit ab illo vnico, qui eſt vnicus, & ſic ille in ſubſtantia erit denunciator, non poteſt ergo eſſe teſtis. Sed nihilominus videtur, quod ille in hoc caſu poſſit eſſe legitimus teſtis, & quod, niſi aliud obſtet, ſemiplenè probet. Hoc oſtenditur primo, nam ſi ex manifeſtatione illa extraiudiciali delinquens fuit infamatus, vt quia ille delictum manifeſtauit pluribus, vndè poſtea fuit manifeſtum maiori parti populi, cur non poſſet Iudex contra delinquentem inquirere probata illa fama? Sed ratio aſſertionis eſt, quia dum dicitur, quod idem non poteſt eſſe denunciator & teſtis, intelligitur de denunciatore iudiciali; ſic enim in iudicio non conuenit, quod idem ſit denunciator & teſtis, quia voluntarius denunciator ſatis eſt ſuſpectus, vt dictum eſt ſupra *qu. num.* vnde non cenſetur teſtis legitimus, vnde ſi iſte vnicus delicti conſcius fraudulenter agens, manifeſtaret extraiudicialiter delinquentem eo fine, vt ille innoteſceret Iudici, & vt poſtea à Iudice vocatus ipſe eſſet teſtis, nõ eſſet teſtis legitimus, ſed valdè ſuſpectus. Sed ſi ille ſine hac fraude manifeſtauit delinquentem, ille nullo modo eſt denunciator iudicialis. Dicitur propterea, quod per ſe loquendo idem poteſt eſſe denunciator extraiudicialis, & teſtis, ſicut poteſt eſſe denunciator iudicialis in vno iudicio, & teſtis in alio, & ſicut ſtat, quod quis ſit auctor famæ, aut eius propagator, & poſtea ſit teſtis de viſu reſpectu eiuſdem delicti & delinquentis. Sed nihilominus dicitur, quod vbi delictum eſt occultum taliter, quod vnus ſolus illius eſt conſcius, iſte non poteſt ſimul eſſe denunciator extraiudialis delinquentis, & teſtis legitimus, & iudicialis contra illum; quia talis reuelans occultum delictum proximi delinquentis eſt iniuſtus, & proximum inordinate infamat, & eſt criminoſus, & ideo non poteſt eſſe teſtis legitimus, nec ſemiplenè probat, vnde nec ſufficienter probat, vt Reus poſſit interrogari. Neque igitur Iudex huius conſcius poteſt talem inutiliter interrogare, cum aliunde non poſſit delictum probare, nec teſtis interrogatus tenetur delinquentẽ inutiliter manifeſtare, cum ipſe iã non ſit teſtis legitimus ſemiplenè probans, nec aliunde vnius dictum poſſit coadiuuari, vt ſemiplenè probet. Quando tamen denunciatio facta extraiudicialiter eſſet inculpabilis, poſſet iſtæ denunciator ſimul eſſe teſtis. Imo ſi ageretur de vitãdo aliquo graui præiudicio boni cõmunis, ad quod neceſſaria eſſet opera Iudicis, nedum iſte vnicus conſcius delinquentis poſſet, ſed teneretur delinquentem extraiudicialiter manifeſtare alicui, qui illum denunciaret Iudici, vt Iudex poſſet contra delinquentem procedere, & teſtem conſcium examinare.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur Reus.*
Et quomodo aliquis præſens, ſeu abſens conſtituatur inter Reos. ibid.
2 *Reus interrogari non poteſt, niſi præcedentibus indicijs.*
Confeſſio extorta non præcedentibus indicijs, non nocet confitenti ibid.
3 *Ad Reum interrogandum iuridicè debent præcedere indicia ſemiplenè probantia.*
Opiniones variæ. ibid.
4 *Obiectio, & reſponſio.*
Quomodo fama ſufficiat ad Reum interrogandum. ibid.
5 *Quæ indicia debeant præcedere ad inchoationem proceſſus. Et quę ad Reũ interrogandum.*
6 *Quid requiratur adhoc, vt indicia ſemiplenè probent.*
Inquiſitio facta non præcedentibus indicijs, ſi Reus non opponat, non eſt nulla ibid.

In probatione plena, & ſemiplena datur latitudo. ibid.

QVAESTIO XXI.

De examine Rei.

ARTICVLVS I.

Quæ probatio ſit neceſſaria ad conteſtandam litem Reo, ſeu ad conſtituendum aliquem inter Reos & illum iuridice interrogandum.

1. REus vero dicitur, qui de aliquo crimine accuſatus, vel inquiſitus cauſam in iudicio dicere compellitur. *capit. forus de verb. ſignificat.* Inter Reos verò conſtitui dicitur aliquis, quando, ſi ſit præſens, Iudex illum interrogat, & ipſe reſpondet, & tunc illi lis conteſtatur. Clar. §. *finali quæſt.* 14. *verſ. ſed hic.* Si autem eſt abſens non conſtituitur inter Reos, niſi ab eo datis aliquibus exceptionibus cum hoc diſcrimine, quod ſi datæ ſint exceptiones, vt quod Iudex ſit incompetens, aut verè inhabilis, & Iudex exceptiones reijciat, vel ſi datæ ſunt exceptiones ſuper veritate cauſæ, & imputatus eſt contumax, tunc nomen eius inter Reos numeratur. Clar. *ibid.*

2. Quæritur igitur primo. An Reo præſente ad illum interrogandum neceſſe ſit, quod præcedant indicia. Et in hac parte res eſt indubitata, quod ſine indicijs præcedentibus Iudex non poteſt Reum interrogare, ſeu illum inter Reos ponere, & iniuſtè agit, & mortaliter peccat, ſi aliter facit. D. T. 2. 2. *quæſt. 69. art.* 2. & ibi Caiet. & alij Nauar. *in rubric. de indic.* 10. 5. 3. Scacc. *de indic. cap.* 58. *num.* 8. & *cap.* 84. *num.* 9. Marſil. & alij, quos ſequitur Farinac. *quæſt.* 8. *nu.* 15. Et imo confeſſio non præcedentibus indicijs extorta non nocet confitenti, cum ſit contra iuſtitiam extorta. Sot. *de ſecret. mem.* 3. *qu.* 1. *concl.* 5. Bann. 2. 2. *qu.* 70. *art.* 1. *par.* 4. *d. vn.* Nauar. *cap.* 18. *numer.* 59. Clau. Reg. *l.* 12. *cap.* 16. *numer.* 15. Nec reſpectus ad bonum commune excuſat, neque enim bonum commune per iniuſtitias procurari debet, & hoc maximum bonum commune læderet, ſi iniuſtis vijs liceret Iudici vti ad homines damnandos.

3. Quæritur ſecundo, qualia eſſe debeant iſta indicia, & præcipuè an talia eſſe debeant, vt inducant delicti ſemiplenum probationem. Sufficere enim ſi talia ſint, vt inducant ſemiplenam probationem, eſt indubitatũ, ex id docent D. T. 2. 2. *qu.* 69. *art.* 2. & *ibi expoſitores.* Nauar. *tit. de indicijs nu.* 56. & 58. & *in man. cap.* 25. *n.* 36. & *reliqui infra citandi.* Sed nihilominus ſufficere etiam indicia leuioria voluerunt Boſ. *tit. de examin. Reor. nu.* 6. Clar. *qu.* 2. *paulo poſt princ.* Imo quod etiam ad torturam non ſit neceſſe, quod præcedat ſemiplena probatio *cum gloſſ. in l. cum probatio ff. de prob.* ſenſerunt multi quos, refert Farinac. *quæſt.* 36. *num.* 118. Verum cum *in cap. qualiter, & quando il 2. de accuſatione.* Pontifex velit, vt Reo etiam antequam interrogetur detur copia proceſſus: de quo plura dixi *c.* 1. *de accuſat. in* 6. Mirũ eſt, quod Iudices & Doctores aliqui, ita à deciſione illius textus receſſerint, vt velint etiam Reum poſſe interrogari ſine grauibus indicijs non præcedentibus, & habere pro Reo illum contra quem non militant niſi leuia indicia. Dicendum propterea eſt Iudicem non poſſe Reum interrogare iuridice, niſi eum deliquiſſe ſit ſaltem ſemiplenè probatum. Sot. *lib.* 9. *de Iuſ & Iur. quæſt* 7. *art.* 1. Nauar. *in man. cap.* 21. *num.* 36. & *de Iud. n.* 56. Clauis Reg. *lib.* 12. *cap.* 16. *num.* 5. Philippus de Bictis *in Epit. quæſt.* 8. *num.* 15. Bordon. *qu.* 65. *num.* 24. Scroi *part.* 4. *cap.* 17. *num.* 1. Eliſeus *tract.* 4. *qu.* 11. *nu.* 3. & *tract.* 7. *qu.* 1. *n* 4.

4. At obijcies, & dices, quod ad interrogandum Reum ſufficit, quod præcedat infamia vt docet D. T. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 2. & ibi Caietanus. Reſpondetur, & dicitur primo quamplures Doctores velle, quod fama faciat ſemiplenam probationem. Bart. *in l. de minore* 3. *plurium ff. de quæſt.* Felin. *in cap. Venient de teſtibus* Rota coram Caputaquen. *deciſ.* 208. *nu.* 7. *part.* 2. & coram Robuſt. *deciſ.* 81. *num.* 1. *p.* 1. Maſcard. *de probat. l.* 2. *concl* 753. *numer.* 6. & alij, quos refert Farinac. *qu.* 4. *nu.* 54. & hac opinione retenta, fama faciens ſemiplenam probationem ſufficit ad Reum interrogandum. Dicitur ſecundo, & admittendo famam nudam non inducere ſemiplenam probationem, dicitur famam ſolam non ſufficere ad interrogandum Reum, niſi taliter ſit adminiculata, vt indubitate ſemiplenè probet, cum ſe ſola non probet ſemiplenè, vt probatum eſt ſupra D. Th. vero loquutus fuit in terminis *cap. qualiter, & quando de accuſ.* Quando ad interrogandum Reum debetur illi copia indiciorum, ex quo Reus poterat videre, quæ fama erat contra illum, & qualiter probata, & ſic loquebatur de fama adminiculata, & vehementi, nimirum de fama à Reo ipſo non ſufficienter reprobata, ſed plenè probata in proceſſu.

5. Sic ergo diſtinguendum eſt inter principium proceſſus, & quantum ad ſumendas informationes, & examinandos teſtes, & inter interrogationem Rei, ſeu conſtituendum inquiſitum inter Reos, & illi conteſtandam litem. Ad primum enim ſufficit, quod præcedat infamia, vel accuſatio, vel iudicialis denunciatio, vt dictum eſt ſupra *qu.* 8. *art.* 3. Sed ad ſecundum iuxta ſtatutum *cap. qualiter, & quando de accuſat.* eſſet neceſſarium, quod prius Iudex daret inquiſito copiam informationis, vt poſſit ille excipere contra teſtes, & indicia; ſed cum hoc iam ſit conſuetudine abrogatum, adminus ſaltem eſt neceſſarium, vt delictum in proceſſu ſit ſemiplenè probatum. Imò etiam hoc poſito, quomodo teneatur inquiſitus reſpondere ſibi non conſtito, quod delictum eius ſit ſemiplenè probatum loco citato eſt explicatum, & dicetur infra.

6. Semiplenè vero probat vnicus teſtis omni ex-

Digitized by Google

ni exceptione maior. Indicia enim ad hoc vt ſemiplenè probent, neceſſe eſt, vt cum certitudine ſimili illi, quam fert vnus teſtis idoneus, inferant delictum. Et ſic quomodo teſtes inhabiles, & indicia ſemiplenè probent, arbitrarium eſt Iudici. Hoc tamen aduerti debet, quod ſi ex indicijs non reſultet vnum indicium indubitatum, non adeſt ſemiplena probatio, quia vt probatum eſt *quaſt. art.* præſumptiones non probant ſemiplenè. Et nihilominus aduertendum, quod inquiſitio facta ſine præcedentibus indicijs ſufficientibus, niſi Reus compareat, & opponat, non eſt nulla, ſed parte non opponente proceſſus eſt validus. *cap. 2. de accuſat. num.* 6. Farinac. *quaſt. 1. nu.* 49. Sed & aduerti debet, quod probatio plena, quæ ſemiplena latitudinem habet; certior enim eſt, quæ fit per teſtes, quam ſit illa, quæ fit per inditia moraliter indubitata. Et per hoc explicari poteſt, & conciliari illa ſententia, quæ vult, quod ad interrogandum Reum ſufficiat probatio minor quam ſemiplena, quia non ſit neceſſaria probatio per teſtes, ſed ſufficiat probatio per indicia indubitata, licet ſit minor, quam probatio per teſtes. Et ſic, quod ſicut ſufficit probatio per vnum teſtem, ſic ſufficiat etiam probatio per vnum indicium indubitatum, vel per plura remota, ſi ex illis reſultet vnum indicium indubitatum. Quod verum eſt. Imo ſufficit, quod indicium ſit probatum per vnum teſtem omni exceptione maiorem. Nam ad ſemiplenè probandum delictum ſufficit medium ſemiplenè certum. At vero indicium indubitatum probatum per vnum teſtem idoneum eſt ſemiplenè certum, igitur ſufficit ad probandum ſemiplenè delictum. Et ſi indicium, reſultat ex pluribus alijs, ſufficit, quod quodlibet illorum ſit probatum per vnum teſtem idoneum. licet ſingularem, quia ex teſtibus illis ſingularibus totum illud indicium remanet ſemiplenè probatum, & certum.

SVMMARIVM.

7 *Quid ſit citatio Rei.*
Citatio duplex eſt, ſcilicet realis, & verbalis, & quid ſit vtraque. ibid.
8 *Reus neceſſario audiendus eſt, & ideo in indicio citari debet.*
Citatio de iure communi triplex, &, ſcilicet, ad comparendum, ad allegandum, & ad ſententiam. ibid.
Quæ debeant ſeruare ſuperiores regulares in citationibus. ibid.
9 *Et quæ ſint de ſubſtantia citationis.*
10 *Quomodo citandi ſunt fugitiui, & qui ſe abſcondunt.*
11 *Et quomodo regulares debeant procedere in illo caſu.*
12 *In citationibus ſeruanda eſt praxis curiarum. Plura conſideranda circa citationem. ibid.*

ARTICVLVS II.

De Rei citatione.

7. Citatio Rei eſt legitima vocatio facta de mandato Iudicis per eius nuncium personæ querelatæ, vt compareat coram eodem Iudice ad reſpondendum in iudicio, ſuper his, de quibus interrogabitur. Cum vero duplex ſit citatio, nimirum, realis quæ eſt appræhenſio, & captura perſonæ facta per ſatellites de mandato Iudicis trahentes illam ad carceres, alia verbalis, quæ eſt vocatio Rei facta verbo, vel ſcripto ad comparendum coram Iudice ad reſpondendum, & ſe defendendum à querela, de hac verbali citatione præcipuè eſt ſermo in hoc articulo.

8. Reum enim audiendum eſſe, ideoque debere citari, & in iudicium vocari eſt indubitatum, cum lex naturalis hoc præcipiat. Et ideo neque ſuperior aliquis, vel Princeps quantumuis ſupremus poteſt, vel damnare, vel mandare, vt quis damnetur non auditus, vel vocatus. Sententia quoque contra non auditum, & non citatum ipſo iure nulla eſt. Triplex vero citatio eſt neceſſaria de iure communi, ſcilicet, citatio prima ad comparendum, & reſpondendū, & citatio ad allegandum, & citatio ad ſententiam; ſed & vnica citatione poteſt inquiſitus citari ad totam cauſam. De qua citatione videri poſſunt, quæ ſcripſi *cap. de in* 6. Hoc vnum vero aduertendum pro Regularibus, quod non tenentur ad formam iuridicam citandi, quæ eſt de iuris ſolemnitate; ſed Superiores Religioſos in conuentu exiſtentes per quemlibet Religioſum internuncium, & abſentes per literas ſimplices vocant, & ſic primo vocatur Reus, & eo examinato offertur ei procurator Religioſus, & copia proceſſus exhibetur, & datur terminus ad ſe defendendum, & loco vltimæ citationis peremptoriæ ad ſententiam vocatur Reus, & in facie eius coram Iudice actuario, & teſtibus legitur illi ſententia. Et ita fieri in ſuo ordine Cappuccinorum reſtatur Philippus de Bictis *in Ep. qu.* 76. *num.* 5. Sed apud nos aliquando etiam non coram Iudice, ſed coram Notario, & teſtibus, vel in menſa coram communitate legitur ſententia.

9. De ſubſtantia autem citationis ſunt ſequentia. Primo exprimi debet nomen Iudicis, vt appareat de illius commiſſione, quæ non præſumitur. Guazzin. *defenſ.* 10. *cap.* 2. Vant. *de nullitate cit. num.* 4. Et tamen credendum eſſe Nuncio dicenti ſe habere commiſſionem à Iudice, dixit Pacian. & ex eo Bordon. *cap.* 61. *num.* 13. Secundo exprimi debet nomen querelantis, ſi proceditur ad illius inſtantiam, ſeu Fiſci, qui tenet locum accuſatoris Clar. *quaſt.*63. *v. ſed certè.* Guazzin. *nu.* 5. Tertio deſcribendum eſt nomen citati cum ſuo cognomine, & loco, ne committatur æquiuocatio, & citetur vnus pro alio. Quartò, citatio debet eſſe perſonalis,

nalis, & ſi eſt ſcripta debet tradi in manibus Rei citati, ſed ſi non eſt ſcripta, debet Reus moneri, vt compareat coram Iudice. Quintò. Nuncius debet referre Iudici, vel eius Notario ſe præſentaſſe perſonaliter citationem, vel monuiſſe Reum, vt ſe præſentet coram Iudice, aliter citatio non eſſet valida, & ſi citatio iſta, & eius relatio non ſit facta ante ſententiam, ſententia eſt nulla. Non tamen de ſubſtantia eſt, vt hæc relatio fiat in ſcriptis, ſed ſufficit, quod in proceſſu dicatur, quod Reus fuit citatus, & ſi Reus comparet, & reſpondet coram Iudice, iam relatio citationis eſt comprobata; quæ relatio tamen nulla eſt, ſi fiat per alium, quam per Nuncium, cui in hoc creditur cum pertineat ad eius officium. Bordon. *cap.* 65. *nu.* 57. Et quantum ad tertium requiſitum, ſi nomen Rei ignoratur, & eſt perſona incognita, debet deſcribi per effigiem, barbam, capillos, ſtaturam, & alias qualitates, & Nuncius hæc debet referre Iudici vel Notario. Sexto debet in citatione deſignari tempus ad comparendum, aliter eſſet in arbitrio citati comparere quando voluerit, & propterea inter ſubſtantialia citationis ponitur, quod in citatione aſſignetur tempus, intra quod Reus comparere teneatur. Dies autem termini non computatur in termino; terminus etiam datus non debet eſſe nimis breuis, ſed rationabilis, vt Reus habeat tempus ſufficiens ad comparendum, aliter non coarctatur. Barboſ. *ad cap.* 6. *de dolo*, Guazz. *defenſ.* 10. *cap.* 2. *num.* 11. Bordon. *cap.* 65. *num.* 20. Sed apud Regulares, vbi citatio contineat nomen Iudicis & Rei, & detur ei tempus certum ad comparendum, non eſt neceſſe, vt citatio fiat per Nuncium publicum, debet tamen referri quod citatio fuerit facta.

10. Fugitiui etiam, vel qui latitant, & ſe abſcondunt, citentur; ſed iſti citantur, vel per edictum, vel ad valuas Eccleſiæ. De quo modo citandi videri poſſunt adnotata *cap. cum contumacia de Hæret. numero* 4. *& ſequentibus*. Sed iſti multipliciter citari poſſunt, vel, ſcilicet. ad comparendum, vel ad totam cauſam; vt iuſta ſe defendant autem citantur ſub pœna conuicti, aut confeſſi, vt puniantur, ſi ſint contumaces, & non compareant. Et hoc modo tranſmittitur illis capta informatio, quę debet eſſe clara, & diſtincta, & certa, continens circumſtantias delicti eiuſque qualitates, ad huiuſmodi verò citationem, ſeu informationem tranſmittendam fugitiuo, vel abſenti, neceſſe eſt, vt præcedat delicti, vel delictorum ſemiplena probatio, ſimilis illi, quæ eſt neceſſaria ad torturam, cum in re agatur de maximo inquiſiti præiudicio, cum inquiſitus damnetur, ſi ſit contumax. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *qu.* 88. *num.* 7. Farinaccius *qu.* 1. *num.* 48. *& qu.* 1. *num.* 16. *in fine, & qu.* 46. *num.* 16.

11. Philippus autem de Bictis *in Epit. qu.* 78. *num.* 5. ait, quod in Religione Cappuccinorum abſentes citantur per literas, nulla illis intimata cauſa certa in proceſſu contenta. Verum hoc facilius procedere poteſt, vbi Reus citatus, niſi iterum audiatur, non damnatur in contumaciam, ſed vbi contumax habendus eſt pro confeſſo, vel conuicto, & damnandus eſt, ac ſi eſſet confeſſus, vel conuictus, melius & tutius eſt, vt etiam apud Regulares tranſmittatur illi informatio continens omnia delicta, de quibus inquiritur, cum eorum qualitatibus, & circumſtatijs, & hanc citationem præcedere debent probationes legitimæ ex Conſtitut. vltima Pij Quinti, & non ſufficiunt illæ, quæ ſufficiunt ad capiendas informationes, ſeu regulariter ad inquirendum, ſed fortiores. Clarus §. *finali qu.* 44. *verſ. quæro numquid*, Cartar. *de execut. ſentent. cap. fin. n* 67. 68. 94. *&* 133. Farinac. locis citatis, & ſi Reus ſit citatus ſub aliqua pœna, vt ſub pœna excommunicationis, etiam latæ ſententiæ non poterit excommunicari, vel declarari excommunicatus, niſi etiam ſit citatus ad ſe defendendum, & dicendum quare non debeat excommunicari, vel declarari excommunicatus; ex eo quod non comparuerit. De contumacis vero damnatione infra ſermo habendus erit.

12. Præterea nonnulla alia aduertenda ſunt. Primum quod aliqui volunt, quod citatio facta domi ipſius Rei ęquiualeat perſonali; ſecundum ſpecialem ritum Curiæ Archiepiſcopalis Neap. quem refert Ricc, *lib.* 1. *ſect.* 204. & ex illo Carena *par.* 3. *tit.* 2. *num.* 13. Sed hic modus citandi non eſt multum ſecurus, quamuis in hoc praxis cuiuſcumque tribunalis poſſit obſeruari. Secundum quod ille dicitur latitare, qui in domo in qua habitant vxor, & filij non inuenitur. Barboſ. *cap. cauſam quæ, de dolo nu.* 4. Carena *part.* 3. *tit.* 2. *num.* 16. Tertium quod citatus pro die feriato non tenetur comparere, quia citatio eſt nulla, & ad hanc nullitatem fugiendam dies feriati non numerantur, ſed ſolum dies vtiles. In Religioſis tamen hoc non procedit, quia obſeruantia feriarum eſt de apicibus Iuris. Bordon. *cap.* 65. *nu.* 21. Quartum quod citatio affixa in loco, ſed ſtatim lacerata non ligat, & habetur tamquam non affixa. Guazz *defenſ.* 10. *cap.* 3. *num.* 11. quem ſequitur Bordon. *cap.* 61. *num.* 13. vbi addit, quod citatio deberet ſaltem manere affixa per diem, vt innoteſcat citato, ſed non credo quod affixio per tantum tempus ſit neceſſaria. Quintum quod etiam in caſu notorio, vbi Reus debet audiri, debet etiam citari. Farinac. *qu.* 20. *nu.* 66. Bictus *qu.* 8. *nu.* 10. Bordon. *cap.* 61. *nu.* 27.

SVMMARIVM.

13 *Ad quid ordinetur carcer, & quas qualitates habere debeat.*
14 *Quæ ſit cauſa carcerandi inquiſitum.*
15 *Et qualis debeat eſſe carcer, & quomodo carceratus in illo detineri debeat. num.* 16.
Quare aliquando carcerati detinendi ſunt in compedibus, & ferreis vinculis.
17 *Quæ indicia requirantur ad hoc, vt inquiſitus carce-*

carcerari poſſit.

18 *Quando delictum eſt graue, & eſt periculum fugæ poteſt decerni captura etiam ex leuibus indicijs.*

19 *Quæ concurrere debeant ad hoc, vt ex ſuſpicione fugæ deueniatur ad capturam.*

In quo caſu Iudex ex notitia extraiudiciali poſſit mandare capturam. ibid.

20 *A quibus oriatur ſuſpicio fugæ.*

21 *Quando timetur ſubornatio teſtium, aut celatio veritatis, poteſt Iudex ex leuibus indicijs mandare capturam.*

22 *Quid dicendum ſit, quando Iudex procedit manu regia.*

23 *Ad arbitrium Iudicis pertinet cognoſcere qualitates delicti, & perſonarum, & quæ indicia ſint grauia, & leuia.*

24 *Ad quos Iudices ſpectat mandare capturam.*

25 *Quomodo delegatus poſſit facere mandatum ad capturam.*

26 *Iudex incompetens in duplici caſu capturam facere poteſt.*

27 *Regulares circa capturam ſeruare debent ſtatuta ſui ordinis.*

Quæ in ordine Prædicatorum ſeruentur. ibid.

28 *Quomodo detur appellatio à mandato capturæ.*

29 *Et quæ ſint de ratione iuſtæ capturæ.*

30 *Quæ ſit pœna illius, qui impedit, ne aliquis puniatur.*

Explicatur quæ in ſtatu Eccleſiaſtico ſeruantur & Bulla Sixti V. ibid. & ſeq.

31 *Plures caſus diſtinguuntur, in quibus diuerſimodè punitur qui fugit à manibus miniſtrorum.*

32 *Aliquis indebitè captus fugiens à captura non eſt puniendus,*

Quando captura dicatur iniuſta notoriè. ibid.

33 *Quis dicatur carceris fractor.*

34 *De iure ciuili fractores carcerum puniuntur pœna capitali.*

Pœna capitalis in iure non eſt neceſſariò pœna mortis naturalis. ibid.

35 *Effractores carcerum, & fugientes non puniuntur pœna conuicti, & confeſſi.*

Opiniones variæ, ibid.

36 *Fugientes à carceribus pœna extraordinaria puniuntur, & præcipuè grauius torquentur pro delicto, pro quo fuerunt carcerati.*

37 *An puniri etiam debent, ſi ſint innocentes, quo ad delictum.*

38 *Fugiens à carcere, an damnari poſſit in contumaciam pro delicto pro quo carceratus fuit.*

39 *Quid intelligatur hic nomine carceris.*

Et quomodo fugientes ab aliquo palatio, conuentu, & cella non ita rigorosè puniendi ſunt, ſicuti effractores carceris propriè dicti. ibid.

40 *Fugientes ab aliquo palatio, in quo detinebantur mediante præcepto Iudicis, puniuntur pœna ſub qua illis præceptum fuit.*

Quid ſit dicendum de Regularibus. ibid.

41 *Quomodo detineri debeat effractor carceris iterum captus.*

42 *Clerici, & Regulares carcerum effractores puniri poſſunt ad inſtar regularum ciuilium.*

43 *Ita etiam puniendi ſunt illi, qui accipiunt carceratos, licet ipſi non ſint carcerati.*

Et quando teneantur ad damna, & intereſſe. ibid.

44 *Pœna mortis puniendus eſt ille, qui eripit à carcere aliquem conuictum, & confeſſum de delicto capitali.*

Romæ ſeruanda eſt conſtitutio Sixti V. ibid.

45 *Iniuſtè carceratus fugiendo à carceribus non eſt puniendus.*

Quomodo, ſi ſit licentiatus, non teneatur ſeruare iuramentum, quod fecit de redeundo ad carceres. ibid.

Et quomodo poſſit offendere miniſtros, & Iudicem ad hoc vt effugiat. ibid.

Dummodo non ſit carceratus ſeruato ordine iuris. ibid.

Iniuſtè carceratus habet ius, vt ſe defendat contra iniuſtum Iudicem, ſicuti contra latronem. ibid.

46 *Explicatur quomodo quis dicatur iniuſtè carceratus non ſeruato ordine iuris.*

47 *Innocens in foro conſcientiæ, licet non poſſit offendere Iudicem, poteſt tamen fugere de carceribus.*

Imo etiam delinquens damnatus ad mortem poteſt in foro conſcientiæ fugere, & vincula frangere. ibid.

48 *Quid dicendum ſit de innocente iuſtè damnato, an poſſit per vim ſe defendere.*

Opiniones variæ. ibid.

49 *Et quomodo aliquis per vim inſiſtere poſſit ne capiatur.*

50 *Quæ ſint motiua fugiendi de carceribus.*

51 *Fugiens de carceribus illas frangendo non tenetur ad damna fracturæ.*

Dummodo damnum illatum ſit ex neceſſitate. ibid.

Et non adſit iuramentum de non fugiendo licitè ſeruandum. ibid.

52 *Iuſtè damnatus ad carcerem perpetuum, ſeu ad triremes fugere non poteſt.*

Secus vero ſi ſit innocens in foro conſcientiæ ibid.

54 *In quo caſu religioſus fugere poſſit de carceribus.*

55 *Et quando aliquis conſulere poteſt carcerato, vt fugiat, eique auxilium dare.*

56 *Quando fugiens de carceribus non teneatur ad damna, nec qui auxilium præſtat ad illa teneatur.*

Si vero fuga ſit iniuſta, præſtans auxilium tenetur ad reſtitutionem. ibid.

57 *Qui fugit a carcere animo reuertendi, & de facto reuertitur, mitiori pœna puniendus eſt, & non pœna ordinaria.*

58 *Sicuti illa qui fugit ſine fractura carcerum, ſeu ex negligentia cuſtodis. num. 59.*

60 *Quid illo qui fugit ex iuſta cauſa.*

61 *Et qui fugit de licentia cuſtodis.*

62 *Et ex neceſſitate.*

63 *Mulier ad euitandum periculum incontinentiæ cum cuſtode, fugere poteſt a carcere.*

64 *Qui*

64 *Qui reuelat conſpirationem de fugiendo cuius erat particeps, non eſt puniendus pœna ordinaria.*

65 *Sicuti ille qui remanſit in carcere ob infirmitatem, & negat ſe conſeniſſe ſractioni carcerum.*

66 *Quæ ſeruanda ſint à ſuperiore in earceratione Religioſi.*

67 *Superior præcipiendo Religioſo, vt eat ad carceres, non tenetur manifeſtare cauſam carcerationis.*

68 *In quo habitu Religioſi tradēdi ſunt carceribus.*

69 *Quomodo Religioſus ſugiens a carceribus poſſit dici apoſtata.*

70 *Carcer aliquando ſpeciem habet torturę.*

71 *Carcer quędam pœna eſt.*

72 *In aliquo caſu perſona priuata capere poteſt delinquentes.*

73 *Qua pœna puniendus ſit cuſtos carceris relinquens ſugere carceratum.*

74 *Quando carceratus fugit, ſeu moritur in carcere, hoc præſumitur ex negligentia cuſtodis.*

ARTICVLVS III.

De Rei Captura.

13. CVm duplex ſit citatio verbalis, ſcilicet, & realis, ſuperiori capite dictum eſt de citatione verbali, nunc de reali dicendum eſt. Cum vero carcer ordinetur, vel ad Rei cuſtodiam, vel ad torturam, vel ad pœnam, io præſenti ſermo eſt de carcere dato ad cuſtodiam, qui etiam propriè non eſt carcer, vnde carcerati ad cuſtodiam non ſunt propriè carcerati, ſed ſeparati, vel arreſtati. Gloſs. *in Conſt. Ord. Prædicat. diſt.* 1. *cap.* 18. §. 4. *lit. P.* Hic verò carcer debet quidem eſſe humaoos, & ciuilis. Carceres enim tetri præcipoè apod Eccleſiaſticos reprobantur; ſed nihilominus debet eſſe fortis, ac tutus, & ſuperiores, Regulares præcipuè, aduertere debent, ne ex leuibus cauſis mandent fratres in carcerem tradi; quia carcer infert præiudicium irreparabile, cum carceratus detineatur vi inter carceres priuatus libertate, & etiam id inferat aliquam famæ diminutionem; vnde non dubium eſt ſuperiorem ſine legitima cauſa carcerantem Religioſum peccare mortaliter, & teneri ad reſtitutionem. Nauar. *de Iudic. num.* 83. Imo eſſe excommunicatum per *Can. ſi quis ſuadente Diabolo* 17. *quæſt.* 4. iuxta communem Doctorum ſententiam. Sed & maximè apud Religioſos in actis debet exprimi, quod carcer datur ad cuſtodiam, vt ſic carceratus fugiat infamiam iuris, quæ ſequitur ad carcerationem datam in pœnam. Bict. *quæſt.* 78. Bouer. *p.* 2. *cap.* 54. Scroi *p.* 4. *cap.* 17. *n.* 12. Carcer enim datus ad cuſtodiam non infamat.

14. Quæritur primò. Quænam ſit legitima cauſa carcerandi inquiſitum. In primis, & ante omnia inſpicienda eſt cauſa, & quidem per ſe loquendo Iudex non poteſt ad capturam deuenire, niſi prius ſibi conſtet de corpore delicti. *l. prima* §. *Item aliud ff. ad Sillan.* quod in propoſito computatur, vt cauſa. Fuit vero aliquorum opinio, quod captura non poſſit decerni, oiſi pro delicto, cui debetur pœna corporalis. Ita Clar. *quæſt.* 28. ſed praxis eſt in contrarium, ideo dicitur quod pro omni delicto, etiam ſi pro illo imponenda ſit pœna pecuniaria, ſi opus eſt, poteſt decerni captura inquiſiti. Farinac *quæſt.* 27. *num.* 40. Et nihilominus vbi habet locum ſola pœna pecuniaria, ſi iſta non ſit grauis, vel ſi proceſſus fieri poteſt ſine captura, & ſi perſona ſit diues, vel honeſta, vel in aliqua dignitate conſtituta, vt plurimum in iſtis caſibus ſolet procedi non per capturam, ſed per citationem, vel monitorium. Guazz. *def.* 5. *cap.* 3. *num.* 14. Delicta vero pro quibus poteſt quærelatus carcerari ſunt homicidium, delicta carnis, vulneratio grauis, verberatio, ſimonia, ſubornatio in electionibus, furtiua eggreſſio à conuentu de nocte, frequens iteratio furti etiam leuis, furtum notabile, venenatio, libelli famoſi, contumacia, inobedientia, & alia ſimilia. Bordon. *cap.* 66. In ordine Prædicatorum talia ſunt quæ exprimuntur *in cap.* grauioris culpæ.

15. Quæritur ſecundò. Qualis debeat eſſe carcer. Reſpondetur quod carcer ita debet eſſe fortis, & tutus, vt tamen carceratio ad cuſtodiam detur non ad pœnam *l. aut damnum* §. *ſolent ff. de pœnis*. Et ideo carcer ille non debet eſſe obſcurus, & tetrus; & ideo ſubterranei carceres, & caueæ, in quibus homines humiditate nimia, & frigore mortis aut grauis infermitatis ſubeunt periculum, prohibeotur *l.* 1. *C. de cuſt. Reor.* Inde eſt, quod regulariter carceratus non debet detineri in compedibus, vinculis, ſeu manicis ferreis, hoc enim oon ad ſimplicem cuſtodiam, ſed ad pœnam pertioet. Baldus *in lege ſecunda C. de exhib. Rei col.* 46. Farin. *quæſt.* 27. *num.* 98. Ideo Prælatum Regularem ceoſeri homicidam, & irregularem, ſi ad cuſtodiam ponit Religioſum in carcerem, in quo veriſimiliter eſt moriturus ſequta morte ex Antonio à Spiritu Sancto, & Blaſio dixit Scroi *part.* 4. *cap.* 17. *n.* 4.

16. Et nihilominus vbi ſit probabile periculum fugæ, poteſt carceratus detineri in compedibus, & vinculis ferreis *l. prima C. de cuſt. Reor.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 505. *num.* 1. & 6. Hoc verò periculum oriri poteſt, vel quia alius carcer tutus, & ſecutus non habetur, vel ex qualitate delicti pro quo debetur pœna mortis, aut alia grauiſſima; tunc enim carcerati omnem viam, & modum fugiendi quærunt, & ideo etiam cautius ſunt cuſtodieodi; vel ex qualitate perſonæ vilis, vel potentis ex adhæreotijs; vel etiam ex vi, & fortitudine aut induſtria. Cæterum vbi alias carcer ſit ſecurus, & tutus, & ceſſat periculum fugæ, neque ex qualitate perſonæ, neque ex qualitate delicti atrociſſimi poteſt Reus detineri in compedibus, & vinculis ferreis Farinac. *quæſt.* 27. *num.* 102. Et adhuc quando ſit opus illos ſic ligatos detineri, ita debet fieri, vt huiuſmodi vincula dolorem ſeu cruciatum

tum

tum non afferant. *l. prima C. de Inſtit. Reorum.* Vbi tamen carcer detur, vel ad torturam, vel in pœnam, & non ad puram cuſtodiam, ſi alias adſit iuſta cauſa torquendi, & puniendi Reum, poteſt hoc modo vinculis torqueri, & puniri; nam in hoc caſu poteſt Reus conuictus, vel confeſſus ex iuſta cauſa damnari in pœnam ad carcerem peſſimiorem, & cum periculo mortis; præſertim ſi cum damnandus eſſet ad mortem, mitius cum illo agatur illum damnando ad huiuſmodi carcerem. Farinac. *quæſt.* 27. *num.* 104.

17. Quæritur tertiò. Ex qualibus indicijs poſſit inquiſitus carcerari? Non poſſe enim inquiſitum realiter citari, ſeu carceribus detineri, niſi ex præcedentibus indicijs indubitatum eſt. Cum vero Doctores diuerſimodè valde de hac quæſtione loquantur, dicas breuiter, quod per ſe loquendo, & primo neceſſe eſt, quod conſtet de corpore delicti, quod adeo verum eſt, vt tam capiens, quam mandans capi Clericum, non conſtito de corpore delicti ſit excommunicatus. Guazz. *def.* 5. *cap.* 3. *num.* 16. & 2. Item aduerſus delinquentem ſit ſaltem ſemiplena probatio ex grauibus indicijs, vel ex dicto vnius teſtis omni exceptione maioris conſurgens, & in actis deducta, & non tantum extraiudicialiter habita. Carena *part* 3. *tit.* 3. *num.* 23. Bictus *quæſt.* 78. Bordon. *cap.* 5. *num.* 16. & *cap.* 6. *num.* 9. Scroi *part.* 4 *cap.* 17. *num.* 5. Franciſcus a Sancto Iul. *cap.* 8. Aduert. 1. & de Ang. *cap.* 13. *num.* 9. Et ratio eſt, quia ſi inquiſitus non poteſt interrogari, & inter Reos conſtitui, & verbaliter citari, niſi contra illum adſit ſemiplena probatio, vt probatum eſt articulo primo, multo minus ſine tali probatione poteſt citari realiter, & ad carceres duci. Voluit vero Ant. à Spiritu Sancto *tract.* 4. *diſput.* 3. *num.* 4. quod ad carcerandum Reum Religioſum requirantur duo, vel tres teſtes conteſtes, & Petrus de Angelis adhoc requirit maiorem probationem, quam ſemiplenam; ſed hæc nec obſeruantur in praxi, nec vera ſunt iuxta communem doctrinam; nam ad carcerationem ſufficit ſemiplena probatio delicti. Verum eſt, quod vbi agitur de perſona bonæ famæ, & inſignis nobilitatis tequiri maiora indicia dixit Carena *part.* 3. *tit.* 2. *num.* 2. ex Royas, Souſa, & Farin. ſed hoc eſt de conſilio, & non de rigore iuris. Nam alias, vt aduertit Bordon. *cap.* 86. *num.* 9. qui habet contra ſe delictum ſemiplenè probatum, ſuam famam maculauit, & nobilitatem depreſſit. Ideo in hoc arbitrium Iudicis prudentis eſt neceſſarium, vt non iuſtitia patiatur, & ex alia parte rigor prudentia temperetur. Etiamſi vero aliquis ſine præcedentibus indicijs fuerit captus, ſi ſuperueniant indicia, iuſtè detinetur Guazz. *def.* 5. *c.* 2. *n.* 8. Alias enim iniuſte captus ſtatim ſine impenſa deberet dimitti. Et eo magis, ſi curia ſumptis informationibus, nihil contra illum inuenit. Guazz. *def.* 5. *cap.* 3. *num.* 21. Quomodo etiam iniuſtè captus pro vno delicto, aut debito, poſſit iuſtè detineri pro alio, late explicat Farin. *qu.* 27. *nu.* 151. & *ſequent.*

18. Duo tamen ſunt caſus, in quibus inquiſitus carcerari poteſt ex leuibus indicijs, imo, & aliquando ex ſuſpicione, & etiam ex extraiudiciali informatione. Primus eſt, ſi delictum ſit graue, & punibile graui pœna corporali, & adſit periculum probabile fugæ, de qua ſaltem ſummariè iudici conſtet. Pro leuioribus enim delictis, etiam ſi adſit ſuſpicio fugæ, non poteſt deueniri ad capturam imputati, niſi præcedentibus legitimis indicijs in proceſſu reductis. Farinac. poſt Brun. Montic. & Angel. *quæſt.* 27. *num.* 124. & 126. Guazz. *def.* 5. *cap.* 3. *num.* 19. Vbi vero adeſt probabilis ſuſpicio fugæ, & delictum ſit graue, poteſt decerni captura.

19. Et tamen ex ſola querela accuſatoris, aut ex ſola denunciatione non poteſt querelatus carcerari, niſi ſimul iſta concurrant, primo quod querelans probet ſummariè querelatum eſſe ſuſpectum de fuga. Secundò quod ex vna parte querelans ſit diues, & ſe obliget ad reficiendas expenſas, damna, & intereſſe in caſu non verificatæ querelæ. Tertiò ex alia parte, & quod querelatus ſit malæ famæ, & conditionis, & agatur de graui delicto, & querelatus non ſit talis, qui dimittendus eſſet ſub fideiuſſione. Et quartò, quod querelans incontinenti ſubminiſtraret indicia, quæ habet contra querelatum. Guazz. *def.* 5. *cap.* 3. *num.* 23. & latius Farin. *quæſt.* 27. *num.* 121. *iuncto n.* 128. Vel niſi vltra querelam habeatur aliqua alia præſumptio ſufficiens ad capturam; vt ſi cum querela partis concurrat infirmitas eiuſdem querelantis, qui à Notario cauſæ miſſo à curia requiſitus, & examinatus ſuper vulneribus, & interrogatus à quo fuerit vulneratus; tunc enim decerni poteſt mandatum capturæ contra vulnerantem Farinac. *num.* 129. Guazz. *def.* 5. *cap.* 3. *num.* 23. Vel ſi vulneratus neminem nominat, nihilominus diligenter examinetur, an aliquem habeat inimicum, vel vt deſcribat vulnerantem, & ex iſtis, ſi Iudex deueniat in probabilem ſuſpicionem contra aliquem, praxis eſt, vt expediatur mandatum capturæ, ſi timetur de fuga. In hoc enim caſu querelans non eſt ſpontaneus, cum curia ſit, quæ ad illum mittit Notarium, & tenetur reuelare veritatem, prout illius habet notitiam, & præſumitur, quod infirmus vulneratus non ſit immemor ſuæ ſalutis, & velit contra aliquem falſum deponere. Maſcard. *de probat. l.* 1. *concluſ.* 244. *num.* 1. & 2. Pariter licet ex notitia extraiudiciali non poſſit decerni captura, tamen ſi tria iſta concurrant, primò quod delictum ſit enorme, ſecundò quod delinquens ſit ſuſpectus de fuga, tertiò quod Iudex ſit ſecurus, quod poſt factam capturam teſtes veniant ad ſe examinandum Iudex ex ea notitia extraiudiciali poteſt capturam mandare. Clar. *q.* 28. *verſ. Scias autem.* Farin. *q.* 27. *n.* 131. *vbi n.* 132. damnat Iudices, qui ex ſimplici vnius exploratoris relatione imputatos capere faciũt.

20. Suſpicio vero de fuga non ſolum oritur ex experimento alias facto, quia inquiſitus alias fugit; ſed etiam oritur à conditione per-

ſonæ, ſi eſt indeuotùs, parum honeſtus, vel multum incompoſitus. Et hæc ſuſpicio fugæ eſt arbitraria. Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſs.* 25. *de reformat. cap.* 6. *numer.* 41. Sed ex qualitate delicti, & pœnæ latæ contra illud ſumitur facilius ſuſpicio fugæ, vt ſi delictum ſit Leſæ Maieſtatis, hæreſis, homicidij, veneficij, ſodomiæ, vel ſimilis qualitatis. Vnde delinquenti debetur pœna mortis, vel carceris per notabile tempus, vel triremium, vel alterius generis pœnæ grauis, ex his enim caſibus facillimè oritur ſuſpicio fugæ, & ſuſpicio leuiſſima ſufficit ad capturam. Anton. à Spiritu Sancto *tract.* 4. *diſt.* 3. *n.* 418. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 28. *num.* 11. Scroi *parte* 4. *cap.* 17. *num.* 10. Et ex communiter accidentibus, quia huiuſmodi delinquentes fugere ſolent, poteſt præſumi fuga. Bordon. *quæſt.* 66. *n.* 9.

21. Secundus caſus eſt, ſi delicto exiſtente graui immineat periculum, vt ſubornentur teſtes, vel impediantur, ne poſſint examinari, aut veritatis, & delinquentis delictum cognoſci non poſſit, niſi ille prius ſit carceri traditus. In hoc enim caſu, licet non ex ſimplici, & nuda querela, tamen ex probabilibus indicijs, licet minoribus ſemiplena probatione, poteſt ad capturam deueniri, ſi Iudici ſaltem ſummarie de hoc periculo conſtet. Huius ratio eſt, quia Iudex qui eſt cuſtos Iuſtitiæ non debet permittere, quod Iuſtitiæ cauſa doloſe impediatur. Et in hoc caſu Reus impune fugeret iudicium, licet non fugeret corporaliter. Et ideo in hoc caſu cum proportione dicendum eſt id, quod in caſu fugæ eſt expreſſum. In his igitur duobus caſibus, ad decernẽdam capturam ſufficiunt leuiora indicia, & ſufficit talis qualis informatio etiã ſi oriatur ex depoſitione teſtium infamium, impuberum, & inhabilium, aut ex dicto ſocij criminis, aut ex aſſertione alicuius non iurata iuxta dicta *num* 19. vel ex diſpoſitione teſtium etiam penitus inhabilium. Guaz. *def.* 5. *q.* 3. *n.* 20.

22. Tertius caſus eſt ab aliquibus datus, ſi Iudex procedit manu regia; Nam quod talis Iudex poſſit mandare capturã etiã non præcedente querela, & non examinatis teſtibus, & etiam ſi non ſit periculum in mora, dumodo audierit commiſſum fuiſſe delictum, & hoc ſit veriſimile, & accuſator non ſit ſubſtitutus, & Iudex moueatur intuitu boni communis ex Caualc. & Ping. docet Guazz. *def.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 25. Sed hoc non admittitur, quia vbi nullum periculum eſt in mora, bonum commune non exigit, vt alicui inferatur graue præiudicium, ſi de iuſta cauſa nõ conſtet, & ſic nõ poteſt aliquis carcerari prius, quam ſatis conſtet eum deliquiſse.

23. Arbitrarium igitur eſt Iudici conſiderata qualitate delicti, & circumſtantijs perſonarũ, & præcipuè an delicta ſint grauia, & difficilis probationis, & an perſonæ viles ſint, & malæ famæ decernere, quando ex leuioribus indicijs poſſit deueniri ad carcerationem, ità tamen quòd niſi in altro ex dictis caſibus, non licet illi capturam decernere non præcedente ſemiplena probatione.

24. Quæritur quartò, quis poſſit imputatum de delicto carcerare? De ſolius Iudicis mandato poteſt delinquens carcerari *C. de exhibit. Reis* D. Th. 2.2. *quæſt.* 65. *art.* 3. Sylu. Ver. Carcer. *quæſt.* 1. Imò ſolus Iudex habens merum, & mixtum imperium poteſt ad carceres Reos deputare, quamuis ad carcerandum ad cuſtodiam ſufficeret merum Imperium, quod competit omnibus Iudicibus habentibus iuriſdictionem continuam. Guazz. *def.* 5. *cap.* 1. *num.* 1. Vnde id facere non poſſunt Iudices pedanti, & Rectores alicuius Vniuerſitatis, Conſules Mercatorum, & alij ſimiles habentes ſimplicem iuriſdictionem. DD. *l. Imperium ff. de iuriſdictione omnium Iudicum*, Decian. *tract.* 2. *lib.* 7. *cap.* 20. *num.* 23. quod tamen Procurator fiſcalis per modum prouiſionis poſſit decernere capturam, & quod abſolutè id poſſint facere Procuratores Pontificis, & Cæſaris, & alij quibus à Principe conceſſa eſt hæc iuriſdictio, dixit Guazz. *defenſ.* 5. *citato num.* 4.

25 Imò nec delegatus niſi habeat merum imperium poteſt facere mandatum ad capturam; niſi hæc facultas ſit illi ſpecialiter delegata; Doctores *in l. plerique ff. de in Ius vocant.* Et nihilominus delegatus Principis poteſt capturam mandare, ſicut id facere poteſt ordinarius. Guazz. *defenſ.* 5. *cap.* 5. *num.* 6. vbi addit quod captura non poteſt delegari, cuius tamen rationem non video, cum ſit compertum, quod iuriſdictio delegari poteſt, & vt dictum eſt, delegatus Principis, qui poteſt ſubdelegare, poteſt etiam capturare; addit etiam quod Iudex per ſe ipſum non poteſt aliquem capturare, ſed neque huius dicti video ſolidum fundamentum. Verè quidem hoc fieri non conuenit, quia non decet Iudicem eſſe Birruarium, ſi tamen fieret ex hoc carceratio non eſſet iniuſta: An etiam Iudex poſſit committere nudam exequutionem capturæ priuatis perſonis, imo & partibus ipſis, dicitur, quod hoc poteſt fieri vbi agitur de delicto graui, & in caſu neceſſitatis, ſed res eſt plena periculi, & ſi ſcandala inde oriantur eorum rationem reddere tenebitur Iudex. Videantur Baiard. ad Clar. *qu.* 28. & Guazz. *defenſ.* 5. *cap.* 1. *nu.* 10. *vbi num.* 12. & 13. tractat. An Iudex poſſit præcipere incolis, & populis, vt capiant, & cuſtodiant malefactores; ſed & captura mandari debet à Iudice competente, aliter eſt nulla, vt per Doctores, quos ſequitur Farinac. *qu.* 27. *nu.* 3.

26. In duplici tamen caſu Iudex non competens poteſt capturam facere. Primus eſt, ſi id faciat requiſitus à Iudice competente. Secundus eſt, ſi Reus inueniatur in fragranti crimine, vel vt obuietur delicto per aliquem committendo. In his enim caſibus etiam Clericus poteſt à Iudice laico detineri; ita tamen, vt ſtatim remittatur ad ſuum Iudicem. Panormit. *in cap. cum ab homine de Iudic.* Clar. *qu.* 28. Diaz. *cap.* 125. *praxis.* Imò repertus in fragranti etiam Clericus poteſt à quocumque priuato detineri illum ad proprium Iudicem deducendo, vel Iudi-

cem

tem admonendo, vt ille, quod iuris eſt ordinet Lopez ad Diaz. *d. cap.* 125. Imò ex Baiard. ad Clar. *qu.* 28. *nu.* 1. & alijs vult Guaz. *defenſ.* 5. *cap.* 1. *num.* 9. quod ad eandem capturam committendam omnis Iudex ſit competens in ſuſpicione fugæ. Verum prædicta procedunt in delictis grauibus, pro quibus imponitur pœna corporalis. Tunc enim iuxta prædicta delinquens poteſt capi à quolibet de populo, vt ſi agatur de delicto publico. Guazz. *num.* 17.

27. Quoad religioſos verò vnaqueque Religio ſua ſtatuta ſeruabit. Quod enim in religione Minorum ſoli generales, & prouinciales poſſint (exceptis aliquibus caſibus) ſubditos ad cuſtodiam tradere carceri, refert Bordon. *q.* 66. *num.* 17. Sed in ordine Prædicatorum etiam Prælati locales, & proceſſus formant, & carceri tradunt; ſicut vero hoſpites, ſi delinquant, ratione delicti fiunt ſubditi Prælati in cuius territorio deliquerunt, ità ab illo poſſunt proceſſari, & carcerari. Quod ſi fugerint, & ad ſuum conuentum redierint, ibidem puniendi ſunt à ſuo Prælato, nec eſt neceſſe, vt remittantur ad Prælatum, in cuius loco deliquerunt. Quod ſi delictum fuit inchoatum in vno loco, & terminatum in alio, ad illud puniendum datur locus præuentioni inter Prælatos vtriuſque loci; ſicut etiam ſi religioſus deliquit in confinio duarum prouinciarum aut conuentuum. Huiuſmodi autem hoſpites delinquentes debent puniri iuxta ſtatuta illius loci, in quo exercetur iudicium. Bordon. *d. num.* 23.

28. Quæritur quinto. An à mandato capturæ detur appellatio? Reſpondetur non dari quantum ad vim ſuſpenſiuam, aliter delinquentes fugerent, & iuſtitiæ illuderent: ideo ſiue carcer detur ad cuſtodiam, ſiue in pœnam etiam pendente appellatione, Reus ducitur ad carceres, & in eis detinetur appellatione non obſtante. Clar. *qu.* 48. Carena *part.* 3. *tit.* 40. *num.* 31. Bordon. *cap.* 66. *num.* 13. Iniuſtè autem detentus poteſt ſemper appellare, quia grauamen eſt continuum, & poſſet appellare etiam in die feriata in honorem Dei. Si tamen Iudex per ſententiam declarauit capturam eſſe iuſtam non eſt locus appellationi, niſi infra decem dies à die ſententiæ Baiard. ad Clar. *qu.* 46. *num.* 5. Guazz. *def.* 5. *cap.* 4. *num.* 21.

29. Quæritur ſexto, quæ ſint de ratione iuſtæ carcerationis? Primum eſt quod ſit de mandato Iudicis *l. nemine C. de exibitione Reorum.* Priuatus enim non habens iuriſdictionem non poteſt alium carcerare; & hoc Iudicis mandatum debet eſſe ſcriptum. Et ſi carcerandus id petat, debet illi oſtendi à miniſtro Iudicis, aliter non tenetur illi credere Caren. *part.* 3. *tit.* 4. *num.* 38. Secundo neceſſe eſt, quod captura non fiat, vel extra territorium Iudicis, vel in loco priuilegiato, & immuni; Religioſi autem non gaudent immunitate in proprijs eorum Eccleſijs, bene tamen in extraneis. Barboſ. *cap.* 16. *de immunit.* Bordon. *cap.* 8. *nu.* 3. Lezana *ver. immunitas*. Tertio, vt dictum eſt, vt captura fiat ex iuſta cauſa, & legitimis Indicijs. Quarto requiritur quod perſona non ſit priuilegiata, vt non poſſit carcerari, plures enim perſonæ dicuntur priuilegiatæ, vt impuberes, mulieres, Doctores, Epiſcopi. Sed aduertendum, quod reſpectu ſupremi magiſtratus nullus eſt priuilegiatus, vt ab illo non poſſit carcerari; reſpectu autem inferiorum iudicum pro leuibus cauſis iſtæ perſonæ carcerari non debent. Sed in delictis grauibus habenda eſt ratio qualitatis perſonarum & carcerum. Sic enim mulieres honeſtę rarius in carceribus publicis detineri debent, niſi pro crimine grauiſſimo, ſed vel in monaſterio, vel in loco honeſto, vel in propria domo detineri. Circa Epiſcopos verò nihil fieri poteſt, niſi de voluntate & mandato Summi Pontificis. Videantur de his Clar. *qu.* 28. Farinac. *qu.* 27. Guazz. *defenſ.* 5. *cap.* 3.

30. Quæritur ſeptimo. Qua pœna puniendus ſit, qui vel impedit ne capiatur aliquis, vel captum rapit de manu miniſtrorum iuſtitiæ? In vrbe & ſtatu Eccleſiaſtico, vbi captura ſit pro cauſa criminali ſeruanda eſt Bulla Sixti Quinti, in qua huiuſmodi delinquentes puniuntur pœna mortis. Sed hoc verum eſſe de iure communi probari videtur ex *l.* 4 *ff. ad l. Iul. Maieſt.* Sed illa lex loquitur in caſu particulari, quãdo, ſcilicet, eripitur de manibus miniſtrorum, aut de carceribus ille, qui confeſſus, conuictus, aut condemnatus fuit. Quod vero DD. & præcipuè Farinac. *qu.* 32. *num.* 3. velint eandem eſſe rationem de illo, qui de manibus miniſtrorum eripit non confeſſum, aut conuictum, aut damnatum, cum vtrobique lædatur maieſtas Principis, nullus eſt, qui non videat, plus lędi Maieſtatem Principis capiendo Reum iam damnatum, vel conuictum, quam eripiendo ſolum indiciatum; & verè pluſquam irrationabiliter leges pœnales extenduntur de caſu ad caſum ob ſimilitudinem rationis, quia numquam datur perfecta ſimilitudo inter caſus, niſi generica, vel ſpecifica, & legiſlator reſpexit ſpeciales circumſtantias illius caſus, ſuper quo legem fert, & ſi ſimilitudinem genericam, & ſpecificam reſpexiſſet, in communi loquutus fuiſſet, nõ in caſu particulari; Ideo de iure communi eripiens Reum de manibus miniſtrorum, vel impediens ne capiatur, vel eripiens de carceribus pœna arbitraria puniri debet, non vero pœna in dicta lege contenta.

31. Plures autem caſus hic diſtingui poſſunt. Nam ſi quis ſine reſiſtentia fugiat, vel antequam capiatur à ſatellitibus, vel poſtquam ſit captus, prius quam fuerit in manibus, & poſſe Curiæ, tam de iure, quam de conſuetudine nulla pœna punitur. Guazzin. *defenſ.* 5. *c.* 4. *n.* 3. ex Scacc. *tract. Crim. c.* 46. *num.* 29. Sed ſi ſe exemerit cum reſiſtentia, armis, & violentia, punitur pœna arbitraria, grauiori quidem ſi aliquem ex ſatellitibus vulnerauerit, & ita, quod damnari poſſit etiam ad triremes in perpetuum ſpectata qualitate reſiſtentiæ, & vulnerum; imo poſſit damnari ad pœnam mortis, ſi

hoc modo cum violentia armis, & offenſione ſatellitum fugerit, poſtquam erat in manibus, & poſſe Curię ſpectata qualitate reſiſtentiæ, & vulnerum. Farinacc. *quæſt.* 32. *num.* 28. Scaccia *d. cap.* 46. *num.* 24. Guazzin. *d. cap.* 4. *num.* 4. Si vero non vulnerauerit, punietur pœna pecuniaria, & in eius defectum pœna corporali Guazzin. *d. cap.* 4. *num.* 5. poſt Clarum *qu.* 29; Sed ſi vim fecerit ſine armis aliqua pœna pecuniaria, vel corporali punietur; & imo ſi fuit à Birruarijs male tractatus, tanquam prouocatus, ſi fugiat, nulla pœna punitur Guazzin. *d. cap.* 4. *num.* 5. vbi *num.* 6. quod in cauſis ciuilibus fugiens etiam cum reſiſtentia mitius punitur. Et in hoc ſeruandæ ſunt conſuetudines locorum, & ſtatuta particularia, ſi adſint, alias locum non habet niſi pœna arbitraria.

32. Sed & ſi Reus fuit indebitè captus, impunis etiam eximitur, ſi notorie de iniuſtitia conſtat. Diuus Thomas 2. 2. *quæſt.* 69. *ar.* 4. Sylu. *v. Accuſatio*. Clar. *qu.* 29. & ibi Baiard. *nu.* 12. & alij communiter. Captura autem dicitur notorie iniuſta primo, ſi fiat ſine mandato Iudicis, quod mandatum Satellites debent oſtendere, etiam ante capturam, quidquid in contrarium dixerit Caual. de Bracc. apud Guazzin. *dicto cap.* 4. *num.* 8. Secundo ſi Satellites velint executionem facere pro maiori ſumma, quam ſit in mandato. Tertio ſi ſatellites velint excludere aliquem à ſua poſſeſſione, ſine cauſæ cognitione. Quarto ſi captura fiat ex mandato Iudicis notorie, & omnino incompetentis. Quinto reſpectu loci, vt ſi ſatellites velint aliquem capere in Eccleſia. Sexto ratione temporis, vt ſi ſatellites debitorem non ſuſpectum de fuga velint capere in die feriata ad honorem Dei. Septimo ſi eum, qui numquam fuit condemnatus, velint capere ratione alicuius condemnationis. Octauo ſi mandatum capturæ ſit datum à Iudice non habente facultatem carcerandi. Videantur de his Clar. *quæſt.* 28. Farinacc. *qu.* 32. Scacc. *in tract. criminal. cap.* 46. & alij, quos citat Guazzin. *cap.* 4. *nu.* 8. *& ſeqq.* In dubio autem, an captura ſit iniuſta non licet Birruarijs reſiſtere. Farinacc. *qu.* 32. *nu.* 118. Guazzin. *d. cap.* 4. *num.* 9. Quod vero dixerunt aliqui, quod poſſet impune reſiſti capturæ, ſi illa infert damnum irreparabile, in criminalibus non poteſt habere locum, in quibus captura ſemper ſe ipſa infert damnum irreparabile, vt ex Bald. & alijs aduertit Guazzin. *num.* 10. Soli igitur capturæ notoriè iniuſtæ reſiſti poteſt.

33. Quæritur octauo, qua pœna puniendus ſit Reus, qui de carcere fugit. Hic diſtingui debet inter carcerem datam ad cuſtodiam, & datam in pœnam, & inter illum, qui fugit ſine fractione carceris, vel cum illa. Aduertendum verò, quod carceris fractor dicitur, nedum qui frangit murum, vel ianuam carceris, ſed qui fractis compedibus, aut vinculis, quibus detinebatur exijt è carcere per ianuam apertam. Non enim intereſt, quod quis parietibus, vel vinculis detineatur *l. incurritur cum l. ſeq. ff. ex quibus cauſis maior. l. ſi quis in graui ff. ad Sillanum*; ſicut nec intereſt, quod quis detineatur in carcere, vel in cuſtodia *l. milites agn. §. eius fugam ff. de re milit.* Boer. *deciſ.* 215. *nu.* 14. Menoch. *de arbitrat. caſ.* 305. *num.* 6. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 266. *num.* 1. Farinacc. *quæſt.* 30. *num.* 82. *vbi num.* 83. quod etiam carceris violator dicitur, qui fugit tranſcendendo muros; quod tamen non approbo ad effectum, vt idem puniri debeat pœna frangentium carceres.

34. Dubitatur autem primo, an de iure ciuili fractores carcerum, vel ex conſpiratione cum cæteris fugientes puniantur pœna mortis naturalis. Affirmarunt Marſil. *in praxi §. At numer.* 36. Boſſ. *tit. de carceribus numer.* 5. & alij fundati *in l. prima ff. de effract. §. eius fugam ff. de re milit.* Sed hæc opinio non habet in iure ſtabile fundamentum. Nam in dicta lege nulla fit mentio mortis naturalis, ſed pœnæ capitalis; in iure vero ſub nomine pœnæ capitalis, niſi exprimatur mors naturalis, intelligitur mors ciuilis, qualis eſt deportatio, delegatio, perpetuum exilium, &c. quia in pœnis mitior fit interpretatio. Io: Andreas. *cap.* 4. *de iure iuran.* vbi Panormitanus, & Hoſtienſis, & alij. Menoch. *de arbit. dicto caſu* 305. *numer.* 10. & alij, quos ſequitur Farinaccius *quæſt.* 19. Et ideo dicendum eſt, quod huiuſmodi effractores puniendi ſunt pœna capitali arbitraria, & minori, quam ſit pœna mortis, vt latè probat Farinaccius *qu.* 30. *nu.* 4. *&* 24. Et adhuc ad incurrendam pœnam d. legis, neceſſe eſt, quod ſecuta fuerit fuga, vt patet ex illis verbis textus *eruperunt, euaſerunt*. Quod ſi effractio, vel conſpiratio fuit ſine fuga, pœna arbitraria mitiori puniuntur, vt pœna publicæ funis, vel alia ſimili pro perſonarum, & effractionis qualitate.

35. Dubitatur ſecundo, An carcerum effractores, ſeu ex conſpiratione fugientes puniri poſſint pœna conuicti, & confeſſi, & ſic puniri poſſint pro delicto, pro quo fuerunt carcerati, ac ſi illud delictum fuiſſent confeſſi, vel de illo fuiſſent conuicti. Ex *l. in hos ff. de cuſtod. Reorum* affirmant Gloſſ. *ibidem in ver. punienda*. Clar. *qu.* 21. *verſ. tertio autem*. Menoch. *de arbitr. caſu* 305. *num.* 5. & quamplures apud Farinacc. *qu.* 30. *num.* 5. Sed hanc ſententiam tot DD. auctoritate munitam legenti textum illius legis ſuper arenam fundatam eſſe erit manifeſtum. In ea enim lege, nihil aliud ſtatuitur, quam quod iſti effractores grauius puniantur, quod eſt veriſſimum, quia nedum puniendi ſunt pro delicto pro quo fuerunt carcerati, ſed & pro effractione carceris, & fugæ. Et cum lex non exprimat qualitatem pœnæ, illam remittit Iudicis arbitrio. Ex hoc ergo, quod iſti effregerint carcerem non poſſunt haberi vt conuicti, vel confeſſi de crimine, pro quo fuerunt carcerati, ſed pro fractione pœna arbitraria ſunt puniendi, vt pluribus citatis firmat Farinaccius *qu.* 30. *num.* 8.

36. Inter pœnas vero extraordinarias, hæc vna recenſetur à Claro, & Farinaccio, quod iſti

pro

pro delicto, pro quo fuerunt carcerati, grauius torquentur, Non quia fuga ſe ſola faciat indicium ad torturam, ſed quia iuncta alijs indicijs illis adminiculatur, & fortiora reddit.

37. Sed quid, ſi carceratus ſit innocens? Adhuc pro carceris effractione, & fuga punitur, & ita *iuxta d. legem in hoc* grauius puniuntur, tunc enim deberent abſolui ſine inflictione pœnæ, ſed id fit, quia pro carceris effractione puniuntur. Maſcard. *de probat.* Farinacc. *qu.* 30. *numero* 31. *&* 39. & plures alij apud ipſum.

38. Sed numquid, qui fugit è carcere, non poteſt damnari pro delicto pro quo carceratus fuit? Poteſt damnari, ſed non tamquam fictus conuictus, aut fictus confeſſus, ex eo quod effracto carcere fugit, ſed eo modo quo alij abſentes, præmiſſa debita citatione in contumaciam puniri poſſunt, & eo magis, quod ex tali effractione, & fuga oritur indicium, & præſumptio, quod fugiens ſit culpabilis. Farinaccius *quæſt.* 30. *num.* 23.

39. Sed & aduertendum, quod nomine carceris hic venit nedum carcer, ſeu locus pro derentione Reorum ſpecialiter deputatus, ſed omnis locus, ſiue ſit carcer, vel cella, ſiue palatium totum, ſiue conuentus, qui à Iudice loco carceris ſit deſignatus, vt poſt multos, quos citat, tradit Farinaccius *qu.* 30. *num.* 47. Alij tamen exiſtimant, quod illa aſſimilantur quantum ad effectum retentionis, non quia huiuſmodi loca ſint propriè carceres, ſed quia æquipolleant carceribus propriè dictis. Vnde fugiẽtes ex iſtis locis nõ ſunt puniendi pœna debita fugientibus è carceribus, ſed alia mitiori extraordinaria. Boſſ. *de carcer. cap.* 5. Sed ſi detentus fugiat effracta camera, vel palatio, vel loco in quo detinebatur loco carceris, idem eſt, ac ſi fugiat de carcere proprie dicto; ſecus ſi fugiat, ſine effractione, vel ex negligentia cuſtodum, vel quia inuenit portam apertam. Menoch. *de arbitr. caſ.* 301. *num.* 9. Maſcard. *de prob. concl.* 29. *num.* 1. Verum benignior interpratatio eſt, vt huiuſmodi camerarum, aut domorum effractores, & fugientes non ſubdantur in rigore pœnæ delicti effractoris carceris.

40. Multominus poſtea pœna fugientium è carceribus, etiam ſi aliquid effregerint puniendi ſunt, qui ex præcepto Iudicis, ſine aliqua cuſtodia in aliquo loco detinentur, vt ab illo non exeant; iſti enim non niſi valde impropriè dici poſſunt carcerati. Et ſi præceptum tranſgrediantur, puniri debent pœna, ſub qua illis præceptum fuit, ne ex loco exirent, vel alia arbitrio Iudicis, vt ex Bott. probat Farinacc. *qu.* 30. *num.* 54. Idem quoque dicendum de illo, qui mere ex iuramento, vel fideiuſſione in aliquo loco ſine vinculis, & cuſtodia detinetur; nam nec iſte eſt proprie carceratus, & ſubditur pœnis fideiuſſionis, aut alteri arbitrariæ, at docet idem Farinaccius *num.* 58. *vbi num.* 60. ait, quod ſi quis detentus in latiori carcere cum fideiuſſione non fugiendi fugiat, etiam ex negligentia cuſtodis, fideiuſſor tenetur fideiuſſionem ſoluere, quia ex fideiuſſione ſe obligauit ad illum cuſtodiendum ne fugeret; ſeu ad hoc, vt carceratus non fugeret. Et *nu.* 61. quod fideiuſſor non tenetur, ſi is pro quo fideiuſſerat in carcere iniuſtè erat detentus; quia tunc carceratus impunè poterat fugere. Guazz. *def.* 5. *c.* 4. *num.* 10. Imo ſi iniuſte captus fuerit relaxatus cum fideiuſſione de redeundo ad carceres, ſi non redeat puniri nõ poteſt ad pœnam conuentionalem, vel alias, etiam ſi fideiuſſio fuerit iurata. Nec fideiuſſor tenetur eum repræſentare. Guazz. *num.* 17. poſt Clar. *qu.* 21. & alios, quos citat. Sed quod dicitur de promiſſione redeundi iurata intelligi debet iuxta dicenda infra *nu.* 40. An vero ſi carcerarus fugiens poſtea redierit, teneatur ſoluere fideiuſſionem, late tractat idem Farinacc. *num.* 70. *& ſeq.* Apud Regulares verò niſi cella, vel conuentus detur inquiſito loco carceris ad cuſtodiam, ſed ex alia cauſa Superior præcipiat ſubdito ne exeat à cella, vel conuentu, huius præcepti tranſgreſſor non punitur niſi pœna in tali præcepto expreſſa, vel à iure impoſita, vel alia arbitraria.

41. Tandem hac pœna punitur effractor carceris, quod ſi effugerit, & iterum captus ad carceres reductus fuerit, in duriores ac ſecuriores carceres trahitur, vel ſtrictius vinculis ferreis detinetur; imò ſi cuſtodes videant indicia attentatæ fugæ, ſuſpectos de fuga carceratos in acriores, & tutiores carceres claudunt Farinac. *num.* 84.

42. Quæritur nono, an Eccleſiaſtici frangentes carceres præfatis pœnis puniantur? Certè nedum de iure ciuili, ſed etiam de iure Eccleſiaſtico puniendi ſunt carcerum effractores *ex cap. autem ſi Epiſcopus dif.* 50. Clericus pro crimine capitali poteſt deponi. Et effractores carcerum committunt crimen capitale, ſed ex Panormitano *cap. à nobis* in fine de Apoſt. de iure Canonico non eſt ſtatuta pœna effractoribus carcerum, ſed per generales regulas de quibus *in cap. At ſi Clerici, & cap. cum non ab homine de Iud.* Clerici, & Religioſi ad inſtar regularum ciuilium poſſunt puniri pœna arbitraria, qualitatibus perſonarum, & delictorum penſatis. Farin. *quæſt.* 30. *num.* 119.

43. Quæritur decimo, Qua pœna puniantur non carcerati, ſi vt carcerati fugiant, frangunt carceres, vel carceratos eripiunt à carceribus. Hos puniendos eſſe eadem pœna, qua puniendi eſſent carcerati, ſi pro pœna capitali carcerati eſſene ex *l.* 1. *C. de his, qui laten.* dixerunt Menoch. *de arbitr. caſu* 301. *num.* 16. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 266. *num.* 16. Decianus *tract. criminali* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *num.* 2. Barb. Ialon, & alij apud Farinaccium *quæſt.* 30. *num.* 92. Sed ex lege illa *prima C. de his qui laten.* non deduci hanc opinionem, bene probat Farinaccius *num.* 94. & bene concludit huiuſmodi delinquentes pœna arbitraria puniendos eſſe. Et hoc idem dicendum de fautoribus, auxiliaroribus, & conſultoribus, receptatoribus, & occultatoribus, vt probat idem Farinac. *quæſt.* 47. *&*

ſequen-

ſequentibus. Iſti vero tenentur ad damna,& intereſſe partis, vt ſi carceratus quis erat, vt creditori ſolueret debitum, qui illum adiuuant, vt fugiat de carceribus, tenentur ad damna, & intereſſe creditoris, & ſi plures ſunt, quilibet illorum tenetur in ſolidum. Menoch. *de arbitr. caſu* 583. *num.* 2. Baiard. ad Clar. *quaſt.* 68 *num.* 33. & alij, quos ſequitur Guazz. *def.* 5. *cap.* 5. *num.* 13. & 14. Et nihilominus, eum qui iniuſtè, & notoriè detinetur in carcere, quilibet poteſt impune eripere, & non eſt neceſſe, vt præcedat appellatio,quia iniuſta carceratio infert damnum irreparabile per appellationem, & cuicumque etiam non vocato poteſt eſſe cura de proximo ſuo, vt illum defendat à notoria iniuſtitia. Guazz. *d. cap.* 5. *num.* 22. & *ſequent.*

44. Sed quid ſi carceratus eſſet conuictus, vel confeſſus, vel condemnatus, quam pœnam incurrit,qui frangit carcerem, vt carceratus ille fugiat, vel illum eximit à carceribus? Hunc teneri *l. Iuliæ Maieſtatis*, & puniendum eſſe pœna vltimi ſupplicij docent plures apud Farin. *quaſt.* 30. *num.* 101. qui tamen *num.* 102. hoc limitat, vt procedat ſolum in caſu,in quo quis eſt detentus pro crimine capitali. Imò addit *nu.*103. hoc non ſufficere, ſed eſſe neceſſe, quod Reus ſit detentus pro crimine Leſæ Maieſtatis. Et *n.* 104. quod ſit neceſſe, quod Reus ille fuerit detentus de mandato ſupremi Principis, ſcilicet Pontificis, Imperatoris, vel Regis, ſed de tota hac *quaſt. videndus eſt.* Guazz *def.* 5. *cap.* 5. Romæ vero ſeruanda eſt conſtitutio Sixti V. ædita contra bannitos, in qua pœna mortis puniuntur huiuſmodi carcerum effractores, & eorum fautores & auxiliatores. Hanc tamen conſtitutionem non eſſe in vſu extra Romam, ex Cherubino tradit Philippus de Bictis in Epitom. *quaſt.* 79. *num.* 22. Pro illius tamen intelligentia videndus eſt Guazz. *def.* 5. *præcipuè cap* 4. & 5.

45. Quæritur vndecimo, qui ſint caſus in quibus fugientes è carceribus etiam cum effractione non ſint puniendi. Primus eſt caſus iniuſtæ carcerationis. D. Th. 2. 2. *quaſt.* 69. *art.* 4. & ibi Caiet. Bannes, & Serra Boſs. *tit. de capt. num.* 4. & 5. Clar. *quaſt.*29. Maſcard. *de arbitr. caſu* 301. *num.* 14. Maſcard. *de prob. concl.* 266. *num.* 26. Farinac. *quaſt.* 30. *num.* 220. Guazz. *def.* 5. *cap* 4. *num.* 15. & 13. Et ideo in iſto caſu carceratus nedum fugiendo non peccat, ſed potius peccat non fugiendo. Imo in iſto caſu non tenetur ſeruare iuramentum,ſi forſan licentiatus à carceribus iurauit ſe redditurum Couar. *var. reſolut lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. Clarus *quaſt.* 25. Farinac. *quaſt.* 30. *num.* 124. plures referens, qui tamen hoc limitat *num.* 126. vt procedat ſi redeundo incurrat periculum mortis, ſecus autem teneri redire. At vero, quod teneatur redire etiam cum periculo mortis, ſi carcer non ſit iniurioſus, ex Panormit. *cap. Si vero,de iure iur.* dixerunt Sylu. *v. accuſatur n.* 12. & Tabien. *v. carcer. n.* 1. Sed hic videndum eſt,an iuramentum fuerit abſolutum,& validum, & an iuramentum poſſit ſine peccato obſeruari; in quo caſu tenet. Imo in iſto caſu iniuſtæ carcerationis carceratum poſſe impune nedum frangere carceres, ſed vim vi expellere, cuſtodes, vel iudicem verberare, & occidere ex *l. nihil. intereſt. ff. de captiuit. & poſt lim. recurſ.* tradiderunt Lucas de Penna, Paril. de Puteo, & alij plures apud Farinac. *quaſt.* 30. 129. Guazz. *def.* 5. *cap.* 4. *num.* 15. Et ad hoc facit dictum illud D. Th. 2. 2. *quaſt* 6. *art.* 44. nimirum, quod iudicium iniuſtum *ſimile eſt violentiæ latronum, ſecundum illud* Ezech. 22. *Principes eius in medio illius, quaſi lupi rapientes prædam, ad effundendum ſanguinem*. Sed aduertendum ex Caiet. Bannes, & Serra *ibid.* quod ad hoc non ſufficit innocentia carcerati, quia ſi alias ille ordine iuris ſeruato, fuit carceratus,vel etiam ad mortem damnatus, non poteſt Iudicem, aut cuſtodes innocentes vulnerare,quia quidquid ſit quantum ad fugam in foro Dei, in foro externo ille iuſtè captus fuit, aut damnatus. Couarr. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. Vnde in hoc caſu ponderari non debet ſola innocentia carcerati, ſed ordo iuris, & ille cenſendus iniuſtè carceratus, vel damnatus,qui non ſeruato ordine iuris carceratus, aut damnatus fuit. Propterea ad hoc, vt in hoc caſu carceratus poſſit ſe defendere vulnerando, vel occidendo Iudicem, aut cuſtodem duo requirit Farinac. *quaſt.* 30. *num.* 131. Primo, quod iniuſtitia orta ex non ſeruato iuris ordine conſtet notoriè ex proceſſu. Secundo, quod id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, quia ſcilicet carceratus alia via non poſſit euadere periculum mortis, & iniuſtitiam condemnationis. Si enim via iuris poteſt ſe defendere, non poteſt recurrere ad viam facti. Guazz. *def.* 5. *cap.* 4. *num.* 15. Sed attendi debet, quod in hoc caſu carceratus habet ius, vt ſe defendat contra iniuſtum Iudicem tanquam contra latronem, vt dixit D. Th. & habet ius, vt ſe defendat nedum contra ſententiam iniuſtam, ſed etiam contra iniuſtam detentionem; ſemper tamen ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ. Conſiſtit autem hoc moderamen, vt non amplius inuadenti noceatur, quam ſit neceſſarium ad repellendam vim, quam inuaſus patitur. Ideo explicari debet, id, quod dixerunt Farinac. & Guazz. citati, vt non adſit moderamen inculpatæ tutelæ, ſi innocens iniuſtè damnatus poſſit ſe defendere via iuris. Quia hoc non eſt verum, niſi via iuris excludat damnum, quod inuaſus patitur de præſenti; quia imo defenſio ſic vim vi repellendo debet fieri incontinenti, vt aduertit idem Guazz. *def.* 29. *cap.* 5. *num.* 2. licet igitur inuaſus poſſit ſe defendere via iuris longa,& diſpendioſa ab iniuſta ſententia, dum tamen interim iniuſtè detinetur in carceribus,& cogitur expenſas graues facere, non eſt neceſſe, quod accipiat viam iuris, ſed à præſenti iniuſtitia poteſt ſe defendere etiam vim vi repellendo,& Iudicem offendendo, ſi à præſenti iniuſtitia non poteſt alio modo ſe defendere.

46. Quando autem quis dicatur iniuſtè

carce-

Digitized by Google

carceratus ex non ſeruato ordine iuris latè explicar Farinac. *quæſt.* 27. *&* *quæſt.* 30. *à n.* 305. Talis vero eſt carcerarus de mandato Iudicis non habeutis iuriſdictionem; & captus ſine indicijs; vel ſi ab inimicis capitalibus, accuſatoribus, teſtibus, aut Iudice detenrus veriſimilirer, ſibi timet vim, & iniuſtitiam ſibi fieri, vel ex nimia ſæuitia Iudicis nimis in eo cuſtodiendo ſæuientis, vel nimis ſaluti minantis, & ſoliti procedere de facto; ſed & ſeuitia cuſtodis licet non proueniat à Iudice, dat carcerato iuſtam cauſam fugiendi. Sed in hoc vltimo caſu deber ad Iudicem venire; Si tamen hoc non faciar adhuc non erit puniendus pœna ordinaria, ſed mitiori, vt aduertir Farinac. *num.* 142. Quidquid vero in contrarium dixerit Riminaldus *conſ.* 835. in dubio carcerario non præſumitur iuſta. Nam licet pro Iudice præſumatur, quoad iuſtitiam; quoad ſeruatum tamen iuris ordinem non præſumitur niſi id, quod ex proceſſu apparet.

47. Hæc quidem dicta intelliguntur pro foro exteriori. In foro tamen conſcientiæ innocens ſeruato ordine iuris detentus, vel damnatus, licet non poſſit ſe defendere inferendo vim Iudici, vel miniſtris innocentibus, poteſt tamen fugere de careeribus, etiam frangendo vincula, & carceres. Imo & alij poſſunt illum ad fugiendum conſulere, & ad id inſtrumenta opportuna miniſtrare, niſi illi alij ſint miniſtri iuſtitiæ quibus ex officio incumbat cuſtodia carcerati, & defenſio ex iuſtitia, & ordine illius. Iſti tamen non poſſunt frangere carceres, quia in hoc ipſi eſſent principales actores, & ideo illis non licet exercere actionem frangendi carceres, ad quam ius non habent. Hæc vero procedunt etiam ſi innocens ſit iam damnatus per ſententiam latam ſeruato ordine iuris, quia hæc ſententia non obligat in conſcientia, cùm ſuper eo, quod eſt falſum ſit fundata. Propterea D. Th. 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 4. *ad* 2. dixit. *Nullus ita condemnatur, quod ipſi ſibi inferat mortem; ſed quod mortem patiatur; & ideo non tenetur facere id, vnde mors ſequatur, quod eſt manere in loco, vnde ducatur ad mortem.* Ex quibus verbis habetur, quod nedum innocens, ſed delinquens iuſte damnatus ad mortem poteſt in foro conſcientiæ fugere de carcere, etiam frangendo vincula, & carceres. Imo quod innocens potius hoc tenetur facere; niſi iuſta cauſa exercendæ patientiæ, aut alterius virtutis illum excuſet, neque peccat ex hoc, quod forſan cuſtodes patientur damnum, quia hoc eſt per accidens, & contra intentionem illius, qui non tenetur cum tam graui ſuo damno vitare damnum alterius, ſi contingat per accidens adeſſe.

48. Imo loquendo de innocente iuſtè damnato ſecundum allegata, & probata, aliqui volunt, quod per ſe loquendo poſſit etiam ſe defendere per vim; ſicut Princeps habens iuſtam cauſam poteſt ſe defendere contra Principem, qui credens ſe habere iuſtam cauſam illum inuadit. Bannes 2. 2. *quæſt.* 67. *num.* 4. & ex Victoria Card. de Lugo *diſp.* 40. *num.* 39. Quamuis quia hæc defenſio per vim non fiet ſine ſcandalo, ideo erit illicita. Et ita diſtinguit Cardinal de Lugo *num.* 40. inter capturam, & damnationem, & vult quod capturæ non poſſit per vim reſiſti, quia licet Iudex non poſſit punire innocentem, poreſt tamen capere innocentem ex interuenientibus indicijs; ſed hæc diſtinctio difficultatem paritur. Nam nonne poteſt eſſe, quod etiam indicia contra innocentem non ſint in rei veritate, vel ſint falſa, licet appareant vera; ſicut in rei veritate falſæ ſunt probationes, quibus innocens punitur, licet in ordine iuris appareant veræ; ideo ex alia parte potius videtur, quod magis liceat reſiſtere carcerationi, quam ſententiæ, quia cum Iudex non procedat ad ſententiam niſi data prius Reo copia allegatorum, & probatorum; Reus innocens ante ſententiam eſt conſcius iuſtitiæ Iudicis neceſſitati ex allegatis, & probatis, vt illum puniat; vnde minus ius habet, vt illi reſiſtat, quem ſcit iuſte iudicare; ſed ante carceratione͂ cum innocens neſciat, an Iudex legitime procedat, & an habeat vera iura, vel potius nedum vere falſa, ſed & inſufficientia, ad eum iuridice carcerandum, magis potius ſibi licet per vim reſiſtere capturæ, & ſe à vexationibus carcerum liberare, cum non ſit certus de iuſtitia capturæ. Et ideo potius mihi videtur dicendum, quod innocenti non liceat ſe defendere per vim contra ſententiā iuſtè datam, vel dandam ſecundum allegata, & probata, prout voluerunt Sotus *lib.* 5. *de Iuſtitia qu.* 6. *art.* 4. Sanchez *lib.* 6. *opuſc. cap.* 4. *dub.* 17. Couar. *var cap.* 2. *num.* 13. Vaſquez, & Malderus apud eundem Card. de Lugo *num.* 39. quia dato etiam, quod per ſe loquendo hoc eſſet licitum, nihilominus vt idem Bannes aduertit, ſemper adeſt graue ſcandalū, ſi Reus innocens per vim ſe defendat contra Iudicem, damnum graue illi inferendo. Et eo magis, quod in foro externo ex hoc grauius etiam, & irremiſſibiliter punietur.

49. At vero ſi loquimur de reſiſtendo per vim capturæ aut detentioni in carceribus, Si hoc fiat non inferendo graue nocumentum miniſtris, ſed minis terrendo miniſtros, vel etiam, Iudicem, aut etiam miniſtros repellendo, vt elabatur de manibus illorum, poteſt admitti, vt hæc reſiſtentia liceat, vt vult Card. de Lugo, quia hoc poteſt fieri facilius ſine ſcandalo graui; ſed & ſatis durum mihi videtur, quod vbi non imminet graue damnum, vel bonum commune ex aliqua circumſtantia non reſiſtit, pauper innocens in foro conſcientiæ, non poſſit etiam per vim reſiſtere, ne vel capiatur, vel detineatur in carceribus, cum ex vna parte ſciat ſe eſſe innocentem, & ex alia ſibi non conſtet quod contra ſe procedatur ſeruato iuris ordine, & quod in hoc caſu non poſſit dari bellum iuſtum ex vtraque parte per accidens, ratione ignorantiæ quam habet Iudex de innocentia Rei. Sed ſemper conſiderari debet, quod in dubio, an carceratio ſit iniuſta ex lege fori externi, non poteſt reſiſti miniſtris iuſtitiæ, re-

ſiſten-

ſiſtentia igitur non erit ſine ſcandalo. Item reſiſtens punietur grauiſſimis pœnis etiam aliquando pœna mortis, vt dictum eſt *nu.* 31. Non licet ergo carcerato ſe exponere talium pœnarum periculo. Vnde omnibus penſatis dicendũ eſt, non licere innocenti per vim ſe defendere contra miniſtros iuſtitiæ, ne capiatur, vel detineatur in carceribus, niſi iuſtitia ſit notoria, & niſi reſiſtentia non inferat graue nocumentum miniſtris.

50. Quantum verò ad id, quod dictum eſt, innocentem carceratum poſſe fugrre, Card. de Lugo *diſp.* 40. *num.* 42. ait, quod ad hunc finem non poteſt vim inferre cuſtodibus carcerum, ita quod nec poſſit claudere os cuſtodis, ne clamet, ſed de hoc ſatis dictum eſt *num. ſup.* *His vero addendum*, quod iuſtam cauſam fugiendi non præbet ſolus timor mortis, aut mutilationis, ſed etiam timor damnationis ad triremes, vel ad verberationem, imò, & ad omnes alias pœnas etiam pecuniarias, vt ex Nauarra, & Sanchez tradit Card. de Lugo *num.* 43. Nec obſtat, quod hæc ſint prohibita iure ciuili, quia vt notant Sotus, Bannes, Serra, & Card. de Lugo, multæ huiuſmodi leges non ſunt in vſu, vt ex dictis in hoc *art.* patet. Et quia latæ fuerunt, ad terrorem, & ad detinendum carceratos, ne fugiant, quomodo dominus flagellat ſeruum fugientem, ne iterum fugiat, & quia fundatæ in eo, quod vt in pluribus euenit, ſcilicet, quod vt plurimum carcerati ſunt veri delinquentes, & nec in foro externo ligant omnino innocentes; vnde ſi carceratus probet ſuam innocentiam non eſt puniendus pœna graui, vt eſt explicatum.

51. Ideo innocens fugiens non tenetur ad reſtituendum damnum, quod oritur Actori, vel Reipublicæ ex eo, quod alij carcerati fugerunt. Serra 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 4. *diſp.* 2. *ad* 3. Sanchez, Lez. Salon, Salas, & alij communiter quos ſequitur de Lugo *d.* 43. *nu.* 46. At vero Bannes exiſtimat hunc fugientem non teneri ad damnum, quod fecit rumpendo vincula, & carceres, cuius oppoſitum tenet Card. de Lugo *nu.* 44. Nam tenetur ex tacito contractu, ſicut ſi ciuitas indiget domo alicuius, tenetur illi ſoluere pretium, & qui indiget equo alterius ad fugiendam mortem, tenetur illi ſoluere pretiũ. Sed eſt diſcrimẽ inter hos caſus, quia in primo damnum ſequitur per accidens, & præter intentionem fugientis, ſed in ſecundo fugiens ipſæ directè damnificat. Nec neceſſitas extrema excuſat, quia ad illam reparandã ſufficit, quod innocens poſſit frangere carcerem etiã inuito domino, ſalua tamen indemnitate domini domus. Sed dicitur, quod ratio iſta conuincit, quia neceſſitas extrema facit omnia communia; & ideo quæ ex neceſſitate extrema conſumuntur, reſtitui non debent. Et exempla adducta, vel non continent extremam neceſſitatem, vel admitti non debent. Sic qui, vt fugiat mortem, accipit equos alterius, ex vi talis neceſſitatis non indiget, niſi vſu equi, & pro illo nihil ſoluere debet, ſed non indiget ſubſtantia equi, & ideo vel illum, vel illius pretium reſtituere debet. Sic in propoſito ſi innocens, vt fugere poſſit, intulit ſine neceſſitate graue damnum, ſiue maius damnum, quam opus eſſet, pro illo ſatisfacere debet, non verò pro illo, quod factum fuit ex neceſſitate, vt docent Bannes, & Srrra. Si verò innocens carceratus iurauit non fugere vel redire, vt dictum eſt duo conſideranda ſunt Primum an iuramentum valeat, & obliget, quia ſi factum eſt notabiliter mutatum, vt puta ſi adſit periculum mortis, vel factum eſt maius, carceratus cum iurauit, exiſtimauit nõ eſſe tantum periculum, iuramentũ non tenet, quia caſus non eſt comprehenſus in iuramento. Secundum, an iuramentum poſſit obſeruari ſine peccato; Hoc enim poſito iuramentum eſt ſeruandum, vt communiter Theologi docent cum D.T. 2.2. *qu.* 89. *art.* 3. Secus ſi non poteſt ſeruari ſine peccato. Card. de Lugo *d.* 40. *num.* 49.

52. Quantum verò ad damnatum ad carceres in pœnam, diſtinguunt DD. inter carcerem perpetuum, ſeu grauiſſimum, & ad tempus, & minorem, & dicunt, Reum poſſe fugere, ſi ſit damnatus ad carcerem perpetuum, ſeu grauiſſimum. Ita Bannes, Serra *d.* 2. ad ſecundum. Sanchez *lib.* 6. *cap.* 4. *diſt.* 12. & 18. & alij qui adduntReum poſſe fugere à triremibus. Sed in propoſito noſtro loquendo de innocente, dicitur ſine dubitatione, quod poteſt fugere, quia ſententia contra innocentem data ex allegatis, & probatis non obligat in conſcientia, ſed delinquens iuſtè damnatus non poteſt ſe defendere, vt ait D. T. *d. art.* 4. & ideo damnatus iuſtè ad carcerem perpetuum, & triremes fugere non poteſt, vt dixerunt Caiet. *d. n.* 4. Sotus *lib.* 5. *qu.* 6 *art.* 4. Valen. Vaſquez Arag. Salas & Sayr. *ap.* Card. de Lugo *d.* 40. *num.* 52. Eliſeus *tr.* 11. *qu.* 23. *num.* 4. Qui enim tenetur mori, ſi detur ei pœna mortis, tenetur ſic etiam manere in carcere, & in triremibus, ſi adhoc damnatur; quia Reus tenetur obedire ſententiæ iuſtæ.

54. De Rrligioſo vero loquendo, eum non poſſe fugere tradunt aliqui, alij vero concedunt; ſed conſiderandum eſt, quod præcepta ſuperioris, & Iudicis, circa illa, quæ Iudex non poteſt præcipere, niſi ex ſuppoſita culpa, non obligant in conſcientia innocentem, niſi aliunde ex circumſtantia ſcandali, vel alia interet obligatio. Et ideo per ſe loquendo Religioſus innocens, etiam damnatus poteſt fugere, niſi aliunde ordo charitatis, vel alterius virtutis oppoſitum, poſtulet. Et ideo etiam DD. alterius opinionis admittunt Religioſum poſſe fugere, ſi ſit timor pœnæ mortis, aut mutilationis, vel ſi ſit damnatus non ſeruato ordine iuris, vel ſi iniuſto modo Iudicis præceptum executioni mandatur, vt ſi cuſtos ex proprio motu negat illi cibum, vel ſi ſit damnatus ad carcerem talem, vt videatur damnatus morti; vt tamen monet Bannes non poteſt Religioſus fugere, vt vagetur, ſed vt adeat ſuperiorẽm, vel Pontificem. Melius ergo dicitur, quod per ſe Religioſus innocens tam

ante

Digitized by Google

antequam poſt ſententiam fugere poteſt, ſed poteſt eſſe, quod aliundè ex præceptis aliarum virtutum, & ratione ſtatus, ex quo non poteſt manere,& viuere extra clauſtra,& obedientiam, vnde contra vagantes, aut degentes extra clauſtra,& præcipuè contra decorem religionis plures leges latæ ſunt, non poſſit religioſus fugere, & præcipuè non ex cauſa valde graui. Delinquens vero iuſtè damnatus ad carceres, vel triremes, nullo modo fugere poteſt.

55. Quantum vero ad alios, quod ipſi nedum conſulere poſſint carceratum, vt fugiat, ſed dare illi inſtrumenta opportuna, vt poſſit frangendo vincula, & parietes fugere, quamuis hoc negetur à Soto *lib. 5. de iuſt. qu. 6. art. 4.* tamen probatur, quia ſicut alius poteſt adiuuare carceratum huiuſmodi, vt fugiat, ſic poteſt illi auxilium ferre præbendo inſtrumenta ad fugiendum. Sic enim ſi quis ſolus poſſet in aliquo lacu piſcari, quilibet poſſet illi commodare retia ad piſcandum. Nec in foro externo punitur, ſi quis marito dederit arma, cum quibus occidat vxorem adulteram in caſu, in quo à lege eſt illi permiſſum. Et ratio à priori eſt, quia quando facere aliquid eſt alicui licitum, concurrere mediatè ad illum actum non eſt illicitum, niſi aliunde ſpecialiter id ſit prohibitum. Et ideo hoc poſſe fieri in noſtro caſu dixerunt D. Th. 2. 2. *qu. 69. art. 4.* Caietanus, Bannes, Serra, Aragon. Salon. Petrus de Ledeſma *tract. 8. cap. 14. part. 8. concluſ.* Vaſquez & plures alij, quos ſequitur Card. de Lugo *diſp. 40. num. 16.* Sanchez *lib. 6. op. cap. 4. d. 20.* Quia vero artifex non poteſt adulterinam clauem cuſtodiæ facere, in hoc caſu illæ artifex peccaret. Et ſimiliter ſi fuga carcerati eſſet pernicioſa communitati, ſicut non poſſet aliquis præbere illi auxilium ad fugiendum, ſic nec poteſt illi conſulere fugam. Similiter ſi alicubi detur lex, quæ ſpecialiter prohibeat auxilium dare alicui carcerato ad fugiendum, eſſet illicitum id facere, niſi illa non compræhenderet caſum dantis auxilium innocenti.

56. Quantum verò ad reſtitutionem, ſicut innocens fugiens non tenetur reſtituere damnum fracturæ carceris, ita ad hoc non tenetur, qui illi auxilium dedit conſulendo, vel miniſtrando inſtrumenta; ſed ſi fuga ſit iniuſta, & pernicioſa tertio, vt ſi carceratus ſit debitor alicuius; & fuga redditur deterior cauſa creditoris, qui adiuuat debitorem ad fugam, peccat contra iuſtitiam,& tenetur ad reſtitutionem; ſecus ſi debitor nec intra nec extra carcerem erat ſoluturus debitum ex impotentia, quia non habet vnde ſoluat, tunc enim nihil perdit creditor, quod poſſit ab illo ſperari. Nec tenetur aliquid ſoluere cuſtodibus, ſi forte illi compulſi ſunt ſoluere aliquid principali creditori; & ſi fortè debitor ad pinguiorem fortunam venit, & debitum ſoluit, tenetur cuſtodibus reddere, quod ab illis eius debitor accepit. Si etiam carceratus nihil debeat creditori in conſcientia, quia debitum ſoluit, licet id probari non poſſit, ad nullam reſtitutionem tenetur in conſcientia, qui debitorem adiuuit, vt fugeret; & ſine peccato poterit illi auxilium præbere, vt fugiat, hæc ex Nauar. *cap. 17. num. 101.* habet Card. de Lugo *d. 40. num. 60.*

57. Secundus caſus eſt illius, qui fugit à carcere animo reuertendi, & reuerſus eſt; nam iſte non punitur pœna ordinaria, ſed longe mitius. Et multo magis hoc dicitur de arreſtato, ſeu alicubi detēto de ſui Iudicis præcepto. Quod enim huiuſmodi fugitiuus non ſit puniendus pœna ordinaria communiter aſſeritur. Propter contemptum tamen iuriſdictionis punitur aliqua poena arbitraria maiori, vel minori pro modo culpæ. Menoch. *de arbitr. caſ. 301. num. 13.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 266. n. 14*; tamen animus redeundi non præſumitur, ſed probari debet; probatur vero ex teſtibus, ſi coram illis, qui fugit animum ſuum declarauit, probatur etiam ex conditione perſonæ, ſi ſit nobilis, hoc eſt legalis; & ſi qui fugit citò reuertitur; ſecus verò ſi qui fugit diu ſtetit abſens; tunc enim præſumitur, quod fugerit animo non reuertendi. *l. ſi deſertorem §. manſor. l. quid ſi fugitiuus ff. de Edil.* Edict. Maſcard. *de prob. lib. 2. concluſ. 819. nu. 24.* Animus etiam reuertendi nōn præſumitur, niſi carceratus aliquam cauſam ſaltem coloratam reddat, ex qua receſſerit, vt puta quia infirmus erat, vel motus ex affectione circa parentes, & affines; ſi aduocatum conſuluit; ſi ſeruum fugientem inſecutus fuit; vel vt audiret miſſam; vel vt ſua peccata confiteatur; vel vt votum impleret; vel ob aliquam ſimilem cauſam. Maſcard. *de prob. lib. 2. concluſ. 820. num. 10.* Farinaccius *qu. 30. 148 vſque ad num. 158.*

58. Tertius caſus eſt eius, qui à carcere fugit ſine ruptura carceris, vel vinculorum, ſed ob negligentiam cuſtodis, vt quia inuenit ianuam apertam, vel ruptum cacerem ab alijs ſine ſuo conſilio, aut ſuaſione; talis enim fugiens non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori. Clarus *qu. 21.* Menoch. *d. caſu 301. nu. 2.* Maſcard. *d. concluſ. 820. num. 15.* Farinac. *qu. 30. num. 260. vbi num. 161.* quod qui fugit oſtio aperto, non tenetur hoc probare, maximè ſi fugit de die, Farinac. *qu. 31. num. 38.* Et in dubio præſumitur mala cura cuſtodis, ſed ad illum pertinet probare oppoſitum, vt ex Martha, Menoch. & alijs probat Scroi *part. 4. cap. 17. num. 22.*

59. Quartus caſus eſt vniuerſaliter illius, qui fugit ſine fractura; ad pœnam enim ordinariam requiritur, quod fuga facta fuerit cum fractura carceris, vel vinculorum *l. 2. ff. de effract. carceris & l. milites agonum §. eius ff. de re milit.* Sed numquid ſufficit, quod quis fugerit ex conſpiratione? Videtur enim hoc ſufficere ex *l. in eos ff. de iuſtit. Reorum*, ſed dicitur quod pœna illius legis eſt extraordinaria, vt ſupra probatum eſt, vnde qui fugit ex conſpiratione ſine fractura, grauius quidem punitur, ſed non pœna capitali, vel pœna confeſſi. Farinaccius *queſt. 30. num. 165.*

60. Quintus caſus eſt eius qui fugit, ex cauſa iuſta, vt ſi fugiat timens ſæuitiam Iudicis, & ad ſuperiorem confugit; arreptio enim itineris ad ſuperiorem habet vim appellationis. *l. ſed &. §. finali ff. ex quibus cum maior*. Quod & verum eſt de illo, qui tenetur in arreſto, vel cum fideiuſſione non diſcedendi. Cauſa tamen debet eſſe iuſta & honeſta, & talis quæ ſufficiat ad iuſtam appellationem. Sic ergo vbi adeſt iuſta cauſa carceratus fugiens, & confugiens ad ſuperiorem nullam pœnam meretur; ſi vero non adeſt iuſta cauſa ſaltem colorata, punitur miniori tamen pœna; ſed hic fugiens ex cauſa iniuſta, licet recurrat ad ſuperiorem, non fugit pœnam conuentionalem; quam etiam non fugit, ſi expreſsè conuenit, & promiſit non fugere, etiam prætextu recurrendi ad ſuperiorem. Farinac. *qu.* 30. *num.* 173. *&* 174.

61. Sextus caſus eſt ſi carceratus fugit de licentia cuſtodis; tunc enim non punitur fugiens pœna ordinaria; imo ad nullam pœnam tenetur, ſi cuſtos dixit ſe habere licentiam à Iudice. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 820. Farinac. *qu.* 30. *num.* 176. *qui nu.* 177. hoc extendit etiam ad pœnam conuentionalem; nam cuſtodi dicenti ſe habere licentiam à Iudice ſi credat, iuſtè credit, cũ cuſtos ſit officialis. At *n.* 820. hoc limitat, vt non procedat, quãdo carceratus traditus fuit fideiuſſori tamquam cuſtodi, quia tunc fideiuſſor tenetur tanquam cuſtos ſoluere pœnam conuentionalem, & vt aduertit Farinac. *qu.* 30. *num.* 144. hodie ceſſant iſtæ difficultates, quia in ſtipulatione fideiuſſionum, ponitur clauſula vt carceratus non fugiat, neque diſcedat ſine licentia Iudicis in ſcriptis exhibita.

62. Septimus caſus eſt eius, qui fugit ex neceſſitate, ſcilicet, ex veriſimili timore ignis, aquæ, peſtis, ſeu alterius ſimilis periculi. Et quamuis aliqui dixerint, quod neceſſe ſit iſtum reuerti ad carcerem ceſſante timore, tamen merito hoc reprobat Farinac. *nu.* 188. quia cum iure ſe ex carceribus liberauerit, nulla eſt lex, quæ illum damnet, & puniat.

63. Octauus caſus eſt mulieris carceratæ, quæ à cuſtode, vel alio viro nolens ei conſenſire, euitandæ libidinis cauſa poteſt de carcere fugere. Maſcard. *de probat. d. concluſ.* 266. *num.* 26. *& l.* 2. *concluſ.* 820. *num.* 26. Baldus, Boer. & alij quos ſequitur Farinac. *quæſt.* 30. *nu.* 190.

64. Nonus caſus eſt reuelantis conſpirationem de fugiendo, cuius ipſe particeps fuerat, & cui conſenſerat, nam is ſi reuelando conſpirationem obſtitit fugæ, impunitate gaudet: imò Farinac. *num.* 194. exiſtimat quod etiam in hoc caſu remittatur ei pœna delicti, pro quo carceratus erat, ſi ſit remiſſibilis, præſertim ſi carceratus reuelans non ſit particeps conſpirationis.

65. Decimus caſus eſt illius, qui cum alij carcerati fugerint, ipſe qui ob infirmitatem non potuit fugere, ſi interrogatus negat ſe conſenſiſſe fractioni carceris, & non exclamaſſe; quia aliter alij carcerati illum verberaſſent, & hoc iuramento confirmet, coram Iudice non poteſt de effracto carcere puniri, & niſi aliud obſtet, eius iuramento ſtari debet ſuper incuſſo metu, iuxta ea, quæ ſcribunt Doctores *in §. ſed iſtæ inſtit. de act.* Menoch. *caſ.* 301. *num* 25. Farinac. *quæſt.* 30. *num.* 201.

66. Quæritur 12. Quid dicendum de Religioſo carcerato? Nonnulla ſpecialia aduertenda ſunt circa Religioſorum carcerationem. Et quidem Religioſorum carcerationem, vt dictum eſt, nedum præcedere debent cauſa iuſta, & indicia ſufficientia, ſed vlterius valde cautus debet eſſe Iudex, vt dum agitur de Religioſo graui, & bonæ famæ, non ſit facilis ad capturam. Sed valdè conſiderare debet, & qualitatem delicti, & inueriſimilitudinem, quæ eſt vt graue delictum fuerit patratum à viro graui; maxime ſi ſit valdè Religioſus, & literis ornatus & gradibus, & officiorum, aut prælationum adminiſtrationibus conſpicuus. Sed maximè Prælati regulares conſiderare debent qualitates accuſatorum, ſeu denunciantium, nedum ſi ſint Religioſi bonæ famæ, & integræ vitæ, ſed an habeant aliquam inimicitiam cum accuſato, vel cum amicis illius, ideo optimum conſilium eſt, vt Iudex ante iudicialem inquiſitionem, ſe informet extraiudicialiter de negotio à Religioſis bonæ famæ, & integræ vitæ; & etiam prudentia vult, vt ex ſolo dicto vnius teſtis non tradit carceri Religioſum grauem, & bonæ famæ. Dirigat propterea arbitrium ſuum charitate, & prudentia. Sed è contra vbi accuſatus non eſt integræ famæ, vnde etiam de facili tamen poſſit eſſe quod fugiat, & extra Religionem vagetur in graue præiudicium ſalutis ſuæ, & dedecus Religionis, non ſit tardus ad illum detinẽdum, & in hoc caſu iuxta dicta poterit etiam aliquando illum detinere ex notitia extraiudiciali.

67. Sed ſi Iudex ſubdito Religioſo præcipiat, vt eat in carcerem, poterit ne ſubditus petere cauſam ſuæ carcerationis, & ſi ſibi non manifeſtetur non obedire, ſed fugere? contra Peyrinum affirmantem *tract. de ſubd. quæſt.* 1. *num.* 13. negat Bordon. *cap.* 66. *num.* 28. quia hæc redditio cauſæ, ad nihil inſeruitet, niſi ad contentionem habendam cum Prælatis, & ad fugam ſubditi inquiſiti, quia ſubditus negabit cauſam, & delictum, nec propterea obediet. Pendet hæc quæſtio ab illa alia, an Reus teneatur reſpondere Iudici, ſi ſibi prius Iudex non faciat conſtare quod eius delictum ſit ſemiplene probatum, quam *qu. examinaui c. Poſtquã de accuſ. habet. in* 6. *à n.* 80. *& ſeq.* Dico igitur, quod in foro fori ſtante praxi nunc vniuerſaliſſima totius Orbis in iudicandis cauſis, Iudex non tenetur ante carcerationem ſubdito reddere cauſam ſuæ carcerationis, ſed ſufficit, quod habeat indicia ſufficientia ad illum carcerandum. Nec debet hanc cauſam reddere ante carcerationem, quia hoc non ſeruitet niſi ad præiudicium cauſæ. Ideo ſi ſubditus in hoc caſu nolit obedire, debet illum compellere, & ſi fugiat illum citet, & per viam contumaciæ procedendo illum damnet, ſi

net, ſi

net, ſi non redit, & ſe præſentat. Et ſubditus videat, quod hæc via eſt ſibi nedum inutilis, ſed damnoſa, & ab illa abſtineat. Prælatus vero ad euitandas has contentiones vbi habetur aliqua, vel minima ſuſpicio illatum, non vtatur præcepto niſi ſimul, & vtatur ſatellitibus, vel alijs miniſtris, qui etiam inuitum ducant Reum ad carceres.

68. Sed in quo habitu Religioſus carcerari debet? Scroi *par. 4. cap. 17. num. 21.* dicit, quod iuxta praxim Minorum, quando Religioſus traditur carceri formali ad cuſtodiam, priuatur habitu, & corona, & manet ſuſpenſus, nec poteſt miniſtrare in diuinis, nec aſcendere ad alios ordines; ſed Antonius à Spiritu Sancto *tract. 4. diſputat. 3. num. 405.* apud eumdem Scroi negat auferri à carcerato ad cuſtodiam habitum, & coronam, & ideo permitti, vt celebret. Bordon quoque *cap. 66. num. 18.* ſentit ab huiuſmodi Religioſis non auferri habitum, & coronam. Addit vero bonum eſſe auferre ab illis cordam, vel cultellum, & ſimilia, ne forſan deſperatus illis vtatur, vt ſe occidat; ſed in his vnaquæque Religio ſua ſtatuta ſeruet. In Ordine Prædicatorum carceratis, nedum ad cuſtodiam, ſed in pœnam, habitus, & corona non aufertur. Nec eſt opus auferre cingulum, aut cordam, quia vt plurimum cingulum non eſt ex fune, ſed ex lana, præterquam quod periculum deſperationis eſt valde remotum: cultellus vero procul dubio non permittitur carceratis, quia cum illo poſſent ſibi aperire aliquam viam ad fugiendum, imo occidere cuſtodem carceris. An vero carceratus ad cuſtodiam ex hoc ſit ſuſpenſus à Diuinis. Non dubito eſſe interim ſuſpenſum, ſi delictum pro quo eſt carceratus habeat annexam excommunicationem, vel ſuſpenſionem ipſo facto, quia in foro externo ſaltem talis carceratus eſt excommunicatus præſumptus de iure. Sed ſi carceratus non eſt irretitus aliqua cenſura, ex hoc præciſè, quod ſit carceratus non eſt à Diuinis ſuſpenſus, vt bene dixit Ant. à Spiritu Sancto *d. num. 405.*

69. Religioſum autem non poſſe fugere à carcere abſque nota Apoſtaſiæ ex Suarez. & Ledeſma voluit idem Scroi *part. 4. cap. 11. n. 23.* Verum videndum eſt quomodo fugiat; ſi enim non dimittat habitum, erit vagabundus, & fugitiuus non vero Apoſtata. Videantur quæ de fugitiuis, & apoſtatis dixi *tom. 3. de ſtat. quæſt. 89. art. 8.* Peccat quidem Religioſus fugiens de carceribus etiam contra votum obedientiæ, ſi Prælatus ei præcepit in virtute Sanctæ obedientiæ, ne fugeret, & ſi ſubditus pœnis contra fugientem latis. Si tamen carceratus ſit iniuſte, & notorie poteſt fugere iuxta dicta ſupra, & ſi ſit innocens, qualiter fugere poſſit dictum eſt fugiens etiam de carceribus ſi iterum capiatur diligentius cuſtoditur, & manicis ferreis, vel in compedibus detinetur. Idem vero Scroi *num. 28.* vult quod Religioſus, ſi fugiat de carceribus ad diferentiam ſecularis perdat immunitatem Eccleſiæ, & ad hoc citat Dei bene. *part. 2. cap. 10. dub. 15.* ſed hoc eſt alterius inſpectionis.

70. Quæritur decimotertiò. An carcer ſit tortura? Per ſe loquendo carcer non eſt tortura, ſi non datur niſi ad cuſtodiam, & ideo ſi carceratus fateatur crimen, confeſſio non eſt extorta. Clar. §. *finali quæſt. 64.* Speciem tamen torturæ habere dicitur, ſi detur pluſquam neceſſe eſt ad cuſtodiendum Reum, & Reus illic vinculis, fame, frigore, aut alio ſupplicio affieiatur; vel etiam ſi pluſquam neceſſe eſt, diutius in carcere detineatur.

71. Quæritur decimoquartò. An carcer ſit pœna? Carcer ſine dubio eſt aliquid pœnale, & de iure Canonico datur in pœnam, & ideo vbi etiam quis ſit carceratus ad cuſtodiam, hic carcer in partem pœnæ arbitrariæ computatur, Tiraquell. *de pœn. temperand. caſu 41. n. 1. & 3.*

72. De carcere autem priuato videatur Farinac. *quæſt. 27.* Nunc vero aduertendum, quod cum, vt dictum eſt, in pluribus caſibus priuatæ perſonæ poſſit capere delinquentes, vt illos ad ſuos Iudices deducant, hæc deductio regulariter in termino 20. horarum fieri debet.

73. Quæritur decimoquintò. Qua pœna puniatur cuſtos carceris, ſi carceratus fugiat? Nedum ſi ſcienter ex pretio, & dolo, ſed ſi ex nimia negligentia cuſtodis carceratus pro cauſa criminali fugiat, regulariter cuſtos carceris punitur eadem pœna, etiam mortis, qua plectendus erat carceratus. *l. ad Commentarienſem C. de cuſt. Reor.* & ibi Baldus, Bart. Alb. & alij plures, quos ſequitur Farinac. *quæſt. 31. num. 2. & 4.* Sed ſi cuſtodis culpa fuit leuis, punitur pœna extraordinaria pro modo culpæ ad arbitrium Iudicis. Farinac. *num. 4. & 125.* & apud illum plures alij. Requiritur tamen, vt re vera fugiens delictum commiſerit, vt cuſtos pœna ordinaria puniatur, *l. ad Commentarienſem*, & ibi Baldus.

74. Cuſtos verò in cauſis fugæ negligens præſumitur, niſi diligentiam probet. Farinac. *quæſt. 31. num. 19. & 20.* Hæc vero diligentia probatur, ſi cuſtos probet de præterito ſe fuiſſe cuſtodem diligentem. Farinac. *nu. 21. & 22.* vel ſe adhibuiſſe ſolitam diligentiam, & carceratum detineat in loco, in quo ſimiles carcerati ſolent detineri. Farinac. *num. 131.* ſed ſi in loco non ſolito carceratum detinuiſſet, puniretur pœna extraordinaria. Farin. *num. 132. & 133.* Quem vide de iure hanc quæſtionem explicantem *d. quæſt. 31.* Si etiam carceratus moriatur intra carceres, præſumitur mortuus ex negligentia cuſtodis. Maſcard. & Caualcan. quos ſequitur Scroi *part. 4. cap. 17. num. 23.*

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus propriè non datur litis conteſtatio.*

Locum illius tenet interrogatio Rei, eiuſque reſponſio. ibid.

Multæ exceptiones peremptoriæ non retardant litem,

litem, præcipue in iudicio ſummario. ibid.

2 *Quid ſit exceptio declinatoria, & quando opponi poſſit.*

Qui ſint eius effectus, & quomodo reddat proceſſum nullum. ibid.

3 *Et in quo caſu proceſſus ſit validus, non obſtante tali exceptione.*

4 *Ad quem iudicem ſpectet iudicare de valore illius exceptionis.*

5 *Secunda exceptio, quæ opponi poteſt ante litis conteſtationem, eſt liquidationis perſonæ actoris.*

6 *Quomodo virtute iſtius exceptionis debeat iudex reijcere actorem.*

7 *Et quomodo hac exceptio impediat litis conteſtationem, reddatquè proceſſum nullum.*

8 *Tertia exceptio eſt rei iudicatæ.*

Quid requiratur ad hoc, vt talis exceptio ſit valida. ibid.

9 *Quarta exceptio eſt rei tranſactæ; & quid requiratur ad illius valorem.*

10 *Ad hanc exceptionem reducitur pactum de non agendo in iudicio.*

11 *Et exceptio litis finitæ.*

12 *Exceptio ſubreptionis literarum Apoſtolicarum etiam opponi poteſt.*

13 *Inquiſitus excipiens valide contra teſtes, ita vt non faciant ſemiplenam probationem, non poteſt interrogari.*

Et ſi interrogetur, proceſſus eſt nullus. ibid.

14 *Quomodo Reus proteſtari poſſit valide contra indicia.*

Et de nullitate proceſſus. ibid.

QVAESTIO XXII.

De exceptionibus, quæ opponi poſſunt ante litem conteſtatam, ſeu antequam Reus interrogetur, & conſtituatur inter Reos.

ARTICVLVS VNICVS.

Plures exceptiones dari poſſunt à Reo antequam conſtituatur & interrogetur.

1. QVamuis in criminalibus non detur propriè litis conteſtatio, tamen locum conteſtationis litis habet interrogatio Rei, eiuſque reſponſio, etiam ſi actor ſit abſens. Quamuis vero in Iudicio ſummario, & priuilegiato non admittantur friuolæ exceptiones dilatoriæ, quæ ſunt illæ, quæ dari poſſunt ante litis conteſtationem. Clem. *ſæpe de verbor. ſignificat.* Et ſic in hoc iudicio non admittuntur exceptiones quæ retardare poſſunt proceſſum Barboſ. *ad d. Clementinam ſæpe num.* 4. Et quamuis exceptiones peremptoriæ, etiam ſi opponuntur ante litis conteſtationem eam non retardent, ſed reſeruentur diſcutiendæ inter merita cauſæ; plures tamen exceptiones peremptoriæ dantur, quæ opponi poſſunt ante litis conteſtationem, & oppoſitæ illam impediunt, *cap. exceptiones de lit. conteſt. in* 6o. & ſic etiam in indicio criminali oppoſitæ impediunt, ne Iudex poſſit Reum interrogare, illumque inter Reos conſtituere, vnde nec Reus interrogatus tenetur reſpondere. Hæc late explicaui *d. cap. exceptionis de lit. conteſt. in ſexto.* Ideo hic breuiter adducam aliqua, quæ ad hanc quæſtionem facere poſſunt.

2. Prima eſt exceptio declinatoria fori, per quam opponitur Iudici, quod non ſit Iudex competens, & hæc eſt primo prima exceptio, quæ opponi debet, quia tangit fundamentum iudicij, quod eſt iuriſdictio Iudicis, ſine qua iudicium eſt ex natura rei nullum. Eius vero primus effectus eſt, vt liget manus Iudicis, ne ad vlteriora procedat, non diſcuſſa exceptione, & non deciſa; quod tamen non ſine diſtinctione admittendum eſt. Nam ſi Reus, & Iudex tales ſunt, vt nec conſentiente Reo Iudicis iuriſdictio prorogari poſſit, ſicut ſi Reus ſit Clericus, & Iudex ſit laicus, etiam Reo, vel Clerico volente Iudicis laici iuriſdictio non poteſt prorogari; in hoc caſu, ſi Iudex procedat ad vlteriora, etiam ſi Reus in eius iuriſdictionem conſentiat, nedum tacitè, ſed expreſſe, ſemper proceſſus eſt nullus, & nulla ſententia; & huius nullitatis exceptio ſemper poteſt dari, etiam poſt tres ſententias; eamque partes poſſunt allegare, etiam ſi pepigiſſent, & iuraſſent non agere de nullitate; quia huiuſmodi nullitas ſub illo iuramento non cadit, vt ex Fran. Vant. *Felin.* Panormit. & Femoſin. probaui *d. cap. 1. num.* 14. Ideo huiuſmodi nullitas poteſt ſemper opponi, etiam poſt terminum datum à Iudice ad excipiendum. Et hoc procedit ex quocumque capite Iudex non habeat iuriſdictionem, aut quia cauſa eſt Eccleſiaſtica, & Iudex eſt laicus; aut quia ſit notorius excommunicatus, non toleratus, ſiue ſit ſimiliter hæreticus, vel ſchiſmaticus.

3. Sed ſi ſumus in caſu, in quo qui excipit poteſt ſuo conſenſu prorogare iuriſdictionem, ſi Iudex non obſtãte exceptione declinatoria fori, de facto procedit ad vlteriora & opponens non appellat, cenſetur ſaltem tacitè conſentire, & ſuæ exceptionis reiectioni conſentire, & ſic prorogat iuriſdictionem Iudicis, & proceſſus eſt validus *cap. ex parte de appellat.* & ibi Bald Zabarell. Panormit. Ancharan. Imola, Franc. Dec. Vantius relati *d. cap. 1. num.* 15. Vnde hic eſt ordo proponendi hanc exceptionem, vt ſi Iudex vel interloquendo expreſſè, vel interloquendo tacitè procedat ad vlteriora, oppoſitor appellet ad quem de iure, aliter cenſetur conſentire, & prorogat iuriſdictionem. De hac verò prorogatione, & qualiter fiat, & quando non præiudicet Iudici ordinario tractat late Guazz. *def. 1. cap. 7.*

4. Sed quis eſt Iudex, ad quem ſpectat interloqui, & iudicare de veritate, & valore huius exceptionis? Si non oppponitur niſi purus defectus iuriſdictionis, Iudex ille, contra quem oppo-

opponitur exceptio, eſt Iudex competens, vt poſſit iudicare an ſua ſit Iuiſdictio. Niſi Iudex ſit Laicus, & opponitur quod Reus eſt Clericus, quia in hoc caſu cum cauſa clericatus ſit ſpiritualis, non ad laicum Iudicem, ſed ad Eccleſiaſticum ſpectat iudicare de hac exceptione. *cap. ſi Iudex laicus de ſent. excom in 6.* Sed ſi contra Iudicem opponitur ſimul defectus perſonalis, vt puta quod non poſſit eſſe Iudex, quia eſt excommunicatus non tolleratus, in hoc caſu cognitio huius exceptionis non pertinebit ad Iudicem contra quem eſt exceptum; ſed ad eius ſuperiorem, vel ſi Iudex eſt delegatus Papæ eligendi erunt arbitri *cap. finali de recurſ. cap. ſuper literis de reſcript.* vbi Panormit. Butr, Imola, *& alij quos retuli dicto cap. exceptionis nu.* 57. 58. *&* 59. Ad hanc exceptionem reducitur recuſatio de qua videantur dicta ſupra *quæſt. 3. art. 9.*

5. Secunda exceptio eſt liquidationis perſonæ Actoris. Non in omni iudicio etiam ſummario ſemper legitimanda eſt perſona Actoris, vt Reus videat an ſibi expediat litem proſequi *l. quæ ſtipendium & l. licet C. de Procurat. l. non ignorat & l. ſi quis & l. ſi liberti C. de iis, qui accuſare non poſſunt, & cap. 1. de accuſationib.* Sic ergo ad hoc, vt aliquis agat in iudicio, etiam nomine proprio, requiritur aliqua qualitas, vel conditio, ſicut v. g. requiritur quod Actor non ſit excommunicatus, vnde poteſt Reus excipere contra Actorem, & illi opponere excommunicationem; & mulier ſi illi opponatur exceptio ſexus, tenetur probare ſe eſſe matrem, vt poſſit proſequi vltionem filij.

6. Quamuis vero Iudex poſſit, imo ſi notoria ſit inhabilitas Actoris, illum teneatur reijcere, tamen in dubio ad hoc Iudex non tenetur, & multo minus, ſi id ignoratur, vnde tunc ſi Reus non opponit Actori, & Iudex ad vlteriora procedit, iudicium ſubſiſtit. Bald. *l. non ignorat C. de his qui accuſ. num. 2. & ibi* Salicetus *n. 2.* Sed quando Actor agit nomine alieno, multo magis neceſſe eſt, quod perſonam liquidet, & oſtendat ſe eſſe legitimum Procuratorem, vel Tutorem, vel Curatorem.

7. Hæc autem exceptio ſi opponatur, impedit litis conteſtationem, & reddit proceſſum nullum, ſi Iudex non legitimata perſona ad vlteriora procedit; ſed quando Actor agit nomine proprio in multis etiam caſibus, quando, vel deſit qualitas requiſita de iure naturæ, vt ſi Actor ſit faruus; vel vbi lex poſitiua nedum prohibet, ſed irritat proceſſum, tunc proceſſus eſt nullus, etiam parte non excipiente, alias verò in hoc caſu, ſi lex non irritat proceſſum, & pars non excipit, valet proceſſus. Farin. *qu. 99. num.* 242. Guazz. *def. 12. cap. 1. nu.* 53. Vbi verò Actor agit nomine alieno, hoc illi ſubſtantialiter eſt neceſſarium, vt habeat legitimum mandatum à principali. Et ſi agit vel ſine mandato, vel cum mandato nullo, & inſufficienti, nulliter agit, & licet acta per illum poſſint per principalis ratihabitionem reualidari; tamen, ſi non reualidantur, nulla prorſus ſunt. Et hæc exceptio illegitimi ſeu falſi procuratoris (dicitur verò falſus procurator, nedum qui habet falſum mandatum procuræ, ſed etiam qui non habet mandatum,) poteſt quandocumque opponi ad innalidădum proceſſum, & ſic eſtò pars non opponat ante litis conteſtationem, vel ante ſententiă, proceſſus de facto non habeatur, vt inualidus, tamen ad illum inualidandum ſufficit, quod opponatur quandocumque exceptio falſi Procuratoris. Et licet ſi pars ante litis conteſtationem, non excipiat non poſſit poſtea opponere, vt illum repellat, ex quo eum ſemel approbauit, & ad illam pertinet probare, quod non ſit legitimus Procurator, tamen ad inualidandum acta, defectus ille ſemper poteſt opponi, & ſaltem ex eo, quod de mandato in proceſſu non conſtet probari; vbi autem Procurator habet mandatum validum, etiam ſi alias eſſet ex alia cauſa inhabilis, parte non opponente acta eſſent valida in illis caſibus, in quibus valida eſſent acta Actoris agentis nomine proprio.

8. Tertia exceptio, quæ poteſt opponi ante litis conteſtationem eſt exceptio rei iudicatæ. *cap. exceptionis de lit. conteſt. in* 6. Quæ etiam poteſt opponi in criminalibus, vt notant ibi Dominic. *num.* 61. & Franc. *num.* 6. Quia, & Reus poteſt opponere, quod cauſa ſua fuerit finita, & quod ipſe, vel fuit abſolutus, vel damnatus, & ideo cauſa non debeat amplius agitari. Ad hoc tamen, vt hæc exceptio ſit valida, neceſſe eſt, quod ſit eadem res, vt puta idem delictũ, & identitas perſonarũ, & identitas cauſę, & actionis, & quod ſententia prius data ſit valida; & ideo ſi ſententia fuit nulla, vt puta quia Iudex non fuit competens, non habet vires exceptio rei iudicatæ, ſed eſt neceſſe, quod ſentẽtia data tranſierit in iudicatum, quia ſententia ante non terminat litem. Vnde in cauſis in quibus ſententia non tranſit in iudicatum, non habet locum exceptio rei iudicatæ, & nihilominus etiam in his cauſis, niſi aliquid noui adueniat, ex quo Iudex moueatur, vt cauſam de nouo cognoſcat, non poterit id facere.

9. Quarta eſt exceptio rei tranſactæ, & litis finitæ. *cap. Exceptionis de lit. conteſt. in* 6. Ad quam requiritur, quod tranſactio fuerit facta in caſibus, in quibus poterat fieri, & fuerit valida. Et hæc exceptio facta ante litis conteſtationem illam impedit, & ſi fiat poſt cauſam perimit, & finit, quia Iudex ſecundum illam debet cauſam definire, & in dubio tranſactio iudicanda eſt valida. *cap. finem litibus, cap. venerab. de dol. & contumacia.* Rota coram Gregorio XV. *deciſ. 314. num.* 2.

10. Ad hanc vero exceptionem reduci poteſt pactum de non agendo in iudicio, vel de non petendo, & maximè, ſi hoc pactum ſit iuratum. De qua exceptione videri poſſunt, quæ ſcripſi *d. cap. exceptionis num. 23. & ſeqq.* Sed quandocumque quis agendo, vel petendo ſit periurus, reijci debet, & hæc exceptio periurij

iuipe-

impedit conteſtationem litis, & licet ſit dilatoria, quia tamen eſt ſucceſſiua, poteſt ſemper opponi, quia huiuſmodi Actor ſemper, quod agit, vel petit, eſt periurus, & ſic exceptio periurij per accidens poteſt eſſe peremptoria, quia impedit litis conteſtationem, & proſecutionem.

11. Ad hanc quoque exceptionem ſpectat exceptio litis finitæ, quæ quidem quomodo differat ab exceptione Rei tranſactæ dictum fuit *dicto cap. except. num. 29. & ſequentib.*

12. An etiam & quomodo exceptio ſubreptionis literarum Apoſtolicarum, vel poſſit, vel non poſſit opponi ante litis conteſtationem explicatum eſt ibidem *à num.* 35.

13. An vero ſi Reus petat ſibi dari copiam actorum, vel aliquod ſimile, vt videat, an adſint contra illum indicia ſufficientia; vt poſſit interrogari dictum eſt ſupra, & nihilominus ſi ille aliunde indiciorum conſcius excipiat contra illa, & Iudex videat exceptiones eſſe validas, & ſufficientes ad tollendam ſemiplenam probationem, illas tenebitur admittere, & de illarum veritate inquirere, quia ex hoc ſemiplena probatio eſt vere incerta, & dubia, & Iudex ex dubia probatione non poteſt procedere, & accuſatum, ſeu denunciatum inter Reos conſtituere, & ſi illum conſtituat, & interroget proceſſus eſt nullus, quia ex non ſufficientibus indicijs inquiſitus fuit interrogatus. Vt ſi Iudex non habeat niſi vnum teſtem, ſi Reus excipit, quod ille eſt infamis, & alleget cauſam infamiæ, non poteſt dici, quod ille teſtis ſit omni exceptione maior, niſi exceptio elidatur.

14. Arbitratur autem Scroſ *par. 5. cap. 5. nu.* 10. Quod Reus in hoc caſu poſſit proteſtari de nullitate proceſſus, & reſeruare ſibi facultatem opponendi contra inquiſitionem, ſi fuit facta non probata infamia, vel opponendo contra accuſatorem, ſi non ſe ſubſcripſit ad pœnam tallionis, vel contra indicia, ſi non fuerunt ſufficientia; & hoc habet non leue fundamentum *in cap. 2. de accuſ. in ſexto.* Sed ſtante hodierna praxi iudicij in inquirendo, hæc proteſtatio, vel erit inutilis, vel raro eſt neceſſaria. Si enim, qui proteſtatur, intendit, quod proceſſus debeat declarari nullus, ex eo quod, vel non præceſſerit infamia probata, vel quia Accuſator non ſe ſubſcripſerit ad pœnam tallionis, cum modo Iudices procedant etiam contra non diffamatum, & etiam non præcedente accuſatione formata, ſed ad ſimplicem querelam, imò ad ſimplicem denunciationem, datis centum mille proteſtationibus proceſſus erit validus; quia formatus iuxta regulas procedendi licitas, & conſuetudine comprobatas; ſolum verò vtilis erit, ſi Iudex in proceſſu dicit ſe procedere per ſolam viam infamiæ, vel ex ſtatuto ſpeciali aliter non poſſit inquirere, vel ex ſpeciali ſtatuto ſit de ſubſtantia, quod Accuſator ſe ſubſcribat ad pœnam tallionis, & Iudex aliter non poſſit procedere, tunc enim erit neceſſaria proteſtatio, aliter Reo tacente, proceſſus erit validus, vt decernitur *d. c. 2. de accuſ. in* 6. Sed ſi Reus proteſtetur de nullitate, ſi indicia fuerint inuenta inſufficientia, ſi hæc inſufficientia non conſtabat ex proceſſu tunc, cum Reus fuit interrogatus, ſed conſtat ſolum ex deductis à Reo in ſuis defenſionibus poſt formatum proceſſum, proteſtatio erit inutilis; quia Iudici ſufficit quod inquirat ex indiciis, quæ tunc videbantur ſufficientia. Si verò indicia nedum in actis vere erant inſufficientia, ſed hæc inſufficientia apparet ex proceſſu, proteſtatio erit vtilis, ſed non neceſſaria; quia inquiſitio facta ex indicijs inſufficientibus non conſentiente Reo eſt nulla ipſo iure. Nec poteſt dici quod Reus tali inquiſitioni conſenſerit, cum indicia illa non nouerit; imo ipſo petente illorum notitia ſibi negata fuerit, vel illam notitiam petere ſuperfluum iudicare potuerit, cum Iudices putent ſe non teneri ad dandam illam Reo etiam petenti, & alias Iudex iniuſtè proceſſit interrogando Reum non præcedentibus indicijs; ſed de his videri poſſunt, quæ ſcripſi ſuper *d. cap. 1. & 2. de accuſat. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ obſeruanda ſint à Iudice circa interrogationem Rei, & ſequent.*
2 *Reus examinari debet extra carceres.*
3 *Et admoneri debet de ſanctitate iuramenti, & ſcelere periurij.*
4 *Et in quolibet conſtituto debet ei dare iuramentum de veritate dicenda.*
5 *Et illum examinare debet ſaltem in triduo poſt carcerationem.*
6 *Debetquè Reum, & teſtes clare interrogare.*
7 *Nec debet concedere illi dilationem temporis ad reſpondendum.*
8 *Quid agendum ſit, ſi Reus recuſat reſpondere affirmatiuè, vel negatiuè.*
9 *Qua cautela vti poterit Iudex, ſi Reus veritatem nollit fateri.*
10 *Non danda eſt occaſio Reo perturbationis.*
11 *Nec promittenda eſt Reo impunitas, ſeu plena liberatio ad extrahendam veritatem.*
12 *Quomodo Iudex non debeat Reum interrogare de non pertinentibus ad cauſam.*
13 *Quando Reus incipit fateri veritatem non debet impediri.*
14 *In actis recipienda ſunt ea, quæ Reus depoſuit contra ſe, & etiam ad ſui fauorem.*
15 *Interrogatoria fieri debent in idiomate cognito à Reo.*
Et in actis ponendæ ſunt reſponſiones ſecundum verba præciſè prolata à Reo. ibid.
Quod tutius ſeruari debet etiam apud Regulares. ibid.
16 *Et omnia per extenſum ſcribenda ſunt à Notario, etiam ſi plures teſtes idem dicant.*

QVAESTIO XXIII.

De Interrogatione Rei.

ARTICVLVS I.

Qualiter Iudex Reum interrogare debet.

1. CVm non poſſit damnari aliquis non auditus, & nequeat puniri vt Reus, niſi qui inter Reos ſit poſitus, quod fit Reum interrogando, & ipſo interrogationibus reſpondente: & quia, vt adnotauit *Penna in praxi c.* 19. Ex prudentibus & legitimis interrogationibus, quæ Reo proponuntur, & ex eorum reſponſionibus tota cauſa, eiuſque exitus pendet; ideo Iudex in hoc valdè prudens eſſe debet, & plura obſeruare, & à pluribus abſtinere. Hoc verò primo obſeruare debet, vt videat an habeat indicia ſufficientia ad Reum interrogandum. Supra enim probatum eſt, quod adhoc vt Reus interrogetur, neceſſe eſt quod delictum ſit ſemiplenè probatum. Conſideret ergo Iudex quod non poteſt ex ſola priuata ſcientia Reum interrogare, ſed ex ſcientia iuridica, habens pro indubitata regula, vt iudicet id non eſſe in mundo, quod non eſt in proceſſu. Et ideo omnino ante omnia hoc vnum conſiderare debet, an habeat in proceſſu ſufficientia indicia ad interrogandum Reum. Sententia enim illa Grammat quod poſſit interrogari Reus non præcedentibus indicijs vt aduertit *Penna in praxi cap* 20. *nu.* 4. nulla firma ratione conſtat.

2. Secundo ſi Reus ſit carceratus, debet excarcerari, & extra carceres examinari; imo nec in manicis ferreis debet detineri, quamuis examinari poſſit ligatus, ſi qualitas delicti aut perſonæ id ſuadeat. Si etiam Reus ſit perſona illuſtris, vel in dignitate conſtituta cum decenti honore examinari debet.

3. Iudex Reum, vel etiam teſtes benignè admonebit de ſanctitate iuramenti, & periurij ſcelere, & hortabitur, vt nudam, & ſincetam veritatem clare, & plenè fateatur, Et ne contra ſe ipſum aut alios falſum teſtimonium dicat. Simanc. Cathol. *inſtitut. tit.* 44. *num.* 16.

4. Hoc obſeruandum erit tam in examine Reorum, quam Teſtium, vt nedum in primo examine, ſed toties quoties conſtituuntur, iurent de veritate dicenda, vel tactis Sacris ſcripturis, vel tacto pectore more Sacerdotum, vel alio ſimili iuridicè approbato modo. Vt enim ex Cino & Saliceto aduertit Penna *in praxi cap.* 19. *n.* 1. Iuramentum ſemper præcedere debet depoſitionem Rei, vel teſtis, & hoc ſeruari debet etiam ſi ſecundum, vel tertium examen ſit continuatiuum præcedentis examinis. Sed de neceſſitate iuramenti ipſius Rei videantur dicta *ſupra quæſt.* 11. *art.* 2.

5. Quinto curet Iudex examinare, & interrogare Reos paulò poſtquam miſſi ſunt in carcerē, & non differat vltra triduum, & dum Rei examinantur, benignè tractentur iuxta illorum qualitatem, & quo attentius & pacatius agere poſſint Rei dum conſtituuntur, ſedeant. Penna *in praxi cap.* 19. *num.* 5.

6. Sexto Iudex Reum, & teſtes interrogare debet clarè, & dilucide, & ſi obſcura ſit interrogatio Reus poteſt petere, quod Iudex ſe declaret. Carena *cap.* 19. *prax.* Penna ex Scaccia de Indic. *lib.* 1. *cap.* 86. *nu.* 32. Goazz. *def.* 20. *cap.* 12. *num.* 1. Vbi etiam declarat, quando Iudex vti poſſit interrogatorijs ſophiſticis & obſcuris.

7. Septimo ſi Reus dilationē temporis petat ad reſpondendum, non debet illi concedi, quia in facto proprio non debet Reo dari tempus ad deliberandum. Clar. *quæſt.* 45. Sed de hoc dicendum.

8. Octauo ſi Reus vel recuſet reſpondere, vel nolit reſpondere affirmatiuè, vel negatiuè, vel in his quæ veriſimile eſt illum recordari, reſpondet per verbum non recordor, in delictis leuibus debet charitatiuè pluries moneri, vt præcisè affirmatiuè, vel negatiuè reſpondeat, vel moneri poteſt etiam ſub pœna conuicti, & poſt trinam monitionem pro tali haberi; ſed in delictis grauioribus pro quibus eſt imponenda pœna corporalis, Reus torquetur, niſi Reus ex iuſta cauſa nolit reſpondere, vt puta quia recuſauit Iudicem vt incompetentem, vel ſuſpectum. In hoc autem caſu debet Iudex proteſtari, quod non torquet Reum pro dicenda veritate, ſed præcisè, vt affirmatiuè, aut negatiuè reſpondeat. Vnde nec Iudex debet illum in tortura interrogare de meritis cauſæ, ſed ſolum, vt reſpondeat. Et ſi reſpondet, per verbum non recordor, & oblitio eſt veriſimilis, non debet torqueri, ſed de iſtis ſermo erit infra cum tractabitur de tortura.

6. Nono præcipuè vbi Iudex videt Reū veritatem nolle fateri, hac cautela vti poterit, vt de ijs, quæ remote ſpectant ad cauſam illum interroget; ſolent enim Rei confiteri ea, quæ ſuæ cauſæ non nocere arbitrantur, non verò ita de facili iudicant nocere, vel non nocere, quæ remotè ſe habent, & ſic contingit ſæpè, quod ex pluribus, quæ confeſſi ſunt ad hoc perducantur, vt quod dicere nolunt ex confeſſis negare non poſſint Penna *in praxi inter. Reos lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 8. de Bictis *in Epit. qu* 8. *num.* 4.

10. Decimo præcauendum eſt, ne Reis præbeatur occaſio immodeſte, & intemperanter agendi, aut conuiciandi, aut agendi aliquid quod rectum iudicium perturbare poſſit.

11. Vndecimo cauēdum ne Iudex promittat Reo impunitatem, vel plenam libertatem, ne vel promittendo quod præſtare non poteſt, mendacij arguatur, vel Rei ſub ea ſpe fateantur, quæ non commiſerunt; quod facile contingere poteſt ob deſideriū, quod habent Rei ſe citò liberādi. Poſſent iſtæ interrogationes argui, vt inualidæ, vt in his terminis arguit Bertazzolus apud Pennā *in praxi c.* 10. *n.* 2. ſed de hoc dicetur infra Iudex ergo ſolum poteſt dicere, quod mitius

agetur

agetur cum illis, qui citius, & libentius veritatem confitebuntur. Eymer. *in direct. part. 3. n. 106.* & ibi Penna *comm.* 23. Bertazzol. *conſ. 95. lib.* 1.

12. Duodecimò Iudex caueat ne ſit nimis in interrogando moleſtus, & nè interroget Reũ de non pertinentibus ad cauſam, ſed ſolum ſuper ijs, de quibus indicia habeat; ſic enim Iudex captum pro vno crimine non poteſt interrogare de alio crimine, de quo Reus non eſt indiciatus. Paulus Papa Tertius Conſt. quæ incipit *Ad onns* §. 1. *cap. Iudices*, & probatum eſt ſupra. Eymeric. *in directorio par. 3. num.* 74. Vbi Penna *Com.* 18. *& in praxi cap. 20. numer.* 3. Si tamen Reus reſpondendo ad legitimas interrogationes dederit occaſionem interrogandi de alijs, ſi non ſunt inepta, & extra cauſam, poterit ſuper illis interrogari propter indicium, quod ipſe dedit in ſua reſponſione. Eym. & Penna locis citatis.

13. Decimotertio. Aduertat Iudex, ne poſtquam Reus incæpit fateri veritatem, eum perturbet, aut impediat, nec examen dimittat, ſed illud proſequatur, quia compertum eſt, eos quorum interruptæ fuerunt confeſſiones malo conſilio ductos, vel nolle amplius veritatem confiteri, vel quod confeſſi ſunt reuocare. Eym. *par. 3. num.* 18. Penna *in praxi par. 1. cap. 20. nu.* 9.

14. Quartodecimo Iudex faciat, vt in actis recipiantur nedum, quæ Rei deponunt contra ſe; ſed etiam ad fauorem ſui, & aliorum; aliter enim fieri ratio recta non permittit; cum Iudicis ſit veritatem quærere, & attendere, & hoc idem ſeruandum omnino in depoſitionibus denunciantium, & teſtium. Penna *dicto cap. 20. num.* 10. Imo ſi contingat Reos, dum examinantur, interno cordis dolore ita moueri, vt vel lacrymas emittant, vel flexis genibus, aut iunctis manibus, aut percuſſione pectoris miſericordiam implorent, hæc penitentiæ ſigna in processu, quaſi per parenteſim inſerenda ſunt, & notanda, cum ad minuendam pœnam, & maiorem benignitatem illis impartiendam plurimum valeant. Penna *d. cap. 20. num.* 10. Pariter vero Notarius debet diligenter adnotare de mandato Iudicis quæcumque fiunt per teſtem, vel Reum, vel Iudicem, & præſertim pallorem Rei, illiuſque trepidationem, vel alia ſigna ipſo Reo præſente, & audiente, ſimul aſſerendo ſe illa vidiſſe. Quod ſi illa non vidit, debet ſcribere ſolum, quod Iudex ita ſibi dixit, & ſcribi iuſſit. Guazz. *def. 20. cap. 14. numer. 1. & 2.* Vbi *num.* 3. quod ſi omittantur, quæ ſcribi debuiſſent, hæc omiſſio probatur præſumptionibus, & conjecturis, & quod concludenter probatur per vnum teſtem.

15. Decimo quinto curare debet Iudex, vt interrogatoria, & reſponſiones fiant in idiomate cognito à Reo, vel teſte examinato, adhibito ad hoc interprete, ſi ſit neceſſarius. Et interrogatoria per extenſum ſcribantur à Notario; intollerabilis enim eſt abuſus quorumdam Notariorum, qui ſcribunt Interrogatus &c. vnde non cognoſci poteſt, an interrogatio ſit ſuggeſtiua, & an Reus reſpondeat integrè interrogationi; ſed ſummè cauendum eſt, ne Notarius reſponſiones Reorum, aut Teſtium deſcribat in alio Idiomate ab eo, in quo loquitur reſpondens, & nihil mutando, vel addendo, vel minuendo, aut tranſportando, aut inueniendo, ſed eadem prorſus verba deſcribendo; quod præcipuè eſt neceſſarium, vbi agitur de propoſitionibus, & formalitate terminorum, & verbalibus iniurijs, aut conuentionibus, & pactis. Vnde neceſſe eſt, quod teſtes conueniant in eiſdem verbis, vt Reus illa fateatur, ſi veritas hoc poſtulet. Butr. *cap. nihil. de verb. ſignificat.* Panormit. *num.* 2. Penna *in praxi l. 1. cap. 20. numer.* 13. Cum vero Bictus ſenſerit, quod apud Regulares ex eorum priuilegijs ſufficiat, quod Notarius deſcribat in actis verum ſenſum verborum, huic opinioni non facile eſſe adherendum inquit Eliſeus *tr. 7. qu. 4. num.* 1. eo quia ſæpius fieri poteſt immutatio verborum, & hoc, vt plurimum euenire ſolet. Et vere tutius eſt, vt Notarius ſcribat illa eadem verba reſpondentis; de ſubſtantia tamen iudicij huiuſmodi non eſt neceſſarium, ſed ſufficit, quod exprimatur verus ſenſus reſpondentis.

16. Penna *num.* 14. bene infert non eſſe permittendum, quod Notarius poſtquam ſcripſit examen prioris teſtis, poſtea audito ſecundo, tertio, quarto, &c. dicat, quod teſtis depoſuit per omnia, ſicut primus, ſed per extenſum omnium examina debet deſcribere. Hæc enim praxis communiter eſt reprobata *ex d. capit.* Nihil *de verb. ſignif.* vbi Butr. *num.* 3. Panor. *num.* 3. dicunt de iure verius eſſe, quod taliter examinati non probent.

SVMMARIVM.

17 *Suggeſtio tam in tortura, quam extra, de iure eſt probibita.*
Quare confeſſio per ſuggeſtionem extorta non nocet Reo. ibid.

18 *Quid ſit ſuggeſtio.*

19 *Suggeſtio alia aperta, & alia paliata.*
Primus modus ſuggeſtionis apertæ ſit, quando interrogatur Reus abſquè ſufficientibus indicijs. ibid.

20 *Secundus modus eſt, quando medijs fraudibus, & mendacijs ducitur Reus ad fatendum delictum.*

21 *Quid dicendum ſit, an Iudex poſſit vti mendacio ad finem eruendæ veritatis. & ſeq.*

22 *In illo caſu mendacium ex obiecto eſt perniciosum, & contra charitatem.*

23 *Quomodo mendacium, etiamſi illicitum, non ſit contra iuſtitiam.*

24 *Quando eſt iniuſtum ex obiecto, & quando dictum priuat Reum re notabili.*

25 *Iudex præmiſſo mendacio interrogans Reum peccat, & iniuſtè agit.*

26 *Iudex vtendo mendacio adhoc, vt Reus non dicat falſum, & non peccet, non liberatur à peccato, & ab iniuſtitia.*

27 Con-

27 *Confeſſio extorta per mendacium non eſt iudicialis, ſed inualida.*

28 *Tertius modus ſuggeſtionis eſt quando medijs fictionibus, & cautelis Reus ducitur ad confeſſionem delicti.*

29 *Index inducens Reum extra iudicium ad fatendum delictum, non vtitur ſuggeſtione iudiciali, ſed illicita ſubornatione.*

30 *Qua ſint cautela, & ſimulationes, quibus Index licitè vti poſſit. ibid.*

31 *Quartus modus eſt, quando ex promiſſione impunitatis extrahitur Rei confeſſio.*

32 *Princeps promittens impunitatem tenetur illam concedere.*

33 *Opiniones varia.*

34 *Quid dicendum ſit, ſi Index promittit impunitatem non habendo authoritatem dandi illam.*

35 *Confeſſio extorta media promiſſione impunitatis, & poſtea ratificata eſt valida.*

36 *Si vero non ſit vllo modo ratificata, non poteſt puniri Reus virtute illius confeſſionis.*

37 *Nec Index virtute dicta confeſſionis poteſt recurrere ad Principem, ad hoc vt damnetur Reus.*

38 *Index extrahens Reum de loco ſacro media expreſſa promiſſione impunitatis, tenetur illum in eum locum reſtituere.*

39 *Quomodo Princeps poſſit punire Reum media confeſſione extorta à Indice ſub conditione impunitatis.*

Exemplum Alexandri III. ibid.

40 *Promiſſio impunitatis non tollit vim aliarum probationum.*

41 *Quomodo confeſſio extorta ſpe impunitatis, ſufficiat ad pænam extraordinariam.*

42 *Et quomodo dicta confeſſio reuocata non ſufficiat ad torturam, & ad Reum interrogandum.*

Poteſt tamen deſeruire pro adminiculo. ibid.

43 *Et in aliquo ſenſu dicitur nulla, & in alio non nulla.*

44 *Index potens concedere impunitatem illamque promittens, talis promiſſio non eſt illicita.*

Confeſſio tamen extorta ſpe talis promiſſionis eſt inualida. ibid.

45 *Quomodo Index poſſit torquere Reum, & punire pæna extraordinaria ex vi confeſſionis extorta ſpe impunitatis.*

Et quomodo Index damnans Reum virtute dicta confeſſionis non teneatur ad reſtitutionem. Ibid.

46 *Quintus modus ſuggeſtionis eſt, quando teſtis, ſeu Reus interrogatur in ſpecie de perſona determinata, & delicto determinato.*

47 *Index habens indicia ſufficientia ad inquiſitionem ſpecialem poteſt interrogare in ſpecie. Vide etiam num. ſequent.*

48 *Quomodo interrogatio in ſpecie poſſit eſſe ſuggeſtiua ex forma & modo ſpeciali interrogandi.*

49 *Etiam ad interrogandum de circumſtantijs delicti prærequiruntur indicia ſufficientia.*

Quomodo differant inquiſitio delicti, & inquiſitio delinquentis.

50 *Quid requiratur ad inquiſitionem delinquentis in ſpecie.*

Explicatur quomodo interrogatio de circumſtantijs ſit ſuggeſtiua ibid. & num. 51.

52 *Quomodo in interrogatione de ſocijs criminis vitanda ſit ſuggeſtio.*

53 *In caſu quo Index ponat in eodem carcere Reum & teſtes, non habet locum ſuggeſtio.*

54 *Ad tollendum defectum ſuggeſtionis, bonum eſt prius interrogare in genere Reum, & teſtes.*

55 *Index legens Reo depoſitiones teſtium non committit ſuggeſtionem.*

56 *Alius modus ſuggeſtionis eſt, ſi Index interroget Reum de his qua ſunt iuris.*

Nec teſtis tenetur reſpondere ad dictas interrogationes. ibid.

57 *Quid ſit ſuggeſtio palliata; & quot modis fiat. num. 58.*

Interrogatio ſuggeſtiua eſt prohibita etiam Iudici procedenti de plano, & ſola rei veritate inſpecta.

ARTICVLVS II.

De ſuggeſtione à Iudice fugienda.

17. SVggeſtionem tam in tortura, quam extra eſſe de iure Iudicibus prohibitam; & ideo confeſſionem per ſuggeſtionem extortam non ſufficere ad Reum condemnandum, & omnia inde ſecuta eſſe nulla ipſo iure *ex l. 1. §. qui ad quaſt. ff. de quaſ.* docent ibi Bart. & Marſ. Marian. Soc. *in cap. qualiter & quando il ſecondo n. 202. de accuſ.* Scaccia *de Iud. cap. 86. n. 7. & 40.* Farinac. *qu. 83. num. 84. vbi num. 85.* ex eodem Scaccia *num. 41.* Quod eſt prohibita ſuggeſtio nedum in damnum Rei, ſed etiam in damnum Fiſci, & hæc eſt communis ſententia Doctorum. Quod verò confeſſio per ſuggeſtionem extorta non noceat, ex duplici cauſa præcipuè oritur. Prima eſt, ſi ſit iniuſtè extorta per Iudicem, & ſic ſit veluti per furtum, aut rapinam vſurpata. Sic enim iuſtitia non patitur vt ſit iudiciale, & admittatur in iudicio vt validum, quod iniuſte eſt extortum per Iudicem; nec patitur quod Iudex vtatur tanquam iuridica illa confeſſione, quam ipſe, vel dolo furatus fuit, vel vi rapuit. Secunda cauſa eſt, ſi confeſſio ex ſuggeſtione orta, ſit de falſitate ſuſpecta, & ſic incerta, & dubia; dubia enim probatio non ſufficit ad condemnandum; confeſſio vero ex ſuggeſtione orta altero ſaltem ex his vitijs laborat.

18. Suggeſtio vero, ſi vim nominis attendimus, eſt interrogatio per quam ſuggeritur Reo, vel teſti, mentem interrogantis eſſe, vt ad interrogationem affirmatiuè reſpondeat, ſeu vt deponat id de quo interrogatur, vt ſi Iudex dicat Scio: nonne *occidiſti* Caium? vel ſi dicat Scio Scio quod *occidiſti* Caium ideo hoc fateari; ſic ergo vbi Iudex interrogans oſtendit animum eius eſſe, vt interrogatus ſic deponat, ſicut ille interrogat, & habet animum, vt interrogatus ita reſpondeat, interrogando ſuggerit. Et præcipuè ſi hoc fiat in tortura, Iudex

nihil facit, & confeſſionem extorquet, & ſemper redditur dubia confeſſio, & ſuſpecta, ne Reus confeſſus fuerit, quia vidit mentem Iudicis eſſe, vt ipſe ſic fateretur. Merito propterea ſuggeſtiuæ interrogationes fuerunt prohibitæ. Sed modo in iure ſuggeſtio dicitur omnis iniuſta, & doloſa Iudicis interrogatio. Eliſeus *tr.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 1. Ideo ſuggeſtio fieri dicitur, ſed præcipuè in tortura, ſi Iudex minis ſolicitet Reũ aut terreat, ſi fateri nolit id, de quo interrogatur. Vnde Iudex abſtinere debet ne, in tortura præcipuè, importune ſuadeat, vel contumelijs, aut minis, aut verberibus ſolicitet Reum, vt fateatur id, de quo determinatè interrogatur. Sed bene faciet Iudex, ſi bis vel ter Reum interroget, & ſuadeat, vt Reus dicat veritatem ſuper his de quibus extra torturam fuit interrogatus.

19. Diſtinguunt vero Doctores ſuggeſtionem in apertam, & palliatam; & apertam in plures ſubdiuidunt. Dicunt igitur primo, quod Iudex ſuggeſtiue, & iniuſte interrogat, ſi non habet ſufficientia indicia ad interrogandum, vel Reum, vel teſtem; & quia ſupra probatum eſt, quod adhoc vt Reus interrogetur iudicialiter, neceſſe eſt, quod eius delictum ſit ſemiplene probatum; ideo ſuggeſtiue Iudex interrogat, ſi Reum interrogat de delicto non ſemiplenè probato. Sed quia Doctores multum ſunt diſcordes, alijs volentibus, quod ad interrogandum Reum ſufficiant leuiora indicia, alijs omnino volentibus, quod adminus indicia ſemiplene probent; In hoc conueniunt omnes iudicem ſuggeſtiue interrogare, ſi interrogat ſine indicijs ſufficientibus. Tunc enim à domo rei ſumitur initium probationum, contra *l. de minore* §. *tormenta ff. de quæſt.* Veritas vero eſt, quod iniuſta eſt interrogatio Rei, quam non præcedit ſemiplena probatio; videantur dicta ſupra *quæſt.* 20. *art.* 1. In hoc etiam magnum diſcrimen eſt inter teſtes & Reos; quia ad iuridicè examinandos teſtes etiam in ſpecie ſufficit ſi præceſſit infamia, vel denunciatio, vt ſupra probatum eſt. Hoc igitur modo Iudex ſuggeſtiuè interrogat, ſi interrogat ſine præcedentibus ſufficientibus indicijs, vt ſi Reum interrogat de aliquo delicto, de quo non eſt indiciatus, vel ſi interrogat de ſocio criminis in caſibus, in quibus id non licet, & determinatè, & ſpecificè, vt puta an Seius fuerit ſocius Caij in homicidio. Nam interrogare de ſocijs in genere non eſt illicitum ſaltem ex conſuetudine.

20. Secundus modus ſuggeſtionis eſt, ſi etiam extante ſemiplena probatione delicti Reus mendacijs, & fraudibus ducitur ad delictum fatendum. Quamuis enim Iudex poſſit fingere, & ſimulare cum Reo, ſe iam eſſe informatum, & ſcire totum factum, licet illud ignoret, & ſic poteſt ad hunc effectum in manibus accipere proceſſum, vel alias ſcripturas, & illas euoluere, ſimulando ſe legere teſtium depoſitiones, vt credat Reus apud Iudicem conſtare de veritate facti. Eym. *in direct. part.* 3. *num.* 102. & ibi Penna *com.* 25. Non poteſt tamen Iudex expreſsè dicere ſe ſcire totum negotium. Si hoc non eſt verum, nec ad eruendam veritatem poteſt vti mendacijs, & falſitatibus, & hoc nedum eſt prohibitum, quia mendacium eſt malum, & non ſunt facienda mala, vt veniant bona. *cap. vnde quaque* 56. *diſtinct. cap. neque* 14. *quæſt.* 15. Eym. & Penna loco citato Scacc. *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 88. *num.* 35. Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 311. *qui num.* 314. exiſtimat, quod vbi Iudex vtitur cautelis, & ſimulationibus laudabilibus debeat ea in ſcriptis per Notarium redigere, ne oriatur ſuſpicio contra Iudicem, quod tamquam inanis gloriæ cupidus confeſſionem Rei extorſerit. Et idem aduertit Guazz. *def* 20. *c.* 12. *num.* 7.

21. Sed hic difficultas eſt, an vti mendacijs ad finẽ eruendæ veritatis, nedum ſit illicitum, ſed ſit iniuſtũ, & ex conſequenti, an vitiet confeſſionem, vt non noceat confitenti; videtur enim, quod non ſit iniuſtum, non enim eſt iniuſtum ex obiecto, ſi id quod dicitur, non eſt iniuſtum, & per illud non aufertur à proximo, quod ſuum eſt. Modo per hoc, quod Iudex mentiendo dicat Reo, quod ipſe eſt conuictus in iudicio per teſtes, vel quod complices confeſſi ſunt delictum, vel aliud ſimile, non videtur facere iniuriam Reo, nec ab illo auferre aliquid, quod de iure ſit ſuum, cum nec Reus ius habeat, vt non conuincatur per teſtes, vel per hoc quod dicitur illum eſſe conuictum fiat, vt vere ſit conuictus, & poſſit ex hoc illi fieri aliquod præiudicium, & iniuſtum damnum. Sed neque tale mendacium eſt iniuſtum propriè ex effectu, vel fine ex eo, ſcilicet, quod decipiat Reum, & inducat illum ad confitendum delictũ. Tum primo, quia decipere aliquem ſine vi, ſi non infertur illi aliquod aliud præiudicium, quam illud quod eſt idem opinari falſum tanquam verum, non eſt iniuſtum propriè, imò nec eſt peccatum graue, vt habetur ex D. Th. 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 4. aliter etiam mendacium officioſum eſſet graue peccatum; imo ſimulatio laudabilis nullum eſt peccatum, licet ex illa aliquis decipiatur. Et eo magis *hæc* procedunt, quando qui decipit vim non facit, nec obligat ad ſibi credendũ, & deceptio illius, qui decipitur eſt voluntaria, & ille eſt, qui ex ſui imprudentia leuiter credit. Tum ſecundo, quia finis intentus à Iudice eſt bonus; finis enim eſt, vt Reus deſiſtat à malo, & fateatur veritatem, quam tenetur fateri. At vero ſine iniuſtitia poteſt etiam per vim aliquis detineri, ne faciat malum, vt patet in illo, qui appræhendit, & detinet aliquem, ne alium iniuſtè vulneret.

22. Reſpondetur, & dicitur primo, quod in præſenti caſu mendacium ex obiecto, & ex ſuo genere eſt pernicioſum, & contra charitatem; quia præbetur Reo materia, & occaſio, vt decipiatur in eo, quod multum intereſt Reo, vt in eo non decipiatur, ſed ſciat veritatem, vt poſſit deliberare an ſibi conueniat fateri, vel non fateri delictum, & poſſit meliori modo quo poteſt ſe tueri, ſi ſit innocens, vel ſi ſit in caſu, in quo non tenetur fateri delictum. Mendacium enim eſt pernicioſum, & contra charitatem, ſi eſt fal-

ſum

ſum circa proximi bonum, & circa id, quod multum intereſt proximo, vt proximus ſciat veritatem, vt docet D. Th. 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 4.

23. Dicitur ſecundo, quod aliquem decipere per mendacium, quod alias ex obiecto non ſit iniuſtum, nec inferendo vim, nec obligando proximum ad credendum mendacio, licet alias ſit illicitum, & poſſit eſſe contra charitatem, non eſt tamen contra iuſtitiam. Ratio eſt, quia in hoc caſu nihil auferiur credenti mendacio contra voluntatem illius, ſed ipſe eſt, qui ex leuitate ſua voluntariè falſum credit, etiam in ſui præiudicium. Vnde licet in hoc offendatur charitas, ſi datur occaſio, vt proximus falſum credat in ſui graue præiudicium, non offenditur tamen iuſtitia commutatiua, quia nihil auferetur credenti contra voluntatem illius. Et ita videri poteſt, quod ex hac parte Iudex non obligans, nec faciens vim Reo, vt credat ſuis mendacijs, ſi alias mendacia ex obiecto, & re dicta non ſint contra iuſtitiam, licet illicitè agat, tamen contra iuſtitiam non peccat. Sed oppoſitum eſt dicendum. Primo, quia ad hoc, vt mendacium ſit illicitum Iudici, & vitiet confeſſionem Rei, ſufficit quod ſit contra iuſtitiam legalem, & fidelitatem officij Iudicis, qui eſt iuſtitiæ cuſtos, & veritatis; ſic ergo non patitur ſanctitas Iudicis, & officij Iudicis, vt in iudicio habeatur pro vero, & valido, quod mendacijs, & fraudibus Iudicis eſt extortum. Et ideo ius non approbat, nec pro valida habet confeſſionē Rei extortam per mendacium, & fraudem Iudicis. Secundo nam vbi mendaciũ eſt inductiuum ad hoc, quod Reus determinatè fateatur id, de quo interrogatur, vti tali mendacio eſt ſuggerere Reo, vt determinatè fateatur illud vnum determinatè, de quo interrogatur. Et hæc eſt ſuggeſtio fraudulenta in iudicio illicita.

24. Dicitur tamen tertio, quod in hoc caſu mendacium eſt iniuſtum ex obiecto, & re dicta, ſi Iudex mendaciter dicat Reo, quod eſt conuictus in iudicio, vel quod complices confeſſi ſunt delictum, vel aliquod ſimile; nam Reum non eſſe conuictum, vel delictum eius non eſſe probatum per confeſſionem complicis, vel per complicem eſt bonum Rei valde notabile, & Reo multum vtile, & pertinens ad eius famam, cuius boni poſſeſſione illum quantum fit ex ſe ipſo priuat Iudicis mendacium; & ideo mendacium iſtud ex obiecto eſt iniuſtum, & ex ſe damnificat Reum in re ſua.

25. Dicitur quarto, quod ſi Iudex præmiſſo mendacio interrogat Reum, intendens quod Reus interrogationi affirmatiuè reſpondeat, quidquid ſit, an id ſit verum, vel falſum peccat, & iniuſtè agit, nedum ratione mendacij, ſed ratione iniqui finis, quia intendit finem, qui eſt Reo pernicioſus, & eſt contra iuſtitiam iudicij recti; vnde ad minus eſt iniuſtus Iudex, quia iuſtitiam officij violat, & amplius iniuſte offendit etiam iuſtitiam Rei, quia illum etiam ad deponendum falſum inducit, cum iuridice illum interroget ex illa intentione iniqua.

26. Dicitur quinto, quod in hoc caſu ex *finis* recti intentione, ex eo, ſcilicet, quod Iudex non intendat, niſi quod Reus dicat veritatem, quia in conſcientia fateri tenetur, Iudex non euitat iniuſtitiam; peccatum enim vitare non poteſt, quia mendacium ex lege Diuina, & naturali eſt intrinſicè malum D. Aug. contra Mendacium D. Th. 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 1. non autem ſunt facienda mala, vt eueniant bona *cap. vndecumque 36. diſtinct. cap. neque* 14. *quæſt.* 15. Vnde hoc communiter Doctores docent. Sed neque iniuſtitiam vitabit ex eo, quod intendat, impedire Reum à malo, & peccato. Nam an Reus teneatur in iudicio fateri veritatem etiam ſi legitime interrogetur eſt res valde controuerſa inter Doctores, & non deſunt, qui negantem partem doceant, vbi ex confeſſione imminet Reo præiudicium valde graue, & poteſt contingere, quod Reus probabiliter, & ſine peccato eam ſententiam amplectatur, & ex illa conſtanter neget veritatem. Et quod magis vrget poteſt eſſe, quod Reus pluſquam conuictus de delicto ſit verè innocens, & quod nedum non teneatur, ſed nec in conſcientia poſſit fateri delictum. Non poteſt ergo Iudex iniuſtè Reo inferre, vel minimum præiudicium mentiendo ex intentione impediendi peccatum illius; cum ignoret, an negando delictum peccet. Et ideo neque poterit vti confeſſione Rei ex mendacijs extorta tamquam non iniuſte extorta, ſed valida, cum non ſit certus eam non fuiſſe iuſtè obtentam. Sed dato, quod Iudex eſſet certus, quod Reus peccaret negando veritatem, adhuc vbi ſumus inter duo mala, quorum vnum eſt de facili reparabile, & aliud eſt irreparabile, charitas non excuſat iniuſtitiam, nec licet iniuſtè impedire proximum, ne incurrat damnum de facili reparabile, etiamſi hoc damnum ſit maximum, ſi proximus vitando hoc damnum de facili reparabile, ex hoc incurrat in aliud damnum omnino irreparabile. Modo Reus licet peccet negando delictum, hoc malum vitare poteſt pœnitendo, ſed ſi fateatur, & ex hoc damnetur, vel ad mortem, vel ad aliam pœnam grauem, hoc damnum ſit illi irreparabile: non excuſatur igitur iniuſtitia Iudicis vtentis mendacijs, ex hoc quod intendat vitare peccatum Rei negantis, cui, ſi fateatur, imminet damnũ irreparabile.

27. Quamobrem dicitur vltimo, quod confeſſio à Iudice extorta per mendacium, & ſic per fraudem non eſt iudicialis, ſed inualida, & inſufficiens ad condemnandum confeſſum, vt eſt de mente Doctorum, quos citauimus *nu.* 20.

28. Tertius modus ſuggeſtionis ſimilis ſecundo dicitur eſſe, quando Iudex vtitur cautelis & fictionibus, vt Reus confiteatur *L. cum hi. §. eum lis ff. de transact.* Clar. *quæſt.* 55. *verſ. circa primum Caſtrenſ. in l. edita nu.* 19. *C. de eden.* vbi habet, quod licet huiuſmodi fictiones, & ſimulationes in foro fori admittantur in foro Dei damnant Iudices. Penna, Bart. Scaccia, & alij quos refert Farinac. *qu.* 81. *num.* 305. *&* 313. Cæterum iudicibus nec per alios licet inducere Reum

Digitized by Google

re Reum mendacijs, & fraudibus ad hoc, fateatur delictum. Ideo non licet introducere intra carceres perſonas viles, & infames, quæ vt plurimum ſolent mille mendacijs, & fraudibus inducere Reos, vt delictum fateantur, promittentes etiam ſæpè impunitatem, & maria & montes, vt ipſi poſſint à fiſco conſequi magnum præmium. Guazz. *defenſ.* 20. *cap.* 10. *ante num.* 7. Abſolutè tamen non eſt illicitum introducere aliquem intra carcerem, vt vijs licitis inducat Reum ad fatendam veritatem Eymer. *in direct. part.* 3. *num.* 200. & ibi Penna *com.* 23. *Lit. I. & G.* ſicut id fieri poteſt ad obſeruandum, & referendum, quidquid per Reum dicitur, vel agitur Farinac. *qu.* 81. *nu.* 309. Guazzin. *d. cap.* 12. *num.* 6. *in fine*.

29. An vero medijs alijs viris inducere Reum extra iudicium, vt confiteatur, ſit ſuggeſtio propriè loquendo, dicendum eſt adeſſe hic ſubornationem illicitam, non vero iudicialem ſuggeſtionem, & de confeſſione ſic extorta iudicandum eſt, ac de confeſſione per iniquam ſubornationem obtenta. Et idem dicendum ſi Iudex ipſe extra iudicium ſimile quid fecerit. Verum quod poſſint Iudices vti laudabilibus cautelis, ſimulationibus, & fictionibus, probatur exemplo Salomonis tertio Regum, qui finxit velle, vt infans occideretur, vt ex hoc veram illius matrem cognoſceret, de quo *in cap. Afferre de præſumpt.* Vbi Ancharan. *nu.* 1. Panormit. *num.* 1. Felin. *num.* 1. Penna *in direct. part.* 23. *comm.* 3. Couarruu. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 16. & quam plures alij, quos ſequitur Farinac. *quæſt.* 8r. *num.* 304.

30. Et certè vbi iſtæ cautelæ, vel fictiones fiunt ſine mendacio, & ſic ſunt laudabiles, eis laudabiliter vtuntur Iudices, vt eruant veritatem ab oſtinatis. Harum autem cautelarum dantur exempla. Primo ex facto Salomonis tertio Reg. & ex facto Caroli Magni, cum enim informatus fuiſſet, homicidium patratum fuiſſe, vel à patre, vel à Filio iuſſit vtrumque ſuſpendi, quo viſo pater confeſſus fuit delictum. Secundo, vt Iudex poſſit verbis blandis amicabiliter ſuaderi, vt Reus veritatem dicat, & pariter tractare benignè Reum, & ſigna humanitatis ei oſtendere. Non tamen ſi Reus ſit mulier, Iudex poteſt dicere ſe amore illius captum eſſe. Tertio, vt poſſit mittere intra carcerem exploratores, vel perſonas pias, quæ ſuadeant Reo dicere veritatem, ſine mendacijs tamen, ſed iuſtis ſermonibus. Quarto, quod poſſit ſine mendacio ſimulare, ſe eſſe informatum, & ſcire totum factum, dummodo ex illa fictione non ſequatur aliquod graue præiudicium; Sic non approbatur, quod legitur factum à B. Io. de Capiſtrano, quod ſcilicet cum finxiſſet caput amputandum eſſe nedum Patri, ſed etiã filio, qui innocens erat, capite Patri abſciſſo, filius timore interijt; ſed ſemper omnino ſeruandum eſt, vt quodcumque, vel minimum mendacium abſit. Aduertendum quod licet regulariter loquendo Iudices cauere debeant ab interrogatorijs deceptotijs, & reuelare & aperte interrogare, vt tradunt Penna d. *Canon.* 25 & Cartar. *de interrog. Reis lib.* 2. *c.* 1. ex Farinac. *quæſt.* 81. *nu.* 305. Tamen vbi Iudex eſt in caſu in quo indicia vrgent contra Reum, & ipſe pertinaciter negat delictum, Iudex prudenter vti poteſt amphibologijs, & equiuocationibus ad finem veritatis indagandæ, ſemper enim attendi debet, quod huiuſmodi æquiuocationes ſunt quidem occaſiones ex quibus interrogatus decipitur, ſed ex ſui imperitia inconſideratione, & imprudentia.

31. Quartus modus ſuggeſtionis dicitur, quando Iudex promiſſione impunitatis extorquet Rei confeſſionem; ideo hanc confeſſionem non ſufficere ad condemnandum Reum tradunt Marſil. Caten. Couar. Menoch. Penna, Scaccia, & quam plures alij apud Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 276. & Guazz. *defenſ.* 20. *cap.* 24. *num.* 1. Sed alij hoc negant, & res eſt valde controuerſa; ſed primo diſtinguendum eſt, nam vel Iudex, qui promiſit impunitatem poteſt illam concedere, & in hoc caſu per ſe loquendo Reus, qui confeſſus fuit ex promiſſa impunitate non poteſt damnari, vt pluribus probat Boſſ. *tit. de confeſſ. Reorum quæſt.* 55. *verſic. circa ſecundum*. Farinaccius *quæſt.* 81. *num.* 281. Sanchez *alios citans l.* 6. *conſ. cap.* 3. *d.* 35. Card. de Lugo *tom.* 2. *diſp.* 37. *nu.* 180. Et ratio manifeſta eſt, quia promiſſio ſub conditione acceptata, impleta conditione tranſit in abſolutam, & nedum ex fidelitate, ſed ex iuſtitia debet impleri.

32. In quo nihilominus aduertendum, Principem in hoc caſu non teneri, niſi ad id, quod promiſit; vnde ſi non promiſit omnimodam impunitatem, ſed promiſit ſolum ſeruare vitam confitenti, poterit illum ſalua vita alia pœna punire.

33. Difficultas eſt, quando Iudex non habet poteſtatem concedendi impunitatem, & promiſſum non poteſt de iure obſeruare, & in hoc ſenſu adhuc Reum ex tali confeſſione non eſſe damnandum tradunt Doctores citati, quos ſequitur Farinac. *nu.* 282. ſed oppoſitum voluerunt Archidiac. & *Dom. in cap. vtilem* 22. *qu.* 2. Soccin. *in cap. qualiter il ſecondo num.* 974. de *accuſat.* & alij plures apud Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 278. & 279.

34. Indubitatum vero mihi eſt, talem Iudicem iniquè, & iniuſtè agere promittendo, quod de iure non poterat obſeruare. Et in hoc non conſentio opinioni eorum, quos refert Farinaccius *qu.* 81. *num.* 278. & Penna 3. *par. comment.* 23. qui dixerunt Iudicem poſſe promittere impunitatem, quam non poteſt ſeruare, vt extorqueat veritatem. Nec credo, quod in hoc caſu Iudex poſſit retinere in mente conditionem, ſi Principi placebit, vel ſi de iure hoc poterit facere, quia in promiſſionibus, & contractibus, in quibus vnus dat, & alius dat non ſunt licitæ huiuſmodi amphibologiæ, & æquiuocationes, & maxime quando, vnus qui dedit, datum non poteſt commode repetere, & ius ſuum plenè poſ-

Google

nè poſſidere; ideo Iudex iniuſte agit promittendo impunitatem, quam non poteſt obſeruare, & damnum iniuſtum infert, illam non ſeruando, vt benè ſentiunt innumeri Doctores, quos ſequuntur Penna *par.* 3. *Com.* 23. Farinacc. *quæſt.* 81. *num.* 276. Quamobrem hic notandum eſt, quod aliud eſt decipere Reum per amphibologias, ideſt per verba præſeferentia impunitatis promiſſionẽ apparentem, ſeu quæ etiam in ſenſu oppoſito poſſent intelligi, aliud eſt exterius promittere impunitatem retenta in mente conditione impunitatis deſtructiua. Primum poſſe fieri, dum Reus negat veritatem, quam de iure tenetur fateri, voluit Card. de Lugo *diſp.* 37. *num.* 178. Sic enim, & cum latrone, & cum hoſte in Bello iuſto licet vti huiuſmodi æquiuocationibus; qua tamen æquiuocatione non liceret vti Iudici, vt Reum exiſtentem in locis tutis, vt puta in Eccleſia deciperet, & vt de loco tuto, de quo non tenebatur exire, exiret. Et eodem modo non poteſt Iudex per ſimiles æquiuocationes decipere Reum, vt fateatur delictum, quando de iure non tenetur illud fateri: Card. de Lugo *diſp.* 37. *num.* 179. Sed decipere Reum promittendo exterius impunitatem retenta in mente conditione per quam promiſſio exercetur, eſt Iudici omnino illicitum. Verum dicendum eſt, quod aliud eſt vti amphibologijs nihil promittendo, & non contrahendo cum Reo, hoc enim poteſt licere, vt dictum eſt. Aliud eſt vti promiſſione æquiuoca, & qua non licet vti in contractibus, & præcipuè quando decipitur, & qui dedit, non poteſt recuperare id, quod ex parte ſua dedit; hac enim æquiuoca promiſſione vti non licet, quia iniuſtè, quis alienum accipit; & non obſtat, quod Reus de iure debet confiteri, quia non tenetur confiteri ex iuſtitia commutatiua, & ſic non ſunt ad rem exempla de latrone, & bello iuſto in quibus deceptus ex iuſtitia commutatiua debet, quod ab eo per æquiuocationis vſum aufertur; ſed Reus ex iuſtitia commutatiua non tenetur confiteri, non poteſt igitur per promiſſionem, & contractum æquiuocum, & doloſum ab eo extorqueri confeſſio.

35. Eſt quoque certum confeſſionem ſic ex promiſſa impunitate extortam ſubſiſtere, & valere ad damnandum Reum, ſi illa facta ſit extra torturam, & poſtea fuerit nedum tacitè, ſed expreſſe ratificata cũ expreſſa declaratione, quod promiſſæ impunitatis nulla habebitur ratio. Couar. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 16. Boſſ. *tit. de Confeſſ. per torturam num.* 14. & alij quos ſequitur Farinacc. *qu.* 47. *nu.* 289. & ideo dum confeſſio ſub ſpe impunitatis facta eſt in tortura, tunc ratificatio nihil operatur, quia ratificatio tunc eſt neceſſaria propter torturam inflictam; & ideò ratificatio non poteſt tot defectus ſupplere. Farinacc. *num.* 290. Guazzin. *defenſ.* 20. *cap.* 24. Sed oppoſitum eſt dicendum ſi expreſsè exponitur Reo ante ratificationem, quod nulla habenda ſit ratio promiſſę impunitatis; & hoc expreſſo ille confeſſionem ratificet, nedum propter torturam, ſed abſolute; voluntaria enim ratificatio infinitos defectus poteſt ſupplere, ſi ratificanti innoteſcant; Imò ad hoc vt confeſſio illa ſubſiſtat, ſufficit ſi confeſſus certus, quod nulla eſt habenda ratio promiſſæ impunitatis, non reuocat, confeſſionem. Couar. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 16. Farinacc. *qu.* 61. *num.* 293. Et ſic ſufficit ad idem tacita ratificatio non obſtante, quod contraria videatur velle. Eliſeus *tract.* 4. *qu.* 5. *num.* 21. & 22.

36. Difficultas ergo eſt, ſi confeſſio extorta ex promiſſione impunitatis non ſit ratificata, vel ſi ſit ratificata, id facturũ eſt expreſsè vel tacitè ſub ſpe eiuſdem impunitatis promiſſæ, Iudex poſſit ex vi talis confeſſionis Reum damnare. Quid enim tunc faciat Iudex? Abſoluere Reum non poteſt contra legem, ſed nec abſtinere poteſt à definitione cauſæ, relinquendo Reum in carceribus, vel in iudicio detentum, quia iniuſtè iudex differt cauſarum definitionem poſt proceſſum terminatum; quia hoc infert graue præiudicium, vel Reo, vel iuſtitiæ fiſci. Videtur igitur, quod Reum debeat damnare: Sed nimis durum eſt, quod ex confeſſione iniuſtè extorta damnetur aliquis. Dicitur propterea, quod Iudex hunc ſic confeſſum non poteſt damnare. Non quia poſſit Reum abſoluere, & impunitatem concedere, cum non habeat hanc facultatem, ſed quia confeſſio iniuſte extorta nec probat, nec facit indicium graue. In hoc ergo caſu Iudex, vel proſequatur iudicium ex legitimis probationibus, vel ſi aliunde delictum non eſt ſufficienter probatum, Reum dimittat, quia non probatur delictum.

37. Sed cum, vt dicitur *infra num.* 39. Princeps hunc poſſit damnare, numquid tenetur Iudex Principem mouere, & petere facultatem concedendi impunitatem promiſſam, vel relinquere illum à Principe iudicandum? Reſpondetur, quod Iudex nedum non tenetur, ſed nec poteſt ſine conſenſu Rei recurrere ex hac cauſa ad principem; quia notitia iniuſtè extorta à Reo Iudex non poteſt vti in præiudicium illius, alias verè periculum eſt, vt princeps ſciens confeſſionem Rei, velit, vt ipſe damnetur.

38. Sed ſi Iudex aliquem ſub promiſſione ſecuritatis extraxit de loco ſacro, etiam quod ſimus in caſu excepto, tenetur illum in eo loco reſtituere, vt ex Fortun. Garz *in l. Conuentionem n.* 15. *ff. de pactis probat* Farinac. *d. qu.* 80. *nu.* 282. Si tamen Iudex non promiſit expreſsè impunitatem, ſed tamen dixit Reo non ſimpliciter, vt fateatur veritatem, ſed vt fateatur, quia alias non eſt illi ullus modus euadendi, plures merito dicunt hanc confeſſionem eſſe dolo malè extortam, & non ſufficere ad condemnationem. Boſſ. *in titulo de confeſſ. per torturam numer.* 16. Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 283. Guazz. *defenſ.* 20. *cap.* 24. *num.* 4. Clar *quæſt.* 55. *verſ. circa ſecundum*, vbi idem dicendum putat, quando Iudex extorquet confeſſionem perſuaſionibus, vt con-

fitea-

fiteatur propter honorem Curiæ, vel ob alios reſpectus, & quod de pœna non timeat, quia nihil male ſibi adueniet; Nam cum in his caſibus adſit iniuſta promiſſio impoſſibilis impunitatis, & iniuſtum mendacium, huiuſmodi confeſſio eſt ex iniuſtitia extorta; & ideo nulla, & inualida, Farinac. *num.* 285. & 286. Sic ſi Iudex Reo ſolum dicit fatearis veritatem, quia fiet tibi pluſquam petis, vel ego faciam apud Principem quidquid potero, & procurabo gratiam, miſericordiam, vel indulgentiam, vel alia ſimilia verba dixerit, confeſſionem Rei non vitiari ex. Eymeric. *part.* 3. *n.* 209. & Penna *comment.* 23. tradit Guazz. *defenſ.* 20. *cap.* 24. *num.* 9. Eliſeus *tract.* 4. *qu.* 5. *nu.* 27.

39. Et in his maximè vrget exemplum Alexandri III. quod refert Archidiaconus *in cap. vtilem* 22. *quaeſt.* 2. qui clericum, qui ſub ſpe diſpenſationis, & gratiæ, ſimoniam confeſſus fuit, depoſuit. Vnde colligitur, quod princeps Reum confeſſum ſub ſpe impunitatis à Iudice inferiori promiſſæ, poteſt damnare. Quod quidem eſt verum, ſi impunitas expreſſe fuit promiſſa ſub conditione conſenſus Principis. Sed ſi fuit abſolute promiſſa impunitas, & ſic confeſſio fuit iniuſte extorta, hoc difficultatem habet: ſed dici poſſet Reum ſibi imputare debere, quod non conſiderauerit Iudicem inferiorem non poſſe præiudicare iuſtitiæ communi, & poteſtati Principis ex contractu illicito, quod habuit cum Iudice inferiori. Et ideò in ordine ad ſuperiorem Principem validè confeſſus fuit, & ſine præiudicio illius auctoritatis.

40. Cæterum promiſſio impunitatis non tollit vim aliarum probationum. Vnde licet confeſſio ex tali promiſſione iniuſtè extorta ſit nulla, ſi tamen in proceſſu delictum eſt concludenter probatum, poſſet Reus damnari etiam in pœnam ordinariam ex vi probationum in proceſſu exiſtentium. Ex eo tamen quod indicia præceſſerint, & poſtea habeatur confeſſio extorta ex impunitatis promiſſione, non poteſt Reus à Iudice inferiori damnari, niſi eo modo quo potuiſſet damnari, etiamſi non fuiſſet confeſſus delictum.

41. Ex illis tamen Doctoribus, qui tenent, quod confeſſio ex ſpe impunitatis extorta non ſufficiat ad Reum damnandum, plures volunt, quod ſufficiat ad infligendam pœnam extraordinariam; Ita ex Menoch. Clar. & Baiard. voluit Guazzin. *def.* 20. *cap.* 24. *num.* 12. & Bictus *quaeſt.* 80. Eliſeus *tract.* 4. *quaeſt.* 1. Quod eſſe verum etiam ſi confeſſio fuerit reuocata, dixerunt Penna *part.* 3. *comm.* 23. *verſ. Hanc opinionem*, & ſequitur Farinac. *q.* 81. *n.* 303. Confeſſionem vero cuiuſmodi ſi fuerit etiam reuocata ſufficere ad torturam voluit Farinac. *num.* 300. quod limitat Guazz. *d. cap.* 24. *num.* 10. vt non procedat, quando indicia nulla præceſſerunt confeſſionem. Sed conſiderari debet, quod huiuſmodi confeſſus non poteſt damnari, niſi dentur ei defenſiones. Vel ergo in ſuis defenſionibus, iam certus nullam ſibi eſſe ſpem obtinendi impunitatem promiſſam, confeſſionem expreſſe ratificat, & ſic puniri poteſt pœna ordinaria, vt dictum eſt *num.* 35. Vel ſolum illam ratificat tacite, vt quia nihil obijcit contra illam. Et in hoc caſu admittitur, quod poſſit puniri pœna non ordinaria, ſed extraordinaria. Quia tunc confeſſio, cum non ſit omnino certum, quod ſit legitima, non ſufficit ad pœnam ordinariam. Sed quia eſt tacite ratificata, ſufficit ad pœnam extraordinariam. Sed ſi confeſſionē illam reuocet (vt extortam iniuſte ſub mendaci promiſſione impunitatis, ad nullam pœnam ſufficit. An vero ſufficiat ad torturam, dicendum eſt cum Guazz. loco citato eam ſufficere, ſi illam præceſſerunt indicia, quia ſcilicet præceſſit ſemiplena probatio, quia tunc illa probatio ſemiplena, alias de ſe ſufficiens manebit adminiculata ex illa confeſſione. Sed illa confeſſio ſic reuocata ſe ſola nec ſemiplene probat.

42. Sic ergo confeſſio per mendacem promiſſionem impunitatis extorta, ſi reuocetur, nihil probat ſe ſola, etiam ad torturam, imo etiam ad interrogandum Reum. Et idem dicitur ſi confeſſio illa nec ſit ratificata, nec reuocata. Ratio eſt, quia confeſſio extorta mendaci promiſſione impunitatis eſt inualida, nedum quia ſuſpecta, & incerta, ſed quia ſanctitas, & iuſtitia officij iudicis petit, vt iudicium non fiat per illicitas, & iniuſtas vias, hoc enim iniquum eſt, & iniuſtum, quod repugnat officio eius, qui eſt iuſtitiæ miniſter, & cuſtos. Si vero confeſſio huiuſmodi libere, & ſpontaneè emanet, reiecta ſpe impunitatis promiſſæ, tunc valet ad damnandum confeſſum, vt eſt explicatum. Et ſic ſi alia indicia præcedunt, poteſt Iudex ex illis interrogare Reum, an comiſerit delictum, & eo magis, quod illa indicia ex confeſſione manent adminiculata. Et tunc ſi Reus remota omni ſpe impunitatis fateatur delictum, poteſt damnari. Sed numquid hæc confeſſio non ratificata, ſeruire poteſt de adminiculo neceſſario, quod probationē alias inſufficientem, ſufficientem faciat? Reſpondetur, quod ſi inſpiciatur ſolus ille defectus talis confeſſionis, quia ſit ſuſpecta, & incerta, non repugnat, quod ſit adminiculum, quia adhuc ſemper poteſt aliquo modo præſumi, quod confeſſus non fuerit falſus in ſua confeſſione. Sed alia ratione conſiderata, quod ſit illicitum Iudici vti confeſſione iniuſte extorta, non poteſt Iudex illa vti, vt adminiculo neceſſario, adhoc vt probatio delicti ſufficiat ad probandum in iudicio.

43. Ex his vero etiam colligitur, quod nullitas huius confeſſionis iniuſtè extortæ, non eſt nullitas, & eſt nullitas ipſo iure, quia talis confeſſio ex natura rei eſt incerta, & medium ſuſpectum, & inualidum, & repugnans iuſto iudicio. Sed tamen non eſt tanta nullitas, quæ non poſſit per ratificationem liberam emendari. Quamuis tunc propriè confeſſio inualida non fit valida, ſed ex noua valida confeſſione tollitur ne inualida noceat.

Ite-

44. Iterum igitur vniuerſaliter dicitur, quod vbi Iudex poteſt concedere impunitatem nec promiſſio illius eſt iniuſta, & doloſa, tamen confeſſio Rei ſub conditione talis promiſſionis emanata eſt inualida ad damnandum confeſſum, quia Iudex tenetur promiſſam impunitatem concedere. Tunc enim Iudex ſeruare debet quod promiſit, & illa confeſſio non valet, vt Iudex poſſit excedere, & infligere pœnam, cuius impunitatem promiſit. Quod ſi Reus fuit imprudens, & ſtultus, & promiſſionē Iudicis intellexit in ampliori ſignificatione, quam verba promiſſionis in communi, & vſitata ſignificatione important, ſibi imputet, ſi decipitur; cum tamen in hoc caſu, in quo promittens ſub conditione confeſſionis contrahit cum eo à quo, confeſſio petitur, Iudex non poſſit vti amphibologijs, & æquiuocationibus, quibus non licet vti in contractibus; & ideo confeſſio extorta ex huiuſmodi amphibologijs, & fraudibus eſſet iniuſta, & inualida; ſed ſi Iudex non poteſt concedere, & promittere impunitatem, & illam promittit, etiamſi ſolum pro aliqua parte promiſſio ſit iniuſta, & confeſſio iniuſte extorquetur, & eſt inualida, nec ſufficit nedum ad pœnam extraordinariam, ſed nec ad torturam.

45. Vbi tamen Iudex poteſt impunitatem concedere, & ſub illius promiſſione obtinuit confeſſionem, ſi confeſſus illam reuocet, poteſt Reum torquere, etiam ſi cōfeſſionem nulla præceſſerunt indicia, vt voluit Farin. Imo alijs indicijs concurrentibus poteſt illum punire pœna extraordinaria. Iudicem tamen, ſi ex huiuſmodi confeſſione iniuſte extorta damnauit Reum, non teneri ad reſtitutionem, ſi ſit certus, quod aliunde potuiſſet Reum conuincere, & damnare dixit Card de Lugo *d. 37. n. 181.* Sicut ex *Leſſ.* & *Mald.* ſubdit, quod in ijs, in quibus Princeps potuiſſet procedere, & diſpenſare cum Iudice inferiori ceſſet obligatio reſtituendi in eodem Iudice, ſi princeps ratum habuit factum ab illo, & hoc fecit Princeps ante cauſæ terminationem, vel ſaltem ante mortem Rei. Et nihilominus, nec ceſſat obligatio reſtituendi quantum ad damna ſequuta ante principis diſpenſationem, ſeu ratificationem, ſed hæc maiori ſunt diſcuſſione digna.

46. Quintus modus ſuggeſtionis eſt, quando teſtis, vel Reus interrogatus in ſpecie de perſona determinata, an commiſerit delictum, vel de circumſtantijs delicti, an ſcilicet tali, vel tali modo commiſerit, vt an vulnerauit in facie, vel in pectore. De hoc modo ſuggeſtionis videri poſſunt Scaccia *lib. 1. de Iudic. cap.* 861. *num.* 7. Farinac. *quæſt.* 79. *num.* 78. Boſſ. de examine Reorum *nu* 12. & alij ab his citati. Sed aduertendum, quod iſte modus, vel non continet ſuggeſtionem, niſi illa adſit ex forma, & modo interrogandi, vel non diſtinguitur à primo modo, & memoriæ habendum inquiſitionem ſimplicem eſſe aliam generalem, & aliam ſpecialem, & in hac ſi de delicto non conſtat, neque eſt indicium contra perſonam aliquam, in hoc caſu Iudex ſuggeſtiuè interrogat, ſi interrogat in ſpecie an v. g. Titius fuit, qui occidit Seium. cum in proceſſu nullum ſit indicium in ſpecie contra Titium, & ſic hic modus ſuggeſtionis coincidit cum primo. Interrogatur enim teſtis, vel Reus ſine præcedente inditio ſufficiente ad inquiſitionem ſpecialem; ſed quando adeſt ſufficiens indicium ad inquirendum ſpecialiter, nulla eſt ſuggeſtio interrogare in ſpecie nulla præmiſſa interrogatione in genere, vt ſi denunciatur Titius, quod occiderit Seium non eſt ſuggeſtio ſi teſtis in ſpecie interrogetur, an ſciat Titium occidiſſe Seium, & ſi in proceſſu eſt ſemiplenè probatum, quod Titius occiderit Seium, non eſt ſuggeſtio, ſi non præmiſſa interrogatione in genere, an ſcilicet Titius ſciat Seium fuiſſe occiſum, & quis illum occiderit, immediatè Titius interrogetur, an occiderit Seium Bart. *in l.* 1. §. *qui quæſtionem ff. de quæſt.* Brun. *de indic. part.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 56. Franc. Callon. *tract. de torment. cap.* 15. *num.* 1. Scac. *lib.* 1. *de Iudic. cap.* 86. *num.* 7. Flam. Cartar. *in praxi interrog. Reorum lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 64. & alij quos ſequitur Farinac. *quæſt.* 79. *num.* 78. & *quæſt.* 83. *num.* 97. & Guazzin. *defenſ.* 20. *cap.* 65. *num.* 5.

47. Quod verò ait Farinac. *d. num.* 97. ex Scacc. quia ſcilicet ad interrogandum Reum in ſpecie extra torturam indicia debent eſſe vrgentiora illis, quæ debent præcedere inquiſitionem generalem, ſeu interrogationem in genere; ſi verò interrogetur in tortura Iudex debet eſſe certus, quod Reus commiſerit delictum, & pariter, quod dixit Guazzin. *defenſ.* 20. *cap.* 16. *num* 6. nimirum, quod ad interrogandum Reum in ſpecie neceſſaria eſt probatio delicti pluſquam ſemiplena, hæc inquam non ſubſiſtunt. Si enim Iudex eſt plenè certus, quod Titius commiſerit homicidium, illum debet damnare non torquere, & amplius ſemiplena probatio qualis ſufficit ad torturam facit Iudicem certum licet non plenè. Nulla igitur alia diſtinctione hic opus eſt; ſed abſolutè dicendum eſt, quod vbi Iudex habet indicia ſpecialia ſufficientia ad inquiſitionem in ſpecie, poteſt in ſpecie interrogare, etiam non præmiſſa interrogatione in genere.

48. Nihilominus etiam in hoc caſu interrogatio poteſt eſſe ſuggeſtiua ex forma, & modo ſpeciali interrogandi. Si enim Iudex non requirit à Reo niſi, vt ex ſe dicat, quod verum putat, & interrogatio ipſa ex illius verbis aliud non poſtulat, non eſt ſuggeſtio, etiam ſi Iudex in ſpecie interroget habens adhoc ſufficientia indicia; vt ſi Titium interroget, an ipſe ſit qui occidit Caium; ſed ſi ex forma interrogandi Iudex requirit, quod Reus affirmet, id de quo interrogatur; vnde ſuggerit, quod ita reſpondeat, vt ſi dicat Titio: Nonne tu fuiſti, qui Caium occidiſti? Hæc interrogatio ſuggeſtiua eſt. Sed, & conſiderari debet, quod Iudex vbi iuſtè arguit, & non interrogat præcisè, vt Reus fateatur, ſed vt increpet, conuincat, & confundat Reum in manifeſtis, poteſt vti iſtis for-

mis

mis loquendi, vt ſi ſemiplenè probato delicto Reo neganti Iudex dicat: Nonne ex talibus, & talibus indicijs depræhenderis te tale feciſſe delictum? Eliſeus *tract.* 4. *quæſt.* 5. *nu.* 11. Sed vbi Reus interrogatur, vt fateatur, & ſciatur, an ipſe aliquid fecerit, vel non fecerit, vel an factum hoc, vel illo modo fuerit factum, non licet illum modo præfato ſuggeſtiuè interrogare.

49. Et idem dicitur de circumſtantijs delicti, ſi enim in proceſſu inueniunturexpreſſe circumſtantiæ, & ſic dantur ſufficientia indicia ad interrogandum de illis in ſpecie, Iudex de illis poteſt in ſpecie interrogare, ſecus ſi non ſunt niſi indicia ad interrogandum in genere. Sed aduertendum ſemper, & diſtinguendum inter inquiſitionem delicti, & inquiſitionem delinquentis; nam ad primam non eſt neceſſe, quod præcedat probatio delicti ſemiplena; hoc enim ſpectat ad probationem corporis delicti, ad quam ſufficit quælibet notitia, ita quod etiam ſufficit ſuſpicio. Per illam enim inquiſitionem nulli fit iniuria, & nullus conſtituitur Reus. Ex alia verò parte bonum commune exigit, quod Iudex inquirat, an verè commiſſum fuerit delictum, de quo eſt aliquis rumor, vel aliqua vox.

50. Sed ad inquiſitionem delinquentis in ſpecie neceſſe eſt, quod præcedat ſemiplena probatio, quod aliquis deliquerit, & tunc ad interrogandum de circumſtantijs in ſpecie neceſſe eſt, quod prius Reus confeſſus fuerit ſubſtantiam delicti, eo quod circumſtantiæ ſint ſemiplenè probatæ; alias interrogatio circumſtantiarum delicti, non confeſſi, eſſet vitioſa. Sic v. g. ſi Titius præſumptus homicida, qui non eſt confeſſus ſe vulneraſſe Caium, interrogetur, an vulnerauerit Caium in pectore, ſi vel non eſt probatum ſufficienter, quod Caius occiſus fuit à Titio vulneratus in pectore, vel Titius non dum confeſſus eſt ſe vulneraſſe, aut occidiſſe Caium, ſi Titius interrogetur in ſpecie, an vulnerauerit Caium in pectore interrogatio eſt ſuggeſtiua, vel quia non adſunt in proceſſu indicia talis vulneris, vel quia etiam ſi adſint indicia per talem interrogationem Titio ſuggeritur, vt fateatur ſubſtantiam delicti vulnerationis, quem non fuit confeſſus, & ad hanc confeſſionem inducitur, & in hoc ſenſu verum eſt, quod tradunt Farinac. *quæſt.* 83, *nu.* 88. Guazz. *def.* 20. *cap.* 13. *nu.* 8. & alij plures ab eis relati.

51. Sed vbi Titius non interrogetur de qualitate vulneris, vt ab ipſo proueniente, ſed interrogatur de ſimplici facto, an ſcilicet Caius fuerit vulneratus; hæc interrogatio non eſt ſuggeſtiua, quia non eſt interrogatio de delinquente, ſed de delicto, & per illam Titius non interrogatur, vt Reus ſed vt teſtis, & ad hoc non eſt neceſſe, vt præcedat ſemiplena probatio, ſed ſufficit illa notitia, quæ requiritur ad interrogandum teſtem.

52. Sed etiam vbi Reus interrogetur de ſocijs criminis, vt vitetur ſuggeſtio debent præcedere indicia, ſi Reus interrogetur in ſpecie de tali, vel tali ſocio. Farinac. *quæſt.* 43. *num.* 122. Guazzin. *d. cap.* 13. *num.* 4. qui alios referunt; & ſi Reus in tortura interrogetur de ſocijs, conſilium eſt, vt Iudex proteſtetur, quod non intendit interrogare Reum de principali delicto, ſed ſolummodo de complicibus, & imo ſi tunc reſpondeat, ſe non comiſiſſe principale delictum, reſponſio illius non eſt recipienda in actis Farinacc. *qu.* 40. *num.* 28. Guazzin. *d. num.* 9. Sed aduertendum, quod vbi Reus interrogatur de complicibus, ſufficit ſi præcedant inditia ſufficientia ad interrogandum teſtem.

53. Quod vero addit Guazz. *num.* 10. ſcilicet proceſſum laborare vitio ſuggeſtionis, ſi Iudex in eodem carcere ponat Reum, & teſtes, qui poſſint ad inuicem loqui, & factum & circumſtantias ad inuicem ſuggerere, non multum placet, licet enim hoc ſit male factum, & præiudiciale iuſtitiæ cauſæ, quia ex hoc poſſunt ſubornari teſtes, & ſimul conuenire cum Reo, vt conueniant cum illo in depoſitionibus in præiudicium cauſæ, tamen hic non habet locum ſuggeſtio iudicialis, quia Iudex nihil ſuggerit, ſeu nõ interrogat ſuggerendo in iudicio, & alias nec ſit iniuſtum extra iudicium ſuadere Reo, vel teſti vt deponat veritatem.

54. Conſilium bonum tamen eſt, vt tam teſtes, quam Reus prius interrogentur in genere, quia hoc modo examinati facilius inducuntur ad confitendum, & tollitur omnis ſuggeſtionis periculum, ſi forte indicia non erant, tam ſufficientia, pro vt opporteret ad inquiſitionem in ſpecie. Char. Penna, Scac. & Farin. *q.* 83. *nu* 97.

55. Sextus modus ſuggeſtionis eſt Reo legere teſtium depoſitiones. Flam. Cart. *in pract. interrogat. Reorum lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 65. & ex eo Farinaccius *qu.* 83. *num.* 9. Suggeſtionem etiam, eſſe legere Reo nomina teſtium dixit de Bictis *in Epitome quæſt.* 80. *num.* 43. Sed praxis eſt in contrarium, & nulla hic eſt ſpecies ſuggeſtionis, ſi in proceſſu Reus eſt ſufficienter inditiatus, vt interrogetur in ſpecie, & tantum abeſt, quod lectio iſta depoſitionis teſtium ſit ſuggeſtio, quod imo ex illa magis apparet, quod Iudex habet ius interrogandi in ſpecie, & inducendi Reum ad confeſſionem. Imo nedum licitum eſt legere Reo depoſitiones teſtium, ſed etiam confrontare teſtes ipſos cum Reo.

56. Septimus modus aſſeritur, ſi Iudex interroget Reum de his, quæ iuris ſunt, debet enim teſtis, aut Reus interrogari de illis, quæ ſunt facti, vt puta, an Reus aliquem percuſſerit, vel aliquid ei, qui eſt defunctus dederit, & ille receperit, non vero interrogari debet de illis quorum iudicium ſpectat ad Iudicem, vt quod percuſſus ex vulnere obierit, vel ex potione data mortuus fuerit. Nec teſtis, aut Reus tenetur ad huiuſmodi interrogationes reſpondere, quæ iuris ſunt, & quorum iudicium ad Iudicem ſpectat. Clar. *quæſt.* 45. *verſic. debet autem*, Signarell. Alex. & Chart. quos ſequitur Philippus de Bictis *in Epit. qu.* 80. *nu.* 45. Huiuſmodi etiam interrogationes re vera poſſunt præiudicare Reo in ſuis defenſionibus, quia Reus poteſt

pro-

probare, quod defunctus non mortuus fuerit ex vulnere, & ideo Iudex ab illis abſtinere debet; ſed tamen huiuſmodi interrogationes, ſi fiant, nou irritant proceſſum.

57. Octauus modus habetur per ſuggeſtionem palliatam, quæ fit tribus modis. Primo quando non apparet in actis, qua de re interrogetur Reus, aut teſtis, ſed dicitur ad opportunam interrogationem Reſpondit, quia hic modus dicitur leno ſuggeſtionis Guazzin. *defenſ.* 12. *cap.* 12. *num.* 1. Et ideo hoc modo interrogandi non eſt vtendum, niſi dum Reus interrogatur, vt suppleat, vel explicet reſponſionem. Secundo fit palliata ſuggeſtio, quando deſcripto interrogatorio in actis, Iudex præuenit reſpondentem, & indicat ei viam reſpondendi, quod eſt valde periculoſum. Guazz. *d. n.* 1. Et apud ipſum Ambroſinus, Chartar. & Farin.

58. Tertio fit palliata ſuggeſtio extra examen, dum Iudex in eodem carcere ponit plures teſtes, aut teſtem, aut alium cum Reo, vt alteri circumſtantias, & qualitates delicti ſuggerat. In quo caſu poſtea ſi Reus, aut teſtis, cui fuit ſuggeſtum ſit tortus, & prædolore reſpondeat ſecundum quod ei fuit ſuggeſtum talem depoſitionem non ſubſiſtere ex iure vbi ſupra *nu.* 3. tradit de Bictis *dicta qu.* 80. *nu.* 51. At non video, quod ſuggerere alicui circumſtantias facti veras, & ſuggerere illi, quod veritatem deponat ſit vitioſum; ſi autem ſuggeritur, vt dicat falſum, vel vt deponat, quod neſcit ſuggeſtio eſt peſſima; ſed cum in hoc caſu ſuggeſtio ſit extraiudicialis, quomodo reddit in iudicio externo depoſitionem nullam, cum tortura non detur teſti, vel Reo, vt deponat falſum, vel vt deponat hoc determinatè, & non oppoſitum, ſed vt deponat veritatem, & ille eſt, qui ex ſua malitia falſum deponit? Non negatur tamen, quod depoſitio, quæ eſt ex mala ſubornatione non ſit ſuſpecta, & ſi conſtat de ſubornatione non ſit reijcienda; ſed hoc eſt verum, ſiuè depoſitio ſit facta in tortura, ſiue extra torturam; ſed ſi qui ſuggerit alicui, vt dicat verum, & illum docet, non præiudicat veritati, & iuſtitiæ, & depoſitio ex tali ſuggeſtione eſt valida, & ſubſiſtit.

59. Tandem aduertendum, quod ſuggeſtiuè interrogare eſt prohibitum cuilibet Iudici etiam procedenti de plano, ſola rei veritate inſpecta, vel ex abrupto, ſuggeſtio enim aduerſatur iuſtitiæ, & eam vitare eſt de ſubſtantia iuris. Burſatt. Clar. & Guazzin. quos ſequitur de Bictis *d. qu.* 80. *num.* 50. Et nihilominus ad irritandum proceſſum non ſufficeret ſuggeſtio in ijs caſibus, in quibus id facit ex ſolo iure poſitiuo, ſed ſolum vbi hoc eſt de iure naturalis, aut diuino, vel gentium, vt quando interrogatur, & conſtituitur Reus non præcedentibus ſufficientibus indicijs.

SVMMARIVM.

1 *Reus legitimè interrogatus à Iudice tenetur reſpondere, & dicere veritatem.*

Et peccat mortaliter ſi veritatem non dicit. ibidem.

In tribunalibus Regularium Reo petenti dilationem ad reſpondendum, conceditur. ibid.

2 *Quomodo Reus pluries interrogatus poſſit ſe remittere ad depoſit ones priores.*

3 *Tarda reſponſio, duplicitates, & ſophiſmata ſunt ſigna delicti.*

4 *Reus non reſpondens ad interrogatoria longius eſt interrogandus.*

5 *Vel torquendus eſt pro habenda præciſa reſponſione.*

Quod etiam eſt faciendum ſi fingat ſtultitiam ad hoc, vt non reſpondeat. ibid.

6 *Iudici non legitime interroganti non tenetur Reus veritatem dicere.*

Quid ſit dicendum ſi Iudex ſit dubius, an legitime interroget, nec ne. ibid.

7 *Reus in dubio de auctoritate Iudicis non tenetur fateri veritatem.*

8 *Opiniones variæ.*

9 *Explicatur quomodo verum ſit, quod Iudici legitime interroganti teneatur Reus fateri veritatem, num.* 10.

11 *Reus conuictus, & damnatus ad mortem non tenetur confiteri delictum, ſi non interrogetur.*

12 *Aliqui caſus in quibus non tenetur Reus confiteri delictum Iudici legitime interroganti.*

Quomodo mendacium in iudicio non ſit ſemper peccatum mortale. ibid.

Et quomodo aliquis poſſit ſibi imponere crimen metu tormentorum. ibid.

QVAESTIO XXIV.

De Rei reſponſione iuridica.

ARTICVLVS I.

Qualiter Reus teneatur fateri delictum.

1 REum legitime à Iudice interrogatum teneri reſpondere clare, ſine amphibologia, & æquiuocatione, affirmando, vel negando præſupponitur ex D. Th. 2. 2. *qu.* 69. *ar.* 1. & alijs Theologis, & Iuriſtis communiter. Vnde etiam Aduocatus mortaliter peccat, ſi clienti ſuo conſulat, vt non confiteatur veritatem, dum legitimè interrogetur. Nec Confeſſor poteſt illum abſoluere, niſi proponat dicere veritatem, ſi iuridice interrogatur; ad hanc vero obligationem inducendam ſufficit, ſi delictum ſit ſemiplenè probatum, niſi Iudex procedat ſolum, & præcisè per viam inquiſitionis ex infamia, quia tunc ad hoc, vt Iudex iuridicè procedat, neceſſe eſt, vt infamia ſit probata. Nam Iudex competens quando legitimè interrogat, iuſtum præcipit, & iuſtè iuramentum defert, viuentiſque Dei in iudicio perſonam gerit, ideo illi eſt obediendum, etiam ſi procedat ad inſtantiam partis. Tenetur vero reſpondere ſtatim, & ſine dilatione, imo ſi petat dilationem, illam non eſſe illi concedendam ex Bald. Caſtro, Sa-

licet. & alijs dicit Clar. *quæſt.* 45. Eliſeus *tract.* 7. *qu.* 4. *num.* 2. Verum mitius eſſe agendum aduertit Penna *in praxi cap.* 21. *num.* 5. quod maxime verum eſt in Tribunalibus Regularibus, in quibus mitius agitur, & ſincerius veritas factorum inquiritur, & inſpicitur. Et ideo in iſtis Tribunalibus nedum Reo petenti dilationem ex cauſa rationabili conceditur, ſed ſæpe Reus monetur, & inuitatur, vt melius cogitet, & facta, aut dicta melius ad memoriam reuocet, vt verum poſſit reſpondere; & ideò etiam pluries conſtituitur, & interrogatur.

2. Sed ſi Reus pluries interrogatur, numquid poteſt relatiue ad priores depoſitiones ſe remittere? Hanc remiſſionem non teneri admittere Iudicem, & præcipuè quando vult videre, qua trepidatione, eſt quo vultu Reus reſpondeat, & tunc maximè cum Reum ſuſpectum habet, dixit Char. multis relatis Doctoribus *l.* 3. *cap.* 2. *nu.* 83. Sed vbi, vel teſtes, vel Reus rationabiliter petat ſibi legi primam depoſitionem, antequam reſpondeat, id ſibi concedi debet. Si veriſimile ſit, id peti ex cauſa iuſta, ſi etiam Reus cum proteſtatione reſpondeat dicendo, videlicet, dico vt nunc mihi videtur, quod ſi conſtiterit, me aliter dixiſſe, meam hanc reſponſionem ad primam refero, cum tunc melius horum memor eſſem, admitti debet hæc reſponſio, niſi adſit iuſta cauſa illam reijciendi. Et in his conſideret Iudex, an factum de quo Reus interrogatur ſit intricatum, & perplexum, vel non, & an examen poſterius ſit de recenti factum, vel poſt multum tempus, vt facile ſit teſtem, vel Reum non recordari ex integro, vel recordari, & non ex dolo potius, & malitia ſe referat ad primam reſponſionem.

3. Conſideret ergo Reus, quod timor in reſpondendo, & tarda reſponſio, & ſophiſmata, & dupplicitates, ſigna ſunt delicti, & ideo ab his abſtineat, & audacter, & cum ſinceritate, & promptè, reſpondeat. Et vbi videt ſuum delictum omnino probandum, non expectet, vt conuincatur, ſed ſpontè illud fateatur, quia cum ſpontè confeſſo mitius agitur. Philippus *in Epitom. quæſt.* 81. *nu.* 21. Sed Eliſeus *tract.* 7. *qu.* 4. *num.* 5. hoc conſilium non approbat, nec reprobat, cum confeſſio multum noceat, quia confeſſus non poteſt appellare, & confeſſio magis infamat. Sed non poteſt negari, quod vbi in conſcientia Reus tenetur confiteri, non ſit longe melius ſponte confiteri non expectato, quod Reus conuincatur.

4. Quando autem Reus non vult reſpondere, aut clarè, aut diſtinctè, affirmando, vel negando, duo remedia adſunt, vt inducatur ad reſpondendum. Primum eſt Reum interrogare longius, repetita interrogatione ſuper eo, ex quo illum poteſt de mendacio conuincere, vel examen differre, & iterum alijs interpoſitis interrogatorijs, vt Reus non ita facile percipiens, quo tendant interrogatoria, facilius fateatur aliquid, ex quo conſequenter concedat id, quod noluit confiteri. De Bictis *d. quæſt.* 81. *num.* 8.

5. Secundum remedium eſt tortura vbi enim Reus non vult reſpondere, vel non reſpondet, niſi per verba dubia, & incerta, nimirum dicendo *neſcio, non recordor, oblitus ſum*, aut aliquod ſimile, Iudex Reum torquere poteſt pro habenda præciſa reſponſione affirmatiua, vel negatiua. Et hoc etiam quando renuit reſpondere ſuper circumſtantijs ſubſtantialibus ad delictum pertinentibus, modo tales ſint de quibus veriſimile eſt illum recordari. Et non ſufficit ſi Reus reſponderit ſe non eſſe culpabilem, quia hoc videre Iudicis eſt, & Reus debet reſpondere de eo, quod factum ſit, vel non ſit id, de quo accuſatur. Penna *in praxi l.* 2. *cap.* 21. *n.* 1. 2. *&* 3. Clar. *quæſt.* 45. Farin. *quæſt.* 37. *num.* 177. Carena *part.* 3. *tit.* 20. §. 18. Quod ſi Reus fingat ſtultitiam poſt vnam vel alteram admonitionem, torqueri poteſt, vt præcisè reſpondeat affirmando, aut negando. Penna *num.* 4. Aduertendum enim quod in his caſibus non torquetur Reus, nec debet torqueri pro veritate habenda, quia hoc fieri non poteſt, niſi præcedentibus indicijs ad torturam neceſſarijs, ſed torquetur pro habenda preuia reſponſione Clar. *d. quæſt.* 45. Videantur etiam in Eymer. *in direct. part.* 3. decem modi, quibus Rei ſua delicta obtegere ſolent. Vt etiam aduertit Carena ad Pennam *d. cap.* 21. *num.* 2. aliquando loco torturæ Rei, vt reſpondeant, macerantur carcere, & ieiunio, & hoc maximè faciet Iudex Regularis, apud quem huiuſmodi generis tortura magis conuenit.

6. Eſt vero pariter certum, quod ſi Iudex non legitime interrogat, non tenetur Reus reſpondere, & poteſt equiuocationibus, & tacitis conditionibus in mente retentis vti, etiam ſi iurauerit. Syluеſ. *verb. confeſſio Rei quæſt.* 1. Petrus Nauarrus *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 136. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 3. *num.* 8. Et hoc eſt verum etiam ſi Iudex interroget ſub pœna excommunicationis, aut alia. Nam hoc non poteſt facere, nec poteſt compellere Reum, niſi iuris ordine ſeruato. D. Th. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 2. vbi Caietanus, Bannes, Serra, & alij. Nauarrus *in Manual. cap.* 25. *num.* 36. Eliſeus *part.* 7. *quæſt.* 4. *num.* 11. & alij communiter. Imo cum Reus non ſeruato ordine iuris iniuſte interrogatus, ſi amphibologijs neſcit fugere mendacium, ſed vere mentitur, ſi non iurauit, & præciſo periurio, ex ſolo mendacio non peccat mortaliter, niſi mentiatur in præiudiciũ proximi. Serra 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 2. *d.* 2. *concl.* 1. Iudex vero legitimè non interrogat, niſi præter denunciatorem, ſit vnus teſtis idoneus, qui de delicto deponat, vel adſint alia indicia ſufficientia. Si vero Iudex ſit dubius an delictum ſit ita probatum, vt poſſit iuſte Reum interrogare, iniuſte illum interrogat, nec illum poteſt obligare ad reſpondendum. Bannes 2. 2. *quæſt.* 68. *art.* 2. *d.* 2. Serra 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 1. *d.* 1. Qui tamen hoc limitant, vt non verificetur, ſi immineat periculum contra Rempublicam. Sed veritas eſt, quod Iudex non poteſt interrogare Reum niſi delictum ſit ſemiplene probatum. Et imo, quia vbi delictum eſt grauius, &

contra

contra bonum commune Reo imminet maius damnum,& maior pœna,ideo probationes contra illum debent eſſe clariores, & certiores; in nullo ergo caſu Iudex dubius,an poſſit legitimè aliquid facere in præiudicium Rei,licitè id facit. Ideo vbi Reus certo ſcit, quod vnus ſolus ſcit eius delictum, & eius non ſunt alia indicia, & hoc etiam videtur ſcire, quod non interrogatue legitimè. Nam dato etiam, quod ille, qui eſt conſcins delicti illud manifeſtaſſet, ant diffamaſſet ille non eſſet teſtis legitimus, vt probatum eſt ſupra. Et quatenus in aliquo caſu poſſet eſſe, non tenetur Reus id ſupponete, niſi ſibi aliunde id ſatis ſit manifeſtum.

7. Sed quid dicendum ſi Reus non ſit certus, an Iudex legitimè intertoget, quia ſibi non conſtat, quod eius delictum ſit in actis ſemiplenè probatum? Reſolnta fuie hæc quæſtio à me *cap.* 1. *de accuſation. in ſexto num.* 80. & 91. & *tom.* 2. *de ſtat. quæſt.* 186. *art.* 8. *num.* 328. videri poſſunt ibi dicta. Sententia enim eſt, quam plutium doctorum, quos ibi tetuli, qui dicunt Reum non teneti in ſui præiudicium, credete Iudici dicenti ſe habere ſufficientem probationem ad Reum interrogandum,& quod in dubio non tenetue fateri delictum, ſed tergiuecſationibus, & amphibologijs, poteſt illud occultate, & ſe defendere. Quod eo magis eſt verum, ſi Reo ptobabilitee conſtet daei tales exceptiones contra probationem Fiſci, vt illam eneruent. Aduertendum vero, quo Reus interrogatus tenetue reſpondere,licet aliquando non teneatur fateri delictum.Eliſeus *tract* 7. *quæſt.* 4. *num.* 17.

8. Cnnelnſionem tamen ptincipalem poſitam *num.* 1. multi limitant volentes, qnod poſitis duabus conditionibus non teneatur Reus fateri veritatem,nimirum,quod agatur non de pœna ſpitituali, in qua de facili poteſt ferei remedium, ſed de pœna corpnrali graui, vt pnta mortis, mutilationis, carceeis perpetni, teiremium, confiſcationis omnium bonorum, vel vt alij addunt etiam exilij. Secunda conditio eſt, vt Reus ſpem habeat fugiendi condemnationem ad prædictas pœnas, ſi crimen neget. Poſitis igitur illis duabus conditionibus dicunt Reum legitimè intereogatum, non teneti fateri veritatem, ſed poſſe vti eqniuocationibus, & amphibologijs, ant etiam mentali reſteictione, & iurare non ad mentem Iudicis, ſed propriam, & ſic veeitatem non fateri, ſed occultare, & hanc ſententiam extendunt etiam ad Religioſos Doctores veeo hanc ſententiam ſequentes refert Sceoi *part.* 5. *cap.* 6. *nu.* 5. & 6.

9. Sed in conttarium ſemper vrget, quia ſuperioe in his, ad quæ ius Prælationis ſe extendit, poteſt iuſta præcipere, & ei iuſtè præcipienti eſt obediendum, Iudex veto competens vbi delictum eſt in actis ſemiplenè ptobatum, iuſtè intertogat, & præcipit Reo, vt fateatur veritatem, illam igitur fateri debet. Item Iudex habens ſemiplenam probationem delicti tenetue Reum intereogare eſſet veto fruſtatoria hæc obligatio, ſi non eſſet reciprnca, & Reus non teneretur fateri veritatē. Nec obſtat, quod a natura ſit indita facultas ſe defendēdi, quia hoc eſt verum de defenſione legitima Vbi vero quis deliquit, & eius delictum eſt in iudicio diffamatum, & ſemiplenè ptobatum non habet Reus ius, vt contra bonum commune iuſtitiæ vendicatiuæ neceſſarium Reipublicæ, ſe defendat, ne iuridice puniatur.

10. Minus obſtat, quod præcepta humana non obligant cum periculo mortis, quia hoc non eſt verum de præceptis iuris naturæ. At vero de iure naturali eſt, vt Iudice legitime interrogante Reus fateatue veritatem. Præterea lex humana ſæpe non obligat cum periculo mortis, quando lex ptæcipit ea, quæ de ſe non ſunt mala, & periculum mortis conſurgit ex legis obſeruantia; ſed modo non reſpondere veritatem Iudici legitime interroganti eſt de ſe malum, quia contrarium bono communis iuſtitiæ, & nec peeiculum mottis conſurgit ex obedientia reddita Iudici, ſed ex delicto à Reo commiſſo, qui ex hoc perdidit ius conſeruandi vitam, & famam, & honorem Iudice legitimè procedente ad puniendum delictum. Præterea bonum priuatum cedere debet bono communi, quod vult dari Iudices in mundo, qui iuris ordine ſeruato delinquentes puniant; ideo delinquens non poteſt eeſiſtere Iudici ordine iuris ſeruato interroganti. Et ideo Reum teneri veritatem fateri, etiam,ſi fateatur, ſit damnandus ad mortem dixerunt. D. Th. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 1. & ibi Caietanus,Bannes,Serra,Salon. & plutimi alij,quos refert, & ſequitur idem Scroi *num.* 6.

11. Poſtquam veto Reus conuictus fuit damnatus ad mottem, non eſt neceſſe, quod fateatur delictum, quod negauit in iudicio, ſed tunc ſatisfacit Iudici, & iuſtitiæ ſubeundo pœnam.Sed nunquid pendente adhuc iudicio,Reus qui medaciter negauit delictum, tenetur ſponte illud fateri, licet non amplius inteerogetur? Affiemat Bannes 2. 2. *quæſt* 69. *art.* 2. *d.* 2. dum tamen ex noua confeſſione grauis pœna ſibi non immineat. Sed abſolutè dicitur eum non teneti confiteri, niſi de nouo interrogetur iuridice. Præceptum enim Iudicis inteirogantis tranſijt expleto examine illo,in quo Reus fuit interrogatus, nec amplius obligat, vnde neceſſe eſt, quod iterum fiat, vt iterum obliget. Sanchez *in ſumm.l.*3.*c*7. Diana,quē ſequitue Serra 2. 2.*q*.69. Et ſi Reus interim Sacerdoti confiteatur peccatum à ſe commiſſum, aduertat confeſſarius, ne (ſi non habeat prudentem ſuſpicionem indiſpoſitionis pœnitentis) illum interroget, an habeat propoſitum confitendi delictum, ſi iterum intereogetur; quia ex hoc forſan pœnitens infirmus, iterum proponet ſe negaturum delictum. Quamuis hoc eſſet ſignum, quod vere non pœnitebat.

12. Nihilominus datur caſus, in quo Reus non tenetue fateri delictum, quia Iudex,licet ex allegatis in proceſſu legitimè inteeroget,tamen in rei veritate inteerogatio eſt ex errore, quia

prætenſus Reus eſt vere innocens, licet ex allegatis in proceſſu appareat Reus Clau. Reg. *l.* 12. *cap.* 17. *n.* 11. Et hoc contingit primo quando excuſatur à delicto ob aliquam circumſtanriam, vt ſi quis occidit aliquem ad ſui defenſam cum moderamine inculpatæ tutelæ, vel bona fide putans illũd eſſe feram. Nam tunc interrogatus, an occiderit, poteſt negare ſe occidiſſe, quia interrogatio Iudicis intelligi debet de occiſione criminoſa; quia non ſunt partes eius cognoſcere, niſi de crimine. Pariter qui non eſt auctor criminis, non tenetur fateri circumſtantiam ex qua redderetur ſuſpectus de crimine, vt ſi Seius occidit Caium cum gladio Titij, qui inculpabiliter commodauerat illum Seio, Titius interrogatus poteſt negare, quod gladius ille ſit ſuus, aliter cum ſit innocens ſe redderet ſuſpectum homicidij. Tunc igitur mentali aliqua reſtrictione concepta, vt non mentiatur, poteſt exterius negare factum intendendo negare illud, vt criminoſum cum ille ſit innocens. Aliqua vero alia ſunt aduertenda. Primum quod Reus non tenetur reſpondere Iudici ex iuſtitia commutatiua, ſed ex iuſtitia legali, & obedientia, Bannes 2. 2. *qu.* 69. *art.* 2. *d.* 2. Item ſecundo, quod non omne mendacium habitum in iudicio eſt peccatum mortale, ſed ex paruitate materiæ eſt veniale, vt ſi quis mentiatur circa circumſtantiam, quæ nihil vel parum facit ad cauſam. In materia enim Religionis, & iuſtitiæ paruitas materiæ excuſat à mortali; cæterum mendacium in iudicio per ſe, & ex obiecto eſt peccatum mortale, vt docet D.Th. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 1. *ad* 3. Ratione vero periurij ſemper eſt peccatum mortale. Bannes 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 2. *part.* 2. *d.* 1. Tertium eſt multos DD. velle, quod infamare ſe ipſum crimen occultum confitendo metu tormentorum non ſit peccatum mortale, vt ex Sot. *lib.* 5 *de iuſt. quæſt.* 10. *art.* 2. tradit Serra 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 2. *d.* 2. Et hoc dicunt eſſe verum nedum quando verum eſt crimen, quod Reus fatetur, licet non teneatur illud fateri, ſed etiam ſi Reus mentiatur, & ſibi falſum crimen imponit. Ratio illorum eſt, quia homo eſt dominus ſuæ famæ, & ideo nedum ex iuſta cauſa poteſt illam contemnere, ſed etiam ſi fiat ſine cauſa; hoc non eſt niſi prodigalitas quædam, & peccatum veniale. Imò addunt hoc verum eſſe etiam ſi reuelato crimine falſo Reus incurrat periculum mortis, quia non tanti facienda ſit mors breuis, vt pro illa fugienda neceſſe ſit ſuſtinere longam moram torturæ. Diſtinguunt verò inter confeſſionem veri delicti, & mendacem confeſſionem falſi, quod illa nullum ſit peccatum, ſi fiat ex iuſta cauſa, ſecundum vero ſi peccatum veniale ratione mendacij ſi ſimul non adſit periurium. Sed hæc diligentiori indigent indagine, & oppoſitum merito ſenſit Caiet. 2. 2. *q.* 23. *v.* 3. *& in ſum. à homicidium.* Secundum vero primam opinionem Reus, qui ſe diffamauit, nec tenetur ſub mortali retractare confeſſionem, eo magis, quod hæc retractatio etiam ſi fiat tempore mortis parum iuuet.

SVMMARIVM.

13 *Quomodo ſit neceſſaria confrontatio Teſtium cum Reo.*
14 *Quæ ſint ſeruanda in dicta confrontatione.*
15 *Et quomodo ſit facienda.*
16 *Confrontatio ſupplet vim citationis non interrogatoriorum.*

ARTICVLVS II.

De confrontatione Rei cum Teſtibus.

13. SÆpe contingit, vt ad eruendam veritatem à Reo confrontentur teſtes cum Reo ipſo, vt dum teſtes in præſentia Rei deponunt contra ipſum, ille inducatur ad confitendum delictum. Hæc igitur confrontatio non eſt neceſſaria, nec eſt de ſubſtantia iudicij, ſed vtilis, & eſt Iudici arbitraria, ita quod Iudex non cogatur illam admittere, etiam ſi petita fuerit, niſi id expedire iudicauerit, è contra vero, vbi id fuerit expediens, poteſt Iudex cogere teſtes, vt confrontentur cum Reo. Poſito vero aliquo impedimento confrontationis poteſt Iudex legere Reo teſtium depoſitiones. Poteſt etiam Iudex teſtes inter ſe contrarios confrontare, ſi contrarietas eſt in ſubſtantia, aut in circumſtantijs ſubſtantialibus.

14. Hæc vero confrontatio fieri non debet, niſi dum adhuc Reus cuſtoditur in ſecretis, & antequam loqui poſſit cum teſtibus, & tunc Iudex antequam ad confrontationem veniat, proponat Reo inter multos alios teſtem confrontandum, ſed Reum interroget, an illos cognoſcat, & habeat illos pro veridicis, & amicis, vt ſi affirmet in confrontatione facilius inducatur ad confitendum; ſed in hoc caſu cautela Rei erit, ſi reſpondeat ſe habere illos pro talibus, quales ſunt. Vbi vero teſtes ſunt Rei vaſſalli, famuli, domeſtici, vel ſimiles, tutius eſt abſtinere à confrontatione, ne teſtes ob timorem, vel reuerentiam, non confirment, ſed potius debilitent prius teſtificata. In confrontatione veto ſeruari debent, quæ in priori examine requiruntur, & ſic teſtes iurare debent parte præſente, facta inter eos mutua recognitione, & ſi opus eſt etiam torqueri poſſunt; ſic enim ſocius criminis in facie rei nominati torqueri debet, dum ſit confrontatio.

15. Confrontatio etiam fieri debet pluribus ſimul cum Reo exhibitis, ſed duo vel tres cum Reo exhibendi ſunt, quantum fieri poteſt, facie ſtatura, & veſtibus ſimiles. In quo caſu ſi teſtis in confrontatione dicat non Reum præſentem, ſed alium perpetraſſe delictum, de quo agitur, ex hoc probabitur Rei innocentia. Prædicti etiam opponendi cum Reo non debent eſſe noti teſtibus; ſed vbi teſtis in proceſſu plene deſcripſit Reum, & non eſt opus recognitione illius, non erit neceſſaria exhibitio plurium, cum iam conſtet ſatis de identitate Rei, quæ tamen exhibitio

hibitio eſt neceſſaria, vbi Reus recognoſci debet. Teſtes etiam confrontandi cum Reo non ſimul, ſed ſinguli ſeorſum confrontari debent, & in confrontatione ſinguli teſtes debent referre priorem depoſitionem ſaltem in ſubſtantia, & poſtea audiente Reo teſtis examen legi debet, & ſic audiente Reo teſtis interrogari debet, an ita depoſuerit, & pro veritate dixerit, atque ita in facie Rei ratificet, non debet tamen legi totum examen teſtis, ſed ſolum in illa parte, in qua Reus eſt contrarius, & negatiuus, aliter Reus inſtrueretur de illis, quæ non negauit.

16. Hæc vero confrontatio tollit defectum citationis, & plus operatur, & per eam inducitur publicatio proceſſus; facta vero confrontatione, ſi Reus petat repetitionem teſtium cum proprijs interrogatorijs, eam eſſe concedendam, quia confrontatio licet ſuppleat vim citationis, non tamen ſupplet vim interrogatoriorum, & fit Reo exiſtente in ſecretis ſine conſultatione Aduocatorum docuit Farinac. *quæſt.* 72. *num.* 146. *&* 147. Videantur de ſupradictis Farinac. *quæſt.* 72. *num.* 179. *& ſequent.* Guazz. *def.* 20. *cap.* 19. Clar. §. *finali quæſt.* 11. Penna *in direct. part.* 3. *commen.* 23. Scacc. *lib.* 5. *cap.* 86. Philippus de Bictis *in Epit. quæſt.* 82. Elileus *tract.* 7. Scroi *par.* 7. *c.* 7. *vbi nu.* 2. *&* 8. voluit, quod in iudicio Regulari non fiat confrontatio, niſi vbi teſtes ſunt ſæculares. Sed, & hoc eſt arbitrarium Iudici.

SVMMARIVM.

17 *Confeſſio iudicialis, & ſpontanea ſufficit ad Reum damnandum.*
18 *Conditiones neceſſario requiſitæ adhoc, vt confeſſio iudicialis ſufficiat ad damnandum Reum. num.* 19. 20. 21. 22. *&* 23.
24 *Quomodo ſpontanea confeſſio validet nullitatem proceſſus, & ſeq.*
Opinionis variæ. ibid.
25 *Confeſſio extorta in tortura non ſufficit ad Reum damnandum.*
26 *Confeſſio, quæ ſufficit ad Reum damnandum debet eſſe valida, & facta coram Iudice competente.*
27 *In criminalibus confeſſio non ſupplet defectum ſententiæ.*
Supplet tamen defectum proceſſus ex ineptitudine accuſationis, aut denunciationis. ibid.
28 *Confeſſio habita abſque fraude ſupplet defectum proceſſus ortum ex eo, quod non præceſſerunt legitima indicia.*
Secus vero ſi confeſſio habeatur cum fraude. ibid.
Explicatur quomodo confeſſio habeatur cum fraude, vel ſine fraude. ibid.
29 *Confeſſio ſpontanea validat proceſſum defectuoſum in ordine ſubſtantiali.*
30 *Perempta inſtantia ſponte confeſſus damnari poteſt.*
31 *Quomodo verificetur, quod ſponte confeſſus damnari poſſit. ibid.*
32 *In quo caſu confeſſio ſit iudicialis nulla præcedente inquiſitionem.*
33 *Vbi adeſt confeſſio, non intereſt, quod proceſſus ſit validus.*
34 *Obiectio.*
35 *Solutio.*
36 *Sponte confeſſi mitius ſunt puniendi.*
37 *Confeſſio in vno iudicio facta præiudicat in alio.*
38 *Quas conditiones debeat habere dicta confeſſio. & ſeq.*
39 *Confeſſio emanata in iudicio ciuili non probat ad condemnationem in iudicio criminali.*
Sufficit tamen ad inquirendum. ibid.
Opiniones variæ. ibid.
Confeſſio habita in vno iudicio criminali probat in alio ad condemnationem.

ARTICVLVS III.

De confeſſione Rei.

17. MVlta circa hanc *quæſt.* dixi *cap.* 1. *de accuſat. in* 6. Vnde in præſenti, quæ communiora ſunt, & clariora prius referam deinde difficiliora, & controuerſa diſcuriam. Eſt enim certum, quod iudicialis, & ſpontanea delicti confeſſio ſufficit ad Reum damnandum. Nam in confeſſum partes Iudicis non ſunt, niſi in condemnando *l.* 1. *C. de confeſſis.* Et cum confeſſio inducat notorium in iure nulla maior reperitur probatio *cap. veſtra, & cap. finali de cohab. Cleric.*

18. Hæc tamen communis concluſio intelligitur de confeſſione vera; ſi enim aliunde conſtat de innocentia Rei, confeſſio illi non nocet. Imo confeſſio in parte falſa præſumitur in totum. Si enim Titius fateatur ſe occidiſſe Caium certè non poteſt ex hoc damnari, ſi Caius eſt viuus *l. Notarius* §. *finali, & l. ſeqq. ff. ad leg. Aquil.* Et ſic ſecundo confeſſio non nocet, vbi Iudici conſtat de innocentia confitentis, licet in hoc caſu, vt Reus liberetur conſulendus ſit Princeps *l.* 1. §. *ſi quis vltra ff. de quæſ.* Et in hoc caſu liberandus eſt Reus non obſtantibus mille confeſſionibus. Tertio confeſſio debet eſſe veriſimilis, & probabilis, aliter non nocet confitenti, etiam ſi ſimus in caſibus exceptis, vt in crimine leſæ maieſtatis. Quarto confeſſio impoſſibilis non ſufficit ad condemnandum Reum. Quinto confeſſio debet eſſe verificata ex circumſtantijs præſertim ſubſtantialibus.

19. Sexto debet eſſe ſpecificata, & quod Reus in indiuiduo factū, & crimeo fateatur. Septimo debet eſſe certa lucida, & expreſſa, & non ſufficit confeſſio dubia, aut implicita. Imo confeſſio dubia in fauorem Rei interpretari debet, niſi alias Reus ſit malæ famæ, vel niſi confitens fateatur, quæ per ſe mala ſunt, & non poſſunt in bonum interpretari; confeſſio tamen tacita, incerta, & dubia ſufficit ad torquendum.

20. Octauo requiritur, quod confeſſio ſit

cum

Google

cum cauſa, & quod Reus dicat cauſam cur deliquerit, quia inueriſimile eſt aliquem ſine cauſa delinquere; ſed in hoc caſu crediderim Iudicis partes eſſe interrogare Reum cur deliquerit, ſed ex eo, quod Reus non interrogetur de cauſa, illam non depoſuit, cauſa præſumitur. Nono requiritur, quod confeſſio non ſit erronea; quia reuocata, & docto de errore euaneſcit. Decimo requiritur, quod confeſſio non ſit extorta ſub immunitatis promiſſione iuxta dicta ſupra *qu. 22. art. 2. num. 31.* Vndecimo confeſſio minoris debet eſſe facta cum auctoritate curatoris. Aliqui tamen ſentiunt, quod de conſuetudine confeſſio minoris admittatur etiam ſi facta ſine curatore.

21. Duodecimo requiritur, quod confeſſio ſit facta coram Iudice, & Notario, & non ſufficit ſi ſit facta coram Notario, quia hæc non eſt iudicialis, niſi Notarius examinet de mandato Iudicis, Confeſſio tamen facta coram Notario ſufficit ad torturam, ſi non ſit reuocata. Tertio decimo requiritur, quod confeſſio ſit facta coram Iudice ſedente pro Tribunal, ideſt in forma iudicij. Et cum in iudicio ſummario Regularium Iudices non teneantur ſedere pro Tribunali, ſufficit, vt cōfeſſio corā illis fiat ſtantibus in forma iudicij coram Notario. Quarto decimo requiritur, quod confeſſio ſit acceptata à parte, vel à Iudice etiam accuſatore abſente. Quinto decimo requiritur, quod non ſit emanata calore iracundiæ, vel ex abrupto, & non deliberata. In hoc caſu tamen plures requirunt, quod confeſſio ſit reuocata, poteſt enim reuocari etiam ex interuallo probata iracundia, quæ probari debet, ab eo qui prætendit confeſſionem emanatam ex iracundia, aut indeliberate.

22. Sexto decimo requiritur, quod confeſſio ſit emanata à principali. Confeſſio enim Procuratoris non nocet principali. In criminalibus enim numquam præſumitur, quod procurator habeat mandatum ad faciendum, quod principalis incurrat in pœnam. Si tamen procurator habuit ſpeciale mandatum ad confitendum, vel principalis ſenſcius confeſſionis Procuratoris non reuocauerit illam, confeſſio Procuratoris ſufficiet ad damnandum principalem. Non tamen ſufficit mandatum generale ad confitendum, ſed requiritur ſpeciale mandatum ad ſic confitendum. Decimo ſeptimo requiritur, quod vbi ſunt plures Iudices confeſſio fiat corā omnibus illis, & nō ſolum cum vno, vel duobus, vel tribus. Decimo octauo requiritur, quod confeſſio fiat de his quę ſunt facti, & ſubſunt voluntati confitentis, non ſufficit vero ſi ſit confeſſio de illis, quæ iuris ſunt; ſic non ſufficit, quod Reus fateatur vulneratum obijſſe ex vulnere; talis enim confeſſio non nocet, ſi conſtet vulneratum ex mala cura obijſſe, & ſic non ſufficit, quia eſt confeſſio eius, quod eſt iuris. Sic non ſufficit ad damnandum aliquem, quod ipſe fateatur ſe eſſe vſurarium, niſi aliquod factum vſurarium confiteatur.

23. Decimo nono vnius confeſſio alteri non nocet quoad plenam probationem. Et tandem vigeſimo aduerte, quod non valet argumentum, hæc confeſſio plenè probat in ciuilibus; ergo & plenè probat in criminalibus; quia in iſtis pleniores probationes requiruntur; ſed bene valet hæc confeſſio non probat in ciuilibus; ergo nec in criminalibus. Videantur de iſtis Canoniſtæ *in cap. At ſi Clerici de Iudic. & in cap. cum ſuper de confeſſ. & cap. Cum dilecti de accuſat. & in cap. qualiter & quando eodem titulo, & in cap. 1. de accuſat. in ſexto, & iuriſtæ in l. 1. C. de confeſſis, & lege qui ſententiam C. de pœnis.* Clar. *quaſt. 55.* & Menoch. *de arbitr. l. 2. caſu 268.* Decianus *lib. 7. cap. 45.* & Farinacc. *quaſt. 81. cap. 1.* & plurimi alij ab iſtis citati.

24. His ſtantibus quæ communiter admittuntur, quæritur primo an ſpontanea Rei confeſſio validet nullitatem proceſſus. Aliqui enim hoc negant, quia confeſſio ſit acceſſoria ad proceſſum, & ideo eo corruente corruit. Roman. *in l. Magiſtratibus num. 4. ff. de Iuriſd. omnium iudicum*, & ibi Dec. *num. 10.* & alij, quos refert Farinaccius *quaſt. 81. num. 67.* Et eo magis, quod regula generalis eſt, quod confeſſio ſuggeſtiua, & præcipuè, quæ eſt extorta non præcedentibus indicijs eſt nulla, & inualida, & non ſufficit ad condemnandum, vt probatum eſt ſupra *quaſt. 23. art. 2.* Sed oppoſitum habetur *ex cap. ff. de accuſat. in 6.* vbi Pontifex vult quod confeſſio ſufficiat ad condemnandum, etiam ſi inquiſitio fuerit formata non præcedente fama, & etiam ſi illius capitula non fuerit Reo exhibita, quorum vtrumque idem Pontifex aſſerit eſſe neceſſariū ad validum iudicium. Et ideo hanc partem tenent ibi Archidiaconus, Ioannes Andreas, & alij, *& in cap. qualiter, & quando il 2.* Innocent. Butrius, & alij, *& in cap. At ſi Clerici de Iud.* Bellam. Panormitanus, & alij. Clar. *qu. 55.* vbi, quod hanc ſententiam intrepide ſequi poſſumus tanquam canonizzatam in iudicijs, & ſcholis, & innumeri alij, quos refert, & ſequitur Farinac. *qu. 80. nu. 66.* Guazz. *def. 32. num. 1.* Neque enim confeſſio Rei eſt per ſe, & propriè acceſſoria iudicij, quia eius veritas independens prorſus eſt à proceſſu. Et imo quia proceſſus eſt medium inductum ad habendam confeſſionem, & habita confeſſione, quæ eſt finis, nihil intereſt, an media de ſe fuerint valida, vel non valida, ſed valida eſt confeſſio intenta, vndecumque ſit habita. Quæ confeſſio cum ſit in ſe potiſſima probatio, & inducat notorium in iure, ſufficit ad Reum damnandum. Sed hæc explicanda ſunt, & admittenda iuxta dicenda infra *num. 28.*

25. Verum quidem eſt, quod neceſſe eſt, quod confeſſio habeat conditiones ſupra explicatas, & præcipuè, quod ſit ſpontanea, quia confeſſio extorta in tortura, vel timore tormentorum eſt aliquo modo ſuſpecta, cum poſſit eſſe, quod Reus, non quia ita ſit, ſicut fatetur, ſed vt fugiat tormenta fateatur, ideo huiuſmodi confeſſio niſi ſit ſpontaneè ratificata non ſuffi-

cie

cit ad Reum damnandum, alias vero non eſt per ſe nedum quod confeſſio ſit ratificata. Imo nec ſuſſicit, nec ſupplet iniuſtitiam ipſius torturæ ex quocumque capite iniuſtè illata fuerit. Anton. Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 25. Maſcard. *probat. l.* 1. *concluſ.* 357. *num.* 8. Farinaccius *qu.* 81. *nu.* 83. Guazz. *d. cap.* 23. Scroi *part.* 5. *cap.* 7. Eliſeus *tract.* 4. *qu.* 5.

26. Pariter requiritur, quod confeſſio ipſa in ſe non ſit nulla ipſo iure, ſed valida. Vantius *de nullitate in Rubr. quibus modis ſint null. repar. num.* 126. Farinaccius *num.* 87. *qui nu.* 88. etiam requirit, quod confeſſio ſit facta coram Iudice ordinario, non vero ſubdelegato. Sed oppoſitum eſſe verum probaui *d. cap. ff. de accuſatione in ſexto*. Bene verum eſt, quod requiritur quod confeſſio ſit iudicialis, & facta coram Iudice competente, & ſic confeſſio non ſupplet defectum iuriſdictionis in Iudice, ſiue hic defectus oriatur ex incompetentia Iudicis, ſiue ex lege, aut ſtatuto decernente, quod proceſſus fiat ſub certa forma, & qua non ſeruata ſit nulla confeſſio. Pariter requiritur, quod confeſſio non ſit ficta.

27. Confeſſio etiam in criminalibus non ſupplet defectum ſententiæ, nec ſufficit ad damnandum Reum, niſi contra illum proferatur ſententia. Ex prædictis deducitur primo, quod confeſſio validat nullitatem proceſſus ortam ex ineptitudine accuſationis, aut inquiſitionis. Aret. *in cap. at ſi Clerici de Iudic. num.* 6. Dec. *num.* 33. Felin. *cap. qualiter, & quando* §. *licet num.* 1. *de accuſat.* Guazz. Eliſeus, Scroi locis citatis.

28. Deducunt ſecundo aliqui, quod confeſſio ſupplet defectum proceſſus ortum ex eo, quod non præceſſerunt legitima indicia, vt habetur *cap. f. de accuſatione in* 6. vbi hoc tenent *gloſſ. & alij Canoniſtæ* Maſcard. *de prob. lib.* 1. *concluſ.* 353. *num.* 5. & alij quos refert Farinaccius *qu.* 8. *num.* 13. Sed aduertendum, quod confeſſio dupliciter haberi poteſt non præcedentibus indicijs, vel ſcilicet ſine aliqua iniuſtitia, & fraude, vel cum fraude, & iniuſtitia. Primo modo habetur, ſi non præceſſit iterrogatio Iudicis, ſed delinquens ſponte confeſſus fuit delictum, vel ſi legitimè interrogatus de vno delicto, aliud confeſſus fuit, de quo non erat interrogatus, vel ſi interrogatio, quæ præceſſit, fuit facta in inquiſitione generali, & ſic delinquens non fuit interrogatus vt Reus, ſed vt teſtis; ad quod non eſt neceſſe, quod præcedant indicia ſpecialia, ſed ſufficit, quod præcedat quælibet denunciatio. Vt ſi delinquens interrogetur an ſciat commiſſum fuiſſe delictum, & eo affirmante, iterum interrogetur in genere an ſciat quis illum commiſerit, & interrogatus fateatur; ſe illud commiſiſſe. Et in iſtis caſibus confeſſio ſufficit ſine dubio ad damnandum Reum. Sed ſi delinquens non confitetur niſi interrogatus in ſpecie, & non vt teſtis, ſed vt Reus, & non præcedunt legitima indicia, alia detur diſtinctio. Vel enim talia indicia ſunt neceſſaria ex ſolo Iure poſitiuo, vt eſt præcedentia infamiæ, & defectus iſtorum inditiorum non reddit confeſſionem, inualidam ipſo iure, ſed ſolum ſi defectus opponatur, vt habetur ex *d. c fin. de accuſ. in* 6. Et ideo, ſi taliter confeſſus non opponat, damnari poteſt. At verò, ſi non adſunt talia indicia, qualia de iure naturæ, & gentium ſunt neceſſaria ad interrogandum Reum, & conſtituendum illum inter Reus, interrogatio, eſt nedum illicita, ſed iniuſta, & fraudolenta, & Reo fit iniuria, & confeſſio eſt nulla. An vero confeſſio emanata non præcedentibus indicijs ſit nulla ipſo Iure, vel ſolum ope exceptionis, vt ſtatuitur *cap. fin. de accuſ.* Si datis Reo defenſionibus, & etiam copia proceſſus, ſi illam velit, ipſe Reus non excipit, & opponit hanc nullitatem, cenſetur ratificare ſpontanee confeſſionem, & ex illa poteſt damnari. Confeſsio autem non præcedentibus indicijs extorta eſt iniuſtè extorta, & inualida duplici cauſa. Primo quia emanauit contra ordinem iuris, & Iudex contra iuſtitiam legalem, & fidelitatem ſui officij interrogauit. Secundo quia eſt iniuſta propriè, & per eam offenditur iuſtitia commutatiua reſpectu Rei, qui ſine fundamento, & cauſa iuſta habetur in iudicio tanquam Reus. Et propterea per ſe loquendo confeſſio talis eſt nulla, & nihil probat in iudicio. Si tamen confeſſio habita fuit non ex *vi* interrogationis iniuſtæ, quia Reus ſciens Iudicem non interrogare legitimè, & ſe non teneri ad reſpondendum, & confitendum, nihilominus reſpondet & confitetur, confeſſio eſt voluntaria, & non coacta, ſed valida, & ſpontanea, & probat: non enim eſt extorta ex *vi* interrogationis iniuſtæ, ſed ex libera delinquentis voluntate.

29. Deducitur tertio, quòd ſpontanea confeſſio validat proceſſū, etiam ſi in eo ſit omiſſus ordo ſubſtantialis Franc. *d. c. f. de accuſ. n.* 5. *&* 6.

30. Deducitur quarto, quod confeſſus poteſt condemnari etiā perempta inſtantia. Franc. *citatus n.*7. Anan. *in cap. at ſi Cleric. de iud. n.* 3. & ibi Bero. *nu.* 23. Imò deducitur quinto confeſſum poſſe damnari ſiue proceſſu. Panormit. *cap at ſi Clerici de iud. n.* 17. Zabarell. *in cap. cum ſuper de confeſs. col. ſecunda*, & ibi Ananias *n.* 2. Franc. *in c.* 1. *de accuſat. in ſexto num.* 7. *&* 8. Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 71. vbi *num.* 80. quod confeſſus poteſt damnari ſine litis conteſtatione.

31. Hæc tamen ab aliquibus explicantur, vt confeſſio ſuppleat nullitatem proceſſus, ita vt ſponte confeſſus ſtante nullitate proceſſus poſſit damnari in pœnam extraordinariam, non verò in ordinariam, præcipuè ſi non præceſſit accuſatio, aut inquiſitio, vel ſi non præceſſerunt indicia ad Reum interrogandum. Ita Farinacc. *quæſt.* 81. *num.* 75. 81. *&* 91. admittit tamen *d. numer.* 81. ſufficere ſi inquiſitio fiat poſt confeſſionem, quia confeſſio validat proceſſum nullum, quando nullitas reſultat ratione præpoſterati ordinis. Franc. *d. cap. f. de accuſat, in ſexto num.* 8.

32. Verum aduertendum, quod difficile quidem

quidem erit, quod confeſſio ſit iudicialis. Si nulla præceſſerit inquiſitio; ſed nihilominus, & hoc poteſt accidere, vt Reus inquiſitus de leui crimine ſponte nullis præcedentibus indicijs, & nulla præmiſſa inquiſitione, imo nec interrogatione de alio delicto graui ipſe ſponte illud delictum fateatur; quandocumque igitur confeſſio ſit iudicialis, & ſpontanea, & habeat requiſita ſupra recenſita, quia vt re facit notorium in iudicio; Ideò ſufficit ad infligendam quamcumque pœnam ordinariam, & hic ſine dubio eſt ſenſus *d. cap. ff. de accuſat. in ſexto*, & Canoniſtarum ibidem, & aliorum DD. quos abunde refert idem Farinacc. *num.* 66. qui abſolute docent, quod confeſſio ſupplet nullitatem proceſſus. Et ratio eſt, quia proceſſus eſt neceſſarius, vt via ad habendam confeſſionem, & quantumcumque proceſſus præcedens ſit nullus, & iniuſtus, ſi non infert vim, nec tollit, nec diminuit, nec reddit ſuſpectam veritatem confeſſionis ſpontaneè, & veriſimilis; ergo nõ tollit eius vim, nec facit, quod delictum non ſit notorium in iudicio, quo ſtante non eſt neceſſarius alius ordo iuris, niſi vt Reo detur copia ſe defendendi contra propriam confeſſionem, & ſi nihil allegat, quod delictum tollat, aut minuat damnetur in pœnam pro delicto taxatam.

33. Et puto etiam aduertendum, quod non ita propriè dicitur, quod confeſſio ſuppleat nullitatem proceſſus, ſed melius dicitur, quod vbi eſt confeſſio, nihil intereſt, an proceſſus præcedens fuerit validus, quin imo nihil intereſt, quod præceſſerit proceſſus, quia ad confeſſum damnandum non eſt neceſſarius præcedens proceſſus, vel alius requiritur quam ille, qui eſt neceſſarius ad damnandum Reum in iudicio notorio.

34. Et ſi dicatur, quod vbi Iudex interrogat ſine ſufficientibus indicijs id ignorante Reo, confeſſio eſt vi extorta, quia Reus putans ſe teneri ad fatendam veritatem ex vi interrogationis Iudicis, neceſſitatur ad fatendum veritatem, & ſic confeſſio non eſt ſpontanea, ſed extorta iniuſte, quia interrogatio, quæ vim infert, ſit iniuſta.

35. Sed hæc difficultas ſoluta eſt ex dictis *n.* 28. Et ideò in hac quæſtione, hæc regula ſeruari debet, & iuxta illam explicanda ſunt ſuperius dicta, vt, ſcilicet, confeſſio ſuppleat defectum proceſſus ſi ſit ſpontanea, & non iniuſte extorta, ſed ſi ſit iniuſte extorta, ex quacumque cauſa id contingat; quia talis confeſſio eſt inualida, & nulla, non poteſt ſupplere defectum proceſſus, nec probat aliquo modo, niſi ceſſante iniuſtitia iterum ſit ratificata, ſeu innouata. Quotieſcumque etiam confeſſio licet ſpontanea non excludat ſuſpicionem, non valet ad pœnam ordinariam, & vera eſt ſententia DD. relata *num.* 31.

36. Verum eſt etiam, quod cum ſponte confitentibus mitius eſt agendum, & ad fugiendam pœnam ordinariam prodeſſe poterit ſpontanea, & humilis, & doloroſa confeſſio reſpectu Iudicis, qui poſſit pro ſui arbitrio pœnam minuere.

37. Quæritur ſecundo, an confeſſio facta in vno iudicio præiudicet confitenti in alio? Affirmant communiter Doctores etiam in criminalibus, vt per *l. ſi Iubemus C. de lib. cauſ.* & Canoniſtas *in cap. per inquiſitionem de elect.* Et ſic confeſſio facta in iudicio ſummario nocet in plenario. Felin. *cap. cauſam, quæ de teſtibus nu.* 7. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 248. *numer.* 9. & confeſſio facta à teſte in vno iudicio militat contra illum in alio iudicio, vt probat Butrius *cap. cum in tua n.* 10. *de teſt.* quod maximè procedit, vbi confeſſio ſit adminiculata. Farinacc. *quæſt.* 81. *num* 102.

38. Hæc tamen confeſſio debet eſſe non ficta, qualis eſt, quæ habetur per ſententiam contumacialem, & expreſſa, & explicita non vero ſolum tacita, & implicita, vel ſi confeſſio fuit à Iudice per ſententiam reprobata. Guazz. *defenſ.* 32. *cap.* 7. *num.* 3. *& cap.* 30. *vbi cap.* 25. quod confeſſio à parte, vel à Iudice non acceptata non nocet confitenti, & nec ſufficit confeſſio Procuratoris. Clar. *quæſt.* 54. Maſcard. *de prob. lib.* 1. *concl.* 348. *num.* 11. Nec confeſſio incidenter emanata. Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 109. Nec confeſſio facta in vno iudicio inter aliquam perſonam nocet, & probat in iudicio, quod habetur inter alias perſonas. Felin. *in cap. qualiter, & quando il ſecondo num.* 47. Rota *deciſ.* 4. *de confeſſ. alias deciſ.* 855. *in antiq.* Caputaquen. *d.* 202. *num.* 2. *part.* 2. Ideo confeſſio facta in vno iudicio non præiudicat tertio in alio. Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 104. An vero confeſſio facta in vno iudicio ad vnum finem, & effectum, præiudicet in alio iudicio tendente ad alium finem, eſt ſatis dubium. Videatur Farinac. *quæſt.* 80. *num.* 109. Hoc quidem verum eſt, quod confeſſio facta in iudicio ciuili, vel in criminali ciuiliter intentato, ſufficit quidem tanquam denunciatio ad inquirendum, & fabricandum nouum proceſſum, ſed non ſufficit ad condemnandum. Panormitanus *cap. qualiter il ſecondo de accuſat. num.* 31. Felin. *cap. cauſam, quæ. numer.* 22. *de teſt.* Clar. *quæſt.* 14. Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 95. *vbi num.* 96. quod confeſſio facta in iudicio criminali probat in ciuili, ſi iudicium non factum fuit per viam accuſationis, ſed per viam inquiſitionis, vel ſi iudicium factum non fuit inter diuerſas perſonas, ſed inter eaſdem.

39. Sed Guazz. *def.* 32. *cap.* 6. ex Natt. Bart. Bald. & alijs ponit regulam generalem contrariam, & volt, quod acta habita in vno iudicio criminali non præiudicent in alio, quamuis hoc poſtea id admittat, ſi iudicium ſit inter eaſdem perſonas, & hoc etiam ſi confeſſio, in caſu fortuito emanauit, & per literas, & quod in cauſa, vbi Iudex procedit ex officio, confeſſio iſta noceat confitenti etiam ad fauorem tertij, ſententia tamen in vno iudicio lata contra aliquem non facit ius contra alios in eodem proceſſu non citatos. Cui vero non nocet ſententia, nec nocent acta, & aliæ probationes. Innoc. *cap. cau-*

ſam de teſt. Clar. *quæſt.* 54. *verſ. Item producantur*. Guazz. *d. cap.* 6. Sed, vt verum fatear, ſi ſemel verum eſt, quod Iudex poſſit vti probationibus factis in iudicio criminali coram alio Iudice competente, & ſic poteſt vti contra confitentem confeſſione in alio iudicio emanata, neſcio videre cur vniuerſaliter non ſit verum, quod confeſsio vera, & non ficta emanata in vno iudicio, non noceat confitenti in alio iudicio, ita quod in ſecundo iudicio non faciat illud genus probationis, quod fecit in primo. Et ita quod ſecundus Iudex non poſſit procedere ad damnandum confeſſum, eo modo, quo potuit primus, quia confeſſio probat ex natura ſua, & non quia ſit facta coram hoc, vel illo Iudice, aut ad hunc, vel *illum* finem; vnde quantum probat in vno iudicio tantum probat in alio, in quo Iudex poteſt vti probatione habita in alio iudicio. Quod amplius confirmatur; quia in nullo caſu Iudex poteſt damnare confeſſum, niſi citetur ad dicendum contra ſuam confeſſionem, & ſi nihil affert contra illam cenſetur illam ratificare, & punitur tanquam confeſſus. Sufficit igitur ſecundo Iudici, vt eo modo quo poterat primus poſſit citare confeſſum ad dicendum contra confeſſionem, qui ſi illam non reuocet, poterit ex illa damnari; quod ſi Iudices ſint ſubordinati, ſine dubio Iudex Superior poteſt ex proceſſu facto ab inferiori procedere ad damnandum confeſſum. Conſideranda igitur hæc erunt, quæ iudicio ſapientis Iudicis remittuntur; de confeſſione vero emanata in iudicio ciuili cum communi ſententia dicitur, quod non probat ad condemnationem in iudicio criminali ſaltem ad pœnam ordinariam. Quia licet confeſſio probet ratione ſui, & facta, & iurata coram Iudice competente ſit iudicialis, tamen facilius nedum eſt, quod in iudicio ciuili Reus confiteatur delictum, quod non fecit, ſed imo poteſt contingere, quod hoc ſibi ſit vtile ad priuatum intereſſe, de quo agitur in iudicio ciuili, vt ſi ſibi ſit vtile, vt excludatur ne ſit teſtis. Et ideo vim non habet plenam, vt omnino probet in iudicio criminali, in quo exactior probatio eſt neceſſaria.

40. Sed in criminalibus hæc quæſtio vix locum habere poteſt niſi in cauſis mixti fori; quia confeſſio in primo iudicio habita habet iam omnem effectum, & Reus ex illa damnatur, vel ab eodem Iudice, vel ab eius ſucceſſore, vel ab eius ſuperiore; & cum pro eodem delicto Reus non poſſit iterum damnari; ideo confeſſio in primo iudicio habita non nocet in ſecundo niſi ad comprobandam malam famam confitentis, vel alium ſimilem effectum non vero ad illum iterum damnandum.

SVMMARIVM.

40 *Confeſſio qualificata diuidi poteſt.*

41 *Quando ſola qualitas facti eſt mala, confeſſio facti negata qualitate diuidi non poteſt.*

Nec Fiſcus procedere poteſt contra confeſſum niſi probata qualitate. ibid.

42 *Obiectio, & ſolutio.*

43 *Fiſcus ex confeſſione facti quod eſt delictum, habet præſumptionem excludentem qualitatem, quæ delictum excuſat.*

44 *Non tamẽ totaliter reprobare poteſt qualitatem excuſantem delictum, ſed facultatem dare debet inquiſito, vt illam probet.*

45 *Plures caſus in quibus confeſſio qualificata qualitate excludente diuidi non poteſt.*

46 *Reus ob confeſſionem qualificatam non poteſt damnari in pœnam ordinariam. & ſeqq.*

Niſi in caſu quo Reus non probet qualitatem. ibid.

47 *Reus conuictus de delicto ſine qualitate adiuncta poteſt damnari in pœnam ordinariam.*

48 *Si vero non ſit conuictus, & ſolum adſint indicia, & præſumptiones, in pœnam ordinariam damnari non poteſt.*

49 *Explicatur hic caſus.*

50 *Quomodo poſſit torqueri Reus, adhoc vt fateatur delictum ſine qualitate.*

51 *Quando de delicto non conſtat niſi per confeſſionem Rei qualificatam non poteſt puniri in pœnam ordinariam.*

ARTICVLVS IV.

De confeſſione qualificata.

40. CONfeſſionem qualificatam ſcindi, & pro parte acceptari, & pro parte impugnari quando ſumus in prohibitis, & in ijs quæ habent contra ſe præſumptionem, vt ſunt homicidium, iniuria, & in his ſimilibus, docent communius Doctores, quos abunde referunt Farinaccius de Reo confeſſo *quæſt.* 81. *num.* 110. Menoch. *de arbitr. caſ.* 93. *num.* 37. Maſcard. *de prob. l.* 2. *concluſ.* 857. *num.* 5. Guazz. *def.* 32. *cap.* 35. *num.* 1. Et nihilominus contrarium voluerunt Salic. & Marſil. Tiraquell. & alij relati a Farinaccio *num.* 112. Et vere aſſertio iſta indiget maxima declaratione.

41. Dicitur igitur primò, quod quando ſubſtantia facti non eſt mala, ſed delictũ conſiſtit in qualitate adiuncta, confeſſio facti negata qualitate conſtituente delictum non poteſt diuidi; & Fiſcus non poteſt procedere contra confeſſum niſi probata qualitate. Ita bene docent. Foller. *in pract. verbo. Et ſi confitebuntur numer.* 47. *p.* 1. Gabriel. *lib.* 7. *concluſ.* 16. *nu.* 10. Hondedens, Bertazzol. Gratianus, Ferret, & alij, quos refert Farinacc. *d. quæſt.* 81. *numer.* 149. & 150. Guazz. *def.* 32. *cap.* 35. *numer.* 9. Ratio iſtius concluſionis eſt euidens, Quia fiſcus non poteſt procedere ad pœnam contra aliquem, niſi conſtet apud ipſum de delicto, at verò, vbi ſubſtantia facti non eſt mala, ſed ratio delicti conſtituitur per qualitatem, non conſtat de delicto; imò per ſe loquendo nec poteſt præſumi delictum, niſi appareat qualitas in qua delictum conſiſtit; igitur Fiſcus non poteſt procedere contra confitentem ſubſtantiam facti negata

gata qualitate, niſi aliunde ſibi ſatis conſtet de qualitate. Ita v.g. ſi Iudex velit damnare aliquem, quia iudicauerit ſine iuriſdictione, vel abſoluerit non approbatus ab Epiſcopo; & quidam idem dicunt, ſi quis detulerit frumentum extra territorium, vel extraxit merces; ſi enim ille confiteatur, & dicat ſe detuliſſe frumentum extra territorium, aut extraxiſſe merces, ſed cum licentia, hæc confeſſio non poteſt diuidi. Sed hoc vltimum non probat Farinaccius *num.* 151. Verum in his aduertendum, quod ſi lex prohibet extractionem abſolutè, iam ſubſtantia facti eſt prohibita & illicita, & in hoc ſenſu bene loquitur Farinaccius; ſed ſi lex prohibet extractionem ſub conditione, vt non fiat ſine licentia, bene loquuntur Bertazzol. Boſſ. & alij à Farinaccio citati, quod, ſcilicet, ſi quis fateatur extraxiſſe frumentum, vel merces, cum licentia, confeſſio non poteſt diuidi, quia extractio de ſe non eſt mala, nec dat Ius Iudici, vt vel in minimo puniat extrahentem, ſed ſolum ſi extraxit ſine licentia, quod ille negat. Imò ex Petro Caball. tradit Guazz. *def.* 32. *c.* 35. *nu.*9. quod in hoc caſu, etiam ſi Reus non probauit licentiam, non poteſt puniri. Et maximè ſi de licentia obtenta adeſt aliqua veriſimilis coniectura, vel præſumptio.

42. Nec obſtat, quod mihi aliquando obiectum fuit, ſcilicet, quod negatiua qualitatis affirmatæ per inquiſitum non ſit probabilis; quia negatiua abſoluta non poteſt probari; & ita nunquam Fiſcus poſſet procedere cõtra ſic confeſſum confeſſione qualificata. Quia negatur aſſumptum; non ſumus enim in caſu negatiuæ abſolutę, ſed qualificatæ, & coarctatæ. Qui enim fatetur ſe egiſſe cum iuriſdictione, aut licentia ad minus tenetur dicere, vbi & quando, & à quo habuit iuriſdictionem, aut licentiam. Hoc autem habito de facili poteſt probari negatiua, ſi vere confeſſus non habuit iuriſdictionem, aut licentiam. Et hoc probare pertinet ad Fiſcum, quia in hoc conſiſtit delictum, quo non probato inquiſitus non poteſt puniri, quia nullum eſt delictum.

43. Eſt igitur difficultas, quando ſubſtantia facti per ſe ex obiecto eſt mala & prohibita, & qualitas adiecta non conſtituit delictum, ſed illud excuſat, vel diminuit, vt ſi quis confiteatur homicidium, ſed dicat ſe occidiſſe ad ſui defenſam. In quo caſu dicitur ſecundo, quod Fiſcus ex confeſſione facti habet præſumptionem excludentem qualitatem, & ad inquiſitum ſpectat probare qualitatem à delicto excuſantem, & ſic Fiſcus poteſt diuidere confeſſionem, & pro parte illam acceptare, ſcilicet, pro quanto inquiſitus fatetur ſubſtantiam facti, quod per ſe eſt delictum, & per accidens excuſari poteſt, & in hoc ſenſu loquuntur Doctores citati in principio articuli. Et in hoc ſenſu vera eſt aſſertio, etiam ſi inquiſitus incontinenti, ſiue in eadem ſtructura verborum qualitatem apponat. Panormitanus *cap. Auditis num.* 32. *de præſcriptione*, & alij communiter Farinac. *d. quæſt.*81.*num.* 114. Quod ſi inquiſitus neget, & ſimul ſub conditione confiteatur cum qualitate, vt ſi dicas, *Non occidi, ſed ſi occidi ad defenſionem occidi*. Iudex non debet admittere hanc reſponſionem, ſed ſi opus eſt, debet etiam media tortura interrogare inquiſitum, vt affirmatiuè, vel negatiuè reſpondeat, ſed non poteſt confeſſionem diuidere Guazz. *def.* 32. *c.*35. *num.* 8. Farinac. *dicta quæſt.*81. *num.*142.*& ſeqq.* qui *num.*143. ait idem dicendum ſi confeſſio non incipiat à negatiua; ſed à conditione, vt ſi dicat, & *ſi occidi ad defenſam occidi*.

44. Et nihilominus dicitur tertio, quod Fiſcus non poteſt ad libitum reprobare alteram partem excuſantem delictum, ſed debet inquiſito dare facultatem, vt qualitatem à ſe aſſertam probet. Et hoc eſt verum, ſiue inquiſitus appoſuerit qualitatem in eadem ſtructura verborum, ſiue in diuerſa, & ſiue id fecerit incontinenti, ſiue ex interuallo, & etiam ſi prius confeſſus fuerit abſolutè, & ſine qualitate; ſemper enim inquiſito competit defenſio, & probatio ſuæ innocentiæ, qui etiam poteſt dicere contra propriam confeſſionem, & illam fuiſſe erroneam probare, Felin. & communiter Doctores in *cap. cũ dilecti de accuſ.* Et plures alij, quos ſequuntur. Maſcard. *de probat. concluſ.*367. *num.* 2. *lib.* 2. Farinacc. *quæſt.* 81. *numer.* 122. *&* 124. *&* 126. Guazz. *def.* 32. *c.* 35. *num* 5. *&* 6.

45. Dicitur quarto, quod adhuc plures ſunt caſus, in quibus confeſſio qualificata *qualitate* excuſante non poteſt diuidi. Primus eſt, *quando* inquiſitus reſpondet addendo verba, & non aliter. Tunc enim ſic confeſſus habetur pro negante, & propterea confeſſio iſta non poteſt à fiſco diuidi, vt ex Baldo *in l. ſi quidem num.* 3. *C. de except.* & alijs probat Farinac. *d. quæſt.*81.*nu.* 148. Guazz. *d. cap.* 3. *numer.* 8. Secundus eſt quando de qualitate adiecta conſtat ex præſumptionibus, vt ſi quis fateatur ſe cognouiſſe mulierem non inuitam, ſed volentem; ſi enim conſtat de inhoneſtate mulieris præſumitur eam non fuiſſe inuitam, & ideò Fiſcus hanc confeſſionem qualificatam pro quo eſt pręſumptio non poteſt diuidere. Panormitanus *capit. Auditis numer.* 30. *de præſcript.* Cepol. Theſaur. Alciat. & alij, quos ſequitur Farinacc. *d. quæſt.* 8. *num.* 153. Tertius caſus eſt, quando adiectio qualitatis eſt veriſimilis, vt ſi occiſus habebat cauſam ſe vlciſcendi, quia antea fuerat grauiter offenſus ab occidente, in hoc enim caſu qualitas dicentis ſe occidiſſe ad ſui defenſam, eſt ſaltem præſumptiuè probata; ſimiliter ſi qui occidit ſit alias vir probus nullam occidendi cauſam habens, & qui occiſus eſt alias ſit vir rixoſus, vel ebrius, vel ſcandaloſus. Farinaccius *d. qu.* 81. *num.* 168. *&* 169.

46. Dicitur quinto, quod ob cõfeſſionẽ qualificatam nõ poteſt inquiſitus damnari in pœnã ordinariam; ſed ſolũ in extraordinariã arbitrio Iudicis. Panorm. *cap. Auditis n.* 33. *de præſcript.* & Felin. *ibidem n.*30. *& in cap. cum Venerabilis n.*13. *de except.* & Dec. *ibid. numer.* 83. Clar. §. *finali quæſt.*

quæſt. 55. Menoch. *de arbitr. caſu* 93. *num.* 88. *& caſu* 279. *num.* 6. *&* 7. & plures alij, quos ſequitur Farinac. *d. quæſt* 81. *num.* 157. Sed quid ſi Reus non probauit qualitatem? Numquid in hoc caſu non poterit puniri pœna ordinaria?Ita fieri poteſt ſi qualitas habeat contra ſe iuris præſumptionem, & ſimul ſit inuerisimilis, ex communiter accidentibus; ſed ſi qualitas ſit veriſimilis, etiam ſi habeat contra ſe iuris præſumptionem,non habet locum pœna ordinaria, ſed ſolum extraordinaria Guazz. *def* 32. Bord. *cap.* 20. *num.* 6.

47. Addit verò Farinac. *nu.* 158. quod confeſſus cum qualitate non poteſt damnari in pœnam corporalem,ſed ſolum ad pecuniariam vel ad ſummum ad exiliū; ſed hic tres caſus diſtingui debent; Nam vel inquiſitus eſt conuictus de delicto patrato ſine qualitate adiuncta, vt quia eſt conuictus ſe occidiſſe, & non ad defenſam, & in hoc caſu inquiſitus conuictus puniri poteſt pęna ordinaria, quia in hoc caſu etiam non confeſſus poteſt puniri. Felin. *cap. At ſi Clerici num.* 2. *de iud.* Clar. §. *finali quæſt.* 55. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 867. *num* 4. Imò in hoc caſu aduertit Farinac.*num.*131. non eſſe bonum torquere inquiſitum, vt fateatur ſine qualitate propter periculum ne ſuſtinendo torturam veniat abſoluendus.

48. Secundus eſt quando Reus non eſt conuictus; ſed tamen contra illum ſunt indicia, & præſumptiones. Et in hoc caſu non erit locus pœnæ ordinariæ, quia delictum in ratione delicti non eſt probatum plenè, cum de illo inquiſitus non ſit confeſſus, aut conuictus. Et in hoc caſu vera eſt, & amplectenda ſententia Panormitani,& aliorum,quod & in ſpecie tradiderunt Riminald. Theſaur. & alij, apud Farinaccium *d. quæſt.* 81. *num.* 135. Solum igitur in hoc caſu poteſt damnari in pœnam extraordinariam minorem, vel maiorem, iuxta qualitatem indiciorum, & præſumptionem,& ita vt poſſit damnari etiam ad pœnam corporalem, vt ad carcerem vel triremes quando delictum eſt capitale, & meretur pœnam mortis corporalis Gabr. *lib* 7. *concluſ.* 19. *nu.* 8. Clarus §. *finali quæſt.* 55. Souſ. *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 29. Farinac *d. quæſt.* 81. *nu.* 160. Guazz. *def.* 32. *cap.* 35. *num.* 2.

49. Adhuc tamen in hoc caſu poſſe Reum damnari pœna ordinaria, quando qualitas eſt adiecta non incontinenti, ſed ex interuallo voluit Clar. *d. quæſt.* 55. & alij, apud Farinacc. *d. quæſt.* 81. *num.* 120. Sed oppoſitum eſt dicendum,quia per hoc Reus non remanet conuictus aut confeſſus; Alij exiſtimant locum eſſe pœnæ ordinariæ, ſi Reus primo abſolutè negauit delictum, & poſteà videns ſe conuictum, illud fatetur cum qualitate, quod videtur eſſe de mente plurium Doctorum, quos refert Farinacc. *num.* 128. Sed in hoc, & in ſimilibus caſibus ſemper attendi debet, an Reus ſit, vel non ſit conuictus, cum enim poſſit puniri pœna ordinaria etiam ſi neget multo magis poteſt puniri ſi fateatur cum qualitate; ſed ſi non eſt conuictus; cum per quamlibet confeſſionem qualificatam non ſit plenè confeſſus, non poteſt pœna ordinaria puniri; quia talis plenè, nec eſt conuictus, nec plenè confeſſus;ſed vlterius an quando ex præſumptionibus poſſit Reus damnari ad pœnā extraordinariam conſideranda ſunt dicta ſuperius *quæſt.* 17. *ar.* 2. ſit dicenda infra *quæſt.* 29. *art.* 1.

50. An verò tunc debeat torqueri, vt fateatur ſine qualitate arbitrarium eſt Iudici, ſed tutius erit abſtinere à tortura, & eum iuxta qualitatem indiciorum punire pœna extraordinaria,ne ſi forte ſuſtineat torturam ſit abſoluendus. Farinacc. *d. quæſt.* 81. *num.* 138.Quamuis enim non deſint, qui dixerint confeſſum cum qualitate, etiam ſi neget in tortura, poſſe puniri. Clarus *d. quæſt.* 55. tamen oppoſitum eſt tutius; tortura enim aliquid operari debet ad fauorem Rei negantis; quia ſi in tortura ſuſtineat confeſſionem vt qualificatam iuxta conditionem qualitatis, vel in toto, vel in parte excuſari debet à delicto.

51. Tertius caſus principalis eſt, ſi de delicto non conſtat niſi per ſolam rei confeſſionem qualificatam. Et in hoc caſu certum eſt Reum non poſſe puniri pœna ordinaria; ſed tamen cum poſſe puniri pœna extraordinaria voluit Farinacc. *d. quæſt.* 81. *num* 155. Sed vel non ſumus in hoc caſu, ſi adſint aliqua ſpecialia indicia, aut præſumptiones delicti contra Reum, vel dicendum eſt hanc confeſſionem non poſſe diuidi,vt dixerunt Hieronymus de Monte *quæſt.* 18. *num.* 18. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ* 867. *num.* 7. Præſumptio enim illa generalis qua præſumitur eum, qui occidit alium eſſe homicidam prætenſi homicidij non ſufficit ad damnandum Reum particularem, & in particulari caſu niſi de illo conſtet in ſingulari; non conſtat verò de delicto in eo caſu, in quo Reus non eſt confeſſus,niſi cum qualitate excludente delictum,quia non eſt aliud indicium, aut præſumptio delicti in hoc ſingulari caſu,& confeſſio excludit delictum. Ideò in hoc caſu multi DD. quos ſequitur Guazz. *def.* 32. *cap.* 35. tenent, quod confeſſus non poſſit puniri, niſi pœna pecuniaria. Si dicendum eſt conſiderandam eſſe qualitatē perſonæ,& circumſtantias alias,& modum confeſſionis, ex quibus penſatis nullo etiam pœna forſan erit puniendus, ſi qualitas confeſſionis ſit veriſimilis, & non adſit aliquod motiuum vrgens in contrarium. Nec per ſe loquendo poteſt talis confeſſio diuidi,nec Reus ex illa poteſt puniri.

SVMMARIVM.

52 *Sponte confeſſus mitius puniendus eſt.*

53 *Quod verificatur de pœnis arbitrarijs, non à lege ſtatutis.*

gata qualitate, niſi aliunde ſibi ſatis conſtet de qualitate. Ita v.g. ſi Iudex velit damnare aliquem, quia iudicauerit ſine iuriſdictione, vel abſoluerit non approbatus ab Epiſcopo; & quidam idem dicunt, ſi quis detulerit frumentum extra territorium, vel extraxit merces; ſi enim ille confiteatur, & dicat ſe detuliſſe frumentum extra territorium, aut extraxiſſe merces, ſed cum licentia, hæc confeſſio non poteſt diuidi. Sed hoc vltimum non probat Farinaccius *num.* 151. Verum in his aduertendum, quod ſi lex prohibet extractionem abſolutè, iam ſubſtantia facti eſt prohibita & illicita, & in hoc ſenſu bene loquitur Farinaccius; ſed ſi lex prohibet extractionem ſub conditione, vt non fiat ſine licentia, bene loquuntur Bertazzol. Boſſ. & alij à Farinaccio citati, quod, ſcilicet, ſi quis fateatur extraxiſſe frumentum, vel merces, cum licentia, confeſſio non poteſt diuidi, quia extractio de ſe non eſt mala, nec dat Ius Iudici, vt vel in minimo puniat extrahentem, ſed ſolum ſi extraxit ſine licentia, quod ille negat. Imò ex Petro Caball. tradit Guazz. *def.* 32. *c.* 35. *nu.*9. quod in hoc caſu, etiam ſi Reus non probauit licentiam, non poteſt puniri. Et maxime ſi de licentia obtenta adeſt aliqua veriſimilis coniectura, vel præſumptio.

42. Nec obſtat, quod mihi aliquando obiectum fuit, ſcilicet, quod negatiua qualitatis affirmatæ per inquiſitum non ſit probabilis; quia negatiua abſoluta non poteſt probari; & ita nunquam Fiſcus poſſet procedere cõtra ſic confeſſum confeſſione qualificata. Quia negatur aſſumptum; non ſumus enim in caſu negatiuæ abſolutę, ſed qualificatæ, & coarctatæ. Qui enim fatetur ſe egiſſe cum iuriſdictione, aut licentia ad minus tenetur dicere, vbi & quando, & à quo habuit iuriſdictionem, aut licentiam. Hoc autem habito de facili poteſt probari negatiua, ſi vere confeſſus non habuit iuriſdictionem, aut licentiam. Et hoc probare pertinet ad Fiſcum, quia in hoc conſiſtit delictum, quo non probato inquiſitus non poteſt puniri, quia nullum eſt delictum.

43. Eſt igitur difficultas, quando ſubſtantia facti per ſe ex obiecto eſt mala & prohibita, & qualitas adiecta non conſtituit delictum, ſed illud excuſat, vel diminuit, vt ſi quis confiteatur homicidium, ſed dicat ſe occidiſſe ad ſui defenſam. In quo caſu dicitur ſecundo, quod Fiſcus ex confeſſione facti habet præſumptionem excludentem qualitatem, & ad inquiſitum ſpectat probare qualitatem à delicto excuſantem, & ſic Fiſcus poteſt diuidere confeſſionem, & pro parte illam acceptare, ſcilicet, pro quanto inquiſitus fatetur ſubſtantiam facti, quod per ſe eſt delictum, & per accidens excuſari poteſt, & in hoc ſenſu loquuntur Doctores citati in principio articuli. Et in hoc ſenſu vera eſt aſſertio, etiam ſi inquiſitus incontinenti, ſiue in eadem ſtructura verborum qualitatem apponat. Panormitanus *cap. Auditis num.* 32. *de præſcriptione*, & alij communiter Farinac. *d. quæſt.*81.*num.* 144. Quod ſi inquiſitus neget, & ſimul ſub conditione confiteatur cum qualitate, vt ſi dicat, *Non occidi, ſed ſi occidi ad defenſionem occidi*, Iudex non debet admittere hanc reſponſi[…] ſed ſi opus eſt, debet etiam media tortura [...] rogare inquiſitum, vt affirmatiue, vel ne[…] reſpondeat, ſed non poteſt confeſſionem [...] dere Guazz. *def.* 32. *c.*35. *num.* 8. Farinac. [...] *quæſt.*81. *num.*142.*& ſeqq.* qui *num.*143. ait [...] dicendum ſi confeſſio non incipiat à nega[…] ſed à conditione, vt ſi dicat, & *ſi occidi* [...] *fenſam occidi*.

44. Et nihilominus dicitur tertio, [...] Fiſcus non poteſt ad libitum reprobare al[…] partem excuſantem delictum, ſed debet [...] ſito dare facultatem, vt qualitatem à ſe [...] tam probet. Et hoc eſt verum, ſiue inqu[…] appoſuerit qualitatem in eadem ſtructura [...] borum, ſiue in diuerſa, & ſiue id fecerit in[…] tinenti, ſiue ex interuallo, & etiam ſi prius [...] feſſus fuerit abſolutè, & ſine qualitate; [...] enim inquiſito competit defenſio, & pro[…] ſuæ innocentiæ, qui etiam poteſt dicere co[…] propriam confuſionem, & illam fuiſſe erro[…] probare, Felin. & communiter Doctores [...] *cũ dilecti de accuſ.* Et plures alij, quos ſequ[…] Maſcard. *de probat. concluſ.*867. *num.* 2. *lib.* [...] rinacc. *quæſt.* 81. *numer.* 122. *&* 124. *&* [...] Guazz. *def.* 32. *c.* 35. *num* 5. *&* 6.

45. Dicitur quarto, quod adhuc plures [...] caſus, in quibus confeſſio qualificata qua[…] excuſante non poteſt diuidi. Primus eſt, [...] do inquiſitus reſpondet addendo verba, [...] aliter. Tunc enim ſic confeſſus habetur p[…] gante, & propterea confeſſio iſta non p[…] tico diuidi, vt ex Baldo *in l. ſi quidem num.* [...] *de except.* & aliis probat Farinac. *d. quæſt.* [...] 143. Guazz. *d. cap.* 3. *numer.* 8. Secund[…] quando de qualitate adiecta conſtat ex [...] ſumptionibus, vt ſi quis fateatur ſe co[…] uiſſe mulierem non inuitam, ſed volentem [...] enim conſtat de inhoneſtate mulieris præſu[…]tur eam non fuiſſe inuitam; & ideò Fiſcus [...] confeſſionem qualificatam pro quo eſt præſumptio non poteſt diuidere. Panormitanus *capit. Auditis numer.* 30. *de præſcript.* Cepol. Theſaur. Alciat. & alij, quos ſequitur Farinacc. *d. quæſt.* 8. *num.* 153. Tertius caſus eſt, quando adiect[…] qualitatis eſt veriſimilis, vt ſi occiſus habeb[…] cauſam ſe vlciſcendi, quia antea fuerat grau[…] offenſus ab occidente, in hoc enim caſu q[…]litas dicentis ſe occidiſſe ad ſui defenſam [...] ſaltem præſumptiuè probata; ſimiliter ſi qui [...]cidit ſit alias vir probus nullam occidendi ca[…]ſam habens, & qui occiſus eſt alias ſit vir rixoſus, vel ebrius, vel ſcandaloſus. Farinaccius *d. q.* 81. *num.* 168. *&* 169.

46. Dicitur quinto, quod ob cõfeſſionẽ qualificatam nõ poteſt inquiſitus damnari in pœnã ordinariam; ſed ſolũ in extraordinariã arbitrio Iudicis. Panorm. *cap. Auditis n* 33. *de præſcript.* Felin. *ibidem n.*30. *& in cap. cum Venerabilis n.* [...] *de except.* & Dec. *ibid. numer.* 83. Clar. §. *fin.* [...] *quæſt.*

Digitized by Google

quaſt. 55. Menoch. *de arbitr. caſu* 93. *num.* 88. & *caſu* 279. *num.* 6. & 7. & plures alij, quos ſequitur Farinac. *d. quaſt* 81. *num.* 157. Sed quid ſi Reus non probauit qualitatem? Numquid in hoc caſu non poterit puniri pœna ordinaria? Ita fieri poteſt ſi qualitas habeat contra ſe iuris præſumptionem, & ſimul ſit inuerifimilis, ex communiter accidentibus; ſed ſi qualitas ſit veriſimilis, etiam ſi habeat contra ſe iuris præſumptionem, non habet locum pœna ordinaria, ſed ſolum extraordinaria Guaza. *def* 32. Bord. *cap.* 20. *num.* 6.

47. Addit verò Farinac. *nu.* 158. quod confeſſus cum qualitate non poteſt damnari in pœnam corporalem, ſed ſolum ad pecuniariam vel ad ſummum ad exilii; ſed hic tres caſus diſtingui debent; Nam vel inquiſitus eſt conuictus de delicto patrato ſine qualitate adiuncta, vt quia eſt conuictus ſe occidiſſe, & non ad defenſam, & in hoc caſu inquiſitus conuictus puniri poteſt pena ordinaria, quia in hoc caſu et am non confeſſus poteſt puniri. Felin. *cap. At ſi Clerici num.* 2. *de iud.* Clar. §. *finali quaſt.* 55. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 867. *num* 4. Imò in hoc caſu aduertit Farinac. *num.* 131. non eſſe bonum torquere inquiſitum, vt fateatur ſine qualitate propter periculum ne ſuſtinendo torturam veniat abſoluendus.

48. Secundus eſt quando Reus non eſt conuictus; ſed tamen contra illam ſunt indicia, & præſumptiones. Et in hoc caſu non erit locus pœnæ ordinariæ; quia delictum in ratione delicti non eſt probatum plenè, cum de illo inquiſitus non ſit confeſſus, aut conuictus. Et in hoc caſu vera eſt, & amplectenda ſententia Panormitani, & aliorum, quod & in ſpecie tradiderunt Riminald. Theſaur. & alij, apud Farinaccium *d. quaſt.* 81. *num.* 135. Solum igitur in hoc caſu poteſt damnari in pœnam extraordinariam minorem, vel maiorem, iuxta qualitatem iudiciorum, & præſumptionem, & ita vt poſſit damnari etiam ad pœnam corporalem, vt ad carcerem vel triremes quando delictum eſt capitale, & meretur pœnam mortis corporalis Gabr. *lib* 7. *concluſ.* 19. *nu.* 8. Clarus §. *finali quaſt.* 55. Souſ. *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 29. Farinac *d. quaſt.* 81. *nu.* 160. Guazz. *def.* 32. *cap.* 35. *num.* 2.

49. Adhuc tamen in hoc caſu poſſe Reum damnari pœna ordinaria, quando qualitas eſt adiecta non incontinenti, ſed ex interuallo voluit Clar. *d. quaſt.* 55. & alij, apud Farinacc. *d. quaſt.* 81. *num.* 120. Sed oppoſitum eſt dicendum, quia per hoc Reus non remanet conuictus aut confeſſus; Alij exiſtiment locum eſſe pœnæ ordinariæ, ſi Reus primo abſolutè negauit delictum, & poſteà videns ſe conuictum, illud fatetur cum qualitate, quod videtur eſſe de mente plurium Doctorum, quos refert Farinacc. *num.* 128. Sed in hoc, & in ſimilibus caſibus ſemper attendi debet, an Reus ſit, vel non ſit conuictus, cum enim poſſit puniri pœna ordinaria etiam ſi neget multo magis poteſt puniri ſi fateatur cum qualitate; ſed ſi non eſt conuictus; cum per quamlibet confeſſionem qualificatam non ſit plenè confeſſus, non poteſt pœna ordinaria puniri; quia talis plenè, nec eſt conuictus, nec plenè confeſſus; ſed vlterius an quando ex præſumptionibus poſſit Reus damnari ad penã extraordinariam conſideranda ſunt dicta ſuperius *quaſt.* 17. *ar.* 2. ſit dicenda infra *quaſt.* 29. *art.* 1.

50. An verò tunc debeat torqueri, vt fateatur ſine qualitate arbitrarium eſt Iudici, ſed tutius erit abſtinere à tortura, & eum iuxta qualitatem indiciorum punire pœna extraordinaria, ne ſi forte ſuſtineat torturam ſit abſoluendus. Farinacc. *d. quaſt.* 81. *num.* 138. Quamuis enim non deſint, qui dixerint confeſſum cum qualitate, etiam ſi neget in tortura, poſſe puniri. Clarus *d. quaſt.* 55. tamen oppoſitum eſt tutius; tortura enim aliquid operari debet ad fauorem Rei negantis; quia ſi in tortura ſuſtineat confeſſionem vt qualificatam iuxta conditionem qualitatis, vel in toto, vel in parte excuſari debet à delicto.

51. Tertius caſus principalis eſt, ſi de delicto non conſtat niſi per ſolam rei confeſſionem qualificatam. Et in hoc caſu certum eſt Reum non poſſe puniri pœna ordinaria; ſed tamen eum poſſe puniri pœna extraordinaria voluit Farinacc. *d. quaſt.* 81. *num* 155. Sed vel non ſumus in hoc caſu, ſi adſint aliqua ſpecialia indicia, aut præſumptiones delicti contra Reum, vel dicendum eſt hanc confeſſionem non poſſe diuidi, vt dixerunt Hieronymus de Monte *quaſt.* 18. *num.* 18. & *ſeqq.* Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ* 867. *num.* 7. Præſumptio enim illa generalis qua præſumitur eum, qui occidit alium eſſe homicidam prætenſi homicidij non ſufficit ad damnandum Reum particularem, & in particulari caſu niſi de illo conſtet in ſingulari; non conſtat verò de delicto in eo caſu, in quo Reus non eſt confeſſus, niſi cum qualitate excludente delictum, quia non eſt aliud indicium, aut præſumptio delicti in hoc ſingulari caſu, & confeſſio excludit delictum. Ideò in hoc caſu multi DD. quos ſequitur Guazz. *def.* 32. *cap.* 35. tenent, quod confeſſus non poſſit puniri, niſi pœna pecuniaria. Si dicendum eſt conſiderandam eſſe qualitatẽ perſonæ, & circumſtantias alias, & modum confeſſionis, ex quibus penſatis nulla etiam pœna forſan erit puniendus, ſi qualitas confeſſionis ſit veriſimilis, & non adſit aliquod motiuum vrgens in contrarium. Nec per ſe loquendo poteſt talis confeſſio diuidi, nec Reus ex illa poteſt puniri.

SVMMARIVM.

52 *Sponte confeſſus mitius puniendus eſt.*
53 *Quod verificatur de pœnis arbitrarijs, non à lege ſtatutis.*

ARTICVLVS V.

De ſponte confeſſo.

52. SPonte confeſſum mitius puniendum eſſe, ex *cap. Non dicatis* 12. *quæſt.* 1. tradunt communiter Doctores. Dupliciter verò aliquis dicitur ſponte confeſſus, vel quia non citatus, nec vocatus ſponte comparet coram Iudice, & ſe de delicto accuſat, & iſte omnium conſenſu mitius tractari debet, Alio modo ſponte confeſſus dicitur, qui interrogatus primo non negat delictum, ſed ſponte illud confitetur, & imò ſponte confeſſus, & non metu probationum dicitur, qui etiam, ſi negauit, ſtatim fatetur, ita quod ex illa negatione Fiſcus, vel Accuſator non fuerunt onetati onere probandi delictum Farinacc. de Reo confeſſo *quæſt.* 81. *numer.* 177. Et huiuſmodi ſponte confeſſus etiam mitius punitur. Sed imò, & cum confeſſo ſponte metu probationum mitius agitur; ſed non tantum quantum cum illo, qui ſine metu probationum ſponte confeſſus fuit. Gloſa in *cap. de hoc verb. confeſſi de Simon* & ibi Hoſtienſ. *verb. in iure.* Clar. §. *finali quæſt.* 60. Guazz *def.* 32. *cap.* 36 *num.* 1. Si vero Reus negauit delictum, & poſtea illud fatetur cum qualitate excludente delictum non mitius punitur. Aſſerta verò concluſio, vt confeſſus mitius puniatur maxime locum habet in foro pœnitentiæ, & animę *cap. de his verò* 56. *diſtinct.* & in Clauſtralibus quando agitur de correctione Regulari *cap. Non dicatis* 12. *quæſt.* 1. & quando in foro Eccleſiaſtico agitur de concedenda diſpenſatione *cap. At ſi Clerici verſ. Si verò de iud. cap. Præsbiterorum* 50 *diſtinct.*

53. Verum concluſio prædicta vera eſt in pœnis arbitrarijs, & reſpectu Iudicis, qui pœnam poſſit minuere. Nam vbi pœna ſtatuta ſit à lege ipſo iure, pari pœna puniuntur confeſſus, & conuictus. Felin *cap. de hoc numer.* 5. *de Simon.* Farinac *d. quæſt* 80. *num.* 181. *&* 182. Bero, tamen in *cap. At ſi Clerici num.* 88. *de iud.* arbitratur, quod Iudex ordinarius poſſit pœnā à lege ſtatutam temperare cum confeſſo, quod non reprobat Farinacc. *num* 184. Guazz. *d. cap.* 36. *num* 4. Sed hoc non verificatur, ſi pœna ſit impoſita ipſo iure, vt dictum eſt. Non habetur tamen pro ſponte confeſſus ille, qui primo confeſſus eſt negata qualitate aggrauante, & poſtea conuincitur de negata qualitate, & illam fatetur Tiraquell. *de pœnis temperandis cauſ.* 30. *num.* 17. Farinacc. *d. quæſt.* 81. *num.* 186. Huius tamen contrarium voluit. Guazz. *d. cap.* 36. *nu.* 5. Farinacc. etiam *numer.* 187. aduertit; quod conuictus non per plenam probationem, ſed ex non indubitatis præſumptionibus minus punitur, quam ſponte confeſſus, melius tamen dixiſſet, quod ex non indubitatis Reus nullo modo puniri poteſt, niſi ex illis reſultent indubitata indicia, vt dictum eſt *quæſt.* 17. *à* 2. & explicabitur *quæſt.* 29. *à* 1.

SVMMARIVM.

- 54 *Confeſſio facta coram Iudice incompetente non ſufficit ad condemnandum Reum.*
  Qui dicatur Iudex incompetens. ibid.
- 55 *Confeſſio facta coram Iudice incompetente indicium facit ad torturam.*
- 56 *Etiamſi fuerit reuocata.*
- 57 *Non tamen indicium facit ad torturam ſi emanauit incidenter.*
- 58 *Confeſſio Clerici facta coram Iudice Eccleſiaſtico, & etiam Laico infamiam parit.*

ARTICVLVS VI.

De confeſſione habita coram Iudice incompetente.

54 HAnc non ſufficere ad condemnandum eſt certum *cap. At ſi Clerici verſic. ſicut enim,* & ibi Doctores, cuius ratio eſt, quia confeſſio ſpontanea non ſanat defectum iuriſdictionis. Quod verum eſt, etiam ſi confeſſio ſit plùries ratificata coram Iudice incompetenti, Et etiam ſit facta coram Iudice cuius iuriſdictio prorogari poterat, quia in criminalibus non admittitur Iudicis prorogatio, quod verum eſt ſaltem vbi Iudex procedit per viam inquiſitionis. Farinacc. *de Reo confeſſ. quæſt.* 81. *nu.* 192. Ex Dec. *in d. cap. At ſi Clerici à num* 26. & Bero *num.* 40. Et hoc maximè verificatur de confeſſione Clerici facta coram Iudice Laico, etiam ſi Clerici confeſſio fuerit ſpontanea, & etiam ſi Clericus prima tonſura ſit inſignitus, & etiam ſi Clericus fateatur ſe eſſe Laicum; idem etiam dicitur ſi Clericus fateatur coram Iudice Eccleſiaſtico, ſed incompetenti. Dicitur verò Iudex incompetens in propoſito, nedum ſi ſit incompetens ratione perſonæ, ſed etiam ſi ſit incompetens ratione materiæ, ſeu cauſæ, de qua agitur. Farinacc. *quæſt.* 81. *num.* 203. Guazz. *def.* 32. *cap.* 26. *num.* 1. Vnde confeſſio facta coram Iudice pedaneo non habente facultatem, niſi ad modicam correctionem, non valet ad damnandum Reum pœna capitali, & vniuerſaliter non valet confeſſio facta coram Iudice, qui non habet poteſtatem condemnandi Guazz. verò *d. cap.* 26. *num.* 1. Exiſtimat idem dicendum de confeſſione facta coram Iudice non ſedente pro tribunali, ſed vbi Iudex non tenetur ſedere pro tribunali confeſſio debebit fieri coram Iudice ſtante in actu indicandi. Confeſſio tamen iſta facta coram Iudice incompetenti ſic nulla eſt, quod tamen non eſt nulla ipſo iure. Farinacc. *dicta quæſt* 81. *num.* 205. Guazz. *dict. cap.* 26.

55. Dicitur tamen ſecundo, quod confeſſio facta coram Iudice incompetente facit indicium ſufficiens ad torturam Innocent. & alij Doctores *d. cap. At ſi Clerici de iud.* quod verum eſſe etiam quando iuriſdictio Iudicis coram quo facta eſt confeſſio prorogari non poteſt, volunt

lunt

ſont Innocentius in *cap. per inquiſitionem num.* 2. *de elect.*, & ibi Imola *num.* 8. Panormit. *num.* 3. & quam plures alij; quamuis contrarium dixerint Butr. *cap. At ſi Clerici numer.* 28. *de iud.* & alij plures apud Farinacc. *dicta quæſt.* 81. *nu.* 208. Barboſ. *d. cap. At ſi Clerici num.* 6. Et licet ſit lis inter Doctores, an confeſſio facta coram Iudice Laico à Clerico, quæ non ſit ſpontanea omnino, ſed Clerico inuito, ſeu citato, & vocato coram Iudice Laico negātibus in pluribus hanc confeſſionem ſufficere ad torturam, tamen communis ſententia affirmat, & vera eſt, Guazz *d. cap.* 26. *nu.* 8. Si tamen confeſſio ipſa non fuit inuita, & extorta per torturam. Hæc enim non facie indicium ad torturam coram Iudice Eccleſiaſtico. Baldus *cap. At ſi Clerici num.* 2. & ibi Anchar. *num.* 8. Felin. *num.* 5. Clarus § *finali quæſt.* 21. Farinacc. *quæſt.* 81. *num.* 210. Idem verò dicendum ſi confeſſio emanauit metu tormentorum, vel metu probationum voluit Clar. *quæſt.* 21. ſed Farinacc. *quæſt.* 81. *num.* 210. dubitat in confeſſione facta metu probationum. Sed non valebit ad torturam confeſſio, quæ emanauit calore iracundiæ Guazz. *d. cap.* 26. *num.* 88. Quando autem hæc confeſſio non facit indicium ad torturam facit præſumptionem adminiculatiuam, vt facilius Reus damnetur. Guazz. *d. cap.* 26. *num.* 6.

56. Sed quid dicendum, ſi confeſſio facta coram Iudice incompetente fuerit reuocata re integra, & antequam à Iudice, vel à parte fuerit acceptata? Quamuis plures cum Baldo *in lege prima num.* 96. *de confeſſ.* dixerint hanc confeſſionem non facere indicium ad torturam, melius tamen dicitur, quod Iudex competens poteſt compellere Reum ad perſiſtendum in illa confeſſione, niſi doceat de errore, & cauſa reuocandi, & ſi fuit facta præcedentibus legitimis inditijs Clar. *d. quæſt.* 21. Maſcard. *de prob. lib.* 2. *concluſ.* 252. *num.* 2. Farinacc. *d. quæſt.* 81. *num.* 216. Guazz. *d. cap.* 26. *num.* 9. Nam ſi nulla præceſſerunt legitima indicia talis confeſſio non facit indicium ad torturam, coram Iudice competente. Maſcard. *d. concluſ.* 352. Et ideò Iudex competens non poteſt compellere Reum ad perſeuerandum in confeſſione facta coram Iudice incompetente nullis præcedentibus indicijs, vel ſi illa non fuie ſufficiētib. coniecturis adiuta. Farinacc. *q.* 6. *n.* 217. Sed hoc non admitto, niſi illæ coniecturæ ſint indicia ſufficientia ad Reum īnterrogandum, quia confeſſio emanata non præcedentibus indicijs ſufficientibus eſt iniuſta, & nulla, etiam ſi ſit facta coram Iudice competente. Farinacc. *d. quæſt.* 81. *num.* 217.

57. Sed quid ſi confeſſio coram Iudice incompetente emanauit incidenter? Hanc non facere indicium ad torturam ex Roland. docet Farinacc. *d. quæſt.* 81. *num.* 219.

58. Dicitur tertiò, quod confeſſio Clerici facta coram Iudice Eccleſiaſtico parit infamiam, ob quam indicitur Clerico purgatio, in qua ſi deficiat damnatur, vt conuictus iuxta Gloſſ. hoc explicantem in *cap. At ſi Clerici verb. non debet de iud.* vbi Innoc. Hoſtienſ. Io. Andreas, Butrius, Panorm. Felin. & alij. Imo hoc eſſe verum etiam de confeſſione Clerici facta coram Iudice Laico, habetur ex Innocent. *d. cap. At ſi Clerici* vbi Butrius *num.* 27. & 23. Imola *nu* 61. Panormit. *cap. qualiter, & quando il ſecondo, num.* 35. *de accuſat.* & ibi Felin. *num* 45. & alij.

SVMMARIVM.

59 *Confeſſio facta incidenter de crimine, de quo non agebatur non ſufficit ad imponendam pœnam ordinariam.*

60 *Excipitur confeſſio facta de crimine falſi.*

61 *Et quando tela iudicij generaliter eſt ordinata contra illum de cuius crimine incidenter conſtat.*

62 *Excipiens, & opponens alicui aliquod crimen, ſi confiteatur delictum non ſolum punitur virtute exceptionis, ſed etiam pro crimine oppoſito.*

63 *Quomodo puniri poſſit accuſator, vel teſtis fatens crimina, quæ defendere promiſit.*

64 *Et quomodo Iudex cognoſcere poſſit in eodem iudicio per viam exceptionis de crimine obiecto.*

65 *Princeps punire poteſt Reum incidenter confitentem aliquod crimen.*

66 *Quando delictum tangit cauſam principalem, vel illi eſt annexum puniri poteſt in eodem iudicio.*

67 *Confeſſus incidenter delictum ſibi obiectum per viam exceptionis in eodem iudicio puniri poteſt pœna extraordinaria, ſecus verò ſi de delicto non conſtet per illius confeſſionem.*

68 *Quando confeſſio incidenter non ſufficit ad puniendum Reum confeſſum in eodem iudicio, eſt ſemper ſufficiens ad formandum nouum proceſſum.*

Oppiniones variæ. ibid.

69 *In quibus caſibus incidenter confeſſus damnari poſſit pœna ordinaria.*

ARTICVLVS VII.

De confeſſione incidenter, vel per viam exceptionis emanata.

59. CONcluſio prima eſt, quod confeſſio incidenter emanata de crimine, de quo non agebatur, non ſufficit ad condemnandum in pœnam ordinariam Gloſſ. *in cap. cum ſuper ver. confeſſus*, & ibi Butrius *num.* 10. *de confeſſ.* Gloſſ. *in cap. At ſi Clerici verſ. non debet de iud.* & ibi Panormit. *num* 6. & Felin. *num.* 1. & alij Doctores communiter; ſic ſi quis promouendo ad Sacros Ordines obijciat homicidium, repellitur quidem ab Ordinibus, ſi ille homicidium confitetur, ſed non punitur pro homicidio: ſic generaliter ſi quis excipiendo contra aliquem aliquod crimen, vt reijciatur v. g. ne ſit accuſator, vel teſtis, ſi delictum fateatur habebie locum exceptio ad finem ad quem datur; ſed ex

vi talis

vi talis confeſſionis non punietur pro delicto confeſſo; quia in illo indicio de illo delicto non agitur. Sic enim etiam, quod de illo delicto conſtet, non per confeſſionem, ſed per alias probationes, delinquens, nec pœna extraordinaria punitur, etiam quod delictum tanget cauſam de qua agitur, vel ſit illi annexum, quomodo verò hoc verificetur, & quando explicant Innoc. & *cap. 1. de except. & alij*.

60. Dicitur tamen ſecundò, quod in crimine falſi confeſſio falſitatis ſufficit ad condemnandum falſarium etiam ſi falſitas ſit obiecta per viam exceptionis, ſic enim ſi accuſatori, vel teſti obijciatur, quod ſint falſi in eorum depoſitionibus, ſi id fateantur puniendi ſunt ab illo Iudice in cuius foro falſum depoſuerunt, quia hoc delictum eſt annexum cauſæ de qua agitur. Et idem dicendum eſt, ſi quis falſum inſtrumentum in iudicium detulit; & aduertendum, quod quidquid ſit dicendum, quando in hoc caſu de falſitate non conſtat niſi per probationes, in quo caſu aliqui volunt, quod non poſſit puniri, in noſtro tamen caſu quando per confeſſionem falſarij conſtat de falſitate, ille puniri poteſt. Farinacc. *de Reo confeſſo quæſt.* 81. *num.* 233. & 234. Guazz *def.* 32. *c.* 4. *num.* 2.

61. Dicitur tertio, quod quando tela iudicij ſolum generaliter ordinata eſt contra illum de cuius crimine incidenter conſtat per eius confeſſionem, poteſt confeſſus damnari etiam in pœnam ordinariam. Sic Iudex generaliter inquirens ſuper ſtatu alicuius Eccleſiæ, & totius Capituli, ſi incidenter conſtat per eius confeſſionem aliquem de Capitulo cõmiſiſſe aliquod crimen poteſt à Iudice puniri *cap. per inquiſitionem de delict.* & ibi Hoſtienſ. & alij Doctores Farinac. *d. quæſt.* 81. *num.* 232. Et hoc eſt verum etiam ſi ſit aliqua diſcrepantia in circumſtantijs, vt ſi inquiſitio facta fuerit de vulnere in capite, & inquiſitus fateatur vulnus in pectore. Guazz. *def* .2. *cap.* 4 *num.* 2.

62. Dicitur quarto, quod quando excipiens, & opponens aliquod crimen alicui, ſimul accuſat, & inſtat, vt puniatur, tunc ſi de delicto conſtat non per probationes, ſed per delinquentis confeſſionem, delinquens nedum punitur virtute exceptionis; ſed in eodem iudicio punitur pro crimine oppoſito. Panormit. *cap.* 2. *num.* 30. *de ord. cognit.* vbi Butrius §. *verum num.* 8. *Practica Papien. in forma inquiſition.* Gloſſ. *prima poſt numer.* 26. & alijs, quos referunt Farinacc. *quæſt* 81. & Guazz. *dict. cap.* 4. *num.* 2. Et hoc idem quantum ad pœnam extraordinariam extendunt, ſi exceptio ſapit accuſationem, & illius locum aſſumit, Felin. *cap.* 1. *num* 7. *de except.* & apud illum Cinus, Bald. & Salic. vt ſi quis ſponte, & à nemine prouocatus opponit crimina contra promouendum, vel petentem confirmationem electionis, vt à dignitate remoueatur, tunc ſi is oppoſita crimina fateatur, nedum repellitur à dignitate, ſed puniri poteſt pœna extraordinaria, quod tacite etiam videtur admittere Panormit. *d. num.* 30. & docet Butrius *d. numer.* 50. Roman. & Aretin. apud Farinacc. *dicta quæſt.* 81. *numer.* 239. Sed hoc ſine maiori conſideratione admitti non eſt tutum. Quia imo dici debet exceptionem non ſapere accuſationem, ſi datur per modum exceptionis ad excludendum ab electione, & aliud non exprimitur.

63. Dicitur quinto, quod ſi accuſator, vel teſtis, vel alius cõtra quem ſunt oppoſita crimina aſſumit defenſionem obiectorum criminum, & nihilominus oppoſita crimina fateatur poteſt puniri. Hoc de pœna extraordinaria loquendo non verò de ordinaria, admittit Panormit. *cap.* 2. *num.* 32. *de ord. cognit.* Aliter verò diſtinguit Farinacc. *dict. quæſt.* 81. *num.* 242. & eſt, quod ſi is contra quem obiecta ſunt crimina aſſumit defenſionem illorum criminum abſolute, poteſt puniri, & quantum adhoc admittit opinionem Innoc. Imol. Aret & aliorum aſſerentium talem ſic confeſſum puniri poſſe, quia conſentit, quod de criminibus cognoſcatur; ſed ſi ille aſſumit defenſionem criminum ſolum ad effectum, vt non repellatur ab accuſando, vel teſtificando, etiam ſi fateatur crimina puniri non poteſt, vt tradunt Felin *cap. primo numer.* 8. *de except.* & Panormit. *dicto cap.* 2. *numer.* 31. *de ord. cognit.* Sed melius dicitur ſic confeſſum ad ſummum poſſe puniri pœna extraordinaria, & ſi aſſumpſit defenſionem ſolum adhoc, vt non repellatur, nulla alia pœna puniri poſſe in eodem iudicio. Farin. *quæſt.* 81. *num.* 243. Guazz. *def.* 32. *cap.* 5. *numer.* 2.

64. Dicitur ſexto adhoc vt de crimine obiecto per viam exceptionis Iudex poſſit cognoſcere in eodem iudicio non ſufficit, quod iudicium fiat parte petente, vel Iudice inquirente, quia hoc eſſet deſtruere pœnitus aſſertionem communem in principio *cap. poſitam*, vt bene probat Farinacc. *dicta quæſt.* 81. *num.* 246. Niſi vt dictum eſt ſupra opponens crimina nedum excipiat, ſed inſtet, vt criminoſus puniatur, vel Iudex inquirens nouum iudicium aſſumat.

65. Dicitur ſeptimo Principem poſse punire Reum incidenter confitentem aliquod crimen, nec ligatur Princeps illa regula, quod actus ſit ad alium finem, ſed in eadem inſtantia confeſsum punire poteſt *cap. Eccleſia* 23. *quæſt.* 3. Gloſſ. *cap. cum ſuper ver. confeſſus de confeſs.* & ibi Hoſtienſ. & alij. Felin. *cap per inquiſitionem num.* 17. *de elect.* & ibi Dec. & alij. Vnde eſt, quod quantum ſit de iure naturæ, & gentium confeſſio incidenter facta ſufficit ad damnandum Reum in pœnam ordinariam omnibus plene inſpectis, & audito Reo, vt poſſit excipere contra propriam confeſſionem.

66. Dicitur octauo, quod quando delictum tangit cauſam principalem, de qua agitur, vel illi eſt annexum, confeſsus poteſt pro delicto illo puniri in eodem iudicio, *cap. in fine de except.* vbi Glols. *in verbo contingere*, & communiter alij Doctores, Farinaccius *d. quæſt.* 81. *num.* 211. qui tamen *num.* 252. aduertit Dec *cap.* 1. *num.* 33. *de except.* ſentire contrarium, ſed con-

clusio

cluſio eſt communis, & ex ea plures caſus explicat Farinacc. *num.* 253. *& ſeqq.* Non ſufficit tamen in hoc caſu, quod de crimine conſtet per probationes. Farinaccius *dicta quæſt* 81. *num.* 262. & Iudex delegatus in hoc caſu non poteſt punire confeſſum pœna ordinaria, ſed ſolum extraordinaria, vt ex Zabarella oſtendit Farin. *dicta quæſt.* 81. *num.* 263. Guazz. *d. cap.* 5. *nu.* 3. & inſuper non in iudicio ciuili, ſed ſolum in criminali ex confeſſione delicti tangentis cauſam principalem, vel illi annexi poteſt confeſsus in eodem iudicio puniri Felin. *cap. primo num.* 14. & ibi *de except.* ex Panormit. & Salic. in crimine tamen falſi falſarius confeſsus punitur etiam ſi iudicium principale ſit ciuile.

67. Dicitur nono, quod incidenter confeſſus delictum ſibi obiectum per viam exceptionis, ſeu alia via poteſt in iudicio eodem puniri pœna extraordinaria, licèt non ordinaria, ſed ſi de delicto non conſtat per confeſſionem delinquentis, ſed ſolum per alias probationes, nulla pœna in eodem iudicio puniri poteſt. Et ad hoc vt puniri poſſit, pœna extraordinaria, neceſse eſt, quod confeſſio ſit clara, aperta, & ſimplex, & non ſufficit conditionata *cap.* 1. *de except.* vbi Hoſtien. *num.* 1. Panormit. *num.* 15. *& cap.* 2. *eodem tit.* vbi Panormit. *num.* 32. Bellam. *num.* 11. Guazz. *dicto cap* 5. *num.* 3. & alij Doctores; quamuis, quod nulla pœna poſſit puniri (niſi in caſibus exceptis) voluerint Felin. *d. cap.* 1. *num.* 9. Decian. *numer.* 11. & alij apud Farinaccium *d. quæſt.* 81. *num.* 267. *qui num.* 268. priorem opinionem vtpote communius receptam veriorem eſse dicit, & *num.* 269. bene aduertit, quod in caſibus in iure exceptis in quibus confeſsus incidenter de iure exprimitur vt punibilis, puniri poteſt pœna ordinaria, & quando crimen tangit cauſam principalem, vel quia de tela iudicij eſt ordinaria, ſi de eius confeſſione incidenter conſtat.

68. Dicitur decimo, quod quando confeſſio incidenter facta non ſufficit ad puniendũ Reum confeſſum in eodem iudicio, ſemper tamen ſufficit ad formandum nouum proceſſum, & ad aſſumendum nouum iudicium contra confeſſum, & illum puniendum, etiam ſi confeſſio emanauerit in iudicio ciuili, vel in criminali Gloſ. *in d. cap. cum ſuper in v. confeſſus vbi* Innocent. Hoſt. Io. Andr. Bellamer. Panorm. & ibi, & alibi plurimi apud Farinaccium *d. quæſt.* 81. *num.* 202. Verum plures alij Doctores ſentiunt, quod huiuſmodi confeſſio in vno iudicio incidenter emanata nedum ſufficiat ad nouum iudicium formandum contra confeſſum, ſed quod in illo iudicio faciat indicium ad torturam non tamen ſufficiat ad damnandum confeſſum in pœnam ordinariam, ſed ſolum faciat præſumptionem, & indicium, vt tenent Doctores, quos refert Farinac. *d. quæſt.* 81. *num.* 273. *&* 274. Et hæc ſententia verior videtur. Confeſſionem vero factam in iudicio ciuili non ſufficere ad damnandum confeſſum in iudicio criminali probatum eſt ſupra *num.* 59. ex Panormitano *cap. qualiter, & quando l.* 20. *num.* 35. *de accuſat.* & alijs. Et inſuper vt aduertit Farinac. *d. quæſt.* 81. *num.* 275. quidquid ſit an confeſſio emanata in vno iudicio ſufficiat ad condemnandum in alio, hoc eſt certum, quod aliæ probationes ad hoc non ſufficiunt, vt bene probat Felin. *cap.* 1. *num.* 5. *de except.*

69. Dicitur vltimo, quod in duobus ſequentibus caſibus incidenter confeſſus poteſt damnari etiam pœna ordinaria. Primus eſt, quando iudicium agitur etiam principaliter contra confeſſum, vt cum teſtis examinatur nedum tamquam teſtis contra alium, ſed etiam tamquam principalis contra ſe. Secundus eſt, quando ſimul cum confeſſione adſunt aliæ ſufficientes probationes conuincentes. Farinac. *d. quæſt.* 81. *num.* 249. *&* 250.

SVMMARIVM.

70 *Confeſsio erronea reuocari poteſt.*
71 *Si reuocatio fiat calumnioſè non acceptatur.*
72 *Quæ ſint neceſſaria ad hoc, vt dicta reuocatio ſuum ſortiatur effectum, & ſequent.*
73 *Quando reuocatio ſit incontinenti non eſt neceſſe probare errorem.*
Quomodo fiat reuocatio incontinenti. ibid.

ARTICVLVS VIII.

De Confeſſione erronea.

70. CONfeſsionem erroneam poſſe reuocari indubitatum eſt *l.* 1. §. *ſi quis vltra ff. de quæſt.* Et hoc eſt verum, etiam ſi confeſsio fuit iurata, & etiam ſi confeſſus iurauerit dicere plenam, & meram veritatem ſuper contentis in inquiſitione. *Cap. cum dilecti de accuſat.* & ibi Panorm. *num.* 13. Felin. *num.* 3. & alij. Et etiam ſi confeſsio ſit acceptata à parte vel a fiſco; ſemper enim adminus Iudex acceptat confeſſionem pro fiſco, & etiam ſi confeſsio fuit deliberata, quamuis hæc difficilius reuocari poſsit. Farinac. *de Reo confeſſo quæſt.* 81. *num.* 326. & in criminalibus etiam poſt latam ſententiam poteſt erronea confeſsio reuocari. Farinac. plures referens *d. quæſt.* 81. *num.* 327. Guazz. *def.* 32. *cap* 10. Et etiam reuocari poteſt in cauſa appellationis, & imo nedum confeſsus, ſed etiam alij, vt pater vel alius conſanguineus, etiam confitente inuito, poteſt contra confeſsionem probare, illam fuiſſe erroneam. Et poteſt reuocari confeſsio erronea etiam ſi illam præceſſerint indicia, & ſit illis grauata, nec poteſt Iudex illam non admittere. Guazz. *d. cap.* 10. Farinac. *dicta quæſt.* 81. *num.* 332. *qui num.* 336. *iuncto n.* 337. bene docet eſſe verum, etiam ſi confeſsionem iudicialem præceſsit confeſsio extraiudicialis.

71. Quamuis vero ſi conſtet reuocationem fieri calumnioſè, acceptari non debeat, tamen calumnia non poteſt, nec debet præſumi, ex eo ſolo, quod illam præceſſerint indicia, etiam ſufficientia ad torturam, & etiam ſi mille ſint indicia

dicia, & coniecturæ, cum experientia compertum ſit, ſæpe Reos, vel metu probationum, aut tormentorum, aut ex illorum imbecillitate, aut ex alijs cauſis conſiteri delicta, quæ non patrarunt, vt in facto accidiſſe in quodam, refert Farinac. *dicta quæſt*. 81. *num*. 335.

72. Sed ad hoc, vt reuocatio effectum ſortiatur, & admitti debeat primo neceſſe eſt, & vt probetur error, vt Doctores docent, & non docto de errore confeſsio ſuſtinetur, & Reus punitur. Neque in hoc caſu torquendus eſt confeſſus reuocans confeſsionem, vt iterum fateatur reiecta reuocatione, ſed puniri debet pœna condigna, etiam ordinaria. Farinac. *num*. 342. ſed ex Caball. diſtinguit Guazz. *def*. 32. *cap*. 12. *num*. 5. Quod ſi confeſsio emanauit in tortura, ſi Reus poſtea non ratificet confeſsionem, ſed neget delictum ex illa confeſsione, quæ non inducit plenam probationem, non poteſt Reus damnari etiam non docto de errore, ſed debet torqueri. Sed ſi confeſsio fuit ſpontanea, ſi Reus non doceat de errore, ex illa punitur ſine alia tortura. Quamuis vero hic error plenè probari debeat, plene tamen cenſetur probatus, quando indicijs, & coniecturis probatus apparet. Probatio enim præſumptiua in defenſionibus habetur pro plena. Guazz. *def*. 32. *cap*. 12. *num*. 6. Et quando confeſsio reſpicit factum conſitentis, & eſt deliberata, & non per iracundiam prolata, non ſufficit probare errorem, ſed neceſſe eſt probare cauſam erroris, quare ſcillicet motus fuit, vt conſiteretur. Franc. *in cap*. 12. *de accuſat*. *in* 6. *num*. 2. Ad hoc tamen ſufficit, quælibet iuſta excuſatio, vt metus Iudicis, vel alterius, aut eiuſdem, vel alterius ſuaſio, aut longitudo temporis ex quo potuit oriri obliuio, aut negotium implicatum, aut aliquod ſimile. Vbi vero confeſſio fuit extorta per torturam, tunc ſufficit probare errorem, & allegare pro cauſa metum tormentorum. Sed vt verum fatear, quod vbi Reus plenè probauerit confeſſionem eſſe falſam, & non aliter ſe habere ſit vlterius neceſſe illum probare cauſam erroris, vt tradunt etiam alij DD. quos ſequitur Guazz. *def*. 32. *cap*. 12. *num* 7. ego non percipio, quia vbi conſtat de innocentia Rei, quia conſtat de falſitate confeſſionis delicti iura omnia volunt, quod Reus abſoluatur. Verum vbi probatio erroris non ſit plena, tunc probatio cauſæ erroris poterit eſſe vtilis, vel neceſſaria, vt adminiculatur probatione erroris, ſed poterit etiam nocere, ſi ſit inueriſimilis. Sed vbi error confeſſionis ſit plenè probatus, ſufficit, vt Reus confeſſus ex vi confeſſionis erroneæ non poſſit damnari, ſufficit vero, etiam ſi confeſſio pro parte probetur erronea, quia hæc in totum præſumitur erronea. Farinac. *quæſt*. 81. *num*. 22. & 350.

73. Debet tamen probari error, qui non cadat in latam culpam, & ſi reuocatio confeſſionis fiat incontinenti, tunc nec eſt neceſſe probare errorem. Gloſs. *cap finali de iur. iurand*. *in* 6. Dicitur vero reuocatio facta incontinenti ſi fiat antequam confeſſio ſit ſcripta à Notario, imo ſi fiat antequam Reus exeat à conſpectu Iudicis; quamuis in hoc caſu arbitrium Iudicis locum habeat, vt attenta longitudine temporis medij inter confeſſionem, & reuocationem, vel qualitate facti confeſſi iudicet, an confeſſio dici debeat facta incontinenti. Farinac. *d*. *q*. 81. *num*. 350. Addit tamen Farinac. *n*. 349. quod reuocatio debet fieri antequã confeſſio eſt acceptata à parte, quia cõfeſſio à parte acceptata non poteſt reuocari, nec à docto de errore, ſed hoc habet inſtantiam. Nam in criminalibus Iudex ſtatim, ac emanat confeſſio illam implicitè acceptat, & ſic numquã, nec incontinenti poſſet reuocari, ſi non poſſet reuocari confeſſio acceptata. Et ideo bene Guazz. *def*. 12. *num*. 12. quod hæc doctrina non poteſt admitti in criminalibus, & in confeſſione relatiua ad aliquam ſcripturam, ſi apparet in ſcriptura contrarium in toto, vel in parte eius, quod in confeſſione continetur, ſatis dicitur probare de errore. Farinac. *d*. *quæſt*. 81. *num*. 351. Ex confeſsione tamen ficta, quæ fingitur per contumaciam, Reus non admittitur ad probandum illius errorem niſi à Principe reſtituatur in integrum. Guazz. *def*. 3. *cap*. 10. *num*. 12.

SVMMARIVM.

74 *Confeſſio extraiudicialis non ſufficit ad Reum damnandum.*
Si tamen ſit roborata indicijs ſufficit ad imponendam pœnam extraordinariam pecuniariam. ibid.
75 *Confeſſio facta in articulo mortis valet ſolum in foro conſcientiæ.*
76 *Quomodo puniendus ſit qui extraiudicialiter de delicto commiſſo ſe extollit.*
77 *Et quomodo quando fateatur publice delictum.*
78 *Extraiudicialis confeſſio ſufficit ad torquendum Reum.*
79 *Confeſſio extraiudicialis reuocata in iudicio non tollit indicium ad torturam.*
Si vero reuocatur extra iudicium re adhuc integra tollit indicium ad torturam. ibid
80 *Ad hoc, vt confeſſio extraiudicialis faciat indicium ſufficit, quod exprimat certum delictum, & certam perſonam.*
81 *Si vero ſi facta in calore iracundiæ, vel ex ioco indicium non facit.*
82 *Confeſſio extraiudicialis clerici, aut Religioſi, ſi non ſit diffamatus non facit indicium ad torturam.*
83 *Quid requiratur ad hoc, vt confeſſio extraiudicialis ſufficiat ad torturam. ibid.*

ARTICVLVS IX.

De Confeſſione extraiudiciali:

74. HAnc non ſufficere ad damnandum confeſſum certum eſt; quod ſi hæc confeſſio fuerit roborata indicijs, & coniecturis

ris poterit ſufficere ad damnandum confeſſum in pœnam extraordinariam pecuniariam, non tamen in pœnam ordinariam, aut corporalem, & concordatis contrarijs opinionibus probat Farinaccius *de Reo confeſſo quæſt.* 82. *num.* 4. Sed de hac condemnatione in pœnam extraordinariam videantur dicta infra *quæſt.* 29 *art.* 1. Et quamuis in ciuilibus etiam ſi de crimine ciuiliter agatur confeſsio acceptata à parte, plenè probet, ſecus eſt in criminalibus, vt relatis contrarijs ſententijs probat idem Farinac. *num.* 12. Et ita in criminalibus confeſſio extraiudicialis, etiam facta parte præſente, & etiam geminata, ſufficit quidem ad torturam, ſed non ad condemnationem. Farinac. *d. quæſt.* 82. *num.* 14. & poſt illum Guazz. *def.* 32. *cap.* 33. *num.* 1. *& ſequent.* Confeſſio etiam extraiudicialis facta pro exoneratione conſcientiæ, vt in articulo mortis valet in foro conſcientiæ, (vt ſi quis fateatur ſe fuiſſe vſurarium) & vt confeſſus in conſcientiæ foro damnetur ad reſtituendum, ſeu faciendum id, quod conſcientia requirit. Vnde vbi agitur de confiſcatione bonorum confeſſio, qua in articulo mortis fatetur ſe fuiſſe vſurarium præiudicat Fiſco quantum ad vſurarum reſtitutionem, niſi contrarium probauerit. Farinac. *quæſt.* 82. *num.* 13. Guazz. *def.* 32. *cap.* 27. *num.* 3. Sed vt in foro eſteriori hæc confeſſio noceat plura requirũtur, vt DD. docent quos referunt Farinac. *d. quæſt.* 82. *nu.* 15. & Guazz. *d. cap.* 23. *num.* 4. Non tamen probat plenè in iudicio criminali, in quo confeſſio extraiudicialis intata non ſufficit ad condemnandum. Farinac. *d. quæſt.* 84. *num.* 49. vbi tamen agitur de probando aliquid, quod conſiſtit in animo confitentis, confeſsio extraiudicialis ſufficit ad condemnandum. Vnde crimen hæreſis plene probatur per extraiudicialem confeſſionem. Albert. *d. quæſt.* 25. *num.* 10. *de agnoſcen.* Farinac. *d. quæſt.* 82. *num.* 21.

76. Ex eodem tamen Farinac. *num.* 32. aduertit Eliſeus *tract.* 7. *quæſt.* 6. *num.* 9. quod in hoc caſu confeſsionis extraiudicialis eius, quod conſiſtit in animo, Reus ſolum damnatur in pœnam extraordinariam. Vbi etiam quis extraiudicialiter de delicto ſe extollit, & ſic quando hæc confeſsio deducitur ad iudicium tanquam particulare crimen, licet non ſufficiat ad condemnandam confeſſum pro delicto confeſſato, ſufficit tamen ad illum damnandum pœna extraordinaria ad arbitrium Iudicis pro crimine commiſſo ſic confitendo. *Cap. quod ſit graue de exceſs. prel.* Sed ſi in hoc caſu Reus pro delicto principali abſolueretur, poſſe illum aliqua pœna puniri propter iactantiam ex Baiard. *quæſt.* 55. dixit Guazz. *d. cap.* 33. *num.* 7. addens ex Caball. quod non viderit aliquem puniri pro illa iactantia poſtquam in tortura ſuſtinuerit. Imo in Clericis ſi confeſſio huiuſmodi inducat infamiam facti ſecundum Innocent. *in cap. per inquiſitionem de elect.* & alios poſſet Clericus priuari beneficijs etiam futuris. Sed ob infamiam facti clericum non priuari beneficijs, ſed ſolum ſuſpendi, vel ei iniungi purgationem canonicam verius dixit Panormitanus *cap. de hoc num.* 7. de Simon. & ibi Marian. *num.* 10. Farinac. *d. quæſt.* 81. *num.* 22. *in fine*.

77. Si etiam confeſſio extraiudicialis ſit facta in publico coram toto populo, vel maiori eius parte, ita vt inducat notorium, eam ſufficere ad confeſſum damnandum voluit Felinus *cap. At ſi clerici num.* 7. *de iudic.* Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 550. *num.* 35. *& l.* 2. *concl.* 1002. *num.* 12. explicans quando hoc verificetur. Et idem dicitur, ſi confeſſio fiat in Synodo repræſentante populum. Farinac. *d. quæſt.* 82. *num.* 17. In hoc autem caſu, & alijs ſimilibus confeſsio extraiudicialis habet vim maiorem ſi ſit facta coram Notario, & teſtibus, vel ſaltem coram teſtibus rogatis. Eliſeus autem *tr.* 7. *q.* 6. *num.* 7. vult quod huiuſmodi confeſſio ſi non ſit rogata à Notario non faciat notorium, & tamen ſufficiat ad condemnationem. Sed dicitur, quod notorium non pendet à rogitu Notarij, ſed ad illud ſufficit, quod ſit factum coram maiori parte populi.

78. Confeſsio tamen extraiudicialis regulariter ſufficit ad torquendum confeſſum, vt communiter Doctores omnes fatentur. Minori tamen extraiudicialiter confeſſo datur reſtitutio in integrum. Farinac. *d. quæſt.* 82. *num.* 25. Sicut verò confeſſio extraiudicialis Reo præiudicat, ita præiudicat accuſatori extraiudicialiter confitenti accuſatum eſſe innocentem, & facit maximum indicium pro innocentia accuſati. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 497. *num.* 4. Farinac. *d. quæſt.* 82. *num.* 26. Guazz. *d. cap.* 33. *num* 10. Et ideo excuſatio accuſatoris tollit indicium confeſsionis extraiudicialis. Guazz. *def.* 32. *cap.* 34. *num.* 4.

79. Controuertunt verò Doctores, an confeſsio extraiudicialis reuocata ſufficiat ad torturam, pluribus negantibus, affirmantibus alijs, ſed dici poteſt, quod ſi reuocetur in iudicio non tollitur indicium ad torturam, quia imo non eſt dabilis vſus, in quo confeſsio extraiudicialis faciat indicium ad torturam, niſi cum in iudicio, vel negatur, vel reuocatur; quia ſi in iudicio ratificatur non eſt locus torturæ, ſed Reus ſiue tortura damnatur; ſed ſi confeſsio extraiudicialis extra iudicium re adhuc integra reuocatur, non facit indicium ad torturam; quia reuocatio facta re integra infringit vim confeſſionis, & non eſt vnde Iudex vim facere velit in confeſsione reiecta, ſeu non attenta reuocatione. Et in hoc caſu vera eſt ſententia. Felin. hoc docentis *cap. olim num.* 2. *de Reſcript. & cap. de hoc num.* 1. de Simon. Menoch. *de præſumptione lib.* 1. *præſ.* 81. *num* 21. & aliorum quos referunt Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 350. *num.* 6. & Farinac. *d. quæſt.* 82. *num.* 27.

80. Similiter controuertunt Doctores an confeſsio extraiudicialis faciat indicium ad torturam, ſi ſit informis, ſimplex, incerta, generalis, & indiſcreta. Dicitur vero ſufficere, ſi confeſsio contineat certum delictum, & certam per-

ſonam, contra quam fuit commiſſum, vt ſi quis fateatur ſe occidiſſe Titium, licet non exprimat locum, & tempus, & alias circumſtantias Farin. *d. quæſt.* 82. *num.* 29. Guazz. *d. cap.* 32. *num.* 9. Eſt vero neceſſe, vt conſtet de cauſa delicti confeſſi, vel per confeſſionem confitentis delictum, & cauſam illius, vel ex alijs probationibus; nam alias inueriſimile eſt, quod quis deliquerit ſine cauſa. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 98. *num.* 17. Farinac. *d. quæſt.* 82. *n.* 32. Guazz. *d. num.* 9. Nam & confeſſio extraiudicalis, non ſufficit ad torturam, ſi ſit inueriſimilis. Et enim nec confeſſio iudicialis ſufficit ad torturam, ſi ſit inueriſimilis. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 17. Maſcard. *de prob. lib.* 1. *concl.* 350. *num.* 18. Farinac. *d. quæſt.* 82. *num* 35.

81. Similiter nec confeſſio emanata in calore iracundæ, vel ex ioco, aut laſcinia facit indicium ad torturam. Panormit. *cap. At ſi Clerici num.* 36. *de Iudic. vbi Dec. num.* 125. Menoch *d. quæſt.* 89. *num.* 19. Guazz. *d. cap.* 34. *num.* 101. Idem dicitur de confeſsione extorta per minas, vel metum, vel aduerſarij, aut veri delinquentis ſuaſionibus. Farinac. *d. quæſt.* 82. *num.* 38. Guazz. *d. cap.* 34. *num.* 10.

82. Confeſsio tamen Clerici, niſi ille ſit diffamatus de delicto, non facit indicium ad torturam ſecundum Felinum. *cap. At ſi clerici n.* 5. *de Iudic. vbi Dec. n.* 126. item Felin. *cap. olim num.* 2. *de Reſcript.* Farin. *de indic. ad torturam quæſt.* 41. *num.* 6. *& dicta quæſt.* 82. *num.* 41. vbi hoc declarat. Et hoc idem verificari in Religioſis aduertit Eliſeus *tract.* 7. *quæſt.* 6. *n.* 14. Sed hæc Decian. & Felin. doctrina forſan procedit in terminis. *cap. Inquiſitionis, & cap. qualiter, & quando de Iud.* ex quibus de iure Canonico per inquiſitionem non poteſt procedi contra Clericum non difamatum. Sed hodie, vt probatum eſt ſupra *quæſt.* 8. proceditur contra Clericum denunciatum licet non difamatum. Et ideo non videtur qualiter eius confeſsio extraiudicialis non probet, etiam ſi Clericus confeſſus non ſit diffamatus de delicto. Similiter nec ad torturam ſufficit confeſsio extraiudicialis incidenter ad alium effectum emanata. Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 43. Et tandem ad hoc, vt confeſsio extraiudicialis ſufficiat ad torturam, neceſſe eſt, quod ſit concludenter probata. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 121. Maſcard. *de prob. l.* 1. *concl.* 497. *num.* 17. Farinac. *d. quæſt.* 82. *num.* 44.

83. Vbi *num.* 45. quod ad eam probandam non ſufficiunt teſtes ſingulares, & *num.* 46. quod non ſufficiunt teſtes inhabilis, & *num.* 47. quod illi teſtes debeant eſſe rogari, & non ſufficiat ſi fortuito audiuerint per Gloſs. *in cap. de his, & cap. Audiuerunt* 3. *quæſt.* 6. Sed tamen addit, quod hoc à iudicibus in practica non ſeruatur. Sed hoc ſeruari à peritis, & bonis iudicibus tradit, Guazz. *d. cap.* 34. *nu.* 4. Sed huius neceſſitatem non video.

SVMMARIVM.

84 *Confeſſio extorta ſine præcedentibus indicijs non præiudicat confitenti.*

85 *Iudex qui extorſit prædictam confeſſionem, non poteſt procedere contra confitentem, nec medio alio proceſſu.*

86 *Quomodo confeſſus in tortura ſine præcedentibus indicijs poſſit puniri ab alio Iudice media noua confeſsione, & 87.*

88 *Iudex qui extorſit confeſsionem non præcedentibus indicijs, nouis indicijs ſuperuenientibus poteſt ad vlteriora procedere, dummodo non recuſetur à Reo.*

89 *Et habita ſecunda confeſsione præcedentibus legitimis indicijs procedere poteſt ad pœnam.*

Nec ſecunda confeſsio dici poteſt coacta, ſeu per vim extorta. ibid.

90 *Quomodo Reus poſsit reuocare ſecundam confeſsionem ratione metus primæ confeſsionis extortæ vi tormentorum.*

91 *Et quando illam reuocat probare debet torturam.*

Opiniones variæ. ibid.

92 *Ex pluribus capitibus confeſsio redditur invalida.*

93 *Quomodo ex minis dicatur confeſsio invalida. & 94.*

95 *Confeſsio facta à Reo ducto ad locum tormentorum ſine præcedentibus indicijs eſt extorta per metum, & 96.*

97 *Arbitrarium tamen eſt Iudici cognoſcere, & iudicare, an confeſsio facta in loco tormentorum ſit ob metum.*

98 *Ad hoc vt ſit extorta confeſsio metu tormentorum inueniri debet metus iniuſtus.*

99 *In dubio confeſsio præſumenda eſt ſpontanea.*

Opiniones variæ. ibid.

100 *Confeſsio extorta non præcedentibus indicijs, non dicitur extorta metu tormentorum.*

ARTICVLVS X.

De confeſſione extorta per torturam ſine præcedentibus, aut non ſufficientibus indicijs.

84. COmmunis ſententia docet, confeſſionem extortam ſine præcedentibus indicijs, vel cum indicijs non legalibus, non valere nec præiudicare confitenti. *l. prima §. Diuus Seuerus ff. de quæſ.* Hæc autem eſt verum etiam ſi confeſsio ſit iurata, & ſit emanata coram quocumque iudice, etiam habente liberum, & abſolutum arbitrium in procedendo. Nec talis confeſsio validatur per ſubſequentia indicia, & nec etiam ſi ſuperueniat confeſsio extraiudicialis. Et in quacumque cauſa, etiam ſi agatur de crimine Læſæ Maieſtatis, & alijs exceptis, & atrociſſimis delictis. Et hæc confeſsio nec confitenti, nec alijs nominatis nocet, etiam ſi ſit ratificata, & geminata, & millies ratificata,

quid.

quidquid in contrarium voluerit Bald. *in l. Vnica n. 18. & 19. C. de confeſsis*, & alij pauci, qui contra communiſſimam ſententiam loquuntur. Et imò huiuſmodi confeſſio extorta non valet, etiam ſi ſit per oculorum inſpectionē verificata, & ſi tortus confeſſus fuit ſe occidiſſe hominem tribus vulneribus, & illum ſepelliſſe in orto, & hoc poſtea verificetur, vt ex Bruno de Sole probat Farinaccius de Reo confeſſo *quaſt.* 83. *num.* 11. vbi *num.* 13.

85. Contra Marſilium probat, quod Iudex, qui hanc confeſſionem extorſit, non poteſt abſoluto Reo ab obſeruatione iudicij nouum proceſſum cōtra illum inſtruere; cum enim talis Iudex ſit iniquus, & iniuſtus, & de hoc conſtet ex actis credendum eſt cum paratum eſſe ad grauandum in futurum. Vnde etiam ſi Reus iſte coram tali Iudice in alio proceſſu ſponte fateretur, confeſſio eſſet inualida; quia nedum eſt inualida confeſſio ſine legitimis indicijs extorta, ſed etiam omnia inde ſecuta, vt ex Greg. Paride *de Put.* & alijs probat idem Farinac. *num.* 14. Souſa *lib.* 2. *cap.* 21. *numer.* 13. Vnde eſt quod ex tali extorta confeſſione non habetur indicium ad nouam torturam, aliter Iudices iniqui ſibi ad libitum pararent viam, vt prius extorta inique priori confeſſione, poſteà per aliam torturam ipſum, ſi confiteretur, damnare poſſent, quod eſt abſurdiſſimum & à iure improbatum. Hæc tamen diligentiori examine indigent, & videri debent quæ infra dicuntur *num.* 88. Interim hoc certum ſit, quod ſemper confeſſio extorta per torturam ſine indicijs legitimis eſt inualida cum alijs inde ſecutis, ac etiam ſi tortus ſit vir robuſtus, & ratificauerit confeſſionē. Far. *d. q.* 83. *nu.* 18. Niſi ſimus in caſu publicorum latronū, & diffamatorum, viarum craſſatorū, & taliū, qui ſine alijs indicijs torqueri iuſtè poſſunt. Maſc. *de prob. lib.* 1. *concl.* 353. *nu.* 30.

86. Sed quid dicendum, ſi confeſſus in tortura data ſine præcedentibus indicijs poſtea coram alio Iudice, qui metum non intulit ſponte ratificat confeſſionem. Fuit multorum opinio, quos refert, Guazz. *defenſ.* 30. *cap.* 39. *nu.* 2. quod confeſſus per indebitam torturam ſit abſoluendus, & nec per alium Iudicem ſit amplius examinandus; ſed ipſe Guazz. admiſit, quod Reus ſi prius excarceretur, & ponatur in priſtinam libertatem poſſit poſtea non per eundem Iudicem, ſed per alium fabricato nouo proceſſu iterum capi, & citari, & ſeruato ordine iuris cauſa expediri. Sed alij dicunt, quod ſi ſit ſponte confeſſus & non reuocet confeſſionē factam coram alio Iudice non per metum tormentorum, confeſſio erit valida, quia libera, & ſpontanea eſt, ſi alias Iudex nullam vim faciat. Maſcard. *concl.* 317. *num.* 9. Souſa *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 14. Quamuis, & in hoc caſu conſiderari debeat, quod metus prioris torturæ iniuſtè illatæ, poteſt permanere. Ideò ſaltem ſi confeſſus coram alio Iudice metum non incutiente coram eodem Iudice reuocauerit confeſſionem tamquā factam in ſui initio metu tormentorum iniuſtè illatorum non eſt valida ad confeſſum damnandum, imò fore nec ad illum nouiter torquendum prout tenuit Rota Auenionen. *deciſ.* 138. apud Laurent. Hieronymum prout refert Farin. *d. quaſt.* 81. *num.* 21. Vbi hoc non approbat; Sed conſiderari etiam debet, quod nonus Iudex ex vi confeſſionis ab alio iniuſtè illatæ non poteſt Reum torquere.

87. Sed pro reſolutione huius difficultatis dicendum, quod confeſsio extorta non præcedentibus indicijs per ſe, & ex ſe non impedit proſecutionem proceſſus ſuper ipſa non fundati, & vim ex illa non habentis, vndè nec impedit fabricationem alterius proceſſus ex ea vim non ſumentis. Et ideò indicijs ſuperuenientibus per alium Iudicem poteſt contra Reum formari nouus proceſſus, & poteſt Reus citari, & capi, & ſucceſſiuè ſeruato ordine iuris torqueri, & damnari, vt docuerunt plures, apud Guazzin. *defenſ.* 30. *cap.* 38. & habetur ex Farinacc. *quaſt.* 83. *num.* 13. & 20. Sed nec eſt neceſſe quod prius Reus excarceretur, ſi indicia inueniant illum carceratum, ſed poteſt in carceribus detineri, & iudicari. Nec vrget quod in contrarium affertur, quia ſcilicet, metus durare dicitur quandocumque in Iudice durat eadem torquendi facultas; quia falſiſſimum eſt, quod facultas torquendi fundet rationabilem metum, & iuſtum, q i inualidet confeſſionem, aliter nullus proceſsus fieri poſset, cum in quolibet Iudice nedum ſit facultas torquendi, ſed obligatio, & neceſſitas ſic faciendi, quando Reus ſufficienter indiciatus de delicto obſtinate illud negat; ſed ſolus rationabilis timor iniuſtitiæ, & abuſus facultatis torquendi contempta iuſtitia, dat Reo aliquod ius ſe aliquo modo defendendi; & impediendi proceſsum. Hic vero timor non oritur, niſi ex ſuppoſita mala qualitate Iudicis iudicantis, qui velit abuti facultate torquendi; vnde hic timor tollitur ex bona qualitate Iudicis, qui ſit vir timoratæ conſcientiæ, de quo timeri non poteſt, aut debet quod iniuſtè velit Reum torquere. Et ex quo primus Iudex iniuſtè egit, & inique Reum torſit, per ſe loquendo non poteſt hoc præſumi de alio, vel poteſt Reus id rationabiliter timere de illo. Et ideò ad ſummum in aliquo caſu ſpectatis circumſtantijs, vt ſi Reus ſit perſona rudis, neceſse erit timorem remoueri, ſed ſufficiet, ſi Iudex certum faciat Reum, & illi ſuadeat, vt non timeat, quia nulla iniuſtitia illi fiet; Et ſi adhuc timeat de illo alio Indice Reus Iudicem illum recuſare poteſt; ſed nullum ius habet recuſandi aliud iudicium. Alias enim timor iuſtitiæ, & ſic timor quod habens facultatem torquendi, & quod Reo neganti Iudex habens indicia ſufficientia ad torturam Reum torquebit, non impedit proceſsum, aliter proceſsus eſset impoſſibilis; ſed imò iuſti Iudices hunc timorem iuſtitiæ incutiunt, vt Rei ad veritatem fatendam moueantur, & Reos medio timore iuſtitiæ innumeros à peccando detinet. Et ideò quod coram alio Iudice, qui metum non intulit, ceſset omnis metus dixit

Farinacc. *quæſt.* 83. *nu.*13. *&* *nu.* 20. addit quod confeſſio ſine indicijs extorta, ſi coram alio Iudice fuerit ratificata,ſufficit ad Reum damnandum, ſi Reus ſit perſona ſagax, vel ſi Iudex certum fecerit illum, quod non timeat de tortura; ſed liberè fateatur veritatem, quod tamen eſt intelligẽdũ iuxta explicata infra *n.*88.*&* *ſeq.* Cæterum ſi ab alio Iudice vim non inferente non poſset procedi contra delinquentem, eſſet in poteſtate cuiuſcumque Iudicis impedire iuſtam cauſarum proſecutionem, & delinquentes abſoluere modica illis iniuſtitia illata.

88. Sed loquendo de eodem Iudice duplex occurit difficultas. Prima eſt an ille ex indicijs quæ ſuperuenerunt poſſit procedere contra reum. Secunda eſt, an confeſſio Rei ſit valida, & illi noceat. Ad primam difficultatem dicitur, quod talis Iudex poteſt recuſari,ſed ſi non recuſatur Iudex poteſt ad vlteriora procedere, quia ex iniuſtitia commiſſa Iudex iuriſdictionem non amittit; & ideo Reo non opponente poteſt in cauſa procedere vt probatum eſt ſupra *quæſt.* 3. *art.* 8. Nam, & de iure poſitiuo in hoc caſu impoſita non eſt Iudici pœna ſpecialis; Sed ille pœna arbitraria puniri debet pro iniuſta tortura, vt docet Menoch. *caſ.* 340. *num.* 4. & ex eo Baiard. ad Clar. *quæſt.* 64. *num.* 38. Itaque licet ſpectata qualitate delicti Iudex pro hac iniuſtitia poſſit ſuſpendi ab officio, vel etiam abſolui; niſi tamen prius fuerit abſolutus, vel ſuſpenſus, poteſt vti ſua facultate, & in cauſa procedere, & niſi à Reo recuſetur poteſt in cauſa ad vlteriora procedere. Nec obſtat, quod habet Farin.*quæſt.*83. *num.*13.quia ſcilicet, Iudex iſte eſt ſuſpectus, & iniuſtus, & de eius iniuſtitia conſtat in actis, & quod ſemper, & in futurum grauare paratus ſit, credendum eſt; quia hoc non probat, niſi quod Iudex iſte iniuſtus, & ſuſpectus recuſari poteſt, ſed ſi non recuſetur, & ipſe iuſte procedat, & in actis plenè conſtare faciat de iuſtitia à ſe omnino ſeruata proceſſus ſuſtinebitur. Et licet aliqui DD. aduerterint, & benè, quod in hoc caſu tutius ſit quod Iudex abſoluat Reum ab obſeruatione prioris Iudicij, & deinde per alium proceſſum procedat contra illum, tamen hoc non eſt ſimpliciter neceſſarium, ſed ſufficit, quod Iudex faciat conſtare in proceſſu, quod ille nulla vi facta in confeſſione iniuſtè extorta non præcedentibus indicijs, ex ſolis indicijs, & probationibus legitimis ſeruato in omnibus alijs ordine iuris proceſſit in cauſa.

89. Ad ſecundam ergo dubitationem reſpondetur, quod in hoc caſu nedum idem Iudex non recuſatus poteſt proſequi proceſſum ex alijs indicijs, & nulla facta vi in confeſſione iniuſtè extorta, ſed ſubſequens confeſſio habita præcedentibus legitimis indicijs cenſeri debeat ſpontanea per ſe loquendo, & præciſa alia circumſtantia. Nam confeſſio iſta non poteſt dici coacta, & per vim extorta, nec orta ex timore torturæ; eo quia ex dolore prioris torturæ timens nouam torturam confeſſus fuerit. Nam ſi hoc valeret per ſe loquendo, validè non poſſe aliquis torqueri ſecunda, vel tertia vice, ſed eius confeſſio præſumeretur inualida, & orta ob metum torturæ, quod affirmari non poteſt. Secundo quia non eſt verum quod timor torturæ durare præſumatur. Nam ratificatio confeſſionis habitæ in tortura cenſetur libera, & ſpõtanea etiam facta intra terminum vnius diei, multo magis igitur præſumi debebit ſpontanea illa confeſſio, que habetur poſt plures dies, imo forſan menſes, & annos. Tertio quia non debet præſumi quod ex ſolo timore torturæ quis velit confiteri delictum, quod non fecit cum ſui, & ſuorum dedecore, & ſubijciendo ſe pœnæ graui præcipue corporali; ſed neque huiuſmodi confeſſio præſumi poteſt coacta ſeu emanata ob metum iniuſtæ torturæ, aut alterius iniuſtitiæ. Primo quia hic metus præſumi non poteſt in eo, qui non habet notitiam prioris iniuſtitiæ, nec habet aliunde vnde timeat iniuſtitiam ſibi fieri. Secundo, quia ſi timeret iniuſtitiam recuſaret Iudicem, & ſe eximeret ab illo timore, & dum Iudicem non recuſat, non poteſt in eo præſumi timor iniuſtitiæ ſibi futuræ per Iudicem. Tertio quia quatenus opus ſit poteſt ab illo auferri omnis iniuſtitiæ timor, prout dictum eſt.

90. Quod ſi huiuſmodi Reus confeſſionem hanc habitam Iudice interrogante ex legitimis indicijs poſtea reuocauerit, ſub prætextu quod orta fuerit ex metu prioris torturæ iniuſtè illatæ, Farinacc. *quæſt.* 83. *num.* 21. ex Rota Auenion. dubitat an talis confeſſio ſufficiat ad torturam, ſed in hoc locum habebit arbitrium præſentis Iudicis omnibus circumſtantijs benè conſideratis.

91. Quando verò confeſſus dicit de nullitate confeſſionis, ex eo quod confeſſio fuerit extorta per torturam, an debeat probare torturam controuertunt DD. Affirmant enim Baldus *l. num.*1.23.*de confeſſ.* Boſſ. *tit.de confeſſ.num.*74. & alii relati à Farinacc. *dicta quæſt.* 83. *num.* 23. *&* *34.* qui etiam hanc opinionem iudicat veriorem; ſed negant Anchar. *conſ.* 24. *numer.* 3. *lib.* 5. Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1384. *num.* 61. & apud ipſum, & Farinaccium *nu.* 23. plures alij; eo quod id totum præſumatur. Sed ſequendo etiam primam ſententiam aduerti debet, quod magis credendum eſt teſtibus de tortura, probatis præſumptionibus, & coniecturis, & per famam, & per gemitum, & clamorem auditis ab illis qui clamantis vocem notam habeant. In hoc enim caſu teſtes de auditu plenè probant. Et pariter potens coniectura eſt, ſi Reus portat brachia ad collum, & appareant ſtigmata, & ſigna ligaturæ; & ſimiliter in hoc caſu tortura probatur per domeſticos, & familiares poteſtatis, & per carceratos, & conſcios Rei carcerati; quod tamen intelligitur quantum ad effectum inualidandi confeſſionem, non verò quantum ad effectum puniendi Iudicem, qui iniuſtè torſit; quia ad hunc effectum non ſufficiunt præſumptiones, ſed requiritur plena

pro-

probatio. Videatur de his Farinacc. *d. quæſt.* 83. *à num.* 25.

92. Confeſſio autem facta metu tormentorũ ſine legitimis indicijs ſecundũ aliquos æquiparatur confeſſioni extorta per torturã, & ideò eſt inualida, *l. prima* §. *ſi quis ff. de quæſt.* & communiter Doctores, ſed ex hoc præciſè quod confeſſio fuerit extorta ſine præcedentibus indicijs, non dicitur extorta metu tormentorum, vt ex Farin. *quæſt.* 83. *num.* 36. notat Guazz. *def.* 30. *cap.* 37. *num.* 5. quamuis ex adiunctis circumſtantijs haberi poſſit vt talis; verum tamen eſt quod actio incuſſiua metus ad effectum, vt Reus fateatur delictum, cuius non adeſt indicium in iudicio, ſpecialem rationem iniuſtitiæ continet, ob quam etiam redditur inualida confeſſio. Suppoſito igitur quod confeſſio emanauerit ſine indicijs legitimis præcedentibus, & adſint aliæ circumſtantiæ id ſuadentes confeſſio dicitur extorta per metum, vt ſi fiat per carceratum in carcere atroci, vtputa in carcere ſubterraneo, qui potius eſt fouea, vel puteus, quam carcer, Panormit. *cap. finali numer.* 11. *de confeſſ.* & vniuerſaliter ſi carcer ſit in quo mortis timor, vel corporis cruciatus torqueat carceratum. Panormitanus *numer.* 12. Vel ſit locus in quo carceratus fame, & frigore cruciatur, & præcipue ſi tempore hiemis carceratus ſpoliatus veſtibus ſtat ad aerem, vel ſi carcerato denegantur alimenta; quod vere eſt carceratum non ſolum torquere, ſed necare. Item ſi detineatur in cippis, catenis, & manicis ferreis. Farinacc. *dicta quæſt.* 83. *num.* 41. *& ſeqq.* Et nihilominus ſi Iudex in his non excedat, ſed cuſtodiat Reum eo modo, quo in loco ſolet cuſtodiri, & modo ſolito, vel modo, quo Reus pro qualitate criminis, aut conditione perſonæ cuſtodiri debet, & terminos iuſtitię non excedit, non poteſt præſumi, quod confeſſio facta à carcerato ſit facta metu tormentorum, vt ex eodem Farin. *quæſt.* 83. *num.* 44. aduertit Guazzin. *def.* 30. *cap.* 36. *num.* 6. *in fin.*

93. Multa autem dicunt D.D. de minis factis à Iudice, quæ sũt digna obſeruatione in hoc caſu, in quo Iudex non habet ſufficientia indicia ad torquendum, vel minandum; in hoc enim caſu non omnes minæ ſufficiunt ad hoc, vt confeſſio dicatur extorta per metum, & inualida; ſed vbi indicia talia deſunt, & Iudex minatur tormenta, ſi Reus non confiteatur, quoniam minæ illæ ſunt iniuſtæ, & iniuſtum timorem incutiunt, confeſſio ſequens dicitur extorta per metum præcipue in perſona non ſagaci, timida, trepidæ compleſſionis, & debilis, vt puta in muliere; & eo magis ſi minæ ſint atroces, terribiles, & Iudex ſit ſolitus minas exequi. Et ſi Iudex decernat torturam, & hoc decretum ſit ſcriptum à Notario, confeſſio ſecuta dicitur facta metu tormentorum, quod eſſe notabile aſſetit Farinaccius *dicta quæſt.* 83. *num.* 50.

94. Et ideo in noſtro caſu ſolæ minæ de torquendo Reo, etiam non ſpoliato, non ligato, nec poſito ante tormenta iuncta potentia exequendi eas inducunt metum iniuſte. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 355. *num.* 14. *&* 33. & alij relati à Farinacc. *d. quæſt.* 83. *num.* 45. & de indicijs, & tortura *quæſt.* 36 *num.* 96. Guazzin. *def.* 30. *cap.* 36. *num.* 1.

95. Dicitur etiam confeſſio extorta per metum ſine præcedentibus indicijs, ſi ſit facta à Reo apud tormenta, vel in loco tormentorum, ſi cum hoc adſint etiam minæ de torquendo; ſed imo etiam ſine minis ſola conductio ad locum tormentorum ſufficit ad incutiendum metum, ſaltem ſi Reus ſit perſona timida, debilis, & puſillanimis, imò quod abſolutè hæc ſola conductio incutiat metum, tenuerunt plures relati à Farinacc. *d. quæſt.* 83. *num.* 51. Quod probabilius aſſeritur, quia interrogare Reum coram tormentis, vel in loco tormentorum, eſt factum de ſe incutiens metum, & per accidens eſt, quod Reus non ſit timidus, non timidi enim & fures nec timent actualem torturam, & tamen negari non poteſt, quod confeſſio facta in tortura non præſumatur facta metu torturæ.

96. Et quidem non negatur licere Iudici habenti ſufficientia indicia ducere Reum ad locum tormentorum, ſiuè animo torquendi, vt aſſeruerunt Panormitanus *cap. afferte numer.* 1. & ibi Felin. *nu.* 1. *de præſumpt.* Sed non per hoc negari poteſt, quod talis inductio non incutiat metum, & ſi huiuſmodi fiunt ſine præcedentibus indicijs, & iuſta cauſa metum iniuſtum non incutiunt; quod euidentius eſt verum, ſi Reus ligatur ad torturam cum minis, vel etiam ſinè minis de torquendo, & etiam ſi Reus ſpoliatus fuit ad effectum, vt torqueretur, etiam quod non fuerit ligatus. Imò ſi Reus fuit tortus etiam præcedenti die, ſeu aliàs prius fuit tortus, & poſtea ſine minis fateatur, dicitur hæc confeſſio facta per metum, quia metus dicitur durare, quamdiu durat eadem torquendi poteſtas, & in tortura illata ſine indicijs, & præſumitur metus durare quoſque Reus fuerit dimiſſus Farinacc. *dicta quæſt.* 83. *num.* 58.

97. Sed abſolutè loquendo dicendum eſt arbitrarium eſſe Iudici, an in hoc caſu confeſſio dici debeat facta ob metum tormentorum. Vbi enim corpori non incutitur dolor non adeſt propriè tortura. Ex eo igitur quod Reus ducitur ad locum torturæ, vel ſpoliatur, vel etiam ligatur, vt torqueatur, adhuc non torquequetur, & ideò diſtingui debet inter perſonas, quæ ſi fuerint timidæ, debiles, & puſillanimes tunc non ſolum præfati actus, ſed ſolæ minæ in animo timorem incutiunt, ſed in delinquentibus ferocibus, vt aſſaſſinis, impoſtoribus, latronibus famoſis, farinellis, bannitis, quælibet Iudicis irati concuſſio, & territio, vbi corporis non incutitur dolor non dicitur tortura, vt explicat Guazzin. *def.* 30. *c.* 86. *num.* 2.

98. Sed aliter etiam diſtinguendum eſt; nam aliud eſt quod incutiatur, metus, aliud eſt quod incutiatur metus iuſtus, vel iniuſtus, & inualidans confeſſionem. Non enim poteſt negari, quod ex prædictis non incutiatur metus,

ſeu

ſeù quod talia ex ſui natura non ſint inductiua metus, ſed dum talia fiant ex iuſta cauſa licitè fiunt. Et tunc ad ſummum, vbi incuſſus timor fuerit cauſa confeſſionis erit neceſſaria, & ſufficiet tarificatio confeſſionis ceſſante metu, ſed vbi præfata fiunt non præcedentibus indicijs iniuſtè fiunt, ſunt iniuſtæ incuſſiones timoris; & ideò tunc vrget fortior præſumptio, quod confeſſio emanauerit ex metu iniuſtè incuſſo; ſed tamen ſi in rei veritate confeſſio non fuit ex timore non dicitur ex hoc inualida, quia fuerit extorta per metum, licet ſit talis, quia fuit extorta non præcedentibus indicijs.

99. Et ideò arbitrium Iudicis iuſtum, & rationabile decernere debet in caſibus ſingularibus, an confeſſio fuerit extorta metu tormentorum. In dubio autem confeſſionem præſumi ſpontaneam, & factam ex conſcientia criminis, dixerunt multi cum Baldo *in l. Vnica num.* 24. *C. de confeſſ.* & hoc probabilius putat Farinac. *dicta quaſt.* 83. *num.* 36. Sed oppoſitum plures voluerunt, quos refert Farinacc. *num.*33. ſemper enim, & in Iudicibus præſumitur terror, & ſemper in carcerato pro crimine inſtat metus Et Rei, vt plurimum vitam ſuam non ita contemnunt, vt velint ſponte delicta confiteri; Iudicis igitur erit conſiderare circumſtantias ſingulares, & videre quænam ex contrarijs præſumptionibus præualeat; Nam & non defuerunt, qui dixerint confeſſionem non præcedentibus indicijs factam à carcerato præſumi eſſe factam per metum, & quamuis plures alij contrarium dixerint, & loquendo de ſolo carcere non arcto, & præcedentibus indicijs ſufficientibus ad carcerationem, hoc ſit verum, & practicatum; tamen vbi non præceſſerunt indicia priorem opinionem forſam ſuſtinendam docuit Farinacc. *numer.* 39. Et maximè, vbi Iudex ſit malę qualitatis, & ſolitus metum, & violentiam inferre.

100. Nihilominus in hac parte non eſt recidendum à dictis ſupra quod ſcilicet, ex eo præciſe, quod confeſſio ſit extorta non præcedentibus indicijs non dicitur extorta metu tormentorum, & ideò Farinac. *d. numer.*39. dicit, quod ex ſolo defectu iſto, quod non præceſſerint indicia, non annulatur ſpontanea confeſſio. De quo videantur dicta ſupra in hac *q.* Iudicis igitur arbitrio commiſsũ eſt videre quando ex circumſtantijs confeſſio ſine præcedentibus indicijs dicatur extorta per metum tormentorum.

SVMMARIVM.

101 *Confeſſio emanata in tortura non ſufficit ad Reum condemnandum, niſi ratificetur.*
Quando, & quomodo fieri debeat ratificatio. ibid.
102 *Confeſſio emanata in tortura ſine indicijs non valet, etiamſi ſit ratificata.*
103 *Talis ratificatio eſt neceſſaria de iure naturæ, ad hoc vt confeſſio plenè probet.*

ARTICVLVS XL.

De confeſſione facta in tortura præcedentibus indicijs.

101. COmmunis, & vera concluſio eſt, quod confeſſio emanata in tortura, non ſufficit ad condemnandum confeſſum, niſi extra torturam ſit ratificata *l.* 3. *§. quaſt. ff. de queſ.* Confeſſio, verò habita in tortura, & debito ſeruato interuallo extra torturam ratificata cenſetur ſpontanea, & ad condemnandum ſufficit. Hæc verò ratificatio eſt neceſſaria, etiam quando confeſſio eſt extorta metu tormentorum. Hæc verò ratificatio ex conſuetudine poteſt fieri etiam in carcere, & non adhibitis teſtibus. Et ne ab alijs carceratis Reus confeſſus inſtruatur, vt reuocet confeſſionem, in alio carcere ſecreto debet Reus reponi, donec confeſſionem ratificauerit. Non debet verò fieri hæc ratificatio incontinenti, nec paulò poſt torturam, quando adhuc durat torturæ dolor. Sed ex interuallo adminus 24. horarum, maximè ſi tortura fuit grauis. Quamuis verè hoc ſit arbitrarium Iudici ſpectata qualitate perſonæ tortæ, & quantitate tormenti illati decernere quantum debeat eſſe hoc interuallum Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 38. Clar. *quaſt.*64. Farinac. *dicta quæſt.* 67. *num.* 76.

102. Quidquid verò in contrarium dixerit Baldus *l.* 1. *num.*18. *C. de confeſsis*. Ratificatio eſt neceſſaria etiam ſi confeſsio facta in tortura ſit adminiculata aliquo indicio, nam aliter numquam ratificatio eſſet neceſſaria, quia vbi confeſſio emanauit ſine indicijs, non valet etiam ſi ſit ratificata. Ratificatio igitur, vel non eſt neceſſaria, vel tunc etiam eſt neceſſaria, quando confeſſio eſt indicijs adminiculata, & eadem ratione neceſſaria eſt ratificatio, etiã ſi ſit adiuncta confeſſioni extraiudiciali. Et etiam ſi tortus ſit perſona fortis, & tortura leuis, vt per Doctores quos refert Farin. *d. quaſt.* 83. *num.* 79. 81. *&* 82. Et Guazz. *def.* 30. *c.* 35.

103. Ratificatio vero iſta eſt neceſſaria de iure naturæ, ſaltem vt confeſſio habita in torturra plenè, & integrè probet, & non ſit ſuſpecta, & imbecilis.

SVMMARIVM.

104 *Delicta triplici modo manifeſtantur.*
105 *Abſens contumax cenſetur confeſſus, & puniendus non iure communi aut Canonico, ſed vigore ſtatutorum particularium.*
Abſens contumax non comparens in termino, iuxta exigentiam delicti, tam in foro ſeculari, quam Eccleſiaſtico condemnatur. Ibid.
106 *Contumax habetur pro confeſſo quando legitime citatur, ex legitimis indicijs, quæ valent ad torturam.*
107 *Citatio debet eſſe trina, vel vna pro tribus, vt contumax declaretur.*

108 *In*

108 *In foro ſeculari ſi Reus non compares in termino poſt tres citationes damnatur, non in foro Eccleſiaſtico.*

109 *Citationis terminus debet eſſe competens, ſicut & copia reo citato relinquitur, vel perſonaliter, vel domi.*

110 *Fugitiui citantur ad valuas, vel in ſolito loco reſidentiæ.*

111 *Iudex domicilij requiritur, vt forenſes extra territorium citentur coram Iudice loci delicti.*

112 *Quomodo ſit neceſſaria ſpecialis citatio ad ferendam ſententiam contra effectum contumacem.*

113 *In iudicio regularium ſufficit per epiſtolam, vel affigere citationem in loco ſolito, in quo conueniunt.*

114 *Differenter contumax pronunciatur in foro ſeculari, & in foro Eccleſiaſtico.*

116 *Religioſi Iudices non poſſunt cõtumaces damnare in pœnam delicti niſi ſeruata forma fori Eccleſiaſtici.*

117 *Contumax comparens ante ſententiam eſt audiendus, & diuerſimodè debet audiri in foro ſeculari, & Eccleſiaſtico.*

118 *Ad executionem ſententiæ multa ſunt neceſſaria.*

121 *Fiſcus non tenetur probare Reum contumacem deliquiſſe.*

121 *Contra ſententiam vi ſtatuti habitam contra contumacem probatio in contrarium admittitur. ibid.*

Iudex ex officio tenetur quærere Rei innocentiam. ibid.

Contra ſententiam fundatam in falſis probationibus datur reſtitutio in integram. ibid.

122 *Exceptio incompetentiæ Iudicis admitti debet in omni ſtatu.*

123 *Plures ſunt caſus, in quibus Reus poteſt petere à Principe reſtitutionem in integrum.*

124 *Reus vigore ſtatuti confeſſus poteſt appellare à ſententia contra ſe prolata, non tamen ſi eſt abſens.*

125 *Impeditus venire ad curiam non eſt contumax.*

126 *Iudex ignorans impedimentum poteſt proſequi proceſſum, qui eſt validus ſicut & valida ſententia.*

127 *Impedimenta iuſta aſſignantur.*

128 *Iudex vnius territorij ſi cœperit bannitum contumacem, non poteſt ſententiam exequi contra illum, benè tamen in ſtatu Eccleſiaſtico.*

129 *Pœna lata in ſententia non debet excedere demerita.*

130 *In foro Eccleſiaſtico Reus habetur pro confeſſo poſt ſecundam contumaciam per annum poſt ſententiam.*

131 *Pœna debet eſſe proportionata delicto, nec debet eſſe maior contra abſentem ficte confeſſum, quam contra præſentem confeſſum.*

132 *Pro delicto non debet damnari perſona non capax delicti.*

133 *Admiſſus ad nouas defenſiones debet audiri.*

134 *In foro Eccleſiaſtico Reus poſt duplicem contumaciam tantum habetur pro confeſſo.*

135 *Inquiſitus de delicto, & contumax pro inconfeſſo debet damnari.*

136 *Probans ſe innocentem, & non contumacem debet abſolui.*

137 *In foro Eccleſiaſtico eſt ſimpliciter contumax, qui legitime citatus, & non comparens pertinaciter in termino per annum.*

138 *Non reſpondens interrogationi ſine iuſta cauſa tacite dicitur confeſſus.*

139 *Conditiones requiſitæ, vt aliqui habeantur pro confeſſis tacitis.*

140 *Vt confeſſio inducatur tacita requiritur, quod ponantur conditiones de ſcientia, & conſenſu ſupplicantis, aut contrahentis.*

141 *Si illæ conditiones exponantur ab alijs, ſiue à ſupplicante, vt liberet ſe à vexationibus nulla oritur vera delicti confeſſio.*

142 *Diſtinctio de delicto tranſigibili, aut non tranſigibili reijcitur.*

143 *Supplicatio iudicialis in qua eſt aſſertio delicti probat delictum.*

Princeps negans gratiam non poteſt coegere ad fatendum delictum. ibid.

144 *Petitio abſolutionis infert confeſſionem excommunicationis.*

145 *Effractor Carceris non punitur pœna confeſſi, ſed pœna arbitraria.*

ARTICVLVS XII.

De confeſſionibus tacitis, & præcipue de ficta confeſſione contumacis.

104. NEdum verbis, ſed factis delicta manifeſtantur, nam & facta loquuntur. Triplici autem facto cenſetur delinquens fateri delictum, nimirum per contumacem inobedientiam non veniendi ad Iudicem, & per contumaciam non reſpondendi Iudici, & petitionem indulgentiæ.

105. Primo igitur abſens contumax cenſetur confeſſus, & pro tali punitur, ſi legitime citatus, vt reſpondeat ſuper delictis ſibi impoſitis, non compareat in tempore ſtatuto. Hoc quidem de iure communi non procedit, quia de iure communi excepto delicto læſæ Maieſtatis abſens non poteſt damnari ad pœnam corporalem à relegatione ſupra *l. abſentem §. aduerſus contumacem, ff. de pœnis l. abſentem l. de accuſ.* Quod procedit etiam de Iure Canonico, ex quo nec abſens poteſt puniri, lite illi non conteſtata. Clar. *quæſt.* 44. Nihilominus vigore ſtatutorum particularium, vel etiam conſuetudinis tribunalium abſens contumax punitur, & ac ſi ſit confeſſus damnatur, etiam ad mortem. Sic enim Romæ adeſt ſtatutum *l. 2. cap. 2. 3. & 13. in antiq.* Et in ſtatu Eccleſiaſtico motus proprius Pauli Tertij inter Conſtitutiones Marchiæ, *lib. 4 c. 10.* Et talem eſſe conſuetudinem Italiæ, Franciæ, & Hiſpaniæ teſtantur plures

DD.

DD. apud Clarum *quæſt.44.* & Farin. *quæſt.11. num.3.* Sic igitur vbi qui deliquit ſit abſens, ne in præiudicium fiſci bona illius celentur, vel ſubripiantur, fit illorum inuentarium publicum, illaque in loco tuto, vel apud tertium depoſitarium deponuntur, citaturque Reus ad comparendum, & reſpondendum intra præfixum terminum; qui ſi non comparet, habetur pro confeſſo, & damnatur in pœnam confiſcationis bonorum, & exilij, vel triremium, vel mortis iuxta exigentiam delicti. Si verò ante ſententiam compareat admittitur, & præcedentia acta euaneſcunt, & reſoluuntur in vim ſimplicis citationis. At verò poſt ſententiam ſi compareat ſponte infra annum admittitur ad ſe defendenddm; ſed ſi vel infra annum capiatur, vel poſt annum ſponte veniat, ac ſi crimen notorium eſſet, & ſententia tranſierit in iudicatam, ipſa excutioni datur, niſi per gratiam reſtituatur in integrum. Hæc verò non ſolum procedunt in foro ſeculari; ſed & in Eccleſiaſtico, in quo contumax non comparens in termino excommunicatur, & ſi per annum inſorduerit in excommunicatione in pœnam delicti competentem damnatur Clar. *quæſt.44.* Bictus *quæſt.85. num.5.*

106. De huiuſmodi contumaci egi *Cap.* cum contumacia *de hæret.in 6.* Et ex ibi dictis breuius hic aliqua referam. Multa igitur requiruntur, vt contumax habeatur pro confeſſo, & damnari poſſit, & ſententia contra illum lata executioni dari debeat. Primò enim requiritur, quod Reus legitime citetur, & ex legitimis indicijs, nec ſufficiunt leuia, quæ valent ad ſumendas informationes, ſed grauiora, & talia, quæ ſufficerent ad torturam, non enim minus præiudicatur Reo per hanc citationem, virtute cuius damnatur etiam ad mortem, ſi non compareat, quam fiat illi per torturam.

107. Secundò citatio debet habere inſertam cauſam, & delictum in ſpecie, ſeu continere Inquiſitionem ſpecialem, vt, ſcilicet, Reus compareat reſponſurus ſuper tali delicto ſibi imputato exprimendo delictum, & eius circumſtantias, & qualitates; ſed hæc conditio non eſt de ſubſtantia citationis, ſed ſufficit, quod citetur inquiſitus ad reſpondendum citationis tenori. Vnde in hoc ſtudium eſt conſuetudini vniuſcuiuſque tribunalis. Farinaccius *quæſt.11. num.40.*

108. Tertiò non ſufficit, quod ſit vna, ſed requiritur trina citatio ſecundum Baldum Boſſ. Foller, & alios, quos refert Farinaccius *qu.11. num.38.* Sed neque hæc conditio eſt de ſubſtantia; ſed hic diſtinguendum eſt. Nam in prima citatione poteſt inquiſitus citari ſimul ad totam cauſam, & ad omnes actus cauſæ, & tunc ſufficit vnica citatio. Sed hac citatione ad totam cauſam non debet vti Iudex, niſi adſit cauſa grauis, & valde vrgens, & regulariter non eſt in vſu. Si autem Reus primo citatur ſolum ad comparendum, & reſpondendum, debet poſtea citari ad ſingulos alios actus, & ad dicendum quare non debeat declarari contumax, & damnari. Et cum plures Doctores velint, quod citationes ad comparendum, & reſpondendum iuxta tenorem inquiſitionis debebeant eſſe tres, quia pro prima contumacia nullus damnatur, in iudicio tamen ſummario ſufficit vnica pro tribus aſſignando in illa tres terminos, & tot dies pro primo, & tot alios pro ſecundo, & tot alios pro tertio, & vltimo termino peremptorio. Et in hoc diſcrimen eſt inter forum ſeculare, & forum Eccleſiaſticum, quia in foro ſeculari ſufficiunt quatuor, vel duæ citationes nimirum tres, vel vna peremptoria pro tribus, & poſtea alia ad dicendum quare non debeat haberi, vt contumax, & damnari.

109. In eo enim foro Reus citatus ad comparendum, & reſpondendum, ſi non comparet in termino, ſtatim declaratur contumax, & damnatur per ſententiam diffinitiuam, & ideo poſt citationes tres, vel vnam pro tribus ſufficit, quod iterum Reus citetur ad dicendum, quare non debeat damnari vt contumax, & ſic ad ſententiam. Sed in foro Eccleſiaſtico, in quo Reus non comparens in termino ſtatim non damnatur, ſed prius excommunicatur, & damnatur ſolum ſi per annum inſorduerit in excommunicatione, vt in *cap. cum contumacia de hæreſ. in 6.* quinque citationes ſunt neceſſariæ, tres ſcilicet, vel vna peremptoria pro tribus ad comparandum, & reſpondendum ſuper contentis in inquiſitione, quarta ad dicendum cur pro contumacia in non comparendo non debeat excommunicari, quinta ad dicendum cur non debeat damnari, & ſic ad ſententiam definitiuam.

110. Quartò in citatione debet aſſignari terminus competens ad comparendum, ſpectatis perſona, tempore, & loco, & alijs circumſtantijs. Ita quod nec valeat citatio ſine aſſignatione termini, nec aſſignatio termini ſine citatione. Quinimò ipſi Reo citato relinqui debet copia citationis, ſeu inquiſitionis tranſmiſſæ, aliter comparere non tenetur ſecundum communiorem ſententiam D.D. apud Farinac. *qu.11. nu.39.* Et ita vbi Reus citatur domi, vel ad valuas Eccleſiæ, relinquitur ibi copia citationis affixa. Sexto citatio iſta verbalis fieri debet ſaltem domi propriæ habitationis ipſius citati; ſi enim fieri poteſt perſonaliter, fieri debet, aliter ſufficit, quod fiat domi. Verum multi DD. inter quos Boſſ. *tit. de citat.num.11.* volunt, quod tunc ſolum ſufficiat citatio facta domi, ſi Nuncius facta diligentia citatum non inuenerit, nec inuenire potuit. Nihilominus aliorum opinio praxi confirmata admittit, quod indiferenter ſufficiat citatio facta domi, etiam nulla facta relatione diligentiæ per Nuncium, & ita practicari in ſtatu Eccleſiaſtico ex vi *conſ.* Marchiæ *lib.4. cap.*10. teſtantur Carrar. *de exec. ſent. cap. fin. num* 185. & ſeruari Romæ refert Farinac. *quæſt.11. num.41.* Niſi Iudex in monitorio det formam, vt Reus citetur perſonaliter, ſi inueniri poteſt commodè, facta autem

Google

tem diligentia, & eo non reperto citetur domi ſuæ ſolitæ habitationis. Et diſtinctio eſt inter citationem realem, quæ fit per Birruarios, & citationem verbalem. Illa enim eſt omninò perſonalis, & Birruarij tenentur facere diligentiam, vt citatum inueniant, & inuentum capiant; ſed verbalis ſufficit ſi fiat domi ſolitæ habitationis ipſius citati, pro vt etiam reſoluiſſe Rotam coram Seraphino in vna Romana Secretariatus 17. Febr. 1592. refert Far. *dicto n.*41.

111. Fugitiui vero, & vagabundi, & qui latitant, & ſe occultant nec habent fixam domum ſolitæ habitationis citantur, vel per edictum, vel ad valuas curiæ, vel Eccleſiæ Maioris, vel ad locum, in quo frequentius conuerſari ſolent. Clar. *quæſt.*31. Bald. Boſſ. Menoch. Decian. quos ſequuntur Farinac. *quæſt.*11. *num.*42. Forenſes autem, qui habitant extra territorium, vel pro vt videtur eſſe de iure non citantur à Iudice loci delicti, ſed per illum requiritur Iudex domicilij, vt inquiſitum citare faciat ad comparendum coram Iudice loci delicti, per quem damnatur in contumaciam, ſi non comparuerit, vel iuxta praxim tribunalium citatur à Iudice delicti ad murum curiæ copijs citationum affixis, vt comprobat Farinac. *num.*43. & 44.

112. Sed & aduertendum, quod licet *Dec. conſ.* 28. *num.*216. *l.*1. & Cart. *de exec. ſent. capto bannito cap.*1. *num.*419. ſentiant ſaltem de conſuetudine totius Italiæ non eſſe neceſſariam ſpecialem citationem ad ſententiam ferendam contra abſentem iam effectum contumacem poſt alias citationes, tamen banc aſſertam conſuetudinem non vigere in Vrbe, nec Bononiæ, nec in Prouincia Romandiolæ refert Farinacc. *quæſt.*11. *num.*44. Et certe ſi confeſſus, aut conuictus citari debet ad ſententiam, & vt dicat contra propriam confeſſionem, qualiter contumax, qui ſolum eſt fictus confeſſus, citari non debebit, vt dicat cauſam, ob quam non debeat damnari?

113. In iudicio autem ſummario regularium, vt etiam dictum eſt ſupra *quæſt. art.* ſolemnitates accidentarias ſeruare non eſt neceſſe, quia ſunt apices iuris, & ſufficit citare abſentes per epiſtolam ad illos miſſam, vel ſi ſint fugitiui, & vagabundi, & latitantes, citare illos lecta citatione in refectorio in publica menſa, & copiam illius affigere, vel in refectorio, vel in alio loco communi, in quo ſolent Religioſi ordinarie, & quotidie conuenire, vel per illum locum tranſire. Et non eſt neceſſe, quod in citatione exprimatur delictum in ſpecie cum ſuis qualitatibus.

114. Sed præterea ſecundo, vt contumax puniatur debet ſequi Iudicis ſententia contumaciæ declaratiua, & diffinitiua pœnæ, quæ ſententia ex nullo alio capite debet eſſe nulla. Diuerſa vero eſt practica huius ſententiæ in foro ſeculari, & in foro Eccleſiaſtico. Nam in foro ſeculari contumax prius ponitur in banno, quam damnetur; quamuis Romæ contumacem damnari, etiam quod prius non fuerit poſitus in banno refert Farin. *q.*11. *n.*44. In foro autem Eccleſiaſtico Reus contumax prius excommunicatur, & poſtea expectatur per annum, & ſi infra annum contumax non comparuerit, tunc damnatur. Et ita non damnatur ſtatim, ſi non comparet in termino, ſed tunc excommunicatur. Et ſi infra annum non comparuerit, tunc damnatur.

115. Eſt etiam conſiderandum aliud diſcrimen, quia vel Reus in actis eſt conuictus de crimine, vel non eſt conuictus, ſed ſolum ſufficienter indiciatus, vt citetur ad comparendum. In primo caſu Reus contumax citatur ſolum vt dicat, quare non debeat damnari, & ſic ad ſententiam, & ſic, ſi in termino non comparet ſtatim damnatur, & non eſt neceſſe, vt prius excommunicetur, & expectetur per annum, vt compareat, & obediat, quia in hoc caſu delictum eſt plenè probatum, & citatus, vt ſe defendat, ſi id non facit, damnari poteſt; ſed ſi Reus ſolum eſt indiciatus, vt habeatur pro confeſſo, & damnetur, prius excommunicatur, & ſi per annum inſorduerit in excommunicatione tunc damnatur.

116. Religioſi autem Iudices non poſſunt contumaces damnare in pœnam delicti condignam abſentes niſi ſeruata forma fori Eccleſiaſtici iam explicata. Si enim in crimine hæreſis, quod eſt atrociſſimum, non poteſt procedi ad damnandum abſentem, niſi prius illum citando ad comparendum ſub pœna excommunicationis, & ſi non compareat illum excommunicando, & ſolum ſi per annum in excommunicatione inſorduerit, illum poſtea damnando, vt patet *ex cap. Cum contumacia de hæret. in* 6. multo magis Iudex Eccleſiaſticus in alijs delictis, non poteſt damnare abſentem niſi tali forma ſeruata. Et ſic Iudex regularis non poteſt contra abſentem procedere illum damnando ſtatim, ac non comparuerit; ſed prius debet illum excommunicare, & ſi infra annum non cōparuerit, tunc illum vt contumacem damnare.

117. Sed numquid iuſte damnatus, vt contumax, ſi petit audiri audiendus eſt? Et quidem ſi abſens compareat ante ſententiam auditur, & iam amplius non proceditur contra illum vt contra abſentem, ſed contra præſentem. Poteſt etiam abſens comparere per Procuratorem, vt reddat cauſas abſentiæ, & excuſet contumaciam, & opponat exceptiones dilatorias, quæ opponi poſſunt ante litis conteſtationem, ſed ad plenam defenſionem abſentis non admittitur Procurator, ſed Reus non niſi in carceribus conſtitutus auditur. Si vero abſens Reus poſt ſententiam comparet, vel capitur, diuerſimodè auditur in foro ſeculari, & in foro Eccleſiaſtico; Nam in foro ſeculari ſi abſens compareat ſponte infra annum à die latæ ſententiæ auditur ad ſui defenſionem, ſed ſi capiatur etiam infra hunc annum, vel ſponte poſt annum compareat, non auditur niſi à Principe reſtituatur in integrum.

118. Et nihilominus circa hoc plura conſiderari debet. Primo enim antequam ſententia executioni detur, debet fieri recognitio perſonæ, vt videatur an captus ſententiatus ſit ille idem numero, qui fuit citatus, & contumax non comparuit. Et de hoc conſtare debet per eiuſdem confeſſionem. Clar. *quæſt.*96. Baldus Ang. Carr. Et alij quos ſequitur Farinacc. *quæſt.*11. *num.*21. & præcipuè ſi in citatione fuit erratum in nomine, cognomine, & patria inquiſiti, & delinquentis. Tunc enim ſuſtinetur inquiſitio, & condemnatio, ſi de identitate corporis inquiſiti, & condemnati conſtat. Farinacc. *num.*22. Et eo magis hæc recognitio eſt neceſſaria, quando in eodem loco, in quo natus eſt delinquens, vel domicilium contraxit, & deliquit, ſunt plures eiuſdem nominis, & cognominis. Tunc enim nullitas citationis euaneſcit, non conſtito de identitate perſonæ condemnatæ Bart. Cap. Farin. *n.*23. & licet in hoc caſu conſtare poſſit de identitate perſonæ ex citatione facta in domo propria ipſius condemnati, & multo magis, ſi fuit citatus perſonaliter, nihilominus adhuc neceſſaria eſt eiuſdem confeſſio dicentis ſe eſſe illum, de quo in banno. Et ſic duo requiruntur, nimirum executio citationis factæ, vel perſonaliter, vel in domo propriæ habitationis, & eiuſdem damnati confeſſio aſſerentis ſe eſſe illum, qui fuit citatus, & poſitus in banno,

119. Imo multi voluit neceſſe eſſe, quod damnatus fateatur ſe eſſe illum, qui commiſit maleficium, ob quod fuit damnatus; ſed vere hoc vltimum non eſt neceſſarium, ſed ſufficit, quod damnatus confiteatur ſe eſſe illum, qui fuit citatus, & damnatus; aliter ſi neceſſe eſſet, ad executionem ſententiæ, quod ille fateretur delictum, ſi ille negauit delictum, & negationem ſuſtineret in tortura abſolui deberet, & contumacia ad nihil valeret. Quando tamen ex indicijs, & proceſſu Iudex non iudicaret bannitum deliquiſſe, in eo caſu habenda eſſet confeſſio, per quam damnatus fateatur delictum, de quo in ſententia, vt ſeruare Senatum Mediolanenſem ex Clar. *quæſt.*96. refert Farinaccius *num.* 23. in fine. Itaque igitur ipſi contumaci exhibendum eſt bannum, & ſententia, & per Notarium legi debet in lingua vulgari, & interrogari debet Reus. An ſit illa eadem perſona, de qua loquitur ſententia, & ſi fateatur, tunc dicitur recognita perſona; ſed ſi Reus negat per teſtes omni exceptione maiores fieri debet recognitio iuxta regulas recognitionis iuridicæ, & teſtes debent deponere, nedum de nomine, & cognomine, ſed quod ille ſit, qui in inquiſitione citatus fuit, & in ſententia nominatus fuit. Et ſi Reus mutauit nomen, & cognomen, teſtes de hac mutatione debent deponere; ſi tamen Reus habet plura nomina, vel cognomina non refert, ſi Reus ſub vno tantum nomine, & cognomine damnatus ſit, ſed teſtes debent ſub eodem nomine illum recognoſcere.

120. Quod ſi deſint teſtes, tunc Iudex ſi ab vno teſte, vel ex alijs indicijs habeat, quod Reus ſit ille idem, qui deliquit, & nominatur in ſententia, poteſt illum torquere ſuper identitate perſonæ, & ſi tortus fateatur, & ratificet confeſſionem, poteſt Iudex exequi ſententiam; ſed ſi neget relaxandus eſt, & liberandus. Farinacc. *num.*21. Iudex vero habita Rei confeſſione de identitate perſonæ, aut illa probata per teſtes debet interloqui, & declarare identitatem perſonæ, & propterea ſententiam contra Reum eſſe exequendam. Ang. Felin. Carſ. Farinac. *num.*25.

121. Conſiderandum ſecundo, quod contumacia facit quidem, quod Fiſcus non teneatur probare Reum deliquiſſe; nihilominus etiam in foro ſeculari, qui poſt ſententiam venit, aut captus eſt, debet audiri, licet non ad excipiendum contra teſtes, & probationis Fiſci, ad probandam tamen ſuam innocentiam, & contrarium eius, quod in ſententia continetur. Nam etiam ſi per ſtatutum habeatur, vt contumax habeatur pro confeſſo, nihilominus contra ſententiam vi ſtatuti habitam contra contumacem, probatio in contrarium admittitur. Nam & confeſſio vera, & non ficta reuocatur, & contrarium eius probari poteſt. Et ſententia in præſumptionibus fundata admittit contra ſe fortiores probationes coram eodem Iudice, nec tranſit in iudicatum, & exceptio innocentiæ priuilegiata eſt, & à ſtatuto numquam cenſetur reiecta, & Iudex ex officio tenetur quærere Rei innocentiam, & alias omnis ſententia in falſis probationibus fundata retractari poteſt, ſi dicitur in falſis probationibus fundata, & contra illam datur reſtitutio in integrum, non ex gratia, ſed ex rei exigentia, & debito iuſtitiæ. Quæ omnia & alia, quæ ad rem faciunt bene ponderat, & probat Farinac. obiectis in contrarium reſpondens *quæſt.*11. *num.*6. *& ſeqq.*

122. Imò tertio aduerti debet, quod Reus etiam captus poſt ſententiam datam in contumaciam poteſt opponere omnes illas exceptiones, quas ſi oppoſuiſſet à principio, non fuiſſet coactus ſubire iudicium, vt puta ſi dicat, & probet, quod tempore commiſſi delicti erat furioſus, & huiuſmodi exceptiones poteſt opponere poſt ſententiam, etiam quoad illas non oppoſuerit ante contumaciam. Quamuis in ſtatu Eccleſiaſtico, & alibi etiam, vbi de hoc habetur ſtatutum, vel praxis, vt non admittantur oppoſitiones, & exceptiones à contumaci allegatas inconſulto Principe, huiuſmodi exceptiones admitti non debeant abſolutè, ſed conſuli debeat Princeps. Et nihilominus exceptio incompetentiæ Iudicis, ſiuè ſit ex parte perſonæ, ſiuè ex parte cauſæ, ſiue ex parte loci, & temporis admitti debet etiam in ſtatu Eccleſiaſtico non obſtantibus motibus proprijs Pij IV. Inquiſitio enim facta à Iudice incompetente ipſo iure nulla eſt, etiam parte non opponente, & ideò etiam nulla eſt ſententia inde orta,

ta, vnde non debet dari executioni, vt per iura, & DD. quos ſequitur. Farin *q.* 11. 45. *& ſeq.*

123. Ideò conſiderandum eſt quarto, quod Reo, etiam capro poſt ſententiam, & poſito ad largam deber dari, etiam ſi non petatur, terminus ad dicendum quare ſententia non debeat dari executioni, & propterea debet ei dari copia nedum inquiſitionis, & ſententiæ, ſed proceſſus, & actorum. Nec obſtat ſi ex ſtatuto cautum ſit, vt ſic capto non dentur defenſiones, vel eius exceptiones non admittantur inconſulto Principe. Tum quia non dicitur, quod dentur ei defenſiones, & audiri debeat ſuper delicto, ſi hoc à ſtatuto ſit interdictum, ſed cum non obſtante quocumque ſtatuto plures cauſæ dari poſſint ob quas ſententia executioni dari non debeat, & plures alij dentur caſus, in quibus Reus poteſt petere à Principe reſtitutionem in integrum, & vt iterum audiatur, debet dari Reo tempus, & copia proceſſus, vt videat an ſit in caſu, in quo non obſtante quolibet ſtatuto ſententia non debeat exequi, vel ſaltem Reus ius habeat, vt inconſulto Principe ſententia executioni non debeat dari. Et non obſtat quod ante, & poſt ſententiam Reus habuerit tempus ſe defendendi ſuper crimine, quia cum hoc non obſtante adhuc dari poſſint multi caſus, in quibus impeditur executio ſententię, & plures exceptiones ſunt à ſtatutis, & conſtitutionibus contra contumaces æditæ non excluſis, quæ executionem ſententiæ impediunt, Reus captus debet audiri, ſi velit aliquam ex his exceptionibus opponere, & probare, quæ omnia contra Chartarium latè proſequitur, & probat. Farin. *d. quaſt.* 11. *num.* 47.

124. Hinc ſequitur quinto, quod cum Reus etiam quod vigore ſtatuti habeatur vt confeſſus, imò etiam ſi vigore ſtatuti habeatur vt confeſſus, & conuictus poſſit appellare à ſententia contra ſe data, vt voluerunt Bald. Franc. Ang. Paul. de Caſtro, & alij, quos ſequitur Farinac. *quaſt.* 11. *num.* 48. Si Reus intra tempus ad appellandum, vel ſponte venerit ad Curiam vel captus fuerit, & appellauerit, cauſa legitime allegata debet audiri, nec pendente appellatione poteſt offendi. Quamuis in ſtatu Eccleſiaſtico Bannitus in contumaciam ex Conſtitutione Pij IV. ſi ſponte veniat ad Curiam audiatur ex integro contra ſententiam aduerſus illum latam, ſi tamen, vel capitur infra annum, vel ſponte venit, ſed poſt annum, delictum eius habendum ſit pro notorio, & illi ſit interdicta appellatio, nec debeat audiri. Quod etiam procedit vigore Conſtitutionis Marchiæ. Quod tamen debet intelligi de appellatione quantum ad illa, quæ ſunt iuris poſitiui, quantum verò ad illa, quæ ſunt iuris naturæ non poteſt tolli, nec per Principem, iuxta dicta ad titulum de Appell. *quaſt. vn. ar.* 1. *in ſexto*. Sed nec abſentem poſſe appellare per Procuratorem bene tradit Farinacc. *quaſt.* 11. *nu.* 49. referens ſic etiam concluſum fuiſſe Romæ.

125. Et amplius conſiderandum eſt ſexto, quod iuſte impedito non currunt tempora legis, vel hominis, & impeditum iuſtè citatio non arctat; vndè impeditus venire ad Curiam non eſt contumax, *cap. noſtrum erratum*, §. *alias datas*. Vndè proceſſus contra abſentem factus à Iudice ſciente impedimentum citati eſt ipſo iure nullus; factus verò à Iudice neſciente impedimentum, licèt ſit validus, tamen impedito veniendi ad curiam ſtante impedimento datur reſtitutio in integrum. Ideò ſi abſens citatus, vel ſponte veniat, vel poſt ſententiam capiatur, & alleget iuſtum impedimentum debet audiri per iura, & DD. quos refert, & ſequitur Farin. *quaſt.* 11. *num.* 50. & eo non audito non poteſt ſententia executioni dari. Et quamuis quam plures Doctores, & præcipuè Panormit. Innocent. & Felin. *cap. ex præmiſſa de præſcript.* & alij plures apud Farinacc. *quaſt.* 11. *num.* 19. velint, quod ad excuſandum impeditum neceſſe ſit, quod ille mittat excuſatorem ad Iudicem ad allegandam in actis impedimenti cauſam, qui etiam proteſtetur quatenus opus ſit, ne Iudex procedat ad vlteriora. Et quod ſi impedimentum non ſit Iudici notorium, & nullus accedat, qui impedimentum ad notitiam Iudicis deducat, Iudex poſſit ignorantiam prætendere, & proſequi proceſſum, & proceſſus ſit validus, & valida ſententia, quam Iudex, non obſtante, quacumque ſubſequenti probatione impedimenti, executioni poteſt dare, eo quod regula communis ſit proteſtationem eſſe neceſſariam, vt impedito ſaluum ſit ius.

126. Nihilominus, nedum æquior, & tutior, ſed verior eſt opinio aliorum, qui dicunt proteſtationem eſſe neceſſariam, adhoc vt proceſſus poſt illam continuatus ſit ipſo iure nullus, ſed tamen quod ſententia in contumaciam lata contra iuſtè impeditum, etiam illa proteſtatione non præcedente, ſit ope exceptionis irritanda, ſi ante illius executionem iuſtum impedimentum opponatur, & quod impedito debeat dari tempus ad probandam cauſam iuſti impedimenti, qua probata ſententia non poſſit dari executioni ſaltem inconſulto Principe, quo ſaltem inconſulto non poteſt Iudex reijcere probationem iuſti impedimenti. Aliàs enim nimis clarum eſt, quod impedito non currit tempus *l. fin.* §. *ſi quis Epitome*. Authent. de Sanct. Ep. *cap.* 1. *de præſcript. cap. illud de conceſſ. præb.* Rota *deciſ. de dilat. in nouiſ.* Nec contumax dici poteſt, qui non venit impeditus §. *Contumacia ff. de re ind.* Et hoc procedit etiam ſi non fuerit proteſtatum. Dec. *conſ.* 365. *de cauſa D. Mar. col.* 2. & alij quos ſequitur Farinacc. *quaſt.* 11. *num.* 19. Et præcipuè, quod vbi impedimenta ſurgunt ex perſona impediri, non ſit neceſſaria proteſtatio, vt dixerunt Innocent. *in cap. final. de appell.* Felin. *cap. miſerabilis num.* 7. *de ind.*

127. Iuſta autem impedimenta ſunt abſentia ex cauſa neceſſaria, vel probabili, infirmitas non ficta ſed vera, carcerario etiam iniuſta, non tamen affectata, acceſſus non tutus ad locum.

Et alia ſimilia arbitrio Iudicis iudieanda. De quibus videatur Menoch. *de arbitr. caſu* 153. Foller. *in pract. crimin. cap.* 10. Clar. *quaſt.* 34. Farin. *quaſt.* 11. *num.* 52. *& ſeqq.*

128. Conſiderandum ſeptimo, quod Iudex alterius territorij, ſi capiat Bannitum damnatum in contumaciam, non poteſt ſententiam contra illum latam exequi, niſi ad Iudicis proprij requiſitionem, vel niſi ſit Iudex eiuſdem Principis ſubditus, & aliqui volunt, quod hoc non ſufficit, niſi etiam ſit ſub eodem Præſide Clar. *quaſt.* 96 Sed in ſtatu Eccleſiaſtico ex Conſtitut. Iulij II. Leonis II. Clementis VII. Pij IV. contra homicidas, bannitos contumaces, & facinoroſos, banniti in vno loco cenſentur banniti ab omnibus locis immediatè, vel mediatè ſubiectis Romanæ Eccleſiæ, ibidemque capi carcerari, & plecti debent. Iudex tamen vnius territorij non poteſt exequi ſententiam latam à Iudice alterius territorij, niſi cauſa cognita. Et ideò niſi viſo, & examinato toto proceſſu Farin. *quaſt.* 11. *num.* 61.

129 Conſiderandum eſt octauo, quod ſi etiam pœna lata in ſententia excedat demerita delicti, non debet dari executioni. Diſtingui tamen debet, quia pœna ſub qua in monitorio, vel citatione præcipitur Reo, vt compareat, ſi ſit iuſta, contumax ad illam damnari debet, ſed hæc eſt pœna contumaciæ, quæ non debetur Reo, ſi verè non ſit contumax, ſed ſi eſt contumax ad illam damnetur. Pœnæ autem, quæ poſſunt poni in citatione, ſi delictum commiſſum ſit capitale, vt ob illarum metum Reus, compareat, ſunt pœna excommunicationis, ſi Iudex ſit Eccleſiaſticus. Item pœna publicationis, & confiſcationis omnium bonorum. Item pœna exilij, & vltimo, ſi Iudex non ſit Eccleſiaſticus pœna mortis. Sed ſi delictum pro quo Reus citatur non ſit capitale, nec pro eo ſit imponenda pœna corporalis non poteſt comminari pœna triremium perpetua, vel ad arbitrium, vel etiam pœna confiſcationis bonorum, quæ tamen ſolet apponi, quando delictum ſit capitale, licet non mereatur mortem. Farinacc. *quaſt.* 11. *numer.* 63. Ad huiuſmodi igitur pœnas poteſt contumax damnari præmiſſa citatione ad dicendum quare non debeat damnari ad illas, & ſic ad ſententiam.

130. Et nihilominus aduertendum, quod in foro Eccleſiaſtico Iudex poteſt præcipere Reo vt compareat ſub cenſuris, quæ ſunt pœnæ medicinales, quæ ablata contumacia de facili tolluntur; ſed circa alias pœnas conſiderandum eſt quod in foro Eccleſiaſtico Reus non debet haberi pro confeſſo, niſi poſt ſecundam contumaciam, & inobedientiam per annum poſt ſententiam primæ contumaciæ, ſi Iudex velit præcipere Reo, vt compareat ſub pœna confeſſatorum criminũ, hęc pœna non habebit effectũ, ſeu intentum, quia Reus contumax ex vi illius primæ contumaciæ non poteſt haberi pro confeſſo & vt talis damnari. Vnde Iudex Eccleſiaſticus ſolum poſt ſecundam contumaciam, & inſordeſcentiam in excommunicatione, per annum poterit haberi contumax pro confeſſo.

131. Sed loquendo de pœna delicti principalis, de quo principaliter agitur, & ſuper quo Reus citatur, hæc non debet eſſe maior contra abſentem fictè confeſſum, quam ſi ille eſſet præſens, & verè confeſſus, vel conuictus. Sed debet eſſe proportionata, & condigna delicto; ideo ſi ſententia excedat in pœna non debet dari executioni contra contumacem captum etiam poſt ſententiam, quia eſt ſententia iniuſta. Vt puta ſi ex proceſſu conſtat quod Seius occiderit Caium in pura rixa, & damnetur ob hoc ad mortem, quia hæc non debetur ei, qui occidit in pura rixa, ſententia huiuſmodi contra Seium contumacem lata debet reformari. Quod multò magis procedit, ſi ſententia contineat pœnam, quę nullo modo imponi potuit, cum factum non ſit punibile, vt ſi inquiſitio facta fuit ſuper facto non punibili, vel ex facie proceſſus, aut inquiſitionis apparet condemnatum eſſe abſoluendũ.

132. Sic ſi pro delicto fuit damnata perſona non capax delicti, vt ſi vxor inquiritur de furto facto marito, cum furtum non cadat in vxore *l. manifeſtiſſimo C. de furti*. Vel ſi non ſubditus inquiritur de crimine leſæ maieſtatis iuxta *Clem. Paſtoralis* 5. *rurſus de ſent. & re iud.* Vel ſi inquiſitus, quod pregnantem reddiderit puellam ſit caſtratus. In his vel ſimilibus caſibus, in quibus apparet ex proceſſu delictum non cadere in condemnato, ſententia exequi non poteſt contra contumacem, & vniuerſaliter quotieſcumque ex actis ipſis conſtet de innocentia condemnati, & quod ſententia eſt iniqua, non debet exequi contra contumacem, non obſtantibus conſtitut. Pontificum præcipientium ſententias contra contumaces eſſe exequendas; quia non loquuntur de ſententijs, quarum iniquitas ex actis eſt notoria, ſed imo etiam ſi ex actis non conſtet delictum non fuiſſe punibile, ſi Reus offerat illud probare, debet audiri in ſuis defenſionibus, præſertim ſi illud offerat probare incontinenti, prius tamen conſulto Principe Farinac. *quaſt.* 11. *num.* 62.

133. Conſiderandum quod vbi Reus contumax à Principe inadmiſſus ad nouas defenſiones, (ſicut debet admitti, ſi id non petat calumnioſè) in illis auditur. Imò ſi de facto à Iudice fuerit permiſſus parte non opponente ſe defendere, & id præſtiterit, proceſſus eſt validus, & abſolutio Rei ſuſtinetur. Quamuis hoc habeat difficultatem magnam in ſtatu eccleſiaſtico *ob conſtit.* Pij IV. & V. de quo videatur Farinac. *quaſt.* 11. *num.* 68. *& ſeqq.* vbi plures alias difficultates explicat, & præcipuè an contumax recuperet bona confiſcata. Et hæc dicta ſufficiant de damnatione contumacis in foro ſeculari.

134. Sed in foro eccleſiaſtico non niſi poſt duplicem contumaciam Reus habetur pro confeſſo & punitur. Primo enim citatur ad comparendum, & reſpondendum ſuper delictis, & ſub pœna excommunicationis, & ſi non comparet in termino præmiſſa citatione ad dicendum

dum

dum quare non debeat excommunieari, vel declarari excommunicatus, excommunicatur, vel declaratur excommunieatus, & ſi per annum pertinaciter perſtiterit in excommunicatione tunc præmiſſa alia ſimili citatione declaratur contumax, & tanquam de crimine confeſſus damnatur. Hic annus verò debet eſſe continuus,& perſiſtentia in excommunicarione debet eſſe ex pertinacia. Qualiter vero, vel annus interpolletur, vel pertinacia deficiat explicaui *cap. cum contumacia de hæret. in 6.*

135. In hoc autem ſoro contumax, ſi veniat etiam poſt latam ſententiam, vel capiatur & petat audiri, audiendus eſt tam quantum ad perſonam, quam quantum ad bona, vt probaui ex communi ſententia *cap. cum contumacia de hæret. in* 6. quod enim dicitur, quod præſumptio militans contra contumacem eſt iuris, & de iure, contra quam non datur probatio, vt communiter DD. docent, intelligitur de probatione directa, quod explicatur aduertendo hunc eſſe ſyllogiſmum iudicialem, ex quo infertur ſententia, nimirum, delinquens inquiſitus de delicto, & contumax habetur pro confeſſo, & damnari debet ad pœnam delicto condignam, ſed Caius eſt delinquens inquiſitus de delicto, v. g. homicidij, & contumax; igitur habetur vt confeſſus, & vt homicida debet puniri. Maior huius ſyllogiſmi illa eſt cuius contrarium non poreſt Caius probare, nec ad illud probandum debet admitti, quia hæc probatio directè militaret contra legem ſtatuentem contumacem habendum pro confeſſo, & ac ſi eſſet verè confeſſus puniendum, ſed minor à Caio negari poteſt, & probari poteſt, quod ſit falſa, & ex conſequenti quod non habeat locum præſumptio iuris, & de iure, nec pœna legis. In propoſito igitur contumax tria probare poteſt, nimirum, quod falſum eſt ipſum commiſiſſe delictum punibile, & quod falſum eſt ipſum fuiſſe contumacem, & quod falſum eſt illum infra annum à declaratione contumaciæ inſorduiſſe in excommunicatione. Et horum primum probare poteſt etiam excipiendo contra teſtes, & eorum dicta, & contra alias probationes, & contra Iudicem, & probare, quod in actis non apparet de delicto punubili. Quod ſi ex ſtatuto, vel lege ablatæ ſint defenſiones, adhuc ſemper poteſt probare ſuam innocentiam, & opponere illas exceptiones, quas poſſe opponi in foro ſeculsri, etiam vbi defenſiones ſunt prohibitæ, ſupra dictum eſt.

136. Si ergo probet innocentiam, & nullam ad fuiſſe conrumaciam omninò abſolui debet, ſed ſi probet innocentiam, non verò probet non contumaciam, non poteſt puniri pro delicto præſumpto, nec poteſt haberi pro confeſſo, ſed ſolum aliqualiter puniri poterit pro contumacia; ſed ſi non probata innocentia probet non contumaciam, proceditur cum illo ac ſi fuiſſet præſens, nec poteſt haberi vt confeſſus quia non contumax, non habetur pro confeſſo. Vnde tunc procedendum erit contra illum ex meritis proceſſus, & ſi alias nec ſit conuictus, nec confeſſus ad ſummum damnari poterit ad pœnam extraordinariam, ſi tamen ſit aliquo modo ad illam ſufficienter conuictus. Sed ſi probet ſolum ſecundam non contumaciam non verò primam, adhuc non poteſt haberi, vt confeſſus, ſed aliqualiter grauius puniri poterit pro prima contumacia, ſed tamen non punietur pro delicto pœna ordinaria, niſi ſit verè confeſſus, aut conuictus. Hæc verò latius explicaui, & probaui dicto *c. cum contumacia de hæret. in 6.*

137. Contumax igitur in foro eccleſiaſtico ille ſolus eſt ſimpliciter, qui à legitimo Iudice ex ſufficientibus indicijs legitimè citatus ad comparendum, & reſpondendum ſuper inquiſitione ſibi tranſmiſſa, contumaciter non comparet in termino citationis, & ob hoc legitimè excommunicatus contempta cenſura pertinaciter per annum perſiſtit, nec coram Iudice comparet. Vnde iſte legitimè citatus ad dicendum, quare non debeat haberi, vt confeſſus, & vt talis puniri, ſi non comparet habetur pro confeſſo & damnatur.

138. Secundo principaliter tacitè confeſſus dicitur, qui iuridicè interrogatus ſine iuſta cauſa non vult reſpondere. *Specul. de contum.* §. 1. Chartat. *in praxi inter Reos l. 3. cap.* 2. *num.* 8. Imò ſecundum Specul. talis eſt etiam ille, qui obſcurè reſpondet, quia hic eſt contumax, & habetur pro conuicto; ſed hoc ad ſummum verificatur in ciuilibus non verò in criminalibus, in quibus taciturnitas ſolum facit indicium ad torturam Chat. *num.* 9. Bictus *qu.* 85. *num.* 15.

139. Tertio principaliter habetur pro confeſſo tacito, qui petit veniam, qui ſupplicat pro gratia, qui pacem facit cum aliquo, & qui tranſigit cum Fiſco, maximè ſi nomine ſuo huiuſmodi præces, vel tranſactiones præſentet in iudicio. Sed dicendum primo, quod huiuſmodi præces per ſe loquendo inducunt delicti aliquam confeſſionem, iuxta *l. Quoniam ff. de his qui Notar. infam. & l. fin. ff. de præuar. & l.* 1. *&* 2. *ff. de his, qui ſibi mort. conſ.* & alia iura. Sed hæc confeſſio eſt incerta, & vaga, & inſufficiens ad damnandum, quia per ſe non eſt confeſſio veri delicti; ſed indefiniti, vel veri, vel aliunde ab alijs præſumpti. Vnde meritò Guaz. *def.* 32. *cap.* 15. *num.* 2. dixit quod poſtulatio gratiæ non eſt vera delicti confeſſio. Verè enim ſic eſt, quod poteſt contingere quod innocens ſupplicet pro gratia, vel contrahat cum parte aut cum Fiſco, vt ſe liberet à moleſtijs litis, & curiæ, vel ex alia ſimili cauſa, non verò quia verè deliquerit. Et ideo in his attendi debent narratiua ſupplicationis ſeu contractus, & cauſa ſupplicandi, vt videatur an ſupplicans, vel contrahens verum delictum fateatur.

140. Dicitur propterea ſecundo, quod ſi in ſupplicatione, aut contractu pacis, aut compoſitionis cum Fiſco, ex perſona ſupplicantis, aut contrahentis, & de eius ſcientia. & conſenſu aſſeritur, vel verum delictum, vel aliquod factum, quod ſupponit verum delictum, vt ab eo commiſſum,

miſſum, tunc ſuplicatio, aut pax, aut confeſſio cum Fiſco, inducit confeſſionem delicti veri. Vt ſi in contractu pacis, ex parte Titij, & de eius ſcientia, & conſenſu, aſſeratur Titium occidiſſe Caium, vel in ſupplicatione petatur commutatio pœnæ mortis Titio debitæ, in pœnam exilij, aut pecuniariam. In hac enim ſupplicatione aſſeritur Titium mereri pœnam mortis, & ex conſequenti Titium commiſiſſe delictum pœna mortis puniendum. Et ſic quotiecumque ſupplicatur pro abſolutione, ſeu remiſſione certi, & determinatæ poenæ, quæ non habet locum niſi ſuppoſito delicto talis petitio infert confeſſionem tacitam, ſi ſupplicatio ſit abſoluta. Et in hoc caſu vera eſt illa concluſio, quod petitio veniæ, ſeu ſupplicatio miſericordiæ, aut pax cum parte, vel conuentio cum Fiſco inducunt confeſſionem tacitam delicti, & hæc confeſſio habetur pro iudiciali, & ſufficiente ad damnandum, ſi præfata fiant iudicialiter & ſolemniter coram Iudice, vel iudicialiter pręſentetur in iudicio. Si verò priuatim fiant, inducunt confeſſionem extraiudicialem, quę iuxta conditiones illius poterit ſufficere ad torquendum confeſſum. Imò in hoc caſu poteſt contingere, quod adſit duplex confeſſio, vt notauit Farinac. *qu.* 5. *nu.* 2[illegible]. Si enim qui inijt pacem cum aliquo, & in inſtrumento pacis continetur confeſſio delicti, ſi iſte idem præſentet hoc inſtrumentum in iudicio, quia præſentans ex hoc tacitè approbat, quæ in inſtrumento continentur, iam adeſt duplex confeſſio delicti, altera ex inſtrumento, altera ex productione inſtrumenti. In hoc verò caſu requiritur omninò, vt inducatur confeſſio tacita, ſcilicet, quod totum fiat de ſcientia, & conſenſu ſupplicantis, aut contrahentis, aliter non poteſt inferri ſuplicantis, aut contrahentis confeſſio.

141. Sed ſi in ſupplicatione, aut contractu, vel nullum aſſeritur ſupplicantis, aut contrahentis delictum, aut factum ſupponens delictum, & cum illo connexum, vel aſſeritur, ſed non vt ab ipſo patratum, vel ſi aſſeritur, vt ab ipſo patratum, id aſſeritur, vel vt præſumptum, vel ab alijs dictum, non verò vt à ſupplicante, ſeu contrahente aſſertum, & confeſſum, tunc ex petitione veniæ, aut pace inita cum parte, aut conuentione cum Fiſco, nulla oritur vera delicti confeſſio, nec ſupplicanti, aut contrahenti aliquod infertur præiudicium, ſed ille remanet in ſtatu, quo erat ante petitionem, aut conuentionem. Hoc euidentiſſimum eſt, ſi in ſupplicatione, aut conuentione expreſsè ſupplicans, aut contrahens neget delictum, & aſſerat ſe ſupplicare, aut conuenire, vt ſe liberet à moleſtijs curiæ, vel ob aliquam aliam ſimilem cauſam, vt habetur ex *l. furti §. pactus ff. de his, qui notant infam* & tradiderunt Panormit. *cap. cum ab omni, de vita, & honeſt* Clar. Felin. *cap. Dilectus il p. de iuram*. Alex. Bart. & alij plures, quos ſequuntur Farinac. *qu.* 5. *nu.* 21. Guazz. *defenſ.* 32. *cap.* 15. *num.* 1. Sed & abſolutè loquendo etiam ſi in hoc caſu non ſit expreſſum, quod petens, aut contrahens id facit, non quia deliquerit, ſed vt ſe liberet à periculis, vel vexationibus curiæ, adhuc nulla inducitur confeſſio contra ſupplicantem, & contrahentem, quia in ſupplicatione, aut contractu, nullum aſſeritur delictum, aut factum ſupponens delictum, vt ab ipſo aſſertum, & confeſſum. Et in dubio ſemper præſumi debet, quod ſupplicans, aut contrahens id faciat, vt ſe liberet a periculis, & vexationibus, aut aliud ſimile interreſſe, non verò, quia deliquerit, vt bene aduertit Farinac. *quæſt.* 5. *num.* 23.

142. Hinc eſt, quod in propoſito inutilis eſt illa diſtinctio Farinac. *quæſt.* 5. *num.* 18. & aliorum de delicto tranſigibili, vel non tranſigibili. Quis enim rationabiliter vnquam dicit, quod eadem aſſertio ſit confeſſio ſi delictum non ſit tranſigibile, & non ſit confeſſio, ſi delictum ſit tranſigibile? Sed neque illa alia diſtinctio Farinac. *num.* 20. & aliorum per quam conſideratur an in pace, vel conuentione contrahens dederit, vel non dederit pretium multum attendi debet, quia ſi contrahens aſſentit delictum, ex hoc pax inducit confeſſionem, ſed ſi delictum nullum paciſcendo confeſſus eſt, non per huc fatetur, etiam ſi dederit aliquod pretium. Quamuis hæc pretij collatio faciat tale quale indicium contra paciſcentem, vt aliquo modo pręſumatur in dubio illum feciſſe pacem, quia verè deliquerit, & in hoc ſenſu intelliguntur *L. non damnatos C. ex quib. cauſ. infam. irroget. & l. in Fiſci cauſis ff. de iure Fiſci.* Hinc meritò reijcitur opinio Blanch. *de indic. num.* 307. volentis, quod ex ſolo tractatu pacis habito per mediatores in caſu non tranſigibili oriatur indicium ad torturam. Quem pluribus rationibus reijcit Farinac. *qu.* 5. *num.* 23. quia etiam ab innocente ob plures rationes poteſt tractari pax. Quod ſi quis paci ab alio tractatæ, & concluſæ non adheret, ex illa nullum præiudicium illi infertur, niſi forſan ipſe inſtrumentum pacis producat in iudicio, & eo vti velit, quia ex hoc videtur ratificare contenta in inſtrumento. Hodie tamen ex praxi ſupplicationes huiuſmodi, & paces, aut conuentiones, ad tollendum nocumentum fiunt ſine confeſſione delicti expreſſa cauſa, quod fiunt ad liberandum ſe à vexationibus; & ideo excluditur tacita confeſſio delicti.

143. Aduertendum etiam quod Princeps apud quem ſupplicatur pro gratia, non poteſt cogere ſupplicantem adhoc, vt fateatur delictum, & quod ſi negat gratiam, relinquit ſupplicantem in ſtatu, in quo erat; & idem dicatur, ſi reſcriptum gratiæ conceſſæ fuerit reprobatum, vel lata ſit ſententia contra illud, vt dixit Guazz. *def.* 32. *cap.* 15. *nu.* 11. Sed verè diſtinctio data à nobis attendi debet. Nam ſi ſupplicatio ſit iudicialis, & in eo modo explicatè continetur aſſertio delicti, illa nocet, & plenè probat delictum. Farinac. *qu.* 5. *num.* 25. Nec valet dicere quod ſupplicans fatetur ſub conditione gratiæ, & ſibi reſeruat ius ſuum. Quia hoc

repu-

repugnat facto; nam veritas facti de præterito non eſt conditionara, nec á conditione depender, ſupplicans verò ſupponitur aſſerere verum & Fiſcus illa aſſertione iudiciali. vt vera vti poteſt. Quod ſi ſupplicans illam reuocet tanquam falſam, & ſub ſpe gratiæ datam, illius erit probare errorem, niſi expreſsè in ſupplicatione non fuerit aſſertum delictum, & imò dictum fuerit gratiam peti ad cautelam, & ex benignitate concedentis. Econtra verò dum dicunt Farin. & alij; quod ex ſupplicatione extraiudiciali non infertur confeſſio, non eſt verum, ſi in ſupplicatione delictum aſſeritur ſupplicantis, quia ex hoc infertur extraiudicialis confeſſio. Vnica ergo regula poſita ſupra concluſione ſecunda & tertia hic ſeruari debet.

144. Hinc etiam habetur ſolutio quæſtionis, an petitio abſolutionis probet excommunicationem, dicendum eſt enim quod petitio abſolutionis ab excommunicatione per ſe, & ex natura ſua ſupponit excommunicationem, & ideo infert confeſſionem excommunicationis, vel iudicialem, ſi fiat in iudicio, vel extraiudicialem, ſi fiat extra iudicium, vt voluerunt Gloſſ. *in cap.* venerabilem, vt poſtulauit, *& ibi Hoſt. de elect.* Bart. Spac. & alij apud Farinac. *d. num.* 26. Nec obſtat, quod poteſt eſſe, quod abſolutio petatur ad cautelam, quia ſi hoc intenditur, debet exprimi. Nam alias abſoluta petitio abſolutionis ab excommunicatione illam ſupponit. Et ideo ſiue agatur de modico, ſeu de graui præiudicio, ſemper abſoluta petitio abſolutionis ab excommunicatione, ſupponit excommunicationem, & illius confeſſionem inducit. Quidquid in contrarium dixerit Farin. *d. num.* 26. & qui illum ſequuntur.

145. Quarto aliqui voluerunt, quod fugiens effractis carceribus habeatur pro confeſſo, & poſſit vt talis puniri; Sed contra hanc opinionem latè diſputat Farinac. *quæſt.* 50. *à num.* 2. *vſque ad* 21. & vere dicendum eſt effractorem carcerum eſſe damnandum pœna arbitraria pro effractione carcerum, non tamen pœna confeſſi delicti, cum fugiens ex multiplici alia cauſa id potuerit facere (vt experientia docet) quam ex conſcientia delicti, pro cuius præſumptione detinetur. Bictus *quæſt.* 79. *num.* 23.

SVMMARIVM.

1 *Tribus modis Reus conuincitur.*

2 *Duo teſtes ſufficiunt ad conuincendam quancumque perſonam, niſi iuris præſumptio ſit contraria.*

3 *Conuictus per duos teſtes damnatur in pœnam ordinariam.*

Paria ſunt eſſe conuictum, & eſſe confeſſum.

QVAESTIO XXV.

De Reo conuicto.

ARTICVLVS I.

De Reo conuicto per teſtes.

1. TRibus medijs Reus conuincitur, nimirum per teſtes, per indicia, & per ſcripturam, ſeù inſtrumenta, vt habetur ex *l. ſtant cuncti C. de probat.* vbi Bald. & alij. Farinacc. *quæſt.* 84. *num.* 1.

2. Primò igitur Reus conuincitur per duos teſtes de viſu, vel ſenſu proprio conteſtes, & omni exceptione maiores, & iuratos *l. vbi numerus ff. de teſtibus cap. ſi quo, teſtes* §. *vbi* 4. *qu.* 3. *cap.* 1. *&* 2. 2. *quæſt.* 1. *cap. fin.* 33. *qu.* 7. *cap. In omni negotio de teſt.* Hoc autem verificatur tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, & ad condemnandam quamcumq; perſonam cuiuſcumque ſit dignitatis, vt per Doctores, quos refert Farinac. *quæſt.* 63. *num.* 233. *&* 234. Niſi agatur de probando aliquid quod habeat contra ſe præſumptionem iuris, quia tunc non ſufficiunt quilibet duo teſtes, ſed maior probatio requiritur. Maſc. *de prob. lib.* 1. *qu.* 10. *num.* 38. *& lib.* 39. *quæſt.* 221. *num.* 6. & alij, apud Farin. *quæſt.* 67. 21. 219. vbi *num.* 220. quod tunc requiruntur, vel tres teſtes, vel duo præſtantes viri, & omni exceptione maiores; ſicut etiam plures teſtes ſunt neceſſarij ad plenam probationem quando lex id requirit, vt in vltimis voluntatibus Farinac. *quæſt.* 63. *nu.* 249. & in alijs caſibus ibidem à Farinac. relatis; ſed & in *cap. Præſul.* 2. *quæſt.* 4. ad conuincendum Cardinalem requiritur maior numerus teſtium. Et nihilominus etiam adhunc effectum ſufficere duos teſtes omni exceptione maiores, & nulla ratione ſuſpectos, ex *cap. nulla,* §. *ſed hoc ſecundo, quæſt.* 4. & ex conſuetudine, & praxi poſt Panormit. *in cap. Per tuas in fin. de maior. & obed.* Barb. *de præſtantia Cardinalatus*. Roman. Pign. Crot. Clar. & alios tradit. Farin. *d. quæſt.* 63. *numer.* 244. vbi *numer.* 235. dixerat duos etiam teſtes ſufficere ad condemnandum Epiſcopum.

3. Et nihilominus aduertendum, quod in iure ciuili conuictus per duos teſtes, etiam ſi Iudex procedat per viam inquiſitionis, damnatur in pœnam ordinariam, ac ſi eſſet confeſſus, quia paria ſunt aliquem eſſe conuictum, & confeſſum *cap. At ſi Clerici de iudic.* vbi Butr. *num.* 2. Zabarell. *num.* 1. Panormit. *n.* 3. *&* 9. & alij. ſed de iure canonico damnatur quidem conuictus in pœnam ordinariam ſi proceditur per viam accuſationis; ſed vbi proceditur per viam inquiſitionis conuictus mitiori pœna punitur ad arbitrium Iudicis Menoch. *de arbitr. caſ.* 194. Farin. *quæſt.* 81. *num.* 2.

SVM-

SVMMARIVM.

4 *Reus conuincitur indicys indubitatis.*
5 *Due propoſitiones ex quibus conſtat ſylogiſmus iudicialis debent dici indubitatæ.*
6 *Propoſitio conſiſtens in facto debet conſtare Iudici per euidentiam rei,quæ cadit ſub ſenſu, vel per facientis confeſſionem.*
7 *Probatio per indicium dicitur mediata.*
8 *Ex indicio indubitato (quod eſt res ſenſibilis) per diſcurſum alia res colligitur.*
9 *Duo requiruntur ad indicium indubitatum.*
10 *Præſumptio non probat indicium.*
11 *Præſumptiones ſolæ, etiam iuris, non probant plenè delictum.*
12 *Delictum per præſumptionem non concluditur eſſe, ſed poſſe eſſe.*
13 *Ex indicio indubitato plenè probato Reus conuincitur.*
14 *Indicium eſſe indubitatum à Iudice conſiderandum eſt.*
15 *Præſumptio iuris non continet certitudinem.*
16 *Conſequentia per quam ex indicys infertur delictum debet eſſe certa.*
17 *Ad extraordinariam pœnam conuinceitur Reus, quando de indicio non conſtat per euidentiam rei.*

ARTICVLVS II.

De conuicto per indicia.

4. COmmunis ſententia eſt Reum conuinci ex indicijs indubitatis *l. 2. C. quorum appellatio, cap. At ſi Clerici de iud.* Et nihilominus multi exiſtimant, quod tutius ſit hos indiciatos torquere, alij veró volunt arbitrarium eſſe Iudici eos, vel torquere, vel condemnare, vt videre eſt apud Farinac. *quæſt.* 63. *numer.* 57. *& ſeqq.* ſed tota huius *quæſt.* ſolutio pendet ex hac alia, vt videatur, quæ ſint indicia indubitata.

5. Vt ſepius ergo dixi conſiderandum eſt, quod ſyllogiſmus iudicialis, ex quo Iudex concludit condemnationem, & ſententiam, conſtat ex duplici propoſitione maiori, ſcilicet, & minori, & vtraque debet dici indubitata, aliter non eſt indubitata concluſio. Sæpe veró ſyllogiſmi maior propoſitio aliquando eſt certiſſima de iure Diuino, vel naturali, vt quod hæreticus, vel homicida, vel fur, vel adulator, vel alius ſimilis traſgrediens legem diuinam, & naturalem, vel etiam legem humanam delinquat, & ſit dignus pœna. Quamuis autem qualitas pœnæ, vt plurimum ſit ſtatuta à lege poſitiua, adhuc certiſſimum eſt delinquentes puniri debere pœna à lege ſtatuta, vel vbi lex pœnam non determinauit, pœna arbitraria ad prudens arbitrium Iudicis legitimi; maior ergo propoſitio principalis ſyllogiſmi iudicialis certiſſima eſt, quia hæc eſt concluſio aliqua, ſeù principium aliquod indubitatum ſtatutum à lege diuina, vel naturali, vel poſitiua. Difficultas eſt circa minorem propoſitionem principalis ſyllogiſmi, in quo applicatur legis principium certiſſimum ad ſingulare incertum, & variabile, & per innumeras circumſtantias mutabile, vt cum ſubſumitur, ſed Titius eſt hæreticus, vel homicida, vel fur.

6. Hæc veró propoſitio, quæ conſiſtit in facto ſingulari non poteſt certo innoteſcere Iudici, niſi vel per euidentiam Rei cadentis, ſub ſenſu Iudicis, vel per confeſſionem operantis, vel per dicta teſtium immediatè deponentium de ipſo ſingularis delinquentis delicto, vel ex medio aliquo ex quo illud deducitur. Et ad has tres probationes reducitur tandem omnis iuridica probatio, quia vel delictum ipſum immediatè manifeſtatur, & hoc non fit, niſi quia, vel videtur in ſe ipſo, vel quia delinquens illud fatetur, vel deponitur ab illis, qui illud immediatè, vel mediatè viderunt. Si enim delictum manifeſtatur Iudici mediante aliquo alio facto, ex quo delictum deducitur, debet conſtare de illo indicio, ex quo delictum deducitur. Et hoc fieri non poteſt, niſi, vel illud à Iudice per proprium ſenſum videatur, vel Reus illud fateatur, vel deponatur ab illis ſub quorum ſenſu cecidit. Res enim ſenſibilis non cognoſcitur à nobis niſi medio ſenſu, igitur ſenſibile delictum, vel indicium ſenſibile inferens delictum, non poteſt conſtare Iudici, niſi vel per euidentiam rei, quæ cadat ſub eius ſenſu, vel per facientis confeſſionem, vel per relationem aliorum, ſub quorum ſenſu cecidit. Et quia id quod cadit ſub ſenſu Iudicis non indiget probatione, ſequitur, quod omnis probatio iuridice tandē fieri debet, vel per Rei confeſſionē, vel per teſtes de proprio ſēſu immediatè, vel mediatè deponentes. Ad quem modum probationis reducitur etiam probatio per ſcripturam, per quam tanquam per propriam vocem loquentium manifeſtantur facta in abſentia. Si veró teſtes immediatè deponunt de delicto, hæc dicitur probatio per teſtes. Si veró deponunt de aliquo, ex quo delictum deducitur, hæc eſt probatio per indicium.

7. Probatio igitur delicti per indicia eſt probatio delicti mediata, quia immediatè debet probari res illa ſenſibilis, quæ eſt indicium, ex quo deducitur delictum, vel ſi, & hoc probetur ex alio indicio, tandem deueniendum eſt ad aliquid de quo immediatè conſtet per teſtes, ſi de illo non conſtat per euidentiam rei, vel per confeſſionem eius, cuius eſt factum narratum.

8 Ex his habetur quid ſit indicium indubitatum. Indicium eſt res ſenſibilis, ex qua per diſcurſum alia res colligitur, & ſic indicium delicti eſt factum, vel res ſenſibilis, ex qua per diſcurſum deducitur delictum, & hoc eſt indicium immediatum, ſi ex illo non medio alio ſenſibili delictum immediatè concluditur; eſt veró indicium mediatum ſi immediatè ex illo non deducitur delictum, ſed aliud indicium ex quo deli-

delictum deducitur. Sed ad indicium indubitatum duo requiruntur.

9. Primum, quod conſequentia, per quam ex illo deducitur delictum, non ſit tantum probabilis, & opinatiua, ſed neceſſaria, & ſcientifica, quia ad damnandum hominem debet conſtare de delicto per certitudinem ſaltem moralem, quod fieri non poteſt ex indicio, niſi conſequentia, per quam deducitur delictum, ſit certa, & neceſſaria. Erit verò hæc conſequentia certa, & neceſſaria, ſi illa propoſitio, ſeù principium iuris, quod in ſyllogiſmo bene diſpoſito erit maior propoſitio, ſit certum, & neceſſarium, vt ſi dicam Titius truncauit collum Caij; ergo occidit Caium, conſequentia eſt certa, & neceſſaria, quia fundatur ſuper hac principio certo, & neceſſario, quod reſciudens collum alicuius, illum occidit, quod principium in ſyllogiſmo benè diſpoſito eſſet maior propoſitio ſyllogiſmi, ſi diceretur. Reſciudens collum alicuius illum occidit; ſed Titius reſcindit collum Caij; ergo Titius occidit Caium. Sed ſecundo requiritur, quod indicium ipſum ſit plenè probatum, quod non erit niſi ſit probatum, vel per Rei confeſſionem, vel ſaltem per duos teſtes conteſtes de proprio ſenſu deponentes, & omni exceptione maiores, vel per ſcripturam in caſu, quod illa ſufficiat ad plenam probationem. Quod ſi dicatur, quod indicium poteſt probari ex alio indicio primo, ſemper erit neceſſarium, quod conſequentia, ex qua, ex vno indicio concluditur aliud, ſit neceſſaria. Et ſecundo nõ erit plena probatio, vel deuenïendum erit ad indicium plenè probatum, vel per Rei confeſſionem, vel per teſtes.

10. Colligitur primò ex his quod indiciũ non poteſt plenè probari per præſumptionem. Præſumptio enim opinionem importat nõ ſcientiam certam. Et id præſumitur in ſingulari, quod per conſequentiam probabilem cognoſcitur. Nam quod ex re certa per conſequentiam certam deducitur, illud ſcitur non præſumitur. Igitur ſi indicium ipſum ſolum præſumitur, non ſcitur, quia ex principio opinato, & ſolum probabili nou deducitur certa concluſio; ideò indicium non eſt plenè probatum, ſi ſolum eſt præſumptum.

11. Colligitur ſecundò, quod impoſſibile eſt, quod ex ſolis præſumptionibus probentur plenè delicta, etiam ſi præſumptiones iuris ſint. Nam vel præſumptiones ſunt vniuerſales quales ſunt præſumptiones iuris, quæ ſunt regulæ generales, & principia ad præſumendum in particulari; & iſtæ præſumptiones ſunt regulæ certæ, ad præſumendum, ſed non ſunt regulæ certæ, ad iudicandum, quod in rei veritate res ſit, vel non ſit. Quia principia iuris, ſi ennunciant aliquod eſſe, vel non eſſe, non ſunt præſumptiones, ſed principia vniuerſalia ſcientifica, vt ſi dicatur qui occidit eſt homicida puniendus. Sed præſũptiones iuris ſunt propoſitiones in quibus nõ ennunciatur aliquod eſſe, vel non eſſe, ſed quod præſumi, ſeù opinari poſſit, aut debeat, quod ita ſit. Ideo ex iſtis ſolis præſumptionibus non poteſt probari certè, quod aliquid ſit, vel non ſit in ſingulari. Primò quia ex ſolis præpoſitionibus, & principijs vniuerſalibus non probantur particularia in infinitum variabilia, niſi applicentur ad particularia, & de hac legitima applicatione non poteſt conſtare, ex ſolis principijs vniuerſalibus. Itaque huiuſmodi vniuerſales præſumptiones præbent Iudici maiorem propoſitionem ſyllogiſmi iudicialis, ex qua ſola nihil in ſingulari probatur, niſi ſubſumendo minorem propoſitionem, quæ non niſi ex ſingularibus per ſenſum perceptis poteſt probari.

12. Secundò quia per illas præſumptiones iuris non ennunciatur, quod aliquid ſit, vel non ſit, ſed quod præſumitur illud eſſe, vel non eſſe, quod eſt dicere probabiliter opinari quod ita ſit, igitur ex illis præſumptionibus iuris non poteſt concludi, quod delictum ſit, vel non ſit, ſed quod poſſit, aut debeat opinari, quod illud ſit, vel non ſit, ad conuincendum verò Reum non ſufficit opinio delicti, cum opinio non ſit certa. Si verò præſumptio ſit particularis, per quam præſumitur delictum in particulari, vt quod Titius occidit Caium, tunc ſi iudicium Iudicis innititur ſyllogiſmo concludenti ex neceſſitate ſaltem morali hoc iudicium Iudicis innititur ſyllogiſmo concludenti ex neceſſitate ſaltem morali, & hoc iudicium non eſt præſumptio, ſed ſcientia. Et ſic ſi indicium particulare iunctum principijs vniuerſalibus neceſſario infert delictum, tale indicium non facit præſumptionem, ſed ſcientiam; ſed tunc ſolum facit præſumptionem, cum vel indicium ipſum non eſt in ſe certum, ſed ſolum opinatum, vel præſumptum, (quale eſt quando ſolum probatur ex præſumptionibus generalibus) vel ex indicio in ſe certo non infertur delictum niſi per conſequentiam probabilem non verò certam, & ex conſequenti ex tali indicio non habetur plena probatio, quæ ſufficiat ad condemnandum.

13. Reſpondetur igitur ad quæſtionem, & dicitur, quod ex indicio indubitato plenè probato Reus conuincitur de delicto, quod per neceſſariam conſequentiam ex illo deducitur, & aliquando poteſt puniri pœna ordinaria delicti. Hoc primo eſt euidens, quando conſequentia eſt phiſice neceſſaria, ita vt ſolum per Dei potentiam, & ex miraculo oppoſitum poſſit eſſe verum. Sic enim ſi monialis profeſſa poſt multos annos à profeſſione reperiatur grauida, & hoc ſit plenè probatum ſine dubio conuicta eſt de ſacrilego commercio cum viro, & pro hoc delicto poteſt puniri. Idem ſaltem ad pœnam extraordinariam dicitur, ſi conſequentia ſit neceſſaria moraliter, ita vt oppoſitum ſit moraliter inuerſimile. Nam ad conuincendum Reum ſufficit certiudo moralis, neque enim maior eſt certitudo, quæ habetur per teſtes, cum multoties ſubſit falſum teſtibus, falſum deponentibus pro verò.

14. Sed quod prudens Iudex debet conſide-

delictum deducitur. Sed ad indicium indubitatum duo requiruntur.

9. Primum, quod conſequentia, per quam ex illo deducitur delictum, non ſit tantum probabilis, & opinatiua, ſed neceſſaria, & ſcientifica, quia ad damnandum hominem debet conſtare de delicto per certitudinem ſaltem moralem, quod fieri non poteſt ex indicio, niſi conſequentia, per quam deducitur delictum, ſit certa, & neceſſaria. Erit verò hæc conſequentia certa, & neceſſaria, ſi illa propoſitio, ſeu principium iuris, quod in ſyllogiſmo bene diſpoſito erit maior propoſitio, ſit certum, & neceſſarium, vt ſi dicam Titius truncauit collum Caij; ergo occidit Caium, conſequentia eſt certa, & neceſſaria, quia fundatur ſuper hoc principio certo, & neceſſario, quod reſcindens collum alicuius, illum occidit, quod principium in ſyllogiſmo benè diſpoſito eſſet maior propoſitio ſyllogiſmi, ſi diceretur. Reſcindens collum alicuius illum occidit; ſed Titius reſcindit collum Caij; ergo Titius occidit Caium. Sed ſecundo requiritur, quod indicium ipſum ſit plenè probatum, quod non erit niſi ſit probatum, vel per Rei confeſſionem, vel ſaltem per duos teſtes conteſtes de proprio ſenſu deponentes, & omni exceptione maiores, vel per ſcripturam in eaſu, quod illa ſufficiat ad plenam probationem. Quod ſi dicatur, quod indicium poteſt probari ex alio indicio primo, ſemper erit neceſſarium, quod conſequentia, ex qua, ex vno indicio concluditur aliud, ſit neceſſaria. Et ſecundo nō erit plena probatio, vel deueniendum erit ad indicium plenè probatum, vel per Rei confeſſionem, vel per teſtes.

10. Colligitur primò ex his quod indiciū non poteſt plenè probari per præſumptionem. Præſumptio enim opinionem importat nō ſcientiam certam. Et id præſumitur in ſingulari, quod per conſequentiam probabilem cognoſcitur. Nam quod ex re certa per conſequentiam certam deducitur, illud ſcitur non præſumitur. Igitur ſi indicium ipſum ſolum præſumitur, non ſcitur, quia ex principio opinato, & ſolum probabili non deducitur certa concluſio; ideò indicium non eſt plenè probatum, ſi ſolum eſt præſumptum.

11. Colligitur ſecundò, quod impoſſibile eſt, quod ex ſolis præſumptionibus probentur plenè delicta, etiam ſi præſumptiones iuris ſint. Nam vel præſumptiones ſunt vniuerſales quales ſunt præſumptiones iuris, quæ ſunt regulæ generales; & principia ad præſumendum in particulari; & iſtæ præſumptiones ſunt regulæ certæ, ad præſumendum, ſed non ſunt regulæ certæ, ad iudicandum, quod in rei veritate res ſit, vel non ſit. Quia principia iuris, ſi ennunciant aliquod eſſe, vel non eſſe, non ſunt præſumptiones, ſed principia vniuerſalia ſcientifica, vt ſi dicatur qui occidit eſt homicida puniendus. Sed præſūptiones iuris ſunt propoſitiones in quibus nō ennunciatur aliquod eſſe, vel non eſſe, ſed quod præſumi, ſeu opinari poſſit, aut debeat, quod ita ſit. Ideo ex iſtis ſolis præſumptionibus non poteſt probari certè, quod aliquid ſit, vel non ſit in ſingulari. Primò quia ex ſolis præpoſitionibus, & principijs vniuerſalibus non probantur particularia in infinitum variabilia, niſi applicentur ad particularia, & de hac legitima applicatione non poteſt conſtare, ex ſolis principijs vniuerſalibus. Itaque huiuſmodi vniuerſales præſumptiones præbent Iudici maiorem propoſitionem ſyllogiſmi iudicialis, ex qua ſola nihil in ſingulari probatur, niſi ſubſumendo minorem propoſitionem, quæ non niſi ex ſingularibus per ſenſum perceptis poteſt probari.

12. Secundò quia per illas præſumptiones iuris non ennunciatur, quod aliquid ſit, vel non ſit, ſed quod præſumitur illud eſſe, vel non eſſe, quod eſt dicere probabiliter opinari quod ita ſit, igitur ex illis præſumptionibus iuris non poteſt concludi, quod delictum ſit, vel non ſit, ſed quod poſſit, aut debeat opinari, quod illud ſit, vel non ſit, ad conuincendum verò Reum non ſufficit opinio delicti, cum opinio non ſit certa. Si verò præſumptio ſit particularis, per quam præſumitur delictum in particulari, vt quod Titius occidit Caium, tunc ſi iudicium Iudicis innititur ſyllogiſmo concludenti ex neceſſitate ſaltem morali hoc iudicium Iudicis innititur ſyllogiſmo concludenti ex neceſſitate ſaltem morali, & hoc indicium non eſt præſumptio, ſed ſcientia. Et ſic ſi indicium particulare iunctum principijs vniuerſalibus neceſſario infert delictum, tale indicium non facit præſumptionem, ſed ſcientiam; ſed tunc ſolum facit præſumptionem, cum vel indicium ipſum non eſt in ſe certum, ſed ſolum opinatum, vel præſumptum, (quale eſt quando ſolum probatur ex præſumptionibus generalibus) vel ex indicio in ſe certo non infertur delictum niſi per conſequentiam probabilem non verò certam, & ex conſequenti ex tali indicio non habetur plena probatio, quæ ſufficiat ad condemnandum.

13. Reſpondetur igitur ad quæſtionem, & dicitur, quod ex indicio indubitato plenè probato Reus conuincitur de delicto, quod per neceſſariam conſequentiam ex illo deducitur, & aliquando poteſt puniri pœna ordinaria delicti. Hoc primo eſt euidens, quando conſequentia eſt phiſice neceſſaria, ita vt ſolum per Dei potentiam, & ex miraculo oppoſitum poſſit eſſe verum. Sic enim ſi monialis profeſſa poſt multos annos à profeſſione reperiatur grauida, & hoc ſit plenè probatum ſine dubio conuicta eſt de ſacrilego commercio cum viro, & pro hoc delicto poteſt puniri. Idem ſaltem ad pœnam extraordinariam dicitur, ſi conſequentia ſit neceſſaria moraliter, ita vt oppoſitum ſit moraliter inueriſimile. Nam ad conuincendum Reum ſufficit certitudo moralis, neque enim maior eſt certitudo, quæ habetur per teſtes, cum multoties ſubſit falſum teſtibus, falſum deponentibus pro verò.

14. Sed quod prudens Iudex debet con-

ſiderare eſt, vt diligenter videat, an indicium ſit indubitatum. Et primo quidem an indicium ſit plene, vel ſufficienter probatum cum omnibus circumſtantijs neceſſarijs ad inferendum delictum. Secundo cōſiderandum, an maior propoſitio ſyllogiſmi iudicialis, ſeu illud iuris principium, ſuper quo fundatur conſequentia ſeu ſequela delicti, ſit certum certitudine rei, & veritatis in ſe ipſa confederatæ.

15. Præſumptiones enim iuris continent rei probabilitatem ſufficientem ad ſuſpicandum, vel præſumendum non verò certitudinem, & veritatis neceſſitatem in ſe ipſa; ſic dum dicitur, quod ſemel malus in eodem genere mali præſumitur malus, hæc propoſitio eſt certa de probabilitate, ſeu præſumptione, & ſenſus ſit, quod ſuſpicio, ſeu præſumptio, quæ præſumitur, quod Titius, qui eſt ſolitus furari, fuerit ille, qui nunc furtum commiſit, eſt ſuſpicio rationabilis, ſed non continet certam rei veritatem in ſe ipſa, ideo præſumptio illa non ſufficit ad conuincendum Titium de furto nunc commiſſo, ſed ſolum ad habendam ſuſpicionem, ſeu præſumptionem contra illum. Aliquando etiam illud iuris principium eſt conditionatum, vt quod delictum non præſumitur, niſi aliunde appareat. Et in hoc caſu ex illo principio non poteſt concludi certo, & abſolute, quod Caius non ſit delinquens, ſed innocens, niſi etiam in ſingulari, probata conditione eo modo, quo probari poteſt, probata, ſcilicet, negatiua coarctata, quod nihil apparet contra illum, & propter bene dictum eſt, quod præſumptiones etiam iuris non ſufficiunt ad conuincendum. Sed præterea principium iuris ſuper quo fundatur ſequela delicti ſæpè non eſt certum, ſed opinatum, & in hoc caſu ex indicio alias plenè probato non poteſt conuinci Reus, quia ex principio opinato non habetur certa cognitio, ſed opinio, & quia ſæpius accidit, quod principium iuris ſuper quo fundatur diſcurſus Iudicis non ſit certum, ſed opinatum, in hoc caſu, nec indicium eſt verè indubitatum, nec per tale indicium Reus conuincitur. Quod ſic intelligo, quia licet ex duabus opinionibus probabilibus Iudex iuſte vni potius adhereat, & illam veram putet, nihilominus ex hoc non fiet, quod indicium ſit omnino indubitatum, quia verè non eſt certum, quod de iure ex illo certe concludatur delictum. Et ideo per tale indicium non conuincitur Reus.

16. At hoc igitur, vt Reus aliquo modo dicatur conuictus nedum eſt neceſſe, quod indicia ſint probata, & in ſeipſis certa, ſed neceſſe eſt, quod conſequentia per quam ex indicijs infertur delictum ſit manifeſta, indubitata, & certa, Hoc vero non poteſt eſſe, niſi principium iuris ſuper quo illa conſequentia fundatur, ſit ſaltem moraliter certum.

17. Sed & amplius conſiderandum eſt, quod vbi de indicio non conſtat per euidentiam rei, ſed ſolum per teſtes, aut ſcripturam, ſi etiam principium iuris ſuper quo fundatur conſequentia, per quam deducitur delictum, non ſit niſi moraliter certum, iam tam maior, quam minor ſyllogiſmi iudicialis ſolum moraliter ſunt certæ, & hæc certitudo longe minor eſt illa, quæ habetur per duos teſtes coram Iudice immediate deponentes de delicto, & ideo regulatiter Reus non debet dici conuictus ad pænam ordinariam, ſed ſolum ad extraordinariam, vt probatur infra *quæſt.29. art.1.* Non poſſe autem ex indicijs indubitatis ferri ſententiam declaratoriā excommunicationis ex Ricc. *part.3. deciſ.87.* tradit Scroi *part.6. cap.3.n.18.* Sed de hoc dicendum eſt iuxta ſuperius explicata.

SVMMARIVM.

18 *De modo quo ſcriptura probat in iudicio criminali.*

ARTICVLVS III.

De conuicto per ſcripturam.

18. Qvomodo ſcriptura probet in iudicio criminali ſatis oſtenſum fuit ſupra *quæſt.18.* Et ideo hic non eſt neceſſe aliud addere.

SVMMARIVM.

1 *Defenſiones ſunt concedendæ Reo antequam puniatur, aut torqueatur.*
2 *Reo eſt concedenda copia indiciorum contra illum, ſicut & tempus ad purgandum indicia.*
3 *Iudex non poteſt ad vlteriora procedere pendente termino conceſſo Reo, vt ſe defendat.*
4 *Princeps abſolute non poteſt negare defenſiones Reo; in aliquo caſu poteſt.*
5 *Iudex ex officio ante condemnationem debet aſſignare terminum ad defendendum.*
6 *Qualiter Reus poſſit renunciare defenſionibus.*
7 *Iudex non poteſt inducere Reum, vt renunciet defenſionibus.*
8 *In omni tempore poteſt Reus ſe defendere.*
9 *Iudex remoto periculo poteſt communicare ſcripturas vnius partis alteri.*
10 *Reiicitur aliquorum opinio aſſerens non teneri Iudicem ad dandas defenſiones.*
11 *Caſus, in quo Iudex non tenetur Reo concedere defenſiones.*
12 *Iudex poteſt limitare modum defenſionum.*
13 *Quomodo teſti, vel Reo torquendo ſunt dandæ defenſiones.*
14 *Non eſt neceſſe repetere defenſiones, niſi repetantur tortura.*

QVÆ-

QVAESTIO XXVI.

De defenſionibus.

ARTICVLVS I.

Reo dari debent defenſiones.

1. Reum nec puniri poſſe, nec torqueri pro veritate habenda, niſi prius datis illi defenſionibus certiſſimum eſt, *L. Deſertorem §. ſi ad diem, ff. de re milit. l. vnius §. cogniturum, ff. de quæſt. l. defenſionis facultat C. de iure fiſci, cap. cum inter, de except. Clement. Paſtoralis, de ſent. & re iudic. cap. qualiter, & quando el. 2. de accuſat.* Nec Reo negandæ ſunt defenſiones, etiam ſi Iudex timeat de ſubornatione teſtium inducendorum à Reo; etiam ſi delictum ſit atrox, & Reus perſona potens. Quamuis in hoc caſu reſtringi poſſit Reus, & fieri, vt non loquatur cum Aduocato, niſi in præſentia Iudicis, vel Procuratoris fiſcalis, vel Notarij. Bart. Gomez. & alij quos ſequitur Farin. *qu. 39. n. 68.*

2. Et ideo Reo, vt ſe defendat decerni, & dari debet copia indiciorum, quæ ſunt contra illum. Et inſuper dari debet tempus competens ad purgandum indicia. Et ita quod non vna ſola dilatio, ſed tres dilationes illi concedendæ ſint ad ſuas defenſiones: & aliquando ex iuſta cauſa conceditur quarta dilatio. Vbi enim in Reo non poſſit præſumi calumnia, faciles debent eſſe Iudices ad huiuſmodi dilationes concedendas, & numquam eas denegare; quia æquum eſt, quod ex breuitate temporis Reus non maneat indefenſus. Et in omni caſu non negandam eſſe quartam dilationem, quia continet moram parui præiudicij conſulit Farinacc. *quæſt. 39. num 6.* Vbi ex Clar. addit, quod dum Reus ſit carceratus, ceſſat præſumptio calumniæ.

3. Pendente verò termino conceſſo Reo ad ſe defendendum, Iudex ſuperſedere debet, nec procedere ad vlteriora *L. vnius §. cogniturum, ff. de quæſt.* Nec Iudex conceſſam dilationem poteſt reuocare, niſi ſimus in notorijs, & ſi certum ſit Reum non poſſe ſe defendere, & vrgeat cauſa vitandi tumultum populi ob retardatam punitionem; & niſi Iudex timeat calumniam non poteſt concedere dilationem, reſeruata ſibi facultate procedendi ad vlteriora, imo ab eo puncto, in quo Reus petijt copiam proceſſus, & terminum debet Iudex ſuperſedere, & ad vlteriora non procedere. Et interim debet Iudex ponere Reum ad largam (vt dicunt) vel ſaltem ſi cauſa ſit ardua dare ei commoditatem alloquendi ſuos Aduocatos, & Procuratores coram eodem Iudice, vel Fiſcali, vel Notario iuxta *Conſtit. 74. Pij IV.* Nec à dandis huiuſmodi defenſionibus, termino, copia indiciorum excuſantur Iudices, ex eo, quod in iudicando, habeant quodcumque liberum arbitrium, vt per Doctores, quos cumulat Farinacius *dict. quæſt. 39. num. 14.*

4. An verò Princeps abſoluta ſua auctoritate poſſit Reo defenſiones negare; hoc certum eſt, quod exceptiones a iure poſitiuo introductas, & ſolemnitatem defenſionis à iure poſitiuo ſtatutam tollere poteſt. Dixerunt verò aliqui, quod ex iuſta cauſa Princeps poteſt tollere defenſiones, quatenus ſunt de iure naturæ. *Dec. in cap. dilecti num. 36. de except.* Sed hæc ſententia non ſubſiſtit, quia non poteſt Princeps contra legem naturalem. *Clement. Paſtoralis de re iud.* Et hoc confirmatur, quia quænam eſt hæc iuſta cauſa? ſi hæc aſſignatur, vt dicatur adeſſe iuſtam cauſam, quando delictum eſt plus quam notorium, vel quando Reus verè non habet vndè ſe defendat, & de hoc certè conſtat, & timetur tumultus populi ob retardatam punitionem; in his caſibus lex naturæ non obligat, & ideo nedum Principes, ſed ſimplices Iudices poſſunt in dictis caſibus defenſiones non concedere. Et ideo defenſiones quatenus ſunt de iure naturæ, nec ſtatuto, nec conſuetudine tolli poſſunt. Quamuis Princeps poſſit declarare, quod in aliquo caſu lex naturæ non obligat, & ſic in aliquibus curijs ſint in hoc variæ conſuetudines circa illa, quæ ſunt iuris poſitiui.

5. Præcipuè vero ante condemnationem debentur defenſiones, ita quod licet Reus ante torturam iudicetur conuictus, vel poſt torturam confeſſus fuerit delictum, iterum debeatur dari illi terminus ad ſe defendendum, & ad dicendum etiam contra propriam confeſſionem; quod adeo verum eſt, vt etiam non petenti debeat Iudex ex officio aſſignare terminum ad ſe defendendum, & hoc etiam in quibuſcumque delictis etiam atrocioribus; vt communiter tradunt Doctores, & communis praxis confirmat, & colligetur ex *l. Deſertores §. ſi ad idem. ff. de re milit. & ex l. t. §. ſi quis vltro, ff. de quæſt.* Clar. *§. finali quæſt. 39.* Farinaccius *quæſt. 39. num. 32. & ſeq. vbi num. 44.* Quod etiam in crimine hæreſis, non denegantur defenſiones, *& num. 41.* quod idem ſit in crimine læſæ Maieſtatis, *& num. 46.* quod pariter idem ſit in crimine aſſaſſinij. Nec ad negandas defenſiones ſufficit, quod Reus ſit malæ famæ, vel ſit excommunicatus; quia etiam ſi Diabolus eſſet in iudicio, non ſibi denegandæ eſſent defenſiones.

6. An verò Reus renunciare poſſit defenſionibus, controuertunt Doctores; & tamen poſſe renunciari defenſionibus, quantum ad ſtatuta à iure poſitiuo admittitur: Sicut admittitur quotieſcumque ſit certum, nullam competere defenſionem. Et ſic in notorijs delictis, vt quia Reus repertus eſt in flagranti, vel in famoſis latronibus, aut aſſaſſionis, ſi conſtat, & certum eſt de aſſaſſinijs, & ſi conſtat nullam dari defenſionem. Valere etiam renunciationem defenſionum factam à Reo confeſſio communiter admittitur; ſicut & conceditur valere hanc renounciationem in cauſis non capitalibus, nec corporalibus; ſed vbi agitur de cau-

Digitized by Google

ſa corporali, defenſionibus ſtatutis de iure naturali renunciari non poteſt, ſed & renunciationem ſi fiat, inualidam eſſe, ex Gloſſ. in *l. non tantum ff. de appellat.* tenent communiter Doctores, quos abunde refert Farin. *q. 39. n. 55.* Sed nihilominus dicas, quod in omnibus caſibus, in quibus aliquis poteſt renunciare iuri ſuo, & ex virtute patientiæ poteſt iniuſta liberè pati, poteſt defenſionibus renunciare. Nam & Chriſtus Dominus noſter, ſi voluiſſet in iudicio ſe defendere, & Iudici reſpondere, tam clara erat iuſtitia cauſæ ſuæ, vt tota malitia iudaica, non potuiſſet illam offuſcare, ſed ipſe tanquam ouis ad occiſionem ductus, & coram ſe tondente obmutuit.

7. Tunc igitur debent Reo dari defenſiones ex officio. Quia vbi non eſt certum Reum eſſe Reum, & illum non poſſe excuſari à delicto non eſt manifeſtum tenetur Iudex inquirere veritatem, quia veritatis, & iuſtitiæ miniſter eſt. Non licet verò iudicibus inducere Reos, vt renuncient defenſionibus, & non eſt neceſſe quod Reus etiam interrogatus, exprimat quales defenſiones facere velit, etiam ſi de hoc interrogetur à Iudice, vt aliqui voluerunt, ne defenſio ſupprimatur in aliquo. Tum quia Reus vt ſciat, quas defenſiones facere poſſit, & vellit eſt neceſſe vt conſulat aduocatos. Tum quia etiam ſi defenſio videatur non releuans, non per hoc eſt illi deneganda, ſed ſufficit, quod non ſit certum, & notorium, quod illi defenſio non competat, vt bene probat Farin. *q. 39. n. 79.*

8. In quocumque autem tempore, & in quacumque parte iudicij poteſt Reus ſe defendere; & non ſolum intra terminum probatorium, ſed etiam poſt teſtium publicationem, & concluſionem in cauſa, vt habetur ex *l. vnius §. cogniturum ff de quæſt.* Et ideo etiam poſt ſententiam contra ſe latam, *ad text. in l. p. §. ſi quis vltro ff de quæſt.* licet enim tunc ad partis inſtantiam non ſit Reus audiendus, audiri tamen poteſt ex Iudicis officio, item audiri debet quando directè, & immediatè, & ſic euidenter probatur innocentia Rei condemnati, puta per probationem negatiuam coarctatam, vel alio ſimili modo Farinac. *qu. 39. nu. 83.*

9. Quamuis verò aliqui voluerint Iudicem non teneri dare defenſiones, & copiam indiciorum, & actorum, niſi petantur; maximè ſi Rei ſint viri docti, & ſagaces, tamen hæc aſſertio ratione, & praxi communiter reijcitur, etenim Iudex non minorem curam tenetur habere vt Rei damnentur, quam vt innocentes non puniantur, & ideo ex officio tenetur inquirere, procurare, & diligentiam adhibere, & facere totum id, quod eſt neceſſarium, vt innocentes non damnentur, ſed omni poſſibili modo ſe defendant; & ideo etiam ante torturam tenetur Iudex ex officio decernere, & dare Reo defenſiones, ad taxatum in *l. ſi non defendantur ff. de pœnis*, & in authentica, qui Semel *C. quem, & quos Iudex, & l. Ampliorem C. de appell.* & ita communiter obſeruatur.

10. An verò ante tempus defenſionum, dum adhuc ſumuntur informationes Iudex ſcripturas vnius partis poſſit oſtendere alteri parti, aliqui immerito hoc negarunt, quia ſcripturæ ductæ in iudicio ſunt publicæ. Et ad Iudicem ſpectat videre, & quomodo rationes vnius partis poſſint ſolui, vt ex veritate iudicare poſſit. Ideo Iudex non eſt iniuſtus, ſi ſcripturas vnius partis alteri communicet, ſed ſi concedit, & alteri neget, eſt perſonarum acceptor. An verò hoc liceat facere Notarijs, aut Miniſtris Iudicis negant Sanchez. *lib. 3. conſ. c. vnico d. 44.* & ex illo Card. de Lugo *diſp. 37. num. 84.* Sed verum eſt, quod non bene faciunt iſti miniſtri communicando huiuſmodi ſcripturas in conſulto Iudice, eo maximè ſi id faciant pro pretio, ſed tamen in hoc non offenditur iuſtitia commutatiua partium, neque in hoc partes, poſſunt eſſe rationabiliter inuitæ, cum hoc conducat ad inuentionem veritatis, eſt verò in iuſtitia hoc vni parti concedere, & alteri negare. Vnde quod dicunt dd. DD. quod multo magis ſit illicitum parti furare ſcripturas alterius; hoc eſt verum, ſi pars illas abſcondat, & retineat in præiudicium alterius partis, ſecus verò ſi ſolum illas accipiat, vt videat, & pro veritate reſpondeat, nec vna pars habet ius, vt allegata pro ſe non videantur ab altera parte. Imo oppoſitum eſt de iure quia eſt neceſſarium ad inueniendam veritatem. Aduertendum tamen, quod vbi eſſet periculum ſubornationis teſtium, vel alicuius alterius iniuſti præiudicij, Iudex non deberet communicare huiuſmodi ſcripturas ante publicationem proceſſus, vel niſi remoto periculo.

11. In vnico ergo caſu generali non tenetur Iudex dare Reo defenſiones quando eſt prorſus certum, & notorium nullas ei competere defenſiones, quia, ſcilicet, Iudici delictum ſit notorium taliter quod ſimul ſit notorium, quod Reus eſt delinquens, nec poteſt, vel in toto, vel in parte pœnam euitare, vt quia in flagranti crimine eſt deprehenſus. Et quamuis in iure habeantur expreſsè alij caſus, in quibus Rei ſine datis defenſionibus poſſunt puniri, vt in crimine iniuriæ, & blaſphemiæ, & in inſigni latrone, aut aſſaſſino; tamen hæc intelligi debent ſolum in caſu delicti notorij, vt bene ponderat Farinaccius *qu. 39. num. 109.* Nam nec in crimine hæreſis, quod eſt enormiſſimum, negari poſſunt defenſiones.

12. Quamuis verò Iudex non poſſit tollere defenſiones, modum tamen defenſionum poteſt multipliciter limitare, & iuris terminum minuere, & alterare ex iuſta cauſa, ita quod nec ab illa reſtrictione detur appellatio. Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 70. nu. 4.* Et in atrociſſimis vbi ſit timor ſubornationis, poteſt Iudex prohibere, ne Reus aliquem alloquatur, niſi in ſui, vel Notarij præſentia. Et pariter in quibuſdam cauſis poteſt Iudex ſtatuere, vt Aduocatis oſtendantur proceſſus originales loco copiarum. Farinac. *quæſt. 39. num. 114. & 115.*

13. Sed

Digitized by Google

13. Sed numquid teſti dandæ ſunt defenſiones antequam torqueatur ? Diſtinguitur, nam vel teſtis apparet ex proceſſu varius, & mendax, & ex proprio dicto conuincitur, & hic poteſt torqueri pro habenda veritate abſque alijs defenſionibus. Sicut etiam ſi appareat veriſimiliter informatus, & recuſet dicere veritatem; ſed ſi de teſtis mendacio non conſtat, niſi per alios teſtes, poteſt teſtis excipere contra illos, nec poteſt torqueri, niſi prius datis illis defenſionibus, quod & ſeruari debet, quando interrogatur, nedum, vt teſtis contra alios, ſed vt principalis contra ſe; & vniuerſaliter quando teſtis torquendus eſt tamquam Reus, vt puniatur, dandæ illi ſunt defenſiones, vt probat Farinac. *d. quaeſt.* 39. *num.* 147. *& ſeqq.*

14. In repetitione autem torturæ ſi deffenſiones ante datæ fuerant, non eſt neceſſe illas repetere, niſi tortura repetatur ex nouis indicijs; quod ſi Reus ante torturæ repetitionem allegat de nouo aliquid, quod probatum detegit eius innocentiam, Iudex ſuperſedere debet, & permittere, vt probetur quod fuit allegatum Farinac. *d. quaeſt.* 39. *num.* 161. *vbi num.* 166. quod ſi Reus non vult ratificare confeſſionem allegans illius errorem, & offerens ſe illum probaturum, debet ei dare facultatem, & terminum ad illum probandum.

SVMMARIVM.

15 *A quo ſit danda copia proceſſus.*
16 *Qua neceſſitate ſit danda copia.*
17 *Cuius rei ? Et cui debeat dari copia.*
18 *Iudex tenetur abſolutè dare copiam proceſſus.*
19 *Non eſt puniendus Iudex, licet non dederit copiã.*
20 *Copia eſt danda expreſſis nominibus nullo ſtante periculo.*
21 *Alia eſt ratio de hæreticis, ac alijs delinquentibus.*
22 *Ad quid eſt neceſſaria notitia teſtium.*
23 *Quomodo debeat publicari apud regulares.*
24 *Etiam in cauſa fidei danda eſt Reo copia.*
25 *Accuſatori non ſunt manifeſtanda nomina teſtiũ.*
26 *Inter producentem teſtes, aut illum contra quem producuntur eſt diſtinctio.*
27 *Arbitrarium eſt Iudici dare copiam actorum Reo publicando nomina teſtium.*
28 *Quantum ad regulares an hæc publicatio non eſt neceſſaria ?*
Lex poſitiua poteſt declarare in aliquo caſu, quod lex naturalis non obliget. ibidem.
29 *Publicatio teſtium non eſt inducta vt nuda ſolemnitas.*
30 *Notitia teſtium eſt neceſſaria ad Rei defenſionem.*
31 *Forma ſub qua debet dari copia proceſſus.*
32 *Ex iure defenſionis copia actorum debet precedere repetitionem teſtium.*
Duplex eſt cauſa repetendi teſtes. ibid.
33 *Quomodo ſaluatur praxis non dandi copiam actorum.*

ARTICVLVS II.

Danda eſt Reo copia proceſſus.

15. NOnnulla in præcedenti articulo dicta ſunt, quæ maiori indigent explicatione. Cum igitur dictum ſit ibi dari debere Reo copiam proceſſus, vt ſe defendat, hic quæritur primo à quo ſit danda. Et dicitur, quod à Iudice decerni debet, vt detur; ſed poſtea danda eſt à Notario expenſis illam requirentis. Sed pauperibus gratis dari debet. Sed tamen terminus à quo incipiunt defenſiones eſt complementum proceſſus informatiui, & offenſiui; antequam enim hic proceſſus ſit completus, & legitimatus Reo etiam petenti non eſt danda copia proceſſus; ſicut nec accuſatori, aut inſtigatori. Et quamuis aliquando ex magna cauſa accuſatori ſeu inſtigatori, vt poſſit melius tueri iura Fiſci, oſtendatur originale proceſſus non dum completi, tamen Iudices aduertant ex Clar. *quaeſt.* 49. Farinac. *qu.* 75. *nu.* 83. Guaz. *def.* 24. *cap.* 1. *nu.* 10. vt ſolas Rei reſponſiones non verò teſtium depoſitiones oſtendant, ne inde ſumant occaſionem ſubornandi alios teſtes. Notarij quoque nulli oſtendere debent merita cauſæ ante publicationem proceſſus, & ſi id faciant pœna falſi extraordinaria puniuntur, & nec ipſe teſtis poteſt ſuam depoſitionem manifeſtare, licet ille, cui reuelata ſunt contenta in proceſſu ad nullam pœnam teneatur Guazz. *d. cap.* 1. *num.* 10 Quod ſi Rei ſint plures, & aliqui, vel aliquis eorum ſit abſens, prius cauſa abſentium, vel abſentis terminari debet, illos damnando in contumaciam, & poſtea, & non ante præſentibus Reis dari debet copia proceſſus, ſeu proceſſus publicari Clar. *quaeſt.* 49. Farinac. *quaeſt.* 39. *num.* 155. *vbi num.* 156. addit quod tunc Reo non dantur nomina conſociorum, & ea quæ ad illos pertinent, niſi hoc ſit neceſſarium ad hoc, vt Reus præſens ſe defendat.

16. Quæritur ſecundo qua neceſſitate ſit danda ? Dicitur quod neceſſitate iuris naturæ, ex quo Reus habet, vt ſe defendat, quod facere non poteſt, niſi ſciat quid contra ipſum contineatur in proceſſu; & ideo hoc etiam neceſſario fieri debet ex iure poſitiuo tam canonico quam ciuili. Vnde eſt quod Iudex non poteſt negare Reo copiam proceſſus, etiam ſi Princeps reſcripſiſſet contra Reum procedendum eſſe ex proceſſu informatiuo, & etiam ſi Iudex ex ſtatuto haberet arbitrium liberum in procedendo. Menoch. *de arbitr. qu.* 78. Et ideo in ordine ad torturam, ſi Princeps iubeat aliquem torqueri ſine indicijs, nedum non niſi moderatè erit torquendus arbitrio boni viri, ſed ex vi talis commiſſionis non poteſt Reo denegari copia indiciorum, niſi commiſſio contineat clauſulas derogatorias Guazz. *defenſ.* 24. *cap.* 1. *n.* 5. *vbi ex Perſonal.* addit quod Princeps, non poteſt mandare, vt inquiſitus torqueatur, non data copia indiciorum, nec etiam in crimine læſæ maieſta-

Digitized by Google

maieſtatis. Sed hic ſemper conſiderari debet quod licet Princeps ſupremus tollere poſſit defenſiones quatenus ſunt ex iure poſitiuo, non tamen quatenus ſunt ex iure naturali. Et ideo ſine dubio prius extra torturam Reus debet interrogari, & ſic adminus ſunt neceſſaria illa indicia, quæ ſunt neceſſaria ad Reum interrogandum; quamuis adhoc ſufficere poſſint indicia Principi iudicialiter nota tantum quantum ex iure naturæ eſt neceſſarium, vt princeps iubeat Reum ſine alijs indicijs interrogari, & torqueri, ſi delictum neget. Et ideo etiam ſi Iudex poſſit procedere manu regia; licet per hanc clauſulam tollatur ſolemnitas iudicij ordinarij, vnde Baiard. ad Clar. *qu.* 49. *nu.* 17. dixit ſe non vidiſſe obſeruari, vt in hoc caſu detur Reo copia indiciorum, hoc poterit verificari, vbi ſumus in caſu delicti atrocis, & occulti, & inquiſitus ſit malæ famæ ſecus, ſi inquiſitus ſit bonæ famæ, & copiam indiciorum petat. Guazzin. *d.cap.* 1. *num.* 6. Sed neque hoc omninò placet, ſed dicendum quod vbi, non eſt notorium delinquentem non poſſe ſe defendere, debent illi manifeſtari, quæ contra illum ſunt, quantum eſt neceſſe, & ſufficit, vt ſe defendere poſſit, ſiue hoc fiat dando in ſcriptis copiam proceſſus, ſiue alio modo; quia hoc eſt de iure naturæ ſuper quo Princeps etiam ſupremus non poteſt diſpenſare, & ita etiam ſi Reus ſit peſſimæ famæ, non poteſt illi à quocumque Principe negari manifeſtatio indiciorum, & eorum, quæ contra illum ſunt in proceſſu, quantum neceſſe ſit, & ſufficiat, vt ſe defendere poſſit.

17. Quæritur tertio cuius Rei copia, & cui dari debeat? Dari debet copia indiciorum, quæ ſunt contra inquiſitum, & copia libelli accuſationis, ſeu inquiſitionis contra illum formatæ. Et copia inſtrumentorum, & ſcripturarum quæ ſunt de actis. Imò & copia eorum quæ fuerunt narrata, & ſupplicata Principi, vel ſuperiori ſi ſunt producta in actis, ſed & allegationes iuris producti apud Iudicem ſaltem oſtendendæ ſunt Aduocato partis, vt Reus ab illis ſe defendere poſſit. Guazzin. *defenſ.* 24. *cap.* 31. *à num.* 1. Danda verò eſt hæc copia cuicumque Reo inquiſito, etiam ſi ſit de delicto confeſſus, vel conuictus, niſi ipſe faſſus fuerit ſe non habere aliquam defenſionem. Et in hoc non eſt perſonarum diſtinctio, vndè nedum ſimplicibus, & idiotis, ſed etiam doctiſſimis, & dignitate inſignibus; nam cum Reum eſſe de hoc, vel illo accuſatum, vel contra illum fuiſſe hoc, vel illud depoſitum ſit quid facti, quod etiam peritiſſimus in iure ignorat, niſi illud viderit, vel fuerit ibi manifeſtatum, ideò ex iuris peritia quam habeat Reus non excuſatur Iudex, vt neget illi copiam indiciorum. Debet etiam copia proceſſus dari tertio habenti intereſſe in cauſa, vt ſi ex ſtatuto quis poſſet ſumere defenſionem abſentis; ſed tamen ſi tertius iſte eſſet Reus, non eſt illi danda copia proceſſus, niſi ſe præſentet, & ſit præſens in Curia conſtitutus in carceribus. Sed & accuſatori debet dari copia proceſſus poſt eius publicationem, ſi illam petat, vt & ipſe ſuam cauſam tueri poſſit.

18. Quæritur quarto: An copia proceſſus dari debeat, ſi non petatur. Fuit enim multorum opinio copiam hanc non debere dari Reo, niſi illam petat, quia Iudex non impertitur officium ſuum, niſi petenti *l.* 4 *§. hoc autem ff. de damn infect. & cap. Innotuit de elect.* Ita Clar. *quæſt.* 49. Cartar. Vulpell. & plures alij, apud Farinac. *quæſt.* 39. *num.* 96. & Guazz. *defenſ.* 24. *cap.* 2. *num* 1. Verum in contrarium facit, quod ex quo Iudex, qui ex officio eſt miniſter iuſtitiæ recipit accuſationem, vel denunciationem contra aliquem, & cœpit inquirere iam eſt poſtulatus, vt impertiatur officium ſuum, non minus contra, quam ad fauorem Rei, nimirum, vt veritas facti innoteſcat, tam contra Reum, quam pro Reo ne innocens damnetur, ideo tenetur decernere, vt Reo detur proceſſus; & hoc illi manifeſtare, maximè ſi Reus ſit perſonæ rudis, idiota, & ſimplex; quia Iudex non minus tenetur quærere innocentiam Rei, quam culpam. Et imò in caſu in quo Reus non poſſit renunciare defenſionibus, debet Iudex deputare Procuratorem, qui habita copia proceſſus Reum defendat. Vnde abſolutè dici debet copiam proceſſus dari debere, etiam ſi Reus illam non petierit vt docuerunt Anton. Gomez. Cartar. Baiard. & alij, quos ſequuntur Farinac. *quæſt.* 39. Guazz. *defenſ. ar.* 4. *cap.* 2. *num.* 4. prone pro ſtatu Eccleſiaſtico decreuit Paulus V. *in Refor. Tribunal. Vrbis tit. de iudic. crimin.* Imò vbi eſſet ſtatutum, vt copia non daretur niſi petenti, nihilominus pupillis, mulieribus, pauperibus, & alijs perſonis miſerabilibus illam non petentibus dari deberet Farinac. *qu.* 39. *nu* 93. Baiard. *qu.* 4. *num.* 9. Imò Iudex nedum dare debet copiam proceſſus, ſed vbi non ſunt inſtituti Procuratores, & Aduocati pauperum, prouidere illi debet de Procuratore, & Aduocato. Farin. *qu.* 49. *num.* 95. Guazz. *def.* 24. *cap.* 3. *numer.* 8. Et pauperibus gratis danda eſt proceſſus copia, vel ſaltem, ſi ſufficit, oſtendantur Procuratori, & Aduocato originalia, quæ tamen Notarius tradere non debet. Baiard. *d. quæſt.* 49. *num.* 6. Guazzin. *d. cap.* 2. *num.* 10. Si tamen Iudex non tradidit copiam indiciorum Reo illam non petenti poſſet excuſari; ne teneretur in ſindicatu ſecundum Farinac. *qu.* 39. *num.* 95. Baiard. *d. qu.* 49. *num.* Guazz. *d. num.* 2. *&* 9.

19. Quia enim Iudex in hoc non tenetur, niſi, vt decernat dari proceſſus copiam, & huiuſmodi decretum contineatur implicitè in decreto, ex quo Iudex decernit defenſiones, & Reo dat terminum ad ſe defendendum, prout iuris eſt; ideò non erit puniendus Iudex ex hoc præciſe, quod expreſſe non decreuerit dandam eſſe Reo copiam proceſſus, vel ſi illam non petenti non dederit, neque ex hoc proceſſus erit nullus.

20. Quæritur quinto; An danda ſit copia indicionem expreſſis nominibus teſtium. quoniam

niam *in cap. finali de hæret. in ſexto*, conceditur, vt in cauſa hæreſis ſi ob potentiam inquiſiti imminet periculum, vel vt ſubornentur teſtes, vel eis aliquod malum inſeratur, detur copia indiciorum ſuppreſſis nominibus teſtium. Ideò aliqui, quibus placet ex idẽtitate rationis generica extendere leges de caſu ad caſum, voluerunt, quod ſaltem ſtante huiuſmodi periculo copia indiciorum Reo detur ſuppreſſis nominibus teſtium. Ita Clar. *quæſt.* 49. *verſ. habetque locum.* Sed quod publicatio nominum teſtium ſit apex iuris, & non ſit neceſſe id ſeruari in iudicio Regularium, etiam Reo id petente, tenuerunt Suarez. *tom.*4. *de Relig. lib.*10. *cap.* 14. *num.* 10. Sanchez. *lib.*6. *conſil. cap.*8. *diſt.*2. *num.*5. Lezana *tom.*2. *cap.* 27. *num.* 12. Miranda *quæſt.*14. *num.* 15. *&* 55. *& quæſt.*23. *ar.*1. *concl.*2. *num.*4. Paz. Guttier. Portel. Mancin. Franciſcus à S. Iuliano, Ioſeph à S. Maria. Thomas à Ieſu, Card. de Lugo Antonius à Sp. S. Rodriq. Boer. Bert. quos refert, & ſequitur Scroi *part.* 6. *cap.*1. *numer.*14. Biđ. *quæſt.*90. *num.*10. *&* 11. Vbi quod PP. Minores, & Diſcalciati hanc opinionẽ ſequuti eam obſeruari ſtatuerunt.

21. In hac parte hoc conſiderandum eſt, quod non eſt eadem ratio de hæreticis, & alijs delinquentibus, & delictis, etiam leſæ Maieſtatis humanæ, quia delictum hæreſis eſt enormiſſimum, & directè contrarium bono Reipublicę Chriſtianæ, nam euertit fundamentum totius Eccleſiaſticæ Reipublicæ, tollitque omnem ſpem ſalutis. Secundo crimen hæreſis eſt tale, quod illud nimis, ac nimis frequenter incurrunt, etiam viri potentes in ſeculo. Tertio, quia ablato fidei fundamento pluſquam facile eſt homines labi in alia delicta. Sed præcipuè hoc habent hæretici familiare, vt odio proſequantur fideles, & ex conſequenti ſint faciles ad perſequendum teſtes non obſtante, quod illi non ſponte ſed iuſſi depoſuerint veritatem in iudicio. Ideò non valet argumentum, vt ex identitate rationis conceſſio facta tribunali fidei, ex ſpeciali priuilegio extendatur ad alia tribunalia, & delicta.

22. Conſiderandum eſt ſecundo, quod notitia teſtium ex natura rei eſt neceſſaria adhoc, vt Reus ſe defendat, nedum vt Reus poſſit excipere contra perſonas teſtium, & præcipuè, vt opponat exceptionem inimicitiæ, vel aliam, quę, vel tollat, vel diminuat fidem teſtis, ſed etiam vt opponat contra eorum dicta, vt puta ſi teſtis depoſuit de viſu, vel ex certa ſcientia, Reus probet teſtem tempore commiſſi delicti non fuiſſe præſentem, ſed abſentem, & non potuiſſe niſi falſo deponere de viſu, vel ex certa ſcientia, vel teſtes, quos aſſerunt conteſtes non fuiſſe præſentes, nec potuiſſe in rei veritate adduci inconteſtes de viſu; ſic enim ex hoc, & alia ſimili cauſa poteſt Reus ſumere motiua ad probandam falſitatem teſtium.

23. Tertio, quantum ad Regulares duo conſiderari debent. Primum, quod apud Regulares valdè difficile eſt, vt Rei, vel Reorum amici aliundè non ſciant, qui ſint teſtes examinati in proceſſu offenſiuo, cum teſtes examinentur in Conuentibus, & ſine difficultate manifeſtum ſit Collegio, qui ſint illi, qui ad locum examinis vocantur à Superiore, vel Commiſſario, & ad illum vadunt, vnde publicatio teſtium ferè ſemper erit de re manifeſta. Secundum quod ratio, quæ aſſignantur ad probandum, quod in iudicio Regulari non ſint publicanda nomina teſtium, nimirum, ad vitanda odia, & perturbationes non multum vrget, & imò ex alia parte probat oppoſitum. Nam, teſtis vocatus, & ex obedientiæ coactus deponere, vel deponit in ſinceritate, id ſolum, quod verum eſt, & ſcit, & tunc nulla datur occaſio odij, nec debet præſumi inter Regulares, quod Rei velint odio habere teſtes, qui ex obedientia coacti deponere, nihil dixerunt contra charitatem, & iuſtitiam, non niſi verum deponendo, tam ex parte facti, quam ex modo narrandi illud; ſed ſi teſtes falſum deponant, tunc & Rei innocentia, & iuſtitia communis, & commune bonum Religionis petit, vt eorum nomina publicentur, vt poſſit falſitas probari, & vt probata falſitate odio iuſto ab omnibus abominentur, & puniantur.

24. His adnotatis dicitur primo, quod excepta cauſa fidei Reo danda eſt copia indiciorum expreſſis nominibus teſtium, vt decretum fuit *in cap. qualiter, & quando el.*2. *de accuſat.* & tenent ibi Hoſtienſ. Io: Andr. Imola Felin. & alij communiter, & pro ſtatu Eccleſiaſtico ſtatuit Paulus III. *conſtit.*38. & poſtea Paulus V. *in Conſt. Reform. Tribun. Vrbis Rubric. de Iud. Crimin.* Et docent Angel. Iaſon Ripa Gail. & plures alij, quos ſequitur Farinac. *qu.*39. *nu.*87. Prax. Archiepiſcop. Neap. & alij, quos ſequitur Guazzin. *defenſ.* 24. *cap.* 3. *num.* 8.

25. Addit verò Guazz. *num.*9. quod nomina teſtium examinandorum ad defenſam non ſunt manifeſtanda Accuſatori, ſeu inſtigatori antequam examinentur, vt vitetur periculum ſubornationis, & hoc eſt indubitatum. Nam ſicut proceſſus offenſiuus non eſt publicandus Reo antequam ſit legitimatus, & completus, & examinati ſint omnes teſtes producti ad offenſam, ita neque Accuſatori publicandus eſt proceſſus defenſiuus donec fuerit completus. Et in criminalibus præcipue ob periculum ſubornationis nomina teſtium non ſunt publicanda parti aduerſæ, antequam ſint examinati.

26. Sed hic diſtingui debet inter producentem teſtes, & illum contra quem producuntur, & inter poſſibilitatem ſubornationis & probabilem futuritionem illius. Nam ſolus timor poſſibilitatis ſubornationis non eſt attendendus, cum pars habeat ius ad cognoſcendam perſonam teſtis. Nam nullus priuandus eſt iure ſuo, ex eo, quod illo poſſit male vti, ſic licet Accuſatori ad offenſam Rei, & Reo ad ſui defenſionem inducere teſtes ſibi bene notos, adhoc vt examinentur, non obſtante quod poſ-

ſit

ſit eſſe, quod ab illis ſubornentur. Cum vrrò Reus habens nedum ex lege poſitiua, lrd ex iure naturali ius ſe defendendi, quatenus ex hoc haber ius excipiendi contra perſonas, & dicta teſtium, ex hoc non haber ius, vt cognoſcat teſtes antequam ſint examinati, quia bene poteſt ſe defendere, opponendo contra teſtes examinatos; quod quia non poteſt complete facere, niſi ſciat nomina, & perſonas teſtium; ideo danda eſt illi copia depoſitionis teſtium eorum expreſſis nominibus, ſed vlterius Reus ius habet, vt excipiat contra examen teſtium, vt quia non fuerunt examinati parre citara, vel quia examinati fuerunt in ſufficienter, & fuerunt omiſſæ interrogariones circumſtantiarum, ex quibus reſultaret innocentia Rei, vel teſtium falſitas, vel nullitas, vel inſufficientia probarionis. Ex his forſan videbitur alicui, quod ſaltem in ordine ad repetionem reſtium, publicanda ſint nomina teſtium antequam repetantur, vt poſſit dari interrogatoria, ſuper quibus teſtes reprtantur. Sed verè ex hac parte nulla eſt neceſſitas publicandi nomina teſtium, quia ex copia actorum plenè Reus cognoſcit an teſtes furrint legitimè, & ſufficiente examinati.

27. Duo igitur dicuntur. Primum, quod in nullo caſu nomina teſtium examinatorum ad offenſam publicanda ſunr Rro antequam examinentur, vel repetantur, quia ad hoc Reus nullum ius habet, cum ſine illo Reus ſe poſſit defendere, & id præſtare non ſit, niſi dare illi occaſionem ſubornandi reſtes. Secundum, quod verè ex natura rei ad defenſionem Rei ſufficit, ſi cum copia depoſitionis teſtium dentur nomina teſtium ſeparata ab illorum dictis; & Ideò dè lure naturæ non eſt, quod dentur coniunctim. Et cum ius poſitiuum expreſsè non iubeat, vt hæc nomina dentur coniuncta, benè ſuſtineri poteſt, quod etiam de iure poſitiuo ſufficiar ſi dentur hæc nomina à dictis ſeparata, quæ fuit mens Clar. *d. qu.* 49. & Blanc. apud illum. Et ideo reſolutiue dicitur, quod arbitrarium eſt Iudici dare Reo copiam actorum publicando nomina teſtium, vel iuncta illorum depoſitionibus, vel ab eis ſeparata, prout magis videbitur expedire ad vitandum aliquod probabile futurum præiudicium, vel teſtibus, vel cauſæ, & ex communi vſu hæc nomina dati ſeparata teſtatur Eliſeus *tract.* 4. *quæſt.* 12. *num.* 7.

28. Quantum ad Regulares verò, ex quo in tribunali S. Officij conſuetudine introductum eſt, vt non publicentur nomina teſtium nedum in terminis *cap. final. de hæret. in ſexto*, ſed vniuerſaliter, eo quod vniuerſaliter cenſeatur imminere periculum teſtibus, videtur quod hæc publicatio non ſit neceſſaria de iure naturæ ad defenſam, ſed ſolum de iure poſitiuo; ſed neque hoc ſequitur, quia cum crimen hæreſis aduerſetur immediatè bono communi, quod præualrt bono priuato, potuit lex poſitiua declarando, quod in hoc caſu lex naturalis non obligat ſtatuere quod illud paruum bonum priuatum, quod prouenit priuatis Reis ex publicatione nominum teſtium debeat cedere bono communi Eccleſiaſticæ Reipublicæ; ſed cum alias hæc declaratio, & ſtatutum aduerſetur. Iuri communi ſtaruto *in d. cap. qualiter, & quando*, & in alijs delictis non militet eadem ratio, ſi de ratione propria, & adequata loquamur, non poſſunt DD. vel alij Iudices extendere conceſſionem illum contra id, quod eſt de iure ad alia tribunalia, & alios caſus, niſi in ſingularibus caſibus omnibus benè penſaris locum habeat Epijcia.

29. Interim tamen nec poteſt dici quod publicatio nominum teſtium ſit inducta à iure poſitiuo tanquam nuda ſolemniras, & iuris apex, cum ſit neceſſaria ad defenſam ex rei natura, Et ideo eriam in iudicio Regulari ſeruari debet, per ea quæ dicta ſunt *num.* 16. quod, & voluerunt Villagar. *lib.* 2. *cap.* 2. *concluſ.* 4. Ghiſl. *de iud, Reg. cap.* 11. *num.* 24. Megal. *in pract. crim. lib.* 9. *num.* 15.

30. Ad ſummum autem concedi poſſet, quod & de iure communi dictum eſt *numer.* 27. poſſe fieri, vt ſcilicet nomina reſtium dentur confuſa, & ſeparata à dictis eorum. In quo ſenſu Eliſeus *tract.* 4. *quæſt.* 12. *num.* 8. dixir arbitrarium eſſe Iudici Regulari, vt det acta expreſſis nominibus teſtium, ita tamen, vt non niſi perente Reo, & ex grauiſſima cauſa id fiat, & nomina drntur ſeparata; ſed ſemper danda eſſr puto, ſi petantur ſaltem ſeparata; quia illorum notitia eſt neceſſaria ad Rri defenſionem.

31. Queritur ſexto, quando, & ſub qua forma dati debet copia proceſſus? Crrtum quod non debet dari hæc copia, niſi poſt completum proceſſum offenſiuum, & examinatis teſtibus, & Reo; ſed complero proceſſu varia eſt conſuetudo dandi copiam proceſſus. Quidam enim defenſam incipiunt à repetitione teſtium, & non dant copiam actorum, niſi vel trſtes ſint repetiti, vel Reus habeat illos pro ritè examinatis, & repetitis; & ideo Iudex non decernit dandam eſſe copiam proceſſus, niſi cum clauſula habitis teſtibus pro ritè examinatis, & repetitis. Hæc enim Rei declaratio facit, quod teſtes non poſſint reijci, ex eo quod fuerint examinati non citata parte; quod ſi Reus nolit hanc declarationrm facere, eum ad hoc poſſe cogi, vbi adrſt conſuetudo dandi decretum copiæ proceſſus cum rali clauſula dixit Farinac. *qu.* 72. *num.* 157. Sed Guazz. *def.* 25. *cap. num.* 1. vult quod non poſſir dari legitimus modus cogendi Reum ad ralem declarationem; & ideò ſi Reus nolit declarare teſtes pro ritè, & rectè examinatis, non ſupereſt, niſi quod Iudex teſtes, vel repetat, vel confrontet cum Reo. Si fiat verò prædicta declaratio debet fieri per Reum principalem, vel per Procuratorem habentem ab eo ſpeciale mandatum. Præſuppoſito verò decreto dandi copiam proceſſus cum illa clauſula, ſi nihilominus detur copia proceſſus, & Reus expreſsè non declaret ſe habere teſtes pro repetitis, hoc non ſufficit, vt Reo præiudicet, quin poſſic petere repeti-

repetitionem teſtium,& illi repeti debeant; quia ad tollendam repetitionem neceſſaria eſt expreſſa Rei declaratio, & conſenſus, vt non repetantur; quod adeò verum eſt, vt ſi Reus petijſſet copiam actorum cum oblatione de habendo teſtes pro repetitis, non per hoc teſtes dicerentur habilitati, & habiti vt repetiti Farinac. *qu.* 72. *num.* 155. Ambroſ. *lib* 3. *cap.* 1. *nu.* 37. Guazz. *defenſ.* 1. *cap.* 6 *num.* 9. Et imò dato quod Reus expreſsè habuerit teſtes pro ritè repetitis antequam recipiat actorum copiam, poteſt pænitere, & conſenſum reuocare. Farinac. *qu.* 72 *num.* 116. Gabriel. Honded. Bertaz. quos refert Guazz. *d. cap* 6. *num.* 20. Vbi benè contra Cauale. addit, quod in hoc caſu non eſt neceſſe, quod Reus reddat cauſam pœnitentiæ.

32. Sed aliarum Curiarum diuerſa eſt praxis, & longè melior, in qua decernitur dari copiam proceſſus ſine dicta clauſula, & ſic prius interrogatur Reus, an habeat teſtes pro repetitis, *&* ritè examinatis, & habito eius reſponſo, vel affirmatiuo, vel negatiuo decernitur copia actorum, & datur terminus ad ſe defendendum; Nam ſpectato iure defenſionis copia actorum debet præcedere repetitionem teſtium; quia Reus non poteſt plenè formare interrogatoria ſuper quibus examinantur teſtes pro fiſco examinati, niſi viderit acta. Et aduertendum, quod repetitio teſtium eſt neceſſaria ex duplici cauſa, vel ſcilicet, vt ſanet defectum non citationis partis, quando prius fuerunt examinati non citata parte, & ex hac parte repetitio non ſupponit neceſſario copiam actorum; vel repetio ordinatur ad hoc, vt Reus ſe defendat à depoſitionibus teſtium,& vt appareant varij, contrarij, & falſi, & ad hunc finem repetitio non iuuat, niſi habita copia actorum, Reus poſſit formare interrogatoria ſuper quibus teſtes repetantur.

33. Ideò praxis illa non dandi copiam actorum, niſi Reus habeat teſtes pro rectè repetitis poteſt ſaluari ſi non intendatur aliud, quam, quod non ſit neceſſe illos repetere ex defectu non citatæ partis in primo examine; quia hæc eſt ſolemnitas non neceſſaria ex natura rei ad defenſam; ſed quatenus per eam clauſulam requiritur repetitio teſtium, vt neceſſaria ad habendam veritatem, & ad hoc, vt ex illa Reus probet ſuam innocentiam, & ſe defendat, non video quomodo illa praxis ſit iuſta, & ſi ponatur, habeat vim vt tollat à Reo ius petendi repetitionem teſtiū, etiam poſt habitam actorum copiam. Propterea, vbi viget illa praxis eſt quidem vtile conſilium, vt Reus re integra proteſtetur ante datas copias, ſe illas recipere retēta facultate opponendo contra perſonas,& dicta teſtium, & illos repetendi etiam datis à ſe, & pro ſua parte interrogatorijs. Hanc enim proteſtationem tenetur Iudex admittere Cartar. *de interrog. Reor. l.* 2. *cap.* 2. *num.* 61. Sgroi *par.* 6. *cap.* 1. *num.* 23. qui dum ſubdit quod ſi Reus non proteſtatur cenſetur perſonas, & dicta teſtium approbare adducens ad hoc Salic. Marantam, & alios, non eſt in iure fundatum, nec eſt verum; quia nemo præſumitur approbare, quod ignorat, antequam verò Reo detur copia proceſſus, ignorat perſonas, & inhabilitatē teſtium & defectum dictorum ab ipſis; non poteſt igitur præſumi, quod illa approbat, & verè ſi non datur copia actorum, non poteſt Reus cogi ad talem approbationem, & ſi cogatur poteſt iuſtè appellare.

SVMMARIVM.

34 *Duplex eſt publicatio proceſſus.*
35 *Noui teſtes nequeunt produci publicatis atteſtatis.*
36 *Diſtinctio inter teſtes examinatos ad offenſam rei, & ad defenſam.*
37 *Poſt publicationem in examinandis teſtibus ad offenſam, ceſſet omne periculum ſubornationis.*
38 *Iudex poſt publicationem, quando articuli ſunt releuantes debet admittere nouos teſtes.*
39 *Ad defenſam Rei in multis caſibus admittitur examen in ciuilibus æque, ac in criminalibus.*
40 *Iudex tenetur recipere articulos adductos à Reo ad ſui defenſionem.*
41 *Certum eſt, poſt publicationem proceſſus offenſiui Reum, poſſe inducere teſtes.*

ARTICVLVS III.

Qualiter poſt publicationem proceſſus examinari, vel non examinari teſtes poſſint.

34. PVblicatio proceſſus diſtinguitur in pronunciatiuam, & inſinuatiuam. Illa conſiſtit in Decreto Iudicis dicentis publicamus teſtes, ſed iſta fit, quando dicta teſtium parti ſunt inſinuata. Farin. *quæſt.* 75. *numer.* 2. Bictus *quæſt.* 90. *num.* 2. Et de hac publicatione præcipuè eſt difficultas, an poſt illam teſtes examinari poſſint, quod eſt dicere an poſt traditam copiam actorum id poſſit fieri.

35. Poſt quam enim eſt concluſum in cauſa, & poſtquam publicata ſunt atteſtata, & à parte didicita non poſſe amplius in Ciuilibus cauſis produci nouos teſtes, & examinari; certū eſt tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico. Quamuis hoc patiatur plurimas limitationes, nā Regulæ huius, quod poſt publicatas atteſtationes,& didicita atteſtata non ſit locus productioni teſtium,& eorum examini. Farinac. *q.* 75. *ponit* 67. *limitationes.* Sed in criminalibus nec datur concluſum in cauſa, nec probationibus renunciari poteſt. Bald. *cap. cum veniſſet num.* 7. *de teſtibus,* & ibi Anchar. *num.* 14. Felin. *num.* 3. *& in cap. Fraternitatis de teſt. nu.* 19. Farinac. *qu.* 75. *n.* 290. Nec teſtium publicatio impedit, quia poſt publicationem actorum poſſint, vel nouiter examinari, vel repeti teſtes antiqui. Panor. *cap. Fraternitatis num.* 4. & ibi Marian. *num.* 178. Pariſ. *num.* 12. Clar. *quæſt.* 61. Farinac. *quæſt.* 75.

num. 407. Imol. *in Clem.* 2. *de teſtibus*. Hoc tamen verificatur, quando Iudex procedit ex officio, & per viam inquiſitionis. Bald. *in cap. fraternitatis de teſtibus num.* 10. Io. Andreas *numer.* 25. Bellam. *num.* 29. Panormit. 4. Marian. *nu.* 160. Pariſ. *num.* 46. & alij innumeri, quos refert Farinacc. *qu.* 75. *num.* 412. Et idem dicitur etiam ſi Iudex procedat ad inſtantiam Procuratoris fiſcalis. Innoc. *in cap. cum Clamor. de teſtibus*. Bald. Hoſtien. Io. Audr. Panormit. Bellamer. Farinac. *num.* 410. Guazzin. *def.* 24. *cap.* 7. *num.* 23. & alij. Imò cum Iudex ſimul procedere poſſit, & ad inſtantiam accuſatoris, & ex officio per viam inquiſitionis, & ideò etiam ſi Iudex contra aliquem procedat ad querelam accuſatoris poteſt ex officio examinare teſtes poſt publicationem atteſtatorum, etiam ad offenſam, quod tamen non debet facere, niſi ſit certus teſtes non fuiſſe ſubornatos Farinacc. *qu.* 75. *num.* 418.

36. Verum hic diſtingui debet inter teſtes examinatos ad offenſam Rei, & ad defenſam; Nam poſt publicationem atteſtatorum non poteſt Iudex ad inſtantiam accuſatoris, aut querelantis, aut cuiuſcumque priuati inſtigatoris teſtes examinare, vt *in cap. Fraternitatis de teſt.* docent Bald. & alij. Niſi teſtes producantur ſuper nouis indicijs, & articulis. Hoſt. & alij *in cap. cum Clamor de teſtibus*. Clar. *quæſt.* 61. Farinac. *qu.* 75. *num.* 527. Guazzin. *def.* 24. *cap.* 7. *num.* 5. Sed ſi Iudex incepit proceſſum ex officio. Si poſteà aduenit aliquis inſtigator, vel adhærens, hoc non impedit, vt Index non poſſit examinare teſtes poſt publicationem, quia hæc ſuperuiuentia non mutat formam iudicij inquiſitionis Farinacc. *quæſt.* 75. *num.* 417. Sed hoc meritò reijcit Guazz. *d. cap.* 7. *num.* 6. quia vbi ad inſtantiam inſtigatoris examinantur teſtes, adeſt illud periculum ſubornationis, ratione cuius DD. docent teſtes non poſſe examinari ad inſtantiam inſtigatoris; ſed ſi accuſator, vel inſtigator ſit negligens, & ſuſpectus de colluſione, poteſt Iudex ex officio teſtes examinare etiam poſt publicationem, ne culpa inſtigatoris veritas occultetur. Farinac. *quæſt.* 75. *num.* 418. Guazz. *d. cap.* 7.

37. Sed ſemper debet aduertere Iudex, vt in examinandis teſtibus ad offenſam poſt publicationem ceſſet omne periculum ſubornationis, vt bene notat Farinac. *quæſt.* 75. *numer.* 429. vbi *num.* 450. quod ad hoc non eſt neceſſaria alia iuſta cauſa, vt voluit Clar. *quæſt.* 61. quia etiam in ciuilibus ex cauſa rationabili poteſt Iudex concedere Accuſatoribus, licet non minoribus, reſtitutionem in integrum ad examinandum teſtes poſt publicationem. Et vbi non ſit periculum ſubornationis iuſtitiæ publicæ præbet iuſtam cauſam ad hoc, vt veritas delictorum inueniatur, & probetur. Semper tamen eſt obſeruandum, quod ſi examinati fuerint teſtes ad offenſam poſt publicationem actorum, ſemper Reo nouæ defenſæ dari debent, vt contra illos ſe poſſit defendere Farinac. *quæſt.* 75. *num.* 114. & poſt Bart. Marſil. *cap. Theſar.* Sgroi *par.* 7. *cap.* 1. *num.* 20. Et poterit pro ſe ad defenſam nouos teſtes inducere Felin. *cap. cum Clamor. de teſt.*

38. Sed ad defenſam Rei, nedum poteſt, ſed debet Iudex admittere, & examinare teſtes etiam poſt publicationem, quia Iudex ex officio tenetur, quærere defenſiones Rei, etiam quod procedatur via accuſationis. Clar. *quæſt.* 62. Et ideò etiam ad inſtantiam Rei debet Iudex nouos teſtes admittere, & examinare, dummodo articuli, ſuper quibus teſtes examinari debent, ſint releuantes, & abſit malitia prolungandi cauſam. Non quia ſi Reus ſit præſens teneatur Iudex ex officio defenſiones facere; nam ſufficit quod Reo præſenti deputet defenſorem idoneum; ſi verò ſit abſens, pariter nec Iudex tenetur teſtes inducere, aut inductos recipere Farin. *quæſt.* 73. *num.* 423. ſed ſemper examinando teſtes Iudex debet adhibere omne ſtudium, vt veritatem inquirat, & facere, vt in actis deſcribantur, etiam quæ fauent Reo, quo præſente, & teſtes inducente Iudex debet illos examinare, etiam poſt publicationem; *vt in cap. Fraternitatis de teſtibus*, tradunt Pariſ. *num.* 46. Aretin. *num.* 36. & 37. & *in cap. cum clamor eodem tit.* Felin. *num.* 5. Gail. Comad. Anton. Gomez. & quam plures alij, quos refert Farinac. *quæſt.* 75. *num.* 420.

39. Et prætereà in multis caſibus, in quibus in ciuilibus admitti poteſt examen teſtium poſt publicationem, poſſunt etiam admitti in criminalibus, & præcipuè ad defenſam Rei id fieri poteſt. Vt quando agitur de nullitate proceſſus ex non ſeruato ordine iuris, & quando ſententia non tranſit in iudicatum, vel quando producuntur inſtrumenta ſimul cum teſtibus, vel quando non poteſt imputari Reo, quod prius non fecerit examinare teſtes, vel quando Reus velit probare contrarium per euidentiam facti, vel producuntur teſtes ſuper notorio, vel quando teſtes de nouo ſunt reperti, vel ex noua ſuperueniente cauſa veriſimiliter non cogitata, vt quando ius probationis oritur poſt publicationem, vel quia teſtes producti non fuerunt omnes examinati, & pars non conſentit publicationi, & quando dolo, & culpa Iudicis teſtes non fuerunt plenè examinati, vel quando remanet probanda, & debet probari aliqua qualitas in proceſſu non probata, & in articulis non deducta, vel quando teſtes examinantur ad declarationem ſuorum dictorum.

40. Et imò ſi Reus etiam poſt terminum ſibi datum velit adducere articulos ad ſui defenſionem, Iudex tenetur illos recipere. Guaz. *defenſ.* 31. *nu.* 1. Scroi *par.* 7. *cap.* 1. *num.* 9. Vbi quod quocũque alio tempore admittendæ ſunt defenſiones Reorum, ſi ab illis petantur, vel quando ſine culpa Rei atteſtationes ſunt deperditæ; ita vt de illis nullatenus poteſt apparere, vel quando Reus facto aduerſarij, vel Iudicis fuit impeditus teſtes producere, vel teſtes fuerunt nulliter examinati, vel ſi Iudex reuocauit interlocutoriam productionis, in his, & ſimilibus

X

libus caſibus in quibus etiam in cauſa ciuili poſſunt examinari teſtes poſt publicationem, per DD. quos abundè refert Farinac. *qu.* 75. *nu.* 68. vſque ad 155. multò magis id poteſt fieri in criminalibus ad defenſam. Et vniuerſaliter in illis exceptionibus, quæ opponi poſſunt in qualiber parte proceſſus, etiam poſt illius publicationem.

41 Et hæc clarius apparent ſi conſideretur, quod ſi loquimur de publicatione proceſſus offenſiui, euidentiſſimum eſt Reum poſt illum poſſe inducere teſtes quoſcumque ad ſui defenſam; ſed ſi loquamur de publicatione proceſſus defenſiui, hæc non fit dum Iudex procedit ex officio, quia acta proceſſus illi ſunt manifeſta. Solum poteſt obſtare, quod tranſierit terminus datus Reo ad probandum, & quod poſt publicationem factam accuſatori, vel ſibi dedicerit atteſtata, ſed tunc ex cauſis ſupra *numer.* 39. relatis, & alijs ſimilibus poſt publicationem etiam ad Rei inſtantiam poſſent teſtes examinari. Quando autem articuli dicantur noui, vel antiqui, aut directè, vel indirectè contrarij. Et quando dicantur didicita fuiſſe teſtificata latè explicant Farinac. *quæſt.* 75. *num.* 29. *& ſeqq.* & Caualc. *part.* 4. *de teſtibus nu.* 188. Videantur etiam dicta ſupra *quæſt.* 15. *art.* 5.

SVMMARIVM.

42 *Qui dat copiam proceſſus debet dare terminum ſufficientem.*
43 *Multiplex eſt caſus, quo poteſt vlteriora procedere pendente termino.*
Iudex poteſt abbreuiare terminum legalem. Ibid.
44 *Iudex non poteſt reuocare dilationem.*
45 *Ad inſtantiã Rei admittitur reuocatio dilationis.*
46 *Proceſſus factus pendente termino eſt nullus.*

ARTICVLVS IV.

Pendente termino, aut dilatione data ad faciendum defenſiones. Iudex debet ſuperſedere, nec ad vlteriora procedere.

42. IVdex decernens dari Reo copiam proceſſus ſimul debet dare illi terminum ſufficientem conſiderata qualitate cauſæ, perſonæ, & diſtantiæ loci, intra quem deducat, quæ ad ſui defenſionem faciunt, vt ſupra dictum eſt, pendente verò hoc termino Iudex ſuperſedere debet, nec contra Reum poteſt ad vlteriora procedere. *l. vnius §. cognitiurum ff. de qu.* Franc. *cap. ſignificante de appell.* Farinac. *quæſt.* 39. *num.* 7. Guazzin *defenſ.* 24. *cap.* 4. *num.* 1. & apud iſtos plures alij. Huiuſmodi verò ſuſpenſio iuriſdictionis Iudicis incipit à tempore, in quo à Reo petita fuit copia actorum, & multo fortius durat dum fuit conceſſa dilatio, quam concedere debet quicumque Iudex, etiam ſi procedat manu regia. Hic verò eſt vnus de illis caſibus, in quibus dies termini non computatur in termino, niſi in conceſſione aliud exprimatur, vt ſi diceretur quod datur tempus defendendi ſe vſque ad talem diem. Guazz. *d. cap.* 4. *num.* 9. *vbi nu.* 10. quod huiuſmodi terminus eſt communis vtrique parti, etiam quod illi re integra renunciaſſent, & etiam ſi terminus datus fuiſſet minori ex priuilegio reſtitutionis in integrum. Marant. *part.* 6. *tit. de dilat. num.* 18. Et dilatio intelligi debet, vt continua, & vt currant in ea etiam dies feriati, niſi tota dilatio abſorberetur à ferijs, & pendente vna dilatione poteſt concedi alia, quæ incipiat à fine prioris conceſſæ, quando ſecundus actus non pendet à primo, ſed eſt ab illo diuerſus Guazz. *def.* 24. *num.* 8.

43. Plures tamen dantur Caſus, in quibus Iudex pendente hoc termino poteſt procedere ad vlteriora. Primus eſt, ſi Iudex in conceſſione termini hoc ſibi reſeruauit. Iudex enim terminum legalem poteſt abbreuiare, aut prolongare. Menoch. *caſ.* 32. *de arbitr.* Sed tamen Iudex huius abbreuiationis cauſam tenetur reddere in actis. Nec poteſt hoc facere niſi in delicto atroci, & Iudex ſine aliquo dubio ſit certus, quod Reus ſe non poteſt defendere, Farinac. *qu.* 39. *nu.* 11. Et in hoc caſu adminus tenetur Iudex loco copiæ oſtendere originalia Procuratori, & Aduocato Rei. Guazz. *d. cap.* 4. *num.* 3.

44. Secundus caſus eſt ſi Iudex expreſsè dilationem reuocauit. Franc. *cap. ſignificante num.* 16. *de appell.* Et tamen Iudex non poteſt datam dilationem reuocare, niſi ſimus in caſu Notorij. Et ſit certus, quod Reus non poteſt ſe defendere, & timeatur Populi tumultus ex dilatione. Farinac. *qu.* 39. *num.* 10. Sed & Iudex tenetur citare ad videndum reuocari dilationem, & etiam vlterius ad videndum procedi ad vlteriora. Et ita quod nec Iudex procedens manu Regia poteſt alio modo reuocare datam dilationem. Et ſi dilatio data fuit de conſenſu partium, Iudex illam non poteſt reuocare niſi vtraque parte conſentiente. Baiard. ad Clar. *qu.* 48. *nu.* 1. Guazzin. *d. cap.* 4. *num.* 4. vbi ex eodem Baiard. quod ſi Reus acceptauit dilationem, Iudex illam non poteſt reuocare; & verè ſic eſt, *vt notauit* Farinac *d. nu.* 10. quod Iudex dilationem non poteſt reuocare, niſi ex dilatione executionis ſententiæ timeatur populi tumultus, ad quem vitandum Iudex etiam ad pœnam capitalem poterit procedere. Et tunc de hac cauſa debet conſtare in actis. Guazzin. *num.* 7. Et ita generaliter quando ex dilatione timetur populi tumultus poteſt Iudex procedere ad vlteriora ſi ſit certus, quod Reus non poteſt ſe defendere, quia delictum eſt omnino certum.

45 Tertius caſus eſt, ſi Reus ipſe ſeu pars, cui fuit data dilatio, petat citius expediri cauſam. Ita Guazzin. *d. cap.* 4. *nu.* 5. vbi ex Grat. *conſ.* 77. *num.* 11. ait hoc verificari, etiam ſi alias dilatio data intelligatur communis vtrique parti; ſed puto quod hoc ſine maiori conſidera-

ſiderationę non ſit admittendum. Quartus caſus eſt quando dilatio fuiſſet data ad faciendum id, quod nullum eſt. Guazzin. *num. 6.*

46. Si verò Iudex pendente termino procedat ad vlteriora, proceſſum ex defectu iuriſdictionis ſuſpenſæ eſſe nullum ipſo iure; ita quod nec de conſenſu partium poſſit validari dixerunt Franc. Gabr. Iaſon, & alij, quos ſequitur Guazz. *dicto cap. 4. num. 2.*

SVMMARIVM.

47 *Teſtes ſunt iterum examinandi non citato Reo.*
58 *Citandus eſt Reus ad repetendos teſtes.*
49 *Repetitio teſtium eſt facienda, poſt completum proceſſum.*
50 *Repetitio datur poſt publicatas atteſtationes, & copiam actorum.*
51 *Viſa copia poteſt Reus repetitionem petere.*
52 *Super interrogatorijs datis à Reo teſtes ſunt examinandi,*
53 *Interrogatoria debent admitti quæ concernunt depoſitiones teſtium.*
54 *Duplex eſt regula ſuper interrogatoria.*
55 *Prius examinari debent teſtes ſuper interrogatorijs, quam ſuper depoſitionibus.*
56 *Repetitio teſtium debet fieri per Iudicem.*
57 *Teſtis ſuſpectus de falſo, non poteſt ſe referre ad primum examen.*
Ordo ſeruandus in examine. ibid.
58 *Teſtes poſt ſententiam non repetuntur.*
59 *Teſtis citatus non comparens redditur ſuſpectus*
60 *Diuerſi ſunt modi in quibus non eſt opus repetitionis.*
61 *Repetitio teſtium citata parte, licet non ſit de ſubſtantia probationis eſt tamen iuris apex.*
62 *In iudicio Regularium ſufficit examinaſſe teſtes ſub iuramento.*
63 *Repetitio teſtium ſit per Iudicem, fiſco non conceditur niſi de licentia Rei.*

ARTICVLVS V.

De repetitione Teſtium.

47. QVod ſit neceſſe teſtes examinatos non citato Reo iterum repetere eo citato tradunt Clar. *quæſt.* 45. Farinac. *qu.* 72. *nu.* 136. & alij communiter. Cum enim, vt teſtes probent neceſſe ſit, vt examinentur citata parte, teſtes verò in proceſſu informatiuo criminali examinentur parte non citata, vt Reus poſſit ſe defendere neceſſe eſt, vt eo citato examinentur iterum teſtes, etiam ſuper interrogatorijs ab eo datis.

48. Primo igitur citandus eſt Reus ad declarandum, an velit habere teſtes pro ritè examinatis, & repetitis, vel potius velit ipſos repeti, & ad dandum interrogatoria ſua per quibus debeant teſtes examinari, quatenus illa dare velit Ambroſ. *de modo formand. proceſſ. lib. 3. cap. 1. num. 4.* addit verò Guazz. *defenſ. 25. cap. 1. nu. 4.* quod vbi Reus non ſit contumax non ſufficit citatio generalis ad omnes, & ad ſingulos actus, & videndum examinari teſtes, (quæ citatio ſolet fieri quando citatur abſens contumax,) ſed vbi Reus eſt præſens, debet citari ſpecialiter ad hunc actum, vt ſciat, quando adeſſe debeat, & reſpondere pro ſuo intereſſe, & amplius niſi contraria praxis aliud in aliquo loco obſeruet, non ſufficit citari Reum ad repetionem teſtium, ſed in forma citationis expreſsè citandus eſt ad videndum iurare, & induci, & repeti teſtes. Sed hoc non procedit niſi in curijs in quibus citatio iſta eſt neceſſaria.

49. Secundo hæc repetitio non debet fieri ante litem conteſtatam nimirum antequam Reus fuerit ſufficientes interrogatus, & reſponderet, ſed poſtquam proceſſus informatiuus per Rei reſponſionem completus fuerit. Et tunc repetio fieri debet cum omnibus requiſitis, ac ſi antea teſtes, non fuiſſent examinati Clar. *qu.* 45. *num.* 13. Et ſi teſtes repetiti ſint tales, quod prius non potuerunt admitti ſine tortura, vt ſunt ſocij criminis, in repetitione iterum torqueri debent, aliter repetitio non valeret Clar. *quæſt.* 45. Guazz. *defenſ.* 25. *cap.* 1. *num.* 8. Et ſic etiam iterum iurare debent, & tortura debet eſſe leuis.

50. Tertio repetitio iſta fieri debet ante publicatas atteſtationes, & datam copiam actorum ſecundum Marantam *par 6. tit. de Inquiſit. num.* 8. Clar. *quæſt* 49. Foller. & Honded. quos refert. Guazzin. *defenſ.* 25. *cap.* 1. *nu.* 10. Sed de Iure Canonico, & in terris Eccleſiæ ſeruari contrarium notat Maranta. Et ſic in Vrbe repetitio teſtium non ſit niſi poſt publicatas atteſtationes, & datam copiam actorum Farinac. *qu.* 66. *num.* 510. Eo quia Reus non poteſt opportuna, & congrua interrogatoria formare, ſuper quibus teſtes examinentur, niſi viſis illorum atteſtationibus Guazzin. *diſt.* 25. *cap.* 4. *num.* 10.

51. Eſt verò aduertendum quod vbi copia actorum non datur, niſi cum clauſula habitis teſtibus pro ritè examinatis, & repetitis, Reus antequam illa ſibi detur, & illam acceptet, debet proteſtari, quod copiam acceptat ſine iure excipiendi contra perſonas, & dicta teſtium, & ſaluo jure repetendi teſtes, alias cenſeretur exceptionibus, & repetitioni renunciare. Ita Caball. & alij, quos ſequitur Sgroi *part 6. cap.* 1. *nu.* 28. Sed verè hæc proteſtatio non eſt neceſſaria; ſed dato quod Reus acceptet copiam actorum ſimpliciter, adhuc viſa copia poteſt, & contra teſtes excipere, & eorum repetitionem petere, ſi non ad conualidandum prius examen contra defectum citationis, ſaltem vt non pereant Rei defenſiones, quibus tanto minus Reus ex acceptatione copię actorum ſine proteſtatione illa non renunciauit, quia tunc, & nomina & dicta teſtium ignorabat, & neſciebat an daretur locus exceptionibus, & repetitioni, quatenus neceſſariæ, ſpecialiter faciendæ cum interrogatorijs à ſe datis, vt ſe defēdat. Ita poſt Simon. Cathol. *inſtit. tit. num.* 23. Guazz. *def.* 24. c. 8.

52. Quarto ſi Reus det interrogatoria ſuper quibus teſtes ſint examinandi, teſtes prius

ſunt

ſunt examinandi ſuper interrogatorijs datis à Reo, & poſtea ſuper examine à teſtibus facto, aliter acta non probant, quod etiam maximè procedit in caſu in quo copia proceſſus à Iudice decernetur præuia proteſtatione Rei, vt poſſit repetere teſtes ſuper interrogatorijs à ſe datis. Ita ſentiunt Ambroſ. Burſat. Caball. Maſcard. quos ſequitur Guaz. *def.*25. *cap.*1. *n.*11. *&* 12. Et fundatur hæc ſententia *in l. ſi poſtulauerit* §. *quæſtioni ff. ad l. Iul. de adult.* Sed Clar. *qu.*23. poſt Foller. hoc conſuetudine non ſeruari tradit, quia cum Reus excipere poſſit contra teſtes hoc ſuccedit loco interrogatoriorum, prout etiam approbat Baiard. *dict. qu. c.*23. *num.* 45. Vide, & aduertit Caualcant. de teſtibus *part.*5. *nu.*212. quod titior eſt Reorum defenſio, quæ fit per articulos, & per alias interrogationes, quam per interrogatoria, per quæ multoties magis grauatur Reus, quam iuuetur.

53. Nihilominus etiam ſi repetendi ſint teſtes ſuper interrogatorijs datis à Reo, & ſi id non fiat teſtes non probent, tamen examen non eſt nullum, & etiam poſt publicationem examinis iterum Reus poterit inſtare, vt teſtes ſuper interrogatorijs repetantur. Guaz. in *n.*12. Et amplius Iudex caueat, vt non admittat illa interrogatoria, quæ habent vim articulorum, quia ſic per indirectum in proceſſu offenſiuo, fierent defenſiones Rei, ſed illa tantum admittat, quæ concernunt declarationem depoſitionis teſtium, vt poſt Caualc. *d. part.*5. *n.*212. de teſtibus notat Guaz. *d. defenſ.*25. *cap.*1. *n.*12. Et ſunt circumſtantiæ non accidentales, ſed tales ſine quibus factum fieri non potuit, vel non potuit eſſe manifeſtum teſtibus, & ſi ſint tales, quod eas probare teneatur Reus, quia iſtas datis articulis per teſtes à Reo inductis probari debent, non vero per teſtes à Fiſco inductos.

54. Et magis propriè loquendo hæc regula bimembris ſeruari debet. Si enim circumſtantiæ ſunt tales, ſine quibus factum fieri non potuit in ratione delicti, vel non potuit factum innoteſcere teſtibus, vel omninò ſunt tales, quod per Fiſcum probandæ ſunt, Reus poterit de iſtis dare interrogatoria, & tales ſunt, vt puta in facto de nocte, ſi tunc luna lucebat, vel aderat lumen, quo genere armorum facta fuit percuſſio, & quibus præſentibus, vel in quo loco, vel in quo tempore, vel de alijs ſimilibus facti circumſtantijs. Sed ſi circumſtantiæ tales ſunt ſine quibus factum fieri potuit, & innoteſcere teſtibus, & vel ad rem non faciunt, nec iuuant Reum, vel non ſunt probandæ per Fiſcum, ſed per Reum, interrogatoria de iſtis admitti non debent. Vt puta, ſi quando de die Titius vulneratus fuit erat tempus ſerenum, vel de alio ſimili ad rem non faciente, aut ſi interrogetur de iis, quæ per Reum probanda eſſent, ſi illum iuuarent, vt ſi interrogetur teſtis, an inter vulneratum, & vulnerantè erat intermedius paries, vel quando quis fuit vulneratus, erat ibi alius cũ armis, & vniuerſaliter interrogatoria omnia, in quibus interrogantur teſtes de aliquo, quod quatenus iuuet Reum probandum eſt ab illo, admitti non debent. Scroi *part.*6. *qu.*1. *nu.*18.

55. Teſtes verò ſuper interrogatorijs Rei prius debent examinari, quam ſupra depoſitionibus ab eis factis, & ſi reſpondere recuſent, ſe reddunt ſuſpectos, & eorum prior depoſitio non probat. Spec. Dec. Alex. Guaz. *cap.*1. *nu.*12. Et dato etiam, quod Iudex decreuerit copias proceſſus cum illa clauſula *habitis teſtibus pro ritè examinatis*, adhuc teſtium interrogatoria admitti debent, & ſuper illis teſtes examinari. Quod ſi Iudex hoc neget, poteſt ſuper hoc appellari. Guaz. *n.*13.

56. Quinto hæc teſtium repetitio fieri debet per Iudicem, vel alium, cui Iudex id commiſerit, neque Procurator Fiſcalis, aut Notarius ad id ſufficiunt ſine commiſſione Iudicis. Teſtes verò examinati prius deponere debent ea, quæ prius depoſuerunt affirmando ea eſſe vera, ſi enim dicant ſe non recordari, an vere ſint, eorum depoſitio corruit; ſi verò non recordentur eorum, quæ depoſuerunt, poſſunt ſe remittere ad primum examen, & proteſtari, quod ſi forſan in præſenti aliter deponeret, ſe ad primum examen remittunt, cum tunc melius facti recordarentur; debet poſtea illis ſingulis ſeorſim, ſeparatim, & ſecretò repetitis per Notarium legi illorum primum examen, quod ſi illum ratificent, eorum teſtimonium roboratur, ſed ſi negent aliquod ex prius depoſitis eſſe verum, vt teſtes varij, & ſibi ipſis contrarij habentur. Guaz. *def.*25. *cap.*5. *num.*14. Non poſſunt tamen teſtes ſe ſimpliciter remittere ad primum examen, ſi non dicant prius id, quod recordantur, ſed poſtea illis legi debet primum examen. Farinac. *qu.*68. plures referens *nu.*36. *& ſeqq.*

57. Quando verò teſtis eſt ſuſpectus de falſo, non poteſt ſe referre ad primum examen, neque hoc debet illi permitti. Et neque teſtis ſuſpectus petere poteſt, vt ſibi legatur primum examen. Felin. *cap. cum intra nu.*1. de teſtibus Menoch. *de arbit. caſ.*119. *n.*11. Farin. *q.*66. *n.*55. Sicut nec admittitur relatiua reſponſio, vbi teſtis examinatur ad declarationem prioris depoſitionis. Itaque quando examinantur teſtes, & repetuntur, hic ordo ſeruetur, vt prius teſtis examinetur ſuper interrogatorijs Rei, poſtea teſtis ipſæ Iudice id petente referat ſaltem in ſubſtantia, quæ dixit in primo examine, & tandem teſtis lecta ſibi prima eius depoſitione illam ratificet. Guaz. *dict. cap.*1. *nu.*20.

58. Sexto, poſt ſententiam non repetuntur teſtes, quia cauſa per ſententiam terminatur, quamuis in cauſa appellationis per Iudicem ad quem repeti poſſint. Sed conſiderandum, quod aliud eſt repetere teſtes prius formaliter examinatos; hoc enim poſt publicatas atteſtationes fieri non poteſt ad inſtantiam Accuſatoris. *cap. cum clamor de teſtibus* ibi Innocent. *n.*1. Hoſtien. *nu.*1. *&* 4. Panormit. *n.*3, Felin. *nu.*4. Et aliud eſt repetere teſtes, vel nulliter examinatos, vel examinatos non citata parte, iſti enim etiam poſt

ſideratione non ſit admittendum ; Quartus caſus eſt quando dilatio fuiſſet data ad faciendum id , quod nullum eſt . Guazzin. *num.* 6.

46. Si verò Iudex pendente termino procedat ad vlteriora , proceſſum ex defectu iuriſdictionis ſuſpenſæ eſſe nullum ipſo iure ; ita quod nec de conſenſu partium poſſit validari dixerunt Franc. Gabr. Iaſon , & alij, quos ſequitur Guazz. *dicto cap.* 4. *num.* 2.

S V M M A R I V M.

47 *Teſtes ſunt iterum examinandi non citato Reo.*
58 *Citandus eſt Reus ad repetendos teſtes.*
49 *Repetitio teſtium eſt facienda , poſt completum proceſſum .*
50 *Repetitio datur poſt publicatas atteſtationes, & copiam actorum .*
51 *Viſa copia poteſt Reus repetitionem petere .*
52 *Super interrogatorijs datis à Reo teſtes ſunt examinandi ,*
53 *Interrogatoria debent admitti quæ concernunt depoſitiones teſtium .*
54 *Duplex eſt regula ſuper interrogatoria .*
55 *Prius examinari debent teſtes ſuper interrogatorijs , quam ſuper depoſitionibus .*
56 *Repetitio teſtium debet fieri per Iudicem .*
57 *Teſtis ſuſpectus de falſo , non poteſt ſe referre ad primum examen .*
Ordo ſeruandus in examine. ibid.
58 *Teſtes poſt ſententiam non repetuntur .*
59 *Teſtis citatus non comparens redditur ſuſpectus*
60 *Diuerſi ſunt modi in quibus non eſt opus repetitionis .*
61 *Repetitio teſtium citata parte , licet non ſit de ſubſtantia probationis eſt tamen iuris apex.*
62 *In iudicio Regularium ſufficit examinaſſe teſtes ſub iuramento .*
63 *Repetitio teſtium fit per Iudicem, fiſco non conceditur niſi de licentia Rei .*

A R T I C V L V S V.

De repetitione Teſtium .

47. QVod ſit neceſſe teſtes examinatos non citato Reo iterum repetere eo citato tradunt Clar. *quæſt.* 45. Farinac. *qu.* 72. *nu.* 136. & alij communiter . Cum enim , vt teſtes probent neceſſe ſit , vt examinentur citata parte, teſtes verò in proceſſu informatiuo criminali examinentur parte non citata, vt Reus poſſit ſe defendere neceſſe eſt , vt eo citato examinentur iterum teſtes, etiam ſuper interrogatorijs ab eo datis .

48. Primo igitur citandus eſt Reus ad declarandum , an velit habere teſtes pro ritè examinatis , & repetitis , vel potius velit ipſos repeti, & ad dandum interrogatoria ſua per quibus debeant teſtes examinari, quatenus illa dare velit Ambroſ. *de modo formand. proceſſ. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. addit verò Guazz. *defenſ.* 25. *cap.* 1. *nu.* 4. quod vbi Reus non ſit contumax non ſufficit citatio generalis ad omnes , & ad ſingulos actus , & videndum examinari teſtes, (quæ citatio ſolet fieri quando citatur abſens contumax ,) ſed vbi Reus eſt præſens , debet citari ſpecialiter adhunc actum , vt ſciat, quando adeſſe debeat , & reſpondere pro ſuo intereſſe, & amplius niſi contraria praxis aliud in aliquo loco obſeruet , non ſufficit citari Reum ad repetionem teſtium , ſed in forma citationis expreſsè citandus eſt ad videndum iurare , & induci , & repeti teſtes . Sed hoc non procedit niſi in curijs in quibus citatio iſta eſt neceſſaria,

49. Secundo hæc repetitio non debet fieri ante litem conteſtatam nimirum antequam Reus fuerit ſufficientes interrogatus, & reſponderet, ſed poſtquam proceſſus informatiuus per Rei reſponſionem completus fuerit . Et tunc repetio fieri debet cum omnibus requiſitis , ac ſi antea teſtes , non fuiſſent examinati Clar. *qu.* 45. *num.* 13, Et ſi teſtes repetiri ſint tales , quod prius non potuerunt admitti ſine tortura , vt ſunt ſocij criminis , in repetitione iterum torqueri debent , aliter repetitio non valeret Clar. *quæſt.* 45. Guazz. *defenſ,* 25. *cap.* 1. *num.*8, Et ſic etiam iterum iurare debent,& tortura debet eſſe leuis .

50. Tertio repetitio iſta fieri debet ante publicatas atteſtationes , & datam copiam actorum ſecundum Marantam *par* 6. *tit. de Inquiſit. num.* 8. Clar. *quæſt* 49. Follet. & Honded. quos refert. Guazzin. *defenſ.* 25. *cap.* 1. *nu.* 10. Sed de Iure Canonico,& in terris Eccleſiæ ſeruari contrarium notat Maranta. Et ſic in Vrbe repetitio teſtium non fit niſi poſt publicatas atteſtationes , & datam copiam actorum Farinac. *qu.* 66. *num.* 510. Eo quia Reus non poteſt opportuna , & congrua interrogatoria formare , ſuper quibus teſtes examinentur , niſi viſis illorum atteſtationibus Guazzin. *diſt.* 25. *cap.* 4. *num.* 10.

51. Eſt verò aduertendum quod vbi copia actorum non datur, niſi cum clauſula habitis teſtibus pro ritè examinatis , & repetitis , Reus antequam illa ſibi detur , & illam acceptet , debet proteſtari , quod copiam acceptat ſine iure excipiendi contra perſonas , & dicta teſtium , & ſaluo iure repetendi teſtes , alias cenſetetur exceptionibus,& repetitioni renunciare . Ita Caball.& alij , quos ſequitur Sgroi *part* 6. *cap.* 1. *nu.* 28. Sed verè hæc proteſtatio non eſt neceſſaria; ſed dato quod Reus acceptet copiam actorum ſimpliciter , adhuc viſa copia poteſt, & contra teſtes excipere, & eorum repetitionem petere, ſi non ad conualidandum prius examen contra defectum citationis , ſaltem vt non pereant Rei defenſiones, quibus tanto minus Reus ex acceptatione copiæ actorum ſine proteſtatione illa non renunciauit , quia tunc , & nomina & dicta teſtium ignorabat , & neſciebat an daretur locus exceptionibus,& repetitioni, quatenus neceſſariæ, ſpecialiter faciendæ cum interrogatorijs à ſe datis,vt ſe defēdat. Ita poſt Simã Cathol. *inſtit. tit. num.* 23. Guazz. *def.* 24. c.

52. Quarto ſi Reus det interrogatoria ſuper quibus teſtes ſint examinandi , teſtes prius

ſunt

Digitized by Google

ſunt examinandi ſuper interrogatorijs datis à Reo, & poſtea ſuper examine à teſtibus facto, aliter acta non probant, quod etiam maximè procedit in caſu in quo copia proceſſus à Iudice decerneretur præuia proteſtatione Rei, vt poſſit repetere teſtes ſuper interrogatorijs à ſe datis. Ita ſentiunt Ambroſ. Burſat. Caball. Maſcard. quos ſequitur Guaz. *def.25.cap.1.n.11.& 12.* Et fundatur hæc ſententia *in l. ſi poſtulauerit §. quæſtioni ff. ad l. Iul. de adult.* Sed Clar. *qu.23.* poſt Pollet. hoc conſuetudine non ſeruari tradit, quia cum Reus excipere poſſit contra teſtes hoc ſuccedit loco interrogatoriorum, prout etiam approbat Bajard. *dict.qu.c.23.num.145.* Vnde, & aduertit Caualcant. de teſtibus *part.5.nu.212.* quod titior eſt Reorum defenſio, quæ fit per articulos, & per alias interrogationes, quam per interrogatoria, per quæ multoties magis grauatur Reus, quam iuuetur.

53. Nihilominus etiam ſi repetendi ſint teſtes ſuper interrogatorijs datis à Reo, & ſi id non fiat teſtes non probent, tamen examen non eſt nullum, & etiam poſt publicationem examinis iterum Reus poterit inſtare, vt teſtes ſuper interrogatorijs repetantur. Guaz. in *n.12.* Et amplius Iudex caueat, vt non admittat illa interrogatoria, quæ habent vim articulorum, quia ſic per indirectum in proceſſu offenſiuo, fierent defenſiones Rei, ſed illa tantum admittat, quæ concernunt declarationem depoſitionis teſtium, vt poſt Caualc. *d. part.5. n.212.* de teſtibus notat Guaz. *d. defenſ.25. cap.1.n.12.* Et ſunt circumſtantiæ non accidentales, ſed tales ſine quibus fac m fieri non potuit, vel non potuit eſſe manifeſtum teſtibus, & ſi ſint tales, quod eas probare teneatur Reus, quia iſtas datis articulis per teſtes à Reo inductis probari debent, non vero per teſtes à Fiſco inductos.

54. Et magis propriè loquendo hæc regula bimembris ſeruari debet. Si enim circumſtantiæ ſunt tales, ſine quibus factum fieri non potuit in ratione delicti, vel non potuit factum innoteſcere teſtibus, vel omninò ſunt tales, quod per Fiſcum probandæ ſunt, Reus poterit de iſtis dare interrogatoria, & tales ſunt, vt puta in facto de nocte, ſi tunc luna lucebat, vel aderat lumen, quo genere armorum facta fuit percuſſio, & quibus præſentibus, vel in quo loco, vel in quo tempore, vel de alijs ſimilibus facti circumſtantijs. Sed ſi circumſtantiæ tales ſunt ſine quibus factum fieri potuit, & innoteſcere teſtibus, & vel ad rem non faciunt, nec iuuant Reum, vel non ſunt probandæ per Fiſcum, ſed per Reum, interrogatoria de iſtis admitti non debent. Vt puta, ſi quando de die Titius vulneratus fuit erat tempus ſerenum, vel de alio ſimili ad rem non faciente, aut ſi interrogetur de ijs, quæ per Reum probanda eſſent, ſi illum iuuarent, vt ſi interrogetur teſtis, an inter vulneratum, & vulnerantē erat intermedius paries, vel quando quis fuit vulneratus, erat ibi alius cū armis, & vniuerſaliter interrogatoria omnia, in quibus interrogantur teſtes de aliquo, quod quatenus iuuet Reum probandum eſt ab illo, admitti non debent. Scroi *part.6. qu.1. nu.18.*

55. Teſtes verò ſuper interrogatorijs Rei prius debent examinari, quam ſupra depoſitionibus ab eis factis, & ſi reſpodere recuſent, ſe reddunt ſuſpectos, & eorum prior depoſitio non probat. Spec. Dec. Alex. Guaz. *cap.1. nu.12.* Et dato etiam, quod Iudex decreuerit copias proceſſus cum illa clauſula *habitis teſtibus pro ritè examinatis*, adhuc teſtium interrogatoria admitti debent, & ſuper illis teſtes examinari. Quod ſi Iudex hoc neget, poteſt ſuper hoc appellari. Guaz. *n.13.*

56. Quinto hæc teſtium repetitio fieri debet per Iudicem, vel alium, cui Iudex id commiſerit, neque Procurator Fiſcalis, aut Notarius ad id ſufficiunt ſine commiſſione Iudicis. Teſtes verò examinati prius deponere debent ea, quæ prius depoſuerunt affirmando ea eſſe vera, ſi enim dicant ſe non recordari, an vera ſint, eorum depoſitio corruit; ſi verò non recordentur eorum, quæ depoſuerunt, poſſunt ſe remittere ad primum examen, & proteſtari, quod ſi forſan in præſenti aliter deponerent, ſe ad primum examen remittunt, cum tunc melius facti recordarentur; debet poſtea illis ſingulis ſeorſim, ſeparatim, & ſecreto repetitis per Notarium legi illorum primum examen, quod ſi illum ratificent, eorum teſtimonium roboratur, ſed ſi negent aliquod ex prius depoſitis eſſe verum, vt teſtes varij, & ſibi ipſis contrarij habentur. Guaz. *def.25. cap.5. num.14.* Non poſſunt tamen teſtes ſe ſimpliciter remittere ad primum examen, ſi non dicant prius id, quod recordantur, ſed poſtea illis legi debet primum examen. Farinac. *qu.68.* plures referens *nu.36. & ſeqq.*

57. Quando verò teſtis eſt ſuſpectus de falſo, non poteſt ſe referre ad primum examen, neque hoc debet illi permitti. Et neque teſtis ſuſpectus petere poteſt, vt ſibi legatur primum examen. Felin. *cap. cum intra nu.1.* de teſtibus Menoch. *de arbitr. caſ.119.n.11.* Farin. *q.66.n.55.* Sicut nec admittitur relatiua reſponſio, vbi teſtis examinatur ad declarationem prioris depoſitionis. Itaque quando examinantur teſtes, & repetuntur, hic ordo ſeruetur, vt prius teſtis examinetur ſuper interrogatorijs Rei, poſtea teſtis ipſe Iudice id petente referat ſaltem in ſubſtantia, quæ dixit in primo examine, & tandem teſtis lecta ſibi prima eius depoſitione illam ratificet. Guaz. *dict. cap.1. nu.20.*

58. Sexto, poſt ſententiam non repetuntur teſtes, quia cauſa per ſententiam terminatur, quamuis in cauſa appellationis per Iudicem ad quem repeti poſſint. Sed conſiderandum, quod aliud eſt repetere teſtes prius formaliter examinatos; hoc enim poſt publicatas atteſtationes fieri non poteſt ad inſtantiam Accuſatoris. *cap. cum clamor de teſtibus* ibi Innocent. *n.1.* Hoſtien. *nu.1. & 4.* Panormit. *n.3*, Felin. *nu.4.* Et aliud eſt repetere teſtes, vel nulliter examinatos, vel examinatos non citata parte, iſti enim etiam

poſt

poſt publicatas atteſtationes examinari poſſunt Farin. *qu.66. nu.310.* Guazz. *dict. cap.1. nu.18.*

59. Septimo, ſi teſtis citatus ad repetendum non comparet, & fugam eripit, vel ſe occultat, ſe ſuſpectum reddit, & inde magna præſumptio innocentiæ inquiſiti reſultat. Baiard. ad Clar. *qu.25. n.40.* Guazz. *n.24.*

60. Et nihilominus etiam vbi viget lex, vt repetantur teſtes citata parte, Fiſcus habet fundatam intentionem ſuper proceſſu informatiuo, ſi Reus declarauit teſtes pro ritè examinatis, & repetitis. Baiard. *d. qu.45. n.25.* Item non eſt opus repetitione, quando teſtes fuerunt confrontati cum Reo. Clar. *qu.23.* Tertio, quando Reus fuit damnatus in contumaciam, non repetuntur teſtes, etiam ſi Reus ſit reſtitutus ad nouas defenſiones. Clar. *qu.11. n.5. & qu.45. n.13.* Farinac. *qu.72. à n.100. &* 105. Sed hoc eſt verum, ſi repetitio teſtium ex hac ratione petatur, quod teſtes fuerunt prius examinati non citata parte. Sed ſi repetitio eſt neceſſaria ad hoc, vt Reus contumax admiſſus ad defenſiones ſe defendat, teſtes repeti debent. Quarto teſtes mortui probant etiam non repetiti. Guazz. *def.25. cap.1. nu.18.* De quo tamen videantur quæ dicta ſunt ſupra *qu.15. art.2. n.34.* Quinto nec repetuntur teſtes vbi Reus eſt confeſſus, Guazz. *n.19.* Sexto vbi agitur, de pura, & nuda declaratione prioris depoſitionis, non verò de ea mutanda, vel de aliquo addendo, non eſt neceſſaria citatio partis. Baiard. *qu.45. nu.30.* & tunc Iudex ex officio teſtes non repetit, quamuis poſſit etiam, ſi ſibi bonum viſum fuerit illos repetere ad inſtantiam partis ex iuxta cauſa. Clar. *qu.61.* Farinac. *qu.66. n.515.* Guaz. *dict. cap.1. n.16.*

61. Sed numquid hæc teſtium repetitio citata parte eſt de ſubſtantia iudicij neceſſario ſeruanda, etiam vbi Iudex procedit de plano ſine figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta? Affirmat Guaz. *def.25. cap.1. nu.6.* ex Baiard. & Caualc. ſed veritas eſt, quod citatio partis ad videndum iurare teſtes non eſt de ſubſtantia probationis, ſed eſt iuris apex; nam ad ſubſtantiam probationis ſufficit, quod teſtes ſint iurati, & Reo adſit facultas opponendi contra teſtes. Et ideo dũ proceditur ſola facti veritate inſpecta, non eſt neceſſaria teſtium repetitio citata parte. Bartol. *l.2. C. de nauf.* Dec. *conſ.54.* Cranet. *conſ.198.* Grammat. *conſ.62. de teſt. n.8.* Aret. *dict. cap.2. n.19.* Marſil. & Gabriel. quos ſequitur Farin. *qu.72. n.19.*

62. Et ideo in Iudicio Regularium, qui non tenentur ad apices Iuris non eſt neceſſe repetere teſtes parte citata, ſed ſufficit teſtes examinatos fuiſſe ſub iuramento, vel ſub præcepto ſanctæ obedientiæ iuxta ſtylum cuiuſcumque Religionis, Bordon. *in praxi cap.49. num.19.* Bictus *qu.51. n.6. & 8.* Scroi *part.6. cap.1. n.2.* Eliſeus *tract. qu. num.* Et ideo non eſt neceſſe, quod Iudex regularis offerat Reo teſtium repetitionem quamuis hoc ſit bonum, Bictus *q.51. n.8.* Et ſi Reus petat repeti teſtes, arbitrarium eſt Iudici id concedere, quia ſi petitio innitatur huic ſoli rationi, quod teſtes fuerunt examinati Reo ipſo non citato, non tenetur Iudex petitionem admittere, quia citatio Rei ad videndum examinari teſtes iniuſta eſt, cum teſtes præſente Reo examinare non liceat, citatio verò ad videndum iurare teſtes eſt apex iuris, & ſolemnitas valdè accidentalis, ad quam iudicium regulare non obligatur. Si verò adſit aliqua alia iuſta cauſa huius examinis, vt quia opus ſit, vt teſtes ſe explicent, arbitrabitur Iudex an cauſa ſit talis, vt ſit opus repetitione, & an abſque illa Reus poſſit ſe defendere, ſic quando Reus vult fundare intentionem ſuam ſuper repetitione teſtium inſufficienter examinatorum, & ſic ex reſponſionibus teſtium ad interrogatoria à ſe data vult ſe defendere, non debet negari repetitio. Videantur quæ ſupra dicta ſunt de citatione partis ad videndum iurare teſtes *qu.15. art.2.*

63. Quamuis verò repetitio teſtium regulariter fieri debeat per Iudicem cauſæ, nihilominus contingit, vt huiuſmodi repetitio, non poſſit fieri niſi per alios, & ſic niſi, vel media remiſſione, aut commiſſione. Remiſſoria verò nec Fiſco, nec inſtigatori conceditur, niſi de conſenſu Rei. Cum verò hæc repetitio ſit neceſſaria ad conualidandum teſtes inductos ab Accuſatore, vel Fiſco, ideo expenſæ faciendæ pro mittendo Commiſſario, & repetitione expedienda debent fieri ab Accuſatore, vel ſi non datur Accuſator, vel Accuſator non valet ſuſtinere expenſas, fieri debent per Fiſcum Guaz. *def.25. cpp.2. n.4.*

SVMMARIVM.

64 *Ex pluribus cauſis eſt nullus proceſſus.*
65 *Iudex multipliciter defectu iuriſdictionis poteſt eſſe incompetens.*
66 *Ex incompotentia Iudicis ſit nullus proceſſus.*
67 *In cauſa propria Iudex dicitur incompetens.*
68 *Diuerſi ſunt modi, quibus Iudex eſt incompetens.*
69 *Tria debent notari, quare Iudex in propria cauſa non eſt Iudex.*
70 *Laicus eſt incompetens Iudex in delictis Eccleſiaſticorum.*
71 *Nullus Iudex poteſt extrahere perſonam ab Eccleſia.*
72 *Iudex præuentus eſt incompetens.*
73 *Quid ſit præuenire, & qualiter fiat præuentio.*
74 *Quando locum habeat præuentio.*
75 *Præuentio debet opponi.*
76 *Qualiter valeat præuentio in cauſa contumacis.*
77 *Præuentio affectata an valeat.*
78 *Quid quando delictum eſt ſpeciale.*
79 *Præuentio fraudulenta an valeat.*
80 *Cuius Iudicis citatio præferatur.*
81 *An citatio debeat prius eſſe exequuta.*
82 *Duplex præuentio.*
83 *Plures aliæ cauſæ nullitatis proceſſus.*

ARTI-

ARTICVLVS VI.

De defenſionibus Rei ex nullitate proceſſus:

64. AD ſui defenſam poteſt Reus excipere de nullitate proceſſus, & ſententiæ ex pluribus autē cauſis proceſſus poteſt eſſe nullus.

65. Primo, quidem ex defectu iuriſdictionis in Iudice *l. 1. §. hac autem ff. quod quiſque iuris*. Multipliciter autem Iudex poteſt eſſe incompetens ex defectu iuriſdictionis, vel quia ſimpliciter iuriſdictionem non habet, neque ordinariam, neque delegatam, ſed illam vſurpat. Vel quia habens iuriſdictionē in cauſis ciuilibus tantum vult contra aliquam procedere criminaliter. Item ſi ſit Iudex, qui habet iuriſdictionem limitatam, ſicut Romæ Iudex Turris nonæ, & Curiæ de Sabellis non cognoſcunt niſi de leuibus criminibus, vel quia agatur de criminibus reſeruatis Principi, de quibus Iudex ordinarius non poteſt cognoſcere. Ex defectu igitur iuriſdictionis inſanabilis nullitas proceſſus oritur, & proceſſus adeo eſt nullus, vt nec per partes poſſit conualidari, & nec etiam per ſpontaneam Rei confeſſionem. Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 188. vt explicatum eſt ſupra. Et in criminalibus Iudex non poteſt prorogare ſuam iuriſdictionem, etiam de conſenſu partium in præiudicium Iudicis competentis, niſi quo ad præiudicium ipſarum partium, non autem Iudicis competentis, niſi de ipſius conſenſu. Guazzin. *defenſ.* 1. *cap.* 7. *nu.* 5. Bictus *qu.* 88. *nu.* 4.

66. Sed & proceſſus eſt nullus ex incompetentia Iudicis, ſi Ordinarius per errorem procedat, vt delegatus. Felin. *cap. cum ex officij num.* 28. *de præſcript.* Decian. *l.* 4. *cap.* 23. *nu.* 23. Si tamen Ordinarius ſciret delegationem eſſe nullam, vel ſi Ordinarius procederet cum clauſula *omni meliori modo*, ſententia eius eſſet valida. Guazzin. *def.* 1. *cap.* 1. *num.* 24. Vbi quod idem dicitur ſi in hoc partes errarent, ſecus verò, ſi non errarent, quia tunc procederent coram Iudice vt Ordinario, & non vt delegato. Ordinarius tamen habens iuriſdictionem ordinariam, & delegatam in dubio cenſetur procedere, vt delegatus. Felin. *d. cap.* 25. *num.* 24. Etiam ſi expræſſiſſet ſe procedere, vt ordinarium, quia tunc cenſetur ſe id expræſſiſſe demonſtrationis gratia. Felin. *d. cap.* 25. *nu.* 35. Niſi aliter ex actis appareret, vel niſi eius poteſtas ordinaria eſſet abrogata Dec. *d. cap.* 25. *num.* 4. Guazz. *d. cap.* 1. *nu.* 27. Ex eo etiam, quod partes prorogaſſent iuriſdictionem alterius Iudicis, ſi Iudex ordinarius velit contra delinquentem procedere ex officio non eſſet Iudex incompetens, ſed poſſet procedere, nec poſſet impediri à Iudice prorogato procedente per viam accuſationis. Clar. *quæſt.* 42. *num.* 3. Dec. *l.* 4. *cap.* 23. *num.* 4. Guazz. *d.* 1. *cap.* 7. *num.* 7. Alias verò ignorantia incompetentiæ Iudicis in dubio præſumitur potius, quam illius ſcientia in perſonis idiotis, ſecus verò in iuriſperitis, & niſi incompetentia fuerit oppoſita, aut ſuper illa fuerit pronunciatum. Decian. *d. cap.* 23. *nu.* 113. Tuſ. *tit.* 6. *concl.* 926. *à nu.* 14. Guazz. *d.* 7. *cap.* 7. *num.* 20.

67. Eſt autem Iudex incompetens ſi agatur de cauſa propria ipſi Iudici *cap.* 2. 4. *quæſt.* 4. *l. ſi quis C. vnde vi, & C. Ne quis in ſua cauſa*. Imò qui ius ſibi dicit in re ſibi debita, cedit à iure ſuo. *l. extat. ff. quod met. cau.* nimirum de offenſa, vel illi, vel alicui ex propria familia illata. In hoc enim caſu, nedum non poteſt Iudex offenſus, de huiuſmodi cauſa cognoſcere. *l. 1. C. ne quis in ſua cauſa l. qui iuriſdictioni. ff. de iuris om. Iud.* Sed à multis dicitur proceſſus ipſo iure nullus, quos refert Vant. de nullitate ex defectu iuris *num.* 96. quem ſequitur Guazz. *d.* 1. *cap.* 18. Et quod cauſa dicatur propria Iudicis ſi commodum, vel incomodum illius ſpectat ad perſonam Iudicis, principaliter. Et propterea R. P. D. Fag. *cap. Hoſt. de. elect. nu.* 18. quod Epiſcopus non poteſt eſſe Iudex in cauſa ſpectante ad propriam menſam, quia videtur cauſa propria Epiſcopi, ad cuius perſonam pertinet commodum, vel incommodum talis cauſæ. Nihilominus alij diſtinguunt, quia ſi agatur de offenſa facta Iudici ratione particularis odij, & perſonalis offenſæ, proceſſus eſt ipſo iure nullus, ſed ſi agatur de offenſa facta alicui de familia proceſſus non eſt nullus, niſi parte opponente, ſed ſi offenſa facta eſt Iudici contemplatione officij, ſi offenſa eſt notoria notorietate facti, & pœna contra delictum eſt certa, & determinata à iure poteſt Iudex in ea procedere alias ſecus Clar. *qu.* 55. Farinac. *qu.* 17. *num.* 4. Guazz. *def.* 1. *cap.* 18. Et opus eſt quod offenſa ſit notoria notorietate facti permanentis, quia notorium facti tranſeuntis indiget probatione, & multa dicuntur notoria, quæ non ſunt, & Iudex in huius notorij probatione poteſt grauare partem. Et ideo in his Iudex tanquam ſuſpectus poteſt recuſari. Panormitan, Franc. *cap. cum. veniſſet de Iud.* quos ſequitur Baiard. ad Clar. *quæſt.* 35. *num.* 30. An verò iniuria ſit facta contemplatione officij probatur præſumptionibus, & coniecturis. Farinac. *quæſt.* 17. *num.* 41. Guazzin. *defenſ.* 1. *cap.* 18. Et ſi offendens in ſuo conſtituto conqueſtus fuerit de ſuperiori offenſo, & hanc dixerit fuiſſe cauſam offenſionis, offenſa cenſebitur facta contemplatione officij, ſi verò extra caſum notorij, aut pœnæ certæ Iudex offenſus contemplatione officij valet procedere contra offendentem, poterit quidem recuſari. Guazzin. *def.* 1. *cap.* 18. *Verſ.* Sed ſciat, & in hoc caſu ſuperior debet eſſe paratus, præſertim ſi id petatur, vt cauſam offenſæ ſui officialis committat alteri ab officiali offenſo, vel det illi adiunctum. Farinac. *quæſt.* 17. *num.* 40. ſed proceſſus factus à Iudice non recuſato erit validus. In hoc enim caſu Iudex non procedit in propria cauſa, ſed vt alius. Arg. *l. ſi pater §. ſi duos ff. d. adop.* Farinac. *quæſt.* 17. *num.* 47.

68. Sed tria hic mihi dicenda occurrunt

Pri-

Digitized by Google

Primum quod regulariter, & extra caſum notorij, & vbi Iudici non conuenit extraiudicialiter ſe defendere, & de facto vim vi repellere, vt contingit in multis caſibus, quos recenſet Fagnan. *d. cap. Noſti. nu.* 20. non conuenit quod Iudex in propria cauſa, imò nec in cauſa ſuæ Eccleſiæ ſit Iudex. Sed tunc conuenit, quod vel Iudex delegat cauſam perſonæ non ſuſpectæ, vel Iudici detur adiunctus, non ſuſpectus, ſicut tempore S. Caroli in cauſa ſpectante ad menſam Archiepiſcop. Mediolanen. datum fuiſſe adiunctum Vicario Archiep. refert Fagnan. *d. cap. Noſti. num.* 20. Nimis enim facile eſt, quod proprium intereſſe obnubilet mentem Iudicis, vt nec intelligat iura, & non declinet à iuſtitia. Dicitur ſecundo, quod Iudex in propria cauſa, etiam ſi agatur de intereſſe ſuæ Eccleſiæ poteſt recuſari, vt probaui ſupra *quæſt.* 3. *art.* 6. & late probat idem Fagnan. *d. cap. Noſti à num.* 12. & fauet *cap. inſinuante de off. Relig.* Et nihilominus dicitur tertio quod ſi Iudex in cauſa propria non recuſatur, proceſſus non eſt nullus, etiam ſi agatur de offenſa facta Iudici intuitu perſonæ illius priuatæ, & niſi opponatur, ſententia à Iudice tali data tenet, prout voluerunt Allex. Fulget. Paulus de Caſt. & Alex. *in l. qui iuriſdictionem ff. de iuriſ. omn. Iud.* apud Vant. loco citato, ponderantes illius legis verbum *non debet*, quod plerumque non neceſſitatem, ſed honeſtatem, & decentiam importat, & ita idem ſenſit Felin. *cap. cauſam quæ de off. Iud. deleg. fall.* 7. *nec obſtat quod in l.* 1. *C. ne quis in ſua cauſa*, per verba negatiua, & negatiuè concepta prohibetur ne quis ſit Iudex in cauſa ſua, verba autem negatiuè concepta per ſe reſiſtunt actui, & tollunt omnẽ potentiam Quia ad verificanda verba negatiuè concepta, ſufficit quod actio prohibita cenſeatur facta contra legem, & tanquam talis ſit irritanda, ſi pars opponat, non verò quod ſit ipſo iure, & facto irrita, & nulla; aliter omne prohibitum eſſet nullum, contra id quod dixit Innoc. III. *cap.* multa fieri prohibentur, quæ facta tenent. Videatur quæ de hac *quæſt.* dixi *tract. de elect. c.* 9. *qu* 1 Et addi etiam debet, quod lex prohibens ne quis in cauſa propria ſit Iudex, facta eſt fauore partis, & ad vitandam iniuſtitiam, quæ de facili imminere parti contra Iudicem litiganti, vnde pars huic fauori poteſt renunciare, nec eſt veriſimile, quod lex voluerit, vt nec conſentiente parte in Iudicem, non poſſit Iudex in cauſa propria iudicare. Igitur parte conſentiente, & non recuſante Iudicem, ſi ipſe cognoſcat cauſam, proceſſus nec erit nullus, nec irritandus. An verò pars poſſit opponere huic proceſſui in quacumque parte proceſſus, dicitur quod ex quacumque cauſa iuſta, & quandocumque rationabiliter ſibi de nouo timet, non obſtante quod ab initio ante litis conteſtationem non exceperit, ſeu Iudicem non recuſauerit, poteſt excipere de incompetentia Iudicis, ſiue hoc proueniat ex meliori qualitatis Iudicis cognitione, ſiue quia aliquid iniuſtitiæ expertus fuerit, ſiue ex quacumque alia ſimili cauſa. Hæc enim eſt exceptio ſucceſſiua, & lex ſemper clamat, vt non conſentiente parte Iudex in propria cauſa ius ſibi non dicat. Videantur quæ de his dixi *cap. exceptionis art.* 8. *de lit. conteſt. in* 6. Sed vbi agitur de offenſa facta conſanguineis, vel familiaribus Iudicis, vt habetur expreſsè ex *l. cum etiam, de arbitr. & ex l. in priuatis ff. de Iud.* Iudex poteſt cognoſcere, niſi recuſetur. Panormit. *cap.* cum contingat *num.* 20. *de part. comp.* Felin. *cap. cauſam quæ de off. deleg. limoſ.* Vant. *vbi ſupra num.* 91. Et hoc idem certus eſt de Prælato, vbi agitur de offenſa facta ſibi ſuperiori, vel de cauſa ſpectante ad ſuam Eccleſiam Gloſſ. *in cap. ſi quis erga v. priuetur* 2. *quæſt.* 7. Innoc. & Hoſt. *in cap. Noſti de elect.* Domin. *cap.* 1. *de pœn. in* 6. Oldrad. Io. And. & alij quos ſequitur Fagn. *cap. Noſti num.* 6. *& ſequent. & in cap.* cum veniſſent DD. communiter de Iudic.

69. Secundo, Iudex eſt incompetens ſi per citationem ab alio Iudice præuentus eſt. De hoc videantur quæ dixi *cap. cum plures à num.* 10. *de off. delegat. in* 6. Tertio Iudex eſt incompetens ſi ſit legitimè recuſatus, vt explicatum eſt ſupra. Quarto incompetens eſt Iudex excommunicatus non tolleratus *cap. excommunicamus §. credentes de hæret. cap. aduerſus §. quia nemo de immun. Eccleſ.* Et ſi Iudex ſit excommunicatus tolleratus adhuc poteſt à Reo recuſari, quia poterit nolle communicare cum excommunicato, cum conceſſio extrauagantis *ad euitanda*, non faueat excommunicato. Quinto cum in criminalibus præcipuè, quis ſortiatur forum ratione loci originis, vel loci domicilij, vel loci delicti punire delinquentem, ſpectat ad Iudicem loci delicti, & ſi Iudex, vel originis, vel domicilij illum punire velit, poteſt opponere, quod hoc ſpectat ad Iudicem loci delicti. Clar. *quæſt.* 38. Farinac. *quæſt.* 7. *num* 1. Guazzin. *deſ.* 1. *cap.* 14. Et tunc Reus debet remitti à Iudice originis, vel domicilij ad Iudicem loci delicti, & ab eo punitus non poteſt ab *alijs* puniri, vel ſi cum illo tranſegit, non eſt amplius moleſtandus, ſed hæc aſſertio eſt valdè controuerſa. Videantur DD. quos refert. Farinac. *d. quæſt.* 7. & Guazz. *d. cap.* 14. Clar. *quæſt.* 39. & ad eum Baiard.

70. Tertio, Iudex laicus eſt omnino incompetens ad cognoſcendum de delictis Eccleſiaſticorum *cap. cum ab homine de Iud.* Et ita quod Clericus captus à Iudice laico impunè poſſit ſe eximere, non obſtante Bulla Sixti Quinti contra eximentes Guazz. *d.* 1. *c.* 2. *n.* 2. *& ſ.* & apud illum, plures alij, Bictus *quæſt.* 88. *nu* 11. Et ita quod proceſſus factus à Iudice laico contra clericum ſit ipſo iure nullus, & ſi exhibeatur coram Iudice eccleſiaſtico, non probat. Et clericus ex confeſſione facta coram Iudice laico damnari non poſſit. *Capit. At ſi clerici de Iud.* vbi Panormit. Anan. Butr. Farinaccius *quæſt.* 81. *num.* 185. videantur dicta ſupra.

71. Septimo, Iudex eſt incompetens contra Reum inuite extractum ab Eccleſia in caſibus

non

non permiſſis, contra enim huiuſmodi Reum Iudex nulliter procedit, nec in illum habet Iuriſdictionem, eumque tenetur Eccleſiæ reſtituere. Nec immunitas Eccleſiæ poteſt violari à quocumque Principe ſeculari etiam Imperatore, ſed imo nec Iudices Eccleſiaſtici etiam Epiſcopi poſſunt Reos fugientes ab Eccleſia extrahere, vel extrahi facere, vt illos puniant, niſi ad hoc licentiam habeant à Summo Pontifice. Regulares tamen Prælatos ſubditos ſuos Religioſos poſſe extrahere inuitos a proprijs eorum Eccleſijs; licet non ab alienis, dictum eſt ſupra, & ex Siluel. Suar. Fogun. Ricc. & Peregr. probat Diana *p. 1. tract. t. reſſol.* 25. Bictus *quæſt.* 88. *num.* 21. *&* 22. Reum etiam extra Eccleſiam captum non gaudere immunitate, ſi tranſeat per Eccleſiam, & per illam ducatur, quia Eccleſia eum liberum non recipit ex Archid. Boer. Couar. & alij dixit Bict. *q.* 88. *n.* 23

72. Quarto incompetens eſt Iudex præuentus. Quando enim plures Iudices poſſunt eamdem cauſam cognoſcere, qui præuenit in cognoſcendo, debet illam cognoſcere, cui omnis iuriſdictio eſt collata, & ab alijs ablata. *c. penult. de for. comp. cap. Vt debitus, de app. c. Cum plures, de off deleg. l. 1. ff. de off. conſ. l. ſi quis poſtea, de iud.* Semper enim verum eſt, quod potius eſt ius præocupantis *l. pluribus, & l. ſi is, qui ſticum ff. de Proc. cap. ſi duo, de Prac. c. ſi quis iuncto, eod. tit. in* 6. Et ita quod in cauſa criminali, ſi quis præueniat accuſando, vel citando faciat in alijs ſilere iudicium, nec poſſit ille cogi, vt deſiſtat etiam ſub prætextu, quod Reus ex alia cauſa criminali forte maiori velit cauſam ad alium Iudicem trahere. Tuſc. *tom.* 6. *concl.* 646. *nu.* 2. Guazzin. *def.* 1. *cap.* 8. *num.* 2. Quamobrem Iudex qui præuenit poteſt iuriſdictionem ſuam defendere, & alteri Iudici inhibere ne in cauſa procedat, niſi tamen Iudices ſint ſupremi Imperij. Socin. *cap. propoſuiſti num.* 35. *de for. comp.* Clar. *q.* 38. *n.* 83. Guazz. *d.* 1. *c.* 8. *n.* 4. Quomodo autem in hoc caſu Iudex præueniens ſe habere poſſit contra Iudicem præuentum oſtendit Caball. *in quæſt. crim. caſu* 162. Arbitrantur autem Cyn. Bald. & Alex, quos refert Farin. *q.* 7. *n.* 62. vt ſi eiuſdem cauſæ ſint plures correi citatio facta de vno non inducat præuentionem contra alios. Sed verior eſt ſententia oppoſita, ne contingat diuidi cauſæ inſtantiam, quando delicta ſunt indiuidua, & inſeparabilia, & quia Iudex præueniens poteſt cognoſcere de annexis, & connexis. Scacc. *l.* 1. *de ind. c.* 12. *nu.* 78. Farin. *nu.* 62 *in fine* Guazz. *d. c.* 8. *qu.* 8. vbi *n.* 7. quod nec etiam accuſator poſt præuentionem poteſt mutare forum, & coram alio Iudice accuſare. Iudex verò præueniens in iudicando tenetur ſeruare ſtylũ ſui tribunalis. Et Reus ab eo citatus tenetur corã illo comparere.

73. Præuenire autem in materia iuriſdictionis eſt præoccupare exercitium illius. Non fit autem præuentio per accuſationem, vel quia Iudex prius examinauerit teſtes, ſed ille Iudex præuenit, qui prius citat. De hoc plura dixi *cap.* [illegible] 2. *Cum plures de off. de leg. in* 6. Hæc citatio verò debet eſſe valida, & legitima, & ad effectum acquirendi iuriſdictionem neceſſe eſt, quod citatio ſit exequuta, vt fert cõmunior opinio. Farin. *q.* 7. *n.* 60. Decian. *d.* 4. *c.* 21. *n.* 7. Scac. *l.* 1. *cap.* 12. *n.* 9. Guazz. *def.* 1. *cap.* 9. *n.* 19. Debet vero hæc citatio, vbi proceditur per viam accuſationis fieri inſtante accuſatore, & in omni caſu fieri debet ex commiſſione Iudicis. Multo magis hoc verificatur de citatione reali, quæ fortior eſt citatione verbali, & illi præualet. Decian. *d. cap.* 21 *num.* 9. Maſcard. *concl.* 1222. *in fine*. Farin. *q.* 7. *num.* 53. Guazz. *d. cap.* 9. *num.* 14. ſi tamen non fuit vere citatus realiter, & captus; ſed ſi reus ſe præſentet ad Iudicem, qui illum non citauit, non inducit præuentionem, ſed Reum remittendum eſſe ad Iudicem, qui Reum citauit, docet Farin. *quæſt* 7. *num.* 55. quia poteſt adeſſe aliqua præſumptio fraudis in eo, qui ſe præſentauit; Verum poteſt etiam eſſe quod ex iuſta cauſa ſe præſentauerit; & ideo fraude ceſſante, Iudex qui habet Reum in carceribus cauſam proſequitur, & maximè ſi præuenit etiam in ſententiando, eius ſententia valet. Scacc. *lib.* 1. *cap.* 12. *num* 03. Tuſ. *t.* 5. *concl.* 293 *num.* 38. Guazz. *d.* 1. *cap.* 8. *num.* 16 Sed vlterius addendum eſt, quod vbi Iudex apud quem Reus comparuit illum retinuit, & carcerauit, nihil obſtat, quod Reus in fraudem ſe præſentauerit, quia carceratio præualet citationi verbali. Niſi Iudex, qui prius citauit prius etiam ſententiauerit, quam Reus ſe præſentauerit alteri Iudici, vt conſiderauit Dec. ad *cap. cum M. Ferrar.* apud Guazz. *d. num* 16. Nihilominus aduertendum, quod hæc præuentio, & difficultates locum habent vbi plures iſti Iudices ſunt ſub diuerſis Principibus, & dominijs, ſed vbi iſti Iudices ſunt ſub eodem Principe, & qui habent iuriſdictionem ab eodem fonte, ad fontem habetur recurſus, qui ſpectatis circumſtantijs decernit, quod ſibi videtur melius. Farinac. *d. numer.* 53. Guazz. *num.* 17. Si etiam Reus captus non conſenſit in Iudicem capientem, ſed oppoſuit præuentionem alterius Iudicis, qui verbaliter citauit, ille Iudex non poteſt procedere. Socc. *cap. Propoſuiſti num.* 22. *de for. comp.* Farin. *q.* 7. *num.* 53. Guazz. *d. cap.* 9. *num.* 18. Si etiam iſti Iudices ſunt ſub eodem dominio Iudex, qui habet Reum carceratum etiam non requiſitus poteſt exequi ſententiam alterius, qui verbaliter prius citauit, ſecus verò, ſi non ſunt ſub eodem dominio. Farin. *d. num.* 53. Guazz. *d. cap.* 8. *num.* 19. Cæterum qui præuenit in citando, vt in tranſmittenda informatione abſenti, etiam ſi alius poſtea prius ſententiam tulerit, dicitur præueniſſe, & ſuam fecit iuriſdictionem. Pariter vim citationis habet præceptum à Iudice factum alicui, vt non diſcedat à domo, quia Iudex vult contra illum procedere. Marian. Socc. *in cap. Propoſuiſti num.* 25. *de for. comp.* Vel ſi Iudex aſtrinxerit Reum ad comparendum coram ſe, & dederit illi ſignificationem; ne per

Digitized by Google

alios Iudices moleſtetur. Guazz. *c. 9. num. 22.* Quod etiam iuriſdictio dicatur præuenta à Iudice, qui habuit confeſſionem Rei ſuper delicto poſt Bald. & Maſc. tradit Guazz. *d. cap. 9 num.* 25. Quod tamen intelligi debet, ſi iſte iudex vel non fuerat præuentus, vel non fuerat illi intimata præuentio alterius. Sola tamen reſcripti præſentatio non ſufficit ad hoc vt Iudex dicatur præuenire Solum verò per actus legitimos non fraudulentos, & validos inducitur præuentio.

74 Cum vero Iudicum alij ſint Eccleſiaſtici alij laici, alij habentes merum, alij habentes mixtum imperium; alij ſint Ordinarij, alij Delegati, alij Dignioribus, & maiori auctoritate præditi; alij qui ſunt Ordinarij, alij qui acquirunt iuriſdictionem ex iure ſpeciali. In omnibus iſtis Iudicibus locum habet præuentio, & ex illis ille præuenit alium, & ſuam facit iuriſdictionem, qui modo ſupra expreſſo prius Reum citauit. Sed tunc præuentio non eſt efficax, vt impediat alium Iudicem, ſi Iudex præuentus ſit ſuperior, qui poſſit aduocare ad ſe cauſam à præueniente inceptam. Sic enim & in multis alijs caſibus locum non habet præuentio. Sic enim Iudex procedens per viam inquiſitionis non præuenit reſpectu Iudicis procedentis via accuſationis; etiam ſi accuſatio ſit poſterior. Item habens iuriſdictionem ordinariam non præuenit habentem priuilegiatam, quia iſte cenſetur habere eam priuatiue. Felin. *cap. irrefragabili num. 2. de off ord.* Decian. *lib. 4 cap. 2*[illegible]. *num.* 23. Baiard ad Clar. *q. 37. num.* 90. Pariter præuentio impeditur per fraudulentam, & malitioſam accuſationem procuratam a Reo, vt impediat Iudicem inquiſitionis ad effectum, vt mitius puniatur. Decian. *num.* 24. Guazz. *num.* 31. Sed ſi nullus alius Iudex præuenerat, non video quod haberi poſſit locum fraus ad infringendam hanc primam præuentionem; nam Reo non præuento liberum eſt præuenire, & ex competentibus Iudicibus eligere, quem voluerit. Et alias finis extrinſecus etiam malus non mutat, vel irritat factum habentem ea, quæ ex ſua natura conſtituunt actum validum. Ideo Iudex coram ſe accuſatum poteſt realiter citare, & ſi citet valet citatio, & præuenit, etiam ſi accuſatio ex quocumque malo fine Rei fuerit procurata. Sed videant quæ infra *num. 79* dicta ſunt, Baiar. *num.* 84. Nec valet præuentio facta ante tempus. Item Iudex incompetens non poteſt præuenire. Nec inter Delegatos cum clauſula, quod *ſi omnes non potestis*. Nec ſi Reus poſt præuentionem obtinuerit priuilegium Principis motu proprio, vt quis non poſſit accuſari, vel moleſtari niſi coram tali Iudice. Et ſi Iudex, qui præuenit fuerit negligens in cauſa, & in puniendo delinquentem, præuentus Iudex poterit procedere. *c cum plures de off. deleg. in 6.* Et hoc etiam ſi Iudex negligens ſit Eccleſiaſticus. Videantur de his Farin. *qu. 7.* & Guazz. *cap.* 10.

75 Eſt vero maxime aduertendum, quod ad hoc vt præuentio habeat effectum, neceſſe eſt quod coram Iudici præuento opponatur ante litem conteſtatam, aliter eius proceſſus erit validus, & imo, ſi Iudex præuentus contempta oppoſitione ad vlteriora proceſſerit, neceſſe eſt, quod pars appellet. Farin. *quæſt. 7. num.* 54. Vant. *de null. ex defectu iuris. n.* 101 Guazz. *d. 1. cap. 8. num.* 15. Quod ſi ſimus in cauſa contumacis abſentis, qui non poteſt excipere, & appellare, ſententiæ ab vtroque Iudice latæ, valebunt, niſi Reus ante ſecundam ſententiam ſoluerit primam, in qua tamen fuerit impoſita pœna ordinaria, quia ſi fuiſſet impoſita extraordinaria mitior, ſed non ex iuſta cauſa, & ſic illa pœna eſſet à iure reprobata, poſſet Reus puniri pœna ordinaria. Guaz. *d. n. 15.*

76 Contumax vero, qui ex vna parte nō poteſt declinare forum, & ex alia non poteſt opponere præuentionem, & litis pendentiam, nihilominus ſi compareat coram Iudice, qui præuenit, & ſoluat expenſas, poterit contra alium Iudicem allegare præuentionem, etiam ſi prior Iudex non inhibuit, & maximè quando ius actoris non efficitur deterius, & ipſe paruit ſententiæ Iudicis præuenientis. Farin. *q. 7. nu.* 55. Tuſc. *tom. 6. concl.* 646. *num.* 5. Felin. *cap. Cum M. Feranenſis numer.* 25. *de conſt.* Scacc. *lib. 1. cap. 12. à num.* 63. Guazz. *d. 1. c. 18. n.* 18. Sed ſi contumax non compareat poteſt in contumaciam condemnari à duobus Iudicibus etiam diuerſi fori, & iuriſdictionis, & poterit cogi ad ſoluendam vtramque condemnationem, niſi ante ſecundam condemnationem ſoluiſſet primam, vt ex Baiard. ad Clar. *quæſt. 99. num. 14.* & Carau. tradit Farin. *quæſt. 7. num.* 55.

77 Cum vero dictum ſit quod præuentio facta à Reo, ſed affectata, vel fraudulenta non iuuat. Felin. *cum M. Feranenſis num. 7.* Baiard. ad Clar. *q. 38. num.* 84. Farin. *quæſt. 7. num. 64.* conſiderandum eſt, quod præuentio dicitur affectata, ſi ſit facta poſtquam Reus fuit citatus ab vno Iudice, quia tunc iuriſdictio fuit acquiſita illi Iudici, & Reus non poteſt ſe præſentare coram alio. Clar. *quæſt.* 34. Vel etiam ſi ſtante præuentione in loco delicti, Reus ſe conſtituit coram Iudice domicilij. Vel ſi Reus procurauit contra ſe inquiri in Curia, in qua minori pœna delictum punitur. Dicitur etiam affectata, ſi carceratio inquiſiti, quando poſt citationem factam à priori Iudice ſequitur carceratio. Farin. *quæſt. 7. num. 64.* Guazz *d. 1. c. 8. num.* 22. Sed bene iſti DD. aduertunt in his locum habere arbitrium Iudicis. Et quidem antequam reus ſit citatus ab aliquo Iudice, in libertate illius eſt ſibi eligere ex competentibus Iudicibus, quem voluerit, quia tunc ſinguli ſunt competentes, & nullus per præuentionem ſibi propriam fecit iuriſdictionem. Sed ſi Reus verbaliter ab vno citatus fuit, iam ſi ſolum verbaliter citetur ab alio, hæc ſecunda citatio inanis eſt, quia prior Iudex citauit prius, & ſecunda verbalis citatio priori non præualet. Sed ſi citatus verbaliter procuret ſe citari realiter ab alio Iudice, vel coram illo compareat, ſi id faciat

ex iuxta

Digitized by Google

ex iuxta cauſa, vt quia prior Iudex eſt ſibi ſuſpectus, nulla hic eſt fraus, vel male affectata præuentio, ſed etiam ſi hoc faciat, vt viter maiorem pœnam, quia in Curia illius Iudicis delictum mitiori pœna punitur, non video vnde præuentio dicatur male affectata, quia finis iſte non eſt malus. Eſſet quidem malus, ſi Reus intenderet mitius puniri contra leges, ſed intendere mitiorem penam legibus approbatam, & ſeruato iuris ordine, non eſt illicitum. Sed nec medium quod aſſumitur videtur illicitum. Quia ius, quod prior Iudex acquiſiuit citando verbaliter eſt conditionatum, niſi, ſcilicet, alius Iudex prius illum citet realiter. Cum igitur citatio iſta realis poſterior non ſit illicita, Reus illam procurans, non procurat illicitum, & iure ſuo vtitur, ſi tamen Idex qui prius citauit haberet aliunde ius præueniendi, & iudicandi, ſolum ex eius defectu alius poſſet iudicare. Sed ſi ille non deficeret in ſui officio, non poſſit Reus procurare, vt alius realiter citando ſibi præuentionis ius acquireret.

78 Dicunt etiam quod non valeat præuentio prioris Iudicis, quando ſecundus Iudex procedit contra idem delictum, ſed grauiori qualitate veſtitum, vt ſi primus Iudex procedat ſuper vulnere ſimpliciter, ſecundus vero ſuper vulnere illato ex animo deliberato. Boſs. Bart. & alij, quos ſequuntur Far. *quæſt.* 7. *num.* 65. & Guazz. *d. cap.* 8. *num.* 23. Sed hoc locum habere non poteſt niſi prior Iudex qui præuenit, vel non poteſt, vel negligat cognoſcere de illa grauiori qualitate, quia aliter non verificatur quod ſupponitur, ſcilicet, quod prior Iudex non cognoſcit de illa qualitate.

79 Sed præterea addendum eſt, quod dato etiã quod intentio procurantis ſe accuſari, vel realiter citari corã alio Iudice eſt quid extrinſecum. Nec finis extrinſecus, aut eius intentio mutat naturam actus, qui à fine proximo, & ſibi intrinſeco ſpecificatur, nec inualidat actum, qui habet omnia ſibi intrinſeca, & neceſſaria ad ſui valorem. Sic ergo citatio realis facta à ſecundo Iudice, non perdit ſuum valorem ex eo quod ex fine peſſimo ſit procurata à Reo; nec per hoc fit præiudicium Iudici realiter citanti. Imò idem dicendum eſt, ſi procuratio iſta fiat mendacijs, fraudibus, & modis illicitis. Sed hic duo conſiderari debent, ſcilicet vtilitas Rei procurantis per citationem realem elidere primam verbalem, & Ius Iudicis citantis realiter. Hoc ſecundum non tollitur, per malitiam Rei vtentis malis medijs, quia mala media non irritant finem, nec præiudicant iuri innocentis & in propoſito non præiudicant Iuri, quod Iudex habet, vt poſſit realiter citare citatum verbaliter ab alio Iudice; & ideo licet Reo non deberet prodeſſe ſua fraus, Iudex tamen ſi velit poteſt vti iure ſuo, & non obſtante, verbali citatione facta ab alio Iudice procedere in cauſa. Si tamen Iudex ſecundus in hoc eſſet culpabilis & fraudulentiæ conſcius, & particeps, vel pro pretio ſe moueret ad citandum, & actum ſuum vendetet, tunc eius citatio, & actus admiſti non deberet.

80 Sed quid dicendum, ſi in eadem die Reus à duobus, vel pluribus Iudicibus fuit citatus? Præfertur ille, cuius nuncius expreſſit horam, vel partem horæ determinatam; tunc enim de præuentione aliorum non conſtat. Vel præcedit Iudex ille à quo Reus fuit citatus perſonaliter, cum ab alio fuerit citatus ad domum. Socc. *d. cap. Propoſuiſti num.* 22. Guazz. *d. cap.* 8. *num.* 26. Vel in dubio ſtatur iuramento citati, & aſſerentis ſibi fuiſſe prius præſentatam citationem talis Iudicis. Alij dicunt, quod vel Iudices ſimul procedent, vel ex illis ſorte eligitur vnus, qui iudicet. Sed mihi magis placet dicere, quod in dubio Reus poſſit comparere coram eo, quem ipſe elegerit, & quod ille cauſam cognoſcere debeat, vt in *l. ſi quis graui* §. *ſi cum omnes ff.* ad Syll. Socc. *d. cap. Propoſuiſti num.* 22. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 38. *num.* 86. Vant. *de null. ex def. iur. num.* 164. Farin. *quæſt.* 7. *num.* 63. Guazz. *d. cap.* 8. *num.* 25. Sed quãdo Iudices ſunt eiuſdem dominij recurritur ad Superiorem, qui litem determinat. Ex Decian. etiam *l.* 4. *cap.* 21. *num.* 10. Farin. *quæſt.* 7. *num.* 63. vult quod præferendus ſit Iudex, qui eſt maioris iuriſdictionis. Quod ſine difficultate procedit, ſi ille Iudex ſit ſuperior, cui alter Iudex eſt ſubditus, ſed ex ſola maiori dignitate vnius Iudicis, & iuriſdictioni non debet fieri præiudicium alteri Iudici, qui in hoc habet æquale ius cum illo.

81 Eſt autem talis prærogatiua illius, qui prius citauit, vt ſi Iudex præuentus ex quo illi non fuit oppoſita præuentio, proceſſerit in cauſa, & in ea ſententiauerit prius, & ſic præuenerit in ſententiando, adhuc potius erit Iudex, qui primo citauit. Cyn. Dyn. Bald. & alij, quos ſequitur Far. *quæſt.* 7. *num.* 59. Decian. *l.* 4. *cap.* 21. *num.* 15. Sicut verò citatio verbalis non præuenit niſi ſit exequuta, ita nec citatio realis niſi Reus ſit captus. Et imò multi volunt, quod nec ſufficiat executio citationis, niſi citatus comparuerit in Iudicio in termino citationis, vel niſi Actor accuſet contumaciam, quæ fuit ſententia Villal. & Dec. quam ſequitur Farin. *num.* 60. Ita in terminis huius ſententiæ nec citatio realis præueniet, niſi Reus ſit captus, & inter manus Curiæ poſitus.

82 Tandem aduerti debet, quod duplex eſt præuentio, ſcilicet, alia Iudicis, qui vel ad inſtantiam Accuſatoris, vel ex officio prius citat. Alia Rei qui præuenit comparendo coram vno Iudice. De hac præuentione Rei verificatur, quod non ſit valida, ſed reijcienda, ſi ſit doloſa, & fraudulenta, non tamen præciſe quia ſit affectata, quia hoc potuit fieri ex iuſta cauſa, & ſine dolo, & fraude, vt *num.* 70. eſt explicatum. Sed præuentio Iudicis quatenus eſt Iudicis, non vitiatur ex dolo, vel fraude Rei, vt eſt explicatum; ſed quidquid ſit de præuẽtione Rei, ſi Iudex præuentus à Reo, præuenit illum legitime citando, vel reſpectiue capiendo, præ-

uentio eſt valida. Et idem dicendum ſi Iudex conteſtet illi litem.

83. Secunda nullitas proceſſus oritur ex eo, quod Reus damnatus ſit, non conſtito de corpore delicti, quæ nullitas non ſanatur ex eo, quod poſt ſententiam de illo conſtet, quia ſententia ex nouis probationibus non conualeſcit Baiard. ad Clar. *quæſt.66.num.9.* Guazin. *defenſ.4. cap.1. num.21.* Et de hoc dictum fuit ſuper *quæſt.19.* Tertia nullitas eſt ex defectu legitimæ citationis de qua dictum eſt *quæſt.20. art.2.* Quarta nullitas eſt ex non oblatis, & conceſſis Reo defenſionibus, nimirum ex negata, imò non decreta Reo copia proceſſus offenſiui, & non oblato, ſeu non conceſſo termino competente ad ſe defendendendum, vt explicatum eſt, *art.2.* Datio tamen copiæ proceſſus defenſiui non eſt de ſubſtantia iudicij, cum acta ſemper ſint nota Iudici, & Fiſco. Vbi tamen proceditur per viam accuſationis copia proceſſus defẽſiui ſolet & debet dari Accuſatori, vt videat, an velit aliquid incontrariũ deducere. Si etiam Reus petat in actis copiam proceſſus defenſiui, Iudex tenetur eam dare, & ſi eam dicto, vel facto negat, & ad vlteriora procedat, ea non data Reus poteſt appellare. Sed non interpoſita appellatione acta valerent. Quinta nullitas eſſe poteſt ex perſonali inhabilitate teſtium. Sexta ex contrarietate, falſitate, aut alio ſimili defectu reperto in dictis teſtium. Septima ex illegitimo teſtium examine de quibus actum eſt ſupra per plures *quæſt. & art.*

SVMMARIVM.

72 *Modi quibus Reus poteſt ſe defendere.*

73 *Delictum debet probari.*

Actus indiferens imò delictum, & non delictum præſumendus eſt bonus. Ibid.

74 *Verba quæ in bonum vel malum ſenſum poſſunt trahi, in bonum debent accipi.*

75 *Ex duabus præſumptionibus contrarijs, quæ excludit delictum eſt accipienda.*

76 *In dubijs præſumitur minus delictum.*

77 *Quando actus de ſui natura eſt malus præſumitur delictum.*

Delictum excuſabile non præſumitur delictum. Ibid.

78 *In præſumptionibus diſtinguitur actor à Reo.*

79 *Delictum regulariter non præſumitur quando eſt cauſa excluſiua delicti.*

80 *In foro conſcientiæ in dubio præſumitur delictum.*

81 *In defenſione magis creditur deponentibus.*

In defenſione admittuntur conſanguinei. Ibid.

82 *Ad probationem innocentis teſtes inhabiles admittuntur.*

83 *Ex teſtibus inhabilibus aliqui admittuntur, alij non.*

84 *Vnus teſtis poteſt plene probare defenſionem.*

85 *Modus tollendi vim probationum.*

86 *Obycere teſti falſum crimen eſt illicitum.*

87 *Obijcere falſum crimen teſti eſt naturale peccatum.*

88 *Teſtis à Iudice interrogatus legitimè tenetur confiteri.*

89 *Actore non probante Reus abſoluitur cum diſcrimine.*

ARTICVLVS VII.

De defenſionibus oris ex non probato delicto.

84. SE defendere poteſt Reus ex eo quod, vel factum, quod illi imputatur, non ſit probatum, vel quia non ſit delictum, vel quia non ſit punibile. Nam primo certum eſt, quod Actore, vel Fiſco non probante delictum Reus abſolui debet, Clar. *quæſt.62.* Guaz. 29. *cap.1. nu.6.* quod procedit etiam in caſu, in quo Reus ſuſceperit onus probandi ſuam innocentiam; nam & in hoc caſu ſi Reus in probatione deficeret; ſibi ſufficit, quod Actor, vel Fiſcus non probet delictum, de quo imputatur: & hoc præcipuè verum eſt, ſi Reus in ſuis probationibus appoſuerit ſolitas clauſulas, *citra onus*, &c. *Non ſe adſtringens, &c.* Bictus *quæſt.92. n 2.* Data etiam paritate probationum, imò dato, quod probationes Fiſci in aliquo excederent probationes Rei, iſtæ illis præualere debent. Maſcard. Guazz. *loco citato*. Imò Reo ſufficit, quod offuſcet probationes Fiſci, & reddat rem dubiam, quia ſuper delicto dubio non poteſt ferri ſententia certa. Et ſic Rei probationes, præſumptiones, indicia & coniecturæ ſufficiunt ad confundendum probationes, præſumptiones, indicia, & coniecturas Actoris, vel Fiſci. Et ſic ſi præſumptiones pro Reo ſint, vel validiores, vel plures præſumptionibus Fiſci, vel minus validas, vel pauciores eliduntur. Et ſi ſint pares præualere debent, quæ fauent Reo. Sed aduertendum, quod probatio Actoris, vel Fiſci, ſi non eſt plena, & clara, tunc clara probatio Rei etiam minor confundit probationem Actoris, & Reus debet abſolui, cum in hoc caſu ſufficiat offuſcatio Tuſc. *L. P. concluſ.708.n.29.* ſed ſi probatio Fiſci ſit plena & clara, eam non confundi, niſi etiam probatio Rei ſit plena ex Panormit. Gemin. Ioan. Andr. & Bart. probat Tuſc. *de concl.748, num.17. Litt. B.* & Bictus vbi ſupra, quia probatio potentior minorem vincit. Et nihilominus quod Reo ſufficiat reddere dubiam Actoris probationem eiuſque intentionem voluerunt Baldus, & Crauett. apud Tuſcum *loco citato nu.28.* In dubio verò etiam ſtante paritate probationum pronunciandum eſt pro Reo. *L. abſentem, l. ſi præſest. l. interpretationem, ff. de pœn. & cap.* ex litteris de probat. Maſcard. *lib.1, concluſ.3. num.26.*

85. Præcipuè verò quando delictum probatur præſumptionibus, Iudex ne erret, hanc præſumptionem generalem attendere debet, quod, ſcilicet, delictum non præſumitur, ſed ad excludendum delictum omnis rationabilis in-

terpræ-

terpretatio fieri debet. Delictum igitur per allegantem probari debet, *L. merito, ff. pro ſocio vbi gloſ.* & alij DD. communiter, quos referunt, & ſequuntur Menoch. *l. 5. præſ. 2. nu. 1.* Maſcard. *de probat. l. 1. concluſ. 49. n. 1. & l. 3. concluſ. 1167. num. 2.* Farinacc. de Reo confeſſo *qu. ſt. 85. n. 1.* & ideo actus indifferens, & ſonans de ſui natura in delictum, & non delictum præſumendus eſt bonus, ex *d. l. merito* & DD. communiter, & pariter actus, qui in vno loco, & tempore eſt licitus, licet ſit illicitus in alio loco, & tempore præſumendus eſt factus in loco, & tempore licito. Panormit. *cap. auditis de præſcript. nu. 17.* Felin. *nu. 13.* Menoch. *de præſ. 2. n. 10. & præſ. 3. nu. 40. & 119.* Farinacc. *dict. qu. 81. n. 6. vbi n. 7.* ex Iaſon. Felin. & alij hoc explicant verum eſſe in ijs, quę regulariter ſunt permiſſa & licita, licet ſint prohibita in aliquo loco & tempore. Secus verò in ijs, quæ regulariter, & ex ſui natura ſunt prohibita, licet in aliquo loco & tempore permiſſa, in iſtis enim præſumptio eſt, quod ſint geſta in loco, aut tempore prohibito.

85. Verum etiam in ijs, quæ prohibita ſunt ex ſui natura, licet in aliquo tempore, aut loco permiſſa, vt in homicidio, furto, & ſimilibus, probata cauſa ex qua licite fieri poſſunt, debent præſumi ea facta fuiſſe in caſu licito; quia in criminalibus probatio dubia; & poſſibilis offuſcat claram Actoris præſumptionem, & ad abſoluendum ſufficit, vt ex Aret. Alex, & alijs probat idem Farinacc. *num. 8.*

86. Sic etiam verba, quæ ſecundum diuerſum intellectum poſſunt trahi in bonum & malum ſenſum, in bonum ſenſum accipi debent. Menoch. *lib. 5. præſumpt. 2. num. 7. & 12. Rotæ de heret. part. prim. num. 167.* Et hoc eſt verum etiam ſi verba impropriari debeant, potiùs in non delictum, quam in delictum. Maſcard. *de prob. l. 2. concluſ. 1003. num. 7.* Farinacc. *dict. quæſt. 85. num. 17.* Et idem dicitur de conſilio dato, vt præſumatur potiùs datum ad bonum, quam malum. Felin. *cap. auditis num. 33. de præſumpt.* Maſcard. *dict. concluſ. 1033. num. 17.*

87. Quando etiam concurrunt duæ præſumptiones, quarum vna excludit, & alia includit delictum, accipienda eſt illa, quæ delictum excludit, Maſcard. *lib. 2. concluſ 864. n. 30.* Vnde eſt quod ad actum faciendum quis præſumitur potiùs motus ex cauſa licita, quam ex illicita. Farinacc. *dict. quæſt. 85. num. 19.* Quando tamen pro non delicto adeſt ſola præſumptio generalis, & pro delicto adeſt ſpecialis præſumptio, quia præſumptio ſpecialis vincit generalem *l. cum de indebito, ff. de probat.* tunc ſumitur præſumptio pro delicto, Panormitanus, & Felin. *cap. 1. de præſumpt.* Maſcard. *lib. 1. concluſ. 495. num. 26. Decian. part. 2. lib. 6. c. 5. n. 15.* Sed ſi cum præſumptione generali excludente delictum eſt aliqua alia ſpecialis, quia plures præſumptiones vincunt minores, ideo tunc etiam ſi adſit ſpecialis præſumptio pro delicto, illæ quę delictum excludunt prævalent, Maſcard. *lib. 2. concluſ. 1214. n. 16.* Farinac. *dict. qu. 85. n. 24.*

88. Sic etiam in dubio præſumitur potiùs delictum minus, quam maius, & pluralitas delictorum non præſumitur, & præſumitur potiùs culpa, quam dolus, & potiùs præſumitur qualitas ex grauans, quam grauans, Farinacc. *dict. quæſt. 85. num. 26.*

89. Quando tamen actus prima fronte ſecundum communem vſum loquendi, & à communiter accidentibus habet maiorem formam actus mali, quam boni, in dubio intelligi debere potiùs in malum, quam in bonum voluerunt Felin. *in cap. auditis de præſc. num. 32.* Maſcard *lib. 2. concluſ. 803. num. 19.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 2. num. 57.* Quod eſt verum ſi ea, quæ prima fronte habent ſpeciem mali, ſunt etiam prohibita lege naturali, diuina, vel gentium. Secus autem in non ſic prohibitis, vt ex Alciato probat Farinac. *dict. quæſt. 81. num. 32.* Sed abſolute loquendo, quando actus eſt de ſui natura malus, & prohibitus præſumi delictum dixerunt Felin. *cap. in præſentia num. 13. de probat.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ 494. nu. 4. & lib. 2. concluſ. 1003. nu. 21. & 61.* Quod procul dubio eſt verum de actu prohibito Iure diuino, naturali, & gentium, ſed vbi actus ſolum Iure poſitiuo eſt prohibitus, & non agitur ciuiliter, ſed criminaliter ad pœnam, in dubio non præſumi delictum ex Alciato ſentit Farin. *dict. quæſt. 83. num. 17.* Hoc quidem verum eſt, quod etiam in prohibitis Iure diuino, aut naturali, quando probatur cauſa, ſeu factum, ex quo poteſt excuſari delictum, delictum non pręſumitur. Farinacc. *dict. quæſt. 35. num. 40.* plures Doctores referens.

90. In iſtis etiam præſumptionibus diſtingui debet Actor à Reo, nam ſumi debet præſumptio, quæ ſit fauorabilis Reo, cui ſi fauet præſumptio delicti, & ex præſumptione delicti eſſet abſoluendus, & ex non præſumptione delicti non abſoluendus, ſumi debet delicti præſumptio Felin. *c. fin. de præſ.* Menoch. *lib. 5 præſ. 2.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 245. num. 2.* Farinacc. *dict. quæſt. 65. num. 40.* qui alios referunt. Et è contra ad fauorem Actoris non præſumitur excluſio delicti, ſed præſumitur illum deliquiſſe, vt excludatur delictum Rei. Menoch. *num. 2.* Maſcard. *num. 2.* Farinacc. *num. 42. locis citatis.* Sic enim, & quando agitur de præiudicio tertij delictum præſumitur ad excludendum eius præiudicium. Gloſ. *in cap. ſtatutum 5. Cum verò ab aliquo de reſc. in 6o.* Menoch. *præſ. 2. nu. 50. lib. 5.* Maſcard. *de prob. lib. 1. concluſ. 495. num. 9.*

91. Cum verò aliqui, quos refert Farinacc. *quæſt. 35. num. 50.* adhoc, vt in dubio præſumatur non delictum, requirant quod conſtet de aliqua cauſa excluſiua delicti, hoc non eſt vniuerſaliter verum, ſed in aliquibus caſibus vt ſupra eſt expoſitum, & præcipuè vbi agitur de præiudicio tertij. Nam vbi agitur in genere, vel de facto, in quo quis non habet aliquid facere cum alio, regulariter pręſumitur non delictum, etiam ſi non allegetur cauſa ſuper qua fundatur ta-

lis præſumptio delicti exclusiua, Menoch. *dict. præſ.* 2. *num.*36. Maſcard. *dict. concluſ.*495. *n.*14. Farinacc. *dict. quæſt.*85. *num.*51.

92. Tandem dicitur quod in foro conſcientiæ, & vbi agitur de fauore animæ delinquentis, in dubio præſumitur delictum, ſi hoc requirit animæ fauor *Cap. Conſilium* 5. *cum autem de obſer. ieiun. Cap. ad eius in fine diſt.* 5. & communiter DD. An verò ſi teſtator fateatur ſe fuiſſe vſurarium præſumi debeat, eum ſemper fuiſſe talem ad effectum obligandi hæredem, ad reſtitutionem vſurarum, ex quo hoc eſt ſalubrius pro anima teſtoris affirmauit Felin. *cap. in præſentia num.* 13. *de probat. & cap. fin. num.*15. *de præſumpt.* Sed id negarunt Alciat. *præſ.*1. *num.* 19. & alij, ſed hoc eſſe arbitrarium Iudici dixit Menoch *præſumpt.*2. *num* 48. *lib.*5. qui prudenter conſiderare debebit, tempus in quo teſtator ille exercuit vſuras, & quæ negotia pertractauit, & alias circumſtantias, quod & voluit Farinac. *dict. quæſt.*85. *num.*48.

93. Sed præterea conſideret Iudex, quod in cauſa defenſionis magis creditur paucioribus teſtibus pro Reo deponentibus quam alijs numeri maioris. Et quod ad defenſionem admittuntur præſumptiones & approbationes dubiæ, & aliæ non concludentes, & vbi teſtes ad offenſam deponunt de delicto deliberato, vt puto, quod Titius deliberato animo occiderit Caium, ſi teſtes ad defenſam deponant id factum fuiſſe caſu, vel ad ſui defenſionem, iſtis magis creditur Maſcard. *concluſ.*597. *num.*16. Inſuper in defenſionibus admittuntur multi teſtes inhabiles, vt conſanguineus pro conſanguineo, & frater pro fratre, & domeſticus pro domeſtico Farinacc. *quæſt.*125. *num.*123. Guazz. *def.*29. *C.* 3. *num.*5. Quod tamen non admittitur, ſi iſti teſtes producantur ad reprobandum teſtes Fiſci ſecundum Baiard. *ad Clar. quæſt.*24. *num.*129. Sed ex Onded. bene hoc limitat Guazzin *defenſ.*29. *cap.*3. *num.*6. vt verificetur hoc, quando iſti conſanguinei inducerentur contra teſtes ad illos puniendos, ſed ad effectum repellendi teſtes, bene admittuntur. Non tamen admittuntur ad probanda adminicula, vt quod teſtis examinatus contra Reum ſit eius inimicus, ſed ſolum admittuntur ad probandum ea, quæ directè tendunt ad excluſionem delicti ſecundum Boſs. Maſcard. Gabriel, quos ſequitur Sguoi *part.*6. *cap.*2. *nu.* 57. Boſs. Maſcard. & alij quos ſequitur Guazzin. *num.*6. Sed fundantur in hoc quod teſtes iſti conſanguinei, & inhabiles, nec in proceſſu Fiſci admittuntur, ad probanda adminicula contra Reum, ſed primo neque hoc admittitur, vt dictum eſt ſupra. Et vlterius non eſt eadem ratio, quia fauorabilior eſt probatio ad defenſam. Tum quia ſi adminicula faciunt aliquo modo ad defenſam, ad ea probanda admitti debent teſtes, qui ad defenſam admittuntur.

94. Quando tamen proceditur non ex officio Iudicis, ſed ad quærelam partis hos teſtes inhabiles non admitti tradit idem Guazzin. *dict. num.*6. ſed neque hoc eſt ſine difficultate, quia probatio innocentiæ ſemper eſt fauorabilior, & magis priuilegiata, nec debet reſtringi, nec eius priuilegium tolli. Ideo ad probationem innocentiæ teſtes inhabiles admittuntur Clar. *quæſt.*24. *num.*16. Farinacc. *conſ.*39. *n.*16. Et licet admittuntur cum ſuis imperfectionibus, & non probent plene, tamen & ex habilitate aliorum teſtium eorum inhabilitas ſuppletur, & in omni caſu aliquid probant, & maximè attenta eorum qualitate, & facti circumſtantijs iuuant ad minuendã pœnam Menoch. *caſu* 587. *num.*2. Guazzin. *defenſ.*29. *cap.*3. *nu.*8. Et quamuis aliqui DD. apud Baiard. *in qu.*24. *num.*133. nolint ſocium criminis admitti ad defenſam conſocij, merito hoc reijcitur, quia ſi in proceſſu offenſiuo ſocius criminis admittitur ad fundandam intentionem Fiſci contra Reum, cur non admittetur in proceſſu defenſiuo ad fauorem Rei? Eo magis quod Fiſcus non poteſt diuidere confeſſionem ſocij criminis; ſed debet illam admittere prout cantat, & ſic debet illam admittere etiam pro illa parte, in qua fauet Reo. Guazzin. *defenſ.*29. *cap.*3. *n.*9. Et ſocij criminis depoſitio ſaltem iuuabit, vt elidat indicia Fiſci, & ſic aliquam probationem faciet Farinacc. *conſ.*66. *num.*15.

95. Ex teſtibus igitur inhabilibus illi ad defenſam non admittuntur, quorum inhabilitas eſt pœna contra teſtes lata in odium delicti, nec poſſunt admitti ad actus legitimos; ſed illi, qui prohibentur admitti, quia ſunt de veritate ſuſpecti admitti poſſunt, licet non vt ceſtes plene probantes, ſed cum ſuis imperfectionibus. Et ratio eſt quia lex eos reijcit in proceſſu offenſiuo fauore innocentiæ ad vitandum periculum damnandi innocentem ex falſis probationibus. Eadem verò ratione admitti debent in proceſſu defenſiuo ne innocentia pereat, ex defectu probationis. Idem ad defenſam admittuntur etiam teſtes deponentes de credulitate, & probant maximè ſi reddant rationem credulitatis, quam etiam ex fama reddere poſſunt. Maſcard. *lib.* 1. *concluſ.*459. *num.*1. & plures alij, quos ſequitur Guazzin. *defenſ.*29. *num.*11. Et pariter admittuntur, & ad defenſam probant teſtes etiam ſi non interrogati non reddunt cauſam ſcientiæ Guazzin. *num.*10.

96. Quando verò Bictus *quæſt.*42. *num.*4. Ex Tuſio dicit, quod ſi Actor plenè probauit ſuam intentionem ſemiplena probatio fauore Rei facta non confundit, & offuſcat probationem Actoris, tamen plures docent, quod vnicus teſtis probat defenſionem, ita quod per hoc excuſetur à pœna, & ita quod etiam ſi Actor plenè probauerit ſuam intentionem, & delictum adhuc vnius teſtis depoſitio probet defenſionem, vt inquiſitus ex eo Reus liberetur à pœna & debeat abſolui. Nam dicitur quod in hoc caſu Iudex proculdubio tenetur quærere plenam probationem. Innoc. Bald. Odd. Guazz. *nu.*12. Vel ſaltem opinabitur, vt Reus liberetur à pœna mortis. Maſcard. *lib.*1. *concluſ.*491. *num.*18. Anchar. Boſs. Vulpell. quos ſequitur Guazz. *n.*12.

Et

Digitized by Google

Et ſi Reus probet ſuam innocentiam per vnum teſtem in cauſa principali, & per alium in cauſa appellationis hoc ſufficit ad plenam probationem. Vbi verò Actor non probauit plenè delictum, & ſic deeſt contraria probatio, vnus teſtis plenè probat defenſionem, vt per DD. quos refert Guazz. *num.* 12. Vbi *num.* 13. ſubditor quod magis creditur teſtibus deponentibus ad defenſam, quam ad offenſam, & ſic in pari numero magis creditur teſtibus deponentibus de non delicto, quam deponentibus de illo, quia hoc eſt naturæ conſentaneum. Menoch. *caſ.* 126. *num.* 35. Vbi etiam ad defenſionem probanda ſit fama, eam probari per teſtes ſimpliciter deponentes de auditu dixerunt Cepoll. Cephal. Boſs. Bord. Guazz. *defenſ.* 29. *cap.* 3. *num.* 25.

97. Sed & alius modus tollendi, vel minuendi vim probationum eſt obijcere contra teſtes aliquod delictum, vel aliquem defectum, quo verificato teſtis, vel non probet, vel minus probet. Et haberi debet tanquam certum, quod obijcere teſti verum crimen occultum, ſed in iudicio probabile non eſt illicitum, ſi tamen veriſimiliter ſperetur, quod id conducat ad obijcientis defenſionem; aliter ſi talis obiectio non iuuat, ipſa eſt contra charitatem, imò & contra iuſtitiam & non habet vim defenſionis, ſed detractionis, & vindictæ. Bannes 2. 2. *qu.* 70. *art.* 3. Serra 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 2. *diſp.* 1.

98. Et nihilominus etiam ſi teſtis verum depoſuerit, & etiam coactus à Iudice, & ſeruato ordine iuris, Reus verum crimen poteſt obijcere teſti, ſi ex hoc debilitatur eius teſtimonium, & ad ſui defenſionem eſt neceſſarium. Quia in hoc caſu (quidquid ſit de præſumptione aliqua) in rei veritate accuſatio eſt iniuſta, & teſtis ſine ordine iuris interrogatur, & non potuiſſet interrogari, ſi conſtitiſſet de defectu teſtis. Reus ergo habet ius ſe defendendi, & oſtendendi defectum teſtis, & vim teſtimonij illius elidendi. Et ſibi imputent Accuſator & teſtis, ſi damnum patiantur, quia nec ille accuſare poterat, non habens teſtes idoneos; nec iſte tenebatur teſtificari, ſciens poſſe obijci crimen, ob quem reijci poterat Bannes 2. 2. *qu.* 70. *art.* 3. Serra *qu.* 69. *art.* 2. *diſp.* 1. & ex Mald. Card. de Lugo *diſp.* 40. *nu.* 25. Si tamen oppoſitio criminis non iuuaret Reum, & ſic non eſſet neceſſaria ad vitandum graue damnum, illa eſſet contra charitatem, imò & poſſet eſſe contra iuſtitiã. At verò obijcere teſti falſum crimen, ſemper eſt illicitum. Sed ſi teſtis eſt falſus, licet illi obijcere vera crimina etiam occulta, ſed probabilia, quia hæc eſt ſpecies defenſionis cum moderamine inculpatæ tutelæ: Et hoc eſt verum etiam ſi teſtis falſum depoſuerit ex inculpabili ignorantia, licitum enim eſt ſe defendere ab inuadente, qui ex ignorantia inuadit. Et hoc etiam verificatur, quando teſtis non eſt falſus, ſed tamen iniuſte deponit, & contra ordinem iuris, quia & iſte teſtis eſt inuaſor iniuſtus, & imò in hoc caſu Reus æquiuocando poteſt dicere, quod non eſt vera depoſitio, ſeu dicere teſti non dicis verum, mentiris, ſi id dicat non animo iniuriandi, ſed ſe defendendi, cum ad ſe defendendum non ſufficiat negare delictum.

99. An verò teſti falſo obijcere crimen falſum ſemper ſit peccatum mortale, proculdubio regulariter eſt mortale, quia tale crimen non iuuat ad defenſionem Rei niſi ſit probatum, & niſi per falſos teſtes poteſt probari. Per ſe tamen loquendo hoc non eſſe peccatum mortale, ſed veniale ſenſit Bannes 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 3. *diſp.* 2. Et ſpeculatiue loquendo id admittit Card. de Lugo *diſp.* 40. *num.* 26. Sed quidquid ſit de hac ſpeculatione merito hoc non placuit Serræ 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 2. *diſp.* 1 *concl.* 2. Quia hæc obiectio criminis falſi, vel nihil valet, ſi non probatur, vel non poteſt probari niſi per teſtes falſos, eſt verò iniuſtum lædere proximum ſine cauſa, & falſos teſtes adducere. Sed inſuper ſi Reus alio modo minus noxio teſti poſſit ſe defendere, contra charitatem eſſet talia crimina etiam vera, ſed occulta ſine neceſſitate detegere. Bannes, & Serra *loc. cit.* Sanchez *l.* 6 *c.* 3. *diſp.* 20. Sed non eſſe contra iuſtitiam voluit Leſs. *c.* 31. *diſp.* 2. apud Card. de Lugo. Sed dicendum eſt eſſe etiam contra iuſtitiam, quia non ſeruatur inculpata tutela, quando quis ſine neceſſitate potens alio modo ſe defendere lædit inuaſorum grauiter. Molina *tom.* 4. *diſp.* 43. *num.* 3. Et ex eo Card. di Lugo *diſp.* 40. *ſec.* 2. *num.* 22. Et prætérea notandum, quod non pro quolibet detrimento, quod Reus patitur, licet illi quælibet crimina detegere, ſed in hoc ordo charitatis ſeruari debet. Ideo Reo, vt vitet nocumentum non magni momenti, non licet, teſti qui coactus à Iudice depoſuit, obijcere crimen pro quo teſtis eſſet morte plectendus. Cæterum ſi teſtis in his caſibus patitur, ſibi damnum imputet, qui in hoc periculum ſe ingeſſit, quo poſito non tenebatur deponere Bannes, & Serra *locis citatis*.

100. **An verò teſtis à Iudice interrogatus teneatur obiecta ſibi crimina confiteri, dicitur quod nedum ſi defectus obiecti non inferant teſti turpitudinem, vt ſi obijciatur illi, quod ſit conſanguineus Accuſatoris, ſed etiam ſi obijciantur illi grauia crimina, dummodo tamen illa ſint ſemiplene probata, & Iudex legitimè interroget, teſtis illa fateri tenetur, hanc tamen probationem non facit ſola infamia, vt poſt Couar. *pract.* 1. *cap.* 18. *num.* 7. Sanchez *lib.* 6. *of. cap.* 3. *nu.* 38. tenet Card. de Lugo *diſp.* 39. *ſec.* 2. *num.* 16. Si verò Reus non poteſt negare crimen, vt puta quia de illo per teſtes conteſtes eſt conuictus, vel ex quacumque alia cauſa exceptio contra teſtem illum non iuuat ad vitandum graue damnum, contra charitatem eſt teſti crimen graue obijcere. Sic, qui inuaſus à decem, ſciens ſe non poſſe euadere, & fugere mortem, nihilominus inutiliter occidit vnum ex illis peccat contra charitatem. In his enim caſibus defenſio, quæ fit cum læſione alterius inutiliter aduerſatur charitati.**

101. Et

101. Et licet infamia, quæ ſequitur Reo ex probato delicto minuatur, ſi aliquis teſtium reijciatur, hæc diminutio per ſe non eſt tantæ conſiderationis, vt eius ratio haberi debeat, maximè quod non diminuitur, ex eo quod teſtimonium indicetur falſum, ſed quia iuridicè non admittitur. Sed an in hoc caſu violetur iuſtitia non eſt tam certum. Eam violari voluit Card. de Lugo *diſp.* 40. & 24. Sed conſiderandum, quod per inductionem teſtis, qui in rei veritate non eſt idoneus, Reus iniuſte inuaditur, quid quid ſit an hoc fiat ignoranter ab Accuſatore; & inculpabiliter à Iudice, ideo Reus habet ius, vt ſe defendat ab iniuſta euaſione ad ſui vtilitatem, & ad euitandum damnum, quod ſibi ex iniuſta inuaſione imminet. Ideo in hoc caſu nedum non violatur iuſtitia, ſed nec violatur charitas, niſi damnum ſit ita minus graue, reſpectu damni, quod imminet teſti, quod charitas poſtulet, vt toleretur, & ſuſtineatur. Bannes, & Serra *locis citatis.* Sanchez *l.* 6. *opuſ. cap.* 5. *d.* 20. Itaque ergo, vel oppoſitio criminis facta teſti eſt prorſus inutilis, & tunc eſt etiam contra iuſtitiam, quia non eſt neceſſaria defenſio, ſed potiùs vindicta. Vel eſt vtilis, ſi non ad totalem liberationem Rei, tamen eſt vtilis ad minuendam pœnam, vel ad vitandum aliquod graue damnum, & tunc non eſt contra iuſtitiam; erit verò contra charitatem, ſi damnum ſit tale, quod ex charitate ſuſtineri debet ad vitandum maius malum ipſius teſtis.

102. Actore igitur non probante, Reus abſoluitur; ſed cum diſcrimine, quia ſi Reus plenè probat ſuam innocentiam abſoluitur ex cap. Innocentiæ. Sed ſi illam non probat plenè, ſed ſolùm præſumptiuè, non abſoluitur ex *cap.* Innocentiæ, & aduenientibus nouis indicijs poteſt contra illum procedi. Farinace *in fragment. Crim. litt. A. num.* 27. Guazzin. *defenſ.* 29. *cap.* 1. *nu.* 8. Bictus *quæſt.* 29. *in fine*.

SVMMARIVM.

103 *Multa fieri prohibeatur quis ex circumſtantijs ſunt licita.*
104 *Quando factum ex ſe non eſt delictum, ſed ex circumſtantia Actor illam debet probare.*
105 *Reus tenetur probare circumſtantiam excuſantem factum eſſe delictum.*
106 *Præſumptiones excludentes delictum vincunt præſumptiones delicti.*

ARTICVLVS VIII.

De defenſione quæ fit excuſando, vt factum non poſſit haberi, & puniri tanquam delictum.

103. MVlta ſunt fieri prohibita ſolum in tali loco, vel tempore, vel ex tali cauſa, aut modo; ſic enim occiſio inimici ad neceſſariam defenſam non eſt delictum punibile, & vniuerſaliter probabilis ignorantia, vel conſideratio, vel violentia, excuſant à delicto; ſicut & multoties excuſat timor cadens in conſtantem virum. Reus igitur inquiſitus poterit ſe defendere, & probare, quod factum pro quo contra illum proceditur, non ſit delictum.

104. Itaque dicitur primo, quod vbi factum ex ſui ſubſtantia non eſt delictum, ſed eſt tale ſolum ex circumſtantia loci, vel determinati temporis, vel alia circumſtantia ſimili. Actor, vel Fiſcus tenetur probare illam circumſtantiam adfuiſſe, alias præſumitur factum ſub circumſtantia excludente delictum. Clar. *quæſt.* 56. Bictus *quæſt* 93. *num.* 1. Et ideo, tunc Reus ſufficienter ſe defendit, ſi neget facti circumſtantiam, & dicat factum eueniſſe vbi, vel tunc id fieri poterat licite, & eo perfectius ſe defendit, ſi etiam dictum ſuum probet.

105. Sed ſi factum ex ſui ſubſtantia ſit delictum, ſed excuſabile ex aliqua circumſtantia, vt puta ex ignorantia probabili, vel violentia illata, vel ex cauſa & neceſſitate; Reus hanc circumſtaantiam excuſantem, quæ de ſe non præſumitur, probare debet; illa verò probata abſolui debet; ſic ſi quis, qui occidit aliquem ſe excuſet, quia occiſus erat Bannitus, aut adulter in adulterio depræhenſus, cum tales Ius permittat occidi, vel quia ex neceſſitate occidit ad ſui defenſam, Reus hæc probare tenetur, & ſi probet non poteſt puniri. Quod ſi circumſtantia non excuſat delictum in totum, ſed tamen minuit pœnam, ea circumſtantia probata mitiori pœna puniendus erit Reus.

106. Vbi etiam præſumptionibus probetur delictum iuuabitur Reus ex eo, quod in dubio delictum non præſumitur, & quod præſumptiones excludentes delictum vincunt præſumptiones delicti, & quod omnis interpretatio fieri debet, vt delictum vel excludatur, vel minuatur, vt fuſius probatum eſt ſuper in hac *quæſt. art.* 7.

SVMMARIVM.

107 *Capita ex quibus delictum non eſt punibile.*
108 *Non poteſt inquiri contra delinquentem quando delictum eſt præſcriptum.*
109 *Valet præſcriptio in delicto notorio.*
110 *Iuxta qualitatem delicti, præſcriptio fit.*
111 *Iudex poſt præfixum terminum non poteſt inquirere.*
112 *Præfixo termino ad inquirendum ex hoc non eſt præfixus ad accuſandum.*
113 *præſcriptio poteſt interrumpi.*
114 *Multæ ſunt delicta quæ nequeunt præſcribi.*
115 *In delictis iterabilibus ſpatium eſt à die vltimi commiſſi delicti.*
116 *Præſcriptio vnius delicti non interrumpit præſcriptionem delicti alterius ſpeciei.*
117 *Præſcriptio delictorum habet locum viuente delinquente.*
118 *Præſcriptio delictorum non irritat proceſſum factum contra illum qui præſcripſit.*

119 *Diu-*

119 *Diuturnitas temporis facit ne delinquens mitius puniatur.*

120 *Iudex ordinarius ex diuturnitate temporis non poteſt minuere pœnam in delictis grauibus.*

121 *Arbitrarium eſt iudici vario modo punire, & minuere pœnam.*

122 *Diuturnitas culpabilis non iuuat.*

123 *Abſens damnatus per ſententiam non poteſt inconſulto Principe ſaluari.*

124 *Diuturnitas carcerationis minuit pœnam.*

ARTICVLVS IX.

De defenſione, quæ oritur ex eo, quod delictum imputatum non ſit punibile.

107 EX multiplici capite delictum aliquod poteſt eſſe non punibile. Primo quia de Iure communi, vel municipali, vel ex conſuetudine tale delictum à foro externo eſt permiſſum, & non punitur. Secundo quia delictum ſit præſcriptum. Tertio quia inſtantia Iudicij ſit perempta. Quarto quia Reus præſumptus pro illo delicto fuerit aliàs iudicatus, & vel abſolutus, vel punitus. Primo igitur ſi de Iure vel conſuetudine delictum in foro externo ſit permiſſum, nec pro eo ſit ſtatuta aliqua pœna, quale eſt peccatum ſimplicis fornicationes, ſi Iudex aliquis contra talem delinquentem procedat, tam proceſſus, quam ſententia ex eo lata ſunt nulla. Vbi enim pœna non applicatur inanis eſt accuſatio, & inutilis inquiſitio. Vnde etiam ſi talis fuerit citatus, & non comparuerit non poteſt damnari in contumaciam, etſi damnetur ſententia eſt nulla; & ideo exceptio iſta non punibilitatis, & impedit litis ingreſſum, & poteſt ſemper opponi etiam poſt ſententiam Guazzin. *defenſ.* 2. *cap.* 1. *num.* 11. Bict. *quæſt.* 93. *num.*

108 Secundo vbi delictum ſit præſcriptum non poteſt cõtra delinquentem inquiri *l. querela C. ad leg. Corneliam de falſo crimine*. Crimina verò tum publica quam priuata, ſpatio viginti annorum præſcribuntur *d. l. querela*. Quod adeo verum eſt, vt nullus etiam minor, vel fiſcus aduerſus hanc præſcriptionem reſtituatur in integrum, vt poſſit accuſare, vel inquirere contra illum, qui iam à viginti annis deliquit. Et hoc eſt verum nedum ſi Iudex procedat ad querelam patris etiam ex officio. Et ita vt ſi Iudex aliquem, qui ſic præſcripſit delictum damnauerit, inique agat, & ſit puniendus, etiam pœna mortis, ſi damnatus illam pœnam ſubijt. Valet hæc præſcriptio nedum in delictis manifeſtis, ſed etiam in occultis, niſi taliter ſint occulta, vt per generalem, & diligentem inquiſitionem Accuſatoris, aut Iudicis non potuiſſent ad notitiam Curiæ deuenire. Pręſcriptio enim currit contra negligentes, quales non ſunt Accuſator, aut Iudex reſpectu criminis adeo occulti, vt per nullam diligentiam potuiſſet cognoſci. Habentur iſta ex Clar. *quæſt.* 52. Maſcar. *concl.* 352. Tuſc. *l.* 1. *concl.* 569. & alijs, quos referunt, & ſequuntur Farin. *q.* 10. & Guazz. *deſ.* 2. *cap.* 2.

109 Item valet præſcriptio etiam ſi delictum fuerit notorium, vel delinquens illud confeſſus fuerit. Quod ſi hęc confeſſio delinquentis emanauerit poſt vigeſimum annum, & completam perſcriptionem, quia per illam & delictum, & accuſatio aboletur, & ceſſat omnis actio, non poteſt ſic confitens duci in iudicium, & puniri. Vnde hæc exceptio, ſi fiat ante litis conteſtationem, impedit litis ingreſſum, & poteſt ſemper opponi, & in progreſſu cauſæ, & poſt ſententiam, & tunc impedit ſententiæ executionem, etiam ſi ſententia data ſit in contumaciam. Si vero hęc exceptio non fuerit oppoſita, acta valent. Et ſententia dabitur executioni, quod explicatur vt infra. Sed hęc exceptio poteſt opponi à quolibet de populo. Et habet tantam efficaciam, vt tollat etiam infamiam ex delicto deſcendentem. DD. vero docentes ſupradicta videri poſſunt in Farinac. *qu.* 10. *n.* 1. *& ſeqq.* & Guazzin. *defenſ.* 2. *num.* 1. qui eadem docent, & Clar. *quæſt.* 51. *& ita* Maſcard. *concluſ.* 337. *&* 311. Tuſc. *l.* 1. *conſ.* 539.

110 Ex ſtatutis etiam municipalibus, hęc præſcriptio fieri poteſt minori tempore tranſacto. Et de Iure communi aliqua delicta minori tempore pręſcribuntur, vt adulterium ſolum, vel ſtuprũ ſolum ſine vi commiſſum, quantum ad pœnam temporalem pręſcribitur ſpatio quinque annorum, non tamen in ordine ad diuortium, & ad pœnam ſpiritualem *l. Mariti* §. *Sex menſium, &* §. *quinquennium. ff. ad l. Iuliano*. Hoc tamen explicatur, vt verificetur reſpectu adulteri. Nam reſpectu adulterę, vt ipſa non poſſit accuſari datur terminus ſex menſium vtilium, quorum duo dantur marito vt poſſit accuſare iure mariti, & quatuor vt ipſe vel alius extraneus valeat accuſare. *l. Mariti* §. *de incepit*. Guazzin. *num.* 48. Item actio iniuriarum præſcribitur per annum *l. ſi non conuitij de Iniur.* Quod nedum eſt verum de actione prætoria; ſed etiam de Ciuili ſecundum communiorem opinionem. Actiones tamen ciuiles quia oriuntur ex delicto durante ſpatio triginta annorũ non prius præſcribi dixerunt Clar. *q.* 53. & ex Tuſc. Guazz. *nu.* 25. *&* 73. Farinac. *qu.* 10. *num.* 34. crimen vero calumniæ ſolum ſpatio viginti annorum perſcribitur, ſicut & actio libelli famoſi. Farinac. *quæſt.* 10. *num* 14.

111 Si etiam ſtatutum præfigat terminum 20. annis minorem Accuſatori ad accuſandum, nec Iudex poſt illum terminum poterit inquirere, quia vbi ceſſat actio, & Accuſator non poteſt accuſare, nec Iudex poteſt inquirere; Et tamen præfiſſo termino ad inquirendum ex officio, ex hoc non eſt præfixus ad accuſandum, quia non cenſetur ablatum Ius accuſatori ad agendum pro priuato intereſſe, vt ſibi ſatisfiat. Farinac. *quæſt.* 10. *num.* 15. *& ſeq.* Guazzin. *defenſ.* 2. *cap.* 2. *num. & ſeqq.* & apud illos plures alij. Et attendi etiam debet quod licet aliqua delicta præſcribantur minori tempore,

 quam

quam viginti annorum, ſi tamen ſint mixta, & coniuncta cum delicto; quod non præſcribitur niſi longiori tempore, attendi debet longioris temporis præſcriptio. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 60. *num.* 128. Guazzin. *defenſ.* 2. *cap.* 2. *num.* 82.

112 Et nihilominus hæc præſcriptio interrumpi poteſt, & interrumpitur, nedum ſi ante completum tempus præſcriptionis delinquens citetur. Sed etiam ſi accuſator libellum accuſationis porrexerit; vel fiſcus inſteterit apud Iudicem, vt procedat contra delinquentem. Sed requiri ad hoc citationem per nuncium regiſtratam in actis volunt Baiard. ad Clar. *quæſt.* 51. & Guazz. *de.* *cap.* 2. *num.* 90. Et ſi delinquens non completa præſcriptione damnatus fuerit in contumaciam, nedum interrupta fuit prior præſcriptio, ſed nec à die condemnationis recurrere incipit noua præſcriptio. Tum quia delinquens manet abſens, & ſententia non poteſt contra illum exequi. Tum quia ſententia iſta eſt conditionalis, vt, ſcilicet, ſententia detur executioni, quando delinquens deuenerit ad manus Curiæ, & ſic noua præſcriptio non poteſt incipere niſi adimpleta conditione.

113 Præterea multa ſunt delicta, quæ perſcribi non poſſunt, nimirum, crimina hæreſis, læſæ maieſtatis, ſuppoſiti partus, parricidij, apoſtatatus, aſſaſſinij, falſæ monetæ, ſimoniæ, concuſſionis, ſodomiæ, & abortus, in quibus nulla currit præſcriptio ſicut nec in alijs criminibus exceptis his ſimilibus; ſed Reus dum viuit perpetuo de illis accuſari, & pro illis puniri poteſt, ſic de crimine Apoſt. *l.* 2. *&* *l. apoſt. C. de Apoſt.* & de crimine ſuppoſiti partus. *l. qui falſum* §. 1. *C. ad leg. Cornel. de Falſ.* & de parricidio *l. fin. ff. de par.* & generaliter de omnibus criminibus recenſitis Gig. Bell. Mari. Carrec. & alij quos ſequuntur Farinacc. *quæſt.* 10. *num.* 29. Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 4.

114 Inter delicta vero contra quæ non præſcribitur, quidam numerant crimen falſi, & volunt quod ſolum per triginta annos contra tale crimen præſcribatur; ſed verior ſententia eſt quod, & hoc crimen præſcribatur ſpatio viginti annorum. Farinac. *quæſt.* 10. *nu.* 4. Guaz. *defenſ.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. Et ita quod ſi ſtatutum præſcribat minus tempus ad præſcribendum, hoc verificetur etiam de crimine falſi, niſi expreſſe excludatur. Si tamen falſarius, vt puta qui falſum inſtrumentum fecit, eo poſtea vtatur in Iudicio, interrumpitur præſcriptio, & poſtea pro hoc vſu poteſt puniri. Clar. §. *falſum*. Farinac. *quæſt.* 10. *num.* 10. Guazzin. *nu.* 22. Contra Eccleſiam etiam crimen falſi nunquam præſcribitur in ordine ad pœnam ſpiritualem, ſecus ad pœnam temporalem. Farinac. *quæſt.* 10. *num.* 5. Guazz. *num.* 20. Amplius in foro conſcientiæ, & de Iure Canonico in ordine ad pœnas ſpirituales nulla admittitur delictorum præſcriptio. Panormit. *cap. fin. de præſc.* & ibidem Felin. In foro autem fori nec admittitur præſcriptio in criminibus, quæ impediunt executionem Ordinis vel beneficiorum retentionem, & hoc etiam poſt peractam pœnitentiam de quibus in *cap. Inquiſitionis de Accuſat.* vbi But. *Innoc. Panormit.* & alij. At vero in alijs criminibus currit præſcriptio viginti annorum, ſicut, & in Ciuilibus, quia in hoc lex Ciuilis non eſt correcta. Farinac. *quæſt.* 10. *num.* 31. *&* 32. Guazzin. *defenſ.* 2. *cap.* 2. *num.* 86. Quod etiam præſumptio illa non habeat locum in ordine ad declarandum delinquentem in pœnam ipſo iure latam, ex *cap. ſi quis, de præſ. in 6. docent Anchar.* ibi Alex. Carret. & alij Farinac. *quæſt.* 10. *num.* 33. Guazz. *defen.* 2. *cap.* 3. *num.* 86.

111 Sed hoc negant alij, à quibus non eſt alienus Farinac. *num.* 34. Sed verior eſt prima ſententia, quia agitur non de pœna imponenda, ſed de pœna ex vi legis iam incurſa. Præterea deliquens iuridicè damnatus per nullum tempus perſcribere poteſt ſententiam, & ſe tueri, ne illa executioni detur. Caball. & Guazz. *num.* 88. Item non obſtante quacumque præſcriptione, crimina opponi poſſunt per viam exceptionis ad repellendum teſtes, vel accuſatores, vel ad alios effectus exceptionum, & tunc Iudex poteſt de delicto cognoſcere, non vt puniat delinquentem, ſe vt effectum ſuum habeat exceptio. Farinac. *quæſt.* 10. Guazzin. *deſ.* 2. *cap.* 2. *n.* 76.

115 Sed quod etiam in malis motibus, ſi quis per triennium honeſte vixerit ſit præſcripta omnis ſiniſtra actio, voluerunt plures, quos refert Guazzin. *num.* 63. Sed hæc eſt præſcriptio bonæ famæ, quæ magis confirmatur, ſi probetur quod intra triennium habita occaſione delinquendi, qui erat malæ famæ, non deliquit. Sed hæc non eſt præſcriptio actionis Iudicialis, ſed ad hanc requiritur ſpatium viginti annorum vel aliud à lege, vel ſtatuto præſcriptum.

116 Quod ſpatium in delictis iterabilibus ſumitur à die vltimi commiſſi delicti. Et ſi fuerit ſtatutum, quod non poſſit cognoſci de crimine poſt quadriennium, ſi ſuperueniat ſtatutum abreuians tempus, & vt non poſſit cognoſci de crimine poſt triennium, hoc ſecundum ſtatutum ſeruandum erit, niſi ante emanationem ſecundi ſtatuti poſt triennium, & ante quadriennij lapſum Iudex cœpiſſet inquirere de delicto. Hoc vero ſpatium à Iure ſtatutum debet eſſe continuum, & non interruptum; quia vt dictum eſt numerandum eſt ab vltimo delicto, & ſic per iterationem delicti præſcriptio interrumpitur. Quod procuIdubio intelligitur de delicto eiuſdem ſpeciei, & cum eadem perſona commiſſo. Farinac. *quæſt.* 10. *numer.* 16. Guazzin. *num.* 51.

117 Sed vnius delicti commiſſio non interrumpit præſcriptionem delicti alterius ſpeciei, & adulterium commiſſum non interrumpit præſcriptionem homicidij, vel adulterium cum Berta non interrumpit præſcriptionem adulterij antea commiſſi cum Iulia. Diſtincta enim crimina diſtinctum, & ſibi proprium requirant

ſpatium

ſpatium, & contra illud perſcribitur ſpatio temporis legalis elapſo. An vero dies commiſſi delicti in præſcriptione computetur Petr. Caball. *caſu* 6. *num.* 1. *& ſeqq.* Negat computari, aſſerens hanc eſſe opinionem magis receptam in Curijs, quod approbat Guazzin. *num.* 34. Com tamen tempus præſcriptionis debeat eſſe continuum, ſine dubio decurſu annorum naturalium intelligitur currere de momento ad momentum, & non de curſu dierum vtilium. Quamuis in præſcriptione iniuriæ, quando iniuria eſt illata per metum, annum intelligi de anno vtili dixerint Clar. §. *Iniuria* Rota *deciſ.* 2. *de Iniur.* Farinac. *quæſt.* 10. *n.* 22. alios referens Guazzin. *d. c.* 2. *nu.* 55.

118 Quia etiam delicta morte terminantur Ideo delictorum præſcriptio locum habet viuente delinquente, nam poſt mortem ceſſat actio, & punitio contra delinquentem. De caſibus autem exceptis, in quibus agi poteſt ad damnandam memoriam defuncti; & ad pœnam pecuniariam, & confiſcationem bonorum, vt in crimine læſæ maieſtatis, præſcribitur per quinquennium à die mortis computandum, & ſic etiam confiſcatio bonorum perſcribitur per quinquennium *l. in cognitione ff. ad Sillaniam.* Baiard. ad Clar. *quæſt.* 51. Farinacc. *qu.* 12. *n.* 36. *& ſequentibus, & n.* 81. *& ſeq.* Vbi quod etiam quandoquis etiam tedio vitæ ſe occidit, non puniatur poſt mortem ſaltem de conſuetudine, ſpecialiter verò contra defunctum hæreticum proceditur, vt damnetur eius memoria, de quo videri poſſunt, quæ adnotaui *cap. filij de hæret. in* 6. Et qualiter bona hæretici defuncti contra Fiſcum præſcribantur non tamen per quinquennium, ſed ſolùm per quadraginta annos decernitur per *c.* 3. *de præſcrip. in* 6. & ibi id explicaui.

119. Tandem aduertitur, quod huiuſmodi delictorum præſcriptio non irritat proceſſum factum contra illum, qui præſcripſit, niſi opponatur Bald. Bart. Foller. Farinac *qu.* 10. *n.* 35. Sed contrarium voluit Marſil. *conſ.* 46. *num.* 10. quia præſcriptio tollit pœnam, & ab hac ſententia non eſt alienus Guazz. *defenſ.* 12. *num.* 15. Et quidem ſi præſcriptio ſit nota Iudici, ſicut poteſt eſſe nota conſiderato tempore delicti commiſſi, & quod in curia nullus eſt proceſſus contra delinquentem, inique, & iniuſte agit Iudex procedendo contra delinquentem, qui præſcripſit, quia Iudex ipſe ex officio ſupplere debet defectum Rei; ſed ſi Iudex exprobabili ignorantia præſcriptionis proceſſit, habita notitia ſubleuare tenebitur Reum quantum fieri poterit. Si tamen aliquis poſt præſcriptum delictum citatus damnatus fuerit in contumaciam nullo opponente præſcriptionem, & huiuſmodi contumax venerit ad manus Curiæ, ſatis erit, vt tunc opponat delictum ſuum fuiſſe præſcriptum, vt impediat executionem ſententiæ Carr. *de execut. ſent. capt. bannit. cap. fin.* Farinac. *qu.* 10. *n.* 35.

120. Quamuis verò delictum non ſit completè præſcriptum, diuturnitas temporis computanda à die commiſſi delicti facit, vt delinquens mitius puniatur, ſi poſtea per tempus diuturnum delinquens laudabiliter, & inculpabiliter vixit Clar. *quæſt.* 60. *num.* 28. Farinacc. *quæſt.* 10. Gomez. Tiraquell. Theſ. quos ſequitur Guazz. *deſ.* 2. *cap.* 3. *à num.* 2. Diuturnitas verò inducitur per curſum 10. annorum, & debet eſſe continua, & numerari à die delicti commiſſi, vt præfati DD. docent.

121. Cùm verò Farinacc. *quæſt.* 10. *num.* 88. velit quod hæc vera ſint, etiam ſi delicta ſint enormia, & grauia, hoc negat Clar. *quæſt.* 60. *num.* 26. aſſerens hanc diuturnitatem in grauibus delictis non valere ad diminutionem pœnæ, ſed ſolùm ad obtinendam gratiam, aut commutationem à Principe, & Clar. ſequuntur Baiard. *dict. quæſt.* 60. *num.* 110. Et quidem in illis delictis enormibus, in quibus non currit præſcriptio multo minus admitti debebit, quod diuturnitas temporis minuat pœnam. Et abſolutè tutius eſt, & verius, quod Iudex ordinarius in delictis grauibus pœnam ex temporis diuturnitate minuere non poſſit inconſulto Principe. Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 3. *num.* 6.

122. Volunt autem multi, quod ex diuturnitate temporis ita minuenda ſit pœna, vt Reus non pœna corporali, ſed pecuniaria puniatur. Farinacc. *quæſt.* 10. *num.* 84. Sed de conſuetudine Curiarum huiuſmodi delinquentes puniri etiam pœna corporali tradunt Clar. *quæſt.* 85. *num.* 10. *de Conſuetud.* Mediolani, & Gram. *deciſ.* 8. *in fine*, & Farinacc. *de Conſuetud. ſtatus Eccleſiaſt. quæſt.* 17. *num* 73. Sed veritas eſt; quod arbitrarium eſt Iudici vario modo punire, vt quando remittitur pœna mortis damnare Reum, vel ad triremes, etiam in perpetuum, vel ad pœnam fuſtigationis, aut exilij, aut mutilationis, aut relegationis, aut pecuniarum attenta qualitate delicti, & perſonarum Farinac. *quæſt.* 17. *nu.* 74. Guazz. *deſ.* 2. *cap.* 3. *num.* 11.

123. Sed quid ſi delinquens ante diuturnitatem temporis fuit accuſatus, & inquiſitus, ſed ob eius abſentiam non potuit ei imponi pœna? In hoc caſu Farinac. *quæſt.* 10. *num.* 87. ex Couar. Clar. & Theſ. cenſet adhuc minuendam eſſe pœnam ob temporis diuturnitatem, quia ſi diuturnitas operatur, vt detur minor pœna ei, qui ſine incommodo manſit in loco commiſſi delicti, & forſan in loco ſui domicilij, & originis, quanto magis debet operari in eo, qui cum maximo incommodo exul manſit extra domum, & patriam? Sed è contra alij obſeruant, quod hæc diuturnitas fuit ex eius culpa, & fuit culpabilis, ideo illum non iuuat, vt mitiori pœna puniatur. Ita poſt Bartol. Panormit. & Ancharan. Anton. Gomez. *tit. de delicti cap.* 1. *num.* 8. Sed certè inconſulto Principe non poterit Iudex ordinarius in hoc caſu pœnam minuere. Guazz. *dict. defenſ.* 2. *cap.* 3. *num.* 17. Sicuti ſi hic abſens fuit per ſententiam damnatus tenebitur Iudex ſententiam exequi, niſi conſulto Principe illam moderetur. Farinac. *dict. nu.* 83. Guazz. *dict. num.* 17.

124. Carceratio verò data ad cuſtodiam, licet non ſit data in pœnam tamen verè eſt, quid valdè penale; ideo ex diuturnitate carcerationis poteſt minui pœna & fieri, vt carcer cadat in aliquam pœnam *L. omnes C. de pœn.* Et imò etiam carceratio poſt ſententiam pœnam minuit, vt ſi damnatus ad exilium temporale per Iudicem detineatur in carceribus, tempus carceris computatur in diminutionem temporis exilij, vt eo finito damnatus non ſit amplius moleſtandus. Vel ſi damnatus per decennium ad exilium, & interim reuerſus & captus in carceribus finierit tempus exilij ſit dirimendus, nec afflicto addenda ſit afflictio. Hoc tamen non placet Anton. Gomezz. *tit. de delict. cap.* 8. *num* 20. Sed aduertendum, quod ſi damnatus poſt ſententiam detinetur in carceribus non ex culpa, vel facto Iudicis, ſed ex alia cauſa, vt quia detinetur ad inſtantiam partis, vt ſibi ſatisfiat, tunc tempus carceris non minuit tempus exilij. Et idem dicitur etiam de carceratione ante ſententiam, quæ ſi diuturnior ſit non ex facto, vel culpa Iudicis non minuit pœnam. Cabal. & Franc. quos ſequitur Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 2. *num.* 23. Sed etiam vbi pœna eſt à Iure determinata ex diuturnitate non poteſt minui à Iudice ordinario inconſulto Principe Inſtante etiam Fiſco, vt damnatus in exilium mittatur, non poteſt Iudex damnatum retinere in carceribus pro intereſſe partis, ſecus ſi Fiſcus ſilet Guazz. *num.* 24. ex Franc. & Baiard.

SVMMARIVM.

125 *Cauſa ex qua Reus excipere poteſt, quod delictum non ſit punibile.*
126 *Elapſo biennio perit inſtantia.*
127 *Inſtantia ex culpa perit.*
128 *Pereunte Inſtantia Reus dimittitur.*
129 *Aliqui reijciunt Inſtantiam poſſe perire.*
130 *In Curijs ſecularibus Inſtantia poſt biennium non ſeruatur.*
131 *Si Reus vere fuit confeſſus delictum ante peremptam Inſtantiam poteſt poſt biennium puniri.*
Inſtantia non perit quando cauſa cognoſcitur coram Principe ibid. quatuor caſus, in quibus Inſtantia non perit. Ibid.
132 *Quatuor modis poteſt Inſtantia perempta reparari.*

ARTICVLVS X.

De defenſione, quæ competit Reo ex eo, quod perierit Inſtantia.

125. Tertia cauſa, ex qua Reus poteſt excipere, quod delictum non ſit amplius punibile eſt, ſi perijt inſtantia Iudicij. Nam ne lites, & cauſæ protrahantur in longum in præiudicium partium, lex ſtatuit Accuſatoribus, & Iudicibus tempus biennij incipiendi à litis conteſtatione, vel vbi his non conteſtatur à primo actu, qui ſolet fieri poſt litis conteſtationem, quo biennio expleto inſtantia tam Accuſatoris, quàm Fiſci perempta eſt, & ſiue Iudex procedat ad inſtantiam Accuſatoris, ſiue ex officio, & ſiue ſit Iudex ordinarius, ſiue delegatus non poteſt amplius contra inquiſitum procedere *L. finali C. intra quam cum tempus l. Properandum C. de Iudic.* & DD. communiter, quos referunt Clarus *quæſt.* 30. Scacc. *de appell. quæſt.* 15. Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 6. Bictus *quæſt.* 94. Et tempus biennij poteſt per ſtatutum abbreuiari. Et ita quod ſi per verba ſtatuti præfigatur terminus cauſæ, ſeu inſtantiæ elapſo termino, proceſſus ſit nullus, & nulla ſententia, ſi Iudex ad vlteriora procedat, ſi verò ponitur terminus Iudici, & Iudex elapſo termino procedat, acta valebunt, ſi tamen fient intra terminum legalem viginti annorum iuxta ſuperius explicata, & delictum non ſit præſcriptum. Sed licet verba dirigantur ad Iudicem, ſi Iudici pœna imponitur, ſi elapſo termino proceſſerit in cauſa, acta ſunt nulla, Mandoſ. Tuſc. Scacc. & alij quos ſequitur Guazz. *defenſ.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. Non tamen bene intelligo hanc differentiam, vt ex eo, quod Iudici imponitur pœna ſi procedat, ſit nullus proceſſus. Sed potius dici debet, quod in omnibus iſtis caſibus proceſſus ſit nullus ſi opponatur, & in nullo illorum ſit nullus ipſo iure, etiam ſi Iudici ſit impoſita pœna, niſi ſtatutum imponat nullitatem ipſo iure.

126. Ita autem per lapſum biennij perit inſtantia, vt ſecundum multos Doctores non ſit neceſſaria aliqua ſententia, vel abſolutoria, vel ob obſeruatione Iudicis, vt Iudex non poſſit cauſam proſequi: videatur Scacc. *de appell.* 15. *à n.* 104. Sed Bald. Oldrad. & alij apud Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 6 *num.* 16. exiſtimant neceſſariam eſſe ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione Iudicij. Et quidem cum inſtantia non pereat elapſo biennio, ſi adſit iuſta cauſa maioris dilationis, quomodo poterit conſtare, quod inſtantia perierit, niſi id per aliquam ſententiam Iudicis ſit declaratum. Hoc tamen declarare pertinet ad Iudicem cauſæ, qui etiam perempta inſtantia, adhuc retinet Ius declarandi inſtantiam peremptam, & damnandi Actorem in expenſas Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 6. *nu.* 30.

127. Nam inſtantia non perit niſi ex culpa & negligentia Accuſatoris, vel Iudicis; ſi enim ex cauſa aliqua contigerit, quod cauſa intra biennium non potuerit terminari, inſtantia non perit. Maranta *parte* 5. *num.* 3. Scac. autem *de appell. à num.* 314. *quæſt.* 15. late explicat, quando impedimentum euenit ex facto Rei, vel Accuſatoris, vel Iudicis, vel ex facto tertij, vel iuſſo ſuperioris. Eſt autem in hoc diſcrimen, quia ſi inſtantia perit ex negligentia Actoris, non admittitur amplius ad agendum, imò nec conceditur illi reſtitutio in integrum, etiam ſi ſit minor, vel etiam ſi agatur de cauſa pia. Imò quod nec Princeps poſſit de potentia ordinaria hanc reſtitutionem concedere ex Pet. de Surd. dixit Guazz. *defenſ.* 2. *art.* 6. *num.* 28. Sed ſi Inſtantia

ſtantia non perit ex negligentia, & culpa Actoris iterum admittitur ad agendum.

128. In omni caſu pereunte inſtantia, Reus dimittitur. Non poteſt verò dimitti cum præcepto, vel fideiuſſione de ſe præſentando toties quoties vocatus fuerit, ſed debet abſolui ab obſeruatione iudicij, & ita quod vbi inſtantia perijt ex negligentia Actoris hæc ſententia habeat vim definitiuè, cum Reus ab Actore amplius moleſtari non poſſit. Imò ſi lite conteſtata per Reum fuerit iam proceſſus agitatus, & producti teſtes, non ſolum debet abſolui Reus ab obſeruatione Iudicij, ſicut fit quando inſtantia perit ante litem agitatam, ſed debet abſolui definitiuè à tota cauſa, vt poſt Guamm. & alios dixit Guazz. *defenſ.* 1. *cap.* 0. *nu.* 21. Vbi tamen Iudex poteſt procedere ex officio contra Reum pereunte inſtantia ex morte Accuſatoris, poterit Iudex ex officio contra illum procedere; ſed vbi inſtantia perit ex negligentia Actoris, vel Iudicis non poteſt Iudex Reum amplius moleſtare. Sed quid ſi inſtantia perit ex negligentia, vel facto Rei? Reſpondetur difficile eſſe, quod ex negligentia Rei ſine negligentia Iudicis cauſa intra biennium non terminetur, ſed hoc dato, quod ſine negligentia Iudicis, vel Actoris ex culpa, vel facto Rei intra biennium cauſa non terminetur, non perit inſtantia, aliter ex facto ſuo abſolutionem obtineret, & fugeret damnationem per procuratam dilationem cognitionis cauſæ.

129. Limitatur doctrina data primo; vt non procedat de Iure Canonico, ſed in tali iure inſtantia ſit perpetua. Oppoſitum huius tenuerunt Clar. *qu.* 51. *nu.* 43. Ancaran. *in cap qualiter, & quando el.* 2. *§. licet nu.* 6. *de accuſ.* & alij, quos ſequitur Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 6. *nu.* 3. & 4. Eo quia lex Ciuilis perimens inſtantiam non ſit per Ius Canonicum abrogata. Sed dicitur, quod Ius Canonicum *cap. Venerabilis penult. & cap. vlt. de Iud.* reijcit peremptionem inſtantiæ, & vult quod non obſtante, quod cauſa intra triennium non fuerit terminata, Iudex cauſam proſequatur. Et ita quod de Iure Canonico inſtantia non pereat ob lapſum temporis, ſed ſit perpetua, præter Canoniſtas *in dict. cap. Venerabilis*, docuerunt Couarr. *in cap. Quamuis pactum, de pactis lib.* 6. *part.* 2. *§.* 1. *nu.* 41. Marant. *part.* 7. *nu.* 14. Vantius *de null. ex defenſ. Iuriſd. n.* 126. Maodoſ. Suar. *à pace* Gamb. Salg. Rota quos refert, & ſequitur Barboſ. *dict. cap. Venerabilis num.* 1. *& demonſtratur ex Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 20. vbi decernit, quod ſi ordinarius intra biennium cauſam non determinauerit, ſit in poteſtate partium, vel proſequi cauſas, coram eodem Iudice, vel adire legitimum ſuperiorem. Cauſa igitur, & inſtantia ex lapſu biennij non extinguitur, ſed poſt biennium, vel ab eodem Iudice, vel ab eius ſuperiore legitimo terminari poteſt inſtantibus partibus, vel altera illarum ſuperiorem adeunte, vt per Miſing. Gall. Marant. Cab. Rob. quos ſequitur Barboſ. *dict. cap. Venerabilis n.* 5.

130. Secundo conſuetudine etiam in curijs ſecularibus inſtantia non ſeruatur. Sed Iudices poſt biennium cauſas continuant, & proſequuntur, vt teſtantur. Boſſ. *tit. de inquiſ. n.* 89. Clar. *qu.* 51. *n.* 8. Balard. *ibidem n.* 2. Anton. Gomez. *tit. de delict. cap.* 1. *nu.* 37. Et ideo ſaltem vbi eſt talis conſuetudo inſtantia ex lapſu biennij non perit. Licet Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 6. *n.* 35. dicat contrarium obſeruari Romæ, & quod partes ſòlent ante lapſum biennij petere, & impetrare prorogationem.

131. Tertio etiam dato, quod inſtantia pereat ſaltem non obſtante, quod biennium tranſiuerit, ſi Reus poſt peremptam inſtantiam vere, & non per errorem iudicialiter confeſſus fuit delictum, poteſt poſt biennium puniri. Non tamen hoc verificatur de confeſſione ficta ex eo, quod Reus ſit contumax. Quarto quando eius delicti plures ſunt complices, & eorum aliquis eſt abſens, & contumax, quia in hoc caſu noua indicia oriri poſſent contra Reos præſentes, illi perempta inſtantia ſolum abſolui poſſunt, ab illa inſtantia, & dimitti præſtita cautione de ſtando Iuri, & de comparendo toties quoties fuerint requiſiti. Quinto inſtantia non perit, quando cauſa cognoſcitur coram Principe, vel in eius Conſiſtorio, vel de Principis commiſſione Iudex habet liberum arbitrium in procedendo, & cauſa Principi ſit referenda. Et non ſufficit in hoc caſu, quod Iudex habeat liberum arbitrium in ſententiando. Sexto non perit inſtantia in cauſis Fiſcalibus, in quibus agitur de publicis rebus. Septimo Inſtantia non perit in cognoſcendo de præambulis, quæ antecedunt litem conteſtatum, & in legitimatione perſonarum. Octauo quando Princeps eſt conſulendus, quia tunc numquam currit inſtantia. Et idem dicendum ſi ex ſtatuto, in cauſa appellationis eligendus ſit Iudex ex numero confidentium, & Iudex non fuerit electus, neque enim tunc currit inſtantia. Nono in cauſa appellationis datur appellanti annus ad proſequendum litem, & ex cauſa dantur duo anni. *Cap. cum ſit Romana de appellat.* De his verò, & alijs caſibus, in quibus non currit inſtantia videantur Maran. *part.* 5. *per totum.* Tuſcuſ. *tom.* 2. *concluſ.* 202. *& ſeqq.* Scacc. *de appell. qu.* 15. Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 6.

132. Inſtantiam autem peremptam quatuor modis reparari dixit Manat. *part.* 5. nimirum per inſufflationem Principis, per reſtitutionem in integrum, per repilogationem Actorum, & per inceptionem cauſæ de nouo. In primis autem tribus modis non mutantur acta, ſed ex eiſdem actis cauſa finitur. Quartus autem modus in Criminalibus non admittitur, & in Ciuilibus non habet locum niſi refectis expenſis. Solus autem Princeps poteſt in inſtantiam peremptã ſpiritum vitæ inſufflare. Et hoc ſolùm bis fieri poſſe aliqui dicunt, quod negant alij. Et in hoc caſu, ſi inſtantia perijt ex culpa Actoris non reſtauratur, niſi per illum refectis expenſis; Secus verò ſi ex facto Iudicis, vel alicuius tertij In-

eij Inſtantia periit. In quo caſu tamen contra tertium, ſi eſt culpabilis poteſt agi pro expenſis recuperandis. Sed de hac refectione expenſarum videatur. Scacc. *de appellat. qu.* 15.

SVMMARIVM.

133 *Reus poteſt ſe defendere opponendo exceptionem rei iudicata.*
134 *In Iure Ciuili, & Canonico poſt abſolutionem non poteſt damnari.*
135 *Dantur caſus in quibus exceptio rei iudicata non iuuat.*
136 *Reus ſufficienter eſt puniendus, & qualis ſit ſufficientia.*
137 *ſufficienter punitus ab vno Iudice, ab alio non eſt puniendus.*
138 *Quomodo conſtat Iudicem ex cauſa iuſta minuere pœnam.*
139 *Ex defectu iuriſdictionis, quando Reus non punitur, dupliciter conſideratur.*
140 *Reus habet ius, licet non ſufficienter punitus, vt pœna, quam ſoluit, ſibi computetur.*
141 *Idem delictum multoties punitur de Iure Ciuili grauius, quam de Iure Canonico.*
142 *Ex prauaricatione Accuſatoris, vel colluſione iudicis poteſt impediri pœna.*
143 *Admittitur ſecunda accuſatio habentis intereſſe, & ignorantis quod Reus ſit. abſolutus.*
144 *Inquiſitus abſolutus ab obſeruatione iudicij iterum in iudicium poteſt vocari.*
Grauia indicia ſuperuientia ſufficiunt, vt iterum abſolutus poſſit ad iudicium vocari. Ibidem.
145 *Dimiſſus ſub fideiuſſione, ſi ſuperueniant grauia indicia poteſt reuocari.*
146 *Arbitrarium eſt Iudici Reum abſoluere ſuperuenientibus indicijs.*
147 *Controuerſio Doctorum circa abſolutionem definitiuam Rei.*
148 *In dubio an ſententia ſit definitiua, vel non? Recurrendum eſt ad acta.*
149 *Notatur tempus, in quo durat ius procedendi contra abſolutum.*
150 *Iudex poteſt procedere contra abſolutum ex ſatisfactione partium.*
151 *Abſolutus per viam exceptionis, via ordinaria eſt puniendus.*
Inquiſitus punitus via ordinaria non eſt amplius moleſtandus. Ibid.
152 *Abſolutus ciuiliter ob non probatum delictum ſuperuenientibus grauibus indicijs poteſt moleſtari.*
153 *Iudicatus in Iudicio per viam denunciationis Euangelicæ poteſt moleſtari.*
154 *Confeſſio extraiudicialis emanata poſt ſententiam definitiuam non nocet, bene tamen ſi non fuerit definitiua.*
155 *Princeps de poteſtate abſoluta poteſt reſtituere Fiſcum in integrum.*

ARTICVLVS XI.

De defenſione Rei ex eo, quod cauſa ſit ficta.

133. QVarto Reus ſe poteſt defendere opponendo exceptionem rei iudicatæ. Quod poteſt contingere, vel quia fuerit abſolutus, vel quia fuerit punitus. Non poſſe enim inquiri pro delicto contra illum, qui fuit abſolutus, conſtat ex *cap. de his de accuſ. & l. qui de Crim. C. de accuſ. l. ſepulch. violati, ff. de ſepulchr.* & alijs legibus. Semel enim abſolutus ſemper contra nouam inquiſitionem ſe defendere poteſt per exceptionem rei iudicatæ *L. final. C. de cuſtod. Reo l. 3. C. de except. rei iudicatæ.* E idem dicitur de illo, qui ſemel fuit punitus, quia iniuſtum, vt quis pro eodem delicto pluries puniatur.

134. Hoc autem procedit tam de Iure Ciuil, quàm de Iure Canonico, & ſiue Iudex procedat Accuſatore inſtante, ſiue ex officio, vt explicat Farinac. *qu. 4. n. 5.* Et ita poſt abſolutionem à crimine non poteſt Iudex inquiſitum damnare in expenſas. Guazzin. *defenſ. 2. cap. 7. num. 3.* An verò ex qualitate delictum aggrauante poſſit admitti ſecunda accuſatio contra inquiſitum, diſtinguendum eſt. Nam ſi pendente Iudicio ante ſententiam opponitur qualitas delictum aggrauans, procul dubio auditur Accuſator, & qualitas conſideratur, & iuxta eius qualitatem Reus punitur. Sed poſt ſententiam, ſi qualitas mutat ſpeciem delicti, & nouam delicti ſpeciem addit, vt ſi damnato aliquo pro homicidio, & non conſiderata qualitate parricidij in ſolam pœnam debitam homicidæ damnatus fuit, poteſt, & debet admitti ſecunda accuſatio, & contra Reum, vt contra parricidã inquiri. Quidquid in contrarium de parricida dixerit Guazz. *defenſ. 2. n. 1. cap. 7. n. 58.* Sed ſi qualitas non mutat ſpeciem, ſed ſolum intra eandem ſpeciem aggrauat delictum, ſecunda accuſatio admitti non debet, quia cum delictum principale, ſeu delicti ſubſtantia per ſententiam fuerit ſublata, eius qualitas, quæ non eſt aliud delictum, attendi non debet, nec Reus pro non delicto non poteſt in iudicium vocari, Bald. Aug. Anton. Gomez. & alij quos ſequitur Farinac. *qu. 4. n. 4.*

135. Multi autem ſunt caſus, in quibus exceptio rei iudicatæ non iuuat, ſed abſolutus poteſt in iudicium vocari & puniri. Primus eſt delinquentis abſoluti in foro pœnitentiæ, qui etiam ſi ſit abſolutus ab Epiſcopo, vel à Papa, hac abſolutione non obſtante, quæ reſpicit bonum priuatum animæ illius, & liberat illum in foro Dei à pœna æterna, poteſt in foro externo ad aliorum exemplum, & vt ſatisfiat Reipublicæ iudicari, & pœnis poſitiuæ legis puniri, *cap. 1. de purg. canon*, & ibi DD. & hoc eſt verum etiam ſi pœnitentia in foro pœnitentiæ iniuncta eſſet publica, & ſolemnis, quia hæc ſemper reſpi-

reſpicit delictum, vt eſt Dei offenſa, non verò vt eſt offenſa Reipublicæ, & ad publicam vindictam. *Panormitan. in cap. tua, de Procurat.* contra *Hoſt.*& nonnullos alios, contra quos bene Couarr. *l. 2. var cap. 20. nu. 3.* ſentit, & poſt Anton. Gomez. Brun. à ſole Farinacc. *quæſt. 4. num. 60.*

136. Secundus caſus eſt, cum ſimus in delictis mixti fori. In his enim delinquens punitus in vno foro iterum accuſari poteſt, & condigna pœna puniri. Hæc vero aſſertio, quæ apud DD. eſt communiſſima, explicatione, & moderatione indiget. In hoc ergo primo videndum eſt an Reus fuerit ſufficienter punitus ab vno Iudice. Dicitur verò ſufficienter punitus, ſi fuit punitus pœna pro delicto à Iure communi, vel ſtatuto, vel conſuetudine ſtatuta. His verò deficientibus & in arbitrariis, Reus dicitur legitimè punitus, ſi arbitrium Iudicis fuit à lege regulatum. Verum quia ex lege ſæpiſſimè contingit, quod Rei puniuntur mitiori pœna, quam ſit ordinaria, vel quia deficit aliqua circumſtantia aggrauans delictum, vel quia ratione perſonæ mitior pœna debetur, vel ob aliam iuridicam cauſam, prout explicatur *infra qu. 28. n. 2.* Vel etiam, quia vnus Iudex non poſſit damnare Reum in pœnam ordinariam, prout Iudex Eccleſiaſticus non poteſt damnare ad pœnam mortis. Nihilominùs Reus dicitur ſufficienter punitus, ſi Iudex in caſu ſibi licito minuit pœnam ex arbitrio à iure regulato, vel ſi, vbi non poteſt pœnam iuris imponere, Iudex Eccleſiaſticus tradit Reum Curiæ ſeculari pœna legis puniendum, vel ex iuſta cauſa & arbitrio legali ſentiens non habere locum pœnam mortis, Reum aliqua pœna condigna punit. Imò Reus dicitur ſufficienter punitus, ſi Iudex vt puta Princeps ſupremus potens in legè diſpenſare, & gratiam facere, Reum minora pœna punierit, vel etiam à pœna abſoluerit. Pariter ſi pro eodem delicto ſunt plures impoſitæ pœnæ alternatiuè & electiuè, Reus eſt ſufficienter punitus, ſi ad alteram ex illis fuit damnatus; ſed ſi ſunt impoſitæ plures pœnæ non alternatiuè, tunc vel ex lege omnes ſimul imponi debent, vel ſi diuiſim ſunt imponendæ in diuerſis caſibus lex decreuit, in quibus caſibus vna, vel altera ſit imponenda, vel totum eſt remiſſum arbitrio Iudicis, qui ſufficienter puniet Reum, ſi ſecundum legis determinationem, aut arbitrium à lege regulatum punierit.

137. Eſt ergo in his communis DD. conſenſus, quod in delictis mixti fori Reus ſufficienter punitus ab vno Iudice non poteſt pro eodem delicto puniri ab alio: ſecus ſi non fuit ſufficienter punitus ab vno, quia tunc poteſt puniri ab alio. Et hoc etiam ſi Iudices ſint diuerſæ iuriſdictionis, vt ſi Iudicum vnus ſit Eccleſiaſticus, & alius Laicus. *Maran. de inquiſ. à num. 40.* Clar. *qu. 57.* Farinac. *qu. 4. à num. 21.* Scac. *de Iud. l. 1. cap. 12. à num. 82.* Gomez. *tit. de delict. cap. 1.* Gutiez. *de ſenſ. 25. à num. 1.*

138. Sed hic primo difficultas eſt, qualiter conſtare debeat alteri Iudici, quod Iudex non ex dolo, vel culpa, ſed vel impotentia, vel ex iuſta cauſa minuit pœnam ordinariam, & ex iure ſuũ non regulauit arbitrium. Nam de iure hoc præſumendum videtur, ſcilicet, quod Iudex non niſi ex cauſa iuſta receſſerit à pœna ordinaria, vel quod arbitrium ſuum à lege regulauerit. Et alias Iudex non poteſt cognoſcere iudicialiter de actis ab alio Iudice, vel illum cogere ad ſibi exhibendum ſuum proceſſum, niſi ſit illius ſuperior. Vnde Iudex Laicus non poteſt iudicialiter cognoſcere an Iudex Eccleſiaſticus, qui in caſu, in quo Reus puniendus erat pœna mortis, eum non tradidit Curiæ ſeculari, ſed alia pœna punivit, ex legitima cauſa id fecerit. Dicitur propterea, quod in hoc caſu Iudex non poteſt iterum punire eum, qui mitiori pœna punitus fuit, ab alio Iudice competente, niſi ſaltem ſummarie probato, & ſibi conſtito, quod ille Iudex ſine iuſta cauſa receſſit à pœna legis, ſed ex dolo vel culpa inſufficienter Reum puniuit. Qui enim aliquid non poteſt facere, niſi ſub conditione prius probare debet conditionem impletam fuiſſe. Et ſic in præſenti non ſufficit, quod Reus non fuit punitus pœna mortis, quæ delicto debebatur, ſed neceſſe eſt, quod alteri Iudici conſtet, quod id factũ fuerit ſine iuſta cauſa, ſeu ex impotentia, & defectu iuriſdictionis, aliter non poteſt iterum contra Reum procedere. Id verò facile conſtare poſſet ex proceſſu & ſententia, ſi in illa eſt expreſſa cauſa diminutionis pœnæ. Sed Iudex qui ſententiam tulit, non tenetur in hoc caſu tradere alteri Iudici ſuum proceſſum, & illius iudicio ſubijcere.

139. Hinc eſt quod quando Reus non fuit punitus pœna ordinaria, vt pœna mortis, ex defectu iuriſdictionis, diſtinguendum eſt. Nam vel Iudex nec poteſt punire pœna mortis, nec traſmittere illum alteri Curiæ, à qua puniatur. Et in hoc caſu alius Iudex competens poteſt contra Reum procedere, & morte punire, quia ſatis conſtat, quod à primo Iudice non fuit ſufficienter punitus, ex defectu totalis iuriſdictionis. Vel Iudex primus, licet non poſſit damnare ad mortem, poteſt tamen cognoſcere de delicto an mereatur pœnam mortis, & hoc cognito poteſt illum traſmittere Curiæ, quæ poſſit damnare ad mortem. Et in hoc caſu, ſi Iudex ille, vt puta Iudex Eccleſiaſticus ex iuſta cauſa nõ tradidit Reum Curiæ ſeculari, à qua damnetur ad mortem, Reus non poteſt dici inſufficienter punitus. Nec Iudex Laicus poteſt contra hunc procedere, qui ſecundum leges punitus fuit, quantum prudens Iudex ex iuſta cauſa iudicauit illum eſſe puniendum.

140. Et in omni caſu Reus habetur, vt licet inſufficienter punitus, pœna tamen, quam ſoluit ſibi computetur à Iudice pœnam augente. Vel ergo pœna debita à lege eſt pecuniaria, & tunc ſi pœna ordinaria eſt centum, & ipſe ſoluit ſexaginta, non poteſt cogi ad ſoluendum niſi quadraginta, ſi verò pœna eſt corporalis, & Reus

in pœ-

in pœnam pecuniariam damnatus fuit, non poteſt ab alio Iudice damnari in pœnam corporalem ordinariam, niſi Iudex prius faciat, vt ſibi reſtituatur pecunia, quam ſoluit. Sed ſi Reus in mitiorem pœnam corpotalem damnatus fuit, & illam ſubijt, poterit ſupleri per pœnam pecuniariam, non tamen poterit puniri grauiori pœna corporali, & ordinaria. Caualcan. Baz. Felin. & alij, quos ſequitur Guazz. *dict.* §. 35. *cap.* 11. *num.* 16. Maran. *de inq num.* 100. Solùm igitur ſi pœna corporalis prima fuit leuis, & irreabilis, poterit ſuppleri per aliam, vt pœna vnius ictus funis poterit ſuppleri per alios ſimiles ictus. In omni caſu luplementum non debet eſſe tale, vt ex eo conſurgat pęna grauior illa, quæ de iure debetur.

141. Sed quoniam multoties idem delictum grauiùs punitur de Iure Ciuili, quam de Iure Canonico, & è contra, Reus punitus pœna condigna in illo foro, in quo iudicatur, quia vere eſt punitus ſufficienter, licet pœna ſit mitior, non poteſt puniri ampliùs à Iudice alterius fori. Niſi id expreſsè ſit à Iure conceſſum, vt factum fuit contra inſectantes Cardinales *in cap.* Felicis *de pœn. in* 6. Hoc enim non eſt verum regulatiter, vt explicaui ibi.

142. Tertius caſus eſt, ſi in primo iudicio adfuerit, vel præuaricatio Accuſatoris, vel colluſio Iudicis, quia ſcilicet, Accuſator deferendo cauſam propriam vera crimina abſcondit, & colludendo cum Reo in partem eius tranſiit, vel fraudulenter accuſationem deſeruit, & ſic impediuit, ne Reus puniri poſſet. Vel Iudex ipſe corruptus contra iuſtitiam Reum, vel abſoluit quem punire debuiſſet, vel puniuit quem debuiſſet abſoluere. Quamuis verò præuaricatio & colluſſio non præſumantur, niſi probentur, quia tamen ſunt delicta difficilis probationis *Panormit. cap de his num.* 8. *de accuſat.* Ideo probantur etiam coniecturis. Caputaquen. *decif.* 143. *num.* 1. *part.* 3. De quibus coniecturis videri poſſunt Felin. *In dict. cap. ex his de accuſat.* Menoch. *de præſumpt. dict. lib.* 5. *præſumpt.* 26. & alij quos refert Farinac. *quaſt.* 4. *num.* 19. Quando igitur Prior ſententia proceſſit, vel ex præuaricatione Accuſatoris, vel ex colluſione Iudicis abſolutus poteſt iterum in iudicium vocari; Et ſi Reus inueniatur puniri. Couar. *lib.* 2. Var. *cap.* 10. Farinac. *qu.* 4. *num.* 2. Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 7. *num.* 25. Et in hoc caſu ſi Procurator, vel Aduocatus cauſæ præuaricatus fuerit, & cauſam prodiderit, poterit ſecunda accuſatio admitti per viam reſtitutionis in integrum, & ſententia prius data caſſari, vt tradit idem Farinac.

143. Quartus caſus eſt, ſi quis condemnatus, vel abſolutus fuit ignorante illo, qui habet intereſſe in cauſa; Nam ſi iſte probata ignorantia (quæ in defectu aliarum probationum probatur eiuſdem ignorantis iuramento) inſiſtat coram Iudice, vt ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur, auditur, & ſecunda accuſatio admittitur; ſi tamen delictum ſit atrox, & detur fideiuſſio de reficiendo expenſas in caſu ſuccumbentiæ. Ita ex *l. ſi cui* §. *yſdem ff. de accuſat.* & *l. ſi maritus* §. *ſi autem ff. de adult. colligunt Panormit. in cap. de his de accuſ.* Marant. de Inquiſitione *num.* 14. Et alij plures, quos ſequitur & explicat Farinac. *qu.* 4. *n.* 20. & *ſeqq.* Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 7. *num.* 26. *vbi num.* 27. & ſequentibus explicat plures modos, quibus probatur ignorantia.

144. Quintus caſus eſt, ſi inquiſitus non ſit abſolutus per ſententiam diſſinitiuam *ex cap.* innocentiæ, ſeu vt innocens, ſed ſolum ſit abſolutus ab obſeruatione iudicij, quia in hoc caſu ſuperuenientibus nouis indicijs non obſtante priori abſolutione, Reus iterum in iudicium vocatur, & Iuris ordine ſeruato punitur: *L. libellor.* §. *quod ſi belli ff. de accuſat. l. qui de Crim. C. de accuſ. l. ſi duo Patron.* §. *Item nulla ff. de Iure iuran. cap. perſcripta* §. *libellorum* 2. *qu.* 8. Et terminus in quo Accuſator poteſt deducere noua indicia eſt decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, *iuxta rubric. eo tit. C. de præſcript. longi temporis.* Farinac. *qu.* 4. *num.* 32. Probata enim innocentia inquiſitus per ſententiam definitiuam abſoluitur ſimpliciter nec poteſt amplius moleſtari; ſed vbi quis ſolum abſoluitur ab obſeruatione iudicij, vel quia proceſſus ſit nullus, vel quia ex deductis in proceſſu delictum non eſt probatum, & ideo abſoluitur quantum ſit ex hactenus deductus, vel ſtantibus rebus prout ſtant, licet hæc ſententia habeat vim definitiuæ, quia niſi aliud ſuperueniat Reus non poteſt moleſtari; ſi tamen ſuperueniunt indicia non leuia, ſed grauia, & ad torturam ſufficientia, abſolutus poteſt iterum in iudicium vocari, vt per DD. quos referunt Farinac. *qu.* 4. *num.* 23. & *ſeqq.* Guazzin. *defenſ.* 2. *cap.* 7. *num.* 7. Et idem dicitur de illo, qui dimiſſus fuit ſub fideiuſſione de ſe præſentando Curiæ.

145. Nam & iſte (ſi tamen ſuperueniunt noua indicia grauia, & ad torturam ſufficientia) poteſt reuocari, vel faciendo, quod fideiuſſor illum præſentet, vel etiam illum capiendo per Birruarios, ſi ſit periculum fugæ. Quamuis vbi inquiſitus fuit relaxatus ſub fideiuſſione nondum purgatis indicijs contra ipſum, poſſit Iudex cogere fideiuſſorem ad præſentandum illum, etiam ſi non ſuperueniant noua indicia. Vel ſi Iudex ſperet in proximo noua indicia, & ex alia parte timeat, ne vel teſtes ſubornentur ab inquiſito, vel ne inquiſitus fugiat, huius aliquali notitia habita, tunc ſine nouis indicijs nedum Iudex poteſt citare fideiuſſorem ad repræſentandum inquiſitum, ſed etiam non citato fideiuſſore facere, vt inquiſitus carceretur, ſi id expedire iudicauerit.

146. Vnde bene Farinac. *qu.* 4. *num.* 25. in fine concludit hæc remittenda arbitrio Iudicis *vbi num.* 26. *in fine*, quod arbitrarium eſt Iudici, vt vel ſi ſperat noua indicia illum non abſoluat, ſed ſub cautione fideiuſſoria, aut iuratoria dimittat, maximè ſi poſt torturam illum per 20. aut 50. dies detinuit in carceribus, vel ſi

non ſperat noua indicia, & Inquiſitus petat abſolui, illum abſoluat ab obſeruatione iudicij, ſi autem non petat abſolui, illum abſolute relaxet, & ſine abſolutione, & nulla præſtita cautione, quamuis enim multorum ſit opinio, quod Reus, qui per torturam purganit indicia, ſit diffinitiuè abſoluendus, nec poſſit amplius moleſtari, tamen communior & in multis curijs praxi confirmata eſt aliorum ſententia, qui vel dicunt hunc Reum eſſe abſoluendum ab obſeruatione iudicij, vel ſentiunt eum ſine abſolutione dimittendum ſub cautione de ſe repræſentando, vt videre eſt apud Farinac. *dict. nu.* 26. Vnde eſt arbitrarium Iudici, vt modo ſupra explicato Reum dimittat. Et ſimilia docet Guazz. 5. *defenſ.* 2. *cap.* 7. *num.* 17. vbi *num.* 18. bene aduertit, quod indicia ex quibus poteſt procedi contra iam abſolutum ab obſeruatione iudicij debent eſſe diuerſa ſpecie, vel ſubſtantia ab illis, quæ in proceſſu ante abſolutionem fuerunt examinata, & non ſufficit, quod eorumdem indiciorum adueniat noua probatio.

146. Sed & valde controuertunt Doctores an ex non probato delicto Reus debeat abſolui diffinitiuè, tamquam innocens, vel potiùs debeat abſolui ſolum ab obſeruatione Iudicij, vel cum clauſula ex hactenus deductis, vel ſtantibus rebus prout ſtant. Debere enim illum abſolui definitiuè veriùs videtur de Iure, quia Actore non probante Reus *L. qui accuſare C. de accuſando. l. ei qui dicit, ff. de prob. l. Actor. C. eodem*. Et ideo hoc tenent Panormit. & Imol. *in cap.* 1. *de off. ord.* Felin. *in cap.* Aduerſario tuo *num.* 14. *de except.* Foller. Roland. & plures alij, quos refert Farinacc. *quæſt.* 4. *numer.* 27. & Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 7. *num.* 5. Sed ex non probato delicto Reum eſſe quidem abſoluendum, ſed non definitiuè, ſed ab obſeruatione Iudicij cum Clar. *quæſt.* 62. quam plures alij ſentiunt, & hæc ſententia praxi eſt comprobata in Regnis Franciæ, Hiſpaniæ, ſtatu Mediolani, & in hac Vrbe vt refert. Farinac. *dict. num.* 27. & Guazz. *num.* 9. ſi igitur Reus ex nunprobato delicto abſoluatur ab obſeruatione Iudicij nouis ſuperuenientibus indicijs poterit iterum accuſari, vel ab eodem Accuſatore intra terminum, in quo in eo durat ius accuſandi, vel ab altero, & ſic ſi abſolutus non appellæ ſententia ſic ab obſeruatione Iudicis data tranſibit in iudicatum.

147. In dubio autem an ſententia lata ſit definitiua, vel ab obſeruatione iudicij recurrendum erit ad acta, in quibus, ſi non eſt probata innocentia abſolutio cenſebitur data ex non probato delicto, & ab obſeruatione Iudicij. Sed ſi res remanet prorſus dubia, & non ex actis poteſt tolli dubium, communis ſententia eſt, vt cenſeatur data ob non probatum crimen, & ab obſeruatione Iudicij. Farinac. *quæſt.* 4. Guazz. *defenſ.* 1. *cap.* 7. Verum aduertendum, quod de Iure Canonico abſolutus ab obſeruatione Iudicij non poteſt iterum de nouo delicto accuſari à primo Accuſatore, quia cenſetur factus inimicus eius, quem primo accuſauerat, *cap. cum oporteat de accuſat.* Felin. *cap. de his num.* 2. *de accuſat.* Farinac. *qu.* 4. *nu.* 30.

148. Quanto autem tempore duret hoc Ius procedendi contra abſolutum ab obſeruatione Iudicij, vel contra dimiſſum cum cautione de ſe præſentando, dicendum eſt, quod vbi proceditur ex officio eſt illud tempus, intra quod non præſcribitur inſtantia, quod eſt tempus viginti annorum, vt ſupra eſt probatum, à die litis conteſtatæ, vt tenet Guazz. *defenſ.* 2. *cap.* 7. *num.* 19. & 20. vel vbi proceditur per viam accuſationis, vt dictum eſt ſupra *num.* 141. ex Farinacc. inter præſentes eſt tempus decem annorum, & viginti inter abſentes.

149. Sextus caſus, quando cauſa non eſt finita per ſententiam, ſed per pacem, & tranſactionem iuridicum factam cum parte. Nam tunc licet à primo Accuſatore non poſſit amplius accuſari abſolutus, poteſt tamen accuſari à tertio, & Iudex ex officio poteſt contra ſic abſolutum procedere, niſi in loco adſit ſtatutum, vt non poſſit procedi contra aliquem, niſi ad querelam partis. In Criminibus etiam priuata remiſſio facta à conſanguineo primo, & proximiore in gradu impedit, ne alij conſanguinei poſſint accuſare eum, cui remiſſum eſt delictum, niſi eo modo, quo extranei accuſare poſſunt; ſic enim praxi ſeruatur. Farinacc. *qu.* 8. *num.* 36. & ſequentibus.

150. Septimus caſus eſt, ſi quis eſt abſolutus à delicto ſibi obiecto per viam exceptionis, quia contra talem abſolutum poteſt procedi via ordinaria, ſicut & contra ſic per viam exceptionis condemnatum. Felin. *cap. de his de accuſat.* Marant. *ſit de inquiſ. num.* 88. Farinacc. *qu.* 4. *num.* 59. Si tamen inquiſitus fuerit punitus à Iudice pœna ordinaria, & condigna, amplius non poterit moleſtari. Guazzin. *defenſ.* 2. *cap.* 7. *n.* 27.

151. Octauus caſus eſt eius, qui fuit ciuiliter abſolutus, aut condemnatus. Nam ſi fuit abſolutus ob non probatum delictum poteſt ſuperuenientibus indicijs, grauibus moleſtari; ſi verò ſit abſolutus ob non commiſſum delictum, non poteſt amplius ab eodem Accuſatore conueniri, ſed bene à tertio. Si verò in Iudicio ciuiliter intentato, quis fuit aliqua pœna punitus, ſed non ordinaria, & ſufficienti poteſt iterum moleſtari, & condigne puniri. Videantur Doctores in *cap. dè his de accuſat. & præcipuè* Panormit. *num.* 6. Felin. *num.* 8. Marian. *num.* 31. Butr. *nu.* 4. Zabarell. *nu.* 2. qui tractant quando ciuiliter abſolutus poſſit criminaliter moleſtari.

152. Nonus caſus eſt, vt ſi quis in Iudicio intentato per viam denuntiationis Euangelicæ fuerit iudicatus, niſi ſimul etiam per viam ordinariam ſit ſufficienter punitus, poſſit iterum moleſtari in via ordinaria, & condignè puniri. Panormit. *cap.* Nouit de Iud. Felin. *cap. de his de accuſ.* Marant. *ſit de accuſat. n.* 86.

153. Decimus caſus eſt confeſſionis emanatæ poſt ſententiam. Nam ſi abſolutus ab obſeruatione Iudicij poſt ſententiam etiam extrajudicialiter fateatur delictum, poteſt ex hac confeſſione torqueri, & ſi fateatur puniri. Si verò fuit definitiuè abſolutus, confeſſio extrajudicialis emanata poſt ſententiam non illi nocet, quia ſic abſolutus, etiam ex ſuperuenientibus indicijs non poteſt moleſtari. Vnde ſi torqueretur, & fateretur, confeſſio eſſet nulla, vt puta per iniuſtam torturam extorta. Si tamen diffinitiuè abſolutus delictum ſpontaneè, & extra torturam fateatur in Iudicio, pro delicto damnari poſſe late probat Farinac. *qu.4. nu.43. & ſeqq.* Sed quod abſolutè confeſſio facta poſt ſententiam diffinitiuam non noceat confitenti ex Boer. & Roland. tenet Guazz. *defenſ.2. n.56.*

154. Vndecimus caſus eſt criminis atrociſſimi, in quo Princeps licet non de poteſtate arbitraria de poteſtate tamen abſoluta poteſt reſtituere Fiſcum in priſtinum, vt ex nouis probationibus poſſit definitiuè abſolutum iterum in Iudicium vocare, & punire. Farinac. *q.4. n.46.*

SVMMARIVM.

1 Tortura non infertur in iure niſi præcedentibu legitimis indicijs.
Indicia legitima debent eſſe veriſimilia. Ibid.
2 Indicia clara, & non ambigua de facili cognoſcuntur.
3 Arbitrium boni viri, & regulatum à iure diſcernit indicia grauia, & ſufficientia ad torturam.
Duo in indicio conſiderantur. Ibid.
4 Qualis ſit connexio inter indicium & delictum.
5 Inter indicia ſufficientia ad torturam debet eſſe connexio moraliter neceſſaria, & Iudex debet eſſe certus Reum eſſe delinquentem.
Indicium aliud leue, aliud vehemens. Ibid.
6 Ad torquendum ſufficit dictum vnius teſtis, ſi ſit omni exceptione maior.
7 Intellectus ex dicto vnius teſtis omni exceptione maioris eſt practicè certus.
8 Ad torquendum eſt neceſſe, quod delictum ſit ſemiplene probatum.
Semiplena probatio habet certitudinem moralem. Ibid.
In linea certitudinis datur latitudo. Ibid.
9 Decretum torquendi habet vim definitiui.
Iudex non poteſt torturam decernere, ex ſola ſuſpicione. Ibid.
10 Ius ex ſimplici ſuſpicione neminem damnat.
Principium iuris ſuper quo fundatur conſequentia an ſufficias ad inferendũ delictum. Ib.
11 Principium à lege approbatum ſufficit, vt ex indicio probato inferatur delictum.
12 Principium habitum pro certo à Iudice, licet apud DD. contrauerſum ſufficit.
13 Principium dubium an ſit verum vel non, eſt inſufficiens ad torturam.
14 Qualiter probanda ſunt indicia, vt ex illis inferatur tortura.
Indicia alia remota, alia proxima. Ibid.
Omnia indicia debent tendere ad eundem finem. Ibidem.
15 Teſtes non excluſi à iure, licet non omni exceptione maiores poſſent probare indicia propter numerum.
Indicium proximum dicitur, quando teſtis immediatè deponit de delicto. Ibid.
16 Diuerſa eſt probatio per teſtes à probatione per indicia.
17 Teſtimonium differt ab indicio.
Ex indicijs dubitatis, etiam probatis per plures teſtes non infertur tortura. Ibid.
18 An indicium indubitatum probari poſſit per duos teſtes.
19 Aliqui dicunt ad torturam ſufficere vnum teſtem; alij verò non.
20 Dictum vnius teſtis non omni exceptione maioris non ſufficit ad torturam.
Maior debet eſſe certitudo ad torquẽdum, quam ad interrogandum. Ibid.
Vnus teſtis ſine adminiculis non ſufficit ad torturam. Ibid.
21 Indicium indubitatum dicitur dupliciter.
22 Ad torturam ſufficit, quod indicium indubitatum ex pluribus remotis ſemiplene probetur.
23 Ad torturam ſufficit vnum indicium indubitatum, vt aliqui dicunt.
24 Reprobantur aliquorum dicta dicentium Iudici eſſe arbitrarium ex vno, vel ex pluribus teſtibus Reum reprobare.
25 Quando delictum eſt difficilis probationis, & eſt contra Principem leuiora indicia ſufficiunt ad torturam.
26 Iudex non poteſt torquare, nec terrere niſi præcedente indicio.
Ad quamlibet torturam delictum debet eſſe ſemiplene probatum. Ibid.
27 Ex dicto vnius adiuncto adminiculo Iudex poteſt verbaliter terrere Reum.
Viles perſonæ ſine indicis non debent terreri. Ibidem.
28 Iudex de conſenſu inquiſiti non præcedentibus indicijs non poteſt, Reum torquere.
29 Plura indicia indubitata ſufficiunt ad torturam.
Confeſſio extorta per torturam non præcedentibus indicijs eſt nulla. Ibid.
30 Præſumptio iuris præbet indicium ad torturam.
Cuſtos bonorum ex præſumptione Iuris poteſt torquari. Ibid.
31 Ex vno delicto non præſumitur comiſſio alterius delicti etiam eiuſdem ſpeciei.
32 Nolens Iudici interroganti reſpondere dat indicium, vt poſſit torquari.
33 Iudex ex iure debet ſe regulare ad cognoſcenda indicia.
Iudex in dubio debet ſequi mitiorẽ partem. Ibi.
34 Indicia alia ſunt facti, alia iuris.
Omne indicium ſufficiens ad torturam debet eſſe fundatum in principio certo, ex quo infertur delictum eſſe moraliter certum. Ibid.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO VII.

De Tortura.

ARTICVLVS I.

Torturam debent præcedere indicia.

1. NOn poſſe torturam inferri non præcedentibus indiciis legitimis eſt in Iure certum ex *l. 1. & l. Maritus, & l. quæſt. & l. vnius §. in ea cauſa, & l. fin. ff. de quæſt. & cap. Cum in contemplatione de Reg. Iuris.* Hæc verò indicia, vt ſint legitima, debent eſſe veriſimilia, probabilia, non leuia, ſed grauia, & vrgentia, & in ſuo genere certa, & clara *l. 1. ff. de quæſt.* & vt notant Caiet. & Serra 2. 2. *qu. 69. art. 1.* debent eſſe manifeſta nedum in ſe ipſis, ſed reſpectu delicti, ita quod manifeſte inferant delictum. Et ſic non debent eſſe ambigua, æquiuoca, vel dubia, & quæ multipliciter interpretari poſſint, ſed concludentia, & delictum inferentia.

2. Quæ verò ſint indicia non ambigua, ſed clara, & dilucida de facili poteſt cognoſci, ſed quæ ſint legitima, grauia, non leuia, ſed ſufficientia ad torturam non explicatur diſtinctè à Doctoribus, ſed communiter dicitur, quod hoc eſt arbitrarium Iudici inquirere, & iudicare. Nihilominus tamen admonent hoc arbitrium debere eſſe regulatum a Iure, & debere eſſe arbitrium boni viri, non verò liberum. Franc. Caſſon. quos ſequitur. Farinac. *quæſt. 37. nu. 205.* & alij quos ſequitur. Guazz. *defenſ. 30. cap. 4. num. 11.* Sed non per hoc habetur regula certa ad iudicandum, quid ſit neceſſarium ad hoc, vt indicium ſit graue, & tale, vt ſufficiat ad torturam.

3. Hoc eſſe quidem habetur, ſcilicet, indicium quodlibet graue, & ad torturã ſufficiens, quod eſt in Iure expreſſum, & approbatum; Vnde bene Guuazz. *dict. num 4.* dixit Iudicem non poſſe huiuſmodi indicia reijcere. Duo igitur conſideranda ſunt in indicio, nimirum factum externum, & ſenſibile, quod indicat delictum, & connexio huius facti cum delicto ſignificato, ſeu conſequentia per quam ex facto, quod eſt indicium infertur delictum.

4. Quantum igitur ad hoc ſecundum quæritur primo an connexio, quæ eſt inter indicium, & delictum debeat eſſe neceſſaria moraliter, vel potiùs ſufficiat, ſi ſit probabilis, ſeu an conſequentia per quam ex indicio infertur delictum, debeat eſſe moraliter certa, vel potiùs ſufficiat ſi ſit probabilis, & ſufficiens ad generandam opinionem, ſeu an ſolum indicium moraliter certum, & indubitatum dici debeat indicium graue, quod ſufficiat ad torturam.

5. Dicitur autem, quod ſola illa ſunt indicia grauia, & ad torturam ſufficientia inter quæ, & delictum datur connexio moraliter neceſſaria, ſeu ex quibus per conſequentiam moraliter certam, & indubitatam, & non tantum probabilem infertur delictum, & ſic quod non ſufficit, quod Iudex opinetur Reum eſſe delinquentem, ſed neceſſe ſit, quod de hoc ſit moraliter certus. Sic enim D.D. dicunt indicium delicti eſſe leue, ſi ab eo delictum frequenter contingit abeſſe, at verò eſſe vehemens, ſi frequenter, & facile contingit adeſſe. Penna *3. part. com. 116. verſ. quinta regula.* Et ideo indicium delicti eſt vehemens, ſi per conſequentiam vt in pluribus veram infertur ex eo delictum. Huiuſmodi verò conſequentia vt in pluribus vera eſt moraliter neceſſaria, & certa. Quod intendunt D.D. dum dicunt huiuſmodi indicia debere eſſe vrgentia, & certa, prout habetur ex *l. Milites. C. de quæſtione ibi. Et ſi his veluti certis indicijs ducti.* Et licet Farinacc. *qu. 37. num. 5.* dicat indicium graue, & vehemens eſſe illud, per quod Iudex eſt quaſi certus, tamen, vt ipſe explicat, hoc dicitur quia non eſt neceſſe, quod per indicium Iudex ſit certus in totum, ſeu plena certitudine ſufficiente ad damnandum, requiritur tamen ſemiplena certitudo, vt ex Boſſ. Brun. & Clar. *probat* Scroi *part. 5. cap. 5. num 46.*

6. Probatur autem hoc ex communiter aſſertis à Doctoribus. Et quidem primo conuincitur ex hoc, quia ad torquendum Reum pro veritate habenda tanta, & talis certitudo eſt neceſſaria, quanta eſt certitudo, quam ſecum fert dictum vnius teſtis omni exceptione maioris. Vt enim videbimus communis Doctorum ſententia eſt, quod ad torquendum ſufficiat dictum vnius teſtis, ſi ille ſit maior omni exceptione; Secus verò ſi aliquem defectum patiatur, quia teſtis inhabilis dictum eſt de veritate ſuſpectum. At verò teſtis vnus omni exceptione maioris dictum habet cõnexionem moraliter neceſſariam cum veritate delicti ſignificati, & ex illo per conſequentiam moraliter neceſſariam, certam, & indubitatam infertur delictum. Igitur ad hoc vt indicium ſit graue, & ſufficiens ad torturam neceſſe eſt, quod indicium habeat cum delicto connexionem neceſſariam moraliter; & quod ex indicio per conſequentiam moraliter neceſſariam delictum indubitanter colligatur. Etenim in moralibus id cenſetur neceſſarium, certum, & indubitatum, quod vt in pluribus euenit, & non deficit, vt communiter docent Theologi, Philoſophi, & Canoniſtæ, ſolum autem raro euenit, quod dictum teſtis omni exceptione maioris non ſit verum, eſt igitur moraliter neceſſarium certum, & indubitatum.

7. Nec obſtat, quod cum poſſit eſſe falſum non excludat omnem formidinem falſitatis, & ſic intellectus non poſſit iudicare id eſſe verum ſine formidine. Quia quidquid ſit de aliqua formidine ſpeculatiua, nulla remanet fortitudo practica. Vbi enim aliquid euenit in pluribus, & raro deficit, ſi in ſingulari nullum aliud motiuum adeſt in contrarium, vnde intellectus moueatur ad timendum, quod non ſit

res, ſicut ſolet euenire, intellectus remanet practice certus, vt ſine formidine poſſit practice iudicare, quid agendum ſit.

8. Secundo idem probatur, nam iuxta communem doctrinam ad torturam neceſſe eſt, quod delictum ſit ſemiplenè probatum. D. Th. 2.2. *qu.69.a.2.* Et ibi Caiet. Salon. Et alij Sotus *l.5. de iuſt. qu.7. art.2.* Nauar. in Manuel. *c.25. nu.36.* Sanchez. *l.6. Opuſ. cap.3. diſp.32.* Clauſis Reg. *lib.12. cap.16. n.5.* Card. de Lugo *diſp.40. num.11.* Bordon. *cap.67. num.6.* Bictus *qu.80. num.14.* Scacc. *lib.1. de Iud. cap.84. num.9.* Et alij plures, quos referunt, & ſequuntur Farinac. *qu.36. num.219.* Et Scroi *part.1. cap.2. num.13.* Semiplena verò probatio certitudinem moralem omninò requirit, & hæc illi ſufficit. Ex imperfectis enim, & incertis cognitionibus, non poteſt integrari, & componi totalis, & integra cognitio. Vnde centum mille opiniones non integrant vnam certam ſcientiam, quia quælibet illarum etiam priuatiuè eſt incerta, & ex incertis non cõponitur certum. Verum quidem eſt, quod ex pluribus indicijs imperfectis poteſt reſultare vnum indicium totale, quod ſit certum, & quod vel plenè, vel ſemiplenè probet; ſed tunc illa indicia imperfecta non concurrunt, vt diſiuncta, ſed vt vnita in vnum. Vnde ſi loquamur de cognitione, quam quodlibet illorum diuiſum, & diſiunctim cauſat, hæc eſt imperfecta, & priuatiuè incerta, neque ex illa poteſt certa cognitio reſultari, ſed tamen cognitio, quæ eſt ex omnibus illis indicijs vt vnitis poteſt eſſe certa. Sic igitur probatio, quæ non ſit certa, quia ſit ab incerto, & in ſufficienti indicio non poteſt eſſe ſemiplena, ſeu pars plenæ probationis, & certæ; quia nulla incerta probatio poteſt eſſe pars integralis certæ cognitionis. Cum igitur ſemiplena probatio ſit pars plenę probationis, neceſſe eſt, quod ſit certa probatio, licet non omninò plena. Et eo amplius, quod non poteſt dici probatum, quod remanet dubium, vel incertum. Cum ergo ad torturam delictum debeat eſſe ſemiplenè probatum debet eſſe certum. Nec dicatur, quod delictum eſſet certum, iam eſſet plenè probatum, nam dicitur, quod inter certitudines detur latitudo, & maior requiritur ad damnandum Reum, quam ad torquendum. Et ſic ſtat, quod certitudo ſit ſemiplena ad damnandum, & plena ad torquendum.

9. Probatur tertio. Nam decretum de torquendo, licet ſit interlocutorium, habet tamen vim diffinitiui; Vnde ab eo datur appellatio, & quod magis eſt, infert damnum graue corporale, & irreparabile, & licet tortura data ad eruendam veritatem propriè non ſit pœna, eſt tamen malum pœnale graue, & irreparabile, igitur Iudex non poteſt torturam decernere ex ſola ſuſpicione, vel opinione delicti incerta, ſed debet eſſe moraliter certus de delicto, vt Iudex poſſit Reum torquere iuxta doctrinã D. Thom. 2. 2. *qu.6?. num.3.*

10. Sed ad tollendam omnem æquiuocationem, & manifeſtandam profundiùs veritatem auferendo obiectionem, quæ fieri poſſet, ex eo quod in moralibus ſufficit cognitio, quæ eſt ex probabilibus, quæ cognitio dicitur opinio, cum non ſit ex neceſſarijs. Dicitur primò, quod non eſt hic locus diſputandi, an ad prudenter agendum ſufficiat opinio probabilis, quia pro certo habetur, quod prudentia circa ſuum obiectum materiale, non requirit certitudinem, & quod ſæpiſſimè etiam ex rationabili ſuſpicione prudenter agere poſſumus; ſed nos verſamur modo in materia iuſtitiæ vindicatiuæ, quæ iuſtitia requirit, quod Iudex ex ſuſpicione, & ſimplici opinione neminem damnet, vt docet D. Thom. 2. 2. *qu.60. art.3.* Dicitur ſecundò, quod principium illud Iuris ſuper quo fundatur conſequentia, per quam ex indicio deducitur delictum, ſi eſt communiter admiſſum, ita quod non datur in contrarium aliquod motiuum graue, & vrgens, vere ſufficit ad inferendum delictum quantum opus eſt ad inferendam torturam; ſed hoc principium erit ſine dubio verum vt in pluribus, & ſic certum moraliter.

11. Dicitur tertio, quod ſi illud principium ſit expreſsè à lege approbatum, vel ex praxi tribunalis roboratum, illud ſufficit, vt illo mediante ex indicio probato inferatur delictum, quantum opus eſt ad torturam: ſed & hoc principium approbatum ex lege, vel conſuetudine eſt certum, & indubitatum moraliter.

12. Dicitur quartò, quod ſi illud principium, & apud Doctores controuerſum, ſi Iudex rebus bene penſatis habet illud pro certo reiecta contraria opinione vt falſa, vel vt non habente locum in caſu ſingulari, de quo agitur ob negocij circumſtantias, ad huc illud principium ſufficit, ſed Iudex numquam ſine errore iudicabit illud certum eſſe, & ſufficiens, niſi illud ſit tale, vt de Iure ſaltem naturali ſit verum in pluribus, & non appareat aliquod, ob quod non debeat verificari in caſu, de quo agitur; & tunc aderit certitudo moralis. Et in hoc ſenſu vera eſt communis doctrina, quod arbitrarium eſt Iudici videre an indicia ſint grauia, & ſufficientia. Nam alias, ſi omnibus penſatis principium illud eſſet tale, vt ex eo poſſit inferri, & non inferri delictum, temerarium Iudicium eſſet, & iniuſtum determinate inferre delictum in alterius præiudicium.

13. Dicitur quintò, quod ſi eſt controuerſum illud principium eſſe, vel non eſſe verum, aut eſſe, & non eſſe ſufficiens ad inferendum delictum, & decernendam torturam, & Iudex rebus penſatis exiſtimat vtramque opinionem eſſe probabilem, ſequi debet illam, quæ excludit delictum, & torturam etiam ſi oppoſita ſententia ſibi videatur probabilior; quia ſemper eſt dubius, & principium illud eſt dubium, & ideo inſufficiens ad Reum damnandum, aut torquendum. Sic ergo patet, quod principium illud Iuris, quod in ſyllogiſmo iudiciali habet locum maioris propoſitionis debet eſſe moraliter cer-

ter cer-

ter certum. Remanet modo videndum qualiter indicium in ſe ipſo debeat eſſe certum.

14. Ideo quæritur ſecundò, qualiter probanda ſint indicia ad hoc, vt ex illis inferatur tortura. In hac verò quæſtione reſoluenda Doctores in hoc communiter conueniunt, quod indicia debeant eſſe probata, ſed ad videndum an ſint probanda per plures teſtes conteſtes, diſtinguunt inter indicia proxima & remota. Itaque dicunt, quod etiam in crimine leſæ Maieſtatis, & in quibuſcumque delictis, vel atrocibus, vel leuibus, hæc indicia ſi ſint remota ſingula debent eſſe in ſuo genere legitimè probata, & adhoc non ſufficit dictum vnius teſtis omni exceptione maioris. *L. fin. C. famil. Erciſcund.* & ibi DD. & ſic ad probandum indicia remota non ſolum debent eſſe duo teſtes, ſed iſti debent eſſe omni exceptione maiores quidquid in contrarium aliquid dixerint, vt ponderat, & probat, Farinacc. *quæſt. 37. num. 23.* & ſequentibus Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 8. quæſt. 4. num. 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 91. nu. 5. & 6.* Guazz. *defenſ. 20. cap. 31. num. 3.* Cum enim ſæpè contingat, quod torti ex impatientia doloris fateantur, quod non commiſerunt, iuſtum eſt, vt non torqueantur, niſi ex indicijs certis, & plenè probatis. An verò neceſſe ſit, quod teſtes probantes indicia ſint conteſtes, valde controuertitur, multis volentibus, quod ſufficiant ſingulares. Ad minus tamen ſecundum Farinac. *qu. 37. nu. 38* requiritur, quod ſint teſtes omni exceptione maiores. Secundò quod non deponant ſuper indicijs valde remotis, ſed de illis, & quæ licet non ſint in rigore proxima, valde tamen veriſimiliter inferunt delictum. Tertiò quod indicia ſuper quibus deponunt teſtes ſingulares ſint plura, quam duo, & talia, quæ reddant animum Iudicis quaſi certum, quod Reus deliquerit. Quartò quod iſta plura indicia tendant ad eumdem finem, & quodlibet illorum coadiuuet aliud, non verò ſint inter ſe diuerſa, & vnum non inferat ad aliud.

15. At verò indicium proximum per vnum teſtem probatum dicitur communiter, ſi teſtis immediatè deponit de delicto. In caſibus etiam, & Tribunalibus, in quibus teſtes non omni exceptione maiores, ſi à Iure non ſint totaliter excluſi, vt ſunt inimici, probari poſſunt indicia per teſtes inhabiles, ſi tales ſint, vt vel ex numero, vel ex adminiculis æquiualeant teſtibus omni exceptione maioribus. Guazzin. *defenſ. 30. cap. 31. num. 13.* Sed ſi teſtis non deponit immediatè de delicto, ſed de actu valde proximo ad delictum, indicium debet probari per duos teſtes, Clar. *quæſt. 22. §. Ad. vero* Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 894. num. 10.* Farinacc. *quæſt. 37. num. 43.* Suarez. *dicta cap. 31. n. 15.*

16. Sed hic primò confunditur probatio per teſtes cum probatione per indicia, cum tamen ſint valde diuerſæ. Nam teſtis, nec propriè eſt indicium, nec probatio per teſtes eſt probatio per indicia, nec facit indicium, ſed plenè, vel ſemiplenè probat, & ſic eſt probatio immediata veritatis à natura, & à Iure inducta ad probandam veritatem, quæ non cadit ſub proprio ſenſu Iudicis. Sed probatio per indicia eſt mediata, quia probatur delictum medio indicio, quod nihil probat, niſi illud aliunde ſit probatum. Indicium enim eſt factum, vel res ſenſibilis inferens delictum, vel aliud quod per indicium probatur. Sic ergo teſtis ſe ipſo immediatè probat, ſed indicium, quodcumque illud ſit, non probat niſi probatum, & tandem hæc probatio reſoluitur in probationem per teſtes, niſi Iudici veritas conſtet per euidentiam rei, ſicuti illi conſtat de dicto teſtis.

17. Secundò igitur diſtinguendo teſtimonium ab indicio, & conſiderando, quod teſtimonium teſtis non indiget probari, quia eſt notum Iudici per euidentiam rei, quia teſtis coram Iudice deponit, indicium verò probari debet, diſtinguitur inter indicia, quia aliud eſt indicium de ſe ſufficiens, & moraliter indubitatum, vt explicatum eſt, *quæſt. 25 art. 2.* vel de ſe non eſt ſufficiens, quia non eſt indubitatum, nec infert delictum per conſequentiam moraliter certam. Si indicia non ſunt indubitata, etiam ſi per centum mille teſtes ſint probata, non probant, neque ex illis poteſt inferri tortura. Quatenus verò plura indicia in ſufficientia vniantur, & ſic vnita faciant vnum indicium ſufficiens, & indubitatum, hoc indicium ſi ſit probatum, probat ad torturam.

18. Quæſtio igitur illa ſolemnis, an indicia remota debeant eſſe probata per duos teſtes conteſtes omni exceptione maiores, relinqui debet, tanquam non explicans punctum veritatis. Tota verò difficultas in hoc conſiſtit, vt videatur, an indicium indubitatum probari debeat per duos teſtes. Et videtur, quod in ordine ad torturam hoc non ſit neceſſarium, quia delictum poteſt ſemiplenè, & cum certitudine probari indicio probato per vnum teſtem. Nam ex certis præmiſſis certa deducitur concluſio. Vbi verò indicium eſt indubitatum, iam ſyllogiſmi Iudicialis maior propoſitio eſt moraliter certa cum deſumatur ex principio Iuris moraliter certo, & indubitato, aliter indicium non eſſet indubitatum; Minor verò propoſitio, quæ conſiſtit in exiſtentia indicij, cum ſupponatur probata per vnum teſtem omni exceptione maiorem, pariter eſt moraliter certa, quia hanc certitudinem inducit teſtis; ergo & eſt certa concluſio continens delictum. Datur exemplum in confeſſione extra Iudiciali, quæ eſt indicium remotum, ſed indubitatum moraliter, & in Iure approbatum, ex quo probatur delictum per ſimilem ſyllogiſmum: Seio ſerio, & libere confitente ſe occidiſſe Caium moraliter eſt verum & certum Seium Caium occidiſſe, ſed Seius ſerio, & libere confeſſus eſt ſe occidiſſe Caium, ergo Seium occidiſſe Caium eſt moraliter certum & verum. Maior propoſitio eſt vera & certa ex illo principio Iuris, quod nullus ſerio & ſponte velit fateri ſe deliquiſſe grauiter, niſi delictum ſit verum. Et quia vt plurimum,

& fere

Digitized by Google

& fere ſemper verum eſt, quod quis commiſerit delictum, quod ſe commiſiſſe fatetur ſponte, & ſerio. Minor quoque, ſi ſit probata per vnum teſtem de viſu, & omni exceptione maiorem, etiam eſt certa moraliter, quia talem certitudinem inducit teſtis de viſu omni exceptione maior; eodem igitur modo, eſt certum Seium occidiſſe Caium. Videtur igitur, quod indicium indubitatum probetur ſufficienter per vnum teſtem de viſu omni exceptione maiorem, ad hoc vt ſufficiat ad torturam, Sed vt reſoluatur hæc quæſtio, videndum eſt qualiter ad torturam ſufficiat vnus teſtis deponens immediatè, & ſerio.

19. Sic igitur dum quæritur an ad torturam ſufficiat vnum teſtis de viſu immediate deponens de delicto affirmant plures, quos refert Farinacc. *quæſt.*36. *num.*224. & *quæſt.*37. *num.* 41. & referunt, & ſequuutur Guaz. *defenſ.*30. *cap.*30. *nu.*4. & *cap.*31. & Scroi *part.*4 *cap.*2. *n.*5. Verum cum vnus teſtis ſolum ſemiplene probet, & vix ſufficiat ad interrogandum Reum extra torturam, ideo niſi aliqui dixerunt, & quod in delictis exceptis vnius teſtis omni exceptione maior ſufficit ad torturam non in alijs criminibus. Eliſeus *tract* 3. *qu.*23. Alij verò exiſtimant non ſufficere vnum teſtem omni exceptione maiorem ad torquendum Reum aliàs bonæ famæ, & exiſtimationis integræ. Eimer *part.*3. *quæſt.*61. *Regula* 4. & 7. & *ibi Penna comm.*114: *reg.*4 *Verſ. Non dubito* Caren. *par.*3. *tit.*10 *num.*12 & apud eum Diana Godofred. Paulus Aniſ Faber, Greg. Lopez, & Mald. Palauſ. *tract.*4. *diſp.*8. *part.*9. *num.*5. Decian. Zanard. Ioſeph. à Sancta Maria *par.*2. *cap.*2. *num.*2. Sanchez *opuſculo lib.*3. *dub.*15. *n.*3. Et hæc ſententia æquior, & ſecurior eſt, vnde nedum vnus teſtis ad torturam non ſufficit, ſi vel in minimo depoſitio illius ſit vulnerabilis, nedum ex parte perſonæ, ſed ex parte depoſitionis, vt quia in ea non redditur cauſa ſcientiæ, vel non eſt integra, quia non exprimit circumſtantias neceſſarias, ſed etiam quia ſi ex parte Rei detur præſumptio aliqua, vel coniectura, & indicium illi fauens, non poteſt Reus ex vnici teſtis dicto torqueri, vt ex Maſcard. Menoch. & alijs probat Farinacc. *qu.*37. *n.*53. Et hoc eſt verum etiam in delictis exceptis, & difficilis probationis, quia in his caſibus bona fama, & exiſtimatio Rei prætenſi facit indicium contra dictum teſtis, & illud debilitat, vt niſi alijs adminiculis adiuuetur, non ſemiplene probet ſufficienter ad torturam inferendam; Secus è contra ſi Reus aliàs non eſt bonæ famæ, ex hoc vnici teſtis integra depoſitio adminiculatur, vt ſit veriſimilis.

20. Sed ſi teſtis eſt omni exceptione maior eius dictum, ſine alijs adminiculis non ſufficit ad torturam etiam ſi ſimus in crimine læſæ Maieſtatis, & etiam ſi teſtis in tortura confirmet dictum ſuum Clar. §. *finali qu.*21. *vnus teſtis.* Maſcard. *de probat. concluſ.*896 *nu.*6. Menoch. *de præſumptione lib.*1. *quæſt.*89. *num.*6. & *ſeqq.* Farinaccius *quæſt.*37. *num.*54. & *ſeqq.*

21 Sic igitur dū pariter quæritur, an indicium indubitatum probetur per vnum teſtem, dicitur quod non ſufficit vnus teſtis, niſi adiunctis alijs grauibus coniecturis, & adminiculis. Quia non omnis certitudo ſufficit ad quemlibet effectum Iuris, vnde ad damnandum non ſufficit certitudo, quam fert vnus teſtis, ſed duo requiruntur. Pariter ergo cum tortura inferat graue damnum corporale, & irreparabile, & ſæpè compellat pauperes innocentes ad fatenda delicta, quæ non commiſerunt, non ſufficit illa ſola certitudo, quæ eſt neceſſaria ad interrogandum Reum, ad quod requiritur certitudo, quam ſecum fert vnus teſtis omni exceptione maior. Ergo maior certitudo requiritur, & ſic vel requiruntur duo teſtes idonei, vel ſaltem vnus idoneus, & alter minus idoneus, vel aliud adminiculum Iudici manifeſtum. Cum igitur ad torturam non ſufficiat vnus teſtis, niſi adiunctis adminiculis, multo minus ad probandum delictum per indicia ſufficit, quod indicium probetur per vnum teſtem. Licet igitur non ſit neceſſarium, quod indicium indubitatum ſit probatum per duos teſtes idoneos, tamen nec ſufficit vnus teſtis ſine adminiculis. Plura adminicula requiruntur, quam ad probandum per teſtes immediatè de delicto deponentes, quia in probatione per teſtes minor propoſitio ſyllogiſmi iudicialis, quæ conſiſtit in teſtimonio teſtis eſt certiſſima, & Iudici manifeſta per euidentiam rei, quia Iudex videt, & audit teſtem de delicto deponentem; ſed regulariter Iudex non videt indicia, ſed illa audit, per relationem teſtium. Et ita minor ſyllogiſmi iudicialis, non eſt illi tam certa, ſed ſolum moraliter certa, & ita opus eſt, quod teſtis vnici depoſitio deponentis de indicio aliunde magis roboretur. Et hoc verificatur etiam in delictis difficilis probationis, licet enim in his cauſis admittantur teſtes inhabiles, numquam tamen admittuntur, vt omni exceptione maiores, ſed cum ſuis defectibus; ideo vnus teſtis inhabilis numquam facit ſemiplenam probationem, nec ſufficit ad torturam. Admittit etiam Farinaccius *num.*63. Quod ſi teſtis non ſit in totum, & ipſo Iure inhabilis, & non patiatur plures defectus poſſit ex eius depoſitione de viſu deueniri ad torturam in cauſa leui. Sed etiam contra hoc ſemper militat ratio ſumpta ex eo, quod huiuſmodi teſtis non eſt omni exceptione maior, nec ſemiplene probat ſine alijs adminiculis. Quod ſi Reus ſit leuis vitæ ideſt, ſi ſit criminoſus, & malæ famæ, & teſtis de viſu deponens immediatè de delicto non ſit omninò de Iure inhabilis, vel non patiatur plures defectus in hoc caſu dictum illius teſtis facit indicium ad torturam, quia eſt adminiculatum, mala fama inquiſiti Farinacc. *quæſt.* 37 *num.*65. Sed etiam ſi teſtis plures patiatur defectus admitti poſſe, licet minus probet, oſtenſum eſt ſupra *qu.*12. *art.*22. Ad hoc tamen, vt probet

ad tor-

ad torturam maiora adminicula erunt neceſſaria, ſed cum, vt dictum eſt, contra Reum bonæ famæ, nec vnus teſtis omni exceptione maior probet ad torturam ſine adminiculis, multo minus probabit teſtis inhabilis; ſed quantum probet fama dictum eſt ſupra *qu.* *num.* Sed loquendo de indicio propriè, ſemper videndum eſt, an indicium ſit indubitatum, & aduertendum, quod diſtinctio illa indicij in proximum delicto, vel remotum iuuat quidem ad videndum, an ſit, vel non ſit indubitatum, vel contingens, & magis fallibile, ſed ad videndum an vnum indicium ſufficiat, vel non ſufficiat attendi debet an indicium ſit, vel non ſit indubitatum iuxta explicata ſupra *qu.* *d n.* Sed duppliciter aliquod indicium dicitur indubitatum, vel, ſcilicet, moraliter tantum, quia connexio illius cum delicto fundatur in aliquo principio Iuris ſolum moraliter certo, quia verò vt in pluribus, vel eſt indubitatum ſimpliciter, quia connexio præfata neceſſario, & ſemper eſt vera, & certa ſaltem de potentia ordinaria Dei, & excluſo miraculo: ſi indicium eſt hoc ſecundo modo ſimpliciter indubitatum poteſt eſſe, quod plusquam ſufficiat ad torturam, & quia etiam plene probet ſaltem, ſi Iudici de illo conſtet per euidentiam rei, & ſic torturam excludat. In omni tamen caſu ad minus indubitatè ſemiplenè probat, & æquiualet vni teſti idoneo, Sed ſi indicium non eſt niſi moraliter indubitatum conſiderandum eſt, quod etiam huiuſmodi indicium aliquo modo æquiualet dicto vnius teſtis omni exceptione maioris, & eſt tale, quod inducit Iudicem ad credendum, quod delictum ſit verum, & moraliter certum; & ſemiplenè probatum, Et ſic vnicum indicium ſufficit ad torturam, eo modo, quo ad illam ſufficit vnicus teſtis. Et ſic quia indicia proxima delicto, vt plurimum ſint talia, vt ſint indubitata, & ſemiplenè probent, ideo vnum indicium tale ſufficit ad torturam, vt dixerunt Doctores, quos ſequuntur. Farinac. *qu.* 37. *n.* 45 Guaz. *defenſ.* 20. *cap.* 4. *n.* 12. Carena *par.* 3. *tit.* 20. *n.* 26. Sed ſi indicia ſunt remota; quia hæc regula ſeruanda eſt, vt videatur quantum indicium probet, vt ex Cart. aduertit Carena *n.* 18 Si indicium etiam remotum, quia indubitatum, & adminiculatum aliqualiter pluſquam ſemiplenè probet, ſufficit ad torturam, vt dictum eſt de teſte ſi eius dictum ſit adminiculatum. Sed ſi non probat ſemiplenè, etiam ſi ſit proximum vnicum non ſufficit ad torturam; ſed amplius conſiderari debet, quod ſtat aliquod indicium eſſe indubitatum, licet ſit remotum. Quale indicium eſt confeſſio extraiudicialis ſpontanea, & deliberata, & maximè ſi ſit iurata, & ideo ſufficit ad torturam, ſi ſit probata. Sed ſemper aduerti debet, quod plura, vel maiora adminicula requiruntur, vt indicia probent, quam vt probent teſtes.

22. Sed quid dicendum, quando indicium indubitatum eſt vnum per aggregationem multorũ indiciorum, quæ ex ſe ipſis ſunt remota, & non indubitata; nunquid tunc ſufficit, ſi per partes indicium probetur per teſtes ſingulares, quorum vnus de vno indicio, & alius de alio deponat? Reſpondetur, quod cum ad torturam ſufficiat ſemiplena probatio modo explicato, ſufficit quod indicium indubitatum reſultans ex pluribus remotis eodem modo ſemiplenè probetur, probatur verò ſemiplenè probatis ſemiplenè ſingulis eius partibus, & ideo probatur ſufficienter per teſtes ſingulares idoneos, & aliquo modo adminiculatos, modo ſupra explicato, quia quodlibet ex illis indicijs remotis ſemiplenè probatur; ſed in his, quod maximè attendi debet, eſt, an indicium ſit vere indubitatum & certum; nam alias ſi non eſt indubitatum, non ſufficit, etiam ſi ſit pleniſſimè probatum.

23. Quæritur tertio, an ad torturam ſufficiat vnum indicium indubitatum. Sufficere docent quam plures, quia ſub nomine indicij comprehendunt etiam teſtem immediatè de delicto deponentem, vt verò probatum eſt, ex dicto vnius teſtis adminiculato poteſt inferri tortura.

24. Cum verò ex his aliqui voluerint eſſe arbitrarium Iudici torquere Reum ex vno, vel pluribus indicijs, ſi Iudex habeat in iudicando plenum arbitrium, tamen oppoſitum eſt omninò verum, & neceſſario ſeruandum. Nam nec Iudex habens liberum in iudicando arbitrium poteſt Reum torquere non præcedentibus legitimis indicijs Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 385. *num.* 5. Farinacc. *qu.* 37. *num.* 7. & apud iſtos alij quamplures. Imò quod nec Princeps poſſit mandare, vt Reus torqueatur non præcedentibus indicijs, & quod ſi mandet, Iudex non teneatur illi obedire, & quod ſi obediat, puniri poſſit docuerunt plures apud Farin. *q.* 37. *n.* 74. Et quamuis in hoc multi diſcordent volentes Iudicem excuſari, ſi Principe mandante aliquem ſine indicijs torſerint, tamen in cauſis grauioribus talem Iudicem ſaltem extraordinariè puniendum voluit Farinacc. *n.* 78. Sed de iure naturæ eſt, vt non detur tortura, niſi Iudex ſit certus de delicto ſaltem ſemiplenè. Sed tamen hanc libertatem habet Iudex habens liberum arbitrium in iudicando, & qui procedit manu regia, quod non tenetur ad illas qualitates, & requiſita teſtium, & probationum, quæ non ſunt neceſſaria niſi ex iure poſitiuo, ſed eſſentialia probationi non poteſt omittere. Si tamen Princeps haberet indicia ſufficientia apud ſe, & iuridice probata, poſſet Iudici inferiori præcipere, vt ſine alijs indicij, Reum torqueret, & Iudex ſibi hoc conſtito, illum torquere teneretur.

25. Hæc verò adeo vera ſunt, vt nec in crimine læſæ Maieſtatis ſit arbitrarium Iudici torquere Reum ſine indicijs legitimis. Rerum quidem eſt, quod ſi delictum ſit occultum, & difficilis probationis, vt cum agitur de probandis ſecretis conuenticulis contra Principem, tunc leuiora ſufficiunt indicia, ſed hoc

non

non eſt ex delictorum atrocitate, ſed ex probationis difficultate, ſed tamen etiam vbi delictum eſt difficilis probationis torturam bebent præcedere indicia ſufficientia. Farinac. *qu.*37. *num.*30. *&* 113. Guaz. *defenſ.*30.*cap.*4. *num.*89. Qui addit, quod neque ad ſedandum tumultum populi poteſt Reus ſine indicijs torqueri ad eruendam veritatem, ex Farinaccio *qu.*81. *num.*1. *in fine*. Vbi tamen eſſemus in caſu,in quo bonum commune præponderet priuato, ita quod Reus teneretur in conſcientia aliquod incommodum ſubire, & id eſſet neceſſarium, poſſet Reus torqueri, ſed hoc fieret intuitu eruendæ veritatis niſi forſan materialiter, & apparenter non verò obligando Reum ad confitendum delictum de quo non eſt indiciatus. Et dum dicitur, quod in atrociſſimis licitum eſt Iudici Iura tranſgredi, & iuris ſolemnitates non adhibere, ex innocentio *cap.*1. *de Conſlit.* Vel hoc dictum non eſt verum, vel intelligi debet, vbi conſtet de delicto, & de maioribus Magiſtratibus non de minoribus. Nam imò, quia vbi delictum eſt grauius, agitur de maiori præiudicio inquiſiti, probationes debent eſſe clariores certiores, & magis manifeſtæ, ne contingat grauiſſimis pœnis punire innocentem. Farinaccius plures referens *qu.*37. *num.*39. & ſequentibus Guaz. *defenſ.*30. *cap.*4. *n.*8.

26. Imò Iudici nec licet inquiſitum leuiter torquere, vel etiam terrere per minas, vel alio modo, niſi proportionato indicio præcedente. Minora enim indicia requiruntur ad terrendum Reum verbaliter; ad hoc enim ſufficit quod Iudex habeat vehementem opinionem, quod inquiſitus ſit Reus, etiam ſi hanc non habeat ſufficienter ex proceſſu, ſed ex circumſtantijs extraiudicialiter cognitis, vt probari poteſt ex *l. item apud Labeonem* §. *quaſt. ff. de Iniur.* Sed nihilominus aduertendum, quod non ſufficit opinio proprie dicta, quæ non eſt cognitio certa moraliter, ſed ſolum probabilis. Nam ad quamlibet torturam neceſſe eſt, quod delictum ſit ſemiplenè probatum, cum hoc ſit neceſſarium etiam ad interrogandum Reum, opinio autem cum ſit incerta, non conſtituit ſemiplenam probationem, & talem, quæ ſit ſimilis illi, quam facit vnus teſtis maior omni exceptione. Et ſic multo magis ad terrendum verbaliter Reum non ſufficit opinio qualibet de delicto.

27. Poteſt verò concedi, quod ad verbaliter terrendum vltra ſimplicem ſemiplenam probationem ex dicto vnius teſtis omni exceptione maioris habitam, ſufficiat quodlibet minimum adminiculum, etiam extraiudicialiter habitum. Et tamen etiam in hoc caſu bene aduertit. Farinacc. *qu.*3. *num.*102. Guaz. *defenſ.*30. *cap.*5. *num.*3. quod præcipuè ſine indicijs, hoc modo terreri non debent perſonæ timidæ, & viles, vt puta mulieres, quia ſæpè contingit, vt in teſtes tantum valeant verbales minæ, quantum in viro non timido tortura ipſa. Et etiam verum eſt, quod ad terrendum facto deducendo Reum ad locum torturæ, vel etiam ſpoliando, & ligando, vel eum eleuando in tormentis, & leuiter torquendo, ſufficiunt leuiora indicia, & ſic non ſunt neceſſaria illa grauiora indicia, quæ ſunt neceſſaria ad grauiorem torturam, tamen neceſſaria ſunt indicia, quæ arbitrio prudentis Iudicis ſint neceſſaria, vel ad terrendum, vel ad leuiter torquendum, vt explicat Farinacc. *num.*104.

28. Cæterum Iudex, nec de conſenſu inquiſiti illum poteſt torquere indicijs non præcedentibus, quia nec inquiſitus eſt Dominus ſuæ vitæ, & membrorum. Et ideo ſi inquiſitus ſe offerat ſuſtinere contrarium in tortura, vel Accuſator quoque ſe offerat ſtare cum Reo in tortura, huiuſmodi oblationes admitti non debent. Clar. §. *finali quaſt.*63. *verſic.* ſed quæro Farinacc. *qu.*37. *num.*209. Verum & ad certi debet dari caſum, & cauſam ex qua quis poſſit cedere iuri ſuo, & ſe exponere doloribus torturæ dicti indicij, in quo caſu tortura non eſſet iniuſta, & licita ex hac parte.

29. Sed cum ad torquendum neceſſaria ſint indicia indubitata, iam videtur, quod non dentur indicia magis, vel minus grauia; ex quibus Reus torqueatur, quia non niſi ex indubitatis torqueri poteſt. Sed reſpondetur, quod indicia dicuntur indubitata, ſi ſemiplenè probent, ſi ergo indicia ſint plura, & indubitata ad torturam ſemper ſufficiunt, ſed tamen vnum indicium eſt grauius altero ratione adminiculorum, ex quibus iuuatur, & fortior redditur, ideo ſi Indicium ſit vnum ſolum non ſufficit ſe ſolo ad torturam, ſed requiritur magis, vel minus adminiculatum ſpectata qualitate perſonæ delicti, & torturæ, & ſic requiri indicia maiora; & grauiora, & requiri, vel plura indicia, vel indicia magis adminiculata. Quamuis & inter indicia vnum ſit maius altero, ſi connexio eius cum delicto ſit magis neceſſaria, & certa.

30. Eſt verò pariter certum, quod Confeſſio extorta per torturam ſine præcedentibus indicijs eſt nulla, & inualida, etiam ſi millies fuerit ratificata *l. penultima ff. de quaſt.* & communiter Doctores. Non negatur verò, quod Reus non poſſit, ſi velit confiteri delictum, de quo non eſt indiciatus, ſed de illo non poteſt interrogari, & multo minus torqueri, & confeſſio ſic extorta ex interrogatione Iudicis eſt nulla, & nec poteſt ratificari, licet Reus, ſi velit, poſſit libere ex ſua voluntate delictum fateri. Quod verò Iudex torquens inquiſitum ſine indicijs ſit puniendus, & qualiter latè oſtendit Farinacc. *dict. quaſt.*37. *num.*111. & ſequentibus vbi *num.*112. quod Iudici ſic iniuſte torquere volenti impune reſiſti poteſt.

31. Eſt tamen aduertendum circa concluſionem principalem, quod ſæpiſſimè præſumptio aliqua iuris præbeat indicium ad torturam; ſic primo ſi quis aliquem occidit, aut vulnerauit, & nullum aſſignat cauſam, ob quam id fecerit, præſumitur id feciſſe ex alte-

rius

rius mandato, & poteſt torqueri, vt dicat ad cuius mandatum id fecerit. Clar. *quæſt.12.verſ. dictum ſocij Criminis*. Farinacc. *quæſt.37.nu.54.* Sic ſecundo etiam cuſtos bonorum, quæ furto ablata ſunt, ex præſumptione Iuris, quæ contra ipſum militat, poteſt torqueri, vt indicet furem, ſi veriſimiliter eius notitiam habere potuit. Et idem dicitur de cuſtode Ciuitatis, vel loci, de caupona, & ſeruis ſeu familiaribus eius; ſed tamen huiuſmodi præſumptio non habet locum vbi cuſtos, caupo, vel alius ſimilis ſit bonæ famæ, & non dubitatur cuius famæ, & conditionis ſit; ſimiliter præſumptio ceſſat, ſi cuſtos in cuſtodiendo adhibuit diligentiam, quam diligens pater familias adhibuiſſet. Tertiò quod etiam ſola contumacia bonam faciat præſumptionem ſufficientem ad torquendum contumacem admiſſum ad nouas defenſiones, vel ſponte poſt longum tempus redeuntem, & conſideratis circumſtantijs & qualitate perſonarum latè oſtendit Farinacc. *quæſt.11. num.70. & quæſt.37.num.162.*

32. Quartò aliqui voluerunt, quod ex præſumptione confeſſus vnum delictum poſſit interrogari, & torqueri, vt dicat ſi commiſerit aliud eiuſdem ſpeciei. Et hoc dicunt verificari ſaltem de conſuetudine totius Eccleſiæ. Sed nec Doctoribus teſtantibus de cõſuetudine eſt certo credendum, & quod aſſeritur manifeſte eſt contra Ius commune, quod ex quo quis commiſit vnum delictum non præſumit, quod ille commiſerit aliud, etiam eiuſdem ſpeciei, & verè contra rationem eſt, quod ſi quis commiſerit vnum homicidium præſumatur commiſiſſe alia, niſi adſit aliquod ſpeciale indicium, vel adminiculum coadiuuans præſumptionem alterius delicti, cum innumeri ſint v. g. qui vnum ſolum homicidium commiſerunt, & præcipuè in ſtatu Eccleſiæ ex *conſtit.4.* Pauli tertij prohibitum eſt Iudicibus captum pro vno crimine interrogare de alijs, de quibus indicia aliqua non habent. Poteſt tamen contingere, quod ex circumſtantijs oriatur præſumptio aliorum delictorum, vt in famoſis latronibus, banditis, aſſaſſinis, aut alijs diffamatis delinquentibus, tunc enim publica diffamatio ſuccedit loco indiciorum Menoch. *de arbitr. lib.1. quæſt.84. poſt num.8.* Diaz. in praxi, *cap.157. nu.3.* Maſcard. *de probat.L.1.concluſ.353.nu.30. & lib.3. concluſ.38. num.11.* Farinacc. *qu.37. nu.171.* Et ſic nec ſimplex aſſaſſinus ſine diffamatione alterius delicti poteſt torqueri, vt dicat, ſi aliud furtum, vel aſſaſſinium commiſit. Guazz. *defenſ.30.cap.8.num.5.* Farinacc. *nu.173.* bene aduertit, quod adhuc in hoc caſu tortura debet eſſe moderata, videlicet, per mediam horam, cum non conſtet de corpore delicti, & alias Reus, qui confeſſus eſt delictum capitale, pro quo ſcit ſe puniendum pœna mortis de facili, vt experientia conſtat, confiteatur etiam alia delicta, ſi illa patrauit.

33. Quintò contemptus Iudicis, & contumax inobedientia inquiſiti nolentis interrogationi Iudicis præciſè reſpondere affirmatiuè, vel negatiuè dat Iudici Ius, vt inquiſitum torqueat non ad habendam confeſſionem ſuper delicto prout explicatum eſt ſupra *quæſt.23. articul.1.* Tandem verò aduertendum, quod licet iudicare quænam ſint indicia legitima, & ſufficientia ad torturam dicatur eſſe Iudici arbitrarium, hoc tamen arbitrium non eſt ex libero Iudicis ſenſu, ſed ex Iure eſt regulandum, & in hoc æquitas ſeruari debet, & ius commune. Ideo Iudex in dubio mitiorem partem ſequi debet, & debet arbitrari vt bonus vir, & prudens, & non facere alijs, quod in perſona ſua non faceret: ſic igitur Iudex non poteſt ſibi fingere noua indicia, ſed amplecti debet indicia a Iure approbata, & quæ in Iure ſubſiſtunt, & ex alijs à Iure reprobatis non poteſt Reum torquere. Vnde etiam dici poteſt, quod indicia ad torquendum non ſunt iudici arbitraria, vt ex Franc. aduertit Farin. *d. qu.37. n.200.* quia in hoc Iudex non habet niſi arbitrium boni viri à Iure regulatum, nec poteſt torquere Reum ex indicijs à lege non probatis, & quæ de Iure non ſubſiſtunt.

34. Quidam tamen diſtinguunt inter indicia Iuris, & indicia facti, & dicunt arbitrium Iudicis verſari circa arbitria facti, non poſſe verò reijcere indicia Iuris. Guaz. *defenſ.40 cap.4. num.11.* Sed conſiderari debet, quod nullum eſt indicium, quod non ſit ſimul facti, & Iuris. Indicium enim omne eſt aliquod ſenſibile, ex quo aliud infertur. Ad quod pertinet etiam dictum quando non ſit coram Iudice, & non conſideratur reſpectu rei immediatè dictæ, ſed in ordine ad aliud non dictum. Sed tamen indicium eſt Iuris, quia vis illatiua per quam ex dato indicio infertur delictum non eſt fundata niſi in aliquo principio Iuris naturalis, vel poſitiui. Eſt verò diſcrimen, quia ſi connexio, & illatio per quam ex indicio infertur delictum eſt in Iure poſitiuo expreſſa & approbata, indicium ſpeciali ratione dicitur indicium Iuris, ſed tamen omne indicium ſufficiens ad torturam debet eſſe fundatum in principio certo ſaltem moraliter, ex quo illatio per quam ex indicio infertur delictum ſit ſaltem moraliter certa. Et ad hoc non ſufficit probabilitas opinionis, quia hæc non eſt certitudo.

SVMMARIVM.

35 *Iudex ante torturam diuerſa debet conſiderare.*

36 *Iudex pro omni caſu non poteſt torquere.*

In decreto torturæ debet exprimi cauſa, & indicia recenſeri. Ibid.

Appellatio à decreto torturæ ſuſpendit Iuriſdictionem Iudicis. Ibid.

Si Iudex Reum torſerit contempta appellatione, confeſſio eſt nulla. Ibid.

37 *Alia eſt ratio qua Reus poteſt appellae à decreto torturæ, ab illa qua Accuſator & Fiſcus poteſt.*

Iudex non poteſt impedire appellationem Rei. Ibidem.
Licet Iudici conſiderare an appellatio ſit friuola vel non. Ibid.
38 *Reus eſt puniendus iuxta qualitatem delicti, ſed non omni tempore.*
Plures ſunt gradus torturæ. Ibid.
39 *Tempus & modus torturæ eſt ſeruandus.*
40 *Iudex in toquendo debet vti ſolitis tormentis.*
41 *Varia ſunt genera tormentorum.*
42 *Reus poteſt pluries torquere.*
Ad Iudicem ſpectat videre an Reus ſit ſufficienter tortus. Ibid.
43 *Non eſt multiplicanda tortura multiplicatis indicijs.*
44 *Qoundo Reus non ratificauerit confeſſionem factam in tortura poteſt iterum torqueri.*
Cum diſcrimine poteſt torqueri nolens ratificare confeſſionem iam factam. Ibid.
45 *Quando dicitur non eſſe repetendam, intelligitur ab eodem Iudice, & etiam à diuerſis.*
Iudex nouus ex alia cauſa poteſt Reum torquere habita conſideratione ad primam torturam. Ibid.
46 *Iudices timentes Reũ non torquent in die feſto.*
Indicia delicti debent ſuperare indicia Innocentiæ. Ibid.
47 *Reus per viam accuſationis non poteſt torqueri, niſi accuſator iurauerit de calumnia.*
48 *Plures debent torqueri de eodem delicto ſpectatis vnuſcuiuſque indicijs, & non aliter.*
49 *Reus non eſt torquendus non probato corpore delicti.*
Aduocati Rei non debent eſſe præſentes torturæ. Ibid.

ARTICVLVS II.

Quæ conſiderare debeat Iudex antequam ad torturam deueniat.

35. PRimò quidem attendere debet torturam inferri non poſſe, niſi conſtito de corpore delicti, etiam quod Reus forſan ſit indiciatus, *l. 1. §. etiam aliud ff. ad ſillan.* Imò nec ad inquiſitionem pœnalem, nec ad carcerationem debet Iudex procedere, niſi conſtito de corpore delicti, & tamen licet delictum ſit ex illis, qui relinquunt veſtigium, ſi tamen eſt difficilis paobationis per viſum, & repertum ſufficiet in ordine ad torturam, quod corpus delicti ſit probatum eo modo, quo probatur corpus delicti non permanentis. Eliſeus *tra. 3. qu. 26. num. 3.* Secundò Reus torqueri non poteſt, niſi dato ei termino ad ſe defendendum, vt explicatum eſt, *ſup. qu. 26. art. 1.* Dantur tamen quędam Curiæ, quæ habent priuilegium, vt ex proceſſu informatiuo non datis defenſionibus in aliquibus caſibus torqueant Reos, vt magna Curia Vicariæ Neapolis, ſed hoc non fit, niſi quando ipſa magna Curia illa eſt, quæ iudicat, & Rei ſunt publici delinquentes, & malæ vitæ, & infames, vnde hoc priuilegium, ſeu conſuetudo aſſimilatur iuri communi. Et alias quando non eſt certum, quod Reus non poteſt ſe defendere à tortura, de iure naturæ eſt, vt non torqueatur, niſi datis illis defenſionibus. At verò contra ius naturæ, nec conſuetudo valet, nec priuilegium. Videantur de his *Afflict. deciſ. 3.* Bertaz. *quæſt 49. num. 54.* Farinac. *conſ. 31. & 103.* Guaz. *def. 20. num. 6.* plures DD. referens. Tertiò nõ poteſt Reus torqueri niſi in ſubſidium; ideo ſi Iudex habeat teſtes, quibus probare poſſit delictum, & Reum conuincere non poteſt illum torquere, & in decreto torturæ hoc debet exprimere, quod aliter veritas haberi non poteſt, aliter tenebitur in ſyndicatu. Vnde eſt, quod ſi Reus verè ſit de delicto conuictus, etiam ſi neget delictum non debet torqueri, ſed damnari. Tortura enim datur in ſubſidium, vbi aliter veritas haberi non poteſt, vbi igitur conſtat de delicto per legitimas probationes non habet locum tortura. Farinaccius *quæſt. 38. num. 4.* Guazz. *defenſ. 30. cap. 4.* qui plures alios referunt. Quartò inſpici debet, an perſona poſſit torqueri, multæ enim perſonæ, vel ex priuilegio, vel ex infirmitate, & impotentia torqueri non poſſunt, vt infra explicatur.

33. Quintò debet aduerti, quod non pro omni caſu Reus poteſt torqueri; non enim torquetur pro cauſa pecuniaria; nec in criminalibus niſi pro cauſis grauibus, & atrocibus, in quibus agitur de pœna corporali, DD. *in l. Edict. in princip. ff. de quæſt.* Clar. *quæſt. 64.* Farinacc. *quæſt. 38. num. 6.* Sextò non poteſt Iudex torquere Reum niſi prius interloquendo pronunciet Reum fore torquendum. Imò in hoc decreto torturæ debet Iudex ſummarie exprimere cauſam, & ſummarie recenſere omnia indicia, & præſumptiones, quibus mouetur ad decernendum decretum torturæ. Clar. *qu. 93. verſ. fuit aliquando*, & alij, quos ſequitur. Farinacc. *quæſt. 36. num. 8.* Ab iſto verò torturæ decreto poteſt Reus appellare, *l. 2. de C. de appellat. recip.* Et quia tortura infert damnum irreparabile, ideo appellatio à decreto torturæ nedum deuoluit, ſed ſuſpendit iuriſdictionem Iudici, etiam ſi decretum de torquendo ſit non ſolum de torquendo Reo ſuper delicto principali, ſed etiam vt preciſe affirmatiuè, vel negatiuè reſpondeat. De Iure etiam Iudex nihil poteſt innouare pendente termino ad appellendum, ſed hoc non obſeruari de conſuetudine refert Farinacc. *qu. 38 num. 144.* Imò etiam à minata tortura etiam de Iure communi poteſt Reus appellare, & ita quod ſi Iudex contempta appellatione Reum torſerit, confeſſio extorta ſit nulla, & inefficax ad condemnandum, vt per Baldum, & alios probat Farinac. *qu. 38. num. 17.*

34. Non eſt verò eadem ratio de Accuſatore, vel Fiſco vt poſſint appellare à decreto non torquendi Reum, quia per hoc decretum non infertur illis damnum irreparabile, ſed Reo per torturam damnum irreparabile infertur, & ideo ipſe, & non illi appellare poſſunt. Et imò

Iudex

Iudex inique agit, ſi Rei appellationem impediat, vel illam non recipiendo, vel illam de facto præueniendo, & Reus ſiue à comminatione torturæ, ſine dum ducitur ad locum torturæ, & ponitur ſub ſcandolo, vel incipitur ligari appellare poteſt, & appellatio ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis, niſi appellatio ſit friuola, & iniuſta; licet enim iudicare an appellatio ſit legitima, & admittenda ſpectet ad Iudicem ad quem, iudicare tamen an ſit deferendum appellationi ſpectat ad Iudicem à quo; quia ſi appellatio manifeſte, certe, & notorie ſit friuola illam poteſt reiicere, & ad vlteriora procedere. In dubio verò debet appellationi deferre. Francus *in cap. à Iudice numer.* 5. *de appellat.* Lancellott. *de attent. cap.* 12. *num.* 48. Farinaccius. *quæſt.* 38. *num.* 30. Sed vbi manifeſtum ſit in proceſſu adeſſe indicia legitima ad torquendum, manifeſtum erit appellationem eſſe friuolam. Farinaccius *qu.* 38. *num.* 28.

38. Septimò non eſt Reus torquendus tempore comeſſionis, nec immediatè poſt, & niſi expectatis 8. 9. vel 10. horis ne conturbato ſtomaco vomat, & vomendo periatur. Farinac. *num.* 32. Octauò aduerti debet, quod non omnes Rei æqualiter ſunt torquendi, ſed alij grauiùs, alij mitiùs, attenta qualitate perſonæ, delicti, & indiciorum; cum enim ſint plures gradus torturæ primus, ſcilicet, leuiſſimus, qui eſt potiùs territio, quando Iudex iubet Reum ſpoliari, ligari, funi applicari, & in ordine poni, vt non deficiat niſi eleuatio. Hoc verò vtitur Iudex, quando indicia ſunt leuia, & non ſufficientia ad plenam torturam, vel cum Rei ſunt debiles, timidi, puſillanimes, & delicati, hoc enim torturæ modo ſæpiſſimè huiuſmodi perſonæ fatentur delicta, hac territione grauiter huiuſmodi perſonas torquente. Secundus gradus eſt, quando Reus eleuatur, & modico tempore detinetur, videlicet, per vnam Aue Maria, vel Pater noſter, vel ad ſummum vnum Miſerere ſine vlla ſquaſſatione. Et ideo hæc eſt leuis tortura, qua Iudex vtitur, quando indicia ſunt quidem probata non tamen ita propinqua, & vrgentia, vt ad pleniorem torturam deueniri poſſit. Tertius gradus ſit, quando Iudex Reum eleuat, detinet per duo miſerere, vel paulò poſt abſque tamen ſquaſſatione. Et hoc gradu torturæ vtitur Iudex, quando indicia ſunt plena, & plene probata, ſed vel delictum non eſt atrox, ſed leue, vel perſona eſt nobilis, vel alias honeſtæ familiæ, & bone conditionis & famæ. Quartus gradus ſit, quando Reus diutiùs detinetur eleuatus, vt per tertiam partem horæ, vel dimidiam, vel duas tertias partes, vel horam integram cum vno, vel pluribus ictibus funis, vel ſquaſſationibus, & ad hunc torturæ gradum Iudex deuenire non debet, niſi indicia ſint vrgentia, & plene probata, & Reus ſit robuſtus, & ſuſpectiſſimus, & delictum ſit atrox, & ſcandoloſum, vt furtum magnæ rei, vel lanæ turpe ſacrilegium, Sacrorum abuſus, homicidium graue, falſitas literarum Apoſtolicarum, & ſimilia. Quintus gradus eſt, quando Reo ſuſpecto, & pertinaciter negante, & torturam parui pendente Iudex iubet vltra ictus, & ſquaſſationes pedibus eius ligari vel compedes ferreos, vel aliud pondus. Et ad hanc torturam, quæ ſeuiſſima eſt, qua membra diſſoluuntur, & aliquando à corpore euelluntur, Iudex veì non debet, niſi delicta ſint atrociſſima, vt puta hæreſis, leſæ Maieſtatis euerſiatis ſtatus, ingentis aſſaſſinij, enormiſſimi homicidij alicuius ſacræ perſonæ videlicet, Cardinalis, vel alterius magni Principis, vel contra maleficum, aut machinantem, vel alium ſimilem delinquentem, & indicia ſint valde vrgentia, & plene probata. De quibus videantur. Clarus §. *final. qu.* 64. Cartar. *in praxi lib.* 4. *cap.* 1. & alijs, quos refert Farinacc. *qu.* 38. *num.* 40. *& ſeqq.*

39. Nono attendi debet, quod nedum ſeruandus eſt modus torturę, ſed etiam tempus illius. Non enim Iudex immoderate Reum torquere debet, & ſemper potiùs in mitiorem partem debet declinari, ſed in quinto gradu torturæ, ad ſummum tortura debetur per horam, vel paulò plus. Et in Bulla 18. Pauli 3. vix conceditur torturam dari per horam. Pariter in delictis atrociſſimis, & in quarto & quinto gradu torturę vbi indicia ſunt plura, & vrgentiſſima, & Reus robuſtus vltra tempus torturę Reus afficitur aliquo ictu funis, vel ſquaſſatione, quæ etiam eſt minus periculoſa quam ictus. Et ideo eſt infrequentiori vſu. Tormentum tamen Vigilię vbi eſt in vſu durat per plures hores.

40. Decimo quantum ad ſpeciem torturę hoc conſiderandum, quod Iudex non poteſt etiam in atrociſſimis delictis noua tormentorum genera inuenire & adhibere; ſed vti debet ſolitis, & conſuetis tormentis, quæ ſolent in ſimilibus delictis adhiberi ex Bald. in *l.* 1. *in fine num.* 4. *C. de emend. ſerui*. Et ſi Iudex vtatur inſolito tormento, & Reus moriatur, Iudex facit litem ſuam, & vt homicida morte puniri debet, vt aduertit Farinacc. *qu.* 38. *num.* 56. Ideo illicitum eſt Iudici vti tormento, quod dicitur polletri, quo ſcinduntur carnes ipſius Rei, *l.* 1. *C. de emend ſeru.* Tormenta verò ſolita ſunt tormentum funis, quod eſt frequentius, & in Iure vocatur ſedicola; *l. Decuriones l. de queſ.* Et quod tormentum aliquando datur vna tantum manu ligata, ſi adſit in alia aliquod impedimentum, & in atrociſſimis delictis aliquando datur aqua frigida in dorſo efuſa, vel etiam compedes ferreos ponendo in pedibus, vel apponendo aliquod intra pedes, ne poſſit illos iungere, vel poſitum à tortura poſtquam videtur refrigeratus, iterum Iudex iubet illum eleuari.

41. Alud eſt tormentum, quod dicitur Staoghetti, vel taxillorum, quo Iudices vtuntur in ſubſidium, quando tortura funis ob aliquod impedimentum non poteſt adhiberi.

Tertium eſt tormentum ſibillorum, quo Iudices vtuntur cum pueris & mulieribus, & in leuibus cauſis. Quartum eſt tormentum ignis, quod vbi eſt in vſu tormentum vigiliæ iam in diſſuetudinem abijt. Quintum eſt tormentum vigiliæ, quod eſt inſupportabile, tum ratione temporis, durat enim per plures horas, tum ratione imminentis cruciatus & doloris, & ideo non eſt in vſu niſi in atrociſſimis delictis leſæ Maieſtatis, aſſaſſinij, ſtratarum latronibus, bannitis, & his ſimilibus, & cum indicia ſunt vrgentiſſima. De quibus tormenti ſpeciebus videantur Doctores, quos refert Farinacc. *quæſt.34. num.63. & ſeqq.*

42. Vndecimo quantum ad repetitionem torturæ aduertendum, quod vbi indicia ad torturam ſunt vrgentiſſima, ſi tunc per vnicam torturam erant quidem ſufficientia, ſed non plus, tunc ſufficienter tortus pro vna vice non poteſt amplius torqueri, niſi adueniant noua indicia euidentiora & firmiora, & alterius generis, & talia, quæ de ſe ſufficiant ad torturam. Et confeſſio aliter extorta non eſt valida, nec nocet confitenti. Sed & in primo caſu eſto indicia ſint vrgentia, non debet Reus ſæpius torqueri niſi ſit robuſtus. Et è contra quia arbitrarium eſt Iudici torturam diuidere etiam ex eiſdem indicijs, vt ſi Reus torquendus ſit per horam, prius torqueat illum per quadrantem horæ, & poſtea tres quadrantes; in hac diuiſione hæc regula ſeruanda, vt Iudex incipiat à parte torturæ leuioris. Clar. *quæſt.64.* Menoch. *de arbitr. caſ.272.* Farinacc. *quæſt.38. num.55.* Guazz. *defenſ.30. cap.23. num.6.* & ſic ſi Iudex Reum prius inſufficienter, & nimis leuiter torſit, poteſt illum iterum torquere, vt ſi Reus mereatur torqueri per mediam horam, & prius fuit tortus per ſpatium vnius Auè Mariæ poteſt iterum torqueri vſque ad mediam horam. Eſt verò arbitrarium Iudici iudicare, an Reus fuit ſufficienter tortus, an verò ſecus, & an indicia ſint, vel non ſint multum vrgentia, & in iſto caſu Iudex conſiderabit qualitatem & robuſtitatem torti, qualitatem delicti, & tormentorum, & indiciorum; ſed & hoc arbitrium debet regulari per leges, & non ex ceruice Iudicis. Et non ſe extendit niſi ad Caſus in iure expreſſos, ſic licet, ſi Reus non fuit ſufficienter tortus, vel quando indicia erunt multum vrgentia, prudentiæ verò Iudicis eſt videre an verè Reus fuit ſufficienter tortus, vel indicia ſint leuia, vel valde vrgentia, vbi tamen noua conſurgunt indicia validiora primis, & diuerſi generis, & de ſe ſufficientia ad torturam poteſt ſemper repeti tortura.

43. Aduertendum verò, quod vbi contra Reum ſunt plura, & diuerſa indicia ſufficientia ad torturam, non poteſt Iudex multiplicare torturam pro quolibet illorum, ſed omnia ſimul ſunt volenda, & pro illis vna tortura inferenda. Nec valet proteſtatio Iudicis dicentis ſe velle torquere Reum ſuper vno iudicio Caſt. Marſ. & alij quos ſequitur Guaz. *conſ.30.c.25.*

44. Si verò Reus nolit ratificare confeſſionem à ſe factam in tortura poteſt iterum torqueri, ſed cum diſcrimine. Nam vel in ſecunda tortura non confitetur, ſed perſiſtit in negatiua. Et in hoc caſu non poteſt amplius torqueri, ſi prius fuit ſufficienter tortus, aut ſi non adueniunt alia indicia ſatiora iuxta *dict. num.42.* ſed non ratificatio eliditur per ſecundam torturam, in qua ſi perſiſtit in reuocatione prioris confeſſionis, iam non poteſt ex non ratificatione amplius torqueri. Sed ſi in ſecunda tortura iterum confitetur, & poſtea non vult ratificare confeſſionem, tertio torquetur, ſed ſi in tertia tortura perſiſtat in negatione, non poteſt amplius quarta vice torqueri. Et ideo aduertat Iudex, quod etiam ſi indicia ſint vrgentiſſima, non poteſt Reum torquere vltra tres vices, quia hoc communiter à Doctoribus eſt reprobatum, vt videre eſt apud Farinacc. *quæſt.38. num 205.* Imò Reus ſemper negans ex eo ſolum, quod indicia ſint vrgentiſſima non ſolet, nec poteſt torqueri, niſi ſecunda vice, vt ſubdit Farinacc. *num. 106.* quod ſi Reus ideo nolit ratificare confeſſionem, quia dicat illam fuiſſe erroneam, & paratus eſt probare errorem, non poteſt iterum torqueri ex non ratificata confeſſione, ſed *datur illi* tempus, & facultas probandi errorem, & *interim* ſuperſedetur. Quando autem ſit repetenda tortura aduertat Iudex, id fieri non poſſe eadem die, ſed in diebus ſeparatis, & interpollatis. Item ſecundo aduertat, quod in decreto depoſitionis Rei à tormento proteſtetur illud fieri ſine præiudicio vlterioris repetitionis torturæ in caſu, in quo liceat illam repetere, vt monet Farinacc. *num. 103. & 504.* & ſimilia habet Guazz. *defenſ.30. cap.24.*

45. Quod verò tortura non ſit repetenda intelligitur nedum ab eodem Iudice, ſed à diuerſo, vt puta à ſucceſſore, aut ſubrogato. Imo ſi prima tortura illata fuit à Iudice incompetente haberi debere in conſideratione, vt non poſſit Reum torqueri pro tempore, & quantitate pro quibus fuit tortus voluerunt Marſil. Pac. Caual. quos ſequitur Guazz. *defenſ.30. cap.26. num.1.* Vbi *num.20.* quod nouus Iudex ex diuerſa cauſa poteſt Reum torquere, ſic tamen quod prioris torturę habeat conſiderationem, vt ſaltem ex æquitate mitius illum ſecundo torqueat.

46. Duodecimo aduertat Iudex, Iudices timentes Reum non torquere in die feriato iuncta text. in *l. nemo C. de Epiſ. aud. & in l. Prouinciarum, & in l. Actus C. de ferijs* Clar. *§. fin. qu.64.* Farinac. *quæſt.38. nu. 102.* Decimotertio aduerti debet, quod non omnis Iudex, ſed ſolum ille, qui habet merum & mixtum Imperium poteſt torquere *l. Imperium, ff. de Iuriſdict. omn. Iudicum, & l. Doctores C. de ſen. Ciuit.* & ſic locumtenens poteſtatis, & Aſſeſſor non poſſunt torquere. Farinac. *qu.38. nu.100.* Decimoquarto conſideretur, quod præſumptiones & indicia per præſumptiones & indicia

contra

contraria eliduntur. Et ideo quantumuis indicia contra Reum ſint vrgentia, ſi adſunt ſimul indicia innocentiæ Rei ſemper præferenda eſt præſumptio excluſiua delicti. Et ideo non poteſt deueniri ad torturam, niſi indicia delicti valde ſuperent indicia innocentiæ Rei; & ita quod etiam ſi indicia innocentiæ Rei, ſint in aliquo inferiora, & debiliora non poſſit Reus torqueri, Maſcard. *de prob. l.3. concluſ.1224. num.3* Menoch. *de præſumpt. l.1. qu.30.* Farinac. *quæſt.38 num.112.*

47. Quinto decimo attendi debet, quod vbi proceditur per viam accuſationis Reo petente, quod Accuſator iuret de calumnia, non poteſt ille torqueri, niſi Accuſator de calumnia iurauerit Guazz. *defenſ.30. cap.4. num.18.* Et vbi proceditur per hanc viam accuſationis non poſſe Reum torqueri, niſi Accuſator id petierit, & iurauerit, ſe non habere alias probationes. Marſil. *in pract. Crimin vere nunc videam*: ſed praxis eſt in contrarium nimirum, vt Accuſator non inſtet, & petat Reum torqueri Clar. *quæſt.64. Tuſc. lett. concluſ.326 n.1.* Guazz *dict. cap.4. num.19.* Cum tamen alias ſit certum Reum non poſſe torqueri, niſi in defectu aliarum probationum. Sexto decimo minor præſens ſine præſentia Curatoris non poteſt torqueri, ſi ſit maior 14. annis, ac ſi torqueatur confeſſio eius eſt nulla; Clar. *qu.60. n.1.* ſed vt idem Clar. aduertit, neque hoc de conſuetudine ſeruatur, vnde in hoc conſuetudo Tribunalium ſeruanda erit. Guazzin. *dict. cap.4, num 21.* ſufficit verò ſi Curator adſit proceſſui, & decreto torturæ nec eſt neceſſe, quod ſit præſens torturæ, ſeu dum poſt torturam minor tortus ducitur ad ratificandum. Decimo ſeptimo aduertat Iudex, ne Reum torqueat, ſi indicia fiſci, quamuis grauia fuerint eliſa per indicia Rei. Farinac. *qu.38, num.110.* Et ſufficit, quod ex hoc probatio fiſci reddatur dubia, vt explicatum eſt. Et ita quod ſufficeret ſi vulneratus diceret ſe fuiſſe vulneratum ab alio, & non à Reo præſumpto Guazz. *defenſ.30. cap.4. num.13.*

48. Decimo octauo quando plures Rei torquendi ſunt ex eodem delicto, non propterea omnes eodem modo torquendi ſunt, ſed quilibet illorum ſpectatis indicijs, ætate, robore infirmitate, & qualitate, grauius, vel mitius torqueri debet. Clar. *quæſt.64.* Et ita quod Aduocatus inſtare poteſt, vt Reus exhibeatur, vt videatur iudicio peritorum, an ſit debilis, vel firmæ complexionis, niſi aliunde de illius qualitate conſtet. Guazz. *dict. cap.4. num.14.* Nam aliàs ſi Reus eſſet debilitatus aliquo membro, vt ſi paſſus fuiſſet vulnus in pectore, vel ſi exundationem venæ pateretur, vel difficultatem anhelitus, vel laboraret morbo Gallico, aut ruptura, vel ernia, vel quid ſimile haberet, non poſſet torqueri, & confeſſio eius in tortura eſſet nulla. Guazz. *dict. cap.4. num.15.* Farinacc. *qu 81. num.33.*

49. Decimo nono non poteſt torqueri Reus pro manifeſtando corpore delicti cum de hoc conſtare debeat ante torturam. Vigeſimo licet ante torturam Aduocati Rei audiendi ſint, non tamen debent eſſe præſentes torturæ, ſicut nec de Iure deberet eſſe præſens Procurator fiſcalis, quamuis de facto in multis Curijs admittatur. Guazz. *dict. cap.4. num.27.* Et tandem non debet Reus diebus feriatis in honorem Dei torqueri, niſi in grauibus delictis, licet male conſuetudine aliud obſeruetur. Clar. *quæſt.64.* Farinacc. *quæſt.38. num.87.* Guaz. *dict. cap.4. num.29.*

SVMMARIVM.

50 *Indicia non indubitata purgantur per torturam.*
Conuictus non debet torqueri. Ibid.
51 *Tortura conuicti dupliciter conſideratur.*
52 *Exponuntur caſus in quibus Reus ſuper veritate, & delictis interrogatur.*
53 *Conuictus poteſt interrogari ſuper qualitate aggrauante delictum.*
54 *Tortura quæ datur ſuper qualitatibus delicti debet eſſe moderata.*
55 *Si Reus ſuſtinuerit torturam, non poterit amplius puniri ſuper principali delicto.*

ARTICVLVS III.

Tortura qualiter dari, vel non dari poſſit conuicto.

50. PEr torturam purgari indicia non indubitata, & non facientia plenam probationem delicti eſt prorſus indubitatum *l. edict. ff. de quæſt.* Sed cum tortura ſit remedium ſubſidiarium, quod habet locum, quando veritas aliter haberi non poteſt *l. edict. & l. Diuus Pius, ff. de quæſt.* Ideo, vbi delictum eſt plene probatum, & Reus eſt conuictus Iudicem non debere torquere Reum quam plures aſſeruerunt, & quod communiter ſentiunt DD. eſt, quod tortura purgat etiam plures probationes, & propterea conuictus non debet torqueri, vt per DD. quos refert Farinac. *quæſt.40. nu.6. & ſeqq.* vbi *n.10.* quod multo verius eſt, quod Iudex non poſſit torquere conuictum, vt ſi fateatur, tollatur ei facultas appellandi, & quod periti Iudices id non faciunt.

51. Si tamen Reus conuictus torqueatur diſtingui debet; nam vel Reus eſt perfectè conuictus per plenas probationes delicti, & tunc ſi tortus non fateatur delictum, euadit quidem pœnam ordinariam, ita quod ſi crimen ſit capitale poſſit Reus puniri pœna extraordinaria, etiam corporali, vel pœna triremium etiam perpetua, vt communiter Doctores tenent; ſed ſi Reus non ſit conuictus per plenas probationes, ſed conuictus per indicia vrgentia, & indubitata, ſi talis Reus tortus perſtiterit in negatiua, non poterit damnari in pœnam corporalem extraordinariam, ſed ſolum in pœnam exilij, aut pecuniariam, vel aliam ſimilem; ſi

enim

Google

enim ex indicijs,& præſumptionibus Reus non tortus, & non confeſſus non poteſt damnari, niſi in pœnam extraordinariam, hæc pœna longe minor eſſe debet, ſi Reus tortus perſiſtit in negatiua, vt probat Farinacc. *quaſt.*40. *n.*15. Guazz. *defenſ.*30. *cap.*9. *num.*11. Ideo ſaltem nonniſi valde minori pœna puniri poteſt.

52. In caſibus etiam in quibus Reus legitimè poteſt interrogari ſuper vlteriori veritate, vt ſuper alijs delictis, vel qualitatibus aggrauantibus delictum, vel ſuper ſocijs criminis, poteſt Reus torqueri cum proteſtatione ſine præiudicio confeſſatorum, & probatorum, quia tunc non interrogatur de delictis, quæ Reus vel fuit confeſſus, vel de quibus fuit conuictus, & tunc illa poteſtatio operatur, quod Reus pro delictis confeſſis poſſit damnari in pœnam ordinariam: verum ſi ſumus in caſu, in quo Iudex legitimè non poteſt interrogare Reum, vel de conſocijs, vel ſuper alijs delictis, aut ſuper qualitatibus aggrauantibus, vt puta quia nullum de illis eſt indicium, tortura ſuffragabitur torto ſuper negotio principali Cler. *quaſt.*64. Farinac. *quaſt.*40. *num.*26. Guazz. *dict. cap.*9. *nu.*1. Sed aduertendum etiam quod proteſtatio erit contraria facto, & non iuuabit, ſi Reus in tortura interrogetur de ijs, de quibus ſupponitur conuictus, vel ſi interrogetur de qualitatibus annexis delicto principali, quia hoc modo videtur, quod Iudex interroget de delicto principali. Guazzin. *defenſ.*30. *cap.*9. *num.*9.

53. Sed hoc habet difficultatem, & ad ſummum verificari poterit de qualitatibus neceſſario, & per ſe annexis delicto. Nam alias conuictus de delicto torqueri poteſt ſuper qualitate aggrauante delictum. Idem dicendum etiam, ſi non interrogetur in ſcriptis, ſed oretenus, & Notarius non ſcribit interrogationem, & ſi Notario non ſpecificante interrogatorium dicat, ad opportunum Domini interrogationem reſpondit, &c. Reus reſpondeat de delicto principali, de quo ſupponitur conuictus. Tunc enim reſponſio præſumitur conformis interrogationi, & quod Reus de eo principali delicto fuerit interrogatus. Et ideo modus iſte interrogandi in tortura eſt plenus imperitiæ, & periculi, & omnino vitandus. Et pariter ſi Iudice monente Reum, vt dicat veritatem, ille reſpondeat ſuper principali delicto, & illud neget præſumitur de illo interrogatus. Farinac. *quaſt.*40. *num.*25. Guazz. *dict. cap.*9. *num.*10.

54. Et ideo Iudex hæc debet aduertere, ne erret; ſicut & aduertere debet, quod tortura, quæ datur ſuper alijs delictis, qualitatibus delicti, vel ſocijs criminis delicti debet eſſe moderata, nec excedere dimidiam horam. Quod ſi Iudex immoderatam torturam adhibeat, & Reus perſiſtat in negatiua delicti principalis, hoc illum iuuabit. Farinac. *quaſt.*40. *num.*28. Guazz. *dict. cap.*9. *num.*10. Ad hoc verò vt Reo detur tortura legitima cum proteſtatione, vel de alijs delictis, vel de qualitatibus principalis delicti, & ſocijs criminis, debet eſſe de principali delicto, vel confeſſus, vel plene conuictus, vel damnatus *l. qui vltimo. ff. de pœnis*. Aliter proteſtatio non iuuabit, & proficiet Fiſco Guazz. *dict. cap.*9. *in fine.*

55. Et amplius aduertendum, quod ſi Reus confeſſus interrogetur de delicto principali, & reuocet confeſſionem, præmiſſa proteſtatio ſeruiet de vento, & Reus iterum ſuper delicto principali torquendus erit, & ſi ſuſtinuerit non poterit puniri pœna confeſſi Criminis. E contra verò ſi præmiſſa proteſtatione Reus non interrogatus de delicto, vel reuocauerit confeſſionem, vel negauerit delictum puniendus erit pœna, vel delicti confeſſi, vel debita conuicto de delicto. Guazz. *d. cap.*9. *nu.*4. Sed Iudex in hoc caſu non debet admittere Reſponſionem ſuper delicto principali, ſed ea non attenta perſiſtere, inſiſtendo in interrogatione de illis, pro quibus illum torquet, cum proteſtatione ſine præiudicio.

SVMMARIVM.

56 *Omnis perſona præciſo priuilegio, & de iure poteſt torqueri.*
57 *Non qualibet indicia ſufficiunt ad torquendum Clericum.*
58 *Minor 14. annis tormento funis torqueri nequit.*
56 *Senes ſeptuaginta annorum non ſunt torquendi.*
60 *Milites torquentur iuxta conſuetudinem tribunalium.*
61 *Doctores & Aduocati torqueri poſſunt præcedentibus indicijs.*
62 *Decurionum filij & Nepotes poſſunt torqueri.*
63 *Nobiles ex indicijs poſſunt torqueri.*
64 *Mulier pregnans nequit torqueri.*
65 *Vir vtilis Reipublicæ ſub dubio eſt an poſſit torqueri.*
66 *Surdus & mutus non poſſunt torqueri.*
67 *Epiſcopi licet non torqueantur; damnantur ſi indicia ſint grauia.*
68 *Infirmi quando eminet periculum vitæ non poſſunt torqueri.*
69 *Iudex torquens in caſu, quo non poteſt, debet puniri.*
70 *Perſonæ priuilegiatæ poſſunt torqueri in pluribus delictis.*
71 *In caſibus exceptis licet Reus poſſit torqueri, non tamen ſi eſt periculum vitæ.*
72 *Perſonas priuilegiatas poſſe torqueri cum diſtinctione admittitur.*
73 *Conſulto Principe perſonæ priuilegiatæ poſſunt torqueri, niſi in caſu quo tortura repugnat iuri naturæ.*
74 *Qui non poteſt torqueri, poteſt puniri pœna pecuniaria.*

ARTI-

ARTICVLVS IV.

Quæ perſonæ poſſint, aut non poſſint torqueri.

56. PRæciſo Priuilegio, & Iure ſpeciali nulla eſt perſona contra quam poſſit procedi, & non poſſit concurrentibus alijs requiſitis torqueri; Ideo reſtat ſolum videre, quæ ſint perſonæ, quæ ex iure ſpeciali torqueri non poſſunt.

Clerici.

57. Eſt verò difficultas an Clerici & Religioſi, & præcipuè Sacerdotes torqueri poſſint. Hoc enim negarunt plures apud Farinaccium. *qu*.41. *num*.4. Alij verò diſtinguentes voluerunt eos non poſſe torqueri etiam præcedentibus indicijs niſi inſuper de delicto ſiut diffamati apud eundem Farinacc. *quæſt*.5. ſed communis ſententia praxi etiam confirmata vult, quod licet quia Clericatus Ordo, & Sacerdotij dignitas habeant pro ſe præſumptionem iuris excluſiuam delicti; ideo ad Clericum, & præcipuè Secerdotem torquendum non ſufficiant qualibet indicia, quæ ſufficiunt ad Laicum torquendum, ſed requirantur maiora, & magis vrgentia, tamen præcedentibus proportionaris indicijs torqueri poſſunt, etiam diffamatione non præcedente. Simanc. *de haret. tit*.55. *n*.48. Clar. *in* §. *finali qu*.64. *verſ. Sed an Cleric*. Maſcard. *de probat. l*.1. *in prim. quæſt*.19. *num*.48. *& l*.3. *concluſ*.1221. *num*.6. Farinacc. *quæſt*.41. *nu*.9. Et ſtantibus indicijs proportionatis non ſunt leuius torquendi, quam Laici, quia imò in contrarium vrget, quod Clericorum delicta ſunt grauiora, & magis punibilia *l. Præsbiter C. de Epiſt. & Clericis cap. Præsbiter* 5. *quæſt. vltima*, Farinacc. *quæſt*. 41. *num*.12. Non eſt verò neceſſe, quod Clerici torqueantur à Miniſtris Clericis, ſed à Laicis executoribus torqueri poſſunt, vt praxis ſeruat, de qua teſtantur. Diaz. Simanc. apud Clarum. *quæſt*.64. *verſ. hic quæro*, Scacc. *de Iudic. lib*. 1. *cap*.10. *num*.4. Farinacc. *quæſt*.41. *num*.15.

58. Religioſi verò torquendi ſunt tortura illis proportionata, quod colligitur ex *cap*.1. *de depoſ. & cap. illi qui quæſt*.5. *& cap*.1. 23. *qu*.5. *& cap. vniuerſitatis, de ſent. excom*. Hæc verò tortura fieri debet regulariter per media illis proportionata, quæ ſunt arctior cuſtodia, ieiunia in pane & aqua, & alia ſimilia, & etiam flagellatio non tamen per Laicum; ſed tamen aliquando torqueri poſſunt ad inſtar ſæcularium per violentas actiones, ſed tamen tunc torqueri poſſunt etiam per miniſtros Laicos, qui in his ſunt experti. Videantur Sanchez *l*.6. *cap*.8. *dub*.2. *&* 5. & alij, quos refert Card. de Lugo. *diſp*.37. *num*.170.

Minor.

59: Minor ſi ſit maior 14. annis torqueri poteſt, ſed tamen ſolum leuiter, & attenta qualitate perſonæ, & ætatis. Sed ſi ſit impubes, & minor 14. annis tormento funis, aut alio ita graui, vel grauiori torqueri non poteſt *l. de minori, ff. de quæſt. & l*.2. §. *impubere, ff. ad ſill. & l. ex lib*. §.1. *ff. de quæſt*. Quod & ita ſeruari debet, vt nedum non poſſit eleuari in tortura funis, ſed nec ligari eadem fune. Farinac. *quæſt*.41. *num*.19. Poſſunt tamen terreri ferula, & torqueri tormento ſibillorum, vel alio leuiori tormentorum genere *lib*.1. §. *impubere, ff. ad ſill*. & hoc eſt verum etiam ſi impuberes torqueri debeant vt teſtes, ſolum enim præfatis leuioribus tormentis torqueri poſſunt. Farinacc. *qu*.41. *num*.47. Infantes verò ſeptimo minores, nec torqueri aliquo modo, nec terreri poſſunt.

Senes.

60. Senes vel ſunt decrepiti, ideſt ſeptuaginta annorum, & iſti torqueri non poſſunt tortura graui *l. ſi quis in graui* §. *ignoſcitur ff. ad ſill*. & communiter DD. quod verificatur etiam ſi ſenex decrepitus videatur robuſtus Clar. *q*.64. Farinac. *qu*.41. *num*.28. Et licet aliqui voluerint hunc ſenem decrepitum poſſe leuiter torqueri, vt per vnum miſerere, addunt tamen bene hos ſenes non eſſe ſubijciendos tormento, quia homines ad hanc ætatem peruenientes nimis languentes ſunt corpore, ideo iſti ſenes terreri quidem poſſunt, & ſicut pueri impuberes ferula cœdi, aut alio ſimili leuiori tormento torqueri. Et omnium Doctorum mens eſt, quod ſi decrepitus fateatur in tortura ſibi iniuſte data, confeſſio illi non noceat; ſi verò ſenex non eſt ſeptuagenarius, & decrepitus, ſed tamen eſt ſexagenarius toqueri poterit, ſi ſit robuſtus, ſecus verò ſit valetudinarius, aut debilis complexionis, quod arbitrio Iudicis relinquitur. Menoch. *de arbitr. lib*.2. *caſ. ſeq. n*.11. Clar. *quæſt*.64. & ibi Baiard. Farinacc. *quæſt*.41. *num*.21.

Milites.

61. Spectata *l. milites C. de quæſt*. Milites torqueri non poſſunt, ſed de facto & Conſuetudine milites quilibet etiam præfecti, & duces torquentur abſque vlla prærogatiua, Farinac. *qu*.41 *num*.36. Et ideo in his ſtandum eſt conſuetudini tribunalium.

Doctores, & Aduocati.

62. Hos quoque non poſſe torqueri dicitur, etiam quod non ſint Collegiales. Sed ſimplices DD. aut Aduocati, & actu non legant, aut officio Aduocatus non fungantur, ſed quidquid ſit de Iure antiquo, nunc de facto & praxi iſti Doctores, & Aduocati torquentur præcedentibus indicijs. Et ita ſtandum conſuetudini tribunalium, vt per Doctores quos ſequitur Farinacc. *qu*.41. *num*.56.

Decuriones, & eorum filij & nepotes.

63. Ex *l. finali C. de Decurionibus l. eo & Diuo Marc. C. de quæſt. & L. Decuriones C. de quæſt. torqueri non poſſunt Decuriones Ciuitatum,*

eorum-

Digitized by Google

eorumque filij & nepotes. Sed hoc priuilegium in diſſuetudinem abijt, & huiuſmodi torquentur, ſi adſint indicia. Farinacc. *qu.*41. *num.*67. plures alios referens.

Illuſtriſs. & Clariſſimi, & Nobiles,

64. Pariter ex *l. nullis C. de leg. Iul: Maieſt. & ex l. ſeuerum C. de dignit.* illi qui ob dignitatem dici poſſunt Illuſtriſſimi, aut Clariſſimi, ſeu exiſtentes in aliquo magno Magiſtratu torqueri non poſſunt, ex *l. Diuo Mares C. de quaeſt.* Sed ſola Nobilitas generis, ſaltem ex praxi non facit, quod Nobilis non poſſit torqueri, quamuis quia nobiles habent pro ſe præſumptionem Iuris delicti excluſiuam, grauiora indicia requirantur ad eos torquendos. Farinacc. *dict. qu.*41. *num.*77.

Mulier prægnans,

65. In dubio Mulieri dicenti ſe eſſe prægnantem non creditur, ſed conſuluntur obſtetrices, & Medici. An verò, & quomodo ſtandum ſit dicto obſtetricis, & Medici oſtendit Maſcard. *de probat. l* 3. *concluſ.*1125. Cæterum indubitatum eſt Mulierem prægnantem non poſſe torqueri *l. prægnantis ff. de pœnis*, & ſufficit, quod prægnantia conſideratis conſiderandis ſit dubia, & ſiue mulier ſit grauida decem, vel viginti dierum, vel cuiuſcumque temporis, & idem dicendum de ea, quæ peperit intra 40. dies poſt partum. Clar. *quaeſt.*64. *verſ. quæro modo*, vbi hoc extendit ad mulierem lactantem quando nulla alia reperitur nutrix Farinacc. *quæſt*40. *num.*81. vbi *num.*84. hoc extendit, vt mulier prægnans, nec poſſit terreri, quia & ex hoc terrore poſſit ſequi abortus.

Vtilis Reipublicæ,

66. Virum vtilem Reipublicæ non poſſe torqueri *arg. l. ad Bertices ff. de pœnis ſenſerunt*. Pariſ. de Put. Roman. Marſil. Carrer. Cæſen. Corrad. apud Farinacc. *qu.*40. *num.*88. qui de hoc aſſerto merito dubitat, niſi eſſemus in caſu periculi mortis, vel debilitationis in aliquo membro, aut inutilitatis.

Surdus & mutus.

67. Surdus & mutus cum non poſſit damnari ex propria confeſſione, etiam ſignis declarata, inutiliter torqueretur pro habenda eius confeſſione, & ideo torqueri non debet. Farinacc. *qu.*41. *num.*89. plures alios referens.

Epiſcopus.

63. Epiſcopatus cum ſit culmen dignitatum, ideo Epiſcopi non torquentur, ſed vbi indicia grauia ſunt, & ad torturam ſufficientia, damnatur in pœnam extraordinariam Gomes. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.*13. *rubric. de tortura Reorum num.*28. Farinacc. *quaeſt.*41. *num.*92. Sed valde durum eſt, quod quis ex ſolis indicijs ad torturam poſſit damnari ad pœnam aliquam grauem, vt probatur infra *quaeſt.*29. *art.* 2. Et ideo in hoc caſu, ſi Epiſcopus non eſt torquendus tortura funis, vel alia ſimili tortura aliqua dignitati proportionata torqueri poteſt.

Infirmus & Valetudinarius.

69. Quoniam tortura talis eſſe debet, vt Reus ſaluus innocentiæ, vel ſupplicio ſeruetur, ideo infirmi & valetudinarij, vbi ex tortura immineat periculum vitæ, ſeu corporis torqueri non poſſunt, In hoc verò in dubio ſtandum eſt iudicio Medicorum, ſed ſi conſultis Medicis adhuc remaneat dubium, an adſit periculum vitæ, & corporis, non habet locum tortura. Præfata verò ſic ſunt obſeruanda, quod confeſſio extorta in caſu, in quo præfatæ perſonæ non poterant iuſte torqueri, non ſit valida, nec noceat confitenti, etiam ſi fuerit ratificata, vt communiter Doctores tradunt, quorum plures refert Farinac. *qu.*41. *num.*95. Guaz. *defenſ.*30. *cap.*. 8. *num.* 1.

70. Et Iudex torquens perſonam in caſu, in quo non poteſt torqueri, punitur ad arbitrium, attenta facti & perſonæ qualitate, & pœna capitis contenta, in *l. Decuriones C. de quæſt.* non intelligitur de maxima pœna capitis, *& in l. omnes Iudices C. de Decurion. l.* 10. *hoc delictum pœna pecuniaria punitur*. Gomez. *non reſ.* §. 3. *cap.*13. *n.*6. Farinac. *qu.*41. *nu.*98. vbi *nu.*99. Quod Iudici volenti torquere aliquem, qui de iure torqueri non debet, poteſt impune reſiſti, *l. omnes Iudices C. de decur. lib.*10.

71. Sunt tamen plura delicta, in quibus perſonæ priuilegiatæ torqueri poſſunt, vt dicuntur ab aliquibus crimen hæriſis læſæ Maieſtatis, falſi beneficij, incantatorum, priuati carceris, proditionis, ſimoniæ, iugentis, aſſaſſinij, homicidij ſacræ perſonæ, vel magni Principis, Mathematicorum, baractariæ, & in his ſimilibus de quibus DD. quos refert Farin. *qu.*41. *nu.*104. Circa quę aduertendum primo, quod in caſibus, & delictis expreſſè in iure exceptis procul dubio verum eſt, quod priuilegiatæ perſonæ poſſunt torqueri, ſed hoc ex ſola ſimilitudine, aut identitate rationis non poteſt extendi ad alia delicta ab illis, quæ in iure excepta ſunt, neque enim rationis adequatæ, & propriæ datur identitas inter v. g. delictum hæreſis, & ſimoniæ, vel aſſaſſinij, cum nullum ex his delictis inferat tantum damnum Eccleſiæ, quantum infert hæreſis, ideo vt verè in ſingulis nominatis delictis poſſit Reus priuelegiatur torqueri inſpici debet, an ſit in iure expreſſum.

72. Et aduertendum 2. quod bene admittitur, quod non obſtante priuilegio, aut dignitate poſſit Reus torqueri in caſibus exceptis; ſed hoc non poteſt verificari in caſibus, in quibus tortura eſt prohibita ratione periculi vitæ, aut corporis, ſicut eſt prohibitum torqueri ſenes decrepitos, infirmos, & pueros impuberes, & mulieres prægnantes, verè enim abſurdum eſt dicere, vt notat Farinac. *qu.*45. *num.*103. quod etiam in caſibus exceptis ſenes decrepiti, infirmi, & impuberes poſſint torqueri, ſicut poſſunt alij. Iſti igitur modo ſupra explicato terreri, vel leuiter torqueri poſſunt, Guazz. *dict. cap.*18. *num.*4.

37. Illos

73. Illos verò, qui non poſſunt torqueri, poſſe terreri plures affirmant, & eſt verum, cum diſtinctione. Nam ſi prohibiti ſunt torqueri propter corporis debilitatem, vt ſunt impuberes, & ſenes poſſunt terreri etiam territione reali, quæ fit per ſpoliationem, & ligamen ad funem ſine eleuatione, vt ex Gomez tradit Farinacc. *qu.*45. *num.*107. ſemper tamen vitari debet periculum vitæ & corporis, ſi ex circumſtantia aliqua continget adeſſe, ſed ſi prohibita ſit tortura intuitu beneficij alterius, vt in prægnantibus accidit iſti terreri nón poſſunt realiter, vt dictum eſt ſupra, ſicut nec realiter terreri poſſunt, qui ratione dignitatis, & priuilegij perſonalis prohibiti ſunt torqueri, ſi priuilegium viget, & non eſt abrogatum lege, aut praxi, quia realis territio non eſt proportionata dignitati perſonæ. Territione tamen leui, & verbali omnes terreri poſſunt. *L. item apud Labeonem* 5. *quæſt. ff. de iniur.* Guazzin. *defenſ.*30. *cap.*18. *num.*5.

74. Conſulto etiam Principe ſupremo qui poſſit priuilegium tollere, vel in *l. diſpenſare* poterunt priuilegiati torqueri *l. nullus. C. ad l. Iuliam Maieſt* quod tamen non procedit in caſu, in quo tortura repugnet iuri naturæ, in qua Princeps non poteſt diſpenſare.

75. Qui verò non poteſt torqueri ſi, de delicto ſit iudiciatus ſufficienter, poterit extraordinariè puniri pœna pecuniaria, vel exilij, vel etiam iuxta indiciorum qualitatem pœna aliqua corporali, & quantitatem perſonæ, & delicti.

SVMMARIVM.

76 *Vbi imponenda eſt pœna corporalis, etiam & tortura imponi poteſt in criminibus atrocibus.*
77 *Vbi eſt imponenda pœna pecuniaria ſolum, an poſſit torqueri lis eſt inter Doctores.*
78 *Reus ex negatione delicti poteſt vitare pœnam ordinariam à iure taxatam pro leui delicto.*
79 *Debet conſiderari an pro delicto ſit impoſita pœna corporalis.*
80 *In cauſa ciuili locum non habet tortura.*
81 *Vbi delictum infert præiudicium, tertio poteſt inſtari, vt delinquens torqueatur.*
82 *In caſu in quo pœna pecuniaria eſt magna tortura debet eſſe leuis, ſi datur.*

ARTICVLVS V.

Ex qua cauſa poſſit Reus torqueri.

76. HOc eſt indubitatum, quod in criminibus atrocibus & capitalibus, in quibus imponenda eſt pœna corporalis, tortura imponi poteſt concurrentibus alijs ad iuſtam torturam neceſſarijs *l. Edictum ff. de quæſt.* Vbi DD. commmuniter.

77 Controuertunt verò valde DD. An in leuibus delictis, pro quibus non eſt imponenda pœna corporalis, ſed pecuniaria, vel ſimilis, poſſit Reus torqueri; negant enim plurimi ex *dict. l. Edictum.* Et quia cum tortura ſit pœna corporalis, & quidem grauiſſima, iam pœna corporali punietur ille, qui tali pœna puniri non debet, ita Gandin. Man. Calon. Carrer. Brun. Iodoc. Conrad. & alij, quos ſequitur & refert Farinacc. *qu.*4. *num* 6 *& ſeqq.* & Guazz. *defenſ.*30. *cap.*3. *num.*30. Delicta verò leuia ex Brun. & Iodoc. putat Farinacc. *num.*7. eſſe trahere aliquem per capillos, proijcere in aliquem lapides, omnia delicta commiſſa ſine dolo, armorum delatio, ite de nocte ſiue lumine, ludere, percutere aliquem pugno, furtum rei paruæ, impingere colaphos, pelſundare aliquem pedibus, conuicia ingerere, iniuriam verbis inferre, & ſimilia. Et ita quod licet delictum ſit tale, vt pro illo ſit impoſita pœna corporalis, ſi tamen ex paruitate materiæ, & circumſtantijs, non ſit puniendum pœna corporali, vt ſi in libello famoſo, quis non afficitur tali iniuria, aut delicto, vt pœnam mortis mereretur, ſed longe leuiori, & non corporali, tunc quia Actor libelli non eſt puniendus pœna corporali, ideo nec poteſt torqueri. Et amplius ita vt ſi ex ſola reiteratione delicti debeatur, pœna corporalis iuxta *leg.* 1. *C. de ſuper exact. l.* 10. *& l. omnes* §. *de latore C. de Collatur eo de lib.* non poſſit Reus torqueri, quia in hoc caſu, quodlibet delictum per ſe conſideratur, & non copulatiuè.

78. Verum contra hanc ſententiam vrget hæc ratio, quod Reus ex ſola negatione delicti, ſine iuris remedio poterit vitare ad libitum pœnam ordinariã à iure pro leui delicto taxatam. Nec militat in contrarium illud argumentum, quod ſi liceret torquere Reum pro crimine leui, pro quo non debetur pœna corporalis, iam contra ius puniretur Reus pœna corporali; quia non omnis tortura eſt pœna, ſed illa ſola, quæ in pœnam delicti irrogatur, ſed tortura quæ datur ad inueſtigandam veritatem, non eſt pœna, ſed eſt iuris remedium inſtitutum ad habendam notitiam veritatis, quæ tunc aliter haberi non poteſt, & quæ merito locum habet tunc, cum Iudex merito præſumit Reum eſſe mendacem, & negare veritatem, ac proinde eſſe falſum, & ſic quatenus hæc tortura eſſet proprie pœna corporalis merito daretur ei, qui præſumitur falſus; ſed verè non eſt pœna, licet malum pœnale inferat, ſed eſt remedium ad inueniendam veritatem inſtitutum. Nec pariter obſtat lex illa *delictum ff. de quæſt.* quia bene interpretari poteſt, vt intelligatur de tortura graui, quæ in leuibus delictis locum non habet. Et ideo, quod etiam in delictis leuibus ſit locus torturæ leui, & maximè in perſonis vilibus, & abiectis, & ita conſuetudine communiter ſeruari docent, *Alb. in d. l. Edictum*, quem refert Clar. *qu.*84 *verſ.* Præterea, & apud Farinac. *qu.*41. *nu.*19. Ghrol. Franc. Bec. Flam. Cart. Ioſeph. Ludouic. Baiard. ad Clar. *qu.*64. *num* 6. *&* 15. Et pro hac ſententia facit *teſt. in l.* 1. *ff. de quæſt. & l. milites* §. *oportet C de*

 quæſt.

eorumque filij & nepotes. Sed hoc priuilegium in diſſuetudinem abijt, & huiuſmodi torquentur, ſi adſint indicia. Farinacc. *qu.*41. *num.*67. plures alios referens.

Illuſtriſs. & Clariſſimi, & Nobiles,

64. Pariter ex *l. nullis C. de leg. Iul: Maieſt. &* ex *l. ſeuerum C. de dignit.* illi qui ob dignitatem dici poſſunt Illuſtriſſimi, aut Clariſſimi, ſeu exiſtentes in aliquo magno Magiſtratu torqueri non poſſunt, ex *l. Diuo Mares C. de quæſt.* Sed ſola Nobilitas generis, ſaltem ex praxi non facit, quod Nobilis non poſſit torqueri, quamuis quia nobiles habent pro ſe præſumptionem Iuris delicti excluſiuam, grauiora indicia requirantur ad eos torquendos. Farinacc. *dict. qu.*41. *num.*77.

Mulier prægnans,

65. In dubio Mulieri dicenti ſe eſſe prægnantem non creditur, ſed conſuluntur obſtetrices, & Medici. An verò, & quomodo ſtandum ſit dicto obſtetricis, & Medici oſtendit Maſcard. *de probat. l* 3. *concluſ.*1125. Cæterum indubitatum eſt Mulierem prægnantem non poſſe torqueri *l. prægnantis ff. de pœnis*, & ſufficit, quod prægnantia conſideratis conſiderandis ſit dubia, & ſiue mulier ſit grauida decem, vel viginti dierum, vel cuiuſcumque temporis, & idem dicendum de ea, quæ peperit intra 40. dies poſt partum. Clar. *quæſt.*64. *verſ. quæro modo*, vbi hoc extendit ad mulierem lactantem quando nulla alia reperitur nutrix Farinacc. *quæſt*40. *num.*81. vbi *num.*84. hoc extendit, vt mulier prægnans, nec poſſit terreri, quia & ex hoc terrore poſſit ſequi abortus.

Vtilis Reipublicæ,

66. Virum vtilem Reipublicæ non poſſe torqueri *arg. l. ad Bertiees ff. de pœnis ſenſerunt*. Pariſ. de Put. Roman. Marſil. Carrer. Cæſen. Corrad. apud Farinacc. *qu.*40. *num.*88. qui de hoc aſſerto merito dubitat, niſi eſſemus in caſu periculi mortis, vel debilitationis in aliquo membro, aut inutilitatis.

Surdus & mutus.

67. Surdus & mutus cum non poſſit damnari ex propria confeſſione, etiam ſignis declarata, inutiliter torqueretur pro habenda eius confeſſione, & ideo torqueri non debet. Farinacc. *qu.*41. *num.*89. plures alios referens.

Epiſcopus.

68. Epiſcopatus cum ſit culmen dignitatum, ideo Epiſcopi non torquentur, ſed vbi indicia grauia ſunt, & ad torturam ſufficientia, damnatur in pœnam extraordinariam Gomes. *var. reſolut. tom.*3. *cap.*13. *rubric. de tortura Reorum num.*28. Farinacc. *quæſt.*41. *num.*92. Sed valde durum eſt, quod quis ex ſolis indicijs ad torturam poſſit damnari ad pœnam aliquam grauem, vt probatur infra *quæſt.*29. *art.*2. Et ideo in hoc caſu, ſi Epiſcopus non eſt torquendus tortura funis, vel alia ſimili tortura aliqua dignitati proportionata torqueri poteſt.

Infirmus & Valetudinarius.

69. Quoniam tortura talis eſſe debet, vt Reus ſaluus innocentiæ, vel ſupplicio ſeruetur, ideo infirmi & valetudinarij, vbi ex tortura immineat periculum vitæ, ſeu corporis torqueri non poſſunt, In hoc verò in dubio ſtandum eſt iudicio Medicorum, ſed ſi conſultis Medicis adhuc remaneat dubium, an adſit periculum vitæ, & corporis, non habet locum tortura. Præfata verò ſic ſunt obſeruanda, quod confeſſio extorta in caſu, in quo præfatæ perſonæ non poterant iuſte torqueri, non ſit valida, nec noceat confitenti, etiam ſi fuerit ratificata, vt communiter Doctores tradunt, quorum plures refert Farinac. *qu.*41. *num.*95. Guaz. *defenſ.*30. *cap.*8. *num.*1.

70. Et Iudex torquens perſonam in caſu, in quo non poteſt torqueri, punitur ad arbitrium, attenta facti & perſonæ qualitate, & pœna capitis contenta, in *l. Decuriones C. de quæſt.* non intelligitur de maxima pœna capitis, *& in l. omnes Iudices C. de Decurion. l.* 10. *hoc delictum pœna pecuniaria punitur*. Gomez. *non reſ.* §. 3. *cap.* 13. *n.*6. Farinac. *qu.*41. *nu.*98. vbi *nu.*99. Quod Iudici volenti torquere aliquem, qui de iure torqueri non debet, poteſt impune reſiſti, *l. omnes Iudices C. de decur. lib.*10.

71. Sunt tamen plura delicta, in quibus perſonæ priuilegiatæ torqueri poſſunt, vt dicuntur ab aliquibus crimen hæriſis læſæ Maieſtatis, falſi beneficij, incantatorum, priuati carceris, proditionis, ſimoniæ, ingentis, aſſaſſinij, homicidij ſacræ perſonæ, vel magni Principis, Mathematicorum, baractariæ, & in his ſimilibus de quibus DD. quos refert Farin. *qu.*41. *nu.*104. Circa quę aduertendum primo, quod in caſibus, & delictis exprſsè in iure exceptis procul dubio verum eſt, quod priuilegiatæ perſonæ poſſunt torqueri, ſed hoc ex ſola ſimilitudine, aut identitate rationis non poteſt extendi ad alia delicta ab illis, quæ in iure excepta ſunt, neque enim rationis adequatæ, & propriæ datur identitas inter v. g. delictum hæreſis, & ſimoniæ, vel aſſaſſinij, cum nullum ex his delictis inferat tantum damnum Eccleſiæ, quantum infert hæreſis, ideo vt verè in ſingulis nominatis delictis poſſit Reus priuelegiatur torqueri inſpici debet, an ſit in iure expreſſum.

72. Et aduertendum 2. quod bene admittitur, quod non obſtante priuilegio, aut dignitate poſſit Reus torqueri in caſibus exceptis; ſed hoc non poteſt verificari in caſibus, in quibus tortura eſt prohibita ratione periculi vitæ, aut corporis, ſicut eſt prohibitum torqueri ſenes decrepitos, infirmos, & pueros impuberes, & mulieres prægnantes, verè enim abſurdum eſt dicere, vt notat Farinac. *qu.*45. *num.*103. quod etiam in caſibus exceptis ſenes decrepiti, infirmi, & impuberes poſſint torqueri, ſicut poſſunt alij. Iſti igitur modo ſupra explicato terreri, vel leuiter torqueri poſſunt, Guazz. *dict. cap.*18. *num.*4.

73. Illos verò, qui non poſſunt torqueri, poſſe terreri plures affirmant, & eſt verum cum diſtinctione. Nam ſi prohibiti ſunt torqueri propter corporis debilitatem, vt ſunt impuberes, & ſenes poſſunt terreri etiam territione reali, quæ fit per ſpoliationem, & ligamen ad funem ſine eleuatione, vt ex Gomez tradit Farinacc. *qu.45. num.107.* ſemper tamen vitari debet periculum vitæ & corporis, ſi ex circumſtantia aliqua continget adeſſe, ſed ſi prohibita ſit tortura intuitu beneficij alterius, vt in prægnantibus accidit iſti terreri nõn poſſunt realiter, vt dictum eſt ſupra, ſicut nec realiter terreri poſſunt, qui ratione dignitatis, & priuilegij perſonalis prohibiti ſunt torqueri, ſi priuilegium viget, & non eſt abrogatum lege, aut praxi, quia realis territio non eſt proportionata dignitati perſonæ. Territione tamen leui, & verbali omnes terreri poſſunt. *L. item apud Labeonem 5. quæſt. ff. de iniur.* Guazzin. *defenſ.30. cap.18. num.5.*

74. Conſulto etiam Principe ſupremo qui poſſit priuilegium tollere, vel in *l. diſpenſare* poterunt priuilegiati torqueri *l. nullus. C. ad l. Iuliam Maieſt* quod tamen non procedit in caſu, in quo tortura repugnet iuri naturæ, in qua Princeps non poteſt diſpenſare.

75. Qui verò non poteſt torqueri ſi, de delicto ſit indiciatus ſufficienter, poterit extraordinariè puniri pœna pecuniaria, vel exilij, vel etiam iuxta indiciorum qualitatem pœna aliqua corporali, & quantitatem perſonæ, & delicti.

SVMMARIVM.

76 *Vbi imponenda eſt pœna corporalis, etiam & tortura imponi poteſt in criminibus atrocibus.*
77 *Vbi eſt imponenda pœna pecuniaria ſolum, an poſſit torqueri lis eſt inter Doctores.*
78 *Reus ex negatione delicti poteſt vitare pœnam ordinariam à iure taxatam pro leui delicto.*
79 *Debet conſiderari an pro delicto ſit impoſita pœna corporalis.*
80 *In cauſa ciuili locum non habet tortura.*
81 *Vbi delictum infert præiudicium, tertio poteſt inſtari, vt delinquens torqueatur.*
82 *In caſu in quo pœna pecuniaria eſt magna tortura debet eſſe leuis, ſi datur.*

ARTICVLVS V.

Ex *qua cauſa poſſit Reus torqueri.*

76. Hoc eſt indubitatum, quod in criminibus atrocibus & capitalibus, in quibus imponenda eſt pœna corporalis, tortura imponi poteſt concurrentibus alijs ad iuſtam torturam neceſſarijs *l. Edictum ff. de quæſt.* Vbi DD. commmuniter.

77 Controuertunt verò valde DD. An in leuibus delictis, pro quibus non eſt imponenda pœna corporalis, ſed pecuniaria, vel ſimilis, poſſit Reus torqueri; negant enim plurimi ex *dict. l. Edictum.* Et quia cum tortura ſit pœna corporalis, & quidem grauiſſima, iam pœna corporali punietur ille, qui tali pœna puniri non debet, ita Gandin. Man. Caſon. Carrer. Brun. Iodoc. Conrad. & alij, quos ſequitur & refert Farinacc. *qu.4. num 6 & ſeqq.* & Guazz. *defenſ.30. cap.3. num.30.* Delicta verò leuia ex Brun. & Iodoc. putat Farinacc. *num.7.* eſſe trahere aliquem per capillos, proijcere in aliquem lapides, omnia delicta commiſſa ſine dolo, armorum delatio, ire de nocte ſine lumine, ludere, percutere aliquem pugno, furtum rei paruæ, impingere colaphos, pellundare aliquem pedibus, conuicia ingerere, iniuriam verbis inferre, & ſimilia. Et ita quod licet delictum ſit rale, vt pro illo ſit impoſita pœna corporalis, ſi tamen ex paruitate materiæ, & circumſtantijs, non ſit puniendum pœna corporali, vt ſi in libello famoſo, quis non afficitur tali iniuria, aut delicto, vt pœnam mortis mereretur, ſed longe leuiori, & non corporali, tunc quia Actor libelli non eſt puniendus pœna corporali, ideo nec poteſt torqueri. Et amplius ita vt ſi ex ſola reiteratione delicti debeatur, pœna corporalis iuxta *leg. 1. C. de ſuper exact. l.10. & l. omnes §. de latore C. de Collatur eo de lib.* non poſſit Reus torqueri, quia in hoc caſu, quodlibet delictum per ſe conſideratur, & non copulatiuè.

78. Verum contra hanc ſententiam vrget hæc ratio, quod Reus ex ſola negatione delicti, ſine iuris remedio poterit vitare ad libitum pœnam ordinariã à iure pro leui delicto taxatam. Nec militat in contrarium illud argumentum, quod ſi liceret torquere Reum pro crimine leui, pro quo non debetur pœna corporalis, iam contra ius puniretur Reus pœna corporali; quia non omnis tortura eſt pœna, ſed illa ſola, quæ in pœnam delicti irrogatur, ſed tortura quæ datur ad inueſtigandam veritatem, non eſt pœna, ſed eſt iuris remedium inſtitutum ad habendam notitiam veritatis, quæ tunc aliter haberi non poteſt, & quæ merito locum habet tunc, cum Iudex merito præſumit Reum eſſe mendacem, & negare veritatem, ac proinde eſſe falſum, & ſic quatenus hæc tortura eſſet proprie pœna corporalis merito daretur ei, qui præſumitur falſus; ſed verè non eſt pœna, licet malum pœnale inferat, ſed eſt remedium ad inueniendam veritatem inſtitutum. Nec pariter obſtat lex illa *delictum ff. de quæſt.* quia bene interpretari poteſt, vt intelligatur de tortura graui, quæ in leuibus delictis locum non habet. Et ideo, quod etiam in delictis leuibus ſit locus torturæ leui, & maximè in perſonis vilibus, & abiectis, & ita conſuetudine communiter ſeruari docent, *Alb. in d. l. Edictum,* quem refert Clar. *qu.84 verſ.* Præterea, & apud Farinac. *qu.42. nu.19.* Ghrol. Franc. Bec. Flam. Cart. Ioſeph. Ludouic. Baiard. ad Clar. *qu.64. num 6. & 15.* Et pro hac ſententia facit teſt. *in l.1. ff. de quæſt. & l. milites §. oportet C de*

quæſt. Vnde in his tribunalium conſuetudo ſeruari debet.

79. Et prima etiam retenta opinione non habenda ſunt pro delictis leuibus omnia illa, quæ recenſet Farinaccius, quia v. g. pro armorum dilatione ſæpè pœna corporalis etiam mortis eſt impoſita. Et ideo hoc conſiderandum eſt, an pro delicto ſit impoſita pœna corporalis. Et pariter non debet admitti id, quod illa ſententia docet de delictis iteratis; quia Iudex non poteſt non conſiderare illa copulatiuè, quia non aliter iuxta exigentiam legis poteſt illa punire pœna corporali, quod vt faciat, ſi Reus ſit negatiuus, & contra illum militent indicia debet illum torquere.

80. At verò in Cauſa Ciuili locum non habere torturam aſſeritur communiter *l. Diuus, ff. de quæſt.* Et quia in Ciuilibus iura dederunt alia remedia, & actore plene probante ſuam intentionem, Reus damnatur *l. ſi debitori, ff. de iud.* & ſi ſemiplena ſit probatio, datur iuramentum in ſupplementum *l. admonendi ff. de iur. iurand.* ſolum poſſet eſſe difficultas, quando de crimine agitur ciuiliter, ſed licet verum ſit, quod vbi cauſa Ciuilis habet annexum crimen poſſet cauſa illa, & ciuiliter, & criminalite agitari; & quatenus criminaliter, poſſit Reus torqueri iuxta ſupradicta; tamen ſi agitatur ciuiliter in ea locum non habet tortura, quia Ciuilis iudicij forma torturam non admittit, ſed alijs remedijs vtitur. Et ita contra fallitos denegantes ſe pecuniam habere, vel contra vſurarios, vel contra eos, qui abſconderunt bona fiſci, non poteſt habere locum tortura, ſi contra illos agitur mere ciuiliter Farin. *qu. 42. n. 35. & ſeqq.* Guaz. *d. cap. 3. n. 5. & ſeqq.*

81. Hinc eſt, quod vbi delictum intulit præiudicium tertio, licet Princeps ille contulerit gratiam, vel delinquens compoſuerit cum fiſco, & ideo non poſſit amplius puniri pro illo, nihilominus quia adhuc remanet aliqua criminalitas, quia delinquens fecit iniuriam tertio, poteſt ille petere, vt pro priuata offenſa, & damno ſibi ſatisfiat; & ideo poteſt inſtare, vt delinquens carceri tradatur, & ſi opus fuerit torqueatur. Farinacc. *qu. 5. num. 12. & qu. 42. num. 41.*

82. In caſu etiam, quod admitteretur opinio ſuſtinens Reum etiam in cauſa Ciuili poſſe torqueri, ſi pœna pecuniaria eſſet magna, vel Reus eſſet perſona vilis, adhuc tortura deberet eſſe leuis, ita quod Reus ſupra terram eleuatus paruo momento detineretur. Guazz. *diſt. cap. 3. num. 8. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Diſtinguitur arbitrium in liberum, & regulatum à iure & æquitate.*
2 *Quæ arbitrio Iudicis committuntur ex legis principijs dirigi debent.*
3 *Iudex de iure ex cauſa iuſta poteſt augere pœnas à lege ſtatutas.*
4 *An poſſit extendi augmentum pœnæ ad pœnam mortis, diſtinctione indiget.*
5 *Quando qualitas auget delictum, & mutat ſpeciem, cui de iure debetur pœna, Reus debet puniri illa pœna.*
6 *Varius eſt caſus imponendi pœnas ſecundum legem, & ſtatutum.*
Si lex dirigat verba ad Reum, electio pœnæ pertinet ad arbitrium Rei, ſi verò ad Iudicem, Iudicis eſt eligere pœnam. Ibid.
7 *In pœnis ſubordinatis non poteſt Iudex eligere pœnas, ſi lex vnam imponit principaliter, alteram in ſubſidium.*
8 *Circa augmentum pœnæ pro delicto duo debet obſeruare Iudex.*
9 *Iudices ſuperiores poſſunt ex cauſa legitima pœnas augere.*
10 *Inferiores Iudices, ſeu pedanei inconſulto Principe augere pœnas non poſſunt.*
11 *Cauſa augens pœnas eſt augmentum delicti.*
12 *Circa augmentum pœnæ debet obſeruari, an pœna ſit indiuiſibilis, & an qualitas augens delictum mutet ſpeciem vel non.*
13 *Pœna grauiori quam ſit illa, quæ à iure eſt impoſita non poteſt Reus puniri.*
14 *Pœna non impoſita à lege pro qualitate augente delictum eſt in arbitrio Iudicis pro qualitate delicti:*
Iudicium ſpectat ad Iudicem cognoſcentem qualitatem aggrauantem. Ibid.
15 *Seruata eadem ſpecie pœnæ poteſt intra latitudinem illius grauius delictum grauius puniri.*
16 *Inferiores Iudices inconſulto Principe nequeunt pœnas grauiores imponere, nec in cauſis grauioribus ſententiare.*
17 *Punire delictum ſpecie diſtinctum ab eo, contra quod lex imponit pœnam, non eſt augere pœnam, ſed diſtinctum delictum punire.*
18 *An delegatus abſque ſpeciali facultate poſſit alterare pœnam à lege ſtatutam.*
19 *Quando Iudex ex cauſa in caſu licito auget pœnam legis, debet illam in ſententia exprimere.*
30 *Licet appellare à Iudice iniuſto pœnam legis augente.*

QVAESTIO XXVII.

De arbitrio Iudicis in iudicando.

ARTICVLVS I.

An Iudex poſſit pœnam à lege inductam augere.

1. ARbitrium eſt iudicium Iudicis, quo controuerſa terminat. Diſtinguitur verò in liberum, & regulatum à iure, & æquitate. Primum conſiſtit in Iudicis voluntate, à dolo tamen aliena. Nec eſt omninò liberum, ſed ſubditur regulæ legis naturalis, & diuinæ, & iuri gentium, cui etiam ſubditur quilibet

Digitized by Google

Princeps, quamnis omninò ſupremus, ſed arbitrium à iure regulatum ſubditur regulis etiam iuris poſitiui Menoch. *caſu 6. 7. 8. & 13.* In dubio autem reſcriptum Principis concedentis arbitrium Iudici, intelligitur de arbitrio à iure regulato. Et in criminalibus ſemper intelligitur conceſſum arbitrium non liberum, ſed à lege regulatum. Menoch. *caſu 77. num. 1. & 5.* Bictus *qu. 133. verſ. 3.*

2. Cum verò in iudicijs leges, & ſtatuta non diſpoſuerint de ſingulis caſibus, quæ accidere poſſunt, & qui pendent à circumſtantijs in infinitum variabilibus, multa propterea commiſſa ſunt arbitrio Iudicis, qui tamen non niſi ex principijs legis naturalis, diuinæ, & poſitiuæ arbitrium ſuum dirigere debet. Vt verò videatur, an & quomodo Iudex in ſententiando habeat arbitrium, hic primo quæritur, an arbitrium Iudicis ſe extendat ad augendam pœnam à iure ſtatutam.

3. Eſt ergo de iure certum, quod Iudex ex cauſa iuſta, & à iure approbata poteſt pœnas à lege ſtatutas augere. *L. & ſi ſeuerius C. ex quibus cauſis inf. irr. l. homic. ff. de pœn. l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his, qui not. infam. l. quoniam frequenter l. fin. ff. vt lit. non conteſt. cap. 3. cauſ. de off. delig. cap. fin. de tranſact. cap. ſi Clerici §. de adult. de Iud.* Ex circumſtantijs enim, & qualitatibus delictorum, delinquentium, & locorum in quibus delicta committuntur, ſit vt delicta, vel excuſantur, vel atrociora iudicantur. *Cap. ſicut dignum, de homicid.* Et quia lex has circumſtantias, & qualitates exprimere non potuit, ideo commiſſum eſt arbitrio Iudicis, vt illis attentis pœnas, vel augere, vel minuere pro arbitrio ſuo poſſit. *L. aut facta §. fin. l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de his, qui notantur infamia.* Et ideo hodie omnes pœnæ iuxta facti, & perſonarum qualitates ſunt in arbitrio Iudicis iudicantis, vt communiter tradent vtriuſque iuris interpretes, quos referunt Menoch. *de arbit. qu. 96.* Farinacc. *qu. 17. num. 7.* Et eſt hoc verum etiam de pœnis ſtatutarijs, etiam ſi Iudex iuraſſet ſeruare ſtatuta, quia in hoc iuramento ſemper intelligitur excepta authoritas legis, & Principis. Couar. *cap. quamuis par. 5. §. 4. num. 6. de pactis in 6.* Et alij plures, quos ſequitur Farinacc. *qu. 17. num. 15.* Et pariter verum eſt de pœnis conſuetudinarijs, imo & ordinarijs expreſſè in lege ſtatutis, & de pœnis acceſſorijs, vt eſt pœna infamiæ, & de pœnis impoſitis ipſo iure, & in pœnis pro quocum crimine à iure impoſitis etiam cum dictionibus præciſè, vel omni modo, & hæc vera ſunt etiam ſi Iudici non ſit conceſſa facultas diſpenſandi, & ſiue Iudex procedat per viam inquiſitionis, ſiue per viam accuſationis, dum tamen delictum ſit atrox, & non ſit ſolum attentatum, ſed conſumatum, quæ omnia pluribus DD. relatis probat Farinacc. *qu. 17. n. 11. & ſeqq.* Bictus *quæſt. 133.*

4. Controuertunt verò DD. an hoc augmentum extendi poſſit etiam ad inferendam pœnam mortis. Hic verò diſtingui debet, nam vel circumſtantia, ſeu qualitas delictum præciſè aggrauat intra eamdem ſpeciem, nec mutat ſpeciem illius, & in hoc caſu non poterit Iudex augere pœnam extendendo illam ad pœnam mortis, quia delictum cum non ſit maius niſi intra eamdem ſpeciem, non poteſt puniri maiori pœna, ſed ſolum ſimili, & proportionata delicto illius ſpeciei, & ſic ſi pro delicto talis ſpeciei ſit impoſita à lege pœna pecuniaria, poterit Iudex intra eamdem ſpeciem pœnæ ex cauſa, & qualitate aggrauante augere pœnam pecuniariam, ſed non poterit Reum punire pœna corporali, quæ eſt alterius generis. Clar. *quæſt. 83.* Bald. Card. Alex. & alij, quos ſequitur Farinac. *quæſt. 17. nu. 50.* Dictio enim *alius, alia, aliud* eſt repetitiua ſimilium. Felin. & alij DD. in *cap. Rodulphus*, & in *cap. Sedes Apoſtolica, de reſcript.* Barboſ. *dict. 20.* Et ſic ſi lex, vel ſtatutum dicat aliquem plectendum pœna amputationis pedis, vel alia ad eius arbitrium, non poteſt punire Reum, vel pœna pecuniaria, vel pœna corporali diſſimili, ſed ſolum pœna amputationis pedis ſimili, & maximè ſi ſtatutum adderet dictionem plus, vel minus, Farinacc. *quæſt. 17. num. 52.*

5. Vel qualitas augens delictum mutat illius ſpeciem, & ſpeciem grauioris delicti auget, vt ſi quis dederit alapam Sacerdoti, vel Officiali, & Iudici ſedenti pro tribunali, vel Principi ipſi. Et in hoc caſu omninò attendi debet, an in iure pro delicto illius ſpeciei, quam infert qualitas, ſit impoſita aliqua pœna, & tunc Iudex debet Reum punire illa pœna, & ſic non intrat arbitrium Iudicis, ſed Iudex debet imponere pœnam à iure pro illo delicto ſtatutam. Scacr. *de Iud. l. 1. cap. 12. num. 98.* Guazz. *def. 33. cap. 16. num. 2.* Sic quia percuſſio Principis eſt crimen læſæ Maieſtatis, dans alapam Principi debet puniri pœna mortis. Sed ſi pro delicto illius ſpeciei, quam addit qualitas augens delictum, non eſt à iure impoſita aliqua pœna, iam non ſumus in caſu augendi pœnam à iure ſtatutam, quia lex pro illo delicto pœnam determinatam non impoſuit, ſed reliquit illam arbitrio Iudicis imponendam, & Iudex ſpectata qualitate delicti, perſonæ, loci, & alijs circumſtantijs illam arbitrabitur. Sed non poterit imponere pœnam mortis, niſi ſit ſolitum pro tali delicto pœnam mortis inferri. Maran. *par. 4. diſt. 1. num. 73.* Felin. *in cap. ex litteris, num. 26. de conſt.* Menoch. *de arbit. l. 1. quæſt. 26. num. 20.* Et alij plures, quos ſequitur Farinacc. *qu. 17. num. 53.* Guaz. *dict. cap. 16. num. 25.* Et vniuerſaliter quod Iudex in arbitrandis pœnis debeat ſequi id, quod eſt ſolitum, & ab eo non diſcere, ex *l. ſi quis Reum ff. d. cuſt. reorum, & l. 1. C. de pet. l. 10. & Auth. iubemus Cod. de iud. §. 1. & alijs iuribus docuerunt Panorm. cap. inter ceteras, de reſcript.* Socin. & Felin. *cap. veniens, & cap. Inquiſit. de accuſ.* Menoch. *de arbit. qu. 14. l. 1.* & communiter alij quorum quam plures refert, & ſequitur Farin. *q. 17. n. 45.* Guaz. *def. 16. n. 2.*

Digitized by Google

6. Hinc deducitur, quid à Iudice fieri debeat, quando lex, vel ſtatutum imponit plures pœnas alternatiuè, ſeu diſiunctiuè: triplex autem debet diſtingui caſus. Primus eſt, quando lex alternatiuè diſponit. In quo caſu ſiue lex imponat pœnas per verba actiua, ſiue per paſſiua, ſiue per imperſonalia attendi debet, an lex dirigat verba ad Reum, vt ſi dicat, ſi quis fecerit hoc delictum, vel ſoluat centum ſcuta, vel amittat tantam partem bonorum, vel potius an lex dirigat verba ad Iudicem, vt ſi dicat, Iudex faciat illum fuſtigari, vel damnet in ſcutis centum, ſeu ſi dicat, puniatur hac, vel illa pœna. In priori enim caſu electio pœnę remiſſa eſt arbitrio Rei, ſed in poſteriori caſu Iudicis eſt pro ſuo arbitrio pœnam eligere. Clar. *qu.*85. *num.*6. Menoch. *de arbit. quæſt.* 84. *num.*2. Guaz. *defenſ.*33. *cap.*12. *num.*1. Sed ſi verba dirigantur partim ad Iudicem, partim ad Reum, quod electio pœnæ ſpectet ad Reum dixerunt *Panorm cap. A crapula, de vit. & honeſt. Cler. num.*4. Baiard. ad Clar. *quæſt.*85. *num.*5. Guazz. *d. cap.*12. *num.*3. Sed hoc aliud aduerti debet, quod vbi requiritur cauſæ cognitio, aliqui volunt, quod electio pœnæ ſpectet ad Iudicem. Ita ex Clar. *qu.*81. Eliſeus *tract.*4. *qu.*17. *nu.*4. Sed hoc modo nunquam in iudicio Reus eligere poterit pœnam, quia nunquam in iudicio imponitur pœna niſi cognita cauſa; ſed dici poterit, quod vbi pœna eſt certa, poterit Reus in ſupradictis caſibus eligere pœnam, ſed vbi ex circumſtantijs pœna poteſt augeri, vel minui, ſolius Iudicis erit cognita cauſa pœnam eligere. Vbi verò Iudicis eſt ex duabus pœnis alteram eligere, & imponere, illum debere eligere mitiorem, dixerunt aliqui, ſed hoc eſſe de conſilio, non de neceſſitate dixit Menoch. *dict. quæſt.*84. *num*2. Sed veritas eſt, vt *num.*3. notat Menoch. quod ſunt conſiderandæ circumſtantiæ, vt vbi delictum ſit grauius, grauior pœna imponatur. Ex ordine etiam ſcripturæ ſatis colligitur mentem legis potius eſſe, vt imponatur potius pœna, quæ primo nominatur. Quamuis verò Guazz. *num.*5. dicat, quod in Iudice habente brachium Regium ceſſat illa regula de imponenda pœna mitiori, quia ipſe etiam pœnam mortis imponere poteſt, tamen ſemper aduertere oportet, quod nec Princeps habet arbitrium liberum à lege naturali, quæ dicit, quod in pœnis mitior pars ſit eligenda, & ex alia parte, quod grauiora delicta grauius puniantur.

7. Secundus caſus principalis eſt, quando plures pœnæ ſunt ſubordinatæ, & lex vnam imponit principaliter, aliam verò in ſubſidium, & in caſu, quod prima imponi non poſſit. Et in hoc caſu locum non habet arbitrium Iudicis, niſi forſan in arbitrando, an prior pœnna imponi poſſit, vel non poſſit, ſed Iudex primam pœnam imponere debet, ſi poteſt imponi, & ſecunda non habet locum niſi in ſubſidium, & in caſu, quod non poſſit imponi prima. Sic ſi à lege pro delicto imponitur pœna pecuniaria, ſed ita quod delinquens, qui non habet in ære luat in corpore, non poteſt Iudex delinquentem punire pœna corporali niſi ære deficiente Guazz. *dict. cap.*12. *num* 2.

8. Tertius caſus principalis eſt, quando lex impoſita certa pœna pro delicto relinquit in arbitrio Iudicis, vt illam poſſit augere, vt ſi lex damnet delinquentem in centum, & vltra, vel plus arbitrio Iudicis, & in hoc caſu duo obſeruare debet Iudex. Primum vt non augeat pœnam legis, niſi augeatur delictum ex aliqua ſpeciali circumſtantia. Secundum eſt, quod nõ mutet ſpeciem pœnę. Comparatiuum enim ſupponit, & includit poſitiuum. & ideo non importat augmentum, niſi intra idem genus & ſpeciem; ſi enim mutetur ſpecies pœnæ, iam pœna nedum erit minor, vel maior, ſed diuerſa: ſic ſi lex pro delicto imponat pœnam centum, & plus, vel minus ad arbitrium Iudicis, non poteſt Iudex imponere pœnam corporalem, ſed ſolum pecuniariam minorem, vel maiorem pro qualitate delicti. Farinac. *quæſt.*17. *nu.*50. *&* 25. Guazz. *def.*33. *cap.*13. *num.*1. *&* 2. Imo ex vi ſolius comparatiui, vt ſi dicatur damnetur in centum, vel maius, ſiue in plus ad arbitrium Iudicis, hoc arbitrium non debet extendi, niſi ad paruam partem illius centum, vel ad medietatem, niſi lex vtatur ſuperlatiuo, & dicat vel in maximo, quia in hoc caſu lex intelligi poſſet, de omni bonorum ademptione. Guazz. *dict. num.*2. Sed in his prudentia iuſti Iudicis arbitrabitur, neque enim poteſt dari certa regula. Etiam verò ſi lex dicat, delinquens damnetur tali pœna, nimirum in centum, vel ad aliam pœnam ad arbitrium, Iudex, vt dictum eſt, non poteſt mutare ſpeciem pœnæ, quia dictiones *alius, alia, aliud* ſunt repetitiuæ ſimilium. Sed ſolum intra eamdem ſpeciem pœnæ pecuniariæ poteſt illam pœnam legis alterare. Farin. *qu.*17. *num.*15. *& quæſt.*18 *nu.*25. Guazz. *cap.*3 *nu.*4.

9. Sed abſolute dubitatur an inferiores Iudices poſſint pœnam legis augere. Et quidem certum eſt, quod Iudices, qui dicuntur pedanei, vel à iure habent iuriſdictionem ſolum ad cauſas leues, & certi generis, & ad pœnas leues infligendas, non poſſunt excedere limites ſuæ iuriſdictionis, ſicut certum eſt, quod ſupremi Principes, qui vel nouas leges condere, vel antiquas mutare, vel præter, aut ſupra illas agere, poſſunt ex cauſa legitima pœnas legis augere, & maioribus pœnis, illis, quæ ſunt in iure impoſitæ, Reos punire, & hoc idem conceditur maioribus, & ſupremis Magiſtratibus, qui à Principibus ſupremam auctoritatem habent. Nomine autem maioris Magiſtratus veniunt nedum Magiſtratus ſupremi, & Senatus, qui in curia Principis illius loco cauſas diffiniunt, ſed etiam Præſides, & Prætores, qui magnam habent facultatem, licet Principem recognoſcant ſecundũ Menoch. *d q.*96 *n.*6. *iunctis nu.*10. *&* 14. Et propterea quantum ad Regulares, quod Generalis, imo & Prouincialis,

cialis, qui eſt præſes Prouinciæ ſuæ, poſſit ex cauſa p nas augere, vel minuere voluit. Bictus *quæſt.*134. *nu.*6.

10. Sed quod inferiores Iudices non poſſint hoc facere niſi conſulto Principe, & niſi cauſa ſit intrinſeca, & coherens delicto, voluerunt Bald. Roman. Iuſ. Rec. & alij quos ſequuntur, Menoch. *de arbit. l.*1. *quæſt.*96. *n.*18. *&* 19. & Farin. *quæſt.*17.*num.*67. Vbi tamen ex Clár. *quæſt.*85. aduertit idem Farin. contra Menoch. quod non eſt neceſſe, quod duo illa requiſita ſimul ſint iuncta, ſed alterum illorum ſufficit, & ſic ſufficit, quod cauſa ſit intrinſeca, & coherens delicto.

11. Sed non intelligo quid ſit cauſam augendæ pænę eſſe intrinſecam, & coherentem delicto, qualitas vero augens delictum, ſemper eſt extrinſeca, & merè accidentalis ſubſtantiæ delicti, & eſt omnino intrinſeca, & coherens delicto aucto, & ſic ex ſe intrinſece petit delictum puniri grauius, pæna vel à lege taxata, pro illo augmento, vel pœna arbitraria. Et ideo abſolute dicendum eſt, quod quilibet Iudex ordinarius habens iuriſdictionem & facultatem cognoſcendi, & iudicandi ſuper delicto aucto, poteſt augere pœnam ex cauſa in iure approbata, aut conſuetudine inducta, vt voluit Eliſeus *trac.* 4. *qu.*17. *num.*5.

12. Sed hic plura conſiderari debent, nimirum an pœna legis ſit indiuiſibilis, vel habeat latitudinem. Secundo an qualitas augens delictum mutet, vel non mutet ſpeciem delicti, quia ſi talis qualitas mutat delicti ſpeciem, iam delictum eſt multiplex ſpecie, & non vnū tantum. Tertio an pro delicto ex qualitate aucto, ſeu pro qualitate augente delictum ſit á lege, vel non ſit impoſita ſpecialis pœna. Nam ſi delictum qualificatum eſt eiuſdem ſpecici, cum non qualificato, & ſolum eſt grauius intra eamdem ſpeciem, & ſit vnum, & non reiteratum, & quamuis per plures materiales actiones ſit conſumatum, in iure tamen cenſetur vnum, & vnica tantum pœna puniri debet. Tuſc. *l.*1 *concl.*209. *num.*8. Bict. *quæſt.*108. *num.*23. Et ſi pœna ſit illi impoſita à lege, illa ſola puniri debet, quantumcumque delictum intra eamdem ſpeciem ſit graue. Quia lex ad imponendam pœnā pro tali delicto reſpexit malitiam ſpecificam, & ſolum ſi delictum ſit iteratum, poteſt, & debet amplius puniri. Sed hoc totum facere poteſt Iudex ordinarius, & hoc non eſt pœnā legis augere, ſed ſolum pro reiteratis delictis pœnam legis reiterare. Et in hoc caſu, ſi pœna legis habeat latitudinem ſecundum magis & minus, Iudex poterit, & debebit grauius delictum grauius punire intra latitudinem pœnæ legalis, ſed non poterit illud punire grauiori pœna, quam ſit à lege ſtatuta. Nec poterit adeſſe cauſa iuſta aliter faciendi, niſi forſan pro qualitate augente delictum ſit impoſita ſpecialis pœna, ſed tunc non erit amplius vnum delictum, ſed plura, & ideo de iure magis puniendum.

13. Sed ſi qualitas augens delictum mutat ſpeciem delicti, vel qualiſcumque illa ſit, pro ea in iure eſt impoſita certa pœna, tunc de iure delictum illud eſt puniendum pæna grauiori, quam ſit illa, quæ á iure impoſita eſt pro ſubſtantia actus delicti, ſeu pro delicto non qualificato, & cum tam pœna impoſita pro ſubſtantia delicti, quam impoſita pro qualitate augente ſit expreſſa á lege, indubitatum eſt, quod Iudex ordinarius nedum poteſt, ſed debet punire Reum pœna à iure pro delicto ſic qualificato impoſita, & hoc non eſt augere pœnam legis, ſed illam implere, quamuis dici poſſit, quod augeatur pœna pro ſubſtantia delicti impoſita, ſed tamen hoc augmentum eſt a lege.

14. At verò ſi qualitas augens delictum mutat ſpeciem delicti, ſed lex pro ſubſtantia delicti impoſuit pœnam, & non illam expreſsè impoſuit pro qualitate augente delictum, iam illum punire pro tali qualitate eſt in arbitrio Iudicis. Nam talis qualitas continet ſpeciale delictum de iure, vel conſuetudine ſpeciali pœna dignum. Vel ergo Iudex ordinarius non habet facultatem cognoſcendi de tali qualitate, ſicut v.g. Iudex Laicus non poteſt cognoſcere de ſortilegio hæreticali, & tunc abſolute nō poteſt cognoſcere de ſubſtãtia illius delicti, ſed iudicium ſpectabit ad Iudicem, qui poſſit cognoſcere de qualitate aggrauante, vnde Iudex Laicus non poteſt cognoſcere de ſortilegio hæreticali, & propterea nullam pœnam poterit imponere pro tali delicto; & dato caſu, quod cauſa poſſet diuidi, & Iudex poſſet cognoſcere de ſubſtantia delicti, & non de qualitate, non poterit delictum grauius punire intuitu illius qualitatis, cum de illa non poſſit cognoſcere, & iudicare. Sed ſi Iudex de qualitate aggrauante poteſt cognoſcere, & cum illa de iure ſit punibilis, ſed pro illa in iure non eſt expreſſa pœna, igitur punienda erit arbitrio Iudicis, cui competit iudicare de illa qualitate. Et ita vniuerſaliter loquendo, vel Iudex poteſt cognoſcere de qualitate mutante ſpeciem delicti, vel non poteſt, ſi non poteſt, etiam ſi ſit ſummus Magiſtratus, & ſupremus Princeps non poteſt intuitu illius qualitatis, & grauitatis delicti Reum grauius punire, quia nullam pœnam poteſt pro illa qualitate imponere, cum non poſſit de illa iudicare. Sed ſi poteſt, etiam ſi ſit inferior ordinarius, cum poſſit de illa qualitate iudicare, poteſt etiam intuitu illius pœnam augere.

15. Sed dices poſſe dari circumſtantias, & qualitates, quæ, licet non mutent ſpeciem, aut in ſe intrinſece non importent delictum ſpecialiter punibile, tamen augent delictum, & faciunt quod ſit dignum maiori pœna, & ita quod non ſufficiat pœna lata á lege, vel ſtatuto, vt ſi delinquens ſit malæ famæ, vel conſuetudinarius, vel magis doloſe deliquit, vel tertio longe maius præiudicium intulit, vt quia plura vulnera occiſo intulit, & alijs iniurijs illum affecit. Sed reſpondetur hæc vera eſſe in ordine ad pœnam habentem latitudinem, ſic enim

ſerua-

Digitized by Google

ſeruata eadem ſpecie pœnæ, poteſt intra latitudinem illius grauius delictum grauius punire. Et conſiderandum, quod licet pœna ſpecificè ſumpta ſit indiuiſibilis, tamen ex circumſtantijs indiuidualibus latitudinem graduum intra eamdem ſpeciem habere poteſt, aut puta vt pœnæ torturæ leuioris ſi detur per quadrantem horæ, quam ſi per mediam, aut integram horam, vel ſi detur ſine ſquaſſationibus, quam cum illis, & pœna vigiliæ, ſi detur ad modicum tempus, quam ad multum, & pœna relegationis ſi detur ad locum ſalubrem, quam praui aeris. Vbi igitur delictum eſt vnum ſpecie & numero, & ſit grauius, poteſt quidem puniri grauius intra latitudinem ſpeciei pœnæ impoſitæ à lege, ſed non alia pœna, quia ſpecies pœnæ à lege inſtituere eſt ſufficiens pro delicto quod ſpecie, & numero eſt vnicum. Et cum pœnarum ſpecies ſint indiuiſibiles, quia hæc eſt ſpeciei natura, pœna legis non poteſt augeri, niſi vel illi addatur pœna alterius ſpeciei, vel pœna legis omiſſa, delictum pœna alterius ſpeciei grauioris puniatur, quod à Principe nouam pœnam pro delicto inſtituente, fieri poteſt, non verò à quocumque alio Magiſtratu, quantumuis ſupremo, niſi habeat facultatem nouam legem & pœnam inſtituendi, nam de iure vnicum delictum pœna pro illo à lege ſtatuta ſufficienter punitur. Delictum verò vnicum ſpecie & numero à quocumque Iudice ordinario puniri poteſt pœna à lege ſtatuta grauius, vel leuius intra illius pœnæ latitudinem.

16. Verum eſt, quod laudabilis praxis tribunalium eſt, vt inferioribus Iudicibus non permittatur in cauſis grauioribus ſententiare, & etiam pœnas grauiores à lege ſtatutas imponere inconſulto Principe, aut ſuperiori Magiſtratu. Et ideo hæc regula ſeruanda eſt, vt videatur, ſi Iudex in cauſa poteſt diffinitiuè ſententiare inconſulto Principe, vel maiori Magiſtratu, vel non poteſt. Nam ſi non poteſt, nedum pœnam legis augere, ſed nec pœnam legis imponere poteſt; ſed ſi in cauſa poteſt diffinitiuè ſententiare, ſi delictum eſt multiplicis ſpeciei, & lex ſolum impoſuit pœnam pro vna ſpecie delicti, Iudex poteſt pro ſuo arbitrio aliam pœnam alteri' ſpeciei delicti proportionatam addere, niſi & in hoc habeat iuriſdictionem limitatam ex ſpeciali iure, aut conſuetudine. Hinc patet quid dicendum ſit in Regularibus. Nam Bictus *quæſt.134.* facultatem augendi, vel minuendi pœnas reſtringit ad Prouinciales: ſed conſiderandum eſt, quod augere, vel minuere pœnas, ſi ſint contra legem, vel non niſi diſpenſando in lege non poteſt fieri niſi à Principe ſupremò, vel Magiſtratu, qui poteſt legem abrogare, vel in ea diſpenſare, & hoc modo nec Generalis poteſt minuere pœnas iuris Canonici, in quo non poteſt diſpenſare, vel augere, & minuere pœnas accipitur, vt continetur intra limites, & latitudinem legis, & arbitrij à iure regulati abſque legis diminutione, & diſpenſatione. Et hoc modo augere, & minuere pœnas eſt arbitrarium cuicumque Iudici, qui poſſit iudicare de delicto, & illud pœna condigna punire. Et ſic in Religionibus, in quibus etiã Prælati locales iudicant, & faciunt proceſſus, & illi poſſunt pœnas augere, vel minuere, ſed ſuperiores, & præcipuè Generales ampliorem in hoc habent facultatem, quatenus in pœnis Religionis poſſunt diſpenſare.

17. Dices ex dictis ſequi, quod Iudex quilibet excepto Principe, qui poſſit nouam pœnam inducere, non poſſit pœnam legis augere. Quod eſt contra communem ſententiam ſupra *num.3.* poſitam. Reſpondetur tamen, quod ſumpto verbo augere in proprio, & rigoroſo illius ſignificato verum eſt, quod illatum eſt, quia punire peccatum ſpecie diſtinctum ab eo, contra quod lex pœnam impoſuit in rigore non eſt pœnam legis augere, ſed diſtinctum delictum diſtincta pœna punire. Sed nihilominus propriè, & in latiori ſignificatione, punitio illa per aliam pœnam diſtinctam ab illa, quam lex impoſuit pro ſubſtantia delicti, ſeu pro delicto non qualificato dici poteſt ſuperadditio, ſeu augmentum pœnæ à lege expræſſę, & hic ſenſus germanus illius ſententiæ & verus.

18. Concedunt etiam multi DD quod delegatus à Principe, vel ſupremo Magiſtratu poſſit ex cauſa pœnam legis alterare, non verò delegatus à Iudice inferiori. Menoch. *de arbit. l.1. quæſt.96, num.20. & 21.* Farinacc *quæſt.17. num.26.* & alij apud illum. Et idem dicunt alij de delegato ad vniuerſitatem cauſarum, qui cenſetur ordinarius. Bictus *qu.133. nu.15.* Sed dicendum eſt, quod in caſibus in quibus Iudex ordinarius iuxta ſupradicta non poteſt pænam legis augere, nullus delegatus, niſi habeat ſpecialem facultatem ſibi conceſſam ad alterandam pœnam legis ſibi datam à ſupremo delegante, ex communi mandato delegationis poteſt pænam legis alterare etiam ex cauſa, niſi ſupremo delegante conſulto. Hæc enim facultas non poteſt intelligi conceſſa ex vi ſimplicis delegationis, quia delegatio datur ad iudicandum ſecundum leges, & ad leges ſeruandas, non verò ad illas mutandas, niſi hoc exprimatur. Vbi verò pœna legis habeat latitudinem, & ſuſcipiat magis, & minus, etiam delegatus ab inferiori Iudice ex cauſa, & ſpectata delicti, & aliarum circumſtantiarum qualitate, poteſt mitius, vel grauius delicta punire, quia hoc non eſt pœnam legis minuere, vel augere, ſed eam prudenter diuerſimode applicare, ſic exigente delictorũ, & cauſarum diuerſitate. In caſibus etiam in quibus delictum eſt multiplicis ſpeciei, & lex non impoſuit pœnam niſi pro vnius delicti ſpecie, & ſic etiam Iudex ordinarius poteſt pœnam legis augere, quilibet delegatus habens facultatem cognoſcendi, & diffinitiuè iudicandi de illa ſpecie delicti, pro qua non eſt à lege pœna impoſita poteſt delictum illud alia pœna punire, & ſic pœnam legis augere, quia in re hoc non eſt niſi diſtinctum delictum diſtincta pœna punire, quod poteſt facere delegatus habens

bens facultatem iudicandi de illo delicto.

19. Vbi verò Iudex in caſu licito ex cauſa auget pœnam legis debet hanc cauſam exprimere in ſententia, ſaltem in genere per clauſulam, *iuſtis de cauſis, &c.* non quia hoc ſit neceſſarium ad valorem ſententiæ, ſed vt Iudex in ſyndicatu non poſſit moleſtari. Vbi enim Iudex ex cauſa recedit à iure communi, debet illam in ſententia exprimere. *Cap. ſicut de re iud.* Et ibi Panorm. Io. Lud. Felin. & quam plures alij, quos ſequuntur Clar. *quæſt.* 83. Farin. *qu.* 17. *num.* 62. *& ſeqq.*

20. An verò Iudice ex arbitrio augente pœnam legis, Reus poſſit appellare communis ſententia, & prorſus vera eſt, quod cum Iudex in arbitrando poſſit iniuſte partem grauare, ideo & ab eius arbitrio liceat appellare.

SVMMARIVM.

21 *Iudex in tribus caſibus poteſt punire Reum mitiori pœna, quam ſit ſtatuta à lege.*

22 *Quomodo Iudex etiam inferior poſſit minuere pœnam in caſu delicti conſumati, & plene probati.*

23 *Iudex non poteſt minuere pœnam, quæ concernit intereſſe tertij non ipſo conſentiente.*

Quid dicendum ſit, ſi concernat intereſſe Fiſci. Ibidem.

Si pœna pœnalis non debetur ex iuſtitia offenſo Iudex illam minuere poteſt. Ibid.

Iudex ſine iuſta cauſa minuens pœnam puniendus eſt. Ibid.

24 *Pœna capitalis minui poteſt ſecundum conſuetudinem Curiarum.*

25 *Quando in ſtatuto, ſeu lege duę imponuntur, Iudex mitiorem imponere poteſt.*

26 *Iudex minuens pœnam à iure ſtatutam ſine iuſta cauſa peccat, & fit infamis.*

ARTICVLVS II.

An Iudex pœnam legis poſſit minuere.

21. CErtum eſt, quod Iudex in tribus caſibus poteſt Reum punire mitiori pœna, quam ſit ſtatuta à lege, ſtatuto, vel conſuetudine. Primus eſt, ſi delictum non habeat qualitates à lege ſuppoſitas, & ſic ſit minus delicto à lege punito per pœnam grauiorem. Secundus eſt, ſi delictum non fuit conſumatum, ſed ſolum attentatum. Nunquam enim punitur delictum attentatum, ſicut conſumatum, etiam ſi delictum ſit attrociſſimum. Tertius caſus eſt, ſi delictum non ſit plene probatum. Non enim locum habet pœna niſi conſtet de delicto.

22. In caſibus igitur in quibus delictum, non attentatum ſolum, ſed conſumatum eſt plene probatum, quod dictum eſt de augmento pœnæ *in art. ſuper.* dicitur idem de diminutione pœnæ, quod, nimirum, Iudex etiam inferior pœnam à lege taxatum ex cauſa in iure approbata poteſt minuere. Quod declarandum eſt cum proportione per ea, quæ dicta ſunt de augmento pœnæ.

23. Quantum verò ad hanc pœnæ diminutionem notandum eſt, quod non poteſt minui pœna, quantum ad illam partem, quæ concernit intereſſe tertij, vt ſi ſtatutum imponat pœnam trecentum ſcutorum, quorum ducentum Fiſco, & alia centum pertineant ad vulneratum, non poſſunt remitti iſta centum. Menoch. *de arbit. l.* 1. *qu.* 96. *nu.* 1. *&* 2. aſſerens, quod neque Princeps ex hac parte poſſit pœnam legis minuere, & quod ſi remittat teneatur de ſuo pœnam ſoluere, aliter peccat mortaliter. Quod & voluit Sotus *l.* 4. *de iuſt. quæſt.* 5. *num.* 4. Sylu. *verſ. Iudex* 1. §. 16. Bannes 2. 2. *qu* 67. *art.* 4. vbi amplius vult, quod Iudex etiam Fiſco teneatur pœnam hanc reſtituere, & plures alij, quos referunt idem Menoch. & Farin. *quæſt.* 17. *num.* 71. Et indubitatum eſt, quod parti debet ſatisfieri pro damno dato à delinquente. Nec Princeps poteſt derogare huic iuri partis offenſæ, niſi de plenitudine poteſtatis in caſibus, in quibus ob bonum commune poteſt derogare iuri ſubditorum. *Duplici enim ratione, inquit D. Thom.* 2. 2. *qu.* 68. *nu.* 4. *impeditur Iudex, ne Reum à pœna abſoluere poſſit. Primo quidem ex parte Accuſatoris, ad cuius ius quandoque pertinet, vt Reus puniatur, puta propter aliquam iniuriam in ipſum commiſſam, cuius relaxatio non eſt in arbitrio Iudicis, quia quilibet Iudex tenetur ius ſuum reddere vnicuique.* Quod ergo eſt neceſſarium pro ſatisfactione partis, non poteſt Iudex relaxare, niſi parte conſentiente. Quamuis in hoc poſſit declarare quid ſit neceſſarium, & ſufficiat, vt parti dicatur ſatisfactum. Sed quatenus hæc pœna pœnalis non ſit debita offenſo ex iuſtitia, & vt illi ex iuſtitia ſatisfiat, ex eo præcisè, quod ſtatutum velit, vt Reus damnetur in pecunia, cuius pars detur offenſo, vel alteri, iſte ex hoc ſtatuto non acquiſiuit ius in re ſuper illa parte pecuniæ, nec acquiſiuit ad illam ius ad rem, niſi conditionatum, ſcilicet ſuppoſita ſententia Iudicis, vnde ſi Princeps nolit delinquentem, illa pœna punire, nulla illi tertio ſit iniuria. Et idem dicitur, ſi Iudex ex iuſta cauſa à tali ſententia abſtineat. Sed de his videndi ſunt DD. tractantes de diſpoſitionibus factis in fauorem tertij. Non enim ſemper additur illi tertio ius iuſtitiæ commutatiuæ. Et ſic etiam ſi Iudex ſine cauſa iuſta hanc pœnam relaxet, videndum eſt, an per lègem illi tertio acquiſitum ſit ius iuſtitiæ commutatiuæ. Si enim non eſt acquiſitum, Iudex etiam ſi nulliter, & ſine iuſta cauſa pœnam relaxauit, puniendus quidem erit, quia in ſui officio deliquit, ſed non tenebitur ad reſtituendum illi ad cuius fauorem lex diſpoſuit, quia ille ex tali lege ius non acquiſiuit. Sed vbi Iudex licitè, & ex iuſta cauſa pœnam etiam ex lege diſpoſitam ad fauorem tertij relaxat, nulla intrat obligatio reſtituendi illi tertio, quia lex non dat illi niſi ius conditionatum, ſi ſententia

contra

contra Reum iuſte fuerit promulgata, manente interim libero arbitrio Iudicis, vt ex iuſta cauſa à tali ſententia abſtinere poſſit, quod arbitrium de Iure Iudici competit. Alias verò ſemper tenetur Princeps facere, vt offenſo ſatisfiat, prout iuſtitia exigit.

24. Secundo aduerti debet, quod ſequendo exempla iuris, quorum plura refert Farinacc. *quaſt.*17. ſi remittenda ſit pœna capitalis & minuenda, mutatio fit non in aliam pœnam corporalem licet mitiorem, ſed in pœnam pecuniariam, vel exilij, ſed hoc conſuetudine in multis curijs non ſeruatur, ſed mutatio fit etiam in pœnam corporalem mitiorem, vt in pœnam carceris, vel triremium. Et ideo vbi viget talis conſuetudo arbitrarium eſt Iudici dum minuit pœnam ordinariam ſpectata qualitate delicti, vel perſonarum, imponere vel pœnam pecuniariam, vel corporalem mitiorem Farinac. *num.*72.

25. Lege autem, vel ſtatuto duas pœnas alternatiuè imponente poteſt Iudex mitiorem imponere. Sed an Iudex ad id teneatur, teneri de conſilio non de neceſſitate dixit Menoch. *de arbit. quaſt.*85. *num.*3. Sed dicendum, qui in hoc lex in arbitrio Iudicis poſuit alteram imponere, non quia Iudex ex proprio capere id facere poſſit, ſed vt attenta qualitate delicti, perſonarum minus delictum mitiori, vel maius maiori pœna puniat. Et ideo Iudex ſemper partem mitiorem eligere debet. *D.T.*2.2.*qu.*69. *art.*4. *ad primum* & idem Menoch. *num.*4. Bictus *quaſt.*134. *num.*5. *videantur dicto verſ. ſuper. n.*6.

26. Iudex verò, ſi pœnam à iure, vel ſtatuto, vel conſuetudine inductam minuat ſine iuſta cauſa à iure approbata, peccat, & fit infamis Clar. *qu.*85. Felin. Menoch. & alij, quos ſequitur Farinac. *qu.*17. *nu.*6. Bictus *quaſt.*134. *num.*9.

SVMMARIVM.

27 *Lex pracipue ſi ſit pœnalis non extenditur de caſu ad caſum, ſeu de perſona ad perſonam.*
28 *Quomodo hoc verificetur. Ibid.*
29 *Iudex in caſu pro quo lex pœnam non impoſuit poteſt imponere pœnam taxatam ab alia lege pro caſu ſimili.*

ARTICVLVS III.

An Iudex poſſit pœnam legalem extendere da caſu ad caſum, & de pœna ad pœnam.

27. HAnc quæſtionem, in qua D.D. ſunt varij, & contrarij examinaui in *tract*, *de elec. cap.*5. *qu.*2. *& cap. Diſpendioſam, de reſcrip. in* 6. & ex ibi deductis, & probatis, breuiter nunc dicitur primo, quod lex & præcipue ſi ſit pœnalis, de iure non extenditur de caſu ad caſum in lege non expreſſum, ſeu ſub verbis legis non compræhenſum, ſeu de perſona ad perſonam. Et ideo Iudex ex vi talis legis nec debet, nec poteſt aliud delictum, vel aliam perſonam ſub verbis legis non compreſſam, ex vi talis legis punire, ſeu ad illã eiuſdem legis pœnam extendere. Et hoc eſt verum etiã ſi ratio, vel finis legis dicatur extendi ad illum alium caſum, aut perſonam, & etiam ſi ratio eiuſdem legis dicatur vnica, & etiam ſit in lege expreſſa, & etiam ſi dicato ratio non impulſiua tantum, ſed finalis, & etiam ſi lex illa dicatur fauorabilis ex ratione generali, quia lex lata ſit fauore publico (lex enim non dicitur fauorabilis ex hac cauſa, quia omnis lex fit intuitu boni communis, & hoc non obſtante lex imponens pœnam, non dicitur fauorabilis) Et etiam ſi verſemur in æquiparatis, & correlatiuis, ſiue ſi ex extenſione fraudibus obuietur, & etiam ſi ratio legis nedum dicatur ſimilis, ſed eadem, & etiam ſi agatur de fauore publico, aut de fauore piæ cauſæ. Hæc omnia latius probaui locis citatis pluribus iuribus, rationibus, & DD. authoritatibus, ſufficiat nunc dicere, quod lex non obligat niſi ex voluntate legislatoris exterius expreſſa, & ſufficienter promulgata, vt ex *D T. prima.*2. *qu.*3. *art.*4. & alijs Doctoribus eſt de iure manifeſtum. Stultus autem eſſet Princeps ſi pretenderet obligare ad id quod non exprimit, & promulgat. Hoc igitur conſiderari debet, an caſus ſub verbis legis comprehendatur, vel non: ſi verum eſt primum, non habet locum extenſio, quia caſus ſub lege comprehenditur: ſi verum eſt ſecundum non habet locum extenſio, quia in Principe nec fuit, nec eſt voluntas obligandi ad id, quod non expreſſit. Secundo, quia ſimilitudo rationis finalis, aut eius identitas, ſi ſit generalis tantum, & generica, vel ſpecifica, non ſufficit ad legis extenſionem, aliter vna lex pœnalis extenderetur ad omnia delicta, & eadem pœna puniri deberent omnia delicta eiuſdem generis, vel eiuſdem ſpeciei, etiam ſi lex imponeret pœnam pro vno delicto ſpecialibus circumſtantijs veſtito, ſed delicta ex fine proximo qualificantur, & ex motiuo proximo, at verò proximus finis legiſlatoris ſemper conuertibiliter ſe habet cum caſu in lege prohibito, & expreſſo, quia Princeps ad præcipiendum expreſſe hoc, & non aliud, mouetur ex ſpeciali motiuo illi caſui proprio. Quod enim Princeps vnum expreſſe præcipiat, non eſt niſi ex aliquo motiuo, quod ſit illi proprium, & alijs non commune. Negatur ergo, quod inter caſum expreſſum à lege, & caſum non expreſſum detur, vel omnimoda ſimilitudo, vel identitas.

28. Tertio verò dicitur, quod in pœnalibus, aut legibus correctorijs iuris communis, & exorbitantibus locum non habeat hæc extenſio, quia in iſtis nec admittitur compræhenſio alterius caſus, niſi ille compræhendatur ſub ſtricta, & propria ſignificatione verborum, quæ ſtricte interpretanda ſunt.

29. Dicitur nihilominus ſecundo, quod vbi

lex

lex pro caſu in vna lege non expreſſo, pœnam non impoſuit, & ſic delictum eſt punibile pœna Iudici arbitraria, Iudex arbitrium ſuum dirigere poteſt ex alia lege caſum ſimilem puniente, ſi omnibus penſatis delictum ſit punibile pœna pro alio, & ſimili delicto impoſita, quia delictum poteſt eſſe tot, & talibus circumſtantijs veſtitum, vt illam, imo forſan grauiorem pœnam mereatur. Sed hanc pœnam non tenetur imponere ex vi legis imponentis pœnam pro alio caſu dicto ſimili, ſed ex lege generali ex qua Iudex arbitrando tenetur delicta pœnis condignis punire.

SVMMARIVM.

30 *Quando pro aliquo delicto eſt impoſita duplex pœna legalis, ſcilicet, & ſtatutaria, Iudex imponere debet pœnam ſtatutariam.*

31 *Etiam ſi ſtatutum referuet pœnas legales.*

Quando ſtatutum non imponit pœnam, ſit recurſus ad pœnam legalem. Ibid.

36 *Iudex attendere debet pœnam impoſitam à noua lege.*

Niſi pœna legis antiquæ ſit impoſita ipſo iure. Ibidem.

37 *Quomodo Iudex ſe gerere debeat in pœnis quando in vno ſtatuto duę pœnæ imponuntur.*

ARTICVLVS IV.

An Reo imponenda ſit pœna legalis, vel ſtatutaria.

30. QVando pro eodem delicto diuerſæ ſunt impoſitę pœnę, vna ſcilicet, à lege, & alia à ſtatuto, eſt ne in arbitrio Iudicis alteram eligere, vel quam ex illis debet imponere? Controuerſa eſt hęc quæſtio apud DD. ſed communior & magis practicata opinio vult, quod imponi debeat pœna ſtatutaria, etiam ſi pœna legalis eſſet corporalis, & ſtatutaria eſſet pecuniaria. Clar. *quæſt.* 85. *num.* 5. *Tuſc. L. P. conc.* 234. Guazz. *defenſ.* 33. *cap.* 19. *num.* 1. *Conciolus. v. Pœna. reſ.* 1. *n.* 1.

31. Imo etiam ſi ſtatutum reſeruet pœnas legales, & ſic de ſtricto iure omnes debeantur, nec electione vnius alię ſint ſublatę, tamen de conſuetudine, ex quadam æquitate, vnam tantum pœnam imponi, & ea impoſita, etiam ſi minor ſit, non poſſe aliam imponi ex Ant. Gomez. *tit. de delict. cap.* 3. *num.* 39. docet Guazz. *defenſ.* 33. *cap.* 19. *num.* 3. Vbi ex Clar. *quæſt.* 85. *num.* 5. *& Tuſc. L. P. concl.* 234. *num.* 8. quod poſtquam Iudex impoſuit pœnam ſtatuti, non poteſt redire ad pœnam legalem. Vbi verò ſtatutum non imponit pœnam, ad pœnam legalem ſit recurſus.

36. Quamuis autem pœna nouę legis non tollat pœnam legis antiquę. Clar. *qu.* 85. *nu.* 5. Et pœnam inflictam à lege generali non tollat lex noua ſpecialem pœnam imponens; tamen vbi pœna à noua lege ſtatuta eſt mitior, & magis congrua, & proportionata delicto, attenditur pœna nouæ legis. Guaz. *defenſ.* 33. *cap.* 20. *num.* 2. Niſi pœna antiquę legis ſit impoſita ipſo iure, quia tunc remanet pœna legis antiquę, niſi lex antiqua ſit per nouam abrogata expreſſe. Felin. & alij, quos ſequitur Guazzin. *dict. cap.* 2., *num* 2.

37. Et ſi in vno ſtatuto imponuntur duę pœnę, vna illarum ſufficit, niſi in ſtatuto exprimatur, quod vna veniat cumulatiuè ad aliam. *Tuſc. L. P. concl.* 234. *num.* 10. Quod procedit etiam in diuerſis ſtatutis, ita quo vna ex illis pœnis executa ceſſet alia. Guazz *dict. cap.* 20. *n.* 3. Vbi quod ſi Reus per diuerſas ſententias ad diuerſas pœnas damnatus ſit, & non apparet, quæ prior data ſit, mitior exequi debeat. Vide Clar. *quæſt.* 99. *num.* 9. Et ibi Baiar. *num.* 14.

SVMMARIVM.

38 *Iudex etiam ordinarius non poteſt pœnam, quam per ſententiam diffinitiuam tulit alterare.*

Sententia ipſo iure nulla poteſt reuocari. Ibid.

89 *Quomodo Iudex poſt ſententiam latam illam moderari non poſſit, ſiue procedat de Iure Ciuili, ſiue Canonico.*

40 *Quomodo Epiſcopus, & Iudex Canonicus ordinarius poſſit ſententiam à ſe latam moderari. num.* 41.

42 *De Iure Ciuili Reus poſt datam ſententiam confitens delictum puniri poteſt.*

43 *Delegatus ab inferiore Iudice ſententiam à ſe latam, nec alterare, nec exequi poteſt.*

Secus dicendum eſt de delegatis à ſupremo Principe, aut ad vniuerſitatem cauſarum. Ibidem.

44 *Odinarij, ſiue Delegati qui non poſſunt in pœnis à ſe latis diſpenſare, illas alterare non poſſunt.*

45 *Optimum eſt in ſententia ſibi reſeruare facultatem augendi, vel minuendi pœnam.*

46 *Iudex Eccleſiaſticus præcipue dirigere debet ſuum arbitrium ex lege diuinæ, naturali, & ex ſacris Canonibus.*

ARTICVLVS V.

An Iudex poſt ſententiam datam poſſit illum minuere, vel augere, & ſic pœnam impoſitam minuere, vel augere.

38. COmmuniter DD. exiſtimant Iudicem etiam ordinarium non poſſe pœnam, quam per ſententiam diffinitiuam tulit alterare, vel minuendo illam, vel augendo. Et ita quod etiam ſi Iudex errauerit, vt ſi dixerit condemnamus, & intenderit dicere abſoluimus, vel alio modo errauerit, non poſſit ſententiam reformare, ſed teneatur recurrere ad Principem, & etiam ſi ſententia nulla ſit, dum non ſit nulla ipſo iure, ſed ſolum via exceptionis. Vbi enim ſententia ſit ipſo iure nulla, admit-

contra Reum iuſte fuerit promulgata, manente interim libero arbitrio Iudicis, vt ex iuſta cauſa à tali ſententia abſtinere poſſit, quod arbitrium de Iure Iudici competit. Alias verò ſemper tenetur Princeps facere, vt offenſo ſatisfiat, prout iuſtitia exigit.

24. Secundo aduerti debet, quod ſequendo exempla iuris, quorum plura refert Farinacc. *quæſt.* 17. ſi remittenda ſit pæna capitalis & minuenda, mutatio fit non in aliam pænam corporalem licet mitiorem, ſed in pænam pecuniariam, vel exilij, ſed hoc conſuetudine in multis curijs non ſeruatur, ſed mutatio fit etiam in pænam corporalem mitiorem, vt in pænam carceris, vel triremium. Et ideo vbi viget talis conſuetudo arbitrarium eſt Iudici dum minuit pænam ordinariam ſpectata qualitate delicti, vel perſonarum, imponere vel pænam pecuniariam, vel corporalem mitiorem Farinac. *num.* 72.

25. Lege autem, vel ſtatuto duas pænas alternatiuè imponente poteſt Iudex mitiorem imponere. Sed an Iudex ad id teneatur, teneri de conſilio non de neceſſitate dixit Menoch. *de arbit. quæſt.* 85. *num.* 3. Sed dicendum, qui in hoc lex in arbitrio Iudicis poſuit alteram imponere, non quia Iudex ex proprio capere id facere poſſit, ſed vt attenta qualitate delicti, perſonarum minus delictum mitiori, vel maius maiori pæna puniat. Et ideo Iudex ſemper partem mitiorem eligere debet. *D.T.* 2.2. *qu.* 69. *art.* 4. *ad primum* & idem Menoch. *num.* 4. Bictus *quæſt.* 134. *num.* 5. *videantur dicta verſ. ſuper. n.* 6.

26. Iudex verò, ſi pænam à iure, vel ſtatuto, vel conſuetudine inductam minuat ſine iuſta cauſa à iure approbata, peccat, & ſit infamis Clar. *qu.* 85. Felin. Menoch. & alij, quos ſequitur Farinac. *qu.* 17. *nu.* 6. Bictus *quæſt.* 134. *num.* 9.

SVMMARIVM.

27 *Lex præcipue ſi ſit pænalis non extenditur de caſu ad caſum, ſeu de perſona ad perſonam.*
28 *Quomodo hoc verificetur. Ibid.*
29 *Iudex in caſu pro quo lex pænam non impoſuit poteſt imponere pænam taxatam ab alia lege pro caſu ſimili.*

ARTICVLVS III.

An Iudex poſſit pænam legalem extendere da caſu ad caſum, & de pæna ad pænam.

27. HAnc quæſtionem, in qua D.D. ſunt varij, & contrarij examinaui in *tract, de elec. cap.* 5. *qu.* 2. *& cap. Diſpendioſam, de reſcrip. in* 6. & ex ibi deductis, & probatis, breuiter nunc dicitur primo, quod lex & præcipue ſi ſit pænalis, de iure non extenditur de caſu ad caſum in lege non expreſſum, ſeu ſub verbis legis non compræhenſum, ſeu de perſona ad perſonam. Et ideo Iudex ex vi talis legis nec debet, nec poteſt aliud delictum, vel aliam perſonam ſub verbis legis non compreſſam, ex vi talis legis punire, ſeu ad illã eiuſdem legis pœnam extendere. Et hoc eſt verum etiã ſi ratio, vel finis legis dicatur extendi ad illum alium caſum, aut perſonam, & etiam ſi ratio eiuſdem legis dicatur vnica, & etiam ſit in lege expreſſa, & etiam ſi dicato ratio non impulſiua tantum, ſed finalis, & etiam ſi lex illa dicatur fauorabilis ex ratione generali, quia lex lata ſit fauore publico (lex enim non dicitur fauorabilis ex hac cauſa, quia omnis lex ſit intuitu boni communis, & hoc non obſtante lex imponens pœnam, non dicitur fauorabilis) Et etiam ſi verſemur in æquiparatis, & correlatiuis, ſiue ſi ex extenſione fraudibus obuietur, & etiam ſi ratio legis non dicatur ſimilis, ſed eadem, & etiam ſi agatur de fauore publico, aut de fauore piç cauſç. Hæc omnia latius probaui locis citatis pluribus iuribus, rationibus, & DD. authoritatibus, ſufficiat nunc dicere, quod lex non obligat niſi ex voluntate legiſlatoris exterius expreſſa, & ſufficienter promulgata, vt ex *D T. prima.* 2. *qu.* 3. *art.* 4. & alijs Doctoribus eſt de iure manifeſtum. Stultus autem eſſet Princeps ſi, pretenderet obligare ad id, quod non exprimit, & promulgat. Hoc igitur conſiderari debet, an caſus ſub verbis legis comprehendatur, vel non: ſi verum eſt primum, non habet locum extenſio, quia caſus ſub lege comprehenditur: ſi verum eſt ſecundum non habet locum extenſio, quia in Principe nec fuit, nec eſt voluntas obligandi ad id, quod non expreſſit. Secundo, quia ſimilitudo rationis finalis, aut eius identitas, ſi ſit generalis tantum, & generica, vel ſpecifica, non ſufficit ad legis extenſionem, aliter vna lex pœnalis extenderetur ad omnia delicta, & eadem pæna puniri deberent omnia delicta eiuſdem generis, vel eiuſdem ſpeciei, etiam ſi lex imponeret pænam pro vno delicto ſpecialibus circumſtantijs veſtito, ſed delicta ex fine proximo qualificantur, & ex motiuo proximo, at verò proximus finis legiſlatoris ſemper conuertibiliter ſe habet cum caſu in lege prohibito, & expreſſo, quia Princeps ad præcipiendum expreſſe hoc, & non aliud, mouetur ex ſpeciali motiuo illi caſui proprio. Quod enim Princeps vnum expreſſe præcipiat, non eſt niſi ex aliquo motiuo, quod ſit illi proprium, & alijs non commune. Negatur ergo, quod inter caſum expreſſum à lege, & caſum non expreſſum detur, vel omnimoda ſimilitudo, vel identitas.

28. Tertio verò dicitur, quod in pænalibus, aut legibus correctorijs iuris communis, & exorbitantibus locum non habeat hęc extenſio, quia in iſtis nec admittitur compræhenſio alterius caſus, niſi ille compræhendatur ſub ſtricta, & propria ſignificatione verborum, quæ ſtricte interpretanda ſunt.

29. Dicitur nihilominus ſecundo, quod vbi

lex

lex pro caſu in vna lege non expreſſo, pœnam non impoſuit, & ſic delictum eſt punibile pœna Iudici arbitraria, Iudex arbitrium ſuum dirigere poteſt ex alia lege caſum ſimilem puniente, ſi omnibus penſatis delictum ſit punibile pœna pro alio, & ſimili delicto impoſita, quia delictum poteſt eſſe tot, & talibus circumſtantijs veſtitum, vt illam, imo forſan grauiorem pœnam mereatur. Sed hanc pœnam non tenetur imponere ex vi legis imponentis pœnam pro alio caſu dicto ſimili, ſed ex lege generali ex qua Iudex arbitrando tenetur delicta pœnis condignis punire.

SVMMARIVM.

30 *Quando pro aliquo delicto eſt impoſita duplex pœna legalis, ſcilicet, & ſtatutaria, Iudex imponere debet pœnam ſtatutariam.*

31 *Etiam ſi ſtatutum reſeruet pœnas legales.*

Quando ſtatutum non imponit pœnam, ſit recurſus ad pœnam legalem. Ibid.

36 *Iudex attendere debet pœnam impoſitam à noua lege.*

Niſi pœna legis antiquæ ſit impoſita ipſo iure. Ibidem.

37 *Quomodo Iudex ſe gerere debeat in pœnis quando in vno ſtatuto duę pœnæ imponuntur.*

ARTICVLVS IV.

An Reo imponenda ſit pœna legalis, vel ſtatutaria.

30. QVando pro eodem delicto diuerſæ ſunt impoſitę pœnę, vna ſcilicet, à lege, & alia à ſtatuto, eſt ne in arbitrio Iudicis alteram eligere, vel quam ex illis debet imponere? Controuerſa eſt hęc quæſtio apud DD. ſed communior & magis practicata opinio vult, quod imponi debeat pœna ſtatutaria, etiam ſi pœna legalis eſſet corporalis, & ſtatutaria eſſet pecuniaria. Clar. *quæſt.* 85. *num.* 5. *Tuſc. L. P. conc.* 234. Guazz. *defenſ.* 33. *cap.* 19. *num.* 1. *Conciolus. v. Pœna. reſ.* 1. *n.* 1.

31. Imo etiam ſi ſtatutum reſeruet pœnas legales, & ſic de ſtricto iure omnes debeantur, nec electione vnius alię ſint ſublatę, tamen de conſuetudine, ex quadam æquitate, vnam tantum pœnam imponi, & ea impoſita, etiam ſi minor ſit, non poſſe aliam imponi ex Ant. Gomez. *tit. de delict. cap.* 3. *num.* 39. docet Guazz. *defenſ.* 33. *cap.* 19. *num.* 3. Vbi ex Clar. *quæſt.* 85. *num.* 5. *& Tuſc. L. P. concl.* 234. *num.* 8. quod poſtquam Iudex impoſuit pœnam ſtatuti, non poteſt redire ad pœnam legalem. Vbi verò ſtatutum non imponit pœnam, ad pœnam legalem ſit recurſus.

36. Quamuis autem pœna nouę legis non tollat pœnam legis antiquę. Clar. *qu.* 85. *nu.* 5. Et pœnam inflictam à lege generali non tollat lex noua ſpecialem pœnam imponens; tamen vbi pœna à noua lege ſtatuta eſt mitior, & magis congrua, & proportionata delicto, attenditur pœna nouæ legis. Guaz. *defenſ.* 33. *cap.* 20. *num.* 2. Niſi pœna antiquę legis ſit impoſita ipſo iure, quia tunc remanet pœna legis antiquę, niſi lex antiqua ſit per nouam abrogata expreſſe. Felin. & alij, quos ſequitur Guazzin. *dict. cap.* 20. *num.* 2.

37. Et ſi in vno ſtatuto imponuntur duę pœnę, vna illarum ſufficit, niſi in ſtatuto exprimatur, quod vna veniat cumulatiuè ad aliam. *Tuſc. L. P. concl.* 234. *num.* 10. Quod procedit etiam in diuerſis ſtatutis, ita quo vna ex illis pœnis executa ceſſet alia. Guazz. *dict. cap.* 20. *n.* 3. Vbi quod ſi Reus per diuerſas ſententias ad diuerſas pœnas damnatus ſit, & non apparet, quæ prior data ſit, mitior exequi debeat. Vide Clar. *quæſt.* 99. *num.* 9. Et ibi Baiar. *num.* 14.

SVMMARIVM.

38 *Iudex etiam ordinarius non poteſt pœnam, quam per ſententiam diffinitiuam tulit alterare.*

Sententia ipſo iure nulla poteſt reuocari. Ibid.

89 *Quomodo Iudex poſt ſententiam latam illam moderari non poſſit, ſiue procedat de Iure Ciuili, ſiue Canonico.*

40 *Quomodo Epiſcopus, & Iudex Canonicus ordinarius poſſit ſententiam à ſe latam moderari. num.* 41.

42 *De Iure Ciuili Reus poſt datam ſententiam confitens delictum puniri poteſt.*

43 *Delegatus ab inferiore Iudice ſententiam à ſe latam, nec alterare, nec exequi poteſt.*

Secus dicendum eſt de delegatis à ſupremo Principe, aut ad vniuerſitatem cauſarum. Ibidem.

44 *Odinarij, ſiue Delegati qui non poſſunt in pœnis à ſe latis diſpenſare, illas alterare non poſſunt.*

45 *Optimum eſt in ſententia ſibi reſeruare facultatem augendi, vel minuendi pœnam.*

46 *Iudex Eccleſiaſticus præcipue dirigere debet ſuum arbitrium ex lege diuinæ, naturali, & ex ſacris Canonibus.*

ARTICVLVS V.

An Iudex poſt ſententiam datam poſſit illum minuere, vel augere, & ſic pœnam impoſitam minuere, vel augere.

38. COmmuniter DD. exiſtimant Iudicem etiam ordinarium non poſſe pœnam, quam per ſententiam diffinitiuam tulit alterare, vel minuendo illam, vel augendo. Et ita quod etiam ſi Iudex errauerit, vt ſi dixerit condemnamus, & intenderit dicere abſoluimus, vel alio modo errauerit, non poſſit ſententiam reformare, ſed teneatur recurrere ad Principem, & etiam ſi ſententia nulla ſit, dum non ſit nulla ipſo iure, ſed ſolum via exceptionis. Vbi enim ſententia ſit ipſo iure nulla, admit-

Digitized by Google

tunt plures; quod etiam Delegatus Principis, vel ad vniuerſitatem cauſarum, qui æquiparantur Ordinario, poſſit reuocare ſententiam quam tulit, ſed Delegatus ab inſeriore, & ad particolarem cauſam ſententiam etiam notoriè nullam non poſſit reuocare, aut declatare, cum tamen Ordinarins propriam ſententiam declarare poſſit, nihil tamen addendo, vel minuendo. Quamuis etiam Delegatus inferioris ad particulares canſas, propriam ſententiam nullam ex non ſernata ſorma mandati ſuæ delegationis poſſit iterum iudicare, qnia iuriſdictio illi data conſumpta non fuerit, *cap. cum delicta, de reſcrip. cap. in literis, de off. deleg.* Habent hæc Clar. *quæſt.* 85. ex Card. & Parnom. *in cap.* 3. *de pœnis*. Couar. *var. reſol. l.* 1. *cap.* 9. *num.* 8. Farinac. *quæſt.* 17. *num.* 61. & *quæſt.* 10. *num.* 12. Scacc. *de Iud. l.* 1. *cap.* 97. *num.* 232. Menoch. *de arbit. l.* 1. *qu.* 67. Bict. *qu.* 134. & *qu.* 155. *n.* 6. Eliſeus *tract.* 4. *qu.* 17. *num.* 9.

39. Et hæc quidem de Iure Ciuili procedunt ex *l. mortis* §. *Eſto ſere. ff. de pœn. l.* 1. §. *fin. ff. de qu. l.* 1. §. *ſin autem, ff.* ad Turpil. *l. Iudex ff. de re iudicata*. Sed procedere etiam de Iure Canonico, & ita qnod nec Epiſcopus ſuam ſententiam diffinitiuam poſſit moderari ex Genuen. Diaz. & Foller. tenet Bictus *qu.* 134. *num.* 10. Probatur verò, qnia lex Ciuilis in ijs, in quibus lex Canonica non diſcordat, obligat etiam Eccleſiaſticos, quantum ad vim directiuam, quia in his eſt approbata à Pontifice, & tamquam Canonicam reddidit. *Cap. de capitulis diſt.* 10. Tum qnia Iudex poſt ſententiam ſuam functus eſt officio ſuo.

40. Sed hæc difficultatem patiuntur. Nam primo Epiſcopi paſſim ſuas ſententias moderantur, vt teſtatur Genuen., *in prax. Archiepiſ. cap.* 58. *ſeu* 37. & *in alia impreſ. cap.* 48. Nec ſatisfit dicendo id fieri ex conſuetudine introducta. Nam Panorm. in *cap. At ſi Clerici* §. *de adulterijs num.* 14. Dec. *num.* 18. Alex. *num.* 3. Et iterum *Panorm. cap. licet, de pœn. num.* 6. *Prapoſ. in cap. cum* T. de *re indic.* Rodriquez *tract.* 1. *qu.* 44. *art.* 17. & alij plures abſolute, docent, quod Epiſcopus in crimine adulterij, & alijs criminibus inferioribus poſt peractam pœnitentiam poſſunt propriam ſententiam temperare, & ex conſequenti idem poſſunt Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quales in Religionibus ſunt Generales, & Prouinciales. Secundo quia idem Bictus. ex Genuen. Ball & Felin. *cap. qualiter, & quando il* 2. §. *Ad corrigendos, de accuſat.* admittit, quod Iudex ordinarius, ſi in ſententia reſeruauerit ſibi facultatem minuendi pœnam impoſitam, vel augendi per clauſulam *Reſeruantes*, &c. poſsit poſtea poſt ſententiam minuere pœnam, vel augere. At verò ſi per ſententiam de iure conſumaretur Iudicis iuriſdictio ſuper cauſa, & ille ceſſaret eſſe Iudex, non poſſet ipſe contra ius reſeruare ſibi facultatem alterandi ſententiam. Sicuti vere Delegatus ab inferiori non poteſt illa clauſula vti, uia per ſententiam diffinitiuam ceſſat eius iuriſdictio, ita vt nec ſententiam exeqni poſſit. Tertio Iudex Canonicus ordinarius, nimirum, Epiſcopus ſuper crimine adulterij, & alijs inferioribus poteſt diſpenſare, *cap. At ſi Clerici*, §. *de adulterijs, de iudic.* Igitur per ſententiam diffinitiuam non ceſſat eius auctoritas ſuper cauſa iudicata, nec ipſe functus eſt officio ſuo, ita vt non poſſit iterum iudicare, & ſententiam declarare. Quarto de Iure Canonico iuriſdictio Ordinarij eſt fundata in titulo & officio, quod de iure durat poſt mille, ac mille ſententias diffinitiuas, non eſt igitur vnde rationabiliter dicatur, quod ceſſet iuriſdictio, quæ de iure eſt per ſe connexa officio duranti.

41. Epiſcopi igitur nedum de conſuetudine, ſed de iure latas à ſe diffinitiuas ſententias poſſunt ex iuſta cauſa in iure approbata minuere, vel augere. Et idem facere poſſunt habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & alij Ordinarij non obſtante, quod ſit prohibitum Lege Ciuili. Hoc tamen obſeruandum, quod Iudex in caſibus, in quibus, vel de iure, vel de conſuetudine, non poteſt diffinitiuè ſententiare, vt etiam pœnam legis imponere inconſulto ſupremo, vel ſuperiori Magiſtratu, multò minus ſententiam in conſutlo ſuperiore poteſt alterare.

42. Sed & de Iure Ciuili, ſi Reus poſt ſententiam iuridice confitetur delictum poteſt ab eodem Iudice puniri, nam in Criminalibus ſecundum Farina. *qu.* 4. *n.* 43. & Bictum *quæſt.* 83. *num.* 20. & *quæſt.* 134. *num.* 19. Etiam abſolutus ex hactenus deductis, ſuperuenientibus nouis indicijs moleſtari poteſt, vt probatum eſt ſupra *qu.* 20. *art.* 11. *nu.* 144.

43. Delegatus vero ab inferiore Iudice, quia per ſententiam diffinitiuam eius iuriſdictio ceſſat, ſententiam à ſe latam nec alterare, imo nec exequi poteſt. Delegati vero à Principe, aut ad vniuerſitatem cauſarum æquiparantur Ordinarijs.

44. In hoc etiam limitanda erit aſſertio, quod tam Ordinarij, quàm Delegati, qui non poſſunt in pœnis à ſe latis diſpenſare, nec poterunt pœnas per ſententiam impoſitas alterare cum hoc ſit quid maius, quam diſpenſare. Et nihilominus Ordinarij poterunt errorem ſententię à ſe latę nullę ipſo iure corrigere, vel ex nouiter deductis pœnam in ea latam minuere, vel augere, quia adhuc in illis remanet iuriſdictio. Videantur dicta infra *qu.* 31.

45. Et ſemper erit optimum conſilium, vt in ſententia reſeruent ſibi facultatem minuendi, vel augendi pœnam per clauſulam *Reſeruantes*, &c.

46. Sicut & bene faciet Iudex Eccleſiaſticus, vbi lex Canonica non diſponit, ſi dirigat arbitrium ſuum ex Lege Ciuili de illo caſu diſponente, ſpectatis tamen alijs Legis Canonicę principijs, & perſonarum qualitatibus, reliquiſque circumſtantijs conſideratis, Imo in hoc attendere debebit praxim ſui tribunalis, & ſi de

conſue-

conſuetudine legitime præſcripta in eo caſu Lex Ciuilis eſt approbata, illam ſeruare tenebitur, & iuxta illam iudicare, quia tunc Lex Ciuilis cenſenda eſt Canonica. Verum quia Lex Ciuilis de ſe non obligat Iudicem Eccleſiaſticum, & multa decernit, quæ licet ſint vtilia pro temporali Republica, minus congrua ſunt Eccleſiaſticæ, ideo ſæpius nec eſt vtile illam ſeruare, ſed arbitrium dirigere ex lege naturali, & diuina, & ex alijs legibus & principijs à ſacris Canonibus approbatis.

SVMMARIVM.

1 *Vbi dolus non eſt, non habet locum regulariter pœna legis.*
Quid intelligatur nomine doli. Ibid.
2 *Quid ſit dolus verus, & dolus præſumptus.*
3 *Et quid dolus bonus, & malus.*
4 *Quomodo dolus diſtinguatur à fraude.*
Et quomodo fraus à ſimulatione, fallacia, calliditate, & machinatione. Ibid.
5 *Dolus etiam diſtinguitur à culpa.*
Diuerſa acceptio culpæ. Ibid.
6 *Plures diuiſiones culpæ explicantur.*
7 *In Iure dolus non diſtinguitur à malitia.*
Qui ex animo delinquunt non excuſantur à pœna legis. Ibid.
8 *Quando in foro externo non eſt dolus, nec malitia, pœna delictorum non habet locum.*
9 *Vbi dolus ſolum eſt præſumptus, delictum mitius punitur.*
Vbi lex expreſsè dolum requirit, non ſufficit probare dolum per præſumptiones ad pœnam corporalem inferendam. Ibid.
10 *Ex culpa lata non poteſt quis puniri in rigore pœnæ legis, quia culpa lata non æquiparatur dolo.*
11 *Explicatur ponendo aliquos caſus.*
12 *Quomodo ſit puniendus ille, qui omiſit aliquid ſtatutum à lege ex negligentia.*
13 *Plures caſus in quibus culpa lata non æquiparatur dolo.*
14 *In quibus caſibus lata culpa puniatur.*
15 *Duplici caſu lata culpa, non punitur.*
16 *Non ſolum de iure punitur dolus, & malitia, ſed etiam lata culpa licet pœna mitiori.*
17 *Dolus præſumptus punitur mitiori pœna, quam dolus verus.*
Quomodo probetur dolus verus. Ibid.
18 *Quomodo puniatur culpa leuis.*
Culpa leuiſſima non punitur criminaliter, ſed ciuiliter. Ibid.
19 *In dubio non præſumitur dolus, nec culpa lata.*
20 *Quæ ſint præſumptiones non doli.*
21 *Et quæ præſumptiones doli.*
22 *Quomodo ignorantia excuſet à pœna, ſeu allegari poſſit in iudicio.*

QVAESTIO XXVIII.

De cauſis ex quibus minui poteſt pœna legis.

ARTICVLVS I.

Quomodo ceſſante dolo delictum mitius puniatur.

1. VBi dolus non eſt, regulariter non habere locum pœnam legis probatur ex *l.1. C. de ſicar. l. qui iniuria, ff. de furt. l. Quod Reipublicæ, ff. de iniur.* Sed hic primo videndum eſt, quid ſit dolus, & nomine doli intelligatur in iure. Seruius *l.1. ff.* de dolo malo dixit dolum eſſe *machinationem ad decipiendum, fallendumque alterum adhibitam, cum aliud agitur, & aliud ſimulatur.* Labeo verò, teſte Vulpiano. *ead.* *dixit dolum eſſe omnem caliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.* Sed ſecundum *D. T.* 2. 2. *qu.*51. *art.*4. dolus eſt *executio aſtutiæ*. Aſtutia vero proprie dicta, & vt ſumitur in malam partem, vt habetur ex eodem *D. T. qu.*53. *art.*3. eſt quædam ſpecies prudentiæ falſæ, quæ conſiſtit in excogitatione viæ non veræ, ſed ſimulatæ ad aliquem finem obtinendum; dolus vero eſt exercita aſſumptio huius viæ, & propterea dolus eſt exercita aſſumptio viæ non veræ ad finem obtinendum, & ſic eſt exercita machinatio, callidiras, & ſimultatio ad alterum decipiendum. Sed hoc dato, videtur, quod regula data non ſit vera, quia ſæpiſſimè dantur crimina, & quidem atrociſſima, quæ ſine aliqua fictione, & ſimulatione committuntur, & pœna legis omnino puniri debent, vt patet in illo, qui aperte, & manifeſte inimicum occidit. Vt vero hoc explcetur.

2. Multipliciter diſtinguitur dolus, nam primo diſtinguitur dolus in verum, & præſumptum. Et de hac diſtinctione plura habent Menoch. *l.*5. *præſump.*3. Dec. *part.*3. *l.*1. *cap.*4. & Farinac. *qu.*88. *à num.*5. Et quantum ad dolum verum facilis eſt explicatio, quia eſt vera machinatio ad fallendum adhibita, & ſic de eius ratione eſt animus fallendi, & ſic dolus non probatur, niſi probato animo fallendi, ſeu quod dictum, vel factum exterius proceſſerit ex animo fallendi. Farinac. *dict. qu* 88 *num.*7. Sed cum dolus verus poſſit probari per indicia & præſumptiones, qualis erit dolus non verus, ſed præſumptus, ſi ad dolum verum ſufficit, quod ſit præſumptus? Et verè ſic eſt, quod non poſſit dici, quod non ſit verus dolus, ſi ex præſumptione neceſſario concluditur, quod aliquid dictum ſit, vel factum animo fallendi. Nihilominus dici poteſt dolus præſumptus, qui ſiue in rei veritate ſit talis, ſiue non ſit, præſumptione iuris eſt talis. Hunc enim non eſſe verum dolum, vt voluit Menoch. *d. præſump.*3. *num.*6. *ex eod.* Menoch *de recuperanda poſs. remed.* 15. *num.*135. & ex Bart. Caſt. & alijs, pro-

bat Farinac. *qu.*88. *num.*10. Erit ergo dolus præſumptus. Et ſecundo dolus præſumptus dicitur, qui non plene probatur, ſed ſolum ex coniecturis, & præſumptionibus colligitur. Sed tertio dici poteſt dolus præſumptus, ſi licet ſit plene probatus, non tamen eſt probatus niſi per præſpumptiones licet indubitatas, & neceſſario concludentes, quia cum probatio iſta non ſit niſi præſumptiua, igitur non eſt dolus niſi prſumptus. Sed hoc tertium non debet admitti, quia ex præſumptionibus non poteſt dolus plene probari. Nam ſi præſumptiones remanent in ſtatu præſumptionis, ſemper ſunt dubiæ, vel non omnino certæ, & ineptæ ad certam probationem, etiam ſi eſſent centum mille millia, vt probatum eſt ſupra *q.*18. *art.* 2.

Quod ſi ex motiuis ad præſumendum ſimul ſumptis integratur vnum indicium indubitatum, iam ceſſat præſumptio, & adeſt indicium certum inducens ſcientiam, ſeu cognitionem certam. Itaque dicendum eſt illum eſſe dolum præſumptum, de quo non conſtat niſi per præſumptiones iuris, vel hominis, nimirum ex ſolis principijs probabilibus, & non neceſſario concludentibus, & non eſt plene probatus, Eliſeus *tract.* 4. *quæſt.* 18. *numer.* 1. ex Farinac. *quæſt.* 88 *numer.* 15. Si tamen dolus probaretur per præſumptionem iuris & de iure haberi deberet vt verus dolus, iuxta dicta ſupra *qu.* 18. *art.* 2.

3. Diſtinguitur etiam dolus in bonum & malum. Dolus verò bonus idem eſt, quod ſolertia. Sylu. *v. Culpa. num.*1. Malus verò eſt machinatio ad fallendum, dolus vero ſimpliciter dictus accipitur pro dolo malo.

4 Dolus etiam diſtinguitur à fraude, vt genus à ſpecie, quia dolus eſt machinatio ad fallendum, vel per facta, vel per verba, ſed fraus ſolum per callidam, & ſimulatam loquutionem committitur. *D. T.* 2. 2. *quæſt.* 55. *art.* 5. Sæpe tamen pro eodem ſumuntur. Et ſicut dolus ſic fraus diſtinguitur in bonam, & malam: Decian. *l.* 1. *cap.* 5. vbi plura exempla fraudis bonæ ponit. Diſtinguitur etiam fraus à ſimulatione, quia ſimulatio poteſt eſſe ſine intentione nocendi, quam ſemper importat fraus, Dec. *d. cap.* 5. *nu.* 11. Sed ſicut datur ſimulatio bona & mala, ita datur fraus mala, & bona, quæ eſt ſine intentione nocendi. Sed in hoc eſt diſcrimen, quod ſimulatio non tam frequenter accipitur pro mala, ſicut hoc nomen fraus. Quomodo etiam fraus diſtinguatur à fallacia, calliditate, & machinatione tractat Dec. *d.cap.* 55. Sed hæc eſt principalis differentia, quod fallacia, calliditas, & machinatio idem ſunt quod dolus, ſed fraus eſt fallacia, calliditas, & machinatio vt facta per verba. Sed ſi loquamur de iſtis vt excogitatis, ſeu præmeditatis, & in animo præparatis, idem ſunt cum aſtutia in malam partem ſumpta. Quodamodo etiam inter ſe diſtinguuntur calliditas, fallacia, & machinatio, vt tradit Sylu. *v. culpa n.* 3. quia calliditas fit tacendo, fallacia mentiendo, machinatio occulte inſidiando, ſed vna pro alia ſumitur, & vniuerſaliter tam dolus, quam fraus ſunt occulta inſidiatio ad nocendum.

5. A culpa etiam diſtinguitur dolus. Sed aduertendum, quod culpa ſumitur dupliciter, nimirum generaliter, vt eſt idem quod peccatum in genere moris commiſſum, & hoc modo culpa eſt declinatio à bono, ſiue ex malitia, ſiue ex negligentia, vt habetur ex D. T. *p. p. qu.* 48. *art.* 5. *&* 6. *& p.* 2. *qu.* 21. *art.* 2. *&* 2. 2. *qu.* 34. *art.* 2. *& p. d.* 3. *qu.* 1. *art.* 2. Et hoc modo culpa eſt comprehendens ſub ſe dolum, & quodcumque aliud peccatum, quod non ex malitia, ſed ex negligentia, vel ignorantia oritur. Sed culpa alio modo ſumitur, vt eſt peccatum diſtinctum à dolo, & hoc modo ſumptam culpam deſcribit Decian. *l.* 1. *c.* 6. *n.* 4. quod ſit peccatum per imprudentiam admiſſum, quod per prudentem, ſi aduertiſſet, euitari potuiſſet. Quod & admittit Farinac. *qu.* 88. *num.* 49. Sed omne peccatum ex imprudentia eſt, ideo non bene deſcribitur culpa prout diſtinguitur à dolo, per hoc quod ſit peccatum ex imprudentia admiſſum. Ideo melius ex Sylu. *v. culpa num.* 4. diffinitur culpa iuridice, & magis proprie dicta, vt ſit peccatum ex negligentia, vel ſine expreſſa voluntate nocendi, vel delinquendi commiſſum, vt cum quis alteri nocet præter intentionem. Vel dici poteſt quod culpa eſt peccatum, quod non eſt ex malitia, ſed vel ex negligentia, aut ignorentia, aut inconſideratione, aut præter intentionem, aut qualitercumque non tamen ſcienter, & ex malitia commiſſum.

6. Hæc vero culpa iuridice, & magis propriè ſumpta diuiditur in culpam latam, leuem, leuiſſimam. Hæc vero non eſt diuiſio in plures ſpecies, ſed in plures gradus, quia culpa lata grauior eſt, quam leuis, & hæc quam leuiſſima. Latà culpa eſt deuiatio incircumſpecta à bono ex non adhibita illa diligentia, vel conſideratione, quam communiter adhibent alij eiuſdem profeſſionis, & conditionis. In quo peſſime loquuntur, qui hanc diuidunt in eam, quæ eſt ex verſutia, & quæ eſt ex ignauia, quia culpa, quæ eſt ex verſutia, eſt dolus, vt probat Dec. *l.* 1. *capit.* 5. *numer.* 17. lata vero culpa ex negligentia prouenit, vnde, vt probat Farinac. *qu.* 88. *num.* 70. Iura vocant illam magnam negligentiam, vel minimã negligentiam, vel latam negligentiam, vel diſſolutam negligentiam, vel craſſam negligentiam, & quandoque ſtultitiam, & imprudentiam. Et bene addit Farinac. *num.* 76. Quod lata culpa, nec eſt dolus præſumptus: nam vbi præſumitur dolus, iam ſumus extra culpam proprie ſumptam, vt diſtinguitur à dolo, culpa autem leuis eſt deuiatio incircumſpecta à bono ex non adhibita ea diligentia, quam ſolent adhibere homines diligentes eiuſdem profeſſionis, & conditionis; culpa autem leuiſſima eſt incircumſpecta deuiatio à bono proueniens ex non adhita illa diligentia, quam diligentiſſimi ſolent adhibere.

Sylu.

Sylu. *v. culpa* Decian *l.* 1. *cap.* 6, Farin. *qu.* 88. *num.* 61. *& ſeqq.* Et licet multi ex Bartol. *in l. Quod Nerua num.* 8. *de depoſ.* addant duo alia membra, nimirum culpam latiſſimam, & latiorem, ſed illa eſt verus dolus, & hæc eſt dolus præſumptus, vt aduertit Farinac *nu.* 53. *&* 60. Vnde non eſt recedendum à diuiſione data communiter recepta; arbitrarium vero eſt Iudici in caſibus ſingularibus decernere an culpa ſit lata, vel leuis, aut leuiſſima. Et an iure ſub nomine culpæ veniat lata, vel leuis, aut leuiſſima iudicandum eſt ex ſubiecta materia. Decian. *d. cap.* 6. *num* 22. Farinac. *num.* 100.

6. Sed diſtinguitur ne dolus à malitia, vel potius idem ſunt delinquere ex dolo, & delinquere ex malitia? Videtur enim quod diſtinguantur, quia vt probatum eſt, dolus eſt aſſumptio viæ non veræ, ſed ſimulatę, ad decipiendum, quod non importat delinquere ex malitia, ſed ſolum, quod delinquens ſcienter & ex animo deliberato exeat in actum malum. Vnde malitioſus homicida eſt, qui nihil ſimulando manifeſte aggreditur inimicum, & illum occidit. Sed dicitur quod in iure delinquens ex malitia cenſetur delinquere cum dolo. Nam cum delicta, & maleficia maximè diſtinguantur ex animo, & propoſito delinquendi. *l. Quod Reipublicæ ff. de iniur.* Ideo in puniendo iura maximè attendunt, an quis deliquerit ex animo, & deliberatione *l.* 1. *§. Diuus Adrianus ff. ad l.* Cornel. *de ſic. & in l. Diuus Adrianus eod. tit. & cap. ſignificaſti li.* 2. *de homicid.* Vnde non excuſantur à pœna legis, qui ſcienter, & ex animo delinquunt. Et quia, vt docet *D. Th.* qui ex animo delinquunt, vt plurimum doloſe agunt, & per vias ſimulatas ad intentum peruenire contendunt, iuxta illud Prou. 12. *Dolus in corde cogitantium mala*, ideo meritò ab eo, quod vt plurimum euenit, qui malitioſè delinquit cenſetur dolo delinquere.

8. His præmiſſis dicitur primo ex iuribus ſupra *num.* 1. citatis, quod regulariter in foro externo, vbi non eſt dolus nec malitia, pœna ordinaria delictorum non habet locum, & ideo defectus doli, & malitiæ eſt iuſta ratio minuendi pœnam legis. Quod eſt verum etiam ſi delicta ſint atrociſſima, vt ſi ſit delictum læſę maieſtatis. Gig. *de crimine læſæ maieſt. l.* 1. *tit. Qualiter; & à quibus &c. quæſt.* 67. Clar. *quæſt.* 84. Guaz. *def.* 33. *cap.* 18. *num.* 1. Farinac. *qu.* 87. *num.* 10. *& qu.* 117. *num.* 18. *& ſeqq.* Et maximè hoc verificatur in delictis, quæ non committuntur in alterius iniuriam, prout ſunt adulterium, ſtuprum, inceſtus, & ſimilia, quæ ſi committantur ex ignorantia etiam culpabili, nulla pœna puniuntur. Maran. *p.* 4. *in princ. nu.* 61. Bart. Aug. Bero, quos ſequitur Farin. *qu.* 88. *num.* 11. Et præcipue vbi lex pœnam inferens expreſſe requirit dolum, malitiam, & ſcientiam. Couar. *in epit. par.* 1. *cap.* 6. §. 8. *nu.* 21. Bartol. Bald. Marſil. & alij, quos ſequitur Farinac. *qu.* 88. *num.* 28. & Scroi *p.* 7. *c.* 2. *n.* 80.

9. Dicitur ſecundo quod licet dolus præſumptus dicatur æquiparari dolo, non tamen æquiparatur in hoc, quod delictum puniri debeat in rigore pœna legis, ſed vbi dolus eſt ſolum præſumptus, delictum mitius puniri debet, maximè vbi lex expreſſe requirit dolum, & præcipue vbi dolus præſumptus excluditur per alias coniecturas, & præſumptiones. Decian. *p.* 1. *l.* 1. *cap.* 4. *num.* 17. Imo quando lex expreſſe dolum requirit, delictum non poteſt puniri pœna corporali, & præſertim pœna mortis. vnde vbi lex expreſſe dolum requirit, quod ad inferendam pœnam corporalem, & præſertim pœnam mortis non ſufficiat probare dolum per præſumptiones probant. Maſcard. *de probat. leg.* 1. *concluſ.* 550. & ex Burſar. Honded. & Aleiato Farinac. *qu.* 97. Et quatenus ex dolo præſumpto poſſet imponi aliqua pœna corporalis ſpectata qualitate delicti, & perſonæ, & alijs circumſtantijs, nunquam tamen poteſt imponi pœna mortis, & pœna quæ imponitur debet eſſe mitior, quam ſit pœna à lege ſtatuta.

10. Dicitur tertio quod proprie loquendo, nunquam culpa lata æquiparatur dolo, & ideo ex culpa lata non poteſt quis puniri in rigore pœna legis; quamuis multoties lex puniat etiam culpam latam, & negligentiam, & tunc culpa lata pœna legis punienda ſit. Probatur, *p. pars*, quia vt probatum eſt culpa lata excludit dolum etiam præſumptum, nunquam igitur poteſt æquiparari dolo, nec vbi pœna legis ſupponit dolum culpa lata, quæ dolum excludit punienda eſt pœna legis. Et quidem, (quid quid ſit in ciuilibus, & actionibus deſcendentibus ex contractu) in criminalibus, & in actionibus deſcendentibus ex delicto culpam latam non æquiparari dolo habetur ex *l.* 1. *§. ſi quis ideo ff. Ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſus eſt*, & docuerunt Maran. *p.* 4. *num.* 59. Clar. *qu.* 84. in principio, & quamplures alijs quos ſequitur Farin. *qu.* 97. *num.* 19. Guazz. *def.* 33. *cap.* 8. *num.* 1. Et vniuerſaliter lata culpa non æquiparetur dolo vbi agitur de pœna corporali, etiam ſi pœna corporalis detur in defectum pecuniariæ, & præcipue vbi agitur de pœna mortis & maximè in delictis, quæ de ſua natura requirunt dolum, vt ſunt furtum, falſum, iniuria, & ſimilia; & ſic in delictis, quæ ex ſtatuto particulari puniuntur pœna capitali, ſeu corporali, licet ſtatutum de dolo mentionem non faciat, lata culpa non æquiparatur dolo, maximè quando ſtatutum corporalem pœnam ſtatuit pro illo, quod de iure communi non punitur, & non habetur pro delicto; tunc quoque lata culpa non æquiparatur dolo, quando lex, vel ſtatutum requirit dolum, vel expreſſe, vel implicite, vt ſi dicatur, *ſi quis ſtudioſe egerit*, vel *nullus audeat, aut præſumat*, Et hæc omnia late probata quampluribus citatis habentur per Farin. *qu.* 97. *num.* 14. *& ſeqq.*

11. Sed iterum probatur *p. pars* concluſionis, & ſimul probatur, & explicatur ſecunda pars ponderando caſus, in quibus DD. dicunt culpam latam æquiparari dolo. Primus caſus

eſt

Digitized by Google

Sylu. *v. culpa* Decian *l.* 1. *cap.* 6, Farin. *qu.* 88. *num.* 61. *& ſeqq.* Et licet multi ex Bartol. *in l. Quod Nerua num.* 8. *de depoſ.* addant duo alia membra, nimirum culpam latiſſimam, & latiorem, ſed illa eſt verus dolus, & hæc eſt dolus præſumptus, vt aduertit Farinac *nu.* 53. *&* 60. Vnde non eſt recedendum à diuiſione data communiter recepta; arbitrarium vero eſt Iudici in caſibus ſingularibus decernere an culpa ſit lata, vel leuis, aut leuiſſima. Et an iure ſub nomine culpæ veniat lata, vel leuis, aut leuiſſima iudicandum eſt ex ſubiecta materia. Decian. *d. cap.* 6. *num* 22. Farinac. *num.* 100.

6. Sed diſtinguitur ne dolus à malitia, vel potius idem ſunt delinquere ex dolo, & delinquere ex malitia? Videtur enim quod diſtinguantur, quia vt probatum eſt, dolus eſt aſſumptio viæ non veræ, ſed ſimulatæ, ad decipiendum, quod non importat delinquere ex malitia, ſed ſolum, quod delinquens ſcienter & ex animo deliberato exeat in actum malum. Vnde malitioſus homicida eſt, qui nihil ſimulando manifeſte aggreditur inimicum, & illum occidit. Sed dicitur quod in iure delinquens ex malitia cenſetur deliquere cum dolo. Nam cum delicta, & maleficia maximè diſtinguantur ex animo, & propoſito delinquendi. *l. Quod Reipublicæ ff. de iniur.* Ideo in puniendo iura maximè attendunt, an quis deliquerit ex animo, & deliberatione *l.* 1. §. *Diuus Adrianus ff. ad l.* Cornel. *de ſic. & in l. Diuus Adrianus cod. tit. & cap. ſignificaſti li.* 2. *de homicid.* Vnde non excuſantur à pœna legis, qui ſcienter, & ex animo delinquunt. Et quia, vt docet *D. Th.* qui ex animo delinquunt, vt plurimum doloſe agunt, & per vias ſimulatas ad intentum peruenire contendunt, iuxta illud Prou. 22. *Dolus in corde cogitantium mala*, ideo meritò ab eo, quod vt plurimum euenit, qui malitioſè delinquit cenſetur dolo delinquere.

8. His præmiſſis dicitur primò ex iuribus ſupra *num.* 1. citatis, quod regulariter in foro externo, vbi non eſt dolus nec malitia, pœna ordinaria delictorum non habet locum, & ideo defectus doli, & malitiæ eſt iuſta ratio minuendi pœnam legis. Quod eſt verum etiam ſi delicta ſint atrociſſima, vt ſi ſit delictum læſæ maieſtatis. Gig. *de crimine læſæ maieſ. l.* 1. *tit. Qualiter; & à quibus &c. quæſt.* 67. Clar. *quæſt.* 84. Guaz. *def.* 33. *cap.* 18. *num.* 1. Farinac. *qu.* 87. *num.* 10. *& qu.* 117. *num.* 18. *& ſeqq.* Et maximè hoc verificatur in delictis, quæ non committuntur in alterius iniuriam, prout ſunt adulterium, ſtuprum, inceſtus, & ſimilia, quæ ſi committantur ex ignorantia etiam culpabili, nulla pœna puniuntur. Maran. *p.* 4. *in princ. nu.* 61. Barc. Aug. Bero, quos ſequitur Farin. *qu.* 88. *num.* 11. Et præcipue vbi lex pœnam inferens expreſſe requirit dolum, malitiam, & ſcientiam. Couar. *in epit. par.* 1. *cap.* 6. §. 8. *nu.* 21. Bartol. Bald. Marſil. & alij, quos ſequitur Farinac. *qu.* 88. *num.* 28. & Scroi *p.* 7. *c.* 2. *n.* 80.

9. Dicitur ſecundo quod licet dolus præſumptus dicatur æquiparatus dolo, non tamen æquiparatur in hoc, quod delictum puniri debeat in rigore pœna legis, ſed vbi dolus eſt ſolum præſumptus, delictum mitius puniri debet, maximè vbi lex expreſſe requirit dolum, & præcipue vbi dolus præſumptus excluditur per alias coniecturas, & præſumptiones. Decian. *p.* 1. *l.* 1. *cap.* 4. *num.* 17. Imo quando lex expreſſe dolum requirit, delictum non poteſt puniri pœna corporali, & præſertim pœna mortis. vnde vbi lex expreſſe dolum requirit, quod ad inferendam pœnam corporalem, & præſertim pœnam mortis non ſufficiat probare dolum per præſumptiones probant. Maſcard. *de probat. leg.* 1. *concluſ.* 550. & ex Burſat. Honded. & Alciato Farinac. *qu.* 97. Et quatenus ex dolo præſumpto poſſet imponi aliqua pœna corporalis ſpectata qualitate delicti, & perſonæ, & alijs circumſtantijs, nunquam tamen poteſt imponi pœna mortis, & pœna quæ imponitur debet eſſe mitior, quam ſit pœna à lege ſtatuta.

10. Dicitur tertio quod propriè loquendo, nunquam culpa lata æquiparatur dolo, & ideo ex culpa lata non poteſt quis puniri in rigore pœna legis; quamuis multoties lex puniat etiam culpam latam, & negligentiam, & tunc culpa lata pœna legis punienda ſit. Probatur, *p. pars*, quia vt probatum eſt culpa lata excludit dolum etiam præſumptum, nunquam igitur poteſt æquiparari dolo, nec vbi pœna legis ſupponit dolum culpa lata, quæ dolum excludit punienda eſt pœna legis. Et quidem, (quid quid ſit in ciuilibus, & actionibus deſcendentibus ex contractu) in criminalibus, & in actionibus deſcendentibus ex delicto culpam latam non æquiparari dolo habetur ex *l.* 1. §. *ſi quis ideo ff. Ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſus eſt*, & docuerunt Maran. *p.* 4. *num.* 59. Clar. *qu.* 84. in principio, & quamplures alijs quos ſequitur Farin. *qu.* 97. *num.* 19. Guazz. *def.* 33. *cap.* 8. *num.* 1. Et vniuerſaliter lata culpa non æquiparetur dolo vbi agitur de pœna corporali, etiam ſi pœna corporalis detur in defectum pecuniariæ, & præcipue vbi agitur de pœna mortis & maximè in delictis, quæ de ſua natura requirunt dolum, vt ſunt furtum, falſum, iniuria, & ſimilia; & ſic in delictis, quæ ex ſtatuto particulari puniuntur pœna capitali, ſeu corporali, licet ſtatutum de dolo mentionem non faciat, lata culpa non æquiparatur dolo, maximè quando ſtatutum corporalem pœnam ſtatuit pro illo, quod de iure communi non punitur, & non habetur pro delicto; tunc quoque lata culpa non æquiparatur dolo, quando lex, vel ſtatutum requirit dolum, vel expreſſe, vel implicite, vt ſi dicatur, *ſi quis ſtudioſe egerit*, vel *nullus audeat, aut præſumat*, Et hæc omnia late probata quamplurimis citatis habentur per Farin. *qu.* 97. *num.* 14. *& ſeqq.*

11. Sed iterum probatur *p. pars* concluſionis, & ſimul probatur, & explicatur ſecunda pars ponderando caſus, in quibus DD. dicunt culpam latam æquiparari dolo. Primus caſus eſt

eſt vt in pœnis pecuniarijs lata culpa æquiparetur dolo, prout voluerunt plures citati à Farinac. *qu.* 91. *num.* 39. Sed hic caſus non admittitur, nedum cum lex expreſſe requirit dolum, ſed quia abſolute, nunquam culpa lata punitur pœna ordinaria, ſed miriori. Farinac. *n.*41. Secundus caſus eſt, vt in delictis commiſſis in omittendo lata culpa æquiualeat dolo. Hic caſus in ſubſtantia verus eſt, quia peccatum in omittendo punitur pœna legis, ſed conſiderandum quod legi prohibenti aliquem actum, non reſpondet omiſſio, quia præcipitur quod actus non fiat; legi verò præcipienti reſpondet actio, quæ fieri præcipitur. At verò licet omiſſio, ſeu non facere aliquid ſupponere poſſit aliquam diligentiam, vt puta quod ſubditus diligens ſit in ſciendo an actus ſit à lege prohibitus, vel in fugiendo occaſiones traſgrediendi legem, vel in reijciendo illos, qui ad legis tranſge…ionem inducunt, tamen nulla diligentia eſt intrinſeca omiſſioni, quia agere non eſt intrinſecum ei, quod eſt non agere, ideo lex prohibens aliquid agere, ſeu actionem non habere, non habet pro obiecto diligentiam agendi, nec diligentia eſt intrinſeca Rei præceptæ, nec eſt pars illius. Sed agere intrinſecè, & tanquam partem intrinſecam comprehendit diligentiam neceſſariã intrinſecè ad agendum, & ſic diligeneia eſt intrinſeca, & neceſſaria actioni præceptę, & eſt res directe præcepta per legem præcipientem agere. Hæc ergo eſt ratio, & cauſa propria ex qua in delicto commiſſo in omittendo negligentia etiam ſi non doloſa, dum ſit nimia, & craſſa punitur pœna legis, quia dum diligentia fuit directe præcepta, vt pars rei præceptæ, negligentia directe eſt contra legem. At vero pœna legis puniri debet, cum ſit eiuſdem legis directa tranſgreſſio.

12. Et nihilominus dicitur, quod ſi pro negligentia in omittendo commiſſa eſt à lege aliqua pœna impoſita, illa puniri debet, qui ex negligentia omittit, ſed ſi non eſt impoſita pœna certa, & omittens puniendus ſit, quia vere per negligentiam legem tranſgreſſus fuit, tamen ſemper mitius puniri debet, quam ſi dolo omiſiſſet,

13. Quamobrem (quidquid in contrarium dixerint DD. quos refert Farinac. *qu.* 97. *n.*43. *& ſeqq*) & ſequitur Eliſens *tract.* 4. *qu.* 18. *n.*6. & Bictus *qu.* 135. *num.*31. in nullo ex ſequentibus caſibus culpa lata æquiparatur dolo, nimirum, ſi quis in materia incendij, prout tenebatur non impediuit incendium, vel ex culpa lata fuit illius cauſa. Secundo in materia imperitiæ, ſi Medicus ex imperitia fuit cauſa mortis infirmi vel Iudex ex imperitia iniuſtam protulit ſententiam. Tertio in materia cuſtodiæ, vt ſi cuſtos carceris fuit nimis negligens in cuſtodia carceris. Quarto in materia abortus, vt ſi dans mulieri poculum amatorium fuit cauſa abortus. Quinto ſi lex vel ſtatutum non punit actum, qui infertur non in perſonam, ſed in rem, vt ſi ſtatutum puniat eum, qui impediuit poſſeſſionem alicuius. Sexto ſi lex vel ſtatutum vtatur verbis vniuerſalibus, vt ſi lex puniat actum quocumque, vel quouis modo, vel qualitercumque fiat. In his enim, & alijs ſimilibus caſibus diſtingui debet, & dici quod aliud eſt culpam latam puniri, & aliud eſt culpam latam puniri pœna legis ordinaria, & ſicut punitur dolus, & malitia. Nam primum eſt verum, & ſæpiſſime etiam culpa lata puniri debet, quia & eſt vniuerſaliter falſum, quod ſolus dolus, aut ſola malitia puniatur, cum etiam lata culpa ſit culpa, & delictum. Et in hoc ſenſu vero verum eſt, quod in multis caſibus culpa lata punitur, & in hoc æquiparatur dolo, qui ſemper punitur; ſed hæc eſt ſimilitudo valde generica, & ex hoc ſolo dicere abſolute, quod culpa lata æquiparatur dolo, eſt rem confundere non explicare, ſed explicari debet ex qua cauſa, & quando lata culpa lata puniri debet, etiam ſi non ſit doloſa.

14. Dicendum igitur eſt primo, quod vbi lata culpa infert, & eſt cauſa iniuſti damni alicuius, ſemper debet puniri pœna ſatisfactoria: hæc enim de iure naturæ, & ex iuſtitia debetur. Nam qui fuit cauſa iniuſti damni reſtituere tenetur, vt communiter docent Theologi, & Iuriſtæ. Secnndo in foro conſcientiæ, & reſpectu pœnarum ſpiritualium, quæ ſecum ferunt executionem, & ſunt ſententiæ latæ, delinquens ex culpa lata punitur, & pœnam a lege latam incurrit, quia in hoc foro ad incurrenda iſtas pœnas ſufficit illud voluntarium, quod ſufficit ad peccatum mortale incurrendum, ad hoc vero ſufficit craſſa negligentia, quæ eſt voluntaria, & conſequens, quam non excuſare à culpa, & à cenſuris in foro conſcientiæ eſt certum, vt explicaui *cap.* 2. *de conſt. in* 6. *quæſt.* 3. *art.* 2. Tertio quando lex ſpecialiter punit latam culpam, tunc abſque dubio etiam in foro externo lata culpa punitur. Huius exemplum habemus in dante poculum amatorium, & ex hoc cauſante abortum, quia etiam ſi id factum fuerit ſine dolo, nihilominus punitur in terminis *L. ſi quis aliquid* §. *Qui abortionis ff. de pœn.* Et ſic vniuerſaliter, vbi lex expreſſe punit culpam latam, etiam ſi non adſit dolus, culpa lata punitur pœna pro lata culpa impoſita. Sed aduertendum, quod ex quo lex, aut ſtatutum puniat delictum quomodocumque patratum, non per hoc lex aut ſtatutum comprehendit latam culpam. Quia dictio quomodocumque, aut alia ſimilis intelligi poteſt de modis commiſſi delicti, & de circumſtantijs facti, vt puta ſiue homicidium factum fuerit gladio, ſiue veneno, non vero intelligitur de cauſis delicti, aliter ſtatutum comprehenderet etiam homicidium ad defenſam, & ſic eſſet ſtatutum iniuſtum. Farinac. *qu.* 97 *num.* 56. Quarto quotieſcumque factum eſt intrinſece ex ſua ſpecie malum, vtpote contra legem naturalem, & diuinam commiſſum, & alias tale factum etiam de iure poſitiuo habetur pro delicto punibili, ſemper etiam in foro externo aliqua pœna punitur pro mo-

Digitized by Google

modo culpæ. *L. 1. num. 5. C. de ſicar.* Farinac. *quæſt 97. num. 61.*

15. E contra vero culpa lata ſolum in duplici caſu non punitur. Primus eſt, quando pœna legis expreſſe ſupponit dolum, & malitiam. Tunc enim culpa lata ea pœna non punitur, etiam ſi eſſet pœna ſolum pecuniaria. Bart. Bald. Alex. Marſ. & plures alij, quos referunt Menoch. *de arb. l. 1. qu. 65. nu. 8.* & Farinac. *quæſt. 97. num.* 28. Secundus caſus eſt, quando factum non eſt ex ſua ſpecie intrinſecè malum, ſed eſt delictum ſolum ex lege poſitiua illud ſpecialiter prohibente. In hoc enim caſu culpam latam nulla pœna puniri aduertit Farinac. *quæſt.* 97.

16. Sic ergo concludendo dicendum eſt, quod ſi detur regula, & dicatur, quod de iure ſolus dolus, & malitia punitur, hæc regula reijci debet, quia vt plurimum etiam lata culpa punitur pœna aliqua pro qualitate culpæ. Sed ſi dicatur, quod carentia doli eſt cauſa minuendi pœnam, & quod lata culpa non punitur pœna legis ordinaria, ſed mitiori, regula eſt veriſſima, & nullam patitur limitationem. Nam aut culpa lata non punitur, vt puta, quando pœna requirit dolum, vel malitiam, vel ſi punitur, nunquam punitur pœna delicti ordinaria. Lex enim principaliter reſpicit, & punit animum deliquendi, ex quo diſtinguuntur maleficia *L. Quod Reipublica ff. de iniur. Prob. Ad Marz. cap. pro humani 9. & 10. de homicidio in 6. Maran. p. 4. num.* 38. Ant. Gomez. *de delict. cap. 3.* Vnde in maleficijs principaliter attenditur voluntas non exitus, *L.* Diuus Adrianus *ff. an L.* Cor. *de Sicarijs*, vnde actus hominum non euentu, ſed conſilio metiendi ſunt *C. verum §. ſciendum ff. de minoribus*. Et quia deficiente dolo vel malitia, deficit animus delinquendi, ideo vbi delictum non eſt ex dolo vel malitia, non meretur totam pœnam latam contra delictum, ſed minorem pro modo, & qualitate culpæ, & ita tamen quod non poſſit puniri pœna capitali, ſeu corporali, & corporis afflictiua, ſed ſolum pœna pæcuniaria, aut exilij, dixerunt plures, quos ſequitur Guaz. *def. 33. cap. 18. num. 6.* Quod tamen arbitrarium erit Iudici culpæ qualitate attenta, & ſeruanda erunt ſtatuta particularia, vt in ſtatu Eccleſiaſtico conſtitutiones Marchiç, de quibus Farinac. *qu. 99. à num.* 154. Guazz. *d. cap.* 18. Et in dubio an ad fuerit culpa nulla pœna locum habet. Guazz. *d. num.* 1. Quando tamen lex expreſſe, & ſpecialiter punit latam culpam, tunc culpa lata illa pœna puniri debet. Menoch. *l. 2. caſ. 324. num.* 12. Maran. *pag.*42. Farinac. *quæſt. 97. num.* 265.

17. Vt verò dictum eſt, nec dolus præſumptus æquiualet in hoc vero dolo, ſed mitiori pœna punitur. Guazz. *dict. cap.19. num.4.* Dolum autem verum probari coniecturis, & præſumptionibus communiter aſſeritur. Sed in hoc nomen præſumptio confunditur cum nomine indicij. Nam præſumptio proprie vt diſtinguitur ab indicio non eſt medium ad cognoſcendum, ſed eſt actus intellectus ſuſpicantis, vel opinantis, & ſemper incertus, & ex pluribus dubijs, & incertis cognitionibus nequit integrari cognitio certa; probatur ergo dolus ex indicijs, ſed ſi iſta in quocumque numero ſint, non ſunt efficacia niſi ad præſumendum, ex illis non probatur delictum plenè, ſed ſolum præſumptiuè, & ſic non habetur niſi dolus præſumptus.

18. Culpa verò leuis, & in iudicio inquiſitionis, nunquam punitur corporalier. Vbi verò agitur ad inſtantiam, & pro intereſſe tercij, ciuiliter & pœna ſatisfactoria puniri poteſt, non verò criminaliter. Sed vbi delictum ſit tale, vt pro illo non poſſit ciuiliter ſatisfieri, quia damnum illatum non ſit prætio æſtimabile, tunc poteſt puniri. Pœna tamen mitiori, quam ſit illa, quæ datur pro lata culpa. Imo non debet puniri aliqua pœna capitali, aut corporali, ſed ſolum pecuniaria. Sed culpa leuiſſima non punitur criminaliter, ſed ſolum ciuiliter, quamuis aliqui contrarium ſentiant. Videatur Farinacc. *quæſt.97. à num.73.* Guazz. *defenſ.33. cap.18. num.8.*

19. In dubio autem dolum non præſumi, certum eſt, & ſumi debere omnem præſumptionem excludentem dolum, & adhiberi omnem interpretationem, quæ dolum, vel culpam excludat, & potius præſumendum errorem, quam dolum pariter eſt indubitatum. Et idem pariter aſſeritur de culpa lata, vnde qui allegat dolum, aut culpam latam ea debet probare, niſi ſimus in illis, quæ ſine dolo, aut lata culpa non committuntur, vt eſt furtum, & ſimilia.

20. Præſumptiones autem doli multę ſunt. Præſumitur enim dolus ex qualitate perſonæ malo aſſuetę; Ex actu de ſe malo, qui ſine dolo non ſolet haberi, vt ex furto, humicidio, &c. Ex eo, quod quis deficiat in eo, ad quod tenetur ex officio, vt ſi cuſtos carceris, vel arcis in cuſtodia deficiat; ex actione à perſonis ſuſpectis, vel in loco, aut tempore ſuſpecto; ex mendacio; ex violentia; ex inobedientia; ex breuitate temporis, quando quis omnia vnico actu tractare, aut peragere voluit; ex inſolita, & abundantiori cautela; ex actu clam, & in abſcondito habito; ex læſione enormi; ex actu, qui agenti non prodeſt, & alteri nocet; à veriſimili, & alijs ſimilibus, de quibus agit Farin. *quæſt.89. à num.74.* & Bictus *quæſt.*135.

21. Sed pariter præſumptio non doli habetur ex qualitate perſonæ, quæ eſt bonæ famæ, vel eſt minor; ex defectu cauſæ, quia ex actu nullum agenti conſequitur lucrum; ex actu à iure permiſſo; ex cauſa iuris ſui tuendi; ex cauſa obediendi præcepto ſuperioris; ex neceſſitate officij ſui; ex ignorantia; ex temporis interuallo; ex eo quod quid actum ſuis contra perſonam amicam, & beneuolam, aut ſcientem, & volentem; ex credulitate operantis, credentis ſe licite operari; & ex alijs ſimilibus, vt habe-

modo culpæ. *L. 1. num. 5. C. de ſicar.* Farinac. *quaſt 97. num. 61.*

15. E contra vero culpa lata ſolum in duplici caſu non punitur. Primus eſt, quando pœna legis expreſſe ſupponit dolum, & malitiam. Tunc enim culpa lata ea pœna non punitur, etiam ſi eſſet pœna ſolum pecuniaria. Bart. Bald. Alex. Marſ. & plures alij, quos referunt Menoch. *de arb. l. 1. qu. 65. nu. 8.* & Farinac. *quaſt. 97. num. 28.* Secundus caſus eſt, quando factum non eſt ex ſua ſpecie intrinſecè malum, ſed eſt delictum ſolum ex lege poſitiua illud ſpecialiter prohibente. In hoc enim caſu culpam latam nulla pœna puniri aduertit Farinac. *quaſt. 97.*

16. Sic ergo concludendo dicendum eſt, quod ſi detur regula, & dicatur, quod de iure ſolus dolus, & malitia punitur, hæc regula reijci debet, quia vt plurimum etiam lata culpa punitur pœna aliqua pro qualitate culpæ. Sed ſi dicatur, quod carentia doli eſt cauſa minuendi pœnam, & quod lata culpa non punitur pœna legis ordinaria, ſed mitiori, regula eſt veriſſima, & nullam patitur limitationem. Nam aut culpa lata non punitur, vt puta, quando pœna requirit dolum, vel malitiam, vel ſi punitur, nunquam punitur pœna delicti ordinaria. Lex enim principaliter reſpicit, & punit animum deliquendi, ex quo diſtinguuntur maleficia *L. Quod Reipublica ff. de iniur. Prob. Ad Marz. cap. pro humani 9. & 10. de homicidio in 6. Maran. p. 4. num. 38.* Ant. Gomez. *de delict. cap. 3.* Vnde in maleficijs principaliter attenditur voluntas non exitus, *L.* Diuus Adrianus *ff. an L.* Cor. *de Sicarijs*, vnde actus hominum non euentu, ſed conſilio metiendi ſunt *C. verum §. ſciendum ff. de minoribus*. Et quia deficiente dolo vel malitia, deficit animus delinquendi, ideo vbi delictum non eſt ex dolo vel malitia, non meretur totam pœnam latam contra delictum, ſed minorem pro modo, & qualitate culpæ, & ita tamen quod non poſſit puniri pœna capitali, ſeu corporali, & corporis afflictiua, ſed ſolum pœna pæcuniaria, aut exilij, dixerunt plures, quos ſequitur Guaz. *def. 33. cap. 18. num. 6.* Quod tamen arbitrarium erit Iudici culpæ qualitate attenta, & ſeruanda erunt ſtatuta particularia, vt in ſtatu Eccleſiaſtico conſtitutiones Marchię, de quibus Farinac. *qu. 99. à num. 154.* Guazz. *d. cap. 18.* Et in dubio an ad fuerit culpa nulla pœna locum habet. Guazz. *d. num. 1.* Quando tamen lex expreſſe, & ſpecialiter punit latam culpam, tunc culpa lata illa pœna puniri debet. Menoch. *l. 2. caſ. 324. num. 12.* Maran. *pag. 42.* Farinac. *quaſt. 97. num. 265.*

17. Vt verò dictum eſt, nec dolus præſumptus æquiualet in hoc vero dolo, ſed mitiori pœna punitur. Guazz. *dict. cap. 19. num. 4.* Dolum autem verum probari coniecturis, & præſumptionibus communiter aſſeritur. Sed in hoc nomen præſumptio confunditur cum nomine indicij. Nam præſumptio proprie vt diſtinguitur ab Indicio non eſt medium ad cognoſcendum, ſed eſt actus intellectus ſuſpicantis, vel opinantis, & ſemper incertus, & ex pluribus dubijs, & incertis cognitionibus nequit integrari cognitio certa; probatur ergo dolus ex indicijs, ſed ſi iſta in quocumque numero ſint, non ſunt efficacia niſi ad præſumendum, ex illis non probatur delictum plenè, ſed ſolum præſumptiuè, & ſic non habetur niſi dolus præſumptus.

18. Culpa verò leuis, & in iudicio inquiſitionis, nunquam punitur corporaliter. Vbi verò agitur ad inſtantiam, & pro intereſſe tertij, ciuiliter & pœna ſatisfactoria puniri poteſt, non verò criminaliter. Sed vbi delictum ſit tale, vt pro illo non poſſit ciuiliter ſatisfieri, quia damnum illatum non ſit prætio æſtimabile, tunc poteſt puniri. Pœna tamen mitiori, quam ſit illa, quæ datur pro lata culpa. Imo non debet puniri aliqua pœna capitali, aut corporali, ſed ſolum pecuniaria. Sed culpa leuiſſima non punitur criminaliter, ſed ſolum ciuiliter, quamuis aliqui contrarium ſentiant. Videatur Farinacc. *quaſt. 97. à num. 73.* Guazz. *defenſ. 33. cap. 18. num. 8.*

19. In dubio autem dolum non præſumi, certum eſt, & ſumi debere omnem præſumptionem excludentem dolum, & adhiberi omnem interpretationem, quæ dolum, vel culpam excludat, & potius præſumendum errorem, quam dolum pariter eſt indubitatum. Et idem pariter aſſeritur de culpa lata, vnde qui allegat dolum, aut culpam latam ea debet probare, niſi ſimus in illis, quæ ſine dolo, aut lata culpa non committuntur, vt eſt furtum, & ſimilia.

20. Præſumptiones autem doli multę ſunt. Præſumitur enim dolus ex qualitate perſonæ malo aſſuetę; Ex actu de ſe malo, qui ſine dolo non ſolet haberi, vt ex furto, humicidio, &c. Ex eo, quod quis deficiat in eo, ad quod tenetur ex officio, vt ſi cuſtos carceris, vel arcis in cuſtodia deficiat; ex actione à perſonis ſuſpectis, vel in loco, aut tempore ſuſpecto; ex mendacio; ex violentia; ex inobedientia; ex breuitate temporis, quando quis omnia vnico actu tractare, aut peragere voluit; ex inſolita, & abundantiori cautela; ex actu clam, & in abſcondito habito; ex læſione enormi; ex actu, qui agenti non prodeſt, & alteri nocet; à veriſimili, & alijs ſimilibus, de quibus agit Farin. *quaſt. 89. à num. 74.* & Bictus *quaſt. 135.*

21. Sed pariter præſumptio non doli habetur ex qualitate perſonæ, quæ eſt bonæ famæ, vel eſt minor; ex defectu cauſæ, quia ex actu nullum agenti conſequitur lucrum; ex actu à iure permiſſo; ex cauſa iuris ſui tuendi; ex cauſa obediendi præcepto ſuperioris; ex neceſſitate officij ſui; ex ignorantia; ex temporis internallo; ex eo quod quid actum ſuis contra perſonam amicam, & beneuolam, aut ſcientem, & volentem; ex credulitate operantis, credentis ſe licite operari; & ex alijs ſimilibus, vt habe-

tur ex

tur ex Farinacc. *quæſt.* 89. *à num.* 44. Et Eliſeo, *tract.* 4. *quæſt.* 18. *num.* 11. Et Bicto *qu.* 135.

22. Qualiter verò ignorantia, vel excuſet à pœna, vel allegari poſſit in iudicio explicaui, *cap.* 2. *de conſt. in* 6. *qu.* 1. *num.* 21. & 25.

SVMMARIVM.

23 *Cauſa minuendi pœnas triplex eſt, ſcilicet ignorantia, vis, & metus.*

24 *Quomodo ex qualitate ætatis mitius puniantur ſenes.*

25 *Minores alij pueri, alij infantes, alij impuberes, & qui dicantur tales.*

26 *Pueri & infantes ex defectu ætatis, vel nulla pœna, vel mitiori puniuntur.*

Tenentur tamen ad pœnam ſatisfactoriam ciuiliter, Ibid.

27 *Quomodo puniendi ſunt impuberes.*

28 *Et quomodo puniantur minores 25. annis, ſed maiores 14.*

Diuerſa Optniones. Ibid.

Quando dicantur maiores ex bulla Pij V. & in quibus delictis. Ibid.

29 *Quomodo puniantur minores etiam impuberes ſecundum Curiam Romanam.*

30 *Ebrietas eſt cauſa minuendi pœnam.*

Ebrius in aliquo caſu nulla pœna punitur de delicto in ebrietate commiſſo. Ibid.

Quando ebrietas eſt culpa, ebrius aliqua pœna punitur. Ibid.

31 *In quo caſu ebrius puniendus ſit pœna ordinaria de delicto in ebrietate commiſſo.*

32 *Ebrius prouocatus ad delictum patrandum non punitur pœna ordinaria.*

Pariter dicta pœna non punitur, ſi malum non fuit præuiſum. Ibid.

Quid requiratur ad hoc vt malum, ſeu damnum dicatur præuiſum, Ibid.

33 *Ebrietas leuis non excuſat à pœna vel ordinaria, vel mitiori.*

34 *Quomodo probetur ebrietas.*

35 *Furor, dementia, freneſis, mentis captio, & fatuitas ſunt cauſæ minuendi pœnam, & aliquando illam tollendi.*

36 *Quomodo Reus ſit puniendus, ſi furor adueniat poſt delictum commiſſum.*

37 *Furioſus pro quocumque delicto in furore commiſſo non eſt puniendus.*

Quid ſi ex culpa ſua euaderet furioſus. Ibib.

38 *Quomodo delictum in ira commiſſum ſit puniendum.*

Plures caſus. Ibid.

39 *Parua iracundia non excuſat à pœna.*

Qualis Iracundia inualidet contractum, & lis excuſet à pœna. Ibid.

40 *Ira non excuſat à pœna ſi delictum poſt iracundiam continuetur.*

Quid dicendum ſit, ſi iracundia non oriatur ex iuſta cauſa. Ibid.

41 *Quæ dicuntur de iracundia dicenda ſunt de amore cum proportione.*

42 *Quomodo conſuetudo loci, quæ eſt contra ius poſitiuum excuſet ex pœna.*

43 *Conſuetudo loci, quæ eſt contra legem naturalem, aut Diuinam non excuſat à pœna.*

44 *Princeps, ſeu ſuperior mandans aliquid contra legem poſitiuam, quam poteſt tollere, ſi ſubditus obediat excuſatur à pœna.*

45 *Se ſi præcipiat aliquid contra legem Diuinam, ſeu naturalem in qua non poteſt diſpenſare, inferior non poteſt obedire, & obediendo non excuſatur, nec à culpa, nec à pœna.*

46 *Si præceptum Principis ſit dubium an ſit licitum, vel illicitum, ſubditus illi obediens excuſatur à pœna.*

47 *Quomodo ignorantia inuincibilis, & etiam probabilis excuſet à pœna.*

48 *Et quomodo ignorătia craſſa.*

49 *Violentia excuſat à culpa & pœna.*

50 *Quæ conditiones requirantur ad hoc, vt metus excuſet à pœna.*

Metus an excuſet à pœna impoſita à lege naturali & Diuina. Ibid.

51 *Quid dicendum ſit, ſi Princeps præcipiat aliquid contra canonum diſpoſitiones.*

Opiniones variæ. Ibid.

52 *Et quid ſi mandatum Principis ſit iuſtum in ſe, & malum ex circumſtantia.*

53 *Dicenti ſe habere à Principe præceptum iniuſtum non creditur.*

54 *Multitudo delinquentium eſt cauſa minuendi pœnam.*

55 *Pariter delinquentis incertitudo.*

56 *Et etiam nobilitas delinquentis.*

Plures caſus in quibus nobiles non mitius puniuntur. Ibid.

57 *Maxima peritia in arte vtili Reipublicæ habet minuere pœnam.*

58 *Similiter magna merita & beneficia in Rempublicam collata à deliquente.*

59 *Quomodo ruſticitas habeat minuere pœnam.*

60 *Et quomodo fragilitas & ſexus muliebris.*

ARTICVLVS II.

De cauſis minuentibus pœnam ex conditione delinquentis deſumptis.

23. TRiplex eſt cauſa generalis minuendi pœnas, ſcilicet ignorantia, vis, & metus. Iſta enim tria, cum tollant libertatem, vel illam minuant, iuxta doctrinam *D. Thom. p.* 2. *quæſt.* 6. & ex conſequenti excludant dolum, quo excluſo, vel omninò excluditur, vel minuitur pœna, vt probatum eſt, *artic. ſuper.* Ideo iſta tria vel excuſant omninò à pœna, vel illã minuunt. Ignorantia enim tam iuris, quàm facti, ſi ſit inuincibilis, vel probabilis ſicut excuſat à culpa, ita excuſat ab omni pœna. Ignorantia verò craſſa, ſi excludit dolum pœnam diminuit, vt explicatum eſt, *art. ſuper. & cap.* Vt animarum *quæſt.* 1. *per totam de conſt. in* 6. Vis etiam, cum totaliter tollat libertatem, ab omni culpa, & pœna excuſat; metus verò ſi ſit cadens in conſtantem

tem vitum, vel excuſat omninò à culpa, quando lex non obligat ad ſui obſeruantiam cum grauis damni periculo, vel ſaltem excludit dolum, & minuit pœnam. Prætet autem has cauſas generales, multæ particulares tecenſentur, in quibus aliqua ex his tribus reperitur, ex quibus pœna legis vel tollitur, vel minuitur.

24. Primo autem ex qualitate ætatis mitius puniuntur ſenes, & minores, ſenectutem vero incipere ab anno 50. expleto, & durare vſque ad 70 in quo incipit decrepitas, dixit Menoch. *de arb. l. 2. caſ. 59. n. 1.* & ex illo Farinac. *quæſt. 92. nu. 12.* Vbi tamen quod communiter ſenex iudicatur ſexagenarius, & quod vbi lex expreſſe id non explicat, arbitrarium ſit Iudici pro ſubiecta materia iudicare, quis ſit ſenex. At verò ſenes mitius eſſe puniendos vbi agitur de pœna corporali, colligitur ex *l. 2. ff. de term. motu & ex cap. Tant 89. diſt.* Et docent communiter DD. quamuis in praxi numquam vidiſſe minui pœnam titulo ſenectutis dixerit Clar. *quæſt.* 98. Et quidem vbi agitur de pœna pecuniaria, ſenes non mitius puniuntur. In criminalibus verò ex duplici cauſa minuitur pœna in ſenibus. Prima eſt defectus iudicij quando propter ſenectutem, & ſanguinis diminutionem in ſenibus deficit ſenſus, & intellectus, & ipſi iam repuereſcunt, & ſic non agunt ex perfecto iudicio, & deliberatione. Sic enim ob hanc cauſam etiam pueri mitius puniuntur, & Pontifex *cap. Tanta 89. diſt.* ignoſcendo ſeni conſiderauit eius ſimplicitatem. Quamobrem vbi ſenes mente, & intellectu ſunt robuſti, potius grauius puniendi ſunt, eo quia grauius delictum ſit, quod committitur ab eo, qui plus deformitatem illius cognoſcit, vt notauit Decian. *l. 5. cap. 37. l. 1. num. 58.* Secunda cauſa eſt debilitas complexionis, & virium, ex qua non poſſunt ſenes puniri aliqua pœna corporali ſine periculo vlterioris, & maioris, & grauioris damni incurrendi ſupra pœnam à lege taxatam, quia in hoc caſu augeretur corum pœna, & magis punirentur, quam lex præcipiat. Et ideo vbi non ſumus in caſu pœnę arbitrarię, ſi à iure pro delicto ſit impoſita pœna mortis, niſi obſtet prima cauſa, defectus ſcilicet ſenſus, & intellectus, non poterit minui pœna ratione ſenectutis, quia ex morte nullam imminet maius damnum, quod ſit vitandum. Et in omni caſu, niſi idem defectus rationis ſit talis, quod excuſet ab omni pœna, ſenex aliqua pœna puniendus erit. Farinac. *quæſt. 92. num. 38.*

25. Pariter ex defectu ætatis, vel non puniuntur, vel mitius puniuntur minores. Ex ijs vero alij ſunt infantes, ſcilicet pueri vſque ad ætatis annum 7. incluſiue *L. ſi infanti C. de iure deliber.* Alij proximi infantiæ, nimirum pueri à 7. anno vſque ad nonum annum nouum, ſi ſint fœminæ, vel vſque ad nonum annum cum dimidio, ſi ſint maſculi. Quamuis Menoch. *de arb. l. 2. caſu* 57. velit quod ſit arbitrarium Iudici decernere, an poſt octauum annum pueri dici debeant proximi infantiæ. Alij verò dicuntur impuberes, & iſti ſunt pueri à ſeptimo anno vſque ad 14. ſi ſint maſculi, & vſque ad ad annum 12. ſi ſint fœminæ. Verum pueritiam durare vſque ad 17. an. excluſiue docent Io: Andr. *in rubr. de delictis puer* ibi Panorm. Anan. *n. 1.* Socin. *num. 2. & 3.* ſed tunc dicitur plena pubertas, ſeu puereria. Farinac. *quæſt. 92. num 7.* Impuberes autem proprie ſunt maſculi ab anno 7. vſque ad 14. & fœminæ vſque ad 12. Quis verò dicatur proximus pubertati cõtrouerſum eſt, alijs volentibus proximos pubertati eſſe maſculos ab anno 10. cum dimidio, & fœminas ab anno 9. cum dimidio; alijs dicentibus illum dicendum proximum pubertati, qui ab ea diſtat per ſex menſes, alijs contendentibus hoc eſſe Iudici arbitrarium. Et certe in hoc conſiderandum eſt, an malitia ſuppleat ætatem, tunc enim puer etiam minor decem annis cum dimidio dicitur proximus pubertati. Ant. Mainar. Farinac. *quæſt. 92. num. 10.* Pubertas verò incipit in maſculis ab anno 14. & in fœminis ab anno 12. Dicitur vero plena in viris in anno 17. completo, & in fœminis in anno 14. Farinac. *dict. qu. 92 num.* 10. Vbi quod pueritia in iure dicitur vſque ad dictos 17. annos. Tandem minor dicitur, qui non eſt 25. annorum, vt habetur ex toto *tit. de minorib.* 25. annorum.

26. Iſti igitur minores, vel nulla pœna, vel mitiore puniuntur ſpectata ætatis qualitate. Sed hic primo diſtingui debet inter pœnam ſatisfactoriam ciuiliter, quæ non eſt propriè pœna, & pœnam datam pro delicto. Nam ad pœnam ſatisfactoriam, quæ eſt reſtitutio, vel ſatisfactio pro damno dato, tenentur etiam infantes. Si enim infans furto abſtulit rem alienam, tenetur illam reſtituere, & qui illius curam habent, tenentur de bonis infantis pro damno dato ſatisfacere. Cæterum infantes criminaliter nulla pœna puniri poſſunt, cum nullius culpæ ſint capaces *L. ſed & quemcumque §. fin. ff ad leg. Aquil. L. Infanſ. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Neque hic attendi debet, quod aliqui ſenſerint infantes doli capaces poſſe puniri, quia rarius accidit, quod infantes ſint doli capaces, & leges non attendunt, quæ raro eueniunt, & ideo eorum errata corrigere ad parentes pertinet, non ad Iudices. Ioannes Andr. *capit. 11. de delictis puerorum num. 4.* Anton. *num. 2. & 3.* & alij, quos ſequitur Farinac. *quæſt. 92. num. 50.*

27. An vero impuberes puniri poſſint controuertunt DD. verior tamen & æquior eſt ſententia illorum, qui dicunt impuberem non proximum pubertati, ſi delinquat, nulla pœna puniri, etiam ſi forſan ſit doli capax; nam lex illum præſuponit non doli capacem, & puniri vetat. Impubes vero proximus pubertati puniri poteſt, ſed non pœna ordinaria, & præcipue pœna mortis, ſed mitiori. Anchar. *in cap. 1. de delict. puer. num. 3. & 4.* Card. in Clem. *1. de homic. num. 7.* Arch. *num. 8.* Imol. *n. 4.* Menoch. *de arbitr. caſ. 319. nu. 1.* Et plures

:tlios referens Farinac. *q. 92. nu.65.* Sed ſi contingat, quod proximus pubertati non ſit doli capax, puniri non debet. Lex tamen præſumit proximum pubertati eſſe doli capacem, & ideò qui contrarium allegat, id probare debet. Cæterum proximus pubertati mitius punitur ſiue deliquerit in committendo, ſiue in omittendo. Farinac. *q.92.n.76.* Quod veró pro delictis non dolo ſed culpa commiſſis, impuber non puniatur, alij affirmant, alij negant. Hóc ſaltem admitti debet vt ad effectum excuſandi impuberem etiam in totum à pœna concedatur reſtitutio in integrum. *l. Ex cauſa §. ſi in commiſſum; ff. de minor.* & ibi communiter DD. Anchar. *cap. 1. de delict. puer. num.* 4. Ruin. *num. 8. & cap. 2. eod. tit. Hoſt. num. 4. Butr. num. 3. Clar. q. 60.* Farinac. *q. 92. num.* 102. Scroi *p. 7. c. 2. num. 33.* In crimine etiam falſæ monetæ impuberem excuſari in totum habetur ex *l. 1. §. Impuberes. C. de falſ. moneta.* Et cum adhuc aliqui velint, quod ſi ſint doli capaces non excuſentur, hoc ad minus verũ eſt, quod non debẽt puniri pœna ordinaria. Monoch. *l. 2. de arb. caſu 316. num.* 31. Farinac. *q. 92. num.* 111. Sicut nec pro crimine læſæ maieſtatis, vel alio atrociſſimo *l. Auxilium. §. in delictis. ff. in minoribus*, In crimine verò Sodomiæ impubes muliebria paſſus per vim, & metum, ſi de hoc conſtet, nulla pœna punitur. Farinac. *q. 48. num.* 78. Scroi *p. 7. cap. 2. num. 33.* Vbi quod in hoc caſu facit indicium ad torturam contra nominatum. An verò impubes ſubijciatur cenſuris, tractanr Suar. *diſp.* 5. Bonac. *d. q. 1. p.* 4. Si tamen voluntariè paſſus ſit, & hoc eſt notoriũ, eſt infamis & nõ poteſt promoueri ad ordines. Panorm. *conſ. 72. n. 2. Theſaur. de pœn. p. 2. num. Sodomia* Scroi *d. n. 33.*

28. Minores verò 25. annis, ſed maiores 14. mitius etiam puniuntur etiam in atrociſſimis delictis. Quod quamuis controuertatur a pluribus, vt videre eſt, apud Farinac. *q. 92. nu.* 106. tamen hoc ſaltem verum eſt, & omnino ſeruandum, vt minores etiam in atrociſſimis, & criminibus falſæ monetæ, & læſæ maieſtatis non puniantur pœna ordinaria, & maximè pœna mortis inconſulto Principe. Farinac. *num.* 108. Guazz. *d. 33. cap. 17. num.* 1. Nunquam tamen iſti minores excuſantur à tota pœna, *l. 1. C. ſi aduerſus delin. & l. Impunitas C. de pœn.* Vnde nec illis datur reſtitutio in integrum in delictis dolo commiſſis, ſeu aduerſus dolum verum, vel in contractibus dolo cõmiſſis. Sed quod nec in delictis culpa lata commiſſis detur minori reſtitutio in integrum, voluit Petr. *de Bellap.* & alij apud Farin. *q. 92. nu.* 99. Et dignum eſt, vt minor pro culpa aliqualiter puniatur. Vbi etiam ex lege aliqua ſpeciali, aut ſtatuto minor 25. annis puniri debet, id eſt obſeruandum. Sic enim in Statu Eccleſiaſtico ex conſtit. Pij IV. Pij V. & Sixti V. minores, qui attigerunt 20. annum habentur pro maioribus in delictis homicidij, & alijs in eis recenſitis. Videndi tamen ſemper erunt dictarum Conſtitutionum tenores, eaſque non extendi ad præbentes auxilium homicidis, ſenſit Frrinac. *q. 92. num.* 188. Guazz. *diſt. 33. cap. 17. nu.* 3. Sed neque in ſpiritualibus delictis vt puta in criminibus hæreſis, & Simoniæ, Nam in his maiores 14. annis habentur ſimpliciter pro maioribus *cap. fin de ind. in 6.* Dec. *l. 3. cap. 12. num. 24. & l. 1. cap. 37. n.* 56. Simanc. *Cathol. inſt. tit. 19. à num. 56.* Penna *p. comm.* Carena *p. tit. n.* Et nihilominus *iuxta cap.* Dixit Apoſt. 24. *q.* 3. Si iſti delinquentes pœnituerint, mitius puniuntur, vt citati DD. tradunt. Qualiter etiam in aliquibus delictis in ſpecie nominatis non puniantur pœna ordinaria enumerant Scroi. *p. 2. cap. 75. Bictus q. 136. à num. 9.*

29. Qualiter minores etiam impuberes, & qua pœna ordinaria puniri debeãt, dum puniri debent, ſi de impuberibus loquamur, illi ſola ferula puniri debent Clar. *q. 60.* Farinac. *q. 92. num.* 170. Scroi. *p. 7. cap. 2. nu.* 33. plures referens. Sed in hoc Conſuetudo Romanæ Curiæ digna eſt, vt vbique ſeruetur, de qua ita teſtatur Farin. *q. 92. num.* 171. *Dicam tibi* fideliter quod in Vrbe, quæ omnium aliarum Ciuitatum magiſtra reputatur in occurrenti caſu ſeruatum viderim diſtinguendo ætates & tempora, vt ſic concordentur Scripturæ, & Doctores. Quando agitur de puniendo impubere non proximo pubertati, tunc indiſtinctè & in quocumque delicto numquam vidi à bonis & practicis Iudicibus hos alia pœna puniri, quam ferula ipſis inflicta, non publicè vel à publicis Iuſtitiæ miniſtris, ſed in carceribus à Parentibus, ſeù Conſanguineis, vel ab vno ex carceris Cuſtodibus, preſertim ſi honeſtiores fuerunt conditionis. Quando veró impuberes *ſunt* grãdiuſculi, & proximi pubertati, tunc ſi delictum ab ipſis commiſſum ſit tale, pro quo ſi maiores fuiſſent, mortis pœnam de Iure minimè ſubijſſent, tunc idem quod in præcedenti caſu ſeruatum vidi, ſi veró delictum erat capitale, quod ſæpe contingit, quando iſti pueri Sodomiæ crimen actiuè, vel paſſiuè committunt, vel plura committunt furta, tunc ſæpiſſimè eos publicè fuſtigaros. Ad triremes autem propter eorum teneliam tatem nunquam damnatos vidi. Quod ſi fuerint puberes, maiores, ſcilicet, quatuordecim annis, licet minores quindecim. Et tunc ſi delicti grauitas hoc patiatur, fuſtiganrur, & etiam ad triremes damnanrur, niſi eſſent adeo imberbes, vt Iudices à tranſmiſſione ad triremes ſe abſtinerent, propter periculum maioris ſcandali, & peccati, quod ibidem contingere poſſet. Bene verũ eſt quod ſi iſti minores fuerint nobiles, condemnentur pro delicto capitali ad triremes non ad remigandũ, ſed ad inſeruiendum illis in libertate, & pugnando cum hoſtibus, *iuxta deciſ.* Gramm. 13. *in fine.* Et in omnibus prædictis caſibus erit ſemper in Iudicis poteſtate exilij pœnam aut pecuniariam, vel vtramque loco corporalis infligere eius arbitrio iuxta facti & perſonarum qualitatem, & hoc in practica nullam

lam

lam apud nos habet difficultatem. Hæc Farin.

30 Tertia cauſa minuendi pœnā eſt ebrietas. Ebrius enim eſt priuatus vſu rationis, & eius actiones non ſunt liberæ, nec capaces meriti, ac demeriti. Et ideò non eſt dignus pœna ob delictū in ebrietate commiſſum, ſi ebrietas fuit plena, & rationis vſum abſtulit. *Cap. Sanè, & cap. Inebriauerunt* 15.*q.*1. De ebrietate autem, & ſomno, & qualiter peccata commiſſa ab ebrio, & dormiente imputari debeant multa dixi. *Cap.*2.*de conſt.in* 6.*q.*1.*art.*24. Eſt verò hoc primo conſiderandū, quod factū à plenè ebrio nō eſt in ſe actus humanus, nec delictū vel culpa. D.Th.2.2.*q.*150.*ar.*1. Et ideò ex hac parte nulla pœna debet puniri, quomodocūq; illud factum eſſet delictum, ſi à non ebrio committeretur, vt ſi eſſet fornicatio, blaſphemia, homicidium, ſolum igitur hic conſideranda ſunt duo. Primum ſi ebrietas eſt culpa. Poteſt enim eſſe, quod ebrietas non ſit culpa, vt quia ebrius non cognouit qualitatem vini, vel quia fuit inebriatus à ſocijs ponentibus ſal in vino. Sed ſi ebrietas fuit culpa punibilis, pro hac culpa poteſt ebrius puniri aliqua pœna ob culpam, quam commiſit ſe inebriando, vt per DD. quos refert Farinac.*q.* 93.*n.* 3. *&* 4.

31. Sed ſecundo maximè debet conſiderari, an delictum commiſſum in ebrietate fuit præuiſum, vel potuit, & debuit præuideri. Nam in hoc caſu poteſt contingere, quod delictum ebrij puniatur etiam pœna ordinaria. Si enim ebrietas ſit affectata, vt ebrius ex illa ſe excuſet, delictum ab eo in ebrietate commiſſum pœna ordinaria punitur. Couar. *in Clem.* 1. *p.* 3.*num.*3. *de homic.* *Menoch. de arb. l.*2.*caſu* 376.*n.* 8. *&* 9. *Farinac.q.*93 *num.* 21. Souſa *l.* 3.5.23. *num.* 2. Et plures alij apud iſtos. Si etiam poſt ebriatem ebrius ratum habuit delictū in ebrietate commiſſum pœna ordinaria punitur ſecundum Menoch. *l.*3.*caſu* 326. *n.* 11. Rip. Hercul. & Maſcard. *de prob.l.*2.*concl.* 579. *num.* 4. quos ſequitur Farinac.*q.* 93. *nu.*23. Eliſ.*p.* 7. *q.*19.*nu.* 4. Sed non credo quod ratihabitio ſufficiat in hoc caſu ad pœnam ordinariam. Quia ratihabitio delicti poſt factum, non eſt cauſa delicti, ſed ſolum illius complacentia, vel conſenſus. Pariter ſi aliquis ſit ſolitus inebriari, & delinquere in ebrietate, alioſque percutere, & offendere, ſi ſe inebriauit, & aliquem percuſſit, vel offendit, puniri debere pœna ordinaria, poſt Socin. Carrar. Couar. Anch. & alios, dixit Farin. *q.* 93. *num.* 20. *&* *Conciolus Verſ. ebrietas reſol.* 1. *num.* 12. Sed hoc non credo procedere ſine diſtinctione, ſi eum ebrius ſit ſolitus percutere alios, etiam non prouocatus, admittitur eum puniendum eſſe pœna ordinaria, ſi percuſſit aliquem. Sed ſi non ſit ſolitus alios offendere, niſi prouocatus & non percuſſit niſi prouocatus, non poteſt habere locum pœna ordinaria, quia tunc percuſſio non eſt in ſe voluntaria, cum ſit ab ebrio vſu rationis priuato, ſed nec eſt voluntaria in ſua cauſa, ſcilicet, in ebrietate, quia ebrietas non eſt per ſe cauſa percuſſionis, & ebrius ſi non fuiſſet ſolicitatus, non percuſſiſſet. Et in hoc caſu ebrius ex iuſtitia non tenetur abſtinere ab ebrietate. Sicut ſi ebrius dormiebat, ſicut contingere ſolet vt plurimum, & ab aliquo expergefactus aliquem percuſſit, eadem ratione non poteſt pœna ordinaria puniri. In hoc tamen caſu ſolitus inebriari puniendus eſt, nedum pro ebrietate, ſed etiam pro delicto pœna tamen mitiori, quia delictum eius eſt aliquo modo voluntarium, ex quo ſolitus eſt ſi prouocetur, alios percutere.

32. Et ſemper attendendum, quod ſi qui ſe inebriauit, ſe poſuit in loco, in quo nullum offendiſſet, ſi ab eo non fuiſſet extractus, vel ibi prouocatus, non poteſt habere locum pœna ordinaria. Et ſic ſi malum, quod ex ebrio ſequitur, non fuit præuiſum, nec potuit, aut debuit præuideri, vt puta, quia valde raro euenit ebrio, ebrius ab illo malo excuſatur ex doctrina D.T.*p* 2.*q.* 20.*num.*5. *&* *q.*73. *n.*8. *&* 2.2. *q.*150.*num* 4. vbi Caiet. Ad hoc tamen vt damnum dicatur præuiſum ſufficit, quod ſit præuiſum in genere mali, ſi loquamur in foro conſcientiæ. Sed in foro fori ad excludendam pœnam ordinariam, ſufficit quod non ſit præuiſum in ſpecie, quia pœnæ imponuntur non pro delictis in genere, ſed pro delictis in ſpecie. Et vlterius aduerti debet, quod inebriare ſe non eſt iniuſtitia contra aliquem, niſi ex illa ſequatur iniuſtitia. & ſi hæc non fuit præuiſa, vel non potuit aut debuit præuideri, delictum ebrij non poteſt puniri pœna iniuſtiæ debita. Sed de his videantur, quæ dixi *cap.* 2. *de conſt. in* 6. *q.* 1. *art.* 24.

33. Si vero ebrietas non fuit plena, nec vſū rationis abſtulit, ſed fuit leuis ebrietas, delictum in ebrietate commiſſum puniendum eſt, & vel pœna ordinaria, vel mitiori ſecundum quod ebrietas fuit leuior, vel grauior, & per hoc conciliantur ſententiæ contrariæ, apud Farin.*q.*93.*num*-18.

34. Probatur vero ebrietas ſignis, & indicijs, & etiam teſtibus de credul. Maſc. *d.prob.l.* 2.*concl.*578. dum tamen rationes concludentes afferunt ex actibus indecentibus, & ſermonibus extra propoſitum, ex nimia potatione vini, vel alijs ſignis deſumptas. Farin.*qu.* 93.*num.fin.*

35. Quarta cauſa eſt furor, dementia, fræneſis, mentis captio, & fatuitas. Nam fatui, dementes, furioſi &c. cum non habeant vſum rationis perfectum ſunt incapaces agendi libere, & meritorie, vel demeritorie *l infan. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Cap.illud.*15.*qu.*1. Vnde fatuus pro delictis commiſſis tempore fatuitatis non poteſt puniri. Et ſi habeat lucida interualla non poteſt tamen puniri pro delictis commiſſis, cum ſanam mentem non habebat *l.Diuus Marcus ff.de off.præſ* Et ſi actus qualitates ſunt conuenientes homini ſanæ mentis, præſumitur delictum commiſſum à fatuo tempore lucidi interualli, ſecus ſi actus nō eſt actus competens homini ſanæ mentis. In dubio tamen vincit præſumptio non ſanæ mentis exclu-

ſiua delicti. Farin. *qu.* 94. *num.* 10. Souſa 3. *c.* 33. *num.* 4. Carena 3. *p tr.* 9. *n.* 65. Et ſi ſana mens non ſit certa, ſed ſolum præſumatur, ſeu præſumptionibus probetur, non poteſt delinquens puniri pœna ordinaria, ſed mitiori puniri debet.

36. Sed quid dicendum, ſi furor adueniat poſt delictum patratum, poner ne tunc furioſus puniri? Dicitur primo, quod ſi ſit ſpes. quod furor deficiat, & adueniat ſaltem aliquod lucidum interuallum, non poteſt furioſus puniri tempore furoris. Nam primo ſicut delictum ſic & pœna delicti debet fieri per actus humanos, ita quod punitus cognoſcat ſe puniri ob delictum, & poſſit de illo pœnitere; punitur enim homo, non beſtia, furioſus vero eſt ſimilis beſtiæ. Tum ſecundo quia abſens puniri non poteſt, fatuus vero ſe habet vt abſens, & quod magis eſt, tempore furoris nec eſt, nec eſſe poſſet contumax, & in hoc non ſufficeret contumacia curatoris, vel procuratoris, cum omnino in delinquentem fatuum non poſſit reduci contumacia alterius. Dicitur ſecundo quod etiam ſi nulla ſit ſpes, quod furor deficiat, ſi furor aduenit ante proceſſum informatiuum, vel ſaltem antequam Reus ſe defenderit, nullo modo poteſt puniri, quia indefenſum damnare iniquum eſt, & ideo in hoc caſu nec pœna pecuniaria puniri debet. Dicitur tertio quod etiam ſi furor inſanabilis aduenerit poſt defenſum Reum, & tunc cum non ſupererat niſi eum damnare, vel etiam ſi aduenerit poſt ſententiam, non poreſt Reus puniri pœna corporali, & præcipuè pœna mortis, quia durante furore non poteſt Reus puniri, & Deo reconciliari, vnde tunc eſſet Reum damnare pœna infermi æterna, quod Iudici terreno facere non licet; ſed & abſolutè tunc puniri Reum pœna corporali eſſet non punire hominem, ſed beſtiam. Et ideo quod non poſſit Reus in hoc caſu puniri pœna corporali eſt ſententia communis Doctorum, quos referunt Menoch. de arbit. *l.* 2. caſu 325. Couar. in Clem. *p. de homic. part.* 3. *num.* 2. Farin. *qu.* 94. *nu* 16. Vbi *num.* 23. Quod Princeps in hoc non debet aliud ſtatuere. Et *n.* 24. quod eſt verum nedum de pœna arbitraria, ſed quod Reus in hoc caſu nec puniri poſſit pœna à lege ſtatuta. Solum eſt dubium de pœna pecuniaria, quia quod ſi furor adueniat poſt defenſionem perfectam, vel poſt ſententiam, poſſit Reus puniri pœna pecuniaria, & etiam confiſcatione bonorum, ſentiunt Clar. *qu.* 60. Bald Rip. Viuian. & plures alij apud Farin. *qu.* 94. *num.* 19. Sed ſi furor aduenit ante latam ſententiam, de hoc ego dubito, quia furioſus ſe habet vt homo mortuus & vt, animal viuum, non poteſt vero mortuus damnari, & ideo ſolum in caſibus, in quibus damnari poſſet memoria mortui, poſſet furioſus in hoc caſu damnari ad pœnam pecuniariam. Sed ſi furor eſſet ſanabilis expectari deberet quod furor ceſſaret. Sic igitur in his caſibus, ſi furor ſit inſanabilis, furioſus debet abſolui, & à carceribus liberari. Sed ſi furor ſit ſanabilis, detineri debet, quoad vſque furor ceſſet. Farinac. *quæſt.* 94. *num.* 25. & alij quos ſequitur Conciol *v. Furioſus reſ.* 1. *n.* 9.

37. Nullum verò eſt delictum quantumuis atrociſſimum, à quo non excuſet furor. Et pro delicto à furioſo commiſſo nulla pœna debetur. Et confeſſio à furioſo emanata, non illi nocet. Nec obſtat, ſi quis culpa ſua furioſus euaſerit. Nedum enim inueriſimile eſt, aut difficillime probari poteſt, quod aliquis voluntarie furorem, ſeu fatuitatem incurrerit. Sed hoc dato furioſus pro delicto in furore commiſſo puniri non poteſt, Imol. in Clem. 1. *num.* 3. *de homic.* vbi Vital. *num.* 28. Menoch. *caſu* 325. *num.* 9. Farinac. *quæſt.* 94. *n.* 35. Quamuis ſi daretur caſus, quod furioſus ex culpa ſua rediſſet ad ſanam mentem, poſſet aliquando puniri, vt ſupra dictum eſt de ebrio. Cæterum nullum eſt delictum ita atrox, ſiue ſit parricidium, ſiue crimen læſę maieſtatis, ſiue Principis occiſio, ſiue quodcumque aliud pro quo furioſus puniri poſſit, quia nulla actio furioſi eſt actus humanus, & delictum, niſi furor ſit ſimulatus, & non verus. *l.* Diuus Marcus *ff. de offic. Præſ.* In quo caſu ſi conſtaret de fictione, vel per iudicium medicorum, vel per indicia indubitata taliter, quod induceretur Iudex ad iudicandum, poſſet ſimulatus furioſus puniri tanquam ſanæ mentis. Couar. in Clem. 1. *de homic.* 3. *part. relect. num.* 2. Farinac. *quæſt.* 94. *num.* 40. *& ſeqq.* In dubio tamen exiſtentibus ſignis furoris, non poteſt furioſus dubius puniri. Et nihilominus furioſus licet non ſit puniendus, cuſtodiri tamen debet, vel in domo parentum, vel alibi, & etiam ſi opus fuerit in carceribus, & compedibus, & manicis ferreis, & catenis, ne aliquid pernitioſũ ſibi, vel alijs cõmittat *l. Diuus Marcus ff. de offic. Præſ.* Et ſi cuſtodes illius in hoc ſint negligentes, puniri debent *l. fin. § fin. ff. ad leg. Põpon. de parric.*

38. Quinta cauſa eſt iracundia, vel inordinatus amor. Delictum enim in ira commiſſum leuius punitur *L.* 2. *C. de dolo, & L. Aut facta §. cauſa ff. de pœn. Cap. ſi quis iratus.* 2. *q.* 3. Quod enim fit calore iracundiæ, caret dolo. L. 2. §. *Quær. ff. ad Turpil.* Ira tamen non excuſat in totum, niſi ſit talis, vt omnino priuet vſu rationis, quod difficillimum eſt probare. Sed excuſat, & facit, vt delinquens mitius puniatur. Et hoc modo excuſat etiam iuſtus dolor, cum homo iuſto dolore permotus non ſit in plenitudine intellectus, & difficillimum ſit iuſtum dolorem temperare. L. *ſi adulterium §. Imperatores ff. de adult.* L. *Grachus C. eod.* Panorm. *cap.* 1. *num.* 2. *de iniur.* Felin. *cap. dilecti num.* 12. *&* 13 *de excep.* Cum vero Carer. hoc extendat, vt verum ſit, etiam ſi quis delinquat ex interuallo, merito de hac extenſione dubitat Farinac. *qu.* 91. *num.* 5. Ex hoc vero excuſantur Pater occidendo filiam, & maritus occidendo vxorem, vel adulterum ſi in fragranti carnali commercio inueniantur. L. *ſi adulterium §. Imperiales ff. de adult. L. Grachus C. eod.*

C. eod. Cap. ſi quis vero il p. de ſent. excom. vbi Gloſſ. Panorm. & alij DD. communiter. Et eodem modo mitius punitur, qui prouocatus verbo, vel facto prouocantem offendit, etiam quod moderamen inculpatæ tutelę excedat. *l. qui cum maior. §. libertus ff. de bon. libert.* Et ſic vniuerſaliter mitius puniuntur, blaſphemi, & alij delinquentes ex iracundia.

39. Sed tamen non excuſat iracundia, ſi ſit parua, ſed ſolum ſi ſit magna. At vero iram magnam illam dicunt eſſe, quæ in totum alienet à mente. Ita Dec. & plures alij, quos refert, & ſequitur Farinac. *quæſt. 91. num.* 40. Sed diſtinguendum eſt hic inter contractus, & pœnas. Nam quod ad inualiditatē contractuum, vel Sacramentorum, vel votorum ex cauſa iracundiæ neceſſe ſit, quod iracundia ſit talis, vt totaliter mentem alienet, & vſum libertatis tollat, quia ſi hoc non ad ſit, actus manet liber, & ideo ſufficere poteſt advalorem actus, & hoc bene intelligitur, & eſt verum, niſi in caſu ſpeciali ex aliquo ſpeciali iura ſit neceſſaria plenitudo libertatis. Sed loquendo de excuſatione à pœna, alia ratio eſt; quia ad hoc ſufficere poteſt non plenitudo libertatis, quæ ſit talis, vt excludat dolum, licet non excludat culpam. Ideo dicendum eſt, quod ſi ira ſit tanta, vt excludat libertatem, & totaliter auferat vſum rationis (quod difficillimum erit probare) hæc ira excuſat in totum, eo modo quo excuſat ebrietas. Nam nihil intereſt an quis vino, vel ira ebrius ſit; ſed licet ira non totaliter tollat libertatem, nihilominus ſi magna eſt, & tanta vt excludat dolum, licet nō excludat culpā proculdubio excuſat, & facit, quod delinquēs mitius puniatur.

40. Nullo modo tamen ira excuſat, ſi delictum poſt iracundiam continuatur, & duret; delictum enim tunc perſeuerantia confirmatur, & in plena libertate durat. Multi etiam volunt, quod ad hoc vt ira excuſet, debeat eſſe orta ex iuſta cauſa, & ſic ſi quis prouocatus iraſcitur, ſed prouocatio non eſt iniuſta, ſed iuſta, iracundia non excuſat. Ita Carer. & alij plures, quos ſequitur Farinac. *qu. 91. n. 38. & 39. & Conciolus verſ. iracun. num.* 5. Sed merito oppoſitum apud eumdem ſenſit Bulognet. *in l. Vt vim. nu. 46. ff. de iuſt. & iur.* Nam ira excuſat à pœnæ plenitudine, quia diminuendo libertatem tollit dolum, licet non tollat culpam, non vero ex hoc præciſe excuſat, quia orta fuerit ex illa, vel alia cauſa; ſtat vero quod iracundia orta ex cauſa iuſta, vel iniuſta, dolum excludat, quamuis hoc ſemper verum ſit, quod in eo, qui iuſte iraſcitur, ira non ſit adeo culpabilis, & aliquo modo magis excuſet. Ira verò affectata, cum non excludat dolum, & ſit voluntaria nō excuſat. Iram verò non præſumi, ſed probandam ab illo, qui in illa ſe fundat, eſt indubitatum.

41. Quæ vero dicta ſunt de iracundia cum proportione dici debent de amoris inordinata paſſione, vt pœna minuatur illi, qui ex amoris magni impetu aliquid ex non plena deliberatione operatur, & veluti ebrius agit. Quod verificatur quando amore captus aliquid ſubito, & ex improuiſo aliquid facit, non verò ſi quis ceſſante impetu amoris ex deliberatione operatur. Et nihilominus Farinac. *quæſt. 98. num. 92.* quem non reijcit Bictus *qu. 137. nu. 11.* exiſtimat, quod in vtroque caſu amore captis ex aliqua parte ſit indulgendum. Sed ſupponit, quod in ſecundo caſu amore captus ſine deliberatione agat, quod quidem non admittitur, & in eo caſu dolus & malitia non excluditur. Nam licet peccatum ex paſſione amoris ſit peccatum infirmitatis, tamen doloſus, & malitioſus eſt infirmus, qui cum poſſit curari ab infirmitate voluntarius in illa perſeuerat.

42. Sexta cauſa eſt conſuetudo loci. De conſuetudine late diſerui *cap. de conſ. in 6.* Breuiter hic diſtingui debet. Nam conſuetudo vel eſt contra ius poſitiuum, vel contra ius naturale, aut diuinum. Si eſt contra ius poſitiuum, & ſit legitime præſcripta, cum deroget legi, & excuſet à culpa, multo magis excuſat à pœna legis. Sed ſi conſuetudo ſit à lege vel Principe reprobata, niſi iterum contra hanc reprobationem ſit legitime præſcriptū, & inducta ſit conſuetudo legitima, conſuetudo reprobata à pœna legis non excuſat, ſicut nec excuſat à malitia & dolo niſi forſan ignorantia reprobationis à dolo, vel culpa excuſet Quod vero Anchar. *c. cum venerabilis col* 1. & Anan. *nu. 4. d. conſuet. & Dec. conſ. 170. col. 3.* quos refert, nec reijcit Farin. *qu. 95. num. 44.* volunt hoc verificari etiam ſecluſa ignorantia, nō poteſt admitti. Qui enim ſcienter vtitur conſuetudine reprobata eſt malitioſus, & doloſus tranſgreſſor legis, & ideo pœna legis puniendus.

43 Sed ſi conſuetudo ſit contra legem diuinam, vel naturalem; cum iſta ſit illegitima, & nullius valoris, & quanto eſt antiquior, tanto ſit peior, per ſe nec excuſat à culpa, nec à pœna à lege diuina, vel naturali inducta. Sed difficultas eſt, an excuſet à pœna temporali inducta à lege poſitiua. Affirmant enim Panorm. *cap. Cum venerabilis nu. 5. de conſuet.* Aym. *conſ. 6. num.* 105. & Rom. *conſ. 96.* quos non reijcit Farinac. *q. 95. num.* 38. Et apud eumdem Farinac. *nu.* 5. multi volunt, quod conſuetudo excuſet à pœna vſurarum. Sed ſi conſuetudo iſta ſit à lege poſitiua permiſſa ſicut permittit Iudæis vſuras, vel ſicut permittitur ſimplex fornicatio, conſuetudo ſic permiſſa à pœna legis poſitiuę excuſat. Sic vbi permittuntur colluctationes, torneamenta, ludi cum ſaxis, vel pugnis, vel calcibus, ſi contingat aliquem vulnerari, vel occidi non punitur aliqua pœna etiā extraordinaria, vt per DD. quos abundè refert Farinac. *q. 95. num. 25. & ſeqq.* Niſi, vt habet Menoch. *de arb. caſu* 400. quis dolo in huiuſmodi ludis occiderit aliquem; qui dolus præſumitur ex præcedenti inimicitia. Sed ſi huiuſmodi conſuetudo non ſit legitime permiſſa, conſuetudo à pœna legis poſitiuæ non excuſat, ſi contingat aliquod delictum punibile pœna legis, dans enim operam rei illicitæ non

excu-

excuſatur à culpa, & pœna, ſi contingat, quod in aliquo delinquat etiam caſualiter contra legem. Solum hic poteſt excuſare communis error, ſi communiter creditur conſuetudinem eſſe permiſſam. Anch. *cap. cum vener. de conſ.* Farin. *qu.* 95. *n.* 1. plures alios referans. Vel poteſt excuſare ignorantia ſaltem à pœna ordinaria, ſi omnibus penſatis deſit dolus, & per hæc poteſt cognoſci quid ſit dicendum in caſibus ſingularibus, quos referunt Farin. & alij. Cæterum in peccante conſuetudo peccandi non minuit, ſed auget culpam & pœnam.

44. Septima cauſa eſt mandatum Principis, aut potentioris. Sed & hic diſtinguendum eſt, nam ſi opus quod mandatur, licet ſit in præiudicium tertij, prohibitum eſt ſola lege poſitiua, & Princeps poteſt in ea diſpenſare, & illam abrogare, inferior obediendo Principi præcipienti, ſicut non peccat, ſic excuſatur à pœna talis legis. Imo etiam ſi opus prohibitum ſit contra legem Diuinam, vel naturalem, quantum tamen ad pœnam illatam à iure poſitiuo, ſi ſuperior præcipiens poteſt in illa diſpenſare, & eam tollere, ſubditus obediens tali ſuperiori excuſatur à pœna illa à iure poſitiuo inducta, itaut nec pœna extraordinaria puniri poſſit. Cenſetur enim ſuperior in illa pœna diſpenſare, quia magis iniuſtus eſſet ſuperior, ſi vellet inferiorem puniri ex eo, quod ſibi obedientiam præſtitit. Et ſuperior, qui aliquid præcipit fieri contra legem, quam ipſe poteſt tollere, ex hoc illam tollit, quod præcipit illam non obſeruari. Et in hoc ſenſu vera eſt ſententia Gloſ. *in cap. miles in v. Imperij 23. qu.* 5. volentis quod ratione mandati ſuperioris excuſatur aliquis à pœna. Nec in hoc caſu habet locum limitatio eorum, qui voluerunt, quod in atrocioribus inferior obediens ſuperiori iniuſte præcipienti, ſaltem puniri debent pœna extraordinaria. Quod voluerunt Clar. *qu.* 60. Iaſon. Gomez, & Petrus a Plach. quos ſequitur Farinaccius. *quæſt.* 97. *num.* 9. Quia Princeps mandans aliquid fieri contra legem, quam poteſt tollere, non præcepit inualide, ſed legem tollit, & ſuper obedientia legis diſpenſat. Maximè ſi præcipiat ex motu proprio, vel ex certa ſcientia. Sed neque locum habet alia limitatio, vt, ſcilicet, obediens Principi, etiam in prohibitis à iure poſitiuo teneatur ad pœnam, ſi agitur de præiudicio tertij. Archid. *cap. Reſcripta* 25. *quæſt.* 2. & ibi Bellarm. *num.* 2. Bald. *cap. Cum adeo, num.* 11. *de reſcript.* Hoc enim verificatur de pœna impoſita operanti in præiudicium tertij à iure naturali, & de obligatione reſtituendi, & vbi ſuperior in lege poſitiua non poteſt valide diſpenſare. Nam hac poteſtate data quantū ad id, quod legis poſitiuæ eſt, ſuperior non inualide præcipit, & inferior ex hoc pœnæ illius legis non ſubijcitur ſuperioris præcepto obediendo.

45. Dicitur ſecundo quod per ſe loquendo, dum ſuperior iniuſte, & inualide præcipit; quod contingit, ſi præceptum eſt contra legem diuinam, vel naturalem, vel poſitiuam, in qua nec licite, nec valide poteſt diſpenſare, inferior nō poteſt tali præcepto obedire, & obediendo nec à culpa, nec à pœna excuſatur, & nedum extraordinaria, ſed ordinaria pœna puniri debet. *Cap. ſi dominus* 11. *quæſt.* 3. *cap.* Non licet *diſt.* 10. Et quidem quod non liceat obedire ſuperiori præcipienti contra legem diuinam, & naturalem, ex dictis citatis iuribus eſt manifeſtum, & cum D Thom. 2. 2. *quæſt.* 73. *num.* 7. docent communiter Theologi, & Iuriſtæ. Et eadem eſt ratio ſi præceptum ſit iniuſtum ex lege poſitiua à præcipiente indiſpenſabili, quam tenetur ſeruare etiam ſuperior, qui præcipit. Tunc enim delinquens non excuſatur à culpa, nec excuſatur à pœna legis. Nec obſtat, quod obediendum ſit Principis mandato quamuis duro, & non poteſt Principi dici cur ita facis? *Cap. in memoria d.* 8. *& cap.* Quamuis de pœnit. *d.* 3. Quia hoc eſt verum vbi Princeps non præcipit illicite, & manifeſte etiam illi prohibita. Quod ſi dicatur, quod licet Princeps erret, tamen eius error facit ius, quia quod Principi placet, legis habet vigorem *l.* 1. *§ fin. ff. de adim. leg. & §. ſed Principi, inſtit. de iur. natur. & gen.* Vnde quod inferior obediendo Principi excuſetur, voluerunt plures, quos refert Farin. *quæſt.* 97. *nu.* 26. Quoniam hæc doctrina eſt pluſquam falſa, vbi manifeſtum eſt Principem abuti ſua poteſtate, & præcipere illicita, quæ niſi iniuſte, & illicite poteſt præcipere. Nam Deo non Principi eſt obediendum, ſi Princeps contra Dei præceptum aliquid præcipiat.

46. Dicitur nihilominus tertio quod obedire Principi excuſat à pœna legis, ſi vel ſit dubium an Principis præceptum ſit illicitum, vel ſi excuſet ignorantia, vel vis, vel metus. Primo in dubio an præceptum Principis ſit iniuſtum, aut illicitum, ſubditus illi obedire debet, & obediendo à pœna excuſatur. Hoc late explicauimus *to.* 1. *de ſtat. qu.* 186. *a.* 8 *à n.* 23 2. In dubio enim præceptum ſuperioris iuſtum præſumi debet *cap.* 2. *de maior. & obed. c. Quid culpatur* 23. *quæſt.* 1. Panormit. *conſ.* 84. *num.* 7. *l.* 1. Felin. *cap. Quæ in Eccleſiarum num.* 60. *de conſt.* Sylu *cap. Iudex quæſt.* 6. & alij communiter. Et hoc eſt verum necum in dubio negatiuo, ſed etiam in poſitiuo, ſi de iuſtitia præcepti ſint probabiles opiniones contrariæ. Quia in his quæ pertinent ad gubernium publicum Principis eſt decernere, quæ opinio amplecti debeat, & illi eſt obediendum. Et in hoc etiam aduertendum quod ſi Princeps in reſcripto dicat, vt mandatum eius ſine cauſæ cognitione exequatur, tunc debite voluiſſe præcipere, præſumitur. Eliſeus *tract.* 4. *quæſt.* 20. *num.* 2.

47. Secundo excuſat ignorantia. Et hoc eſt verum nedum de ignorantia rigoroſe inuincibili, ſed etiam de probabili, quando quis non tenetur maiorem habere diligentiam vt ſciat, ptout difusè explicaui, & probaui *cap. Vt animarum de conſt in* 6. *art.* 5. Ideo ex hoc excuſa-

Digitized by Google

cuſatur merus executor, qui non tenetur examinare an ſententia, vel aliud, quod ſibi à Principe, vel ſuperiores cōmittitur exequendum, ſit iuſtum, vel iniuſtum, & ideo exequendo quod ſibi mandatur, ſicut non peccat, ita excuſatur à pœna. Quod ſi merus executor eſt certus aliũde quod id, quod ſibi mandatur, eſt iniuſtum, primo conſiderare debet, quod non ſufficit executori, quod ſciat, v.g. damnatum eſſe innocentem, quia & innocens iuſte damnatur, ſi ex allegatis, & probatis in proceſſu appareat delinquens, & ſic ſententia contra eum lata non eſt iniuſta; vnde ſi iuſtam ſententiam exequatur, non peccat contra iuſtitiam, & à pœna excuſatur, quia in hoc caſu ſequi debet iudicium ſui ſuperioris & illud exequi. Quod ſi executori conſtet, aliquē ex falſis teſtibus fuiſſe damnatum, vel non ſeruato ordine iuris, ſeruandum eſt, quod decernitur in *cap. Paſtoralis, & cap. Quia vero, de off. & poteſt. Iud. deleg.* vt admonui *cap. vt inquiſitionis num.* 17. *de hæret. in* 6. Et infra pluries explicatur & præcipuè *q.* 32.

48. Cæterum ignorantia etiam ſi ſit craſſa, dum tamen excludat dolum, ſemper excuſat à pœna ordinaria, licet non ab extraordinaria. Et ita credulitas operantis arbitrantis ſe iuſte agere, etiam ſi ſit leuis, temeraria, & beſtialis, & iniuſta, tamen excludit dolum, credulitas tamen iniuſta non excludit à temeritate, & lata culpa. Farin. *quæſt.* 90. *num.* 56. & 58. Eliſeus *t.* 4. *quæſt.* 18. *num.* 12. Quod ſi quis ſcienter operatur, quod eſt illicitum, malitioſe agit, & doloſus cenſetur. Credulitas vero ex iuſta cauſa, vt quia quis credidit fidei digno, excuſat etiam à culpa, & ex conſequenti à pœna; Sed de his videantur quæ adnotaui *cap. Vt animarum quæſt.* 8. vbi *ab art.* 14. *vſque ad* 25. late explicatum eſt quomodo & quando ignorantia excuſat à culpa, vel à pœna. Et ipſo *art.* 25. oſtenſum eſt, quomodo ignorantia in foro externo poſſit allegari. Et DD. in hac materia abunde refert Farinacc. de Reo confeſſo *qu.* 89. & 90.

49. Tertio violentia, quia cauſat omnino inuoluntarium, iuxta doctrinam D. T. *p.* 2. *qu.* 6. *art.* 8. ideo excuſat ab omni culpa, & pœna. Ideo ſi mulier nupta violenter opprimatur & carnaliter cognoſcatur, nulla pœna puniri debet *l. vim paſſam. & l. Vxor. §. ſi quis planè ff. de adult. & l. fæditiſſimam. C. eod. & cap. Propoſito* 32. *quæſt.* 5.

50. Quarto & metus excuſat. Sed duæ conditiones adeſſe debent. Prima eſt quod lex contra quam delinquitur, non ſit talis, quæ obliget ad ſui obſeruantiam etiam cum periculo grauis damni, & etiam mortis, ſicut vt plurimum facit lex naturalis. Secundo quod metus ſit grauis, & cadens in conſtantem virum. Sic ſi Princeps mandet alicui vt occidat innocentem extra iudicium, & ſi id non faciat minatur ei mortem, quod excuſetur à pœna, ſentiunt plures, quos refert, & ſequitur Farin. *qu.* 97. *num.* 11. Sed hoc eſt verum reſpectu pœnæ latæ per legem poſitiuam; quæ non obligat ad ſui obſeruantiam cum periculo mortis. Sed non excuſatur à pœna ex lege naturali, & diuina contra occidentem innocentem, & ideo ille licet non puniatur ab eo ſuperiori, qui mãdauit occidi, ab alio tamen legitimo ſuperiore poterit puniri pœna ſaltem arbitraria. Quia ex lege naturali, & diuina vnuſquiſque potius tenetur mori, quam innocentem priuate occidere. Sic ergo metus in conſtantem virum excuſat à pœna legis, ſi lex non obligat ad ſui obedientiam cum periculo mortis, vel grauis damni. Et in hoc ſenſu vera eſt opinio D.D. quos refert, & ſequitur Farinacc. *d. quæſt.* 97. volentium quod metus excuſat à pœna. Quod ibi *num.* 20. extenditur ad delinquentem præcibus & mandato Principis, quia eius præces mandato æquiparantur. Cum vero aliqui voluerint, quod ad hoc vt metus excuſet, neceſſe ſit, quod mandans minatus fuerit mandando graue damnum, ſi mandatum non exequatur, & quod mandans ſit ſolitus minas exequi, Farinacc. *quæſt.* 97. *num* 22. vult quod ſufficiat, ſi Princeps ſit ſolitus male tractare non exequentes ſua mandata. Et vere ſufficit probabilis timor grauis damni in hoc caſu. Et nihilominus, quia metus non cauſat inuoluntarium ſimpliciter, ſed ſolum ſecũdum quid, D. Th. 1. 2. *qu.* 6. *a.* 7. Ideo metus non excuſat delinquentem à pœna extraordinaria *cap. Sacris, de ijs quæ vi, & met. cauſ.* vbi Butr. & alij. Et *l. ſeruus C. ad l. Iul. de vi publ.* vbi Bald. Salic. & alij, Couar. *in* 4. *decret. part.* 2. *cap.* 3. § 4. *num.* 7. Clar. *quæſt.* 60 Menoch. *de arbit. l.* 2. *caſu* 154. *nu.* 1. Farinacc. *quæſt.* 97. *num.* 23. ſi tamen lex eſt talis, vt non obliget cum periculo grauis damni, metus excuſat etiam à pœna extraordinaria.

51. Exiſtimauerunt verò aliqui, nimirum Archid. *cap. Reſcripta* 2. *qu.* 2. & ibi Bell. quod ſi Princeps mandet aliquid exequi, non obſtantibus iurium, & canonum diſpoſitionibus, quod Iudex inferior teneatur exequi, etiam ſi præceptum ſit iniuſtum, & inualidum, quia tunc certa eſt mens Principis. Sed Bald. *in cap. Cum adeo num.* 11. vult, quod in hoc caſu ſit expectanda ſecunda iuſſio, qua habita obediendum ſit. Farinac. *quæſt.* 97. *num.* 46. & 47. Sed ſi Princeps poteſt derogare iuri, vt poteſt Papa, præceptum illud non eſt inualidum, & ideo Iudex inferior obedire debet, nec expectare debet ſecundam iuſſionem, niſi veriſimiliter credat reſcriptum obtentum fuiſſe ſubreptitie, vel ex importunitate. In quo caſu ſi ſibi viſum fuerit, poteſt expectare ſecundam iuſſionem. Niſi timor alicuius ſcandali, aut alterius grauis damni, vel charitas proximi obliget ad expectandam nouam iuſſionem. Sed ſi ſuperior mandans non poteſt derogare iuri, tunc illud præceptum eſt iniuſtum, & inualidum, nec Iudex inferior licitè, & impune poteſt illud exequi. Iniuſtum enim præceptum, non niſi culpabiliter obſeruatur & contra iura. Et hoc eſt verum etiam ſi in

re-

reſcripto ſit clauſula *motu proprio*. Quidquid in contrarium dixerint Bald. Rom. Alex. Nec. & Gig. quos ſequitur Farinac. *nu.* 40. quia ſine magna indignatione Principis non obſeruaretur præceptum. Nam ſemper attendi debet, quod metus minuit, non tollit culpam, & ideo non etiam excuſat niſi à pœna ordinaria, & ideo protſus improbabile eſt, quod ex Felin. Butr. Im. & alijs ſubdit Farinac. *num.* 50. ſcilicet, quod parendum ſit ſecundæ iuſſioni quamuis iniuſtæ; Licet Farin. *n.* 51. dicat tutius eſſe expectare tertiam iuſſionem, ſed ſemper attendi debet, quod ſi Principes poteſt derogare iuri præceptũ non eſt inualidũ. Sed ſi Princeps non poteſt derogare iuri, & ſic præceptũ eſt iniuſtũ, & inualidum nunquam licet iniuſto præcepto obedire, & contra iura obligantia ad ſui obſeruantiam operari etiam propter metum, qui ſimpliciter non excuſat à culpa, vt docet idem Farinac. *num.* 24. ideo non excuſat à pœna extraordinaria. Et ſi hoc præſcriptum ſit præiudiciale tertio, Iudex illud exequens tenetur ad reſtitutionem.

52. Sed quid faciet Iudex inferior in caſu, quod Princeps iniuſte illi mandet, vt iniuſte iudicet? Si mandatum eſt iuſtum in ſe ipſo, ſed malum ex circumſtantia, quia immineat graue ſcandalum populo, vel damnum graue ex eius executione, tenetur Iudex inferior admonere Principem, & expectare ſecundam iuſſionem. Hoc idem faciendum ſi mandatum ſit ſecundum ſe iniuſtum, & ſit ſpes probabilis, ſeu non ſit certum, quod Iudex perſiſtet in eo, quod tale mandatum obſeruatur. *Cap ſi quando de reſcrip.* vbi Felin. *num.* 12. & 13. Dec. *nu.* 3. *Auth. de mand. Princ.* §. ſi quis autem Clar. *quæſt.* 60. Farinac. *qu.* 97. *num.* 33. Et in omni caſu ſuperſedeat ab executione quatenus poteſt, Et ſemper recordetur, vt magis Deum timeat, quam Principem, & potius officium deſerat, quam quod Deum & iuſtitiam offendat, & omni meliori modo, quo poterit ſe ab indignatione Principis tueatur.

53. Dicenti etiam ſe habere mandatum Principis ad exequendum iniuſtum præceptum non creditur. Et Iudex in ſindicatu, vt ſe defendat, illud probare tenebitur. Sed & ad hoc vt ſubditi illi parere teneantur Iudex id probare tenebitur. Et in præiudicium tertij, nulli quantumuis digniſſimo creditur. Et tale mandatum in proceſſu inſer debebit. Nam & hoc mandatum per ſcripturam probandum erit. Videantur dicta ſuperius *qu.* 2. *art.* 3. *num.* 23. & *ſeqq.* de mandato Delegati.

54. Octaua cauſa minuendi pœnam eſt multitudo delinquentium. Vbi enim multi ſunt delinquentes, & præcipuè, vbi agitur de pœna mortis, auctores delicti, & principaliores in delinquendo puniuntur pœna ordinaria, alij verò pœna extraordinaria. Et hoc eſt verum nedum ſi delictum fuit commiſſum in rixa, ſed etiam ſi ſit coniuratio animo deliberato habita Ratio autem huius eſt duplex. Altera eſt ne fiat tanta ſtrages hominum. Alia vero eſt, vt vitetur ſcandalum, quod oriri poſſet ex tantæ multitudinis ſeuera punitione. Ita colligitur ex *cap. Vt conſtitueretur. diſ.* 50. & *cap. Commeſſationes. diſ.* 44. & *cap. Latores, de Cler. ex. com. miny,* & *cap. Dilectus il ſecondo de Simon.* & *cap.* 1. *de reſcript.* multitudo vero in hoc propoſito dicitur multitudo 40. hominum, ex Gloſſ. in *d. capite Dilectus il ſecondo num.* 3. Farinac. *quæſt.* 96. *nu.* 12. *Coneiol. v. pœna.*

55. Nona cauſa eſt delinquentis incertitudo, quando in rixa repentina plures conueniunt, & ignoratur quis ex illis deliquerit, hæc incertitudo eſt cauſa, quod illorum nullus damnetur pœna ordinaria, ſed ſolum extraordinaria. Vt ſi in rixa a pluribus commiſſa fuit occiſus aliquis vel vno, vel pluribus vulneribus, & ignoratur qui fuerint illi, qui vulnerarunt, vel ignoratur quis fuerit ille, vel illi, qui læthaliter vulnerarunt. In his enim caſibus nullus illorum punitur pœna ordinaria homicidij. Sed alia extraordinaria ad arbitrium. Quamuis in hoc qui interfuerunt in rixa poſſint torqueri, vt deponant, & nominent eum, vel eos qui vulnerarunt, Plura alia huius incertitudinis exempla affert Farinac. *quæſt.* 96. *a num.* 15. Vbi tamen hæc incertitudo non eſt in rixa repentina & caſuali, ſed plures deliberate conſpirauerunt in aliquod facinus, vt puta conſpirarunt, vt occiderent aliquem, eumque occiderunt, ſi ignoretur in indiuiduo quis ſit ille, qui occiſum læthaliter ad mortem vulnerauit, omnes tenentur de homicidio, & pœna ordinaria puniuntur: quia nedum omnes interfuerunt animo occidendi, ſed ad homicidium cooperati ſunt, & auxilium præbuerunt. Et nihilominus alij voluerunt, quod etiam in hoc caſu non ſit locus pœnæ ordinariæ pro omnibus, qui interfuerunt, & quod ſi ignoretur occiſor, nullus pœna ordinaria ſit puniendus. Et vere tam caſus iſte, quam alij plures ſimiles ſunt valde controuerſi, vt videre eſt apud Farinac. *qu.* 96. *nu.* 11. Si tamen iſti conuenerunt, vt aliquem vulnerarent, non vt occiderent, ſolum occiſorem puniendum pœna ordinaria, & ſi ille ignoretur non habere locum pœnam ordinariam, ſed extraordinariam, ſatis communiter aſſeritur. Farinac. *qu.* 96. *num.* 74. Quod vero multitudo conuenerit ex propoſito, & deliberatione ad occidendum non præſumitur, ſed probari debet. Clar. §. *homicidium verſ. Alia enim eſt defenſio.* Et quod aliquis non interuenerit rixæ ex propoſito, ſed ignoranter, eius iuramento probatur. Farin. *d. qu.* 96. *nu.* 76. Vbi etiam in rixa remanet aliquis occiſus, quod auctor rixæ ſit puniendus pœna homicidij aſſeritur, quia dans operam Rei illicitæ, tenetur etiam de illo quod conſequitur, dum alias de occiſore non conſtat. Bictus *qu.* 140. *num.* 7. Dicunt etiam quod in hoc caſu ſi pœna debet eſſe extraordinaria debet eſſe pecuniaria. Bictus *num.* 6. ex Menoch. & alijs, ſed poſſe etiam inferri pœnam exilij vult. Farinac. *num.* 57. Sed vere hoc

eſt

Digitized by Google

eſt arbitrarium, & quod in caſu in quo multitudo conuenit ex propoſito ad occidendum ſi ignoratur occiſor pœna extraordinaria poſſit eſſe triremium, ex Theſaur refert Farinac *n.73.* Videantur de his Clar. *in §.homicidium.* Menoch. *de arb.l.2.caſu362.* Farin. *qu.* 96. Bictus *qu.* 140.

56. Decima cauſa eſt nobilitas delinquenquentis. Nobiles enim diuites, & digniores mitius puniuntur *L. Pædius §. 1. ff. de incent. n. & naufr. & L. Aut. damnum §. in miniſterium ff. Cap. ſiu. de pœn.* Vbi Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. *& cap. Paſtoralis, de off. deleg.* Vbi Felin. & alij DD. communiter. Et propterea nobiles & in dignitate conſtituti non puniuntur pœna infamatoria, & pœna fuſtum, berlinæ, in mætallum, triremium, ſed relegantur, vel in exilium mittuntur. Couar. *verſ. 9. leg. 2. cap. 9. poſt. num.* 4. Clar. *qu.* 60. Sic etiam non ſuſpenduntur, ſed decapitantur. *L. Man. §. ſed etiam ſciendum ff. de pœn.* Panorm. *cap. Cum quidam numer.* 5. *de iure iur.* & ibi Felin. *numer.* 5. Multi alij caſus recenſentur, in quibus nobiles mitiori pœna puniuntur, ſed non ſunt in vſu. Et pro homicidio iam nobiles non deportantur, ſed morte puniuntur. Et nihilominus quam plures ſunt caſus, in quibus nobiles non mitius puniuntur. Primus eſt vbi agitur de pœna pecuniaria, quia imo grauius hac pœna puniuntur *L. Prædius ff. de inconuenien. & aufer. cap. qui contra 24. quæſt.* 1. & ibi Gloſſ. Secundo quando crimen ob nobilitatem & dignitatem augetur, iſti grauius puniuntur. Et eo magis ſi aliquod factum á iure reputatur proprium delictum in nobilibus, prout eſt caſus in *L. quadam ff. de pœn.* Tertio quando crimen rendundat in contumeliam, & dedecus nobilitatis, tunc enim quo delinquens eſt maioris dignitatis grauius punitur, vt ſi nobilis reuelet ſecretum ſuæ Ciuitatis. Vnde nobilis in crimine furti grauius punitur. Clar. *qu.* 69. Sed modo generaliter in crimine furti non fit diſtinctio inter nobiles, & ignobiles, ſolumodo nobiles non ſuſpenduntur, ſed decapitantur. Farinac. *qu.* 986. *nu.* 116. In crimine tamen falſi nobiles non mitius puniuntur. Farinac. *num.* 118. Quarto in crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, inobedientiæ præcepti ſuperioris. Felin. *in cap. Paſtoralis de off. Iud. deleg. Couar. var. l. 2. cap. 9. num.* 4. Farinac. *qu.* 98. *a num.* 122. Quinto nobiles contumaces, & in malitia perſeuerantes non mitius puniuntur. Hoſtien. *in c. quæ n. 11. de ſtat.* Monach. & ibi Io. Andr. *n.23.* Butr. *num.* 26. Felin. *in cap. Paſtoralis de off. deleg. num.* 3. Bictus *qu.* 59. *num.* 8. Sexto in pœnis relatiuis, vt ſi nobilis, qui accuſauit plebeium deficiat in probatione, & puniendus ſit pœna talionis, punitur pœna, qua puniendus fuiſſet plebeius. Felin. *d. cap. Paſtoralis num.* 4. Farinac. *quæſt.* 98. *num.* 126. Septimo quando nobilis delinquit prætextu colore, ſeu velamento nobilitatis. Tirraquell. *de pœn. tempor. cauſ.* 31. *num.* 19. Octauo nobiles non mitius puniuntur niſi in pœnis arbitrarijs, & non vniformibus, quæ ex diuerſitate perſonarum diſtinguendæ ſunt per Iudicem; ſecus vero in pœnis vniformibus, & taxatis à lege vel ſtatuto. Bald. Salic. Tiraquel. & alij quos ſequitur Farinac. *qu.* 98. *num.* 132. Nono vbi ſtatutum expreſſe ſtatuit, quod nobiles æqualiter, vel magis puniantur, id ſeruari debet. In his etiam tribunalium conſuetudines ſeruari poſſunt, & debent. Sed & conſiderari debet quod vbi non mutatur pœna ſecundam ſubſtantiam, ſed ſolum quantum ad modum minus ignominioſum, vt cum in pœna mortis mutatur furca in detruncationem capitis, facilius ſit hæc mutatio ratione nobilitatis, ſed non ita de facili mutatur ſubſtantia pœnæ. Et ita de hac mutatione præcipue intelligi debent caſus ſupradicti, in quibus nobiles non mitius puniuntur, Et ita vbi lex non determinat qualitatem pœnæ, ſed ſolam ſubſtantiam, vt quia imponit pœnam mortis, non modum illius, etiã in præfatis caſibus nobilis mitius poterit puniri, vt puta pœna mortis minus ignominioſa. De nobili etiam in caſu, in quo non poſſit torqueri ob dignitatem perſonę, vel ob aliud impedimentum, quod poſſit damnari in pœnam pecuniariam, vel exilij, dixerunt Cæbal. Comez, Baiard. Fachin. Diana, & alij quos refert; & ſequitur Ant. Conciol. *in Reſol. crim. v. tortur. reſ.* 8. *n.* 1. & Far. *q.41. in fin.* Guazz. *def.* 30. *c.* 18. Quod eſt verum ſe indicia ſint talia, quæ conuincant Reum aliquo modo, & ad aliquam pœnam iuxta dicenda infra *q. 29. art.* 1. Sed ſi non adſunt niſi ſola indicia ſufficientia ad torturam, non poteſt Reus damnari, vt apud eumdem Conciolum voluit Ciriac. *contr.* 106. *n.* 18. Quia indicia huiuſmodi non plenè probant delictum, nec Reus iuſte aliqua quacumque pœna graui poteſt puniri, niſi probato delicto.

57. Vndecima cauſa ſumitur ex magna peritia ſcientiæ vel artis maximè vtili Reipublicæ; Ex hac pœna delinquentis minui poteſt. *L. Beſtias. ff. de pœn.* & communiter DD. & huius diſtinctionis exempla plures refert Farinac. *q. 97. num.* 134. *Vbi num.* 135: quod hoc non procedit in famoſo, vel manifeſto latrone. Sed eadem ratione hoc multo minus verificabitur in crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis. Sed imo ex hac cauſa non poteſt pœna minui inconſulto Principe, vt colligitur ex *d.l. Beſtias.* Farinac. *q.97. num.* 136. & 138. & *nu.* 139. Quod hæc peritia eſt probanda, & quod ad hoc requiruntur 15. *teſtes. l. vnicuique. C. de prox. ſacr.* Suin. *l.* 12. *Baiar.* ad Clar. *q.60. num.* 98.

58 Duodecima cauſa ſumitur ex mágnis meritis, & beneficijs in Rempublicam collatis à delinquente, vel ab eius maioribus, & coniunctis. *L. 2. §. cum Appius. ff. de orig. iur. & l. Non omnes. ff. de re milit. Clar. q.60. num.* 23. Hoc tamen non verificatur in delictis atrociſſimis. *Baiar. ad Clar. q.60. num.* 99. Farinac. *quæſt.* 97. *num.* 148. Sed nedum merita præterita, & præcedentia delictum, ſed etiam ſi delinquendo quis meretur, iuuat ad minuendam pœnam.

Et hoc nedum ſi in delinquente deficit animus delinquendi, vt contigit in caſu Cnei Flauij, qui cum, non vt furaretur, ſed ob bonum Reipublicæ librum actionum ſecreto ſubſtraxit, & populo Romano dedit, vt publico prodeſſet, & in hoc caſu ceſſat pœna propter vtilitatem Reipublicæ. Sed etiam ſi altas adſit animus delinquendi, vt ſi quis intendens furari alicuius ſcrinium ſurripuit, ſed in eo caſualiter inuentis literis proditionis Ciuitatis, eas Ciuitati, aut Principi tradidit. Et in hoc caſu fœlix euentus, & bonum Reipublicæ ſaltem iuuat ad minuendum pœnam, Baiar. vbi ſup. & Farin. *nu.* 149.

59. Tertiadecima cauſa eſt ruſticitas, ſic enim ruſtico delinquente minuitur pœna, quia ruſticus præſumitur pœnare ex ſimplicitate, nō dolo. *L. Si quis* §. 1. *ff. ſic iuriſ. omn. iud.* & ideo excuſatur à pœna ordinaria, licet non ab extraordinaria. Sed hæc eſt ſola præſumptio, quæ de facili eliditur. Nam in his quæ ſunt contra legem naturæ, aut diuinæ, aut gentium, & quæ etiam ruſticus ſcire tenetur, & ſic in ijs, quæ communiter à ſimilibus ſciuntur, illa præſumptio non habet locum, ſicut non habet in ruſtico ſagaci, nec vbi ex circumſtantijs malitia, & dolus apparet. Vnde nec ruſticus a dolo vero excuſatur. Videantur Menoch. *de arbit. l.* 2. *caſu* 194. Far. *q.* 98. *à num.* 25. Bictus *qu.* 139. *à num.* 11.

60. Quartadecima cauſa eſt fragilitas ſexus muliebris, ex qua mulieres non tam grauiter puniendas, quam mares habetur *ex cap. Sicut dignum il p. de homicidio, vbi gloſſ.* & alij. *Et ex cap. indignantur* 22. *q.* 6. *& L. Quicquid. C. ad l. Iul.* Maieſ. §. *ad filias. & l. Sacrilegij pœna. ff. ad l. Iul. perul.* Sed neque hæc aſſertio locum habet, niſi vbi in muliere præſumitur ignorantia, vel metus, vel alia ex cauſis, ex quibus pœna minuitur. At verò in ijs, quæ ſunt iuris naturalis, & à mulieribus ſciri debent, vel communiter à ſimilibus mulieribus ſciuntur, ignorantia non præſumitur. Et imo in ijs, quæ mulieres ſciunt ſæpe ipſæ ſunt magis aſtutæ, ſimulatæ, & doloſæ viris, ideo regula ſit, quod mulieres mitius puniuntur in caſibus à iure expreſſis. *L. fin. C. de iur. & fact. ignor.* In caſibus verò non expreſſis in iure, mitius punitur mulier ſolum ſi ex facto & circumſtantijs de dolo non conſtet, & non adſit præſumptio, quæ elidat præſumptionem illam iuris generalem, per quam in muliere dolus non præſumitur. Et verum eſt quod in dubio dolus in mulieribus non præſumitur. Videantur Tiraquell. *de pœn. tempor. c.* 9. Farin. *q.* 98. *à nu.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit ſententia iudicialis, & quomodo differat à re iudicata & à decreto.*
Sententia alia diffinitiua, & alia interlocutoria. ibid.
2 *Quomodo Iudex poſſit inquiſitum abſoluere, vel damnare.*
Et quomodo Iudex etiam Regularis debeat procedere ſi probationes ſint ita debiles, vt non ſufficiant ad torturam. ibid.
3 *Quot, & quales Teſtes requirantur de iure diuino & naturæ ad Reum damnandum.*
Denunciator poteſt eſſe teſtis ibid.
4 *De iure poſitiuo quales teſtes requirantur.*
Quomodo accuſator, vel denunciator non poſſint eſſe teſtes. ibid.
5 *Præcipuè ſi denunciator ſit voluntarius.*
Denuncians ex ſolo motiuo virtutis poteſt eſſe teſtis ibid.
In regularibus adſunt denunciatores voluntarij, & neceſſarij. Ibid.
6 *Vbi agitur ad correctionem fratris denunciator poteſt eſſe teſtis.*
7 *Ad Reum damnandum non ſufficit vnus teſtis cuiuſcunque ſit dignitatis.*
8 *Quæ ſint indicia dubitata, & indubitata; & quomodo debent eſſe probata.*
9 *Quæ indicia indubitata moraliter plene probata ſufficiant ad condemnationem in pœnam extraordinariam, & aliquando ordinariam.*
10 *Probatio per indicia minor eſt probatione per teſtes.*
11 *Vnicum indicium indubitatum non ſufficit ad pœnam ordinariam.*
12 *An Indicium indubitatum non tantum moraliter ſed phiſice ſufficere poſſit ad pœnam ordinariam imponendam.*
13 *Quæ dicatur pœna extraordinaria.*
14 *Qualis probatio ſit neceſſaria ad pœnam extraordinariam imponendam. num.* 15. *&* 16.
Opiniones variæ. ibid.
15 *Duo caſus diſtinguuntur.*
16 *Iudex debet eſſe certus de delicto adhoc vt pœnam imponat. num.* 17.
18 *Quomodo ſit in arbitrium Iudicis torquere Reum, vel illi pœnam extraordinariam imponere, num.* 19. *&* 20.
Opiniones variæ. ibid.
19 *Vbi ſunt indicia ad torturā Reus debet torqueri.*
20 *Sed vbi ſunt indicia indubitata ſufficiētia ad aliquam pœnam imponendā Reus damnari poteſt.*
21 *Indices regulares debent torquere Reum quando adſunt ſola indicia ad torturam.*
Mala fama, & probatio delicti in genere non ſufficiunt ad Reum puniendum. ibid.
22 *Si Reus in tortura negauerit delictum, quomodo puniri, poſſit.*
23 *Caſus in quo ſi inquiſitus negauerit delictum in tortura eſt abſoluendus.*
24 *Quomodo ſit abſoluendus:*
Opiniones variæ. ibid.
25 *Alius caſus in quo Reus torqueri non debet.*
26 *In quo caſu Reus interrogari poſſit ſuper vlteriori veritate, dum negauit delictum principale in tortura.*
25 *Quomodo Reus poſſit torqueri cum proteſtatione, & clauſula ſine præiudicio probatorum. n.* 26.
27 *Si Reus conuictus de delicto interrogetur in tortura de illo, illudque neget non poteſt puniri pœna ordinaria, ſed extraordinaria.*
28 *Si vero nō ſit conuictus immediate de delicto, illudq; neget in tortura, nulla pœna eſt puniēdus.*

29 *Reus*

29 *Reus conuictus ad pœnam extraordinariam tali pœna puniri poteſt relicta tortura.*
Vbi Reus conuictus non poteſt damnari inconfeſſus, ſi negat delictum puniri poteſt pœna extraordinaria. ibid.
30 *Etiam ſi tortura fuit diminata, adhuc mitiori pœna puniendus eſt illa qua puniri potuiſſet ſi non fuiſſet certus.*
31 *Reus conuictus ad pœnam ordinariam, melius eſt illum non torqueri.*
Opiniones variæ. ibid.
32 *Quomodo ſint probanda indicia adhoc, vt Reus puniatur vt conuictus.*
33 *Quid dicendum ſit, ſi Reus confeſſus in vno indicio, in alio negat non ſolum delictum ſed ipſam confeſſionem.*

QVAESTIO XXIX.
De ſententia.

ARTICVLVS I.
Quæ probatio ſit neceſſaria ad ſententiam.

1. HOc nomen ſententia ſæpiſſime accipitur pro opinione, quam aliquis habet de aliqua re *L. conſultiſſima* §. *at cum humana C. qui teſtamentum facere poſſunt.* Sed ſententia iudicialis, de qua nunc loquimur, eſt iudicialis diffinitio controuerſiæ finem imponens. Specul. *l.* 2. *p.* 3. *tit. de ſent.* Differt vero à re iudicata, quia hęc eſt ſententia, quę iam tranſijt in iudicatum. Panorm. *in rubr. de ſent. & re iudic.* Differt etiam à decreto, quia hoc eſt conſiderata Iudicis prouiſio citra abſolutionem, vel condemnationem, ſed ſententia eſt Iudicis pronunciatio continens abſolutionem, vel condemnationem, Scacc. *de ſent. & re Iud. gloſſ.* 14. *qu.* 2. *num.* 47. Carena *p.* 3. *tit.* 15. *num.* 3. Diſtinguitur vero ſententia in diffinitiuam, & interlocutoriam. Diffinitiua totam cauſam terminat, interlocutoria incidentia & emergentia decidit pendente cauſa principali. *L. Ne quidquam* §. *vbi decretum. ff. de off. Proconſ.*

2. Cum verò certum ſit Iudicem non poſſe inquiſitum, vel abſoluere, vel damnare, niſi ſibi conſtet de innocentia illius vel de delicto, & Iudex non poſſit habere hanc notitiam, niſi vel per rei euidentiam, vel probationem, quæritur in præſenti, quæ & quanta probatio innocentiæ, vel delicti requiritur ad hoc, vt Iudex ſententiam ferre poſſit, & inquiſitum abſoluere, vel damnare. Verum quia inquiſitus abſolui debet, ſi contra illum nullum delictum ſit probatum, ideo præcipua difficultas eſt, vt videatur qualiter delictum debet eſſe probatum, vt Iudex poſſit inquiſitum damnare. Sic igitur ſi probationes contra inquiſitum ſunt omnino euacuatę, ille abſolui debet, ſed ſi non ſunt euacuatæ, ſed tamen ita ſunt debilitatæ, vt nec ſufficiant ad torturam, apud ſeculares inquiſitus abſoluitur cum clauſula *Rebus ſic ſtantibus*, & tamen hac abſolutione non obſtante, ſuperuenientibus indicijs noniter procedetur contra illum. In foro tamen regulari ſuper ſedendum eſſe, donec ſuperueniant indicia ſufficientia ad torturam vult Scroi *p.* 6. *c.* 3. *n.* 1. Sed vt dictum eſt ſupra in vtroque foro ſuperſederi poteſt, & interim inquiſitus ex carcerandus, & in vtroque foro debet inquiſitus abſolui, ſi inquiſitus inſtet, vt abſoluatur. Videantur etiam dicta ſupra *quæſt.* 25. *art.* 9 *nu.* 1.

2. Dubitatur igitur primo, an ad damnandum inquiſitum tanquam conuictum ſint neceſſarij duo teſtes conteſtes omni exceptione maiores? Eſt enim certum, quod duo teſtes conteſtes omni exceptione maiores regulariter plene probant, ideo probant ſufficienter ad damnandum, ſed difficultas eſt, an duo ſimiles teſtes ſint neceſſarij. Hic diſtinguendum eſt id quod eſt de iure naturæ, & diuino, ab eo quod eſt de iure poſitiuo. Dicitur igitur quod quando delictum non probatur niſi per teſtes, non ſufficit vnus teſtis, vt plene probet ad damnandum, ſed ad minus requiruntur duo teſtes conteſtes, & omni exceptione maiores, ſed tamen inter hos teſtes numerari poteſt ſimplex denunciatior, ſi tamen ſit omni exceptione maior. Prima pars aſſertionis habetur ex D. T. 2. 2. *qu.* 70. *art.* 2. *& eſt communis.* Sed aduertendum ex D. *p.* 2. *qu.* 94. *art.* 5. *ad tertium* quod eſſe de iure naturæ dupliciter dicitur, vel, ſcilicet, poſitiuè vt quia natura ad id inclinat, & illud exigit, vel negatiue quia natura de oppoſito non diſponit. Quod non ſufficiat vnus teſtis eſt de iure naturę primo modo. Nam cum Reus ſit in poſſeſſione ſuæ innocentiæ, ſi ipſe negeͤ potior ratio eſt illius poſſidentis, nec per vnicum teſtem poteſt conuinci. Sed quod ſufficiant duo teſtes, eſt de iure naturæ ſecundo modo. Bannes 2. 2. *q.* 70. *a.* 2. Et ideo lex potuit ordinare, vt in aliquo caſu duo teſtes non ſufficiant. Duo ergo teſtes ſunt neceſſatij in cauſis grauibus, vt habetur tanquam certum ex Deut. *cap.* 17. *&* 19. & Matt. *c.* 18. & 2. Corrinn. *cap.* 13. *& cap. Admonere* 33. *qu.* 2. ibi *Quoniam nec Euangelium, nec vlla diuina, humanaque lex vnius teſtimonio etiam idoneo quempiam condemnat, aut iuſtificat.* Secunda vero pars aſſertionis probatur ex Matth. *c.* 18. ibi Chriſtus Dominus noſter inquit. *Si autem non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum.* Ad hoc ergo vt quis Eccleſiæ, id eſt Iudicibus deducat crimen fratris ſic requiruntur ad minus duo teſtes, quod in numero iſtorum computatur denuncians, quia ſufficit, quod præter ſe ipſum denuncians adducat vnum teſtem. Et nihilominus ſub disiunctione dicitur, quod adducat vnum, vel duos teſtes, quia ſi denuncians non ſit integræ fidei, vt ſi ſit accuſator, vel non denunciat ex pura virtute, ſed ex aliquo priuato intereſſe, tunc præter denunciantem ſunt neceſſarij duo alij teſtes omni exceptione maiores. Abſolute igitur quantum ſit ex iure diuino, ſi denuncians ſit omni exceptione maior, qualis præſumitur eſſe denunciator neceſſarius, qui non denunciat, niſi quia ad id mouetur ex præ-

cepto ſuperioris, vel ex charitate, aut ex alia virtute, tunc ad hoc, Iudex iudicet vt ſufficit vnus teſtis præter denunciantem. Quod habetur expreſſe, ex Paſquali Papa *cap. in omni negotio de teſt.* Vbi hoc idem colligit ex dicto Chriſti Io. 8. vbi aſſeritur, quod duorum teſtimonium verum eſt.

4. Sed ex communi iure poſitiuo ad damnandum inquiſitum nedum requiruntur duo teſtes ad minus. *L. vbi num. ff. de teſt. L. Teopompus. ff. de dot. præleg. cap. In omni negotio de teſt.* Sed nec accuſator, aut denunciator poſſunt eſſe teſtes. *Cap. forus de verb. ſignif. cap. Accuſatores 3. qu. 5.* Specul. *tit. de teſte* §. 1. *num.* 89. Maſcard. *de prob concl.* 26. *num.* 1. *& concl.* 1157. *num.* 41. Caiet. 2. 2. *qu.* 69. *art. verſ. ad* 2. Aragon. 2. 2. *qu.* 13. *art.* 8. Panorm. *cap. in omni num.* 4. *de teſt.* Peyrin. *in form. L. D. n.* 9. Corrad. Gram. Marſil. Valent. Malder. & alij plures, quos refert Scroi *p.* 3. *cap.* 8. *num.* 46. Antonius Conciolus *Reſol. Crim. v. Accuſatio reſ.* 6. Quod aliqui extendunt etiam ad conſanguineos, & domeſticos denunciatoris, & etiam ad caſum in quo Iudex non procedat per viam denunciationis. Et licet oppoſitum ſenſerint alii *ex c. In omni negotio de teſt.* Vbi Gloſſ. Innoc. Bald. Imol. Barboſ. in fine Sotus *l.* 5. *de iuſt. qu.* 61. *art.* 2. *concl.* 4. Bert. *tit.* 7. *cap.* 5. Diana *part.* 7. *tract.* 3. Sanch. *in opuſ. l.* 6. *cap.* 2. *dub.* 13. Lezana *p.* 1. *cap.* 27. *num.* 1. Et alij apud Scroi *d. cap* 8. *num.* 47. Nihilominus hoc primo debet haberi pro certo, quod accuſator, vel denunciator, vel inſtigator, non eſt omni exceptione maior, nec ſufficit ad damnandum inquiſitum, niſi adſint duo alij teſtes omni exceptione maiores. Quia ad hunc effectum teſtes debent eſſe omni exceptione maiores. Maſcard. *prob. concl.* 197. *num.* 9. *& concl.* 406. *num.* 6. Gom. Merend. Burſat. Bertaz. & alij, quos ſequitur Guazzin. *deſ.* 33. *cap.* 14. *num.* 5. Farinac. *quæſt.* 63. *nu.* 240. Tuſcus *l.* 1. *concl.* 278. Giurb. Chriſpolt. Zuffi, quos ſequitur Conciol. *v. teſtis reſ.* 6. *num.* 2. Et eo magis, quod in criminalibus integritas vnius teſtis non ſupplet integritatem alterius. Scroi *part.* 7. *cap.* 2. *num.* 14. Et eo magis quod probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores Quod eſt verum etiã quoad dicta, ita quod, nec teſtes plene probent, ſi contra eorũ dicta ſit exceptio. Clar. *q.* 66. Et dicta teſtiũ debẽt eſſe certa, & ſpecifica, & non generalia. Caputaq. *dec.* 275 *n.* 6. *p.* 3. Et debent concludere per neceſſe, & non per poſſibile, & fallibile. *l. Non hoc. C. Vnde legitimi.* Guazz. *d. cap.* 14. *num.* 2. Scroi *d. cap.* 2. *numer.* 16. qui plures concordantes allegant.

5. At verò denunciator, ſi ſit merè voluntarius non eſt omni exceptione maior, quia poteſt præſumi, quod moueatur ex aliquo intereſſe priuato, quo ſtante eſſet ſuſpectus, & non omni exceptione maior; & ideò quod denunciator voluntarius non poſſit eſſe teſtis probant Bictus *quæſt.* 20. *num.* 9. *&* Eliſeus de Bellegrandis *tract.* 1. *q.* 13. *nu.* 22. Et quod vbi denunciator habet aliquod emolumentum in cauſa, aut aliqua affectione notatur ex Felin. & Abb. dixit Scroi *par.* 3. *c.* 8. *num.* 48. Quod autem dicunt Bictus & Eliſeus, quod in Regularibus, denunciatores ſolent eſſe voluntarij, poteſt continere errorem, ſi per teſtem neceſſarium intelligunt illum ſolum, qui ex officio tenetur denunciare; vt Fiſcalis, Antianus, Conſul; & ſimiles Hoc enim non eſt verũ. Nam ex neceſſitate denunciant etiam, qui hoc faciunt obligati ex præcepto Superioris, vel ex obligatione alicuius virtutis. Imo tales cenſeri debent neceſſarij, qui ex puro intuitu virtutis & zelo boni communis denunciant. Vnde potius verum eſt, quod in Regularibus Denunciatores ſunt neceſſarij, & non merè voluntarij. Sed quia lex poſitiua præſumit quod denunciatores voluntarij potius mouentur ex aliquo intereſſe priuato, quam ex puro motiuo virtutis, ideò excipiuntur ſolũ, quia denunciant ex officio, vel ex præcepto, & alij cenſentur voluntarij. Hæc tamen eſt ſolemnitas iuris poſitiui, & de iure naturæ, & gentium, qui denunciat ex ſolo motiuo virtutis poteſt eſſe teſtis.

6. Sed & abſolutè loquendo dicitur quod vbi agitur ad correctionem fratris denunciator poteſt eſſe teſtis, & ſic dicendum, vbi denunciator prius correxit fratrem iuxta Euangeliũ prout tradunt Sor. *lib.* 5. *de iuſtitia quæſt.* 6. *à* 2. *concluſ.* 4. Bannes 2. 2. *quæſt.* 33. *a* 8. Sanchez *opuſc. lib.* 6. *c.* 2. *dub.* 13. *& dub.* 17. & alij, quos refert Scroi *par.* 3. *c.* 8. *num.* 48. Sed quando agitur ad vindictam publicam de iure poſitiuo denunciator non debet admitti in teſtem, niſi ſit denunciator ex officio, vel præcepto prout voluerunt citati DD. *num.* 4. & dixerunt etiam Bictus & Eliſeus & Scroi *d. n.* 48.

7. Itaque igitur ad damnandum Reum non ſufficit vnus teſtis cuiuſcumque ſit Dignitatis, & ita quod nec per Principem Supremũ & Pontificem ſtatui poteſt, vt vnus teſtis ſufficiat, ſed requiruntur duo teſtes conteſtes, & omni exceptione maiores, vt contra eos & eorum dicta nihil opponi poſſit. Antonius Gomez *tit. de delictis cap.* 22. *n.* 11. Baiard. *q.* 57. *n.* 44. Maſcard. *de probat. concl.* 197. *num.* 9. & alij plures, quos refert Guazz. *deſ.* 33. *c.* 14 *n.* 5. Farin. *q.* 63. *à n.* 8. Iaſon. Giurb. Magdal. Leocar. & alij quos ſequitur Conciol. *v. Princip. reſol.* 2.

8. Dubitatur ſecundo. An ad damnandum Reum ſufficiant indicia; & ſic an ſufficiat vnum indicium iunctum vni teſti, vel ſufficiant plura indicia, & imò an ſufficiat vnum indicium. Vt verò dictum eſt ſupra *q.* 25. *à* 2. *à num.* 10. ex ſolis præſumptionibus non poteſt aliquis damnari. Et ideò ad hoc non ſufficiunt nec centum mille indicia dubitata, ex quibus ſolum præſumitur, niſi ex pluribus huiuſmodi indicijs reſultet vnum vel plura indicia indubitata; Sed præterea aduertendum quod ad hoc vt indicium ſit indubitatum, nedum requiritur quod innitatur alicui propoſitioni ſeù Regulæ iuris

fal-

ſaltem moraliter certę, ſed vlterius indicium debet eſſe probatum per duos teſtes omni exceptione maiores. Et quia propoſitioni ſolum moraliter certè poteſt ſubeſſe falſum, licet raro ſubſit, neceſſe eſt, quod in caſu ſingulari audito Reo nihil appareat graue, per quod præſumi vel probabiliter ſuſpicari poſſit ex circumſtantijs facti de facto principium illud morale deficere, & non habere locum. Et vlterius aduertendum quod vbi indicium non eſt probatum per euidentiam facti, ſed ſolum per teſtes etiam omni exceptione maiores, probatio non habet omnem perfectionem, quia tunc tam maior propoſitio ſillogiſmi iudicialis quam minor non eſt niſi moraliter certa, cum alias quando teſtes deponunt immediatè de delicto per euidentiam facti certiſſimè conſtet de teſtimonio teſtium; qui in præſentia Iudicis coram notario deponunt.

9. His ſtantibus dicitur quod ex inditijs indubitatis moraliter, vt ſupra plenè probatis poteſt deueniri ad condemnationem non tamen in pœnam ordinariam regulariter ſed extraordinariam Clar. *q.* 20. Anton. Gomez *tit. de delictis cap. 3. num.* 45.& alij plures quos referunt & ſequuntur Farinac. *conſ.* 82.*num.*1. *&* *quaſt.* 86 *num.* 110. *&* Guazzin. *def.* 33. *capit.* 14.*num.* 14. Serra 2. 2. *q.*67.*a.* 3. *dub.*2.*concl.*6. Maſcard. *concl.* 1223. *num.* 30. Surd. Fachin. Cæuall. Giuo. Chriſpoll. quos ſequitur, Anton, Conciol. *Reſol. Crimin. v. Indicium reſol.* 3. *nu.* 1. Sed quia *l.fin.C.de probat.* æquiparantur quem eſſe conuictum idoneis teſtibus, vel inſtrumentis, aut indicijs indubitatis, quod & admittunt Bald. *in d. l.fin. num.*2. *& in l. Si quis adulterium in fine C, de adult.* Panorm. *in cap. accedens num.* 6. *de accuſat.* Felin. *in cap. afferte num.* 6. *de præſumpt.* Maſcard. *de probat. concl.* 222.*n.* 1. Leſſ. Boſſ. & alij quos refert Farinac. *q.*86. *num.* 112. *&* Scroi *par.*6. *cap.* 3. *num.* 12. Ideo potius dicendum eſt quod ex indicijs indubitatis aliquando poteſt deueniri ad condemnationem io pœnam ordinariam. Quod quando indicium Indubitatum adeo arctat mentem Iudicis, vt omninò credat, nec poſſit in contrarium inclinare admittunt Bald. *in l. ea quidem C. de accuſ.* Baiard. *ad Clar. q.* 20. *num.* 9. *& q.* 11. *nu.* 159.& alij plures quos ſequuntur Aug. Barboſ. *ad d. l. final num.* 6. Scroi *par.* 6. *cap* 3. *num.* 14. Et dum indicia ſunt probata modo ſupradicto ſufficiunt ad condemnationem. Nec obſtat quod Iudex poſſit falli in iudicandis inditijs indubitatis, quia & ſæpius poſſunt illum fallere teſtes vt obſeruat Merend. *controu. Iuris lib. 6. nu. 5. c.25.nu.* 3. Et nihilominus ex duorum teſtium depoſitione proceditur ad pœnam ordinariam. Nam in rebus humanis non requiritur certitudo euidentiæ, ſed ſufficit certitudo moralis, & fidei, vt Iudex fidem adhibeat probationibus. & credat indubitatè ita rem geſtam fuiſſe, vt habetur ex *D.T.*2.2. *q.*60.*a.* 3. *&* Caiet.

10. Et nihilominus quia vere ſic eſt quod quando probatio per indicia eſt minor quã probatio per teſtes. Quod magis explicatur huiuſmodi exemplis. Nam per teſtes habetur hic ſillogiſmus, ſcilicet, teſtimonium duorum teſtiũ eſt verum; Sed duo teſtes deponunt Sempronium occidiſſe Caium, ergo Sempronium occidiſſe Caium eſt verum. Huius verò ſillogiſmi maior eſt certiſſima, & habetur a Chriſto Domino *Io*: 8. Minor verò eſt euidens Iudici per çertam euidentiam facti, & ideo concluſio ſillogiſmi eſt vera & plenè probata. Sed vbi proceditur ex indicijs, habetur hic alius ſillogiſmus minus certus, ſcilicet. Vir & mulier maritata inuenti in lecto nudus cum nuda haberi debent pro adulteris; Sed Caius & Berta maritata inuenti fuerunt in eodem lecto nudus cũ nuda; ergo haberi debent vt adulteri. Maior iſtius ſillogiſmi non eſt certa niſi moraliter & minor cum non ſit notà per euidentiam rei ipſi Iudici, probatur per teſtes, quæ probatio ſolum moraliter eſt certa & tam maiori quam minori poteſt facilius ſubeſſe falſum; & ideò cõcluſio huius ſillogiſmi multo minus eſt certa quam concluſio ſillogiſmi prioris. Et ideo verior eſt ſententia eorum, qui dicunt probationem per indicia non valere niſi ad pœnam extraordinariam. Niſi indicia huiuſmodi ſint plura quam duo vel tria vel quatuor, & ſint plenè probata, & clarè indubitata. Et hoc quantum ad ſupremos magiſtratus eſt indubitatum. Non intereſt verò in hoc caſu, an in Iudice adſit aliqua ſuſpicio ſpeculatiua de oppoſito, dum Iudex practicè ſit certus de delicto. Barboſa *l.fin. C. de probat.num.*5. Scroi *p.* 6. *c.*3.*num.* 17.

11. Hinc dicitur quod ad damnandum in pœnam ordinariam regulariter non ſufficiunt vnus teſtis omni exceptione major, & vnum indicium indubitatum plenè probatum, & ſufficiens ad hoc, vt Index deueniat ad pœnam ordinariam quia licet tale indicium faciat ſemiplenam probationem, quam facit etiam teſtis, & ex duabus ſemiplenis integretur vna probatio, tamen probatio per indicium eſt longè minor, quam probatio per teſtem, & ideò ex illo non integratur probatio tam plena, quæ æquipolleat probationi per duos teſtes.

12. Sed amplius dicitur quod quando indicium non tantum moraliter, ſed phiſicè ſimpliciter eſt indubitatum & innititur propoſitioni & principio Iuris ſic ſimpliciter certo, & quod non poteſt aliter ſe habere niſi per miraculum, vnum indicium poteſt ſufficere ad condemnationem etiam in pœnam ordinariam & corporalem. Quia tunc tale indicium maximè ſi de illo conſtet per euidentiam rei inducit certitudinẽ ſimpliciter & indubitatè, quod probatur exemplo. Nam ſi Monialis poſt 20. aut 30. annos à ſua profeſſione incipiat lactare puerum eſt plenè conuicta de commercio carnali, & violato voto caſtitatis. Quia certum eſt & prorſus indubitatum, quod Virgo non lactat, & quod nec poteſt incipere lactare ex corruptione & commercio carnali habito ante 20. vel 30. annos. Si ergo per euidentiam fa-

cti

ſti conſtet de hoc indicio quia, ſic conſtat Monialem lactare & per notorium facti conſtet eã emiſiſſe profeſſionem à 20. vel 30. annis, iam Monialis eſt plenè conuicta de violatioue Voti, & poteſt puniri pœna ordinaria, cum pro ſe non poſſit allegare niſi miraculum, quod nullo modo præſumitur, nec creditur, niſi probetur.

13. Dubitatur tertiò. An pœna quæ dicitur extraordinaria nón poſſit eſſe pœna corporalis, ſed debeat eſſe pecuniaria, vel alia, quæ corpus non affligat. Affirmant multi ſaltem quoad Iudices ordinarios, vt quando imponenda ſit pœna extraordinaria, hæc debeat eſſe pecuniaria, vel alia ſimilis non veró pœna corporis afflictiua Clar *q.* 20. Menoch. *de arbitr. cap.* 279. Gomez. Magon. & alij quos referunt Fatinac. *q.*86. *num* 13. *&* Guazzin. def. 43. *cap* 14. *num*. 15. Bictus q. 104. *num* 36. Sed alij contrarium tenent, & volunt quód Reus poſſit puniri extraordinariè pœna corporali etiam carceris, & triremium. Et itá voluerunt plures, quos referunt Farinacc. *d. q.* 86. *n.* 114. Gnazzin. *d. c.* 14. *nu.* 15. & maximè hoc verum eſt in delictis occultis Clar. *q.* 20. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1280. *num* 20. Menoch *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 97. *num.* 17. Farinacc. *quæſt* 86. *num.* 115. Guazzin. *d. c.* 14. *num.* 15. Et ita ſeruatur in practica. Et certè vbi indicia ſunt omnino indubitata, & pro delicto eſt impoſita pœna grauis, vt pœna mortis, ſine fundamento diceretur, quod non poſſit Reus damnari pœna corporali mitiori; cum imo, vt multi volunt, poſſit puniri pœna ordinaria, quod aliquando etiam eſt verum, vt dictum eſt. Quod ſi lex, vel ſtatutum non ſpecificata pœna ſolum in generali impoſuerit pœnam corporalem pro delicto, & in hoc caſu quia pœna ordinaria eſt quælibet pœna corporalis, Reus ex indicijs ſolum moraliter ndubitatis non poterit puniri niſi pœna pecuniaria, vel ad ſummum pœna ictuum ſunis, aut exilij. Conciol. *d. reſ.* 3. *n.* 5.

14. Dnbitatur qnarto, an ad imponendã pœnam extraordinariam ſufficiat ſemiplena probatio, vel vnicus teſtis omni exceptione maior. Videtur enim, quod hoc debeat ſufficere, qnoniam aliter non eſſet locus pœnæ extraordinariæ, quia vbi plena eſt probatio habet locum pœna ordinaria, & ſic videtur quod pœna extraordinaria non habeat locum, niſi vbi probatio eſt ſemiplena. Sed certum eſt, quod ſola probatio ſemiplena non ſufficit ad condemnationem, quia hæc vix ſuffieit ad interrogandum Reum, imo nec ſemper ſufficit ad torturã. Diſtinguunt ergo aliqui probationem mediã à ſemiplena & plena, & dicunt probationem mediam eſſe pluſquam ſemiplenam minus autem quam plenam, & hanc dicunt ſufficere ad pœnam extraordinariam. Ita Bordon in praxi *cap.* 5. *num* 14. & quodad pœnam extraordinariam ſufficiat pluſquam ſemiplena probatio voluerunt. Bald. *l. fin. num.* 8. *C. de prob. Gramet. Capit.* & Ioſeph. *Ind. apud* Fariuacc. *quæſt.* 86. *num.* 64.

15. Sed inconcrarium facit, quod de Iure Diuino eſt, vt Reus non damnetur niſi ex plena probatione, quis reſultet ex duabus ſemiplenis. Vnde nec ſufficit vnus teſtis omni exceptione maior, ſed requiruntur duo teſtes conteſtes vt probatum eſt. Ideo plena probatio quæ ſufficit ad damnandum illa ſola eſt, quæ conſtat ex duabus ſemiplenis probationibus, vt probatum eſt ſupra. Ideo potius diſtinguenda eſt probatio plena in plenam & pleniorem, & dicendum, qnod ad pœnam extraordinariam ſaltem probatio plena eſt neceſſaria, licet non ſit neceſſaria probatio plenior, quæ habetur per duos vel tres teſtes conteſtes, & omni exceptione maiores; Sed ſufficiat illa, quæ habetur per duo indicia indubitata. Et ideo DD. ad damnandum Reum in pœnam extraordinariam per indicia requirunt indieia indubitata, vt patet ex Farinacc. *quæſt.* 86. *num.* 58. *64. &* 66. Et Scroi *p.* 6. *cap.* 3. *num.* 17. *Conciol. v. indicium reſ.* 3. Cum tamen non pauci etiam nec admittant, quod ex indicijs indubitatis poſſit Reus damnari. Indicia vero indubitata ſingula ſemiplene probant, & ſic probatio per indicia plura indubitata eſt ſatis plena, & ex pluribus ſemiplenis reſultans. Sed duo caſus diſtingui debent. Nam vel ſubſtantia delicti eſt probata, ſed non eſt probata aliqua circumſtantia aggrauans delictum, vel eſt probata aliqua circumſtantia delictnm minnens. Et in hoc caſu locum non habet pœna Iuris ordinaria, ſed Reus puniri debet mitiori pœna, quæ dicitur extraordinaria, ſeu arbitraria. Et hoc eſt indubitatum, in hoc enim caſu ſubſtantia alicuius delicti eſt probatum plenè, ſed pœna debet eſſe mitior, quia delictum cum omnibns ſuis *qualitatibus* non eſt plenè probatum, quod veró ex Clar. & Farin. dixit Conciol. *in Reſol. crim. verb. Inquiſitio reſ.* 3. *num.* 9. nimirum. quod ſi qualitas delicti in inqniſitione expreſſa non fuerit probata Reus debeat abſolui, verum eſt ſi ſubſtantia facti non ſit delictum punibile, vel qnod Reus non debeat puniri pro qualitate non *probata*. Sed quod vbi ſubſtantia facti eſt delictum, Reus ex non probata qualitate debeat abſolui, & nullo modo puniri, nec etiam pro ſubſtantia delicti probata, non eſt irrationabile, & contra praxim. Alter caſus eſt, quando ſubſtantia delicti non eſt probata per teſtes, ſed per indicia indubitata, & tunc probatio debet dici ſatis plena ad aliquam pœnam, quia vel indicia non ſunt indubitata, vel ſi ſunt indubitata indubitatè probant; Et ita plenè probant ad aliquam pœnam, quia indubitatè, & verè probent, & habetur quod eſt de Iure, vt ſcilicet probatio habeatur per plura teſtimonia, quorum quodlibet indubitatè probet ſaltem ſemiplenè.

16. Sed quando delictum non eſt plenè probatum, ſed ſolum ſemiplenè, vel etiam plus quam ſemiplenè, quantum ſufficit ad torturam non poteſt inquiſitus damnari qnia Iudex non eſt certus de delicto, niſi quantum ſufficit

ad

Digitized by Google

ad interrogandum Reum, vel extra torturam, vel in tortura ad pœnam verò grauem etiam pecuniariam, non poteſt Reus damnari, niſi ex delicto plenè certo. Quod confirmatur, quia diſtinctio iſta pœnæ in ordinariam & extraordinariam, verbalis eſt, ſed in re omnis pœna poteſt eſſe ordinaria, licet aliqua ſit mitior altera. Sic enim v.g. pœna triremium mitior quidem eſt, quam pœna mortis, ſed verè eſt ordinaria, vnde pro multis delictis eſt impoſita tanquam ordinaria; nec poteſt dari niſi pro delicto plenè probato, cum in ſe ſit pœna grauis, quæ non poteſt imponi niſi pro certo delicto, & plenè probato. Et idem dicitur de pœna pecuniaria, quæ & ipſa ſæpe imponitur tanquam ordinaria, quæ licet ſit minor pœna corporali, eſt tamen in ſe pœna grauis non imponenda niſi pro delicto certò certitudine requiſita ad damnandum, quæ certitudo non habetur niſi per plura teſtimonia, quorum quodlibet ſaltem ſemiplenè probet.

17. Itaque conſiderari debet quod ad puniendum neceſſe eſt, quod delictum ſit viſum, idest, certo ſcitum à Iudice iuxta illud Gen. 18. *Deſcendam & videbo vtrum clamorem operæ compleuerint*. Sed nec ſufficit ſimplex viſio, ſed neceſſaria eſt illa, quæ ex duplici teſtimonio reſultat, *quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum*. *Deut.* 17. & 19 Matt. 18. *Et duorum teſtimonium eſt verum*. Io. 8. Vnde eſt neceſſaria viſio, quæ conſurgit ex duplici teſtimonio, & ex conſequenti ex duplici ſaltem ſemiplena probatione delicti. Nec obſtat, quod dicitur à Scroi. *p. 6. c. 3. nu. 9.* & aliis, quod quando delictum eſt ſemiplene probatum, iam delinquens eſt aliqualiter delinquens, quia ad puniendū neceſſe eſt quod delictum ſit viſum & per plura teſtimonia probatum. Nec poteſt Iudex diffinitiuè decernere, quod Reus ſit delinquens, niſi hoc ſibi conſtet per duplex teſtimonium. Pariter nec vrget illud motiuum, quia, ſcilicet, Iudici magis credibile ſit, quod Reus deliquerit, quam quod non deliquerit, quia Iudex debet eſſe certus de delicto, vt iuſtè puniat. Minus probat illud aliud, quod, ſcilicet, bonum commune petit, vt huiuſmodi Rei non dimittantur omnino impuniti. Nam Iudex de occultis iudicare non poteſt, & non minus intereſt Reipublicæ, quod non damnentur innocentes, quiā quod puniantur nocentes. Et ſemper conſiderari debet, quod vnicum teſtimonium etiam ſi in ſuo genere ſit ſine exceptione, de iure naturę eſt inſufficiens ad conuincendum Reum negantem, & ad priuandum illum poſſeſsione ſua, & illum puniendum. Neque in hoc vnicum teſtimonium pro fiſco præualere poteſt vnico teſtimonio Rei negantis delictum.

18. Dubitatur quinto. An vbi poteſt habere locum pœna minor ſeù extraordinaria ſit in arbitrio Iudicis Reum torquere, vel illum in pœnam extraordinariam damnare. Fuit vero opinio Clar. *quæſt. 21. num. 29.* Quòd ſi Reus ſit grauatus grauiſſimis indiciis, ſit liberum Iudici, vel torquere Reum, vel illum damnare in pœnam extraordinariam; ſed alii diſtinguunt & dicunt, quod ſi indicia ſint liquidiſſima, tunc Iudex non poteſt procedere ad torturam, ſed debet condemnare Reum in pœnam delicti, ſed ſi indicia non ſunt liquidiſſima neque à lege approbata, tunc ſi perſona poteſt de Iure torqueri tutius eſt illam torquere. Farin. *quæſt. 86. num 69.* Si verò perſona non poteſt torqueri tunc poteſt damnari in pœnam extraordinariam pecuniariam vel exilii Farinac. *qu. 41. num. 92.* Guazzin. *def. 30. cap. 41. num. 2.* Et alii addunt quod ſi delictum ſit ſemiplenè probatum & perſona non poteſt torqueri, debet damnari in pœnam extraordinariam, ſi verò non fuerit delictum ſemiplene probatum Reus debet abſolui, ſed quando Reus eſt indiciatus ad torturam, & nō poteſt torqueri poteſt puniri aliqua pœna extraordinaria Iudicis arbitrio Gomez. *var. reſol. tom. 3. c. 12. n. 25. 26.* Baiard. ad Clar. *q. 21. n. 29. & q. 64. n. 26.* Farin. *q. 5. n. 6. & q. 41. in fine Leſ. de ius l. 2. c. 29. n. 164.* Card. de Lugo *tom. 2. de iuſt. diſp. 37. ſect. 12. num. 142.* Sanchez. *in opuſc. lib. 3. cap. vnico dub. 12. num. 12.* Guazzin. *def. 30. cap. 41. conciol. v. tortura reſol. 8. nu. 1.* Bald Innoc Brun. Duen. & alii plures quos refert & ſequitur Scroi *part. 6. c. 3. n. 4.* Dicunt tamen quod in caſu hoc plura concurrere debent. Primum vt conſtet de inhabilitate ſeu priuilegio ad torturam. Secundum vt delictum ſit atrox. Tertium vt certum ſit non poſſe haberi alias probationes & indicia; ſi enim de hoc dubium eſſet, non poſſet deueniri ad pœnam extraordinariam. Alii vero exiſtimant in hoc eſſe arbitrarium Iudici Reum, vel torquere, vel punire pœna arbitraria. Farin. *q. 36.* Diana *part. 4. tract. vltimo reſol. 116.* Carena *part. 2. tit. 12. num. 264. & part. 3. tit. 8. num. 17.* Sed alii volunt quod Reus debeat omninò torqueri, ſi eſt indiciatus ad torturam, & ſi non poteſt torqueri ſit abſoluendus. Hippolit. de Marſil. *Rubrica de probat. num. 237.* Sarmient. *lib. primo Select. cap. primo* Decian. *conſ. 175.* Auend. *in Dictionar. litt. P. verb. præſumptio* Paſqualig. *deciſ. 216. nu. 13.*

19. Et hanc ſententiam veram puto, quando delictum ſolum eſt ſemiplenè probatum, & ſolum habentur Indicia ad torturam. Etenim nec contrarium tenent DD. citati, qui ſupponunt quod indicia ex quibus delictum eſt probatum ſint valde vrgentia, & ex conſequenti indubitata, vt loquitur Card. de Lugo *d. num. 142.* Sanchez. *d. dub. 12. num. 9.* Omnia autem iura volunt quod Reus non puniatur, niſi conuictus, vel confeſſus, & quod quando Reus non eſt conuictus torqueatur non vero puniatur. Tum quia ſi Iudex non eſt certus plena certitudine de delicto non poteſt illum punire, & amplius quia ius naturale, & diuinum vult quod ad damnandum non ſufficiat vnum teſtimonium, ſed requirantur ſaltem duo, quorum quodlibet ſemiplenè probet, vnde requiruntur

adminus

adminus duos teſtes conteſtes. Nec valet dicere hoc intelligi ad pœnam ordinariam, vt ait Scroi *d. cap. 3. num. 9.* quia nec ius diuinum diſtinguit, ſed attendit ſolam pœnam, & præiudicium graueproximi. Et quia, vt dictum eſt, quælibet pœna, quamuis extraordinaria dicatur, verè eſt ordinaria pro aliquo delicto, nec eſt rationabile dicere quod vbi hæc pœna eſt ordinaria Reus non poſſit illa puniri, niſi delictum ſit plenè probatum, vt communiter omnes docent, & nihilominus quando hæc pœna eſt mitior, quam ſit pœna à lege indicta pro alio delicto poſſit Reus hac pœna puniri ex ſolis indicijs ad turturam. Non enim pœna, quæ pro aliquo delicto eſt ordinaria, mutat naturam ſuam, ex eo quod ſit mitior alia pœna, ſed ſemper eſt pœna grauis non inferenda, niſi pro certo delicto. Et ideo vbi delictum eſt ſolum ſemiplenè probatum ſufficienter ad torturam, vel Reus torquendus eſt, vel eſt abſoluendus, ſi non poteſt torqueri, quod confirmatur, quia aliquem punire in iudicio eſt ſimul decernere quod ſit delinquens, at vero eſt iniuſtus Iudex, qui cum non ſit certus, prout iura volunt, quod aliquis deliquerit, eum deliquiſſe pronunciat.

20. Sed vbi delictum eſt probatum per indicia indubitata, licet hæc probatio non ſufficiat ad pœnam mortis, ſufficit tamen ad aliquam pœnam. Hæc enim probatio, licet non ſit pleniſſima eſt tamen plena, & ex pluribus ſemiplenis reſultans, & ideo tunc, etiam quod Reus poſſit torqueri, vt Iudex videre poſſit an Reus confiteatur, & ſic damnari poſſit in pœnam ordinariam, arbitrarium eſt Iudici Reum vel torquere, vel pœna extraordinaria punire. Et hæc ſententia in ſubſtantia non eſt contraria ſententiæ illorum, qui voluerunt quod indiciatus ad torturam per indicia vrgentiſſima, vt ipſi dicunt, poſſit puniri extraordinarie. Sed pace illorum dixerim, quod minus diſtinctè loquuntur, & non aduertunt, quod indicia illa vrgentiſſima, ſi ſunt plura, & indubitata gerunt vices plurium teſtium, & probant nedum ad torturam, ſed ad aliquam pœnam. Sed ſi non habetur, niſi vnum teſtimonium quantumcumque illud ſit adminiculatum, non habetur niſi vnicum teſtimonium, & vnica ſemiplena probatio ſufficiens ad torturam, non vero talis quæ Reum conuincat ad pœnam.

21. Ex his colligitur quid dicendum de Regularibus Iudicibus. Iſtos enim quia non habent vſum Torturæ, quod poſſint delinquentes punire pœna extraordinaria. dixit Scroi *d. cap. 3. num. 5.* Sed non eſt recedendum à prædictis, ſed omnino dicendum eſt, quod vbi delictum non eſt plenè probatum, ſi habentur ſola indicia ad torturam debet Reus torqueri modo poſſibili, & apud Regulares competenti, aliter Reus debet abſolui, vt benè aduertit Paſqualig. *d. decif. 216. num. 9.* quia Religioſi non debent in hoc eſſe inferioris conditionis, imo melioris, nec debent priuari fauore Iuris, quod talem modum procedendi præſcripſit, vt non deueniatur ad condemnationem niſi adſit plena probatio. Ideo apud Regulares deueniendum eſt ad eam torturam, quæ conſueta eſt apud illos, ſi adſunt indicia ſufficientia. Et pœna lata pro delicto eſt quædam confirmatio delicti, quod per ſententiam Indicis non poteſt confirmari à Iudice per ſententiam niſi de ipſo euidenter conſtet. Non placet tamen quod Paſqualig. addit, nimirum, quod per teſtes ſingulares ſingularitate diuerſificatiua probetur mala fama, & quod Reus ſit culpabilis, & criminoſus, & promptus ad mala perpetranda & ideò Iudex poteſt ad hoc reſpicere, & pro ipſo Reum punire. Quia ad puniendum Reum non ſufficit mala fama vel probatio delicti in genere, quia ſola delicta in ſingulari probata puniri poſſunt. Quamuis ſi loquamur apud Regulares de illis pœnis ſeu pœnitentiis, quę ſine proceſſu ex ſola extraiudiciali notitia poſsūt infligi Superior Regularis poſſit ſubditum punire habita ſufficienti notitia extraiudiciali. Imo & ad illa præiudicia, ad quæ ſufficit mala fama plene tamen probata, illum poteſt damnare. Videantur dicta ſupra *q. 16. a. 2.*

22 Dubitatur ſexto an ſi Reus ex legitimis indicijs tortus in tortura negauerit delictum, poſſit ſaltim in pœnam extraordinariam damnari? Præmittendum puto, quod longè diuerſa ratio eſt, ſi inquiſitus ſit indiciatus de delicto ex teſtimonio teſtium deponentium immediatè de delicto, vel ſi ſit indiciatus ex indicijs propriè ſumptis, quia longè debilior ſit probatio ex indicijs, quam ex teſtibus. Vbi enim delictum probatur ex teſtibus, Reus poteſt quidem negare delictum; ex eo quod dicat teſtes vel eſſe illegitimos, vel eſſe fallos, ſed non poteſt negare exiſtentiam teſtimonij, & ſi negare velit, conuincitur mendacij & falſitatis, cum Iudici per euidentiam ſit notorium, quod teſtes depoſuerint, & quod hoc vel illud depoſuerint; vnde etſi Reus velit excipere contra proceſſum, aſſerendo quod Notarius ſit falſus, & mendax in eo quod ſcripſerit contrarium illius, quod teſtes depoſuerunt, Reus conuincitur de mendacio, cum per facti euidentiam ſit manifeſtum Iudici, quid illi depoſuerint. Et ſic quando cum Notario adeſt etiam Iudex non creditur, vel teſti, vel Reo negantibus ſe hoc, vel illud depoſuiſſe, ſed creditur Notario, & illius ſcripturæ. Clar. §. *Falſum num. 15. & §. fin. q. 53. n. 17.* Farin. *q. 159. num. 190 & conſ. 139. num. 2. l. 2.* Guazz. *def. 28. cap. 15. num. 7.* quos refert, & ſequitur Conciol. *v. Teſtis miſcellanen. reſol. 11. num. 5.* Sed quando contra inquiſitum non vrgent niſi indicia, nedum poteſt negare delictum, ſed poteſt negare indicia ipſa, & contra illa ſe defendere ex duplici capite, primo negando quod adſint, vel adfuerint in rerum natura indicia ipſa, ſcilicet facta ipſa, vel circunſtantię, ex quibus deducitur delictum. Secundo negando, quod indicia illa ſint indubitata, adducendo motiua, ex quibus in caſu ſingulari vis illo-

illotum infringitur, & tollitur certitudo conſequentiæ per quam ex illis deducitur delictũ. Cum enim hæc conſequentia vel plurimum fundetur in aliquo iuris principio ſolum motaliter certo, & veto vt in pluribus, aliquando tamen falſo, ſi Reus adducat veriſimilia motiua, ob quæ illud principium in caſu ſingulari præſenti non verificatur, inquiſitus non remanet conuictus, & indicij vis, & certitudo tollitur, nec indicium manet indubitatũ, Vnde ex his habetur, quod diffieilius eſt, quod inquiſitus ex indicijs propriè dictis maneat conuictus.

23. Hoc præmiſſo diſtinguitur duplex caſus. Primus eſt, quando contra inquiſitum non adeſt niſi vnica ſemiplena delicti probatio, licet ex adminiculis ſit vrgentior, & ſic inquiſitus verè non eſt inditiatus, niſi ad torturam. Et in hoc caſu, iam ptobatum eſt, quod inquiſitus non poteſt puniri aliqua pœna etiam extraordinaria, ſed ſolum poteſt, & debet torqueri. Si autem tortus neget delictum, & in negatiua perſiſtat, ad nullam pœnam damnari poteſt, quia tortura indicia purgat, imò & tortus meram vetitatem dixiſſe præſumitur, & imo poſt torturam melior reputabitur, quam ante accuſationem reputabatur, Couar. *pract. cap.* 23. *num.* 5. Clar. *q.* 64. *verſ. delata vero tortura.* Et quod per torturam purgentur indicia, cõmuuiter DD. aſſerunt, quos abunde referunt. Farinac. *q.* 40. *num.* 1. Guazz. *d. f.* 30. *cap.* 40. *nu.* 1. *& alij.* Et hoc eſt verum etiam in fauorẽ aliorum, qui eſſent imputati de auxilio, vel fauore præſtito delinquenti. Quia purgatis indicijs contra principalem, intellignntur purgata etiam quantum ad acceſſoria. Menoch. *de acceſſ. caſ.* 351. *num.* 12. Guazz. *d. n.* 1. Vbi quod etiam hoc eſt verum in teſtibus, vnde dictum teſtis in tortura magis attenditur, quam factum extra torturam. Neque contra hoc militat doctrina illorum, qui dixerunt tortum negantem delictum poſſe damnari in pœnam extraordinariã, quia illi loquuntur, quando indicia ſunt valdè vrgentia & indubitata; & ſunt plura, & ſic quando ſunt talia, quod conuincunt ſaltem ad pœnam extraotdinariam, de quo ſermo erit in ſequenti ſecundo caſu.

24. An verò in hoc caſu, ſi tortus neget delictum, abſoluendus ſit, & quomodo dieitur illum abſoluendum eſſe. Sed cum aliqui velint illum abſolui debere diffinitiue, & abſolute, dicendum eſt quod cum poſſit eſſe, quod contra tortum ſuperueniant noua indieia, & contra bonum commune ſit, quod ſi ſuperueniant noua indicia graula, non poſſit ex illis proeedi contra inquiſitum, quod fieri deberet, ſi inquiſitus diffinitiuè, & abſolutè fuiſſet abſolutus; ideo dicendum ſufficere ſi inquiſitus abſoluatur pro tunc, & quatenus ex deductis pto tunc habetur, vt tradiderunt Bart. Boſſ. & alij quos referunt & ſeruantur Far. *q.* 4. *num.* 26. Guazz. *def.* 30. *c.* 40. *num.* 11. & conſentiunt Bictus *q.* 106. *num.* 29. & Elileus *tr.* 9. *quæſt.* 5. *num.* 14. Et verè ſic eſt, quod tortura non probat innocentiam totti, ſed elidit vim probationum delicti, & facit quod delictum non ſit plenè ptobatum. Erit igitur arbitrarium Iudici Reos, qui purgarunt indicia in tortura, vel abſoluere tantum pro tune, vel alio modo relaxare. Nam ſi Iudex noua indieia ſperat, Reum non abſoluat per ſententiam, ſed ſine aliqua ſententia illum relaxet ſub fideiuſſione, aut cautione iuratoria de ſe præſentando toties, quoties fuerit citatus. Et in hoc caſu non tenetur Reum abſoluere per ſententiam, etiam ſi id petat. Sed ſi Iudex noua indicia non ſpetat, Reum abſoluat pro tunc per ſententiam ab obſeruatione Iudicij, ſi Reus ſententiam petat, vel illum ſine ſententia, & ſine alia cautione relaxet. Farinac. *q.* 4. *num.* 26. & explicatum eſt ſupra *q.* 25. *a.* 11. *num.* 143. Sed & aliud attendi debet, quia ſi de innocentia inquiſiti non conſtat, niſi quia ille negat delictum, & illud non eſt ſufficienter probatum, non habet locum ſententia abſolutoria abſolutè. Sed ſi nedum in iudicio non eſt probatũ, ſed ex adductis à Reo in ſuis defenſionibus, vel in proceſſu ſatis poſitiuè conſtat de innocentia Rei, tunc habet locum ſententia eorum, qui voluerunt Reum eſſe abſolutè abſoluendum, qui fuerunt, Iodoch. Caualc Baiar. & alij quos referunt Farin. *d. nu.* 26. Guazz. *d. n.* 11. In dubio autem crederem ſufficere ſentẽtiam cum clauſula rebus ſic ſtantibus, quia in iudicio tunc non conſtat de innocentia Rei, niſi negatiuè, qua delictum non eſt probatum. Nec ad reddendum Iudicem certum de Innocentia Rei, vt ſuper illa poſſit abſolutè pronunciare ſufficit illa generalis præſumptio, per quam vnuſquiſque præſumitur bonus, quia hæc præſumptio eſt valde contingens & fallax, niſi intelligatur negatiuè, quia non debet præſumi malus, niſi geſta per illum ſit mala.

25. Secundus caſus eſt, quando contra Reum in iudicio ſunt plures ſemiplenæ probationes eiuſdem delicti, & ſic ille eſt conuictus ſaltem ad pœnam aliquam extraordinariam. Et quidem ſi ſit plenè conuictus per probationes immediatè delictum attingentes, nimirum per teſtes ex proprio ſenſu immediatè de delicto deponentes, & iam eſt conuictus ad pœnã ordinariam, & hoc eſt indubitatum, quod iſte Reus non debet torqueri. Niſi vbi ſimus in Tribunali in quo Reus etiam conuictus non poteſt puniri pœna ordinaria, niſi ſimul ſit confeſſus. Imò nec poteſt Reus torqueri cum proteſtatione & clauſula ſine præiudicio probatorum; quia proteſtatio hæc eſt contraria facto. Et licet cum hac proteſtatione Reus conuictus poſſit torqueri ſuper alia veritate, de qua in iudicio ſunt indicia, vt ſuper circumſtantijs delicti, ſuper ſocijs & complicibus in caſibus in quibus Iudici licet Reum de iſtis interrogare, non tamen debet torqueri pro habenda confeſſione principalis delicti, de quo eſt conuictus. Et aduertendum, quod ad hoc, vt

Reus poſſit interrogari ſuper vlteriori veritate, & valeat prædicta proteſtatio, neceſſe eſt, vt illa vlterior veritas non ſit connexa principale delicto, Nam Iudex non poteſt in tortura interrogare Reum in hoc caſu ſuper circumſtātija, & complicibus, ſeu ſuper illa vlteriori veritate, quam Reus non poteſt affirmare, & fateri, niſi confitendo delictum principale, quod negauit. Et hic non valet proteſtatio, qua Iudex proteſtetur ſe non torquere illum ſuper principali delicto, de quo eſt conuictus, ſed proteſtatio eſt contraria facto, quia Reus de facto interrogatur & torquetur ſuper principali delicto, dum in tortura interrogatur de illo, quod ſi Reus fatetur, fatetur etiam principale delictum. Sic ſi Iudex interroget, quis mandauit committere homicidium, ſi Reus negauit homicidium commiſſum fuiſſe, ſimul interrogatur vt fateatur homicidium commiſſum fuiſſe, quod Reus negauit. Propterea Farinac. *q.* 40. *num.* 21. dixit proteſtationem eſſe contrariam facto, ſi Reus in tortura interrogetur de qualitatibus annexis delicto principali, de illis, ſcilicet, qualitatibus. quæ ita ſunt connexæ delicto principali, vt Reus non poſſit illas affirmare & fateri, niſi fatendo delictum. Et *nu.* 22. addit proteſtationem eſſe contrariam facto, ſi Reus oretenus interrogetur non deſcripta in actis interogatione. Et *n.* 23. quod hoc idem dicendum, ſi Notarius non ſcribat interrogationem in actis diſtinctè; ſed dicat *Ad oportunam interrogationem reſpondit*.

27. Si verò Iudex de facto Reum conuictum de delicto principali interroget modo ſupra expoſito de delicto principali, & Reus illud neget, fuit multorum opinio, quod Reus ſit abſoluendus, ſed vera & praxi confirmata ſententia vult, quod non poſſit puniri pœna ordinaria, quia tortura ad minus purgat indicia præcedentia, vt non ſufficiant ad pœnam ordinariam, ſufficiant tamen ad extraordinariam mitiorem, etiam corporalem, vt ſi Reus pœna mortis puniendus fuiſſet, puniatur etiam pœna triremium, etiam perpetua, ſpectata qualitate delicti, & perſonæ, & alijs circumſtantijs, vt tradunt DD. quos referunt & ſequuntur Farinac. *d. q.* 40. *à num.* 11. Guazz. *def.* 30. *cap.* 40. *num.* 1. Etenim tortura non purgat omninò plenas probationes. Carena *p.* 3. *tit.* 10. *num.* 130. & alij, quos refert, & ſequitur Conciol. *v. Tortura. reſol.* 14.

28. Sed hoc non eodem modo ſeruatur, vbi Reus non eſt conuictus niſi per probationes mediatas, nimirum non per teſtes immediatè de delicto conuincentes, ſed per indicia, ex quibus ius deducit delictum per legalem conſequentiam, taliter quod ex iſtis indicijs, iuxta ſuperius dicta, Reus non eſt conuictus ad pœnam ordinariam, ſed ſolum vel ad torturam, vel ad pœnam extraordinariam ad arbitrium Iudicis. In hoc enim caſu Reus poteſt torqueri etiam ſuper delicto principali, vt ſi fateatur puniri poſſit pœna ordinaria. Cum enim in hoc caſu non ſit locus alicui pœnæ, niſi indicia ſint plura, & indubitata, non ſufficit quod indicia ſint probata quantum ad illorum exiſtentiam, & de hoc Reus ſit conuictus. Sed ſi Reus in ſuis deffenſionibus eliſit indubilitatem indiciorum, non erit locus pœnæ: quia ablata certitudine, non eſt locus pœnæ, neque enim quis poteſt puniri pro delicto dubio. Poteſt vero tolli indubitatio indiciorum ſatis de facili. Cum enim hæc indubitatio vt plurimum fundetur ſuper principijs iuris ſolum moraliter certis, quæ aliquando, licet de raro, poſſunt non verificari, ſi Reus in ſuis defenſionibus probet ea non verificari in caſu ſingulari, de quo agitur, reddit indicia inefficacia ad concludendũ delictum, & ad damnandum Reum. Quamobrem etiam dato, quod indiciorum efficacia remanear in ordine ad torturam, ſi Reus tortus neget delictum, non poteſt aliqua pœna puniri, ſed debet abſolui iuxta explicata in primo caſu, quando contra Reum non ſunt niſi indicia ad torturam. Sed & poteſt contingere, quod nec Reus poſſit torqueri, ſi efficacia & vis indiciorum ita ſit eliſa, vt nec remaneat vnica ſemiplena probatio.

29. Sed ſi non obſtantibus Rei defenſionibus remanent plura indicia plenè probata, & indubitata, & ſic Reus remanet conuictus plene ad pœnam extraordinariam, poteſt hac pœna puniri, relicta tortura. Sed ſi torquetur, & negat delictum, mihi ſummopere placet ſententia Farin. *d. q.* 40. *num.* 15. vt Reus pœna corporali non puniretur, ſed ſolum pœna pecuniaria, vel exilij. Et hoc conuincit ratio. Nam ſi Reus non fuiſſet tortus, non potuiſſet in hoc caſu puniri pœna ordinaria, ſed ad ſummum pœna corporali mitiori & extraordinaria. Tortura verò illata non debet remanere ſine aliquo effectu, ſed proculdubio purgat, & minuit vim indiciorum, vt non ſufficiant ad illam pœnam extraordinariam ad quam fuiſſent ſufficientia, ſi non fuiſſet illata tortura, minori ergo pœna Reus puniri debet, & ſic non pœna corporali ſed ſolum pecuniaria, vel exilij. Et ita hanc ſententiam etiam approbat Guazz. *def.* 30. *cap.* 40. *num.* 1. *Eliſſeus tract.* 9. *q.* 4. *num.* 11. Et ſic vbi non poteſt damnari Reus pœna ordinaria, niſi ſit confeſſus, ſi dum eſt conuictus, torquetur, & neget, poterit puniri pœna mitiori extraordinaria. In quo caſu tortura hunc effectum habebit, quod Reus non punietur pœna ordinaria, niſi ſit confeſſus; & poterit puniri pœna extraordinaria corporali & graui Iudice proteſtante, quod torquet illum ſine præiudicio conuicti, ſed ſolum ad hoc vt appareat an ſit locus pœnæ ordinariæ.

30. Quod ſi tortura illata non fuit ſufficiens, & iuxta exigentiam indiciorum, adhuc talis tortura ſuum effectum obtinebit, vt Reus puniri non poſſit niſi pœna minori, illa pœna extraordinaria, qua puniri potuiſſet, ſi non fuiſſet tortus. Et hoc haberi debet pro certo, quod tortura aliquid operatur, & ſi non au-

ferr

ſert totaliter pœnam, illam minuit. Scroi *p. 6. cap. 3. num. 17. in fin.*

31. Tandem circa hanc torturam dandam conuicto aduertendum, quod fuit opinio aliquorum, quod poteſt Reus conuictus torqueri ad hoc, vt ſi forte confiteatur, non poſſit appellare. Et hoc admittit Bannes 2. 2. *qu.* 70. *art.* 2. *d.* 2. quando bonum commune petit, vt Reus ſtatim puniatur. Sed hoc ex Nauar. *cap.* 18. *num.* 59. negat Serra 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 3. *d.* 2. *concl.* 4. quia iniuria fit Reo, ſi in caſu, in quo poteſt appellare torqueatur, vt amittat beneficium appellationis,& certe ſi poteſt conuictus damnari in pœnam ordinariam, vt quid exponere ſe periculo, vt ſi Reus ſuſtineat, vix poſſit puniri pœna extraordinaria. Non video tamen, quod fiat iniuria Reo neganti delictum, ſi torqueatur vt confiteatur delictum, de quo eſt conuictus, vt media ſua confeſſione poſſit ſtatim puniri,& non habeat locum appellatio. Sed ſi Reus conuictus nec poteſt puniri pœna ordinaria, bene torqueri poteſt, vt dictum eſt, niſi ſit melius penſatis penſandis illum damnare in pœnam extraordinariam ſine tortura.

32. Dubitatur ſeptimo. An ad effectum puniendi Reum tanquam conuictum per indicia, ſit neceſſe, quod indicia ſint plenè per plures teſtes conteſtes probata. Reſpondetur, quod in hoc caſu, indicia debent eſſe plenè probata adminus per duos teſtes omni exceptione maiores, quia aliter delictum non remanet plenè probatum, vt puniri poſſit, Clar. *qu.* 22. *in fin.* Farinac. *qu.* 37. *num.* 42. Guazz. *def.* 30. *cap.* 31. *num.* 1. Maſcard. *concl.* 894. *num.* 1. Bictus *qu.* 62. *num.* 1. Nec obſtat ſi dicatur, quod plures probationes ſemiplenæ iunctæ ſimul plene probant, quia ex illis reſultat vna integra, & plena probatio, etiam ſufficiens ad pœnam ordinariam, ſic enim ex pluribus teſtibus plene probantur delicta. Nam hoc aſſumptum male intelligitur, & non eſt verum, niſi vbi ſemiplenæ probationes ſunt immediatè de eodem obiecto, & delicto, ſicuti ſunt probationes plurium teſtium immediatè de eodem numero delicto deponentium. Tunc enim delictum per plures probationes ſemiplenas plene probatur, quia ſingulæ probationes ſunt eiuſdem delicti immediate & ſic ex illis integratur vna plena delicti probatio. Sed probationes reſpicientes immediatè plura delicta ſeu obiecta, non iunguntur, vt conſtituant vnam plenam probationem. Sic ſi vnus teſtis deponat de adulterio Caij cum Berta, & alius de adulterio Caij cum Liuia, non probant plenè adulterium,& vt Caius poſſit puniri vt adulter. Hoc vero multo magis procedit, quando probationes non ſunt immediate de delicto, ſed de aliquo indicio, ex quo infertur delictum. Tunc enim ſi quodlibet indicium non probatur niſi per teſtem ſingularem, quodlibet indicium non eſt niſi ſemiplenè probatum. Sed & totum indicium integratum ex pluribus indicijs probatis per teſtes ſingulares, non eſt niſi ſemiplenè probatum, quia totum non probatur plene per partes per teſtes ſingulares ſemiplenè probantes. Multò igitur minus delictum plenè probatur per indicia ſolum per teſtes ſingulares probata. Sic igitur ſi dantur tria indicia delicti, vt fama, fuga, & confeſſio extraiudicialis, etiam ſi ſimus in caſu, in quo iſta ſint indicia indubitata, ſi quodlibet illorum non ſit probatum, niſi per vnum teſtem ſingularem, non eſt plenè probatum, quod Reus ſit de delicto indiciatus, igitur multò minus plene cõſtat, quod Reus plene deliquerit, ſed ſolum de hoc ſemiplene conſtat. Et licet admittatur, quod ex tribus, vel quatuor teſtibus ſingularibus diuerſificatiue, ſed immediate de diuerſis delictis eiuſdem ſpeciei deponentibus conſurgat probatio ſatis plena ad pœnam extraordinariam hoc tamen non poteſt admitti, vbi teſtes non deponunt immediatè de delicto, ſed de diuerſis indicijs. In primo enim caſu teſtium depoſitio coadiuuatur ex illa præſumptione iuris, quod ſemel malus ſemper præſumitur malus, & ideo teſtes quorum vnus probat v. g. adulterium cum Berta,& alius qui deponit de adulterio cum Liuia, ſimul probant præſumptiue adulterium cum Claudia de quo deponit tertius teſtis,& ſic delictum quodammodo immediate, & præſumptiue probatur per plures teſtes conteſtes. Sed in indicijs non intrat hæc præſumptio. Ex eo enim quod Caius fugit non poteſt præſumi, quod delictum confeſſus fuerit. Quando igitur indicia ſunt diuerſa, & non probata, niſi per teſtes ſingulares, tunc ſicut quodlibet ex illis indicijs eſt ſolum ſemiplenè probatum, ſic ſolum ſemiplene remanet probatum totum illud indicium, quod ex illis indicijs integratur, igitur ſolum ſemiplenè ex tali indicio probatur delictum, quod ex illo infertur, & ſic adeſt probatio ſufficiens ad torturam, non ad pœnam. Videantur *dicta ſupra quæſt.* 14. *art.* 4.

33. Hinc patet quid dicendum ſit in hoc caſu, ſcilicet, dum Reus primo confeſſus fuit delictum, & poſtea nedum negat delictum, ſed negat confeſſionem, & ait nedum ſe non fuiſſe confeſſum delictũ, ſed nec de illo ſe fuiſſe interrogatum. In hoc ergo caſu confeſſio remanet ne probata ex ſolo priore proceſſu, & atteſtatione Notarij? Reſpondetur, quod apud eundem Iudicem, coram quo emanauit confeſſio, per Rei euidentiam conſtat de illa confeſſione, vnde illa eidem Iudici eſt iudicialiter notoria, & ſufficienter probata. Nec obſtat quod Reus neget illam confeſſionem a ſe fuiſſe factam, & aſſerat Notarium falſum ſcripſiſſe, quia & aſſertionis iſtius factæ a Reo falſitas conſtat Iudici per Rei euidentiam. Sed ſi Reus coram vno Iudice neget ſe confeſſum fuiſſe delictum coram alio Iudice, imò vel ſe fuiſſe de illo interrogatum, adhuc ſcripturæ Notarij factæ in iudicio coram Iudice credendum eſt, vt dictum eſt ſupra num. 22. Et tunc proceſſus

Digitized by Google

tantam fidem faciet, quantam facere poteſt in vno iudicio proceſſus factus in alio iudicio. poterit tamen Reus probare contrarium, & debebit admitti ad id probandum.

SVMMARIVM.

34 *Iudex inſpecta veritate iudicare debet.*
35 *Quid ſit iudicium.*
Iudex cognoſcere poteſt veritatem, vel ſcientia priuata, vel ſcientia publica. ibid.
36 *Iudex in iudicando ſcientiam publicam ſequi debet. num. 37.*
38 *Iudex ex notitia priuata iudicare non poteſt.*
39 *Iudex certus ex ſcientia priuata de innocentia alicuius debet facere quantum poteſt, vt ille non conuincatur de delicto in iudicio, vel liberetur.*
Quæ facere debeat Iudex in caſu quod certus ſit ex ſcientia priuata de innocentia alicuius. ibid. num. 40.
40 *Debet procurare libertatem innocentis. & 41.*
41 *Et ſi ipſe non poteſt debet illum remittere ad Iudicem ſuperiorem.*
42 *Etiam ſi non adſit ſpes probabilis liberationis illius.*
43 *Non tenetur tamen renunciare officio, vt liberet innocentem ex ſcientia priuata.*
44 *Iudex ſciens ex ſcientia priuata innocentiam alicuius, ſi talis eſt in iudicio conuictus, debet illum damnare.*
Pariter ſi ſciat ſcientia priuata aliquem eſſe nocentem, debet ſolum iudicare ſecundum allegata, & probata. ibid.
45 *Obiectio, & reſponſio.*
46 *Iudex ſupremus liberare poteſt innocentem ex propria ſcientia, qui ſit nocens ſecundum acta & probata.*
47 *Non poteſt tamen dictum nocentem ſecundum acta, & probata iuridice pronunciare innocentem.*
Princeps vt liberet innocentem debet vti via extraordinaria. ibid.
48 *Vicesgerentes Principum & Senatores debent iudicare ſecundum acta & probata, niſi habeant facultatem derogandi legibus.*
49 *Iudices procedentes ſola facti veritate inſpecta non poſſunt Reum conuictum ex allegatis & probatis diffinitiuè abſoluere, & innocentem declarare.*
50 *Supremus Princeps non poteſt damnare nocentem ex propria ſcientia, qui ſit innocens ſecundum acta, & probata.*
51 *Quomodo debeat procedere Princeps ſi delictum non ſit probabile in iudicio. & 52.*
52 *Opinio aliquorum refellitur.*
53 *Scientia priuata alicuius delicti duplex eſt.*
In Ordine Prædicatorum nullus poteſt damnari niſi ex ſcientia publica conuictus, vel confeſſus. ibidem.

ARTICVLVS II.

An Iudex ex ſcientia publica ſecundum allegata, & probata in iudicio iudicare debeat etiam contra ſuam ſcientiam propriam.

34. HOc eſt certum, quod Iudex iudicare debet ſecundum veritatem, ſeu veritate inſpecta, iuxta illud Zachar. 7. *Verum iudicium iudicate*. Iudex enim miniſter Dei eſt, cuius iudicia vera ſunt, & iuſtificata in ſemetipſa. *Pſ.* 18. Cum Deus diligat veritatem, nec Dei iuſtitia ſeparetur à veritate, nam in Deo iuſtitia, & veritas obuiauerunt ſibi *Pſal.* 84 Et opera manuum eius veritas, & iudicium *Pſalm.* 110. Sic ergo ſicut in pectorali ſummi Sacerdotis Deo iubente *Exod.* 28. iungebantur doctrina, & iudicium, ſic in corde Iudicis indelibiliter ſcriptum eſſe debet verum iudicium. Ideo Iudex, ſuper omnia veritatem quærere debet tam ad fauorem Rei, quam contra ipſum, cum in terris vices Dei ſuſtineat. *cap. Non ſolum* 23. *quæſt.* 5. Et omnino procurare, vt eius iudicium de cultu Dei procedat *c.* 1. *Vt Eccl. benef. c. Vt noſtrum de* [illegible]

35. Verum cum iudicium ſit actus humanus procedens ex cognitione ſcientia & deliberatione Iudicis; ille non poteſt iudicare niſi ex cognita veritate. Nunc vero Iudex dupliciter cognoſcere poteſt, vel, ſcilicet, ſcientia priuata, quam Iudex habet extra iudicium, vt perſona particularis, vel per proprium ſenſum, vel per priuatorum hominum teſtimonium, vel ſcientia publica ex teſtibus iudicialiter deponentibus, aut per ſcripturas in actis, & proceſſu inſertas, vel etiam per euidentiam Rei ſibi vt Iudici manifeſtæ.

36. Dicitur primo; quod Iudex in iudicando ſequi debet ſcientiam publicam, quæ ex ſolis alligatis, & probatis in iudicio colligitur. *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 67. *art.* 2. & alij DD. qui infra adducentur. Et probatur primo ex *Deuter cap.* 17. ibi. *In ore duorum, vel trium peribit, qui interficietur.* Et cap. 19. *In ore duorũ vel triũ ſtabit omne verbũ.* Nõ ergo peribit & interficietur aliquis, niſi in iudicio ex ore duorum, vel trium teſtium in iudicio deponentium conſtet de delicto. Sic Dominus *Io. c.* 8. *n.* 17. dixit, *Et in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt.* Et Matth. 18. dixit. *Si autem te non audierit adhibe tecum adhuc vnum, vel duos. Vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum.* Quod aſſeruit Apoſ. 2. Cor. 13. v. 1. *In ore*, inquit, *duorum teſtium ſtabit omne verbum.* Vbi igitur non ſunt teſtes in iudicio deponentes non ſtat nec ſubſiſtit Iudicis verbum.

37. Idem confirmatur *cap. Iudices* 3. *quæſt.* 7. vbi ex D. Ambroſ. *ſerm.* 20. *in Pſalm.* 118. dicitur. *Bonus Iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, &*

domeſ

Google

domeſticæ propoſito voluntatis; ſed iuxta leges, & iura pronunciat, ſtatutis iuris obtemperat, non indulget propria voluntati, nihil paratum domo defert, ſed ſicut audit ita iudicat. Et eadem docuit D. Aug. *l. de vera relig. cap.* 31. Cum vero leges omnes velint vt tam delicta, quam innocentia Reorum in indicio conſtent adhoc vt Iudex vel damnet, vel abſoluat, iudicare non ex arbitrio Iudicis, & ex eius voluntate non eſt niſi iudicare ſecundam allegata, & probata in iudicio. ſic cap. *Quamuis* 11. *qu.* 3. dicitur. *Quamuis vera ſint quædam, non tamen Iudici ſunt credenda, niſi certis indicijs demonſtrentur.*

38. Et certe periret iuſticia, & iniuſtitia triumpharet, & abſoluerentur nocentes, & damnarentur innocentes paſſim, & impune, & ex iudicum arbitrio, ſi ipſi ex notitia priuata indicare poſſent, quia ſimul ex arbitrio proprio iudicarent. Nam vel Iudici iudicanti, & ſententiam proferenti, & dicenti ſe ſcire Reum eſſe nocentem, vel innocentem credendum eſt abſque alia probatione, vel non eſt credendum niſi probet. Si Iudicis aſſertioni eſt credenda vel culpa, vel innocentia, iam iniquitas Iudicis triumphabit, & eius odio, amor vel auaritia libere, & impune abſoluet damnandos, & damnabit liberandos. Vnde omnia iura tam diuina, & naturalia quam poſitiua hoc abominantur, & reijciunt. Nam volunt, quod nullus damnari poſſit, niſi in iudicio conuictus, & confeſſus, & vt non abſoluatur inquiſitus, niſi conſter de eius innocentia, vel ſaltem eius delictum non ſit in iudirio probatum. Si verò non eſt credendum Iudici ex priuata ſcientia aſſerenti aliquem eſſe nocentem, vel innocentem, ſicut vere non eſt credendum, iam non poteſt ex priuata ſcientia in iudicio iudicare, quia de eius aſſertionis veritate debet in iudicio conſtare.

39. Dicitur ſecundo quod Iudex certus ex ſcientia priuata de innocentia alicuins debet facere quantum poteſt, vel vt Reus non conuincatur de delicto in iudicio, vel vt liberetur, vel ſaltē, vt ipſe non damnet innocentem, ſed ab obligatione damnandi illum abſoluatur. In hac concluſione ſic in genere conuenlunt Doctores quanuis aliqui non approbent aliqua remedia ab alijs approbata. Primo igitur Iudex debet modo ſibi licito, & poſſibili impedire accuſationem per ſe, vel per alios monendo accuſatorem, ſe certo ſcire, quod accuſandus ſit innocens, & ita etiam accuſationem non recipere, ſed reijcere. Clau. *Reg l.*12. *cap.* 8. *nu.* 3. Scroi *p.*1. *c.* 3. *nu.* 24. Vt enim dictum eſt ſupra, Iudex ex iuxta cauſa poteſt accuſationem reijcere. Et quod magis eſt, adhoc non poteſt Iudex ſe dirigere niſi ex cognitione extraiudiciali, cum per accuſationem incipiat iudicium. Itaque ex his ſequitur, quod Iudex certus de innocentia alicuius, non debet incipere inquiſitionem, & ex officio procedere contra illum etiam inſtante Procuratore Fiſcali. Et caſu quod ex non procedendo contra talem ſequi poſſet aliquod ſcandalum, hoc non eſſe actiuum ex parte Iudicis, de quo præſumi debet, quod ex cauſa iuſta omittat procedere. Et in omni caſu Iudex ex parte ſua cauſam ſcandali auferet, ſi coram Notario, & teſtibus, vel coram populo aſſerat ſe nolle procedere, quia ſcit illum contra quem eſſet procedendum eſſe innocentem. Et quatenus opus ſit etiam in particulari reddere cauſam ſuæ ſcientiæ; & aduertendum, quod aliud, eſt poſitiue per ſententiam diffinire, quod Reus ſit innocens, & hoc non poteſt facere Iudex ex priuata ſcientia; Aliud eſt non procedere in cauſa. Et ad hoc moueri poteſt Iudex ex multiplici cauſa etiam extraiudicialiter nota, & ſi id faciat, Iudex præſumi debet, quod id faciat ex iuſta cauſa, & quatenus opus ſit illam populo manifeſtet. Et eo magis, quod in hoc caſu nondum per teſtes in iudicio probatum eſt delictum.

40. Secundo in caſu in quo Iudex accuſationem receperit, debet teſtes, qui non poſſunt admitti de iure, ex officio reijcere, vel ſi admitti poſſunt, & debent, illos non niſi cum illorum defectibus, & inhabilitate admittere, etiam Accuſatore tacente. S. Raymundus *lib.* 1. *ſum. tit. de iuram. & periurio* §. 3. Serra 2. 2. *q* 67. *art.* 2. *concl.* 2. Tertio ſi Iudex non poteſt teſtes repellere, debet illos diligentiſſimè interrogare præcipue de circmſtantijs facti, & vti illis cautelis licitis, de quibus dictum eſt ſupra *qu.* 23. *a.* 2. *n.* 30. vt poſſit eorum ſalſitatem detegere, & cognoſcere. D. T. 2. 2. *q.* 67. *a.* 2. & 9. 64. *a.* 3. *ad* 3. D. Raymundus, & Serra locis citatis. Sotus *l.* 5. *de iuſt. q.* 4. *a.* 2. & *alij.* Hoc enim modo vix poſſibile eſt, vt non appareat in dictis teſtium aliqua contrarietas, ob quam non probent, ſicuti in iudicio Danielis *Dan.* 33. contigit. Clau. Reg. *l.* 12. c. 8 *num.* 3. Quarto ſi hæc non proſint, dicunt aliqui, quod Iudex poſſit, & debeat commodè, & ſine ſcandalo ianuam carceris apertam relinquere, vt innocens carceratus fugiat. Sotus *d. a.* 2. Clau. Reg. *d. c.* 8. *nu.* 5. Scroi *d. cap.* 3. *n.* 24. Quod admittitur, ſi Iudex non id decernat vt Iudex, ſed tanquam priuatus, & quatenus vti poſſit ſcientia priuata. Quinto his non iuuantibus debet Iudex ſententiam differre, & dare tempori tempus, vt interim poſſit innocentia Rei detegi, vel aduenire aliquid, vnde ille abſoluatur. Clauis Reg. *d. cap.* 8. *num.* 4. Et hoc etiam ſi Reus longo aut perpetuo carcere detineretur. Nec eſt verum, quod aliqui dicunt, ſcilicet, quod idem ſit detineri in carcere perpetuo, quod capite plecti, quia imo in hoc caſu ex multiplici cauſa poteſt contingere, vel quod innocentia Rei detegatur, vel quod ille adiutus è carcere fugiat, & à morte liberetur. In hoc autem caſu & alijs, ſi poſſit oriri ſcandalū in populo, Iudex vtatur cautela, quam tradidit Caiet. 2. 2. *q.* 67. *a.* 2. & ex eo afferr Serra 2. 2. *q.* 67. *a.* 2. vt, ſcilicet, Iudex iuret coram populo quod ſibi conſtat inqniſitum eſſe innocentem, indicando modum quo ſibi id conſtat, & quod propterea ipſe non iudicat.

41. Sex-

41. Sexto, ſi Iudex nulla ex præfatis vijs potuit innocentem liberare, & Iudex eſt inferior debet eum ſuperiori relinquere iudicandũ D.T.2.2.*q.64.a.6.ad 3.* Sed Bannes.2.2.*q.67.a.2. d.2. concl.2. & 3.* vult quod hoc non poſſit fieri, niſi de conſenſu vtriuſque partis, quia ordo iuris eſt, vt in prima inſtantia cauſa terminetur coram Iudice inferiore. Sotus vero *de iuſt. l.5. q.4.n.2.* ait remedium eſſe tenuiſſimum, quia ſuperior nón poteſt talem Reum liberare niſi examinatis teſtibus, qui teſtes in hoc caſu non habentur, & ideo perinde eſſet eum ſuperiori remittere, ac ſupplicio afficere. Ideò alij dicunt hanc remiſſionem faciendam, ſi ſit ſpes probabilis, quod innocens ſit liberandus,& tunc remiſſio fieri poterit, vel de conſenſu partium, vel per viam appellationis interpoſitæ à Reo quam Iudex tenetur acceptare. Sed vt monet Caiet. 2. 2. *q. 67. a. 2.ver. Ad ea autem*, aſſertio D. T. non eſt bene intellecta. Non enim D. T. docet remittendam eſſe cauſam iudicandam à Iudice Superiori, ſed eam ſuperiori relinquendam, vt ſcilicet, Inferior exoneret ſe ab onere iudicandi. Conſiderandum eſt igitur quod ex duplici cauſa Iudex inferior poteſt recurrere ad Iudicem Superiorem, vel, ſcilicet, vt liberetur Reus præſumptus, vel vt ipſe Iudex ſuę ſaluti conſulat, & ſe eximat ab onere damnandi illum, quem ſcit eſſe innocentem. Si fiat remiſſio intuitu liberandi Reum, verum eſt hanc remiſſionem, non eſſe neceſſariam, niſi liberationis adſit ſpes probabilis, vt vult Clau. Reg.*d cap. 8. n. 5.* In quo caſu remiſſio etiam eſt vtilis, quia Iudex inferior recurrens ad ſuperiorem & ſimul reddeus cauſam, quia hoc vel illud vidit, ex quo conſtat inquiſitum eſſe innocentem,ſimul ſe conſtituit teſtem innocentiæ illius,vt notat Caiet. & ex eo Serra 7. quod multum iuuare poteſt, ad hoc vt ſuperior ſaltem cauſam differat, vel etiam carceratum liberet ſuprema autoritate, ſatisfacta parte, & attenta qualitate perſonæ, & alijs circumſtantijs, vel vt ſuperior ex teſtimonio Iudicis inferioris moueatur ad vehementius inquirendam veritatem, & ſaluandum innocentem. Et ita in hoc caſu vera eſt ſententia Clauis Reg.*d.cap. 8.num.5.* Sed & in hoc caſu non erit neceſſarius conſenſus partium, vel appellatio. Quia poteſt eſſe,quodSuperior poſſit ad ſe auocare cauſam etiam in prima inſtantia, & de illa cognoſcere. Quod ſine dubio facere poſſunt ſupremi Principes. Et de hoc ſuperiore eſt hic ſermo, & non de illo, qui non poteſt eſſe Iudex niſi in cauſa appellationis, & in ſecunda inſtantia. Et imò in hoc caſu etiam ſi cogeretur Iudex inferior à partibus ſententiam ferre, poſſet inuitis partibus ad ſuperiorem recurrere, & reſponſum illius expectare, vnde non benè Clau. Reg. excipit hunc caſum. Quia adeſt cauſa pluſquam iuſta recurrendi ad Superiorem, vt non damnetur innocens. Et ſi adeſt periculum ſcandali, Iudex huic periculo occurret, modo ſupra ex Caiet. recenſito iurando ſe ſcire certo inquiſitum eſſe innocentem. Et imo in hoc caſu ſufficeret, ſi Iudex diceret ſe cauſam ſcientiæ ſuæ expoſiturum ſuperiori. Quia imo poſſet afferre præiudicium cauſæ, & iuſtitiæ, ſi illam partibus exponeret.

42. Sed ſi Iudex recurrit ad ſuperiorem, vt ſe exoneret ab onere condemnandi illum,quem ſcit eſſe innocentem, non eſt neceſſe quod adſit ſpes probabilis liberationis illius; imò quo hæc magis ſit diſperata, Iudex habet ius vt via iuſta, ſe exoneret à tali onere. Et imò etiam ſi nulla ſit ſpes, vt exoneretur, adhuc ille bene agit, faciendo quod in ſe eſt, vt non damnet innocentem. Et in hoc vtiliter agit cauſam innocentis, cuius damnatio ſaltem differtur. Nec curandum eſt de præiudicio prætenſo ab Accuſatore, qui merito præſumitur calumniator, vel dato, quod eſſet bonæ fidei, præualet adhuc priuilegium innocentiæ, & ius Iudicis quod habet, ne damnet, quem ſci eſſe innocentem, & vt interim det tempus temporiad fauorem innocentiæ.

43. Quod verò, ſi hæc non proſint, tenentur Iudex renunciare officio, prout colligitur ex Sylu. *v. Iudex 2. q.5.* merito reijcitur à Soto, Banneſio, & Serra locis citatis, quia Iudex damnando,quem ſcit innocentem,ſed ex allegatis & probatis conuincitur delinquens,iure ſuo vtitur,& per accidens& pręter eius intentionem eſt,quod innocens pereat. Sic Dux in bello iuſto non tenetur ceſſare ab obſidione Ciuitatis, ex eo quod aliqui innocentes occidentur.

44. Dicendum eſt tertio quod cum Iudex Reum non poſſit iudicare niſi ſecundum allegata & probata in Iudicio, ſi iudicat, Reum quem ſcientia priuata ſcit eſſe innocentem, ſed in iudicio eſt conuictus de delicto, debet damnare; & è contra eum, qui ſcit eſſe nocentem, ſed ſecundum allegata, & probata apparet innocens, debet abſoluere. Ita D. T.2. *2.q.67.a. 2.* & ibi Caietanus Ban. Aragon.& Serra Sanctus Raymundus *lib. 1. ſum. tit. de iuram. & periur.* D. Antonin. *p.3.tit 9.c.2.§.6.* Sotus *de iuſt. l. 5. q.4 a.2.* Abulen. *in cap.23.*Exod.*q 6.* Nauar. *cap.25. num.9.& 10.*Syluеſ. *v.Iudex. 2. q.5.*Tabien. *v. iudicare.§. 5.* Bartol. *in l. illicitus.§. veritas. ff. de off. Prat.* Turrecrem. *in cap. Iudices 3. q. 7.* Couarruu. *l. 1. variar. num. 6.* Alex. de Aleſ. Ricard. Io.And.Valentin. Toletus, & alij plures, quos referunt, & ſequuntur Clau.Reg. *l. 12. cap. 8. num. 13.* Scroi. *p. 1.cap.3. num. 15.* Menoch. *de arbit.l.1.q.24.num.3.*Clar. *q.8. num. 5. & q. 66. verſ. ſcias autem* Farin. *q.21.nu. 163.* Scacc. *de Iud. q.8.num.1.*Sanchez *Opuſ. l.6. cap. 1.dub.17.num. 13. & 16.*Et habetur ex *cap. Paſtoralis, de off. Deleg.* Vbi Papa mandat, quod Epiſcopus ſententiam delegati det executioni, etiam ſi ſciat illam eſſe iniuſtam. Et probatur ex prima concluſ. ſupra poſita, quia Iudex non poteſt iudicare niſi ex ſcientia publica, quæ habetur ex allegatis, & probatis in cauſa.

45. Nec in contrarium obſtat illud Exodi 23.*In ſententia & iniuſtum non occides*, & alia

ſimi-

ſimilia, quæ ex ſcriptura deducunrur, quia ibi ſermo eſt de eo, qui in iudicio eſt innocens, non vero de illo, qui in iudicio eſt delinquens. Sic enim Paraphraſis Caldaica vt notat Serra, habet. *Eum, qui fuerit iuſtificatus, & exierit iuſtus in ſuo iudicio non occides*. Et non occidit innocentem iniuſtè, qui damnat illum, qui in iudicio eſt conuictus de delicto, & in ſcientia iuridica ignoratur eſſe innocens, & ideo præter intentionem occiditur. Et Iudex non ſecundum conſcientiam ſuam priuatam, ſed ſecundum conſcientiam publicam iudicare debet. Et dato quod ipſe Iudex falſos teſtes induxerit, ipſe quidem in hoc iniuſtè egit, ſed ſi impoſſibile ſit teſtes inductos iuridice repellere, & falſitatem illorum in iudicio detegere, ſtandum eſt allegatis, & probatis in iudicio & non niſi ex illis eſt iudicandum, quia alias perniciosiſſimum reipublicę, & iniuſtum eſt quod Iudex ex notitia priuata poſſit iudicare.

46. Si autem loquamur de Principe ſupremo, diſtingui debet inter abſolutionem occulti innocentis, & damnationem occulti delinquentis. Nam Princeps ſupremus, qui nouas leges poteſt condere, & antiquas abrogare, nec tenetur legibus poſitiuis, & iudicare poteſt ſecundum conſcientiam ſuam, non ſe adſtringendo ad allegata iuridice & probata. Barboſa *Clauſ.* 173. *num.* 4. & etiam poteſt pœnas à lege latas remittere. Vnde quod Princeps ſupremus, eum quem ſcit ſcientia priuata eſſe innocentem poſſit liberare, non punire, & a pœna defendere, docent Caiet 2. 2. *quaſt.* 67. *art.* 2. *in fin.* Sot. *l.* 5. *de iuſt. qu.* 4. *art.* 2. Couar. *var. l.* 1. *nu.* 7. Felin. *in cap. Paſtoralis* §. *quia vero de off. deleg.* Clau. *Reg. l.* 12. *cap.* 8. *num.* 19. Bart. Bald. Cyn. Innoc. Petr. Nauar. & alij, quos ſequitur Scroi *p.* 1. *cap.* 3. *nu.* 25. Sic enim Princeps ex cauſa iuſta ſibi bene viſa poteſt ingreſſum litis, vel eius proſecutionem impedire, & cauſæ ſilentium imponere, & pœnas, vel condonare, vel mutare, vel minuere etiam ex ſcientia priuata, ſeu melius loquendo, ex ſcientia non habita ex proceſſu iuridico à Notario deſcripto, ſed ex notitia ad ſe extraiudicialiter vt Principi deducta, vnde poteſt vti ſcientia priuata Principis, & ex ea multis modis verum innocentem liberarie. Si tamen Princeps vellet procedere via iuridica ordinaria, non poſſet occultum innocentem in proceſſu de delicto conuictum, niſi ex allegatis & probatis iudicare.

47. Imò hic diſtinguendum eſt; nam aliud eſt aliquem probatum in iudicio nocentem liberare a pœna, aliud eſt eum innocentem iuridice pronunciare. Ad primum notum præſtandum in Principe ſufficit priuata certitudo innocentiæ illius, imò Princeps ex alijs cauſis iuſtis ſibi notis poteſt etiam verum delinquentem à pœna abſoluere. Sed ſecundum nec Princeps poteſt facere ex ſcientia priuata. Quia iuridice diffinire quod aliquis ſit innocens eſt actus publici iudicij, quod ex publica notitia dirigi debet, & in hoc actu etiam Princeps eſt alligatus ad probata, & allegata, ex quibus Reus non innocens, ſed delinquens apparet. Nec teſtes qui de delicto depoſuerunt poſſunt damnari, vt falſi, niſi in iudicio eorum falſitas ſit probata. Solum igitur via extraordinaria procedendo, & ſolum, quatenus ei licet vti ſcientia priuata, poteſt Princeps liberare eum, quem ille ſit eſſe innocentem, non obſtante quod ille in iudicio ſit conuictus de delicto. Sed nihilominus forſan dicet aliquis, quod huiuſmodi Princeps præciſe ad effectum declarandi Reum innocentem, poſſit decernere quod ſufficiat vnus teſtis inuulnerabilis, & ſic quod ſufficiat eiuſdem Principis teſtimonium. Sed quid quid ſit de hoc dicitur; quod iam ſit recurſus ad viam extraordinariam, imò ad notitiam publicam ſufficientem, & ad teſtimonium Principis & additur, quod in hoc caſu Princeps quatenus opus ſit relicta via ordinaria, per extraornariam viam tenetur innocẽtem liberare quia vnuſquiſq; tenetur quantũ poteſt innocenti; exiſtenti in extrema neceſſitate ſuccurrere. In hoc caſu vero innocens eſt in extrema neceſſitate, quia ſi non adiuuetur, peribit, nec poteſt aliunde adiuuari, cum eius innocentia ſit occulta, & improbabilis in iudicio, & ſoli Principi ſit nota. Principem vero poſſe in hoc caſu coram populo iurare de propria ſcientia, dixit Caiet. Sed credo, quod ſufficiat, ſi Princeps vtatur clauſula iuſtis de cauſis, quia Principi eſt credendum: & in hoc caſu Princeps damnum tertij vitare debet, & facere, quod parti ſatisfiat, patiatur quatenus illa aliquid iniuſtum.

48. Hoc verò quidam extendunt etiam ad Viceſgerentes Principum, & ad Principum Senatores, Ita Oroſcius *l. illicitas* §. *veritas n.* 12. *ff. de off Præſ.* Guido Papa *quaſt.* 29. Gram. Alciat. Neuizz. Menoch. & alij apud Scroi *p.* 1. *cap.* 3. *num.* 26. Sed oppoſitum ſentiunt Couar. *d. cap.* 1. *num.* 7. Sanchez. *Opuſ. l.* 6. *cap.* 1. *d.* 17. *num.* 11. & 16. & apud ipſum Matienz. Grat. Mirand. *de ord. ind. qu.* 27. *art.* 2. *a n.* 22. & alij apud Scroi *d. num.* 26. Et vere niſi iſti habeant facultatem ſpecialem derogandi legibus, & præcipuè niſi habeant facultatem procedendi ſine proceſſu, non poſſunt ex priuata ſcientia contra allegata, & probata iudicare. Et quantum ad Senatores, ſi plures ſcientia priuata ſciant innocentiam inquiſiti, iam hæc poterit probari in iudicio, & probari debebit. Sed ſi vnus ſolus id ſcit, & teſtatur, hoc non poteſt habere vim niſi vnius teſtis, nec fauet innocenti, niſi quantum poteſt vnus teſtis.

49. Aliqui etiam hoc extendunt ad Iudices, qui poſſunt iudicare ſola facti veritate inſpecta. Abb. ad Bart. *in d. l. illicitas* §. *veritas nu.* 4. *de off. Praſ.* Dec. *conſ.* 274. *col.* 2. Iaſon. *in l. verum ff. ſi certum petat.* Gramm. Grauet. Roland. Maſcard. Ricc. & alij apud Scroi *p.* 1. *cap.* 3. *num.* 29. Et quidem quod Iudex habens facultatem iudicandi ſola facti veritate inſpecta poſſit iudicare ſicut Princeps ex Bertar. Velac.

Hon-

Honded. & alijs aſſerit Barboſ. *clauſ.* 173. *n.* 6. vbi *nu.* 9. clauſula ſola facti veritate inſpecta auſere ordinem iudiciarum, & tollit omnem iuris ſolemnitatem. Verum aduerti debet, quod præfata clauſula non aufert ordinem iudiciarium neceſſarium de iure naturali, vel diuino ſ. Nec virtute dictæ clauſulæ datur facultas diſpenſandi in alijs legibus, & quod ad declarandum innocentem conuictum de delicto ſufficiat vnus teſtis, qui ſimul ſit ipſe Iudex, vel quod pœnas legis Iudex poſſit tollere, vel minuere, vel quod poſſit cauſæ ſilentium imponere, vel ſtatuere, vel quod ſaltem, vbi non agitur de præiudicio tertij, ſed de abſoluendo innocente teſtimonium Principis æquiualeat duobus, vel aliud ſimile ſtatuere, ex quo innocens abſolui poſſit. Quamobrem licet facilius ſit Iudici iudicanti ſola facti veritate inſpecta veriſimile medium aliquod liberandi innocentem, non eſt tamen veriſimile, quod poſſit Reum conuictum ex allegatis, & probatis de delicto, ex ſola ſua ſcientia priuata diffinitiue abſoluere, & innocentem declarare.

50. Sed loquendo de damnatione nocentis, dicitur, quod nec Princeps ſupremus nocentem occultum, qui ex allegatis & probatis apparet in proceſſu innocens poteſt ex priuata ſua ſcientia damnare Caiet. 2. 2. *qu.* 67. *art.* 2. & ibi Serra *dub.* 1. Sotus *de iuſt. quæſt.* 1. *art.* 3. *ad primum* D. Anton. *p.* 3. *tit.* 9. *cap.* 15. §. 3. Syl. *v. Iudex.* 2. *qu.* 5. Nauar. *cap.* 25. *nu.* 9. & 10. Arag. Pet. Nauar. Cordnba, quos ſequitur Clau. *Reg. l.* 12. *cap.* 8. *num.* 22. Ex duplici enim capite repugnat ius naturæ. Primo quia non poteſt delinquens puniri, niſi conuictus per duos teſtes, vt ſupra probatum eſt, & habetur etiam ex *cap. Deus* 2. *qu.* 1. ſecundo quia vt etiam ſupra probatum eſt, & habetur ex *cap. Nullum* 30. *qu.* 1. & *cap. Qualiter il* 2. *de probat.* & *Clem. Paſtoralis* §. *Cæterum de ſent.* & *re ind* delinquens non poteſt damnari niſi citatus, & pro ſui defenſione auditus, & *in Clem Paſtoralis de ſent. et re iud.* expreſſe dicitur quod nec Imperator defẽſionem tollere poteſt, quæ eſt de iure naturali. Et vt bene diſcurit Caiet. Natura publici actus, qualis eſt delinquentem damnare eſt vt ſit à publica poteſtate, & publica ſcientia, vt à cauſa proportionata. Nec eſt eadem ratio de abſolutione innocentis, & damnatione delinquentis, quia illa per ſe non requirit poteſtatem publicam, ſed etiam priuati modo ſibi poſſibili poſſunt innocentem tueri, & liberare. Sed nullus damnari, & puniri popoteſt niſi ex poteſtate publica, & ex publica ſcientia. Quia igitur innocens liberari poteſt auctoritate priuata, multo magis id poteſt fieri auctoritate publica, diſpenſando in legibus, in quibus Princeps poteſt diſpenſare, vel vtendo notitia priuata in caſibus, in quibus ea vti licet. Et nihilominus ſupra etiam dictum eſt, quod nec Princeps directe ex auctoritate publica poſſit Innocentem per ſententiam declarare, & liberare niſi ex ſcientia publica. Sed delinquens non poteſt puniri niſi ex poteſtate, & ſcientia publica, & niſi delinquens ſit citatus, & auditus, ſi audiri velit.

51. Vel igitur delictum in iudicio eſt probabile, vel non eſt probabile. Si delictum eſt probabile probari debet, nec Princeps violato iure naturæ poteſt Reum non conuictum de delicto damnare. Quamuis ſi delictum ſit ſufficienter probatum ad inquirendum, iuxta explicata ſuperius *quæſt.* 23 *art.* 12. *à n.* 10. poſſit delinquentem citare, & ſi non compareat, poſſit illum, vt contumacem damnare. Sed ſi delictum non eſt probabile in iudicio, quia nullus illud ſcit, niſi Princeps. vel non poteſt probari, ſine imminenti periculo grauis damni Principis, vel Reipublicæ, vel teſtis innocentis. Si delictum eſt præteritum, & ex illo nullum imminet periculum damni particularis, vel Principi, vel Reipublicæ, vel tertio innocenti, non poteſt delinquens occidi, vel puniri. In hoc enim caſu non liceret delinquẽtẽ occidere ex illa ratione, quod bonum Reipub. petit, delinquentes exterminari, quia imo bonũ Reipublicę petit, vt non puniantur delicta, niſi ſeruato ordine iuris naturalis, ſcilicet niſi delicta publicæ probentur in iudicio, & Reus citetur, & audiatur, vt bene aduertit Caiet. *v. homicidium*. Sed ſi delictum non ſit pręteritum, ſed durat cum imminenti periculo damni Reipublicæ, vel tertij innocentis, & delictum non poteſt probari, vel abſolutè, vel ſine ſimili imminenti periculo damni, tunc poterit delinquens etiam occidi, non ex poteſtate vindicatiua Iudicis, ſed ex iure priuato defendendi innocentem, ex quo etiam quilibet priuatus poteſt ſe defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ Clau. *Reg. l.* 12. *cap.* 8. *num.* 24. In quo tamen caſu mors non eſſet licita, ſi ſine illa poſſet occurri periculo.

52. Ideo omnino diſplicet, quod habet Clau *Reg. l.* 12. *cap.* 8. *num.* 25. ex Petr. Nauar. & Arag. nimirum, quod etiam ſi crimen eſſet ſecretum, & Reus non eſſet potens, aut rebellis, ſed compareret, ſi citaretur, nec imminet aliquod damnum in futurum, & crimen probabile eſt, ſed hoc non conuenit ad vitandum ſcandalum, vel ob aliam iuſtam cauſam, vt iuridice conuictus occidatur; tunc locum habeat Epicheia, & poteſt veneno, vel alia via occidi non citatus, nec defenſus, quia in hoc Princeps prouidet bono communi vitando ſcandalum, & purgando Rempublicam criminoſis hominibus. Sed ſententia iſta, non poteſt admitti, commodum enim Reipublicæ, vt dictum eſt, non petit vt delicta, & delinquentes puniantur, non ſeruata ſaltem lege naturali, & diuina, imò ſi hoc liceret impleretur mundus iniquitatibus, homicidijs, & iniuſtitijs, odio, & amore, & intereſſe priuato Principum, & Iudicum liberam facultatem habentium ex prætenſa priuata ſcientia innocentes damnandi pro libito. Propterea Deus occulta delicta ſibi reſeruauit punienda. Quando igitur delicta probari non poſſunt, ex quacumque cauſa

hoc

hoc fieri non poſſit, ad ſolum Dei forum pertinent, & ab hominibus iudicari non poſſunt, vt bene aſſerit Caiet. *v. homicidium*, & vt probatum eſt *concl.* 1. Iudices humani ex ſola ſcientia publica delinquentes extirpare poſſunt, eos puniendo. Nec valet dicere quod in hoc caſu delictum ſupponi probabile pleniſſimè, & ita quod Reo non remaneat locus, vt ſe defendere poſſit, & ſic Reus haberi iam poteſt vt conuictus, & qui non poſſit, ſe defendere. Quia inter poſſe eſſe & eſſe maxima eſt diſtantia, & in his poſſe eſt multum contingens & fallax & ius naturę ad hoc vt aliquis damnetur requirit quod ipſe ſit actu conuictus, vel confeſſus, nec damnetur niſi auditus. Et ideo hoc iuri ſtandum eſt. Vnde eſt quod iniuſtè agit Princeps ſi ex priuata ſcientia delinquentem ſibi notum non conuictum vel confeſſum in iudicio, nec auditum facit occidere, etiam ſi delictum in Iudicio probari poſſit. Caiet. *v. homicidium.* Bannes 2. 2. *q.* 67. *num.* 2. *d.* 3. Vbi quod peccant etiã miniſtri exequentes, quia iniuſtitia mandati Principis eſt manifeſta. Quod ſi delictum immineat in futurum, iam tunc intrat ius defenſionis cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt dictum eſt: In his ergo caſibus, vbi agitur de peccato præterito Princeps ad exemplum Dauid diſſimulet punitionem ad tempus, nec iuris ordinem ſpernat. Hoc tamen verum eſt quod Principi ſufficit, ſi veritate inſpecta in ſummariſſimo iudicio, licet non ſeruato ordine iuris communis ſibi conſtet de delicto, & Reus non damnetur indefenſus.

53. Hinc etiam aduerti debet, quod Princeps vel Iudex dupliciter ſcientia priuata poteſt eſſe certus de delicto, aut innocentia alicuius, vel, ſcilicet, per ſenſum proprium, vt quia vidit homicidium patratum à Caio, vel quia vidit homicidium non à Caio, cui imputatur, ſed ab alio fuiſſe commiſſum. Et hæc eſt certitudo, de qua eſt ſermo in hac quęſtione, & de qua nihilominus dicitur, quod ſi ſit priuata non ſufficit ad iudicandum. Alia eſt certitudo moralis, quæ haberi poteſt ex dictis aliorum, vel ex ſcripturis. Et de hac certitudine loquendo multo magis certum eſt, quod ſi ſit priuata, non ſufficit, quia illi poteſt ſubeſſe falſum, & niſi ſit talis, quæ vincat certitudinem, quæ cõſurgit ex allegatis in proceſſu, non ſufficit ex duplici cauſa, tum quia non ſuperat probationem contrariam, tum quia eſt priuata.

Regulares verò, qui habent priuilegium procedendi ſola facti veritate inſpecta, aduertere debent, quod hoc priuilegium eſt limitatum ad terminos legum, & conſuetudinum ſuorum ordinum. Et quidem in ordine Prædicatorum nullus poteſt damnari niſi ex ſcientia publica conuictus, vel confeſſus. Quantum tamen ad abſoluendum faciliorem habent viã ad inuenienda remedia, vt liberent eum, quem certo ſciunt eſſe innocentem, ex quo procedere poſſunt ſola facti veritate inſpecta, ſeruatis eorum ſtatutis & conſuetudinibus. Caueretiam debent ne ex hoc diſpenſent in alijs legibus, in quibus diſpenſare non poſſunt: Nec poſſunt vt Iudices iudicare niſi ex allegatis & probatis, quia hoc eſt de iure naturali.

SVMMARIVM.

54 *Ad valorem ſententiæ præcedere debent legitimæ probationes.*
55 *Probationes fieri debent ex teſtibus verum non falſum deponentibus.*
56 *Teſtes falſi in proceſſu examinati non inualidant ſententiam, ſi adſint in proceſſu aliæ legitimæ probationes.*
57 *Sententia debet dari à Iudice competente habente iuriſdictionem.*
58 *Sententia debet eſſe ſcripta vt valeat.*
59 *Similiter ſententia pronunciari debet in termino citationis.*
60 *Debetque continere nomen Iudic.s, Rei, & certam pœnam impoſitam.*
61 *Debet eſſe clara, & in illa exprimi qualitates ſubſtantiales delicti.*
62 *Pœna impoſita in ſententia debet eſſe æqualis delicto.*
63 *Sententia dari debet per verba de præſenti.*
64 *Nec debet dari ſub conditione, licet aliquando valeat.*
65 *Nec nimis feſtinanter.*
66 *Sententia debet eſſe conformis libello accuſationis.*
In Iudicio Regularium ſententia non eſt nulla ſi non ſeruentur iuris ſolemnitates. ibid.
Quæ ſolemnitates non debent ſeruari in Iudicio Regulari circa ſententiam. ibid.

ARTICVLVS III.

Quæ ſint ſeruanda ad hoc vt ſententia ſit valida.

54. Eſt verò ex neceſſe quod Index quamcitius poteſt cauſas per ſententiam expediat. Sayr. *l.* 12. *cap.* 12. *num.* 8. Sed vt bene & iuſte cauſas expediat, Primo requiritur ex dictis in art. primo quod ſententiam debent præcedere legitimæ probationes innocentiæ, vel delicti. Quamuis verò ad abſoluendum Reum ſufficiat ſi delictum illius non ſit probatum, ad damnandum tamen Reum neceſſe eſt, quod delictum ſit plene probatum, vel per euidentiam facti, vel per duos teſtes conteſtes omni exceptione maiores, vel per indicia indubitata, aut aliam probationem, quæ certo, & clare probet, ſicut probant duo teſtes conteſtes omni exceptione maiores, niſi ex lege maior numerus teſtium, & probatio maior ſit neceſſaria. Aliter in criminalibus ſententia nedum eſt iniqua, & iniuſta, ſed ipſo iure nulla. Gabriel. *tit. de ſent. concl.* 9. *num.* 13. Seaec. *l.* 12. *de ind. cap.* 37. *num.* 195. Soccin. Ruin. Canal. quos ſequitur Guazz. *defenſ.* 35. *cap.* 4. *num.* 2. Farin. *conſ.* 5. *num.* 106.

Eſt verò hoc de iure naturæ, quia iuſtitia petit vt Iudex nominem damnet, niſi ſit certus eum deliquiſſe D. T. 2. 2. *q.* 60. *a* 2. At vero, niſi Iudici de delicto conſtet per euidentiam facti, hoc non poteſt illi conſtare niſi per legitimas probationes concludenter. Sed & pariter de iure naturali & diuino eſt, quod probatio per vnicum teſtem in graue præiudicium tertij non ſufficiat, quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Deuter. *cap.*17. *&* *cap.* 19. *Matt.* *cap.*18. 2. *Cor.*13. *Et probatum ex cap.fin.* 33. *q.*6. *& cap. Admonere.* 35. *q* 5. ibi. *Quoniam nec Euangelium, nec vlla diuina, humanaque lex vnius teſtimonio etiam idoneo quempiam condemnat, vel iuſtificat.* Ideo nec Pontifex poteſt concedere, vel ſtatuere, vt ex vnico teſte aliquis damnetur. Gabriel. *tit. de teſt. conc.* 1. Maſcard. *de prob. l.*1. *q.* 11. *num.* 10. Farin. *q.* 63. *num.* 8. qui plures alios referunt. Ideo in nullo iudicio quantumuis prinilegiato ad ſententiam ſufficit probatio per teſtem vnicum. In ordine etiam Prædicatorum *diſt.* 1. c 18. *lit* g. expreſſe requiritur probatio per duos teſtes conteſtes.

55. Secundo requiritur, quod probatio præcedens ſit ex teſtibus non falſis, ſed verum deponentibus. In hoc tamen diſtinguendum eſt. Nam ad hoc vt ſententia non ſit iniuſta, & ipſo iure nulla, ſufficit, quod in proceſſu non appareat, vnde reijci debeant vt falſi, & habeantur vt veri. Sed ad hoc vt ſententia non ſit retractabi is neceſſe eſt, vt ſit ex teſtibus vere non falſis. Nam ſententia, quæ ex ſolis falſis probationibus vel ex illarum vi proceſſit, etiam ſi alias tranſierit in iudicatum, reuocari poteſt, per viam reſtitutionis in integrum, quæ non debet negari, & peti debet per quadriennium. Et Fiſcus intra 20. annos, poteſt talem per viam querelæ ſententiam reparare, vt per DD. quos ſequitur Guazz. *def* 35. *cap.*6. *num.* 2. Vbi *num.* 3. quod in multis caſibus ſententia hæc poteſt retractari vſque ad 100. annos, Farinac. etiam *q.* 101. *num.* 42. *& ſeqq.* explicat quomodo retractetur ſententia ex falſis probationibus data.

56. Licet verò in proceſſu ſint examinati aliqui teſtes falſi, vel producta aliqua ſcriptura falſa, ſi tamen adſunt alij teſtes non falſi, & aliæ probationes legitimæ, ſententia ſuſtinebitur, niſi probetur, quod Iudex ex falſis probationibus motus fuerit ad ſententiandum. Vant. *de null. ex def. proceſſus. num.* 133. Guazz. *d.* 35. *c.* 6. *num.*4. Vbi *num.* 5. quod in cauſa criminali, vel capitali ſententia fundata ſuper falſis teſtibus nedum poteſt retractari, ſed eſt nulla. Et tamen falſitas teſtium. vel ſcripturarum probari debet, nec probatur ſufficienter ex ſola ſuſpicione orta ex lectura examinis teſtium, ſed aliunde probari debet. Et ad effectum reuocandæ ſententiæ vt fundatæ ſuper falſitate, neceſſe eſt vt probetur falſitas teſtium, ſed non eſt neceſſe, quod ſimul probetur teſtes fuiſſe corruptos. Clar. §. *falſum num.* 13. Et ibi Baiard. *num.*63. Guazz. d. *cap.*6 *num.*6. Quia ad irritandum ſententiam ſufficit, quod fuerit orta ex falſis. Et ſic è contra non ſufficeret probare, quod teſtes fuerint corrupti, niſi ſimul probaretur, quod fuerint falſi. Per viam tamen appellationis & antequam ſententia tranſierit in iudicatum, non poſſet à Iudice appellationis confirmari ſententia fundata in teſtibus corruptis, quia iſti præſumuntur falſi. Et ſic vbi conſtaret quod ſententia fuerit orta ex teſtibus corruptis, imo vbi de hoc fieret inquiſitio, non poſſet exequi ſententia.

57. Tertio neceſſe eſt, quod ſententia detur à Iudice competente habente iuriſdictionẽ ſuſpenſam, aliter ſententia eſſet nulla, vt dictum eſt ſupra *q.* 23. *a* 6. *&* *q.* 25. *a* 6.

58. Quarto ſententia debet eſſe ſcripta. Et hoc eſt neceſſarium etiam in ſummario Iudicio, quod habetur ex vi clauſulæ, *ſummariè, de plano*, ſimpliciter & ſine ſtrepitu, & figura Iudicij. Clem. ſæpè, *de verb. ſignif.* Sed de iure naturæ, & gentium ſolum neceſſe eſt, quod proceſſus & ſententia ita inoteſcant, vt cognoſci poſſint, & defendi, & impugnari. Stante propterea modo iudicandi coram Iudice, & Notario ſolo, qui modo eſt in vſu, omnino neceſſe eſt, quod proceſſus & ſententia ſint ſcripta. Et quod hæc ſolemnitas non poſſit prætermitti de conſenſu partium, & vt tollatur, temeritas, & præcipitatio, & melius ſententia probari poſſit dixerunt *Vant. de null. ex defect. proceſſ. num.* 70. Guazzin. *def.* 35. *capit.* 9. *num.* 4. Bictus *q.* 144. *num.* 3. Sententia verò ſic ſcripta debet publicari & legi, & cum aliqui voluerint eſſe de ſubſtantia ſententiæ, vt in ea ſit ſcriptum, quod ſit lecta, & publicata, hoc negant Guazz *n.* 5. & Bictus *n.* 3. Sed certè hoc debet conſtare in actis, quod ſententia fuit lecta, & publicata, ſiue hoc ſcriptum ſit in ipſa ſententia, ſiue extra illam, aliter iuridice non conſtabit de illa, verè tamen ex hoc ſententia non irritatur, quod in ea non ſit ſcriptum, quod ſit lecta & publicata. Dum tamen verè publicetur. Et verè ſcriptura non eſt neceſſaria, niſi vt de illa innoteſcat, & de iure naturæ ſententia ex hoc non eſt nulla, quia non ſit ſcripta. Sed hæc nullitas eſt inducta à iure poſitiuo. Et de iure etiam naturali verum eſt, quod non poteſt defendi niſi innoteſcat, & non obligat Reũ niſi illi ſit lecta, vel publicata, & in foro externo non poteſt cogi Reus ad ſententiam obſeruandam, niſi conſtet ſententiam fuiſſe publicatam. Et ſic licet ſententia non lecta, ſeu non publicata eſt inutilis & non habet vim, vt Reum afficiat & obliget. Et ſic eſt diſtinctio inter ſcripturam, & promulgationem ſententiæ, quod ſententia ex hoc non eſt in ſe de iure naturæ inualida, quia non ſit ſcripta, eſt tamen inualida, ſi non ſit Reo ſufficienter promulgata, ad quod tamen ſufficit, quod ſit promnlgata in voce.

59. Quinto neceſſe eſt, vt pronunciatio ſententię fiat in termino citationis ad ſententiam. *l.* 2. *&* 3. *C. de ſenten. ex peric. recit. cap. final. de re iudic. in* 8. aliter ſententia eſſet inualida Guazz. *def.*

deſ. 35. *num.*2.Bictus *q.* 144.*num.* 4. Sed nec de iure naturæ neque in iudicio Regulatinm eſt neceſſaria hæc citatio peremptoria. Sed ſufficit, quod ſi Reus eſt in loco, vocetur, & ei ſententia publicetur & promnlgetnr, & ſi eſt abſens ei intimetur. Videantur *dict.cap.fin.de Iud. & cap. concertationi de appell. in* 6.

60. Sexto ſententia debet continere nomen Iudicis, & nomen Rei, & eius certum delictum, & certam pœnam impoſitam, pronunciatio enim ſuper incerto non valet. *l.in ſententijs.ff.de re iud.l.*3*.C.de ſent.quæ ſit cert.* Non eſſe vero neceſſe quod Iudex in ſententia exprimat cauſã, ex qua mouetur ad iudicandum eſt ſententiandum, aſſeritur *ex cap. ſunt de re iud.* Sed quidquid ſit in ciuilibus, in criminalibus exprimi debet delictum, vel delicta, de quibus inquiſitus eſt accuſatus, vel denunciatus, vel infamatus, & poſtea qnod exprimatur etiam, quod inquiſitus eſt de delicto confeſſus, vel conuictus, vel ſaltem quod dicatur, quod eſt inuentus culpabilis, & de iure punibilis, vel ſaltem Iudex dicat, ſe viſo proceſſu iudicare inqniſitum eſſe damnandum, vel non damnandum, ſed abſoluendũ. Videantur.Clar.*q.*93. Tuſc.*l.*5*.conc.* 125.132.*&* 145.Guazz. *deſ.*35*.c.*5*. num.* 2. Vbi vero pro certo delicto pœna certa eſt impoſita à lege, qnod ſufficiat ſi Iudex declaret Reum commiſiſſe illud delictnm, voluerunt Vant. *de null. ex deſ. iuris d. n.* 93.Guazz. *deſen.*35*.c.*15*. num.* 2. Bictus *q.* 144. *num.* 5. Quod ſi in lege non ſit expreſſa qualitas pœnæ, vt pnta qualitas mortis, poterit Iudex illam declarare in dubio, vel ſe referre ad pœnam inflictam per ſtatutum. Guazz. *num.* 3.Debet etiam ſententia eſſe clara, & debent in illa exprimi qnalitates delicti ſubſtantiales, vt pnta, quod Reus doloſè occidit Titium. Quamnis ſi de his circumſtantijs conſtet in proceſſu, ſufficie, qnod ſententia ad proceſſum ſe referat. Sed vbi pœna ſit arbitraria, requiritnr expreſſio pœnæ eiuſque determinatio. Quamuis etiam in arbitrarijs, quod licet Iudex non poſſit declarare ſententiam, poſſit tamen declarare qualitatem omiſſam, & quod ſententia generalis referens ſe ad acta valeat, ex Caual. & Tuſco, & alijs, docet Guazz. *d.cap.* 15. *num.* 4. *&* 5. *Sed num.* 6. addit, quod hodie in Curia per nouam reformationem Iudices nou poſſunt ſe referre ad ius commune, vel ad ſtatutum, quamuis hæc reformatio verè loquatur de ſententijs latis in contumaciam. Sed quidquid ſit, an ſententia non omninò clara ſit inualida, & poſſit in aliquo declarari à Iudice, tutins eſt, vt ſit clara, & expreſſia delicto, & circumſtantija aggrauantibus, ant minuentibus delictum, & pœnam, certa etiam pœna exprimatur.

62. Septimo pœna in ſententia impoſita debee eſſe æqualis delicto. Et licet in multis caſibus Iudex ex cauſa iuſta poſſit pœnam augere, vel minuere, pœna tamen lata in ſententia debet eſſe æqualis delicto in actis contento, niſi Iudex ſit talis, qui poſſit in lege diſpenſare & pœnam in toro, vel in parte remittere, ita quod non ſit maior, nec minor. Aliter ſententia elt nulla in totum, etiam in illa parte, in qua Reus de inre punitur. Baiard. ad Clar. *qu.* 93. *num.* 11. Farinac. *qu.* 55. *num.* 62. Guazz. *deſ.* 34. *cap.* 14. *num.* 7. Bict. *qu.* 144. *nu.* 6. Sententia enim lata contrà ius manifeſtum, clarum, & indubitatum, & contra ſtatuta, & conſuetudinem notoriam, vel in actis probatam, eſt ipſo iure nulla. *l.* 2. *C. quando pron. non eſt neceſſ.* Ee nec de conſenſu partium conualeſcit. Guazzin. plures alios referens *deſ.* 35. *cap.* 20. *n.* 1. Bictus *qu.* 144. *num.* 7.

63. Octano ſententia debet dari per verba de præſenti, dicendo damnamus, vel abſoluimus. Hoc quidem valde controuerſum eſt apud DD. an hoc ſit neceſſarium, alijs affirmantibus, alijs negantibus, & volentibus quod ſi Iudex dicat aliquem condemnandum eſſe, cenſeatur illum condemnare, & quod idem operetur verbum futuri temporis, quod præſentis, quos DD. referunt Farinac. *in fragm. litt. A. nu.*25. & Guazzin. *deſ.* 35. *cap.*17. & Bictus *qu.*144. Ad vitandas igitur huiuſmodi controuerſias Iudex etiam ſi deffinierit Reum eſſe abſoluendum, aut damnandum, addet verba de præſenti, & dicat, prout abſoluimus, vel condemnamus.

64. Nono ſententia non debet eſſe conditionalis. Sed & an ſententia data ſub conditione ſit nulla, valde controuerſum eſt, vt videre eſt apud Guazz. *deſſ.* 35. *cap.* 16. Et eertum eſt, quod in quampluribus caſibus eſt valida, nedum ſi conditio ſit præterita, vel præſens, ſed etiam ſi ſit futura: Nam & contumaces damnantur, vt ſi deuenerint ad manus curiæ puniantur pœna mortis, vel alia. Nihilominus tutins eſt, vt Iudex abſtineat ab iſtis ſententijs conditionalibus, & abſolutè diffiniat, & abſoluat, & puniat.

65. Decimo ſententia non debet dari nimis feſtinanter. Nam ſi ſit data non datis, & expectatis defenſionibus Rei eſt ipſo iure nulla, ve probatnm eſt ſupra *qu.*26*.art.*1. Et ſic idem erit, ſi Reo non fuerit publicatus proceſſns, & decreta, & reſpectiuè data copia proceſſus iuxta dicta *ſup.q.*26*.art.*2. In quo & aduertendũ, quod ſi Iudex velit ſententiare ex proceſſu facto coram alio Iudice debet ei publicari proceſſus, & ille eum videre debet, & legere, aliter ſententia erit nulla. Felin. *cap. cum I. & A.nu.*3*. de re iud.* Menoch. *qu.* 33. *num.* 6. Guazz. *deſ.* 35. *cap.* 2. *num.* 4. Sed & nulla eſt, ſi in tam breui tempore ſit data, vt Iudex ſufficientem notitiam cauſæ nõ habueri, vel habere non potuerit. Sententia lata à Iudiee, vel etiam Principe de meritis cauſæ non informato, nulla eſt. Felin. *in d. I. & A. cap. Eccleſia S. Mariæ num.* 14. *de conſt. Tuſc. L. S. concl.* 147. *num.* 2. 12. *&* 29. Guaz. *deſ.* 35. *cap.* 21. *a num.* 2. vbi *nu.* 9. Quod ſententententia non dicitur feſtinanter data, ſi periculum eſſet in mora, vt ſi partes paratæ eſſent ad arma, vel immineret aliud graue ſcandalum

ſicut nec ſi ſententia capitalis contra rebellem delinquentem, ſi mora nocere poſſet: nec ſi ſententia profertur contra Reum confeſſum, qui renunciauit defenſionibus. Sed ſi Iudex in ſententia ponit verba illa, *viſa accuſatione, & viſis* &c. vel dicit, ſe adhibuiſſe cognitionem cauſæ, ſententia non præſumitur præcipitanter data.

66. Decimo regulariter ſententia debet eſſe conformis libello accuſationis. *cap. licet Heli de Simon. l. fin. C. de fideicom.* Et hæc conformitas conſtitit in tribus, ſcilicet in re, cauſa, & actione. Vnde ſententia non extenditur niſi ad narrata, non obſtantibus clauſulis *ſuper quibus & omni meliori modo*. Tuſc. *l. concluſ.* 535. Et alij quos refert Guazz. *def.* 35. *cap.* 1. *nu.* 1. Verum nedum hoc non verificatur, quando cauſa agitur coram Pontifice, vel Rege, vel in conſiſtorio Principis, vel coram Iudice procedente ſola facti veritate inſpecta, vel ſummarie, ſed in criminalibus Iudex poteſt imponere pœnam vltra petita in accuſatione, ſed ex probationibus ſubſequentibus omiſſa in accuſatione poſſunt ſuppleri, & Reus de quocumque delicto, ſeu qualitate delicti, ſi ſit confeſſus, vel conuictus poteſt damnari Bald. *in l. Quid ergo §. pœna grauior ff. de his qui notan. infam.* Gomez. *tit. de delict. cap.* 11. *num.* 8. Clar. *qu.* 90. *num.* 3. *Conciol. v. Accuſatio reſ.* 9. *num.* 1. Caball. Decian. Baiard. & alij, quos ſequitur Guazz. *d. cap.* 1. *num.* 4. Vbi quod hoc verificatur etiam de delicto ſeparato, & non connexo, & etiam ſi procedatur per viam accuſationis. Cæterum in iudicio Regularium priuilegiato ſententia non eſt nulla, ex hoc quod iuris ſolemnitates non ſint ſeruatæ, ſi eſt data ſecundum approbatas conſuetudines, & generalia Religionis ſtatuta facta aut facienda. Ideo primo nec eſt neceſſe, quod ſententia ſit conformis libello, ſed ſubbſtit etiam ſi contineat pœnam vltra petita in accuſatione. Clar. Baiar. Dec. Guaz. *def.* 35. *cap.* 1. *num.* 4. Bictus *quæſt.* 145. *num.* 2. Secundo ſufficit in criminalibus inſtantia Fiſci, qui ſemper dicitur inſtare, etiam ſi de hoc non conſtet in actis. Clar. & ad eum Baiard. *qu.* 10. Bict. *qu.* 145. *nu.* 4. Tertio non tenentur Regulares ad ſolemnitates, vel loci tribunalis, vel ſeſſionis in tribunali, vel diei feriati, vel diei, aut noctis. Hæc enim apices iuris ſunt, ad quos Regulares non tenentur. D. Anton. *3. p. tit. 9. cap.* 15. §. 1. Guazz. plures. *def.* 35. *cap.* 9. *num.* 10. Tertio non eſt neceſſe, quod ſententia proferatur de ore Iudicis, ſed ſufficit, quod legatur à Notario coram teſtibus, etiam Iudice non præſente. Quanuis & apud ſæculares in multis curijs praxis ſit, vt ſententia non pronuncietur de ore Iudicis. Clar. *qu.* 93. & ibi Baiard. Tuſcuſ. *l.* 5. *concl.* 133. *num.* 7. Quarto regulariter non eſt neceſſe, vt in ſententia exprimatur cauſa. *cap. ſicut, & cap.* cum Bertol. *de re iud.* Et vbi cauſa exprimenda ſit, ſufficit ſi exprimatur in generali per clauſulam. *Iuſtis de cauſis &c.* Farinac. *q.* 17. *n.* 62.

S V M M A R I V M.

67 *Sententia erronea, & lata contra Iudicis mentem eſt nulla, dumodo error appareat ex actis.*

68 *Plures caſus in quibus explicatur quanam ſint obſeruanda inter ſententias contrarias.*

69 *Quomodo ſententia ex vna parte nulla, ſit nulla in totum.*

70 *Princeps ſeu Magiſtratus ſupremus poteſt ſententiam à ſe latam retractare.*

Iudex verò inferior poteſt ſententiam ſuam declarare non verò retractare ſeu mutare. ibid.

Generalis in ordine Prædicatorum poteſt ſententiam à ſe latam mutare, ſi opus ſit. ibid.

71 *Iudex ordinarius poteſt ſententiam corrigere, ſi ſit erronea ex defectu Notarij.*

Iudex terminato officio non poteſt ſententiam à ſe latam declarare. ibid.

72 *Quomodo ſententia nulla, nullum inducat effectum.*

Si nullitas reſultat ex actis, poteſt intentari iudicium coram eodem Iudice. ibid.

73 *Sententia notorie iniuſta non debet exequi.*

Quando ſententia dicatur notorie iniuſta. ibid.

74 *Multi caſus in quibus ſententia non tranſit in iudicatum.*

75 *Sententia iuxta ſecundum allegata, & probata obligat in foro externo, licet ſit iniuſta ex parte obiecti.*

Quid dicendum ſit in foro interno. ibid.

76 *Reus non poteſt damnari, vt ſibi inferat mortem per actionem, quæ ab intrinſeco ſit lætalis.*

77 *Reus poteſt agendo, vel non agendo non impedire mortem ſibi ab extrinſeco inferendam.*

78 *Quæ dicatur ſententia præcepti.*

79 *Quid iuuat ſententia in vno iudicio, quæ in alio iudicio fuit lata.*

80 *In dubio præſumitur pro iuſtitia ſententiæ.*

81 *Explicatur quomodo verificetur, quod à tribus ſententijs conformibus non datur appellatio.*

82 *Executio ſententiæ fit iubente Iudice, qui eam tullit.*

Niſi hoc impediat diuerſitas territorij.

ARTICVLVS IV.

De nonnullis alijs conſiderandis circa ſententiam.

67. PRimo conſiperandum, quod ſententia erronea, & lata contra mentem Iudicis, ipſo iure nulla eſt, cum ſententia vltra intentionem Iudicis non operetur. Quod tamen eſt verum, quando error conſtat in actis, ſecus vero ſi ſolum aliunde conſtat, Tuſc. litt. S. *concl.* 139. *num.* 15. & 7. Guazz. *def.* 35. *cap.* 8. *num.* 1. *Vbi num.* 2. quod error ex actis dicitur apparere, quando in ſententia exprimitur cauſa aliqua, quæ non eſt apta ad ſententiam ſuſtinendam, quæ tamen ex alia cauſa ſuſtineretur. Et addit ex Tuſc. *num.* 11. quod ex motiuis factis per Iudicē cauſa iuſtificatur, & ſup-

plitur

pletur ſententia, & quod ſi Iudex cauſam non expreſſerit ſtatur eius dicto. Et explicat quando hæc ſint vera.

68. Secundo conſiderandum quænam inter contrarias ſententias ſit obſeruanda. Si ex tribus Iudicibus ordinarijs tres ſententiæ contrariæ emanarunt, ſeruanda eſt, quæ eſt fauorabilior Reo. Et ſi ex quatuor Iudicibus duo damnarunt Reum, & duo abſoluerunt, ſententia abſolutoria ſeruari debet. Vant. *de null. ex parte iuriſd. ordin. n.* 186. Sed ſi Iudices ſunt Delegati, & ſunt diſcordes in ſententia, neutra valet, ſed vel cauſa ſuſpenditur donec maior pars in vnum conueniat, vel donec ſuperior vnam ex illis ſententijs confirmet, aut alium Iudicem addat. Guazz. *def.* 35. *cap.* 12. *num.* 2. At vero ſi ex pluribus Iudicibus quidam ſint ordinarij, & alij delegati, aut ad inuicem, in diſparitate ſententiarum recurrendum eſt ad ſuperiorem. Pariter ſi ex pluribus Iudicibus vnus Reum damnat, alius abſoluit à contentis in petitione, alius abſoluit ab obſeruatione iudicij, ſi Iudices ſunt delegati recurritur ad ſuperiorem, ſed ſi ſunt ordinarij præfertur ſententia tertij, quia in ea aliquo modo conueniunt primus, & ſecundus. At verò ſi vnus, vel plures Iudices contrarias ſententias tulerunt, & prius damnarunt, poſtea abſoluerunt, ſtatur primæ ſententiæ, qua lata Iudices functi ſunt officio ſuo. *l. poſt quam ff. de re iudicata*. Quod ſi prima fuerit data per errorem, ſi poteſt corrigi, ei correctæ ſtandum erit, nunquam tamen alia ſententia dari poterit, nec ſecundæ ſententiæ ratio habenda erit. Sententia enim contra ſententiam non tenet. *l.* 1. *C. quando prouocan. non eſt neceſſ.* Si tamen eſſet dubium an latæ fuerint contrariæ ſententiæ, & Iudex aſſereret non eſſe iudicatum, prædicta non procederent. Baiard. ad Clar. *qu.* 93. *num.* 3. Quando vero ſententia prioris Iudicis tranſijt in iudicatum non poteſt alius Iudex oppoſitum decernere, niſi procedat per viam appellationis. Guazz. *defen.* 35. *cap.* 12. *n.* 7. At vero ſi proceſſus cauſæ ſit perditus ſine culpa Iudicis, & Notarij, eo poſtea reperto antequam ex nouo proceſſu lata ſit ſententia, ex primo proceſſu ſententia ferri debet, ſed ſi inueniatur poſt ſententiam datam ex poſteriori proceſſu, ſententia iſta impugnari non poteſt, licet ex primo proceſſu deberet renocari, ita ex Afflict. & Baiard. Guazz. *num.* 9. Quæ etiam dicta ſunt de ſententia diffinitiua cum proportione intelligi debent de interlocutoria, quæ etiam, vt aduertit Panorm. *cap. cauſam, de off. Deleg.* venit appellatione ſententiæ.

69. Tertio videndum eſt an ſententia ex vna parte nulla, ſit nulla in totum. Si ſententia continet plura delicta, negotia, aut capitula diſcreta, diuerſa, & ſeparabilia, qualia ſunt illa, quæ nec ſunt circumſtantia alterius delicti, nec cauſa, aut effectus illius, aut illi connexa, aut ab illo dependentia, aut non ſunt via & medium ad illud, aut cum illo non ordinantur ad eumdem finem, & effectum, ſi inquam, ſententia continet plura huiuſmodi delicta, aut negotia, ex eo quod ſit nulla in vna parte, non eſt tota nulla, ſed poteſt eſſe in alia parte valida, quia in ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur *leg. fin ff. de iuriſ. omn. iud.* Sed ſi delicta, vel negotia ſint connexa, & ſic ex illis vnum reſultat negotium, ſententia in vna parte nulla eſt nulla in totum. Et ſi nullitas ſit ex parte iuriſdictionis Iudicis, ſemper eſt nulla in totum, ita quod neque ex conſenſu partium poſſit validari. Quamuis ſi delicta ſint diuerſa, & perſonæ diuerſę, & Iudex reſpectu alicuius illarum ſit Iudex competens, ſententia reſpectu illius poſſit eſſe valida. Guazz. *def.* 35. *cap.* 13.

70. Quarto inſpici debet quando Iudex inferior poſſit ſententiam à ſe latam corrigere. Princeps enim ſeu Magiſtratus ſupremus ſententiam à ſe latam poteſt declarare, emendare, retractare, & corrigere. Menoch. *de arb. l.* 1. *qu.* 67. *num.* 28. Guazz. *def.* 35. *cap.* 18. *num.* 1. Et ideo inter regulares Generalis, & præcipuè Ord. Præd. qui habet ſupremam auctoritatem, vt etiam poſſit quod poteſt Capitulum generale, poteſt ſententiam à ſe latam iterum auditis partibus examinare, & ſi opus eſt retractare, Iudex vero inferior poteſt ſententiam ſuam, & mentem declarare nihil tamen addendo, vel minuendo. *leg. in pratory. ff. de prat. ſtip. & l. Abb. executore ff. de appell.* Imo & coram alio Iudice poteſt per ſuum iuramentum ſententiam ſuam declarare. Nam declarare non eſt aliquid noui facere. *l. ordo. ff.* §. *cum quis ff. de acquir. poſſ.* At vero illicita eſt declaratio, ſi aliquid addatur, vel minuatur, ex quo in ſubſtantia ſententia alteretur. Et ab hac declaratione dari poteſt appellatio, & nec de conſenſu partium talis declaratio valet. Talis igitur erit declaratio, vt non poſſit repræhendi, & talis, vt ſententia valeat. Scacc. *de appell. qu.* 2. *num.* 19. *& qu.* 3. *num.* 4. *qu.* 3. *num.* 5. *qu.* 15. *num.* 125. Guazz. *def.* 35. *cap.* 18. *à nu.* 1. Et amplius ſemel tantum licet Iudici ſententiam interpretari. Scacc. *de appell. qu.* 10. *nu.* 28. Guazz. *num.* 5. Quod ego intelligo ſi interpretatio ſit circa eundem articulum, & eandem difficultatem. Iudex vero ordinarius non poteſt ſententiam ſuam retractare, & damnatum abſoluere, vel abſolutum dammnare, vel omiſſam pœnam ſupplere, quia functus eſt officio ſuo. *l. Iudex poſtquam, de iud. l. T.* terminato. *C. de frut. & lit. expet.*

71. Diſtinguendum tamen puto. Nam ſi ſententia eſt erronea contra mentem Iudicis, qui iuſſit Reum abſolui, ſed Notarius oppoſipoſitum ſcripſit, & Reum damnauit, in hoc caſu, ſi error conſtat ex proceſſu, poteſt Iudex mentem ſuam declarare, & ſcriptam ſententiam corrigere, Vel ſententia eſt erronea, ſed conformis menti Iudicis, & Notarius ita ſcripſit, ſicut Iudex mandauit, & in hoc caſu Iudex non poteſt ſententiam à ſe latam retractare, vel minuere, ſed errore cognito ſuperſedendum erit ab executione ſententiæ, & conſuli Princeps

ceps

Digitized by Google

ceps Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 12. *&* 13. Eliſeus *tract.* 4. *quæſt.* 17. *num.* 8. Clar. *qu.* 98. Guazz. *num.* 6. Iudex etiam terminato officio ſuo, non poteſt amplius iuridice ſententiam ſuam declarare. Et è conrra durante officio ſi poſt ſententiam abſolutoriam Reus delictum ſatetur, poteſt illum damnare. Farinac. *qu.* 4. *num.* 43. Bictus *qu.* 83. *num.* 20. Eliſeus *num.* 4. *qu.* 17. *num.* 12. Et quod Iudex ordinarius non poſſit ſententiam retractare eſt ſolemnitas iuris, ad quam non tenetnr, qui procedit in brachio Regio Caualc. *de Brach. Reg. p.*4. *n.* 152. Guazz. *def.* 35. *cap.* 18. *num.* 4. Vnde nec ad illam tenentnr, qui poſſunt iudicare iuris ordjne non ſeruato. Sed vlterius prædicta non procedunt omnino de iure Canonico, vt dictum eſt ſupra *qu.* 27. *artic.* 5.

72. Quinto aliqua etiam aduetti debent circa ſententiam nullam. Hæc enim nullum effectum inducit, & id, quod ſuper illa fundatur, inane eſt; nec ſententia nulla meretur nomen ſententiæ, & pro non ſenrentia haberi debet; &, ſi eius virtute aliquid ſit factum, pro attentato haberi debet. Et vbi ſententia eſt nulla, pariter eſt nulla executio ſententiæ. Hinc eſt quod etiam ſi ſit prohibita appellatio, poteſt tamen dici de nullitate ſententiæ, maximè ſi ſententia ſit nulla ex defectu iuriſdictionis. Quod ſi nullitas apparet ex proceſſu, Iudex poteſt ex officio reijcere actorem, etiam ſi ex ſtatuto non eſſet attendenda exceptio, quia licet ſtatutum tollat exceptionem partis, non tollit Iudicis officium: imò nec tollit exceptionem nullitatis, & hæc exceptio operatur quoad omnes, & iuuat etiam litis conſortes. Sententia etiam nulla non tranſit in iudicatum, maximè ſi proueniat ex defectu mandati, vel citationis, vel iuriſdictionis, quia huiuſmodi nullitas poteſt opponi etiam poſt tres ſententias conformes, quia ſententia nulla ex defectu citationis, vel inrildictionis, aut ſimili alia cauſa nullum producit effectum, quamobrem pendente diſcuſſione nullitatis, non poteſt exequi ſententia, niſi in aliquibus caſibus, quos recenſet Farin. *conſ.* 85. *num.* 181. Et neque ex conſenſn partium ſententia nulla poteſt ſuſtinere in vera ſententiæ. Et poteſt dici de nullitate vſque ad 30. annos. Ad hoc vero, vt ſententia non tranſeat in iudicatum, neceſſe eſt, vt nullitas ſit euidens, eſt vero euidens, ſi de illa conſtat in actis. Quando vero nullitas reſultat ex actis, poteſt intentari iudicium coram eodem Iudice; ſi tamen pars inſtet, vt ſententia detur executinni, non poterit amplius dicere de nullitate. Sicut ſecnndum aliquos non poterit exeipi de nullitate poſt terminum ad excipiendum datum à ſtatuto. An vero Procurator poſſit excipere de nullitate etiam in canſa capitali, dicitur qnod de iure communi poteſt hoc fieri, ſi exceptio non tangit delictum, at merita cauſæ. Secus verò vigore Bullarum Summorum Pontificnm, in quibus Procurator nunquam admittitur ad dicendum de nullitate. Vide de his Scacc. *qu.* 19. *de appell. Card.* Tuſc. *l.* 5. *contl.* 154. Vant. *de null. ex defect. iuriſd. & citat.* Fatinac. *conſ.* 83. Gnazz. *def.* 35. *cap.* 22.

73. Sexto circa ſententiam iniuſtam aduertendum, quod ſententia notorie iniuſta, non debet exequi, vt ſi damnatus fuerit Scius, quia occiderit Titium, & conſtat Titium eſſe viuum. Vel ſi in furto inuenitur res ſurata. Et ſententia notorie iniuſta non tranſit in iudicatum, etiam ſi ſtatutum tollat appellationem, & non admittat exceptiouem de nullitate. Et imò ſententia tanquam iniuſta poteſt impugnari non obſtante libero arbitrio dato Iudici in procedendo. Sententia tamen lata contra ius litigatoris, dummodo non ſit lara contra expreſſum iuris tenorem, non eſt ipſo iure nulla, & tranſit in iudicatum. Ad hnc autem vt ſententia dicatur notorie iniuſta, opottet quod ex eiſdem actis notoria ininſtitia reſultet. Poteſt autem à ſententia iniqua appellari, & poteſt agi contra Iudicem qui ſententiauit, aut confirmauit ſententiam iniuſtam, etiãſi ſententia tranſierit in iudicatum, imò etiam poſt tres eius conformes adhuc ſindicatu poteſt agi contra Iudices.

74. Septimo multi ſunt caſus, in quibus ſenteneentia non tranſit in iudicatum, de quibus videri poſſunt. Scacc. *lib. p. de Iudic. c.* 97. *Card. Tuſc. lit. S. concluſ.* 173. Guazz. *def.* 35. *cap.* 24. Quando etiam ſententia data in vno iudicio veniat exceptione rei iudicatæ in alio iudicio explicant Card. Tuſc. *lit. S. concl.* 175. Marant. *de ord. indic. p.*4. *a num.* 19. Guazzin. *def.* 35. *cap.* 25. Et qnando ſententia præſumatur ritè & rectè lata explicant Card. Tuſc. *litt. S. concl.* 126. *& litt. P. concluſ.* 621. Maſcard. *de probat. conaluſ.* 802. Guazz. *def.* 35. *cap.* 26.

75. Octauo ſciri debet quod ſententia iniuſta ex parte obiecti, ſed iuſta ex eo qnod eſt lata ſecundum allegata, & probata ſeruato ordine iuris obligat in ſoro externo, ſed non in foro cnſcientiæ, ſi citta ſcandalum poſſie non obedire ille, cui talis iniuſtitia eſt manifeſta, vt notant Sotus *l.* 5. *de iuſt. qu.* 7. *art.* 4 *ad ſecun.* Serra 2. 2. *quæſt.* 68. *art.* 4. Scyrus *l.* 12. *cap.*9. *num.* 7. Suarez *leg.* 5. *de leg. cap.* 13. *num.* 3. Adrian. Caſtro. Dued. Salas Fagundez, quos ſequitur Card. de Lngo *diſt.* 37. *num* 186. Vbi tamen hoc limitat, vt quando Iudex fuit conuictus contra propriam ſcientiam ſententiari iuxta allegata, & probata, tunc propter publicam vtilitatem reſpublica potuit dare facultatem traſferendi dominium rerum ſaltem durante bona fide aduerſarij. Addit tamen *num.* 187. ex Innoc. Panorm. Sayro, & Salus, quod per talem ſententiam priuatus, vt ſua poteſt vt, occulta compenſatione accipiendo tantumdem de bonis illius, cui propria bona fuerunt applicata. Et ex Panorm. Imnla, Sylu. Sayro & Angelo, quod qui ex præfata ſententia obtinuit hæreditatem, cognita iniuſtitia cauſæ, tenetur ad reſtitutionem hæreditatis, etiam ſi pars conſenſit ſententiæ, & non appellauit, quia

hic

hic conſenſus eſt inuoluntarins, non tamen tenetur ad expenſas litis, ſi bona fide litigauit. Et *num.* 188. poſt Suarez *l. 4. de cenſ. ſect.* 7. *num.* 11. & Auilam. 2. *p. cap. 6. diſ. 1. d.* 3. & alios, qnod ex ſimili ſentenria excommunicatus, licet in foro externo debeat obedire, in foro tameu conſcientiæ, & ſine ſcandalo poteſt ſe habere vt non excommuuicatus, & alij etiam hoc certo ſcientes poſſunt occulte ſine ſcandalo communicare cum illo. Et *num.* 190. & 191. quod ſi per ſimilem ſententiam, quis fuit prinatus beneficio, & hoc datum fuit alteri, illi quidem alteri data fuit vera iuriſdictio, ſed non verns, ſed ſolum apparens titulus beneficij; & quod ille conſtito ſibi de iniuſtitia ſententiæ tenetur relinquere beneficium, vt detur illi, qni fuit illo iniuſte prinatus. Et inſuper tenetur reſtituere fructus perceptos pro quanto factus eſt locupletor, ſi bona fide litigauit, & niſi forſan bona fide per longum tempus à lege præſcriptum beneficium præſcripſerit. Nam ſi litigauit mala fide de iure, & titulo ſuo tenetur ad reſtitnendum omnes fructus, & damna, qnæ ob detentionem, vel ablationem beneficij innocens ille paſſus eſt. Sententia tamen ex parte obiecti iniuſta, ſed data iuxta, & ſeruato ordine iuris, ſi non conſtat de iniuſtitia, obligat in foro conſcientiæ. Sicut obligat ſi ſententia iuſta ex obiecto data fuit non ſeruato aliquo ordine accidentali non vero ſubſtantiali.

76. Nono conſideranda eſt doctrina *D.T.* 2. 2. *qu.* 69. *art.* 4. *ad ſecundum* vbi habet, *quod nullus condemnatur, quod ipſe ſibi inferat mortem, ſed quod ipſe mortem patiatur. Et ideo non tenetur facere id, vnde mors ſequatur, quod eſt manere in loco, vnde ducatur ad mortem. Tenetur tamen non reſiſtere agenti, quin patiatur, quod iuſtum eſt eum pati. Sicut etiam ſi aliquis ſit condemnatus, vt fame moriatur, non peccat, ſi cibum ſibi occulte miniſtratum ſumat, quia non ſumere eſſet ſe ipſum occidere.* Ex hac vero doctrina dubitant DD. an quis poſſit damnari adhoc vt ſibi inferat mortem, vt puta an aliquis poſſit damnari, vt ſumat venenum. Itaque hoc primo certum eſt, quod de facto Rei non damnantur, vt ſibi inferant mortem, ſed vt mortem patiantur; ſed modo diſtinguendum eſt inter actiones illatiuas mortis, nam quædam ſunt mortales ab intrinſeco, & per ſe, vt eſt gladio ſe lætaliter vnlnerare, venenum mortiferum ſumere, & aliud ſimile facere, ex quo neceſſario mors ſequitur. Aliæ ſunt actiones, quæ non ſunt mortiferæ ab intrinſeco, & ex natura ſua, ſed ex quibus ſequitur mors ab extrinſeco, vt quia per illas mors ab extrinſeco inferenda non impeditur, vt eſt non fugere de carcere. Dicitur igitur primo quod Reus non poteſt damnari, vt ſibi inferat mortẽ per actiones, quę ab intrinſeco ſunt læthales, & ſi damnetur nedum non tenetur obedire, ſed peccat obediendo. Ita dixerunt Caiet. 2. 2. *qu.* 69. *art.* 4. §. *ad 7. dubit.* Bannes *ibid. concl.* 6. Serra *d.* 3. *concl.* 1. Soto *l.* 5. *de iuſt. qu.* 6. *art.* 4. Qui propterea dicunt illicitum eſſe damnare aliquem, vt ſumat venenum. Cuius oppoſitum tamen voluerunt Victoria *Relect. de homicid. num.* 10. Aragon. 2. 2. *qu.* 69. *art* 4. Rodriquez, & Sà apud Serram loco citato. Sed tamen vere contra rationem eſt, vt damnetur aliquis, vt ſit ſui carnifex, & ſeipſum confodiat, vel ſumat potionem qua ſe interimat. Neque exempla Victoriæ de aſcendente patibulum, vel parante iugulum ſunt ad rem, quia nulla iſtarum actionum eſt ab intrinſeco mortifera. An verò damnato ad famem liceat non edere cibum ſibi occulte miniſtratum, licere voluit Sotus, quia non edere vere non eſt ſe occidere directe, ſed eſt mortem non impedire ſic damnatus ad beſtias non tenetur ſe ab illis defendere. Contrarium voluerunt Caiet. & alij, quia cibum non ſumere eſt ſe interrimere. Sed hoc non eſt verum, niſi indirecte, quatenus qui non ſe defendit ab inferente ſibi mortem, dicitur ſe occidere, ſed non ſumere cibum directè, non eſt niſi ſe à morte non defendere. Et ideo iuſtè damnatus ad famem non tenetur edere cibos, ſibi oblatos: & nihilominus de facto vere ſic eſt quod damnatus ad famẽ, nõ eſt damnatus, vt nõ ſumat cibum, ſi poteſt, ſed vt à miniſtris publicis ſibi non non ſubminiſtrentur alimenta, vt fame pereat. Vnde per hoc nec eſt illicitum alijs alimenta ſubminiſtrare, ſi poſſint. Propter quod à Valerio Maximo *l.* 5. laudatur Rues Athenienſis, quæ Cimona Patrem ſuum lacte proprio pauit, ne inediæ pœna interiret.

77. Dicitur ſecundo quod de facto Reus nec damnatur ad actiones, quę ab extrinſeco ſunt mortiferæ, vt quod Reus non fugiat, ſi poteſt, vel vt non ſe defendat à beſtijs. Et quidquid ſit, an Reus ad has actiones poſſit damnari, nihilominus Reus ex iuſta cauſa poteſt ab huiuſmodi actionibus abſtinere, & ſe à morte non defendere. Et ſic poteſt non fugere è carcere, ſi virtus patientiæ, vel fortitudinis, aut charitatis id poſtulet, vel ſi Reus ſcit, quod compelletur nihilominus ad mortem, vt ſi nolit voluntarius ire ad carcerem trahetur per vim, vel ſi nolit aſcendere ſcalam patibuli, violenter eleuabitur. Ex multiplici enim cauſa iuſta poteſt Reus vel agendo, vel non agendo non impedire mortem ab extrinſeco ſibi inferendam, ſed non poteſt vim ſibi inferre. Sic ergo poſitiuè non poteſt Reus ſe occidere, neque hoc poteſt illi præcipi, & ad id damnari. Sed poteſt ex iuſta cauſa ſe à morte ab extrinſeco inferenda non defendere. Imo ad hoc poteſt compelli à Iudice, & damnari in multis caſibus, vt quod non ſe defendat vim inferendo miniſtris iuſtitię.

78 Sed & etiam eſt aduertendum dari ſententiam, quę propriè non eſt ſententia, ſed dicitur præceptũ, quia Iudex ſine proceſſu & ſententia præcipit Reo, vt aliquid faciat. Habet vero locum cum Reo confitente aliquod debitum, Iudex præcipit, vt illud ſoluat. *l. ſi debitor. ff. de Iud.* Et imo in hoc caſu etiam ſi Iudex

miu-

iniuſtè præceperit, debitor, qui ſoluit, non poteſt ſolutum repetere niſi procedens via iuris *l. vlt. ff. Quod metus cauſa*. Eliſeus *tr.* 4. *q.* 16. *num.* 3. Sed & in criminalibus, in caſibus notorijs dum Reus fatetur delictum, & eſt notorium, quod nulla ei competit defenſio, vt in fragranti crimine, cum aliquis notorie coram Iudice in oculis illius,& aliorum delinquit. Quod quidem aſſeritur non ex illa ratione, quā Eliſeus adducit ex claro, nimirum, quia plerumque propter enormitatem delicti licitum eſt iura tranſgredi ex Innoc. *capit.* 1. *de conſtit.* Nam primo ordinem iure naturali ſtatutum non licet tranſgredi. Tum ſecundo quia vt ex Farinacc. & alijs dictum eſt ſupra illa doctrina Innoc. ſic abſolutè probata non admittitur. Sed ratio eſt, quia dantur caſus, in quibus delictum, ita eſt manifeſtum, vt non ſit neceſſarius alius ordo iuris, quam quod Iudex præcipiat exequi pœnam manifeſtè a iure ſtatutum. Videantur dicta *ſupra quæſt.* 10. *art.* 1. *&* 2.

79. Cum verò ſuperius *q.* 23. *a.* 4. oſtenſum ſit, qualiter confeſſio Rei in vno iudicio præiudicet illi in alio, nunc hoc idem videndum eſt de ſententia. Hoc igitur dicitur, primo quod à ſententia data in iudicio ciuili, etiam ſi in illo actum ſit de crimine ciuiliter, non probat in criminali, Panorm. *Cap. Per, inquiſitionem, de elect.* Clar. *q.* 53. *num.* 3. Quamuis ſi talis ſententia inducat infamiam, poſſit damnatus repelli ne ſit teſtis, vel ne eligatur ad dignitatem, & ab alijs à quibus repelluntur infames. Guazz. *def.* 35. *cap.* 25. *n.* 2. Et nihilominus multum iuuat ad defenſam, ſi reproducatur in cauſa criminali, iuuat enim ad obtinendam abſolutionem. Imo parit exceptionem rei iudicatæ, vt is, qui diſcuſſa cauſa in iudicio ciuili fuerit declaratus innocens, non poſſit amplius moleſtari vt tradunt Curt. Ant. Gabriel, & alij, quos ſequuntur Tuſc. *l.* 5. *concl.* 179. *num.* 9. *&* Guazz. *d. c.* 25. *n.* 4. E contra verò quod ſententia lata in iudicio criminali noceat, & probet in cauſa ciuili inter eaſdem perſonas, voluerunt Bart. *in l.* 25. *Hoc edicto ff. de vi bon. rapt. & l.* 2. *&* DD. *in l.* 2. *C. de eden.* Sed alij hoc admittunt ſolum ſi cauſa ſit inter eaſdem perſonas, & ad eumdem finem. Clar. *quæſt.* 2. *in fin. & qu.* 14. *verſ. Tertius caſus*, Farinac. *conſ.* 40. *num.* 58. At vero Guazzin. *defen.* 35. *cap.* 25. *num.* 6. ad hoc requirit, quod vtraque cauſa ſit ad vindictam. Sed hæc ſecunda ſententia ſe ipſam deſtruit. Nam ſi cauſa ſit ad vindictam publicam, non eſt ciuilis, ſed criminalis, vt dictum eſt ſupra ſolum verò eſt ciuilis, ſi agatur de crimine in ordine ad iuſtitiam priuatam alicuius, vt ad excludendum aliquem à teſtimonio, vel ad remouendum illum ab adminiſtratione tanquam inutilem, vel inferentem damnum priuatæ Eccleſię, vel vniuerſitatis, vel ad ſatisfaciendum priuatæ perſonæ. Quando verò cauſa ordinatur ad puniendum delinquentem intuitu publicæ vindictæ eſt cauſa criminalis. Vel ergo dicendum eſt, quod ſententia lata in iudicio criminali nunquam parit exceptionem rei iudicatæ in iudicio ciuili, quia ſemper vtriuſque iudicij eſt finis diuerſus. Vel dicendum quod ſententia lata in iudiciò criminali, etiam ſi ſit ad diuerſum finem, probat in iudicio ciuili, ſi ſit de eodem delicto, & inter eaſdem perſonas. Et vere ſic dici debet. Quod enim ſententia lata in iudicio ciuili non probet in criminali, eſt quia in iudicio ciuili non ſunt neceſſariæ probationes tam exactæ, claræ, & manifeſtæ ſicut ſunt neceſſariæ in iudicio criminali, & ideo ſententia in eo iudicio lata non habetur vt efficax ad damnandum criminaliter. Sed bene ſententia lata in iudicio criminali præſumitur data ex omnino plena probatione delicti, & ideo parit exceptionem rei iudicatæ. Hoc tamen non procedit ſi ſententia non ſit de eodem delicto, & perſonis, vnde ſententia lata contra Notarium pro crimine falſi, non parit exceptionem rei iudicatæ contra partes. Tuſ. *d. concl.* 176. Guazz. *d. c.* 25 *num.* 7.

80. In dubio autem præſumitur pro iuſtitia ſententiæ, etiam ſi Iudex fuerit vir nequam. Et ita quod ſi exhibeatur coram ordinario, aut Iudice executore debeat exequi ſine alio proceſſu. Vant. *de nullit. tit. A quo, vel à quibus. num.* 10. Maſcard. *de prob. concl.* 802. *num.* 20. Et eo magis ſi in probatione ſententiæ ſubſtantialia iudiciorum fuerunt recitata, vt ſit communiter: & eo amplius ſi pars fuit pręſens promulgationi ſententiæ, & non reclamauit. Imo etiam ſi non conſtet de proceſſu, vt puta quando proceſſus fuit combuſtus, & hoc probatur. Guazz. *def.* 35. *cap.* 26. *num.* 2. Quæ multo magis verificantur in ſententia data à Principe. Intra terminum tamen ad appellandum & poſt appellationem donec ſententia fuerit per Iudicem appellationis confirmata ſuſpenſa manet præſumptio iuſtæ ſententiæ, vnde ſi producatur ſine ſuo proceſſu pro illa non præſumitur, niſi aliqualiter quatenus in appellantem transfunditur onus probandi quod illa ſit iniuſta, vel nulla. Sic verò debet interprętari ſentētia quantum eſt poſſibile, vt minus noceat tam Reo, quā Actori, vt ſi Reus abſoluatur potius præſumatur id contigiſſe ex inaptitudine libelli, quam ex malo iure Actoris. *Tuſ. l.* 5. *concl.* 126. *num.* 75. Quando autem ſimul cum ſententia producuntur Acta ex quibus apparet de iniuſtitia ſententiæ eliditur bona illius præſumptio. Vt ſi pro vulnere ſimplici Reus damnatus fuit pœna mortis, vel ſi lata fuit ex inquiſitione inepta, vel non ſeruato ordine iuris, vel ſi data fuit feſtinanter ſine cauſæ cognitione. Quod etiam ſententia lata contra abſētem contumacem, præcipuè contra contumacem fictum dixerant aliqui eo quod non ſit credendum narratiuæ Iudicis, & ſit iuſtificanda ex actis citatio & relatio. Sed cur minus eſt credendum Iudici iudicanti abſentem, quam præſentem? Idcò alij dixerunt, quod quantum ad ſolemnia præſumitur pro ſententia etiam lata contra abſentem. Tuſc.

l. 1.

l. 1. *concl.*621. *num.* 25. Guazz. *d.* 35. *cap.* 26. *num.* 9. Vbi tamen *num.* 12. *addit ex eod.* Tuſc. Rot.& Gabriel. quod quantum ad ſolemnia extrinſeca, & ad pręambula pro eis non præſumatur, nec Notario credatur. Sed huius diſcriminis, non reddit cauſam. Quæ autem dicantur ſolemnitates extrinſecæ, vel intrinſecæ, ſeu circa ordinem iuris, & iuſtitiam cauſæ, explicat Maſc. *de prob. concl.* 802. Ex antiquitate verò temporis præſumitur etiam pro ſententia, & præſumitur ſolemnia adſuiſſe, etiam ſi dicta ſolemnia non referantur Crauet. *de antiquit. temp. p.* 2. *num.* 36. Maſcard. *d. conc.* 802. *num.* 24. Sed quando ſententia dicatur ex antiquo lata arbitrarium eſt Iudici deffinire, & in hoc valde plures ſunt DD. opiniones. Et in hoc etiam qualitas Iudicis ſententiantis conſiderari debet, ſi ſcilicet, ſit peritus, integer, & inculpatus, vel potius imperitus, præceps, & non integræ cõſcientiæ, & etiam videri debet an pœna lata in ſententia ſit arbitraria, in quo caſu multo magis præſumendum eſt pro ſententia. Tempus autem 30. annorum proculdubio cenſendum antiquum in propoſito. Sed & tempus 10. annorum ſufficere, voluit Tuſc. *l.* 1. *concl.* 621. *nu.* 31. poſt multos, quos allegat, & conſentit Guazz. *def.* 35. *cap.* 26. *num.* 13.

81. Quoniam verò à tribus ſententijs conformibus non datur apellatio, aduertendum quod illæ ſententiæ dicuntur conformes, quæ conueniunt in ſubſtantia, & qualitate, & ſic ad conformitatē ſententiarum rēquiritur identitas rei, cauſę, & perſonæ, & ſic quod concordent in omnibus, & nihil plus, aut diuerſum contineatur in vna, quam in alia. Rota *p.* 1. *diuerſ. dec.* 100. *d num.* 3. Scacc. *de appell. qu.* 17. *Lim.* 1. *num.* 21. Non eſt verò neceſſe, quod ſibi immediatè ſuccedant, ſed licet v. g. primæ duę ſint conformes, & tertia ſit contraria primis, & illas nullas declaret, ſi quarta irritet tertiam, & confirmet primas duas, dantur tres conformes, & datur locus *Clem.* 1. *di ſent. & re iudic.* Couar. *pract. cap.* 26. *num.* 5. Niſi per nouas probationes prima ſentētia appareat notoriè nulla, vel iniuſta. Guazz. *def.* 36. *c.* 1. *nu.* 3. Multi etiam volunt quod ſi poſterior ſententia declarauit tantum primam, vel primas fuiſſe nullas, quod tunc per quartam ſententiam primam illam, vel primas confirmantem, vel illis conformem non inducatur conformitas, quia ſententia nulla non poteſt confirmari. Scacc. *de appell. cap.* 17. *lim.* 1 *num.* 24. Guazz. *d. n.* 3. Sed conſiderari debet, quod ſententia nulla non poteſt confirmari, ſi ſit notoriè nulla, ſed ſi nullitas non ſit notoria, cur non obſtante, quod vnus Iudex declarauerit illā nullam, alter Iudex cognita cauſa non poteſt illā validam declarare? Etſi hoc faciat cur non erit illi conformis? Dicuntur verò conformes, ſi vltimus Iudex decernat bene fuiſſe appellatum, vel appellationem fuiſſe deſertam, vel etiam ſi vna ex prioribus ſententijs fuit lata in contumaciam, vel ſi vltima ſententia fuerit abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, vel ſi ſecundus Iudex dixit male fuiſſe appellatum, ſed tamen ſententiam primi confirmauit, & tertius confirmauit ſententiam ſecundi, vel etiam ex tribus ſententijs vna earum ſit data cum clauſula *ſtantibus rebus prout ſtant*, aut cum clauſula *alio non apparente*. Et imò ſententię concordes in principali negotio non efficiuntur diſcordes in illo, ex eo quod tertia ſentētia aliquid addat, vel ſecunda damnet in plus, quam prima, & tertia plus quam ſecunda, vel in vna illarum damnetur Reus ad expenſas, vel tertia ſententia ſola liquidet intereſſe ad quod Reus fuit damnatus per tres ſententias; In his enim caſibus ſententiæ non erunt conformes in eo, quod addunt, & ratione illius dari poterit appellatio, ſed in eo, in quo conueniunt iudicabuntur concordes; ſed etiam dicuntur conformes, ſi prior ſententia data fuit ex falſa cauſa, ſed Iudex appellationis illam confirmet ex noua cauſa. Guazz. *d. c.* 1. *num.* 13. Hoc tamen habet difficultatem, quia ſententia lata ex falſa cauſa eſt nulla, nedum ex parte cauſæ, ſed & ex parte effectus, quia effectus verus non eſt ex falſa cauſa, igitur ſententia decernens aliquem eſſe debitorem alterius ex falſa cauſa eſt falſa etiam prout decernit illum eſſe debitorem, quia nullus eſt verus debitor ex falſa cauſa. Pariter quod aliqui dicunt eſſe tres conformes, ſi tertia decernat primas eſſe exequendas, ab aliquibus aſſeritur, ſed negatur ab alijs, ſententia enim decernens executionem, ſupponit ſententiam, ſed illius validitatem non decernit, aut confirmat. Imo poteſt eſſe quod Iudex decernat exequendam ſententiam, quam ſcientia priuata ſcit iniuſtā, vel non ſcit, an ſit iuſta vel iniuſta, vel quam ſolum præſumit iuſtam. Et ſic ſententia decernens executionem alterius ſententiæ ad ſummū inducit præſumptionem, quod Iudex habeat illam pro valida, quod non ſufficit ad inducendam conformitatem, quia non ſufficit ad hoc, vt ſit triplex ſententia diffinitiua principalis negotij, niſi Iudex diffiniat priores ſententias eſſe validas, & ideo exequendas. Videantur de his Tuſc. *l.* 5. *conc.* 172. Scacc. *de appell. q.* 17. *lim.* 1. Guazz. *def.* 36. *cap.* 1. Conformes non dicuntur ſententiæ, ſi Reus per vnam damnatur ad vnam pœnam, & per alteram ad pœnam aliam, vel quando tendunt ad diuerſos fines, vel ſi non omnes ſententiæ ſunt diffinitiuæ, vel ſi omnes non ſunt abſolutæ, ſed aliqua earum eſt conditionalis, vel modificatiua. At verò conſiderandum, quod vbi pœnæ habent latitudinem, diſcordia in quantitate pœnæ non tollit concordiam ſimpliciter, ſed tunc Reus punitur pœna minori, & ſufficit quod tres ſententiæ conueniant in eodem genere pœnæ, licet diſcordent in quantitate; ſed vbi pœnæ ſunt diuerſi generis, vel ſpeciei, ſeu ſunt indiuiduæ, nec habent latitudinem, diuerſitas in pœnis tollit ſimpliciter ſententiarum concordiam, & non ſufficit concordia in hoc quod Reus puniatur. Tuſc. *d. concl.* 172. Scacc. *d. lim.*

1. Guazz. *def.* 36. *cap.* 2. Sic igitur in pœnis non tollitur concordia ſimpliciter, ſi non ſint diſcordes in genere pœnę vel ſpecie, & pœna intra ſuam ſpeciem habeat latitudinē, ſed tunc datur executioni mitior pœna. Poteſt vero hoc contingere etiam in pœnis corporalibus, vt ſi per vnam ſententiam damnatur Reus ad vnum, & per aliam ad duos, & per tertiam ad tres ictus funis, quia tunc omnes in vno ictu conueniunt. Sed vbi pœnæ ſunt indiuiduæ, difformitas in re, vel qualitate, vel quantitate tollit concordiam ſententiarum.

82. Quantum verò ad executionem ſententiæ, hoc regulariter eſt certum, quod fieri debet iubente Iudice, qui illam tulit. Sed vbi hoc impedit diuerſitas territorij, vt ſi ſententia Iudicis loci delicti fieri debeat in loco domicilij, tunc neceſſariæ ſunt literæ remiſſoriales, vel Reus remitti debet ad locum Iudicis, qui illum damnauit. Iudex verò requiſitus tenetur exequi ſententiam Iudicis requirentis, niſi ex actorum copia conſtet de iniuſtitia ſententiæ, prout explicatur infra *q.* 31.

SVMMARIVM

1 *Poteſt obijci contra ſententiam defectus iuriſdictionis Iudicis.*
Ex duplici capite prætendi poteſt nullitas iuriſdictionis. ibid.
2 *Quomodo reijciatur obiectio defectus iuriſdictionis Iudicis delegati.*
3 *Et quomodo reijciatur obiectio iuriſdictionis Iudicis, ex eo quod fuerit recuſatus.*
4 *Quid iuuat pro tuenda Iudicis iuriſdictione.*
5 *Proceſſus poteſt dici nullus ex defectu inquiſitionis.*
Ad ſuſtinendas informationes, non eſt de ſubſtantia iudicij, vt præcedat probatio corporis delicti, ibid.
6 *Quomodo reijciatur præcipuè in iudicio regulari obiectio facta ex eo, quod accuſationi vel denunciationi deficiat aliquod ſubſtantiale.*
Pro qualitate delicti non expreſſa in accuſatione probata tamen in proceſſu, poteſt Reus damnari. ibid.
7 *Ex triplici capite oritur nullitas proceſſus ratione defectus teſtium, & probationum.*
Opiniones variæ circa admiſſionem teſtium inhabilium. ibid.
8 *Quomodo teſtis Religioſus examinatus ſine licentia ſui Superioris probet.*
9 *Multa explicantur, quæ ſunt opportuna defenſioni proceſſus, etiam apud Regulares.*
10 *Quomodo oriatur nullitas proceſſus ex illegitima Rei interrogatione.*
Quæ requirantur ad rei interrogationem. ibid.
11 *Nullitas proceſſus oriri etiam poteſt ex defectu Procuratoris.*
Quæ obijci poſſunt contra Procuratorem. ibid.
12 *Ex non ſeruatis ſubſtantialibus in ſententia ferenda proceſſus dicitur nullus.*
Quid requiratur ad validam ſententiam. ibid.
Iudex in iudicando, ſi non eſt certus, debet ſequi opinionem, quæ fauet Reo. ibid.
Opponens ſententiæ, quæ tranſiuit in iudicatum, non eſt audiendus. ibid.
Quomodo verificetur, quod abſolutus ab vno Iudice non ſit damnandus ab alio. ibid.
13 *Appellatione pendente, ſi Iudex ad vlteriora procedat, proceſſus dicitur nullus.*
Quæ Iudex præſtare poteſt pendente appellatione. ibid.
14 *Multa conſiderantur circa valorem, & nullitatem proceſſus.*

QVAESTIONIS XXX.

De reparatione proceſſus, & ſententiæ deficientis.

1 NEdum Reus media appellatione poteſt ſe defendere contra ſententiam obijciendo contra illam, ſed & Actor, ſeu fiſcus ſententiam latam poteſt tueri reijciendo obiectiones contra illam obiectas. Primo autem contra ſententiam poteſt obijci defectus iuriſdictionis Iudicis, vt dictum eſt *q.* 25. *a.* 4. *& q.* 18. *art. vn.* Diſtingui verò debet inter Iudicem ordinarium, & delegatum, & inter defectum iuriſdictionis ſimpliciter, & defectum iuriſdictionis, qui eſt ex qualitate aliqua perſonali. Defectus enim iuriſdictionis ſimpliciter eſt inſanabilis. Verum eſt, quod iuriſdictio propagatione aquiritur; ſed primò iuriſdictio laici contra clericum propagari non poteſt, & in criminalibus prorogatio ex conſenſu partium, & ſine conſenſu ordinarij in eiuſdē præiudiciū prorogari non poteſt, & dictum eſt. *q.* 25. *a.* 6. *num.* 75. Quamuis verò poſſit contingere, vt Iudex verum titulum non habeat, vbi tamen cōmuniter habetur vt legitimus Iudex, & præcipue ſi habet titulum coloratum acta illius ſuſtinentur ex *leg. Barbarius ff. de off. Præt.* ſic ex hac lege poterit Iudex, qui communiter habetur vt legitimus ſe defendere. Sed ſi prætendatur nullitas iuriſdictionis Iudicis ex aliquo eius defectu perſonali, non valet oppoſitio, ſi opponatur illi, quod ſit criminoſus, infamis, vel excommunicatus, ſi non ſit vt talis declaratus, ſed toleratus Felin. *cap. ſuſcitatus de reſcript.* Vant. *de nullit. rub.* 14. *n.* 40. Bictus *q.* 156. Sed & exceptiones, quę contra iuriſdictionem Iudicis fiunt, niſi ſint penitus eradicantes illam, non poſſunt fieri, & admitti poſt litem conteſtatam. Vant. *d. rubr.* 14. *n.* 57. Bictus *d. q.* 156. *num* 6.

2. Sed ſi delegato obijciatur defectus iuriſdictionis, reijcitur obiectio, vel ex literis delegationis, vel alijs modis explicatis ſupra *q.* 2. *a.* 3. *num.* 24. Vel ſi obijciatur, quod perdita ſit iuriſdictio ob mortem delegantis, ſuſtinetur

iuriſ-

iuriſdictio ex eo, quod res non fuerit integra, vt dictum eſt *qu. 2. art. 3. a. num.* 19. Quod ſi obijciatur Delegato, quod excellerit terminos ſuæ commiſſionis, reſponderi poterit, quod vbi litteræ delegationis non offendunt ius commune late ſunt interpretrandæ. Et quod iuriſdictio Delegati ſe extendit ad acceſſoria, & incidentia; & quod, commiſſio cauſæ ſimpliciter intelligitur tam ciuiliter, quam criminaliter; & quod in commiſſione cauſæ regulariter comprehenduntur omnia illa, ſine quibus iuriſdictio explicari, & cauſa cognoſci non poteſt *l. 2. ff. de iuriſd. om. Iud.* Gloſſ. *cap. cum dilectus de arbit.* Felin. *cap. præterea de off. Deleg.* Vant. *d. rub.* 14. *a num.* 66. Bictus *quæſt.* 156. *num.* 4. & 5. Eliſeus *tract.* 11. *qu.* 13. *num.* 3.

3. At vero ſi Iudici obijciatur quod fuerit recuſatus, ex probatis ſupra *qu. 3. art.* 9. replicetur, vel quod cauſa recuſationis fuit friuola; vel quod pars recuſans poſtea conſenſit in Iudicem, & quod proceſſus factus poſt recuſationem, non eſt nullus ſi recuſans coram eodem Iudice comparuit, niſi comparens in ſingulis actibus proteſtetur ſe recuſationi non renunciare, vel quod Iudex recuſatus ignorauit recuſationem. Se defendet etiam ex eo quod acta per Iudicem recuſatum non ſunt nulla, niſi ab eo fuerit appellatum. Et dato quod acta poſt recuſationem eſſent ipſo iure nulla, ſi ſententeotia eſt iuſta, poteſt non obſtante recuſatione per Iudicem ad quem pronunciari. Quod vero dixit Bictus *qu. 6. num.* 42. & *quæſt.* 156. *num.* 10. Quod, nimirum, Iudex notorie ſuſpectus ex capitali inimicitia etiam non recuſatus nulliter agit, non tamen ſi ex alio capite ſit notorie ſuſpectus, non videtur admittendum; inimicitia enim non tollit iuriſdictionem Iudicis, ſed hoc aduerſatur iuſtitiæ, vt pars cogatur coram inimico comparere, quod ſi pars conſentiat, & non recuſet proceſſus non eſt nullus nec ex defectu iuriſdictionis, nec ex defectu iuſtitiæ, quia pars in Iudicem conſenſit.

4. Pro tuenda vero Iudicis iuriſdictione multum iuuat, ſi Iudex non tacite ſolum, ſed expreſſe per ſententiam decernat ſe eſſe Iudicem competentem. Quia ſi Iudex ille aliquam habet iuriſdictionem licet eludibilem, & iudicet ſe eſſe iudicem compentem in cauſa, niſi ab hac ſententia appellatum fuerit, vlterius non erit dubitandum de eius competentia. Panorm *cap. Cum ordinem. de reſcrip.* Vant. *d. rubr.* 14. *num.* 8. Bictus *qu.* 156. *num.* 11.

5. Secundo proceſſus poteſt dici nullus, ex defectu inquiſitionis nullæ. Hæc verò dici poteſt nulla, quia illam non præceſſit probatio corporis delicti. Sed de hac oppoſitione videantur probata ſupra *q. 19. a. vn.* Et aduertatur quod ad ſumendas informationes non eſt de ſubſtantia Iudicij, vt præcedat probatio corporis delicti, etiam ſi ſit facti permanentis, quamuis id poſtulet ordo iudicij, vt fiat, ſi commode fieri poteſt, quia inquiſitio delinquentis ſupponit delictum. Ad citandum vero Reum præſentem, ſeu ad citandum illum abſentem transmittendo inquiſitionem, ſic eſt neceſſarium quod prius probatum ſit delictum eo modo, quo poteſt probari, quod tamen ſi periculum ſit in mora, vel alia adſit vrgens cauſa, poteſt Reus citari etiam realiter, prout latius *d. qu. oſtenſum fuit*. Et in inquiſitione generali, ſi aliquis teſtis iniuſtè delictum manifeſtauerit alicuius, poteſt Iudex ex illa notitia ad vlteriora procedere. Nauar. *rub. de iud. nu.* 87. Lezana *tit. 1. cap. 27. num.* 4. Bictus *qu. 11. n.* 10. Eliſeus *tract.* 11 *qu. 11. nu.* 4. Et quod inquiſitio non ſit nulla ex eo, quod illam non præceſſit infamia, ſi præceſſit accuſatio, vel denunciatio late probatum fuit *qu. 8. art. 4. & ſeqq.* & quod neceſſitas diffamationis ex generali conſuetudine receſſerit ab aula affirmauit etiam Conciolus. *v. Inquiſitio. reſ. 2. num.* 8. Et ſi opponatur, quod inquiſitio non ſit clara, nec ſpecifica, nec contineat delicti circumſtantias, videantur dicta *qu. 8. num.* 13. Et tandem aduertendum, quod ex nullitate inquiſitionis Reus non poteſt abſolui, niſi ab obſeruatione iudicij, & poteſt contra illum nouus proceſſus formari. Et imò ſi nullitas cognoſcatur antequã inquiſitio Reo ſit tranſmiſſa, non habet locum abſolutio, ſed tunc alia valida inquiſitio debet formari. Videantur Farinac *quæſt. 1. a nu.* 5 Bictus *quæſt.* 156. *a num.* 14. Eliſeus *quæſt.* 11 *a num. 4. tract.* 11.

6. Tertio proceſſus poteſt eſſe nullus ex eo quod accuſationi, vel denunciationi deficiat aliquod ſubſtantiale. Sed ſi hoc obijciatur, de facili reijcitur, maxime dum Iudex procedit ſummarie, & ſola facti veritate inſpecta. Nam ſi accuſatio ſit inepta Iudex poteſt ex officio procedere ex ſimplici denunciatione. Et ſi non procedat ad ſumendas informationes, niſi præuia inquiſitione generali, poteſt id facere ex quacumque notitia veriſimili, & probabili. Et ſi immediate procedat ad inquiſitionem ſpecialem (quod prudens Iudex nunquam facit) interrogando determinate an teſtis ſciat Titium commiſiſſe tale delictum, adhuc multa dicuntur neceſſaria ad accuſationem, vel denunciationem, quæ non ſunt ſubſtantialia in iudicio ſummario, & regulari. Videantur dicta ſupra *qu. 8. art. 7. 8. & 12. & qu. 7. art. 1. & qu 9. art. 1. 2. & 5. & qu. 23. art. 3. a num.* 24. vbi oſtenditur qualiter confeſſio tollat nullitatem proceſſus. Eliſeus autem *tract. 3. qu. 26. nu.* 14. vult, quod ſi ſtatutum velit, quod non valeat confeſſio, ſi non præcedit proceſſus, tunc confeſſio non validet proceſſum, quia ſtatutum reſiſtens inducit nullitatem ex defectu iuriſdictionis. Et ex hoc deducit *num.* 15. contra Bictum quod in ſua Religione Capucinorum confeſſio habita nullo præuio proceſſu non valet, quia in illa Religione ſtatuitur, quod in grauioribus nemo damnetur, niſi præuio proceſſu. Sed primo nec eſt verum quod ſtatutum reſiſtens inducat defectum iuriſdictionis inſanabilem. Lex enim aliquid prohibens Iudici

facit, vt Iudex non poſſit facere illud licitè, vel quod ſit nullum ope exceptionis, ſed non tollit ſimpliciter iuriſdictionem. Videantur probata *tract. de elect. r. 9. q. 1. n. 1. & ſeqq.* Et ſic non inducit nullitatem ipſo iure, niſi id exprimat, & ſic ſtatutum illud Capucinorum, vel aliud ſimile in alijs religionibus, non comprehendit caſus in iure expreſſos, & præcipue hoc quod eſt confeſſionem ſpontaneam tollere nullitatem ex defectu denunciationis, vel accuſationis, vel non præuio proceſſu, vt explicatum eſt *d. qu. 23.* Quia ſpontanea confeſſio de iure naturæ conuincit confitentem, & facit notorium in iudicio. Imo potius dicendum eſt, quod ſtatutum decernens quod confeſſio iudicialis omnino ſpontanea non ſufficiat ad damnandum confeſſum, ſit nullum, quia eſt iuri naturali contrarium. An vero confeſſio emanata Iudice interrogante ſine præcedentibus indicijs ſit nulla explicatum eſt *d. q. 23. a. 3. n. 28.* Aduertendum etiam, quod etiamſi delicti qualitas, non ſit expreſſa in accuſatone, vel inquiſitione, & tamen ſit probata in proceſſu, poteſt Reus damnati etiam pro illa qualitate pœna etiam ordinaria, quia de illa conſtat in iudicio. Clar. *qu. 90. num. 3.* Conciol. *v. accuſatio reſ.* 8. E contra vero ſi non fuit probata qualitas expreſſa in accuſatione, vel inquiſitione, quod Reus non poſſit puniri, ſed debeat abſolui pluribus DD. citatis voluit Farinac. *qu. 1. nu. 23.* quem ſequitur Conciolus *v. accuſatio. reſ.* 8. Sed ſi factum præciſa qualitate ſit delictum, & de facto conſtet in iudicio, non eſt vnde dicatur Reum non poſſe puniri, vt bene docuerunt. Barb. Cuſt. Salic. & alij quos ſequitur Gomez. *var. reſ. cap. 11. num.* 7. Blanc. & Cabal. apud Conciolum. *d. reſ.* 8. *num.* 2. Sed & DD. prioris opinionis admittunt Reum puniendum eſſe, ſi factum confeſſus fuit; & imò, quod de conſuetudine ſtantibus clauſulis ſalutaribus apponi ſolitis in accuſatione, & inquiſitione abſolute puniri poteſt.

7. Quarto ex plutibus defectibus teſtium, & probationum proceſſus poteſt eſſe nullus. Ex triplici vero capite oritur hæc nullitas, vel, ſcilicet, ex perſonali teſtium inhabilitate, ex contrarietate, falſitate, & ſimilibus defectibus depoſitionis illorum, & ex non ſeruato ordine iuris in eorumdem examine. Qui vero ſint teſtes inhabiles dictum eſt *qu.* 12. vbi *art.* 20. & 22. declaratum eſt in quibus caſibus teſtes inhabiles admittantur. & *art.* 21. qualiter in iudicio ſummario admitti poſſint, & *a.* 23. quantum probent. & *qu. 13. art.* 3. quantum probent teſtes ſingulares. De teſtibus vero deficiētibus in eorum dictis, & ſic de teſtibus contrarijs tractatum eſt *quaſt. 14. a p. & 2. & 3. c. 1.* & de teſte falſo *art.* 6. & de teſte corrupto *art.* 7. & de teſte inſtructo *art.* 8. & ſucceſſiue de alijs teſtibus deficientibus. Pariter vero de legitimo examine teſtium habetur *quaſt.* 15. & de probatione per indicia *qu.* 16. & de probatione per præſūptiones *quaſt.* 17. & de probatione per ſcripturam *qu.* 18. Ex quibus multiplex & proportiata haberi poteſt probatio ad exceptiones non ſubſiſtentes elidendas, quæ contra teſtes, vel alias probationes fient. Et ſuperfluum eſſet ibi dicta repetere. Nonnulla tamen aduertenda ſunt, quæ controuertuntur. Nam Eliſeus *tract.* 11. *qu.* 11. *num.* 6. refert Bictum *qu.* 156. *num.* 26. aſſerere quod ex priuilegio teſtes inhabiles abſolute admittuntur, & ad plenam probationem. Quod tamen ipſe negat. Sed Bictus dicit quidem quod ex priuilegio teſtes inhabiles etiam infames excepto teſte inimico admittuntur, etiam ſine tortura, & etiam ſi plures patiantur defectus. Et dicit hos admitti abſolute, quia nedum in caſibus difficilis probationis, vel exceptis, ſed abſolutè; ſed non dicit quod admittantur ad plenam probationem, admittuntur enim cum ſuis imperfectionibus. Et hæc vera ſunt, ſemper tamen aduertendo, quod teſtes inhabiles inhabilitate pœnali, qui à iure puniuntur, & priuantur ne admittantur ad actus legitimos, nunquam admitti poſſunt, niſi in caſibus in iure exceptis. Et hoc idem dicitur de teſtibus, qui ex reuerentia prohibentur admitti, vt filius non admittitur contra Patrem, vt latius explicatum eſt *quaſt.* 12. *art.* 20.

8. Idem quoque Eliſeus eodem *num.* 6. citans Farinac. *qu.* 61. *num.* 84. vult, quod Religioſus examinatus ſine ſui Superioris licentia ſolum diminute probet. Sed huius aſſertionis, non reddit rationem, poſſet vero forſan dici id procedere, quia Religioſus permittens ſe examinari ſine licentia ſui ſuperioris delinquit, & fit criminoſus. Sed hæc ratio non ſubſiſtit. Nam iurare verum, & verum reſpondere iudicio nullum eſt delictum, ſed eſt licitum, in& honeſtū, id vero facere ſine licētia ſuperioris non eſt culpa adeo grauis niſi ſub præcepto Sanctæ Obedientię ſpecialiter ſit prohibitus teſtificari. Et eo magis, quod ſi ob hoc debet Religioſus reijci tāquā criminoſus, nihil probat, niſi in caſibus exceptis. Videantur dicta, ſupra *q.* 11. *a.* 3. & 4.

9. Deffenſioni proceſſus hæc quoque opportuna erunt. Primum quod teſtis examinatus coram parte, probat. Secundū quod citatio partis ad videndum iurare teſtes non eſt neceſſaria in iudicio ſummario, & imò abſolutè ſufficit, quod Reus in ſuis defenſionibus habeat illos pro rite examinatis ſupra. *qu.* 15. *art.* 2. Tertium quod ſufficit in iudicio regulari examinare teſtes ſub præcepto S. Obedientiæ, & non eſt neceſſe, quod iurent. Imò quod Iudex, qui iudicat ſola facti veritate inſpecta, poteſt admittere teſtes non iuratos, ſupra *q.* 11. *a.* 2. *n.* 16. Vbi etiā explicatur qualiter ſit neceſſariū, vt de iuramento appareat in proceſſu. Quartum quod aliquando poteſt admitti teſtis depoſitio per ſcripturā, vt cū agitur de peritia artis *q.* 15. *a.* 8. Quintum quod apud Regulares teſtes examinari poſſunt ante litem conteſtatam. Imò in criminalibus non datur litis conteſtatio; & ſi datur aliqualis, hæc conſiſtit in Rei interrogatione, antequam vero Reus interrogetur, te-

ſtes

Digitized by Google

ſtes examinantur. Sextum quod neceſſe eſt quidem citare Reum, ſed apud Regulares non eſt neceſſaria citatio formalis, dummodo via aperta ſit ad procedendum. Sed & de iure communi interlocutoria, quæ non habet vim diffinitiuæ, valet, ſi fiat parte non citata, maximè dum pars non grauetur ex illa. Vant. *rubr.* 14. *num.* 115. In diffinitiua vero ſententia præſentia partis omnem defectum citationis purgat, quod fit etiam per tacitam actus ratificationem. quando ad partis aduerſæ notitiam peruenit. Vant. *num.* 116. Bictus *quæſt.* 156. *nu.* 33. Eliſeus *tract.* 11. *quæſt.* 11. *num* 6.

10. Quinto oritur nullitas proceſſus ex illegitima Rei interrogatione, & alijs eſſentialibus non ſeruatis. Quænam vero, & quanta probatio ſit neceſſaria ad Reum interrogãdum, & quod multorum ſit opinio, quod non ſit neceſſaria ſemiplena probatio, & quod ſola fama ſufficiat; quamuis in Rei veritate ſemiplena ſit neceſſaria, oſtenſum fuit *quæſt.* 20. *art.* 1. Et qualiter Iudex vitare debeat ſuggeſtionem. *qu.* 22. *art.* 2. ſine ſuggeſtione vero Reus interrogatur de ſocijs, quando delictum ſine illis perpetrari non potuit, vel non potuiſſe præſumitur. Sed cum ſit opinio multorum, Reum de ſe confeſſum, vel conuictum ex conſuetudine poſſe interrogari de ſocijs, vt per multos, quos referunt Guaz. *def.* 30. *cap.* 9. *nu.* 2. & Bictus *qu.* 80. *num.* 56. conſiderari debet, quod Iudex non poteſt interrogare determinate, & in indiniduo Reum conuictum, vt dicat an Titius fuerit eius criminis ſocius, niſi de hoc Titius ſit ſufficienter indiciatus, quia aliter ſuggeſtiua eſſet interrogatio. Sed ad interrogandum in genere de ſocijs criminis ſufficit præſumptio, per quam præſumatur delictum non fuiſſe commiſſum ſine ſocio. Multa etiam ſunt, quæ in notorio iudicio non ſeruantur, & quorum defectus non irritat proceſſum, de quibus dictum fuit. *qu.* 10. *art.* 1. & 2. & vlterius quomodo confeſſio delicti ſpontanea alios defectus ſanet, explicatum eſt *q.* 23. *a.* 3. *a num.* 24. Torturam etiam leuem robuſto datam non indigere ratificatione, ſicut nec torturam Rei reperti in flagranti, multi tenent. Bict. *q.* 106. *n.* 11. & 12.

11. Circa procuratorem etiam aduertendum, quod licet principalis obijcere poſſit, quod ille, qui nomine ſuo comparuit, non eſt eius Procurator, vel Conſiliarius, & hoc vſque ad mille annos proponi poſſit *l. licet C. de Proceſſu, & cap. In noſtra eod. tit.* Tamen etiam ſi de mandato nõ conſtet, ſi in aliqua parte proceſſus enuncietur talem eſſe Procuratorem, vel Conſiliarium, temporis diuturnitate concurrente huic enunciationi crederetur Rota *dec.* 3. *de Procur.* Vant. *Rubr.* 14. *num.* 91. & 92. Sed & ex tacito principalis opponentis mandato proceſſus defenditur, vt ſi principalis vidit per alium tractari eius cauſam, & non prohibuit, mandaſſe præſumitur; vel ſi principalis conſignauit alicui caulidico ſcripturas, & ille in iudicio, vt eius Procurator comparet; vel ſi principalis acta nomine illius rata habeat. Ratihabitio enim retrotrahitur, & mandato comparatur, & confirmat, quæ ab initio inutilia fuerunt, *cap. ſi qui, de ſent. excom. in* 6. *c. Ratihabitionem, de reg. iur.* Vant. *Rubr.* 14. *num.* 101. & 102. Et in hoc caſu ratificatio ante ſententiam, ſi fiat, valet tam quantum ad ſui fauorem, quam ad ſui præiudicium, ſed ſi fiat poſt ſententiam valet ſolum ad ſui pręiudicium. Cenſebitur vero tacita ratificatio adeſſe, ſi cauſam à Procuratore inchoatam principalis proſequatur, vel ſi eumdem ad cauſam proſequendam inſtituat procuratorem ſimpliciter, vel ſi principalis à ſententia taliter contra ipſum lata ſimpliciter appellet. Vant *num.* 103. Bictus *qu.* 156. *num.* 45. Videantur etiam, quæ de huiuſmodi Procuratore dixi *cap. Ecleſ de ſupplen. neglig. Pral. ex cap.* vero *Cum olim il p. de off. deleg in* 6. habetur, & ibi eſt ponderatum, quod Procurator non præiudicat Domino in ijs, quæ in mandato non continentur. Datus enim ad cauſam certam, non poteſt extendere facultatem ſuam ad alia, præcipue ſi Dominus cauſæ repugnet. Et quod Iudices non poterunt interloqui ſuper damnis, de quibus nec ante litem, nec in conteſtatione litis mentio facta non eſt. Et ex *cap. Cum ex parte Decani, de reſcrip.* reuocatio Procuratoris dati ad lites, peruenire debet ad Iudicem, & ad partes, Procuratoris vero dati ad impetrandum, vel ad ad negotium ſufficit, ſi ad illum perueniat.

12. Sexto proceſſus poteſt eſſe nullus ex non ſeruatis ſubſtantialibus in ſententia ferenda. Plura vero de requiſitis ad validam ſententiam dicta ſunt. *qu.* 29. *art.* 3. Cum vero Iudex propriam ſententiam erroneam, vel iniuſtam retractare non poſſit, hoc cognito, vel aliunde cognita innocentia Rei, abſtineat Iudex ab executione ſententiæ, & ad Principem recurrat, vt dictum eſt *quæſt.* 29. *artic.* 4. Ordinarius tamen, qui nullam ſententiam tulit, illam reuocat. Quod idem dicitur de Delegato ad vniuerſitatem cauſarum, & Delegato Principis; quamuis de delegato Principis hoc ſit controuerſum an poſſit reuocare ſententiam, Bictus *qu.* 515. *num.* 8. Hæc vero ſolum procedunt ſi ſententia ſit ipſo iure nulla, non vero ſi ſit nulla ſolum ope exceptionis, hanc enim nec Iudex ordinarius poteſt reuocare. Delegatus vero non à Principe ſententiam nullã à ſe latã reuocare non poteſt, niſi ſit nulla manifeſte ex eo, quod delegatus non ſeruauit formam mandati, vel dum talis Delegatus non iudicauit ſuper tota cauſa. Bictus *qu.* 155. *num.* 10. & 11. Videantur etiam dicta ſupra *qu.* 25. *art.* 5. & *qu.* 29. *art.* 4. Qualiter etiam Iudex poſt ſententiam pœnas augere, vel minuere poſſit dictum eſt *qu.* 27. *art.* 5. Qualiter etiam in ſententia exprimi debeat, vel non debeat cauſa habetur *quæſt.* 29. *art.* 3. An vero Iudex teneatur ſequi opinionem probabiliorem in iudicando, contendentibus multis, quod poſſit ſequi opinionem probabilem reli-

cta

Digitized by Google

cta communi, & probabiliori. Bictus *q.* 156. *num.* 50. *& qu.* 143. *num.* 4. *&* 5. Eliſeus *tr.* 4. *quæſt.* 13. ſupra *qu.* 2. *art.* 4. eſt explicatum. Et iterum ſemper dicam, quod ex opinione quacumque in criminalibus Iudex nullum poteſt damnare, quia opinio importat aſſenſum incertum, & dubium, & iuſtitia viodicatiua requirit certitudinem, & ſic dico quod Iudex opinans, & ideo non certus, vel de delicto Rei, vel de pœna illi de iure ioſligenda, in hoc dubio cæteris paribus debet ſequi opinionem, quę fauet Reo, & quæ tunc non eſt amplius opinio, ſed cognitio moraliter certa. Et dum DD. plures dicunt, quod in delictis difficilis probationis ſufficit probatio per coniecturas, & præſumptiones. Farinac. *qu.* 2. *num.* 12. *&* 31. *& qu.* 86. *num.* 29. *&* 36. Derl. Laym. Graſſet. Hond. & alij, quos ſequitur Conciol *v. Probatio reſ.* 3. *num.* 10. accipiunt coniecturas, & præſumptiones pro indicijs, & hæc oon ſufficiunt, niſi ſint iodubitata, & certa, vt explicant Farinac. *qu.* 81. *num.* 48. Guazzin. *deſ.* 4. *cap.* 13. *nu.* 12. Giurb. *conſ.* 70. *num.* 22. Bald. *in l. quicumq. num.* 25. *C. de ſeru. fug.* Maſcar. *de prob. conc.* 459. *num.* 16. Menoch. *de præſ. l.* 1. *qu.* 58. *num.* 19. Conciol. *v. Aſſaſſinium. reſ.* 5. *&* 6. *nu. v. Delictum reſ.* 11. *num.* 51. Cæterum ſi ſententiæ, quæ per aliam fuit confirmata, & tranſiuit io iudicatum fiat oppoſitio, opponens non eſt audieodus. DD. *in cap.* 1. *&* 2. *de confirm. vt. vel. inut.* Vant. *in rubr.* 14. *n.* 25. Bictus *quæſt.* 156. *num.* 52. Nam & conſiderari debet, quod ſi Iudex appellationis cognoſcat merita cauſæ, & ſibi conſtet de booo iure partis, quamuis alias ſententia prioris Iudicis ſit nulla, vel ex non ſeruato iuris ordine, vel ex defectu ioriſdictionis Iudicis, vel ex omiſſione alicuius ſubſtantialis, dummodo in illa ſententia non ſit expreſſum, poteſt illam in toto; vel in parte confirmare. Panorm. *in cap. Cum Ioannes, de fide inſtrum.* Felin. *cap. cum cauſam, de re iud.* & alij, quos refert Bictos *qu.* 156. *n.* 54. Eliſ. *tract.* 11. *qu.* 11. *num.* 8. Vel etiam reiterato proceſſu, & eo ſaoato, idem appellationis Iudex poterit ſententiam nullam declarare, & nihilominus eam quoad merita cauſæ confirmare, & illius vitium emeodare. Bald. *in l. eos col.* 3. *verſ. Quærunt. DD. C. de appell. a ſent. iniuſ.* Et late Vant. *rubr.* 14. *a num.* 129. Sententia vero feſtinanter lata ſuſtinetur, niſi appelletur, vt dictum eſt *quæſt.* 30. Et tandem ſententia fundata in legitima confeſſione Rei, non admittit oppoſitionem, niſi excipiatur de incompentia Iudicis, vel de iohabilitate confitentis. Vant. *d. rubr.* 14. *n.* 126. Et explicatum eſt ſupra *quæſt.* 23. *art.* 3.

13. Septima cauſa nullitatis eſt ſi Iudex a quo eſt appellatum pendente appellatione ad vlteriora procedat, & aliquid innouet, vt probatum eſt *quæſtione* 32. Et nihilominus multa ſunt, quæ Iudex à quo præſtare poteſt appellatione pendente, quæ enumerata ſunt *dicta quæſt.* 32. Et amplius ſi ſtatutum præfixerit terminum ad dicendum de nullitate ſententiæ, eo elapſo Iudex a quo reijcere poteſt oppoſitionem. Imó ſi Iudex ad quem vellet procedere nulliter ageret. Bart. *in l. Non ſolum §. fin. ff. de iur. iur.* Vantius *de null. rubr.* 14. *num.* 15. Bictus *qu.* 156. *num.* 58.

14. Tandem hæc generalia conſiderantur. Primum, quod in dubio proceſſus iudicatur validus: Vaot. *num.* 127. Secundum, quod illa tantummodo atteoditur nullitas, quæ eſt in vſu, & obſeruatur in loco iudicij. Idem Vant. *num.* 128. Tertium quod Iudices Regulares, noo tenentur ad iuris ordioem, ſed ad eorum ſtatuta & cooſuetudines, vnde quamplurimæ nullitates excuſantur iuxta ſæpius adootata, & præcipue *qu.* 3. *art.* 1. *&* 2. Quartum quod vbi Iudex per ſimplicem probationem, & expreſſam declaratiooem legitimauit perſonas, non eſt amplius diſputandum an tales ſint. Bartol. *in l. licet C. de Proc.* Vant. *de rubr.* 14. *n.* 14. Bictus *qu.* 156. *num.* 62. Eliſeus *tract.* 11. *qu.* 11. *num.* 9. Quintum quod quidquid ſit an de iure ciuili actus prohibitus cenſeatur nullus ipſo iure, de iure Canooico actus non eſt ipſo iure nullus, niſi lex id exprimat, vt per textus, rationes, & Doctores quos retuli *tract. de elect. cap* 9. *quæſt.* Et ideo Eccleſiaſtici omnes apod quos præualet ius Canonicum non debent habere pro nullis proceſſus, niſi vbi ius expreſſè hanc nullitatem ioducit. Sed ſi forſan contra ſeotentiam obijciatur, quod Reus damnatus fuerat abſolutus, conſideratur, quod licet Reus abſolutus legitime in vno loco non poſſit damnari io alio, & ſic abſolutus à Iudice loci delicti non poteſt damnari à Iudice loci originis, vel domicilij Clar. *q.* 39. *v. Sed quæro* Farin. *q.* 7. *n.* 26. Guaz. *deſ.* 1. *c.* 14. *nu.* 24. Conciol. *v. abſolutio reſol.* 4. *num.* 1. Et abſolutus per Iudicem Eccleſiaſticum non poteſt puniri per laicum, vt docent Sperell. *d.* 92. *num.* 10. *p. p.* Conciol. *de reſol.* 4. *num.* 3. tamen multi tenent, quod gratia facta Reo ab vno Principe, vel à Iudice ſub vno Principe, non valeat, nec ſuffragetur in loco alterius Principis, quod voluerunt Boſſ. Guazz. *deſ.* 1. *cap.* 14. *num.* 12. Farinac. *qu.* 7. *num.* 26. & alij ap. Conciol. *d. reſ.* 4. *num.* 7. Ego tamen de hoc valde dubito & contrarium voluerunt Sperell. *dec.* 134. *num.* 69. Et ante illom Decian. *deciſ. crim. l.* 3. *c.* 30. *num.* 7. Et Eugen. apud eumdem Conciolum.

SVMMARIVM.

1 *Index laicus exiſtens in eadem Prouincia & dominio, poteſt exequi ſententiam latam ab alio Iudice.*

2 *Index Eccleſiaſticus poteſt implorare brachium ſeculare pro ſuæ ſententiæ executione.*

Plures caſus in quibus Iudex laicus requiſitus à Indice Eccleſiaſtico tenetur obedire. ibid.

3 *Delegatus Iudicis ordinarij non poteſt ſuam ſententiam exequi.*

Quod facere poteſt delegatus Papæ, ſeu Principis. ibid.

4 *Exe-*

4 *Executor merus quomodo admittere poteſt exceptionem fraudis.*

Iudex ſubditus non debet exequi ſententiam notoriè iniuſtam. ibid.

5 *Si autem non ſit notoriè iniuſta non poteſt de illa cognoſcere, & tenetur illam exequi.*

6 *In Criminalibus Iudex non poteſt contra ſuam conſcientiam exequi ſententiam iniuſtam.*

In quibus caſibus teneatur ſuſpendere executionem ſententiæ. ibid.

Iudex executor nõ poteſt cognoſcere de nullitate ſententiæ, ſed auditis oppoſitionibus & exceptionibus illas traſmittere debet ad ſuperiorem. ibid.

7 *Iudex executor poteſt recipere & examinare oppoſitiones, quæ directè reſpiciunt executionem ſententiæ.*

8 *Quis ſit executor mixtus, & quomodo debeat procedere in executione ſententiæ.*

9 *Executor merus nullam habet iuriſdictionem cognoſcendi de meritis cauſæ, & executionis, niſi ſit certus de iniuſtitia ſententiæ.*

10 *Quæ omnia explicantur à D. Thoma Aquinate.*

QVAESTIO XXXI.

De ſententiæ criminalis executione.

ARTICVLVS VNICVS.

Per quem Iudicem, & quando, & quomodo ſententia exequi debeat.

1 DIſtinguendum hic eſt inter Iudices laicos, & Eccleſiaſticos, & inter Iudices eiuſdem prouinciæ, vel diuerſarum Prouinciarum, etiam ſub eodem Principe exiſtentium. Nam vbi Iudices ſunt laici, & exiſtunt in eadem Prouincia & dominio, vnus Iudex etiam non requiritus à Iudice, qui ſententiam tulit, poteſt ad inſtantiam partis latam ab alio Iudice ſententiam exequi, ſi putat illam mereri exequutionem. Secus verò ſi ſint vel ſub diuerſo Principe, vel etiam ſub diuerſo præſide Prouinciæ; quia tunc, vnus Iudex non poteſt exequi niſi ſit requiſitus à Iudice, qui ſententiam tulit. Clar. §. *fin q.96. verſ. item quæro.* Farin. *q.*97. Guazz. *def. vlt. cap.* 38. *num.* 1. Bictus *quæſt.* 157. 1. & Eliſeus *tr.* 11. *q.* 12. *nu.* 1. Et nihilominus in hoc caſu, quando Iudex velit exequi ſententiam alterius, non ſufficit quod illam videat, ſed totum proceſſum inſpicere tenetur. Clar. *q.*64. & *d. q.* 96. Farin. *d. q.*97. Bictus *n.* 4. Eliſeus *d. n.* 1. Chart. *de exec. ſen. c. fin.* Et ſi ex actis illam eſſe nullam vel iniuſtam videat, non debet illam exequi. Guazz. *def.* 38. *c.* 4. *num.* 1.

2. Sed Iudex Eccleſiaſticus pro ſuæ ſententiæ exequutione poteſt brachium ſeculare implorare non ad præiudicandum, ſed ad coadiuuandum, *cap.* 1. *de off. Iud. ordin.* Et nolentem poteſt cogere etiam ſub pœnâ excommunicationis. *cap.* 2. *de maled.* vbi Innoc. Hoſt. & alij, & *in c.* 1. *de off. ord.* Panorm. Farin. *q.* 97. *à n.* 1. Imo Iudex vt ſupra requiſitus, ſi renuat, poteſt puniri pœna arbitraria. Diaz. Salyc. Far. *d. q.* 97. *n.* 82. Bictus *q.* 157. *n.* 6. Eliſeus *d. q.* 12. *n.* 2. Et ſi cauſa ſuper qua eſt ſententiatum ſit talis, quod Iudex requiſitus de illa non poteſt cognoſcere, vt cauſa hæreſis, Iudex requiſitus ſine cauſæ cognitione tenetur obedire & ſententiam exequi. Clar. *q.* 96. & ibi Baiard. *num.* 15. Farinac. *num.* 63. Guazz. *d.* 38. *c.* 4. *num.* 2. Bictus, Eliſeus & alij quos retuli *cap. Vt inquiſitionis de hæret. in* 6. *num.* 13. & *ſeqq.* Secus verò ſi Iudex requiſitus poſſit de illa cauſa cognoſcere, vt ſi cauſa ſit mixti fori, regulariter non debet ſtare proceſſui, ſed debet ipſe de delicto cognoſcere. Clar. *q.*96. Et plures alij, quos ſequitur Farinac. *dict. q.* 96. *num.* 103. Bictus *num.* 8. Eliſeus *num.* 2. Si autem Iudicis Eccleſiaſtici ſententia ſit nulla, ſiue ex defectu iuriſdictionis, ſiue ex non ſeruato ordine iuris, ſiue quia data appellatione pendente, illam exequi non tenetur. Non tamen Iudicis laici eſt cognoſcere de nullitate ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici. Sed tamen ſi nullitas ſit notoria, Iudex eius exequutionem negare debet, ſi verò nullitas non ſit notoria, Iudex qui illius notitiam habet ſuperſedere tenetur, & ſuperiorem conſulere. Angel. Mancin. Natta & alij, quos ſequitur Farinaccius. *quæſt.* 97. *num.* 91. Doctores *in capit.* 1. *de off. ordin.* Quando etiam præceptum Eccleſiaſtici eſt extraiudiciale, Iudex laicus ei brachium præſtare non tenetur. Panorm. Butr. Innoc. & alij *cap.* 1. *de off. ord.* Farin. *q.* 97. *num.* 91. Cum autem aliqui voluerint, Laicum non teneri præſtare auxilium Iudici Eccleſiaſtico, niſi ipſe prius fecerit quid quid potuit, verumtamen ex *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 8. dicitur laicum teneri præſtare auxilium hoc Eccleſiaſtico illud petenti, etiam ſi iſte prius non fecerit, quod potuit Farin. *q.* 98. *nu.* 98. Bictus *q.* 157. *num.* 12. Eliſeus *tr.* 11. *qu.* 12. *num.* 4. Sed ſi Iudex requiſitus ſit Eccleſiaſticus, idẽ dicendum eſt de eo, quod dictum eſt de Iudicibus laicis quod vnus ab alio requiſitus non teneatur eius ſententiã exequi niſi cognita per ſe ipſum ſentẽtiæ iuſtitia. Eliſeus *tr.* 11. *q.* 12. *n.* 5.

3 Delegatus autem Ordinarij ſententiam exequi non poteſt, quia per prolationem ſententiæ eius iuriſdictio extinguitur. Sed ſententiæ executio ad delegantem ſpectat. Delegatus verò Papæ, ſeu Principis, non quidem in Curia, ſed extra Curiam ſuam ſententiam exequitur intra annum ab eius promulgatione, & intra hoc tempus poteſt etiam eius exequutionem committere Ordinario. Gloſſ. *in cap. ſignificaſti de off. ord.* Scacc. *de appell. q.* 11. *num.* 163. Bictus *q.* 157. *n.* 1. Eliſeus *tr.* 11. *q.* 12. *n.* 6.

4 Exequutor autem merus admittere poteſt exceptionem fraudis, non vt de illa cognoſcat, ſed vt ad ſuperiorem remittat. *cap. De cætero, de ſent. & re iud. cap. Paſtoralis* §. *Quia ve-*

vero, de off. iud. deleg. At loquendo de Iudice executore, quomodo Iudex non ſubditus Iudici remittenti executionem teneatur, vel non teneatur illam exequi, iam eſt explicatum. Sed loquendo de Iudice ſubdito illi, qui exequutionem mandat, dicitur primo quod Iudex exequutor non tenetur, nec poteſt exequi ſententiam notoriè iniuſtam, vel nullam. Panorm. *cap. De cętero num*. 5. *de ſent. & re iud*. & ibi Bellam. *num*. 15. Felin. *num*. 4. Roman. Miſing. Lancell. quos ſequitur Farin. *q*. 97. *n*. 77.

5. Sed ſi iniuſtitia, vel nullitas ſententiæ non ſit notoria, Iudex ſubditus non poteſt cognoſcere de iniuſtitia ſententię, ſed tenetur per ſe loquendo illam exequi, vt in *cap*. 1. *de off. ordin*. tradunt Innoc. *num*. 2. Io. Andr. *num*. 10. Hoſtien. *n*. 12. Bald. *num*. 16. Bellam. *n*. 4. Anch. *n*. 6. Aman. *n*. 4. Nauar. *Cap. Cum contingat. remed*. 1. *n*. 7. *de reſcrip*. Farin *q*. 97. *num*. 10. Vbi tamen 72. quod ſi exequutor ſit ordinarius cique delegatus Principis committat exequutionem, ſi illam viderit iniuſtam non tenetur illam exequi.

6. Verum in criminalibus, & præſertim quando præiudicium eſt irreparabile, Iudex nec tenetur contra conſcientiam ſuam exequi ſententiam iniuſtam, & nullam. Felin. *in cap. Paſtoralis*. §. *Quia vero num*. 17. *de off. Deleg*. Innoc. & Panorm. *in cap. De cœtero, num*. 5. *de re Iud*. Felin. *ibid. num*. 5. & alij, quos ſequitur Farin. *q*. 97. *num*. 73. Eſt tamen diſcrimen inter ſententiam nullam, & iniuſtam. Quia vbi agitur de ſententia nulla, licet Iudex non poſſit iudicare & decernere ſententiam eſſe, vel non eſſe nullam, ſeu eſſe vel non eſſe exequendā, bene tamen poteſt pro ſui inſtructione aliquas probationes ſumere, ex quibus ſi credat ſententiam eſſe nullam, & non exequendam debet ſuperſedere, & cauſam ad ſuperiorem remittere, vt *in cap. de cœtero, de re iud*. tradunt communiter DD. ſed Panorm. ibi. *n*. 4. aduertit, quod vbi agitur de ſententia iniuſta, exequutor nihil audire debet, nec ſuperſedere, ſed ſententiam exequi, quamuis iniuſtam, Farin. *nu*. 75. Itaque ergo exceptiones de nullitate ſententiæ Iudex exequutor debet audire, ad effectum ſuperſedendi, aut remittendi ad ſuperiorem. Et ſi opponens promittat & offerat ſe probare in continenti oppoſitionem, illum debet audire, & ſuperſedere. Boic. *in d. cap. De cætero num* 1. & 2. Bellam. *num*. 10. Farin. *d q*. 97. *num*. 76. Sed vbi agitur de ſententia iniuſta, Iudex executor non poteſt audire opponentes de iniuſtitia, nec ob hoc retardare executionem. Sed ſolum ſi ſententia ſit notoriè iniuſta, vel ipſe ſit certus de iniuſtitia, non poteſt contra conſcientiam ſuam ſententiam exequi, ſed debet cauſam ad ſuperiorem remittere. Sed vt verum fatear, diſcrimen illud Panorm. inter ſententiam nullam, & iniuſtam, non poteſt admitti ſine conſideratione. Verum quidem eſt, quod nullitas ſententiæ facilius probatur incontinenti, & breuiter, quàm iniuſtitia ſententiæ, quia nullitas ſæpiſſimè apparet ex ſententia ipſa, & ex p[illegible] igitur ſi Iudex, cui à ſuperio[illegible] executio ſententiæ notoriè, ve[illegible] certus vel de nullitate, vel de i[illegible] tiæ, non poteſt contra conſcientia[illegible] exequi. Sed ſi non eſt certus, valdè [illegible] bitat, ſi quoque breuiter, & incontin[illegible] teſt cognoſcere veritatem, in eo caſu p[illegible] qualiter retardare executionem; ſed [illegible] verum nedum ſi ſit dubium de nulli[illegible] etiam ſi ſit dubium de iniuſtitia ſente[illegible] & propterea DD. communiter *in d. cap*. [illegible], *de ſent. & re iud*. indiſtinctè id affirmant[illegible]

7. Hæc quidem dicta ſunt de excep[illegible] bus, quæ fiunt aduersùs ſententiam, & [illegible] ipſius; ſed ſi loquamur de oppoſitionibus, quæ directè reſpiciunt executionem ſententiæ, Iudex executor poteſt illas recipere, audire, & examinare, antequam ſententiam exequatur, & ſic poteſt ſumere informationes de rebus, ſuper quibus fieri debeat executio, & de ordine, modo, & de tempore exequendi, & examinare oppoſitiones moderantes executionem, vel quæ contra executionem militant, vt illam impediunt prout communiter tradunt DD. *in d. cap. de cętero* quos abundè ſequitur, & refert Farinacc. *q*. 97. *num*. 78. An verò in hoc caſu, vbi vna pars opponit, citanda ſit alia pars, [illegible] affirmant, alij negant, regulariter tamen citatio erit neceſſaria.

8. Executor autem mixtus ille eſt, cui [illegible] committitur nuda executio, ſed ſimul iuri[illegible]ctio examinandi, & iudicandi de aliquibus [illegible] neceſſarijs ad executionem, vt quando committitur executio cum clauſulis *ſi conſtiterit &c*. vel *vocatis vocandis &c*. vel alijs ſimilibus. [illegible] huiuſmodi executor poteſt, & debet prius ſumere informationes, & verificare conditiones ſub quibus fieri debet executio, *cap. Si quando & cap. cum adeò, de reſcrip. cap. accepimus, de ætat. & qual. cap. ex parte, de off. deleg*. & DD. communiter *in d. cap. de cętero*, vbi Butrius inter alios explicat quot modis dicatur executor mixtus, & quas exceptiones debeat admittere, & Feliu. *num*. 2. quàm plures ponit caſus, in quibus hic executor informationes ſumit.

9. Merus verò executor, qui non habet aliquam iuriſdictionem, & facultatem cognoſcendi de meritis cauſæ, & executionis, niſi ſit certus omninò quòd ſententia ſit nulla, vel iniuſta, tenetur illam exequi.

10. Et breuiter circa totam hanc quæſtionem ſufficit aduertere, quod habet S. Th. 2. 2. *q*. 64. *ar*. 6. *ad* 3. ibi. *Iudex ſi ſcit aliquem innocentem eſſe, qui falſis teſtibus conuincitur, debet diligentiùs examinare teſtes, vt inueniat occaſionem liberandi innoxium, ſicut Daniel fecit. Si autem hoc non poteſt, debet eum ſuperiori relinquere iudicandum. Si autem nec hoc poteſt, non peccat ſecundum allegata ſententiam ferens, quia ipſe non occidit innocentem, ſed illi qui eum aſſerunt nocentem. Miniſter autem Iudicis condemnantis innocentem, ſi ſententia intolerabilem errorem contineat*

neat, non debet obedire; aliàs excuſarentur carnifices, qui Martyres occiderunt. Si verò non contineat manifeſtam iniuſtitiam, non peccat præceptum exequendo: quia ipſe non habet diſcutere ſuperioris ſententiam, nec ipſe occidit innocentem, ſed Index cui miniſterium exhibet.

SVMMARIVM.

1 *De Appellationibus tractatur in ſexto.*

2 *Quid ſit Appellatio vt ſic; & quid importet de formali.*

Papa, & Supremi Principes committere poſſunt cauſam appellatione remota. ibid.

3 *Quid ſit Appellatio iudicialis, & extraiudicialis, & quomodo differunt inter ſe.*

4 *Quis poſſit appellare.*

5 *A ſententia Papæ & Supremi Principis non datur appellatio, niſi ad eundem.*

6 *Coram quo Iudice debeat appellari.*

Quomodo debeat fieri appellatio, ad hoc vt valeat. ibid.

7 *Appellatio fit ſolum ad Iudicem ſuperiorem.*

Quomodo appellari poſſit ad Superiorem omiſſo medio. ibid.

8 *Quodnam ſit fundamentum apppellationis.*

In quibus caſibus appelletur à ſententia interlocutoria, & extraiudicialiter ibid.

9 *Quæ requirantur ad legitimam appellationem, etiam in Iudicio ſummario.*

10 *Quando ſit appellandum.*

Si tempus appellationis præteriit, quomodo grauatus agere debeat de nullitate. ibid.

11 *Tempus deputatum ad petendum & dandum apoſtolos eſt triginta dierum.*

Quomodo, & quando Iudex teneatur petenti apoſtolos illos concedere. ibid.

12 *Iudex negans legitimam appellationem peccat.*

Quid dicendum ſit, ſi grauatus apellet à pluribus Iudicibus. ibid.

In dubio appellatio eſt admittenda, & quomodo Iudex poſſit procedere. ibid.

13 *Quando Iudex defert appellationi, quos terminos poſſit præfigere appellanti.*

14 *Legitima appellatio deuoluit cauſam ad Iudicem ad quem, & ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo.*

15 *Quæ ſint partes Iudicis ad quem in caſu appellationis.*

Et quæ priuilegia gaudeant Regulares. ibid.

16 *Quomodo appellatio ab interlocutoria ſuſpendat iuriſdictionem Iudicis à quo.*

17 *Appellatio ab interlocutoria ſuper vno articulo non ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo.*

18 *Iudex à quo poteſt procedere ſuper noua cauſa ſuperueniente poſt appellationem.*

19 *Appellatio à ſententia deuoluit cauſam ad Iudicem ad quem, ſuſpenditque iuriſdictionem Iudicis à quo.*

Cauſa in appellatione an exprimenda. ibid.

20 *Appellatio ab interlocutoria ſuſpendit ſimpliciter iuriſdictionem Iudicis à quo reſpectu cenſurarum.*

21 *Si appellatio interponatur poſt latam cenſuram non ſuſpendit eius effectum.*

At ſi eodem tempore quo legitur ſententia excommunicationis fiat appellatio, appellans non eſt excommunicatus. ibid.

22 *Appellatio facta à ſententia alicuius delicti, quod habet annexam excommunicationem ſuſpendit executionem.*

23 *Appellatio in cenſuris conditionalibus valet ante euentum conditionis.*

24 *A præcepto ſub pœna excommunicationis intra decendium datur appellatio.*

25 *Appellatio facta poſt ſententiam excommunicationis latam abſolutè, licèt non ſuſpendat effectum, deuoluit tamen cauſam ad Iudicem ad quem.*

26 *Quomodo ab abſolutione ab excommunicatione non detur appellatio.*

27 *In quibus caſibus appellatio ſit prohibita.*

28 *Quomodo appellatio ſit prohibita Regularibus.*

29 *A correctione quantumuis rigoroſa, Regularis non poteſt appellare, ſi ſit ſecundum Regulam.*

Vbi eſt exceſſus in corrigendo, Regularis appellare poteſt. ibid.

30 *Appellatio facta à Regulari ſemper valet quantum ad deuolutiuum.*

Duplex effectus appellationis. ibid.

31 *In quibus caſibus appellatio interpoſita à ſubdito Regulari ſuſpendat iuriſdictionem.*

32 *A grauamine certo & iniuſto licet appellare quo ad vtrumque effectum.*

33 *Duplex obiectio, & ſolutio.*

34 *Appellatio in tribus caſibus ſemper ſuſpendit.*

35 *Quomodo Regularibus ſit interdicta appellatio ſuſpenſiua, quando grauamen eſt dubium.*

36 *Quomodo in Ordine Prædicatorum ſit prohibita appellatio.*

Vbi eſt prohibita appellatio debet exprimi in ea cauſa iniuſti grauaminis. ibid.

37 *Appellatio ab abſolutione officij non eſt prohibita Regularibus quantum ad deuolutiuum, ſed ſolum quantum ad ſuſpenſiuum.*

38 *Etiamſi appellatio non ſuſpendat, tenetur tamen Iudex ſe abſtinere ab iniuſto grauamine.*

39 *Regularibus prohibitum eſt appellare ad Iudices extraneos.*

40 *Ordo appellandi præſcriptus à Sac. Congregatione Epiſcoporũ & Regularium, Regularibus.*

41 *Regulares in appellando non tenentur ad apices iuris.*

42 *Contumax in cauſa appellationis damnatur in expenſis.*

Quomodo, & quando reuocanda ſint attentata facta poſt appellationem.

QVAESTIO XXXII.

De appellatione.

1 DE hac materia latè tractaui ad titulum de appellationibus in ſexto. Ex ibi ergo probatis aliqua magis ſcitu neceſſaria hic recenſebuntur, quæ ibi latius explicata, & rationibus & DD. auctoritatibus munita videri poterunt.

2. Primo verò conſideratur, quod appellatio vt ſic eſt à minore ad maiorem, ſeu ſuperiorem Iudicem prouocatio; & ſi attendatur eius eſſentia ſecundum ſe abſolutè, quatenus eſt iuſta defenſio, eſt de iure naturali. Quia tamen hoc nomen appellatio ex vſu communi importat de formali qualitatem, quam iſta defenſio habet à iure poſitiuo, & id quod in ea eſt iuris naturalis, ſe habet vt materiale, ideò appellatio dicitur ſimpliciter inuentum iuris poſitiui, quia nominum ſignificatio principaliter attenditur ex formali ſignificato. Inde eſt quod Papa, & Principes ſupremi poſſunt committere cauſam *appellat. remota. cap. Paſtoralis de reſcrip. cap. ſuper ea & c. ſuper qu. de off. deleg. leg. ff. quando appellare non debet*, vbi Doctores.

3. Conſideratur ſecundo quod appellatio diuiditur in iudicialem, & extraiudicialem, appellatio iudicialis eſt prouocatio iniquæ ſententiæ querelam continens: & hæc ſola propriè eſt appellatio, & ſemper debet eſſe ex cauſa vera, aut ſaltem ipſe appellans debet ſe offerre probaturum veritatem cauſæ: nihilominus cum diſtinctione dicitur, quod appellatio à ſententia diffinitiua, non requirit expreſſionem cauſæ; appellatio verò ab interlocutoria, non admittitur, niſi reddatur cauſa probabilis: ſemper etiam appellatio iudicialis regulariter debet eſſe à grauamine præſenti. Appellatio extraiudicialis (quæ propriæ non dicitur appellatio, ſed prouocatio, vnde in odioſis, non venit nomine appellationis) eſt, quæ fit extra iudicium à Iudice, vel alio procedente quidem extraiudicialiter, ſed tamen ex publico officio, ad ſuperiorem à præſenti, vel veriſimiliter futuro grauamine; vndè ſufficit ſi habeat cauſam veriſimilem: hæc non competit excommunicato, quia eſt actio; benè tamen ei competit appellatio iudicialis, quia eſt defenſio, ſicut etiam eidem competit appellatio mixta. Quamuis autem proprium ſit appellationis iudicialis fieri à præſenti grauamine, nihilominus fit etiam à futuro, ſi grauamen ſit irreparabile per appellationem ſubſequentem, vel ſi grauamen futurum originatur à grauamine præſenti, vel ſi grauamen futurum ſit comminatum à Iudice.

4. Sed ſi inquiritur quis poſſit appellare. Dicitur quod poteſt appellare quicumque poteſt in iudicio agere. Et ideo etiam procurator habens legitimum mandatum poteſt appellare.

5. Sed à quo eſt appellandum? A ſolo Iudice inferiore ad ſuperiorem appellari poteſt. ideo à ſententia Principis ſupremi, non datur appellatio ex Rei natura, quia non habet ſuperiorem. Ideò non licet appellare à ſententia Papæ ad futurum concilium generale, immò nec ad concilium generale præſens, & apertum; quia in vtroque caſu appellans ex hoc putat concilium eſſe Iudicem Papa ſuperiorem, quod eſt falſum, & tamen contra ſententiam à Papa latam poteſt haberi recurſus ad eundem Papam. Vt quando Papa tulit ſententiam ad relationem alterius. *arg. cap. Biduum* §. 1. *princ. 2. quæſt.* 6. Ferm. *ad tit. de appell. quæſt.* 4. *n.* 31. Et hic recurſus obligat Papam, vt ſuſpendat executionem ſententiæ. Idem fieri poteſt, ſi fiat recurſus à Principe ſub vna qualitate ad eumdem ſub alia qualitate, vt à Principe irato ad eumdem non iratum. Et ſic contra iniuſtitiam Principis poteſt ſubditus ſe defendere per recurſum ad eumdem Principem. A quolibet vero Iudice inferiori poteſt appellare ad ſuperiorem.

6. At vero coram quo appellari debet? Coram Iudice à quo interponi debet appellatio. Et ſi ſint plures Iudices coram omnibus, vel coniunctim, vel diuiſim, vel coram aliquem illorum, ſi omnium copia haberi non poteſt; & tunc appellans debet proteſtari appellando coram illo, cuius copia haberi poteſt. At poteſt etiam appellari coram Iudice ad quem, ſed tunc appellatio deuoluit, ſed non ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo, niſi Iudex ad quem inhibeat, vel aliter iuridice eidem conſtet de appellatione. Iudex enim non conſcius de appellatione, iuſtè vtitur iure ſuo, ſi tamen appellans ſit in culpa, ſecus ſi ex abſentia non potuit intimare. Sed ex ſtylo curiæ ſufficit, ſi cedula appellationis detur Notario cauſæ, qui eam intra legitima tempora Iudici legat. Si grauatus non poteſt interponere appellationem coram Iudice, à quo appellatur, vel quia iuſtè timet, vel quia eius non habet copiam (cenſetur vero non haberi copia Iudicis, ſi ille non exhibeat ſe in loco tribunalis), cenſetur legitime appellare, ſi coram honeſtis viris appellationem interponat exprimendo cauſam, ob quam non appellat coram Iudice, vel etiam coram Iudice ad quem, quia & ipſe eſt honeſta perſona: & quamuis textus *cap. final. de appell.* loquatur in plurali, ibi *coram honeſtis viris* t nihilominus numerum pluralem ibi eſſe poſitum pro ſingulari tenent S. Antonin. & alij. Hæc quidem appellatio fieri debet in præſentia duorum teſtium. At quando ſit coram pluribus honeſtis perſonis, ſufficit quod ipſæmet honeſtæ perſonæ fidem faciant, &c. nec eſt neceſſaria alia proteſtatio; nam vel grauatus non habet copiam Iudicis, & tunc ad nihil aliud tenetur, niſi proteſtari coram honeſtis perſonis exprimendo cauſas appellationis, & ſic ſuperfluit alius actus appellationis diſtinctus; vel habet copiam Iudicis, & tunc quidem ſi iuſtè ſibi timet nedum ſi appellet, ſed etiam ſi proteſtetur, idem eſt, ac ſi non haberet copiam Iudicis; ſed ſi non timet ad proteſtandum, tunc verum eſt quod tenetur proteſtari coram Iudice in loco tribunalis, ſed tunc non eſt neceſſaria alia appellatio coram honeſtis viris. Quanuis vero, non ſit neceſſe, quod huic proteſtationi coram honeſtis viris adſit Notarius, tamen totum factum in actis coram Notario reduci debet. Sufficit vero ſi viri coram quibus ſit hæc proteſtatio ſint viri honeſti, & boni, ſiue

ſint

ſint Clerici, ſiue Laici, ſiue diuites, ſiue pauperes, dum habeant alias qualitates teſtis idonei; & ſi cauſa agitur ad fauorem partis, ſufficit, ſi intimetur parti intra legitimum tempus. Hæc verò intimatio tutius fit, ſi ſit perſonalis, ſi id fieri poteſt, ſed vbi appellatio non poteſt Iudici intimari, non præiudicatur appellanti, ſed geſta contra ipſum non valent.

7. Si autem quis interroget ad quem ſit appellandum? Reſpondetur. Appellari non poſſe, nec ad Iudicem inferiorem, nec ad æqualem, ſed ſolum ad illum, qui ſit ſuperior Iuriſdictione. Hinc eſt quod à Vicario Epiſcopi non poteſt appellari ad Epiſcopum, quia vterque habet eamdem iuriſdictionem, niſi cum Vicarius procedit, non ex ordinaria iuriſdictione Vicarij, ſed vt ſpecialiter delegatus ab Epiſcopo in aliqua cauſa, quia tunc appellatur ad Epiſcopum, vt ad delegantem. Ab interlocutoria etiam poteſt appellari à Vicario ad Epiſcopum. Sed & appellari debet ad ſuperiorem proximiorem, ita vt non poſſit appellari immediatè ad ſupremum Iudicem omiſſo medio. Cum vero hoc multipliciter, explicetur, & limitetur, videantur quæ probata ſunt à me *d. tit. de Appellat. quæſt. vnica art. 6. in 6.* Nunc pro Regularibus ſufficiat ſcire, quod ad Papam, Sacras Congregationes, & Legatos à latere poteſt immediatè appellari. Quando etiam Prælatus inferior eſt ſubditus maioris ſuperioris, & non facit gradum cum illo, vt Archidiaconus cum Epiſcopo, & in multis Religionibus Prouincialis cum Generali, quia tunc concurrunt ſimul mediata, & immediata iuriſdictio, à ſubditis inferioris Prælati benè appellatur immediatè ad Prælatum ſuperiorē omiſſo medio. Appellatio alternatiua ad Generalem, vel Papam valet, & eſt de ſtylo Curiæ: item copulatiua ad Generalem, & Papam, quia & in hac forma cenſetur appellatum ad ſuperiorem. Porrò etiam in cauſis minimis appellatio admitti debet, etenim non eſt fundata ſuper quantitate ſententię, ſed ſuper iniuſtitia, quę locū habere poteſt etiam in minimis: quamuis viro probatiſſimo nō expediat appellare in minimis, & ob hanc cauſā Apoſtolus ſuadet pati potius iniuriam, aut fraudē, quā in iudicio contēdere.

8. Fundamentum autem appellationis eſt grauamen. Iudex verò grauat, dum contra ius in damnum partis iudicat. Eſt autem certum quod à granamine illato per ſententiam definitiuam appellari poteſt, quod eſt verum etiam ſi grauamen, non ſit valde graue. A ſententia autem interlocutoria non appellatur, niſi in duobus caſibus, iuxta decretum Concil. Trident. *ſeſſ. 24. c. 20.* Primus caſus eſt quando interlocutoria habet vim definitiuę. Secundus eſt quando interlocutoria fert grauamen irreparabile per appellationem. Extraiudicialiter verò appellatur in omni eo caſu, in quo hæc appellatio licita erat de iure antiquo, & præcipuè *ex cap. Cordi de appellation. in 6.* Eſt etiam aduertendum, quod nedum in appellatione extraiudiciali datur appellatio à grauamine futuro, ſed etiam id fieri poteſt in grauamine inferendo per ſententiam definitiuam in ſequentibus tamen caſibus. Primò ſi grauamen ſit irreparabile per appellationem ſubſequentem. Secundo ſi grauamen futurum trahit originem à grauamine illato, & appellatur ab vtroque. Tertio ſi grauamen futurum ſit comminatum à Iudice. Sed a mandato capturæ, non datur appellatio quantum ad ſuſpenſiuum, vt dictum eſt *qu. 20. art. 3. num. 28.* Et nihilominus arreſtatus, qui appellauit, ſi fugiat, & ad ſuperiorem recurrat, non poteſt puniri pro fuga. *Guazz. d. 36. cap. 15. num. 6.* Conciol. *v. Arreſtatus reſ. vn.*

9. Ad legitimam autem appellationem requiritur, quod fiat in ſcriptis, niſi à ſententia diffinitiua quis appellet in præſentia Iudicis iudicantis in continenti, quia in hoc caſu poteſt voce appellari, & tamen appellatio debet redigi in ſcriptis per Notarium. Dicitur verò appellatio fieri incontinenti, ſi fiat in tempore, in quo Iudex ſedet pro tribunali, antequam diuertat ad alia. Si tamen Iudex à quo admittit appellationem viua voce factam, valet appellatio, & deuoluit. Appellatio autem ab interlocutoria ſemper debet fieri in ſcriptis, niſi ſit interlocutoria habens vim diffinitiuæ, quia hæc appellatio regulanda eſt iuxta requiſita ad definitiuam. Et nihilominus in iudicio ſummario, in quo non eſt neceſſe ſeruare ordinem iuris poteſt appellari voce, & ſufficit quod appellatio interponatur per verbum appello, vel per æquiualens. Sicuti ſufficit, quod per æquiualens exprimatur nomen appellantis, & quod ex coniecturis appareat contra quem grauatus appellat, imò non vitiatur appellatio, ſi appellans erret in nomine appellaci. Sed & exprimendum eſt nomen Iudicis, quamuis ſufficiat, quod exprimatur nomen dignitatis, aut officij Iudicis à quo, imò ſufficit, quod ex coniecturis æquiualenter cognoſcatur, quis ſit Iudex à quo appellatur. Valet autem appellatio etiam non expreſſo nomine Iudicis ad quem, & ſufficit vt appellatio fiat ad Iudicem competentem. Et ſufficit, quod appellatio exprimat rem ſuper qua eſt ſententiatum, vel diem ſententiæ, & ſi appellans erret in die, & ponat vnum pro alio appellatio valida eſt. Petitio autem apoſtolorum, non eſt de ſubſtantia appellationis, ſed ſufficit quod apoſtoli petantur intra triginta dies. Expreſſio etiam cauſę grauaminis in ſpecie, non eſt neceſſaria à ſententia definitiua, ſed ſufficit appellare ab ea tanquam iniqua. Et hoc idem dicitur de appellatione ab interlocutoria habente vim definitiuæ. Vniuerſaliter tamen in omnibus caſibus, in quibus de iure à definitiua non admittitur appellatio debet in appellatione exprimi in ſpecie cauſa iuſta grauaminis. Quæ cauſa exprimi debet in appellatione ab interlocutoria, quamuis ſufficiat, quod hæc cauſa exprimatur intra tempus conceſſum ad appellandum.

dum. Et ſi Iudex deferat appellationi factæ ſine cauſæ expreſſione, valet, & deuoluit. Et vlterius non eſt neceſſaria cauſæ expreſſio, quando cauſa conſiſtit in mero iure, & ex allegationibus iuris de ea poteſt conſtare: vel ſi de grauamine conſtat ex inſpectione ſententiæ: vel ſi exprimatur cauſa per relationem ad certam partem actorum: vel ſi in cauſis ſoli Papæ reſeruatis quis appellet ab interlocutoria ad Papam. Sed & vniuerſaliter vbi agitur ſummariè &c. valet appellatio facta ab interlocutoria ſine ſcriptis, & ſine expreſſione cauſæ. Videantur dicta in citata *qu. art.* 8.

10. Conſiderari etiam debet quando ſit appellandum. Eſt autem certa regula, quod tempus conceſſum ad appellandum eſt decem dierum, quod eſt verum etiam in reſtituto ad appellandum ex aliqua iuſta cauſa, & verificatur etiam in appellatione coram honeſtis viris & de ratificatione appellationis interpoſitæ à Procuratore. In multis alijs caſibus verificatur concluſio poſita, quos latius explicaui *dicto tit. de appellat. im 6. quæſt. vnic. art.* 9. vbi etiam plures poſui limitationes eiuſdem concluſionis, quæ præcipuè non habet locum in grauamine ſucceſſiuo, vel in impedito, cui non currunt tempora. Vbi autem non habet locum appellatio, quia tempus ad appellandum præteriit, grauatus poteſt agere de nullitate etiam vſque ad triginta annos. Item poteſt implorare officium Iudicis. Item à ſententia extraiudiciali poteſt agere per viam querelæ. Item poteſt petere reſtitutionem in integrum. Si autem grauatus ſit præſens, vel ſi fuit perſonaliter citatus, & ſententia lata fuit in termino citationis, iſti decem dies currunt à die latæ ſententiæ. Sed ſi grauatus non fuit citatus perſonaliter ſed domi, aut per contradictas, aut per edictum, aut per diligentias, tempus ad appellandum incipit à die notitiæ ſententiæ. Quamuis ſi quis dolo, & fraude ſe abſcondit, vt non citetur perſonaliter non debet ex dolo habere patrocinium; vnde talis habetur pro vere contumaci. Ideo neceſſaria eſt intimatio ſententia latæ adhoc, vt pars non poſſit excipere de ignorantia, & ſic à die intimatæ ſententiæ incipiunt decem dies dati ad appellandum; imò quamplures Doctores volunt, quod ſufficiat, ſi hæc intimatio fiat domi. Sed videantur de his, quæ dicta ſunt *dicto art.* 9. Iſti autem dies currunt de momento ad momentum. Ibi etiam dictum eſt, quid agendum quando Iudex non pronunciat in termino citationis, ſed habet terminum pro ſeruato, & an iſte terminus decem dierum poſſit de conſenſu partium, vel Iudicis prorogari, & quid faciendum quando principalis fuit perſonaliter citatus in principio cauſæ, ſed Procurator eius non appellauit intra decem dies.

11. A die autem interpoſitæ appellationis tam Iudici, quam appellanti incipiunt currere triginta dies deputandi ad petendum, & dandum apoſtolos: dicuntur in propoſito apoſtoli litteræ, ſeu nuncij, per quos Iudex à quo denunciat ſe detuliſſe, vel non detuliſſe appellationi. Qui igitur intra terminum illum non petit apoſtolos, cenſetur renunciaſſe appellationi, quæ proinde fit deſerta. Si primæ petitioni apoſtolorum Iudex non reſpondeat, vel etiam ſi dato termino appellans compareat in termino, & Iudex iterum det alium terminum, appellans non tenetur iterum petere, quia ſatis honorauit Indicem ſemel petendo, intereſt enim appellantis ne toties grauetur eundo, & redeundo. Si Iudex deferat appellationi, ceſſat obligatio petendi apoſtolos, quia tunc Iudex tenetur eos dare: ſed ſi non defert appellationi, non tenetur illos dare, niſi petantur: & vbi appellatio non ſit ipſo iure nulla, non poteſt Iudex petenti apoſtolos eos negare, aut malitioſè, vel negligenter prætermittere. vnde ſi in ſecundo termino à ſe præfixo, etiam non requiſitus, comparenti appellanti apoſtolos non dederit, ipſo facto perdit iuriſdictionem, & ſi ad vlteriora procedat, proceſſus eſt nullus. Quod ſi appellationem vt friuolam Iudex reijcit, tenetur reſpondere de apoſtolis; & dare apoſtolos refutatorios, in quibus exprimatur cauſa refutationis. Appellanti, quando primo petit apoſtolos, non tenetur Iudex ſtatim illos concedere, ſed habet tempus triginta dierum; & ſi interim Iudex certum diem aſſignet pro termino, debet appellans illo die redire, alias appellatio cenſetur deſerta, etiam ſi eo die Iudex ad tribunal non venerit; quia lex diligentiam appellantis reſpicit, & eam petit, & exigit: quotieſcumque etiam petiti apoſtoli non habentur, debet appellans proteſtari contra Iudicem, alias appellatio fit deſerta.

12. Iudicis autem à quo partes ſunt, vt deferat legitimè appellationi, & non deferens appellationi legitimè peccat, quia negat iuſtam defenſionem, & quidem appellationi à ſententia diffinitiua ſemper, niſi ſit friuola deferre debet, quia ei deferr ius; ſed appellationi ab interlocutoria poteſt non deferre, ſi non allegatur cauſa rationabilis, ſed fruſtatoria. Si ſint plures Iudices, a quibus grauatus appellat, & appellatio ſit ad Sedem Apoſtolicam, vno illorum deferente appellationi, & dante terminum ad proſequendum, cauſa deuoluitur ad Sedem Apoſtolicam ob eius reuerentiam, etiam ſi allij deferre nolint. Iudex quoque admmittens appellationem friuolam, peccat; in dubio tamen appellatio eſt admittenda. Dum autem Iudex inueſtigat, an ſit deferendum appellationi, non tenetur agere iudicialiter, & citare partem, ſed ea abſente apud ſe deliberare poteſt quid ſibi ſit agendum. Et aduertendum quod quantumcumque ſit notorium appellationem eſſe nullam, vel friuolam, adhuc Iudex a quo non poteſt pronunciare ſuper illius nullitate, aut inualiditate, ſed ſolum poteſt decernere, an ſit à ſe ipſo admittenda, vel reijcienda; & ſi velit de iuſtitia partium decernere, & pronunciare, attentat, & eius ſententia per Iudicem ad quem po-

poteſt reuocari, etiam partibus, & ipſo Iudice inuitis: & ſi verè appellatio fuit friuola, remittit Iudici à quo partes etiam inuitas. Sed de hoc videantur dicta infra *num. 16.* Quod ſi appellatio ſit dubia, & pars, cuius intereſt appellationem non admitti, inſtet Iudici pro habendo ſuper hoc conſilium ſapientis, Iudex petitioni non acquieſcat, quia tale conſilium ad nihil proficit, cum enim ſapientis reſponſio euidentiam non faciat, adhuc non erit euidens inualiditas appellationis, ſed remanebit dubia & ſic adhuc tenebitur illi deferre. Iudex veró qui ſemel detulit appellationi, non poteſt pœnitere, etiam re integra, vt *c. cum appell. eod tit. in6.* probant. Io. And. Dom. & Frant. & notaui ibi *n.* 8. vbi *n.9.* quod Epiſcopus non poteſt reijcere admiſſionem appellationis factā à ſuo Vicario ſi tamen appellatio ſit deſerta, vel appellans non ſeruet terminum ſibi datum ad proſequendam appellationem, & ideo appellatio deſerta fiat, cauſa reddit ad Iudicem à quo, etiam ſi detulerat appellationi, vt per DD. quos retuli ibid. *n.* 10, *&* 12. Vbi etiam *num.* 14. aduerti, quod vbi Iudex à quo admittit appellationem cum clauſula. *ſi & in quantum &c. vel in quantum tener*, non defert appellationi, cui non tenetur deferre. Vbi ſit periculum in mora, licet poſſit Iudex non obſtante appellatione procedere ad vlteriora, tamen debet ſuperiori ſcribere cauſam, quare appellationi non detulerit: nec erit puniendus, ſi appellatio non admiſſa verè non erat admittenda. Si tamen Iudex ad quem inhibuerit, puniendus erit pœnis in inhibitione contentis, niſi in caſu particulari liceret Iudici à quo procedere in cauſa etiam contra inhibitionem Iudicis ad quē, vt in caſu conuicti, & confeſſi. Videantur quæ de his dixi *d.q.a.*11.

13. Quando autem Iudex defert appellationi, poteſt appellanti præfigere quatuor terminos, nimirum terminum ad recipiendos apoſtolos, & terminum ad iter arripiendum ad curiam, ad quam appellauit, & terminū ad ſe præſentandum coram Iudice ad quem, & terminū ad proſequendam appellationem. Quod ſi appellans non præſtet id, ad quod datur illi terminus, appellatio cenſetur deſerta. Non poteſt tamen Iudex à quo præfigere terminum Iudici ad quem, nec appellanti in ijs, quæ pendent ex libertate Iudicis ad quem. Non poteſt autem Iudex terminum prorogare, imò nec minuere, quia dato termino functus eſt officio ſuo. Nihilominus ſi dedit terminum prolixiorem ad proſequendam appellationem, multi dicunt quod poteſt illum abbreuiare, quia hoc conducit ad expeditionem cauſæ appellationis; ſed quod Iudex, qui non detulit appellationi poſſit hunc terminum præficere, & quod præfixo termini, non ſit tacita delatio appellationi, docuerunt Io. And. Anchar. Dom. & Franc. *cap. cum appellationib. eod. tit. in* 6. Et ibi id adnotaui. *num.* 11. A præfixione autem huius termini poteſt pars appellare, ſi grauetur. Ex eo etiam, quod Iudex aſſignet terminum ſecundum aliquos cenſetur deferre appellationi. Non tenetur tamen Iudex dare hunc terminum, ſi nolit, vel dare illum ſtatim, vt interponitur appellatio, ſed poteſt illum dare ex interuallo. Si etiam Iudex reijciat appellationem cum clauſula, *Niſi ſi & quatenus &c.* non cenſetur illam reijcere ſimpliciter, nec eſt puniendus.

14. Legitimæ vero appellationis duplex eſt effectus principalis, nam & deuoluit cauſam ad Iudicem ad quem, & ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo, vt pendente appellatione, vel termino ad appellandum non poſſit aliquid innouare. Si vero non ſit certum appellationem eſſe friuolam, Iudex à quo non poteſt illam reijcere. Imó ſi non ſit notorium appellationi non eſſe deferendum, etiam ſi Iudex illi non deferat, non poteſt aliquid innouare, appellatio enim non amittit vires ſuas ex eo, quod Iudex illi non deferat.

15. At vero Iudicis ad quem partes ſunt videre an appellatio ſubſiſtat. Et in hoc diſtingui debent appellationis acceptatio, citatio partis, inhibitio, & appellationis approbatio. Et quantum ad primum debet Iudex videre an appellatio habeat illa, quæ ſunt de ſubſtantia appellationis, vt quod fuerit interpoſita intra legitimum tempus, vel ſi ſit appellatio ab interlocutoria, an contineat cauſam legitimam. Ad hoc autem non eſt neceſſaria plena, & iudicialis notitia, ſed ſufficit ſi appellans deferat apoſtolos, vel acta facta coram Iudice à quo, in quibus fiat fides de appellatione vt facta cum omnibus requiſitis ſubſtantialibus. Et hæc notitia ſufficit ad hoc, vt Iudex acceptet appellationem, & iudicet ſuam eſſe iuriſdictionem. Acceptata vero appellatione Iudex poteſt citare appellatum ad dicendum contra appellationem: imo, niſi ſit notorium non poſſe opponi appellationi (quod rariſſime contingit) tenetur illum citare, & ſi appellationi opponat, debet citari appellans, vt ſe defendat. Et ſi citatus non ſit de iuriſdictione Iudicis citantis debet in citatione exprimi cauſa citationis: ſufficit vero ſi exprimatur cauſa generalis, & dicatur, quod citatus compareat ex cauſa appellationis. Quantum vero ad inhibitionem dicitur, quod hęc non poteſt fieri, niſi partibus auditis Iudex pronunciet appellationem eſſe legitimam, & conſtet ad eum cauſam eſſe totaliter delatam. *cap. Romana* §. 2. *& 3. de appell. in* 6. Et quantum ad appellationem ab interlocutoria, vel in quocumque caſu in appellatione exprimi debet cauſa, aduerti debet, quod aliud eſt cauſam eſſe legitimam, & aliud eſt illam eſſe veram. Nam ad primum ſufficit, quod cauſa ſit talis, quæ vera eſſe poſſit, & poſſit probari, & ea probata appareat de iniuſto grauamine. Et hoc ſufficit ad hoc, vt Iudex iudicet appellationem eſſe legitimam, & vt illam acceptet, & iudicet ſuam eſſe iuriſdictionem; ſed hoc facto tunc poteſt inquirere de veritate cauſæ, & poteſt inhibere Iudici à quo, ne ad vlteriora procedat in cauſa. *cap. Romana* §. 4. *de appell. in* 6. Sed

con-

Digitized by Google

contra appellationem a ſententia diffinitiua ſi opponatur, quod non ſit interpoſita intra decem dies, vel aliud ſimile, quod abſolute ſit de ſubſtantia legitimæ appellationis, Iudex non poteſt inhibere, niſi prius auditis partibus conſtet, quod appellatio habet ſubſtantialia requiſita, & ideo quod cauſa ad illum totaliter eſt delata, iuxta regulam. *cap. Romana §. ſi vero de appell. in 6.* Sed ſi opponitur quòd appellatio ſit data in caſu à lege prohibito, Iudex poteſt inhibere poſt quam cœperit cognoſcere an appellatio ſit, vel non ſit recipienda iuxta regulam. *Cap. Romana §. ſi autem*, Circa vero huiuſmodi inhibitionem (quæ non poteſt fieri tertio, ſed ſolum Iudici à quo & parti) multa conſideranda eſſent, Sed quia illi Regulares ſuperiores, qui ex ſuis legibus poſſunt ad ſe auocare cauſas cognitas ab inferioribus Iudicibus, ſicut in ordine Prædicatorum poſſunt facere Generalis, & Prouincialis, huiuſmodi iuris ſolemnitatibus, non ſunt ſubiecti, ideò non eſt nobis neceſſe illa hic repetere. Videantur quæ dicta ſunt *d. tit. de appellat. in 6. qu. vn. art.* 14. Superiores igitur Regulares huiuſmodi, vbi ad illos ſubditi appellant, vel recurrunt, ex quacumque cauſa ſibi bene viſa poſſunt appellationes ſeu recurſus huiuſmodi acceptare, Iudicibus inferioribus, & partibus inhibere, & per ſe ipſos, vel per commiſſarios cauſas iſtas cognoſcere. Idem vero Iudex ad quem ſi inueniat appellationem friuolam, cauſam debet remittere ad Iudicem à quo. *cap. Vt debitus de appell. & cap. Romana §. fin. eod. tit. in 6.* Verum hoc limitatur, vt quando Iudex à quo detulit appellationi Iudex ad quem non teneatur ad illum cauſam remittere *cap. Cum appellationibus eod. tit. in 6.* Licet id facere poſſit ſi velit, etiam partibus, & Iudici à quo inuitis. Gloſſ. Io. And. Archid. & Franc. ibid. & aduerti ibi *nu.* 4. Vbi etiam oſtendi quid ſit dicendum, an quando partes non ſunt de iuriſdictione Iudicis à quo, tunc deuoluatur totum negotium ad Iudicem ad quem. Et quid dicendum quando ex pluribus Iudicibus aliquis illorum tantum detulit appellationi.

16. Appellatio ab interlocutoria habente connexionem cum toto negotio principali, aliquo modo in tota cauſa ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo: & ſi Iudex ad quem pronunciet bene eſſe appellatum, & male iudicatum, iam tota cauſa remanet apud ipſum, nec eſt remittenda Iudici a quo, quia hoc iam eſſet notorie grauare appellantem, cum Iudex a quo iam ſit ſuſpectus: ſed ſi pronunciet male eſſe appellatum, & bene iudicatum, tunc de iure communi tota cauſa reddit ad Iudicem a quo, ſiuè articulus appellationis ſit connexus cum cauſa principali ſiue non connexus: vt examinatis plurium Doctorum dictis concluſum fuit *d. tit. de appell. in 6. q. vn. a.* 15. *n.* 422. Et nihilominus ſi appellatus obſtaret ne cauſa remitteretur ad Iudicem a quo, ſi Iudex ad quem non habeat iuriſdictionem limitatam, & poſſit audire per viam querelę, cauſa non debet remitti, ſed per Iudicem ad quē cognoſci. Et in omni caſu appellatus poterit ex legitima cauſa recuſare Iudicem a quo. Et in curia Romana, ſi cauſa intra eamdem curiam fuit commiſſa cum clauſula *vna cum negotio principali*, vel cum clauſula *quam, & quas*, cauſa non remittitur ad Iudicem a quo. Et cauſa ſemel facta Rotalis ſemper eſt Rotalis.

17. Quia appellatio ab interlocutoria ſuper vno articulo non ſuſpendit ſimpliciter iuriſdictionem Iudicis à quo ſuper cauſa principali, & alijs articulis illi etiam connexis, ideò proceſſus eiuſdem Iudicis factus ſuper alijs articulis connexis pendente appellatione, etiam ſi poſtea Iudex ad quem pronunciet benè eſſe appellatū ab interlocutoria, & malè iudicatum, non eſt nullus ipſo iure, vel propterea reuocatur, vt attentatus, niſi, vel Iudex a quo detuliſſet appellationi, vel ei fuiſſet inhibitū per Iudicē ad quem, qui Iudex ad quem in cauſa appellationis ab interlocutoria nō poteſt inhibere ne procedatur in negôtio principali, vel in articulo non connexo, niſi ſibi cōſtet negotiū eſſe ad ſe deuolutū, quod non ſit niſi probata veritate cauſę appellaonis.

18. Si tamen per aliquam partium, vel per tertium fuerit aliquid innouatum, quia hæc innouatio eſt noua, poteſt de ea Iudex a quo cognoſcere, nam *in c.* 17. *cum teneamur, de appellat.* ſtatuitur, quod Iudex a quo tueatur appellantem, ſi appellatus velit illum in ſua poſſeſſione turbare: & quidem non obſtante inhibitione Iudicis ad quem, quia inhibitio reſpicit ea, quæ ſunt contra appellationem, & non proueniunt ex alia cauſa. Ex quo infertur, quod ſi appellans recurrat ad Iudicem a quo, non ſuper appellatione interpoſita, ſed ſuper innouatione facta, non cenſetur renunciare appellationi.

19 Appellatio autem à ſententia definitiua, ſi ſit legitima, multo magis deuoluit cauſam ad Iudicem ad quem, & ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo; itaut, nec poſſit aliquid innouare, nedum contra appellationem, ſed neque aliquid, quod concernat materiam cauſę, alias omnia acta reuocātur vt attentata. Et hoc verificatur etiam ſi Iudex à quo non detulerit legitimę appellationi. Sed imo Iudex à quo, nec poteſt aliquid innouare infrà decem dies datos ad appellandum, quamuis ſi grauatus nō appellet infra iſtos decem dies, geſta intra illos non reuocentur vt attentata. Imò licet in caſu, in quo prohibitum eſt ex lege appellare, appellatio dici poſſit friuola, tamen vbi adeſt iniuſtum grauamen, ſemper appellare licet, & quamuis in hoc caſu appellatio ſine cauſa iuſta ab appellante expreſſa non admittatur, ea tamen cauſa expreſſa admitti debet, & neceſſarium eſt, vt Iudex à quo illi deferat, & Iudex ad quem illam admittat; & in dubio an appellatio ſit legitima admitti debet, & Iudex à quo non poteſt aliquid innouare. Et nihilominus ſi per aliquam partium, vel per tertium fuerit aliquid innouatum, Iudex à quo, etiam ſi ſit delegatus poteſt de illa innouatione tanquam

quam

Digitized by Google

quam de cauſa noua cognoſcere, & attentata reuocare, etiam ſi Iudex ad quem inhibuiſſet Iudici à quo, ne aliquid attentaret. Et nihilominus ſi vna parte innouante aliquid pendente appellatione, alia pars contradicat, ne Iudex à quo de tali innouatione cognoſcat, non poteſt Iudex à quo procedere, & de illo attentato cognoſcere. Sicut ſi Iudex ad quem aſſumpta appellatione agat ad reuocationem prędicti attentati, non poteſt Iudex à quo ſe intromittere. Si etiam aliqua ſint, quæ tendunt in fauorem, & faciliorem exitum cauſæ, & ſine articuli appellationis cognitione expediri poſſunt, de illis pôteſt Iudex à quo cognoſcere. Et ideo, vt dictum eſt, poteſt præſigere plures terminos ad proſequendam appellationem, & vbi ſit timor fugæ poteſt debitorem carcerare, & ſequeſtrare fructus, vbi ſit timor, ne dilapidentur, vel in eodem caſu timoris, ne bona immobilia alienentur, vel inſtante parte, vt fructus in manu alterius partis exiſtentes deſcribantur, vel excommunicatum abſoluere ab excommunicatione, etiam ſi appellationi detulerit, vel alia ſimilia facere, quæ parant faciliorem exitum ad cauſæ expeditionem. Nec pars appellans, & recurrens ad Iudicem à quo ſuper innouatione facta à parte cenſetur renunciare appellationi.

20. Quamuis verò, vt dictum eſt, appellatio ab interlocutoria non ſuſpendat ſimpliciter iuriſdictionem Iudicis à quo, & non reddat proceſſum ad vlteriora ipſo facto nullum, hoc fallit reſpectu cenſurarum; ita vt per appellationem etiam ab interlocutoria ſuſpendatur ſimpliciter iuriſdictio Iudicis à quo, vt non poſſit procedere ad inferendam excommunicationem, &c. Oportet quidem, quod appellatio iſta ſit legitima, quod erit, ſi habeat cauſam, quam non conſtet eſſe falſam, & quæ aliàs ſit talis, quæ ſi foret probata, eſſet legitima, etiam ſi ſit dubium de veritate illius. Ex quo colligitur non eſſe irregularem, qui fuit excõmunicatus poſt appellationem ex cauſa probabili interpoſitam, & celebrauit, etiamſi poſtea cauſa declaretur non legitima, ſeu non iuſta, ſeu non vera. Similiter licet in appellatione ab interlocutoria, ſi à Iudice non admittatur appellatio, & appellans non iterum appellet à non admiſſione appellatoinis, prior appellatio cenſeatur deſerta; hoc fallit in ordine ad cenſuram; quia per priorem appellationem legitimam ſufficienter ſuſpenditur iuriſdictio Iudicis.

21. Cæterum appellatio interpoſita poſt latam cenſuram excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, non ſuſpendit ipſius cenſuræ effectum; cenſura enim ſecum fert executionem, niſi ſententia eſſet notoriè, & ſine vlla tergiuerſatione iniuſta. Immò appellatio non impedit denunciationem cenſuræ iam ab homine latæ, etiam in caſu, in quo cenſura iam denunciata non poſſit tolli niſi per Papam: & quod modò gesta per excommunicatum non denunciatum ſuſtineantur, hoc eſt conceſſum per accidens, & fauore aliorum fidelium, non ipſius excommunicati. Benè verum eſt, quod ſi Iudex ſit delegatus, & detulit appellationi, quia tunc manet priuatus iuriſdictione, non poteſt procedere ad denunciationem; ſed hoc poteſt Ordinarius; etiamſi appellationem admiſerit. Si vero ſententia excommunicationis fuit nulla, non propter hoc appellatio impediet in foro externo denunciationem, licet appellans admittendus ſit ad probandam nullitatem ſententiæ: ſed interim in foro conſcientiæ nec ſententia, nec denunciatio ligat. Si contingat quod excommunicatio, & appellatio ſint ſimul, & ſit dubium quænam illarum ſic prior, quia eodem tempore dum legitur ſententia excommunicationis, grauatus appellat, is nedum in foro fori, ſed nec in foro conſcientiæ (de quo aliqui dubitant) eſt excommunicatus: neque enim in foro conſcientiæ debet ligari, & obligari ad habendum ſe pro excommunicato ille, de quo eſt dubium an valide ſit excommunicatus. Imò ſi dum ſubditus ſcribit appellationem Iudex eodem inſtanti ſcribit excommunicationis ſententiam, quam profert ante appellationem, ſententia non valet. *cap. Per tuas, de ſent. excom.* Sed cenſetur prior appellatio, vt dictum eſt *cap. cordi de appell.*

22. Aduertendum quod tamen ſententia, per quam declaratur aliquis incidiſſe in excommunicationem iuris, vel etiam incidiſſe ipſo facto excommunicationem latam ab homine, non eſt ſententia, per quam quis directè excommunicetur, ſed per prius declaratur commiſiſſe delictum, cui annexa eſt excommunicatio ipſo facto; ideò ab ea poteſt appellari. Et huius ratio reddi poteſt; quia tantum ſententia excommunicationis fert ſecum executionem, & eſt inappellabilis appellatione ſuſpenſiua, quia ſupponit contumaciam, ideoque fertur ſuper delicto præſenti, & durante, vndè habet naturam ſententiæ latæ ſuper delicto notorio, & propterea appellatione non obſtante fert ſecum executionem; ſed ſententia declarans aliquem incurriſſe ex facto aliquo excommunicationem, datur ſuper delicto præterito, nec ſupponit cõtumaciam de præſenti, ideò non fert ſecum executionem, quin poſſit per appellationem ſuſpendi. Supradicta non habent locum in degradatione, & depoſitione, quia iſtæ pœnæ ſunt ſine ſpe diſpenſationis, & non ſunt pœnæ medicinales vt cenſuræ; vndè benè appellatio à ſententia degradationis, vel depoſitionis ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis.

23. In cenſuris conditionalibus ſufficit appellare ante euentum conditionis, quia tunc incipit eſſe excommunicatus, cum adueniente conditione incipit eſſe contumax, & præceptum contemnit: vnde cenſura conditionalis non grauat in effectu ante euentum conditionis, grauat verò pro futuro, quia pro futuro obligat.

gat. Quod intellige de ſententia conditionali lata ab homine, nam à præcepto iuris, & per modum ſtatuti non datur appellatio.

24 Iudex non poteſt præcipere ſub pœna excommunicationis, vel latæ, vel ferendæ, vt aliquid fiat intra decendium, quando præceptum ſecundum ſuam ſubſtantiam eſt appellabile, quia aliàs tale præceptum eſt notoriè iniuſtum, cum intra illud tempus non teneatur grauatus obedire illi præcepto, ſed poſſit appellare. Si vero Iudex præcipiat dicens, *Præcipio tibi vt hoc facias intra viginti dies, & ſi non feceris, excommunico te*, in hoc caſu præceptum diſtinguitur à cenſura; & ſi grauatus appellet poſt decendium, ſuſpendit nedum cenſuram, quæ cũ ſit conditionalis poteſt per appellationem poſt decendium ſuſpendi, ſed etiam præceptum; niſi enim appellans aliud explicet, ipſe per priùs appellat à præcepto, quia cenſura eſt quid acceſſorium.

25. Appellatio verò, quæ ſubſequitur ſententiã excõmunicationis latæ abſolutè, licèt nõ ſuſpendat, deuoluit tamen cauſam ad Iudicem, ad quem, ſi fiat intra decem dies: ſed ſi decem dies ſint elapſi, poterit nihilominus ipſe excommunicatus per viam querelæ adire Superiorem, qui habens iuriſdictionem poteſt audire extra viam appellationis.

26. Eodem modo ab abſolutione ab excommunicatione non datur appellatio ſuſpenſiua, ſicut nec à ſententia excommunicationis: quod extenditur, vt nec appellatio præcedens inualidet abſolutionem ſubſequentem; & etiam ſi abſolutio ſit data non ſatisfacta parte, nec citata, licet tunc abſolutio ſit iniuſta. Verum aduerti debet, quod Iudex, qui eſt ſolius ſecundæ inſtantiæ, & appellationis, nec poteſt adiri per modum querelæ non poteſt vel reuocare, vel abſoluere à cenſuris latis ab inferiore niſi conſtito de legitima appellatione, & citatis partibus. *Cap. Romana* §. *ſententias de appell. in 6.* Iudex verò primæ inſtantiæ, & qui poteſt adiri per modum querelæ non debet abſoluere ab iis cenſuris niſi citata parte, ſi tamen abſoluit valida eſt abſolutio. Sed de his videantur, quæ notata ſunt *d.* §. *ſententias*.

27. Tandem, vt videamus, qualiter Regulares poſſint, vel non poſſint appellare, conſiderandum eſt primo, quod appellatio prohiberi poteſt vel per Reſcriptum emanatum cum clauſula *appellatione remota*, vel per legem aut Priuilegium. Si appellatio prohibetur ſolum per Reſcriptum, ſi Reſcriptum eſt datum cauſa non cognita, tunc per clauſulam *appellatione remota* tollitur ſolum appellatio fruſtratoria, & clauſula illa potius habet vim admonitionis factæ Iudici ad hoc, vt diligenter videat, ne appellationem fruſtratoriam admittat. Sed vbi Princeps cognita cauſa reſcribit cum clauſula *appellatione remota*, tunc hæc clauſula duos habet effectus; Primus eſt vniuerſalis, quia tunc nequit appellari etiam à definitiua niſi aſſignata cauſa. Cum enim Ius reſiſtit appellationi, neceſſe eſt appellando exprimere cauſam, per quam appareat appellantem eſſe in caſu, in quo lex appellationi non reſiſtit. Quamuis huius cauſæ expreſſio non ſit neceſſaria vt appellatio deuoluat, ſed vt ſuſpendat Iuriſdictionem Iudicis à quo. Secundus effectus eſt non vniuerſalis, ſed reſpectu caſus, ſeu cauſæ non expreſſæ in Iure, ſeu caſus, in quo grauamen non eſt manifeſtum. Nam in hoc duplici caſu, ſcilicet, in caſu, & pro cauſa appellandi in Iure expreſſa, & in caſu manifeſti grauaminis clauſula *appellatione remota* non impedit appellationem etiam quantum ad ſuſpenſionem. Qui verò ſint caſus expreſſi in Iure declarant Panorm. *in cap. Paſtoralis de appellat. num.* 14. *quæſt.* 2. & Franc. *ibidem quæſt.* 9. *num.* 28. & Speculator *tit. de appellat.* §. *In quibus num* 28. & vniuerſaliter caſus expreſſus in iure intelligitur, quando Ius in eo caſu indulget appellationum. Solum igitur clauſula *appellatione remota* ſuſpendit quando, vel ſumus in caſu, in quo Ius expreſsè non permittit appellationem, vel grauamen non eſt certum, ſed dubium, & non euidens, ſed probabile. Et tunc Iudex poteſt procedere ad vlteriora, & acta per ipſum non reuocantur vt attentata, niſi Iudex detulerit appellationi, vel inhibitus fuerit à Iudice ad quem, vel quia appellatio fit ad Papam, & ipſe admiſerit appellationem ex certa ſcientia. Inter caſus autem, in quibus de Iure eſt permiſſa appellatio numerari debet caſus, in quo grauatus eſt paratus & offert probare incontinenti iuſtam cauſam appellandi, vel repugnantiam, aut perpleſſitatem ſententiæ. Et aduerti etiam debet quod lex prohibens appellationem non prohibet appellationem ab interlocutoria, vt probaui *cap. fin. de app in* 6. *n.* 9.

28. Conſiderandum eſt ſecundo. Appellationem eſſe prohibitam Regularibus non tamen ſingulis eodem modo, tum ex lege, & Iure communi, tum ex diuerſis Priuilegijs conceſſis pluribus Ordinibus Regularium, quæ recenſui ad tienium *de appellat. quæſt. vnica art.* 18. tum etiam ex ſtatutis Regularium, & præcipuè in Ordine Prædicatorum, vt expendi loco citato. Vnde videndum eſt qualiter hæc prohibitio intelligi debeat.

29. Ideo ſecundo conſiderandum quod à correctione quantumuis rigoroſa, ſi ſit ſecundum regulam, non poteſt Regularis appellare, vt habetur *ex cap. ad noſtræ & cap. reprehenſibilis de appellat. & cap. licet, & cap. irrefragabili de offic. ordin.* Sed vbi eſt exceſſus in corrigendo, & infertur iniuſtum grauamen appellare licet. Et hoc modo appellatio licita eſt omnibus Regularibus, ſed valde controuerſum eſt an ſub nomine appellationis à correctione comprehendatur appellatio iudicialis, quæ fit à ſententia iudicialiter lata.

30. Verum cum duplex ſit effectus appellationis, ſcilicet deuoluere & ſuſpendere, vbi adeſt grauamen, ſi Regularis appellet, appellatio valet vniuerſaliter quantum ad deuolutiuã

ſiue

Digitized by Google

ſiue grauamen ſit illatum extraiudicialiter, ſiue in iudicio. Ex hac enim parte appellatio eſt de Iure naturæ, & Superior habet Ius, vt ſubditum ſuum Regularem defendat à grauamine iniuſtè illi lato.

31. Tota ergo difficultas eſt, vt videatur quando appellatio interpoſita a ſubdito Regulari ſuſpendat iuriſdictionem. Et in hac parte appellatio á grauamine extraiudicialiter illato denoluit; ſed non omnino ſuſpendit, & ſic remanet difficultas de appellatione iudiciali. Datur ergo alia diſtinctio. Nam exceſſus correctionis ſiue gramen illatum à corrigente, vel iudicante, vel eſt manifeſtum,& certum,vel eſt incertum, & dubium, licet ſit probabile. Dico certum, & manifeſtum obiectiue, quidquid ſit de iudicio Iudicis exiſtimantis illud non eſſe grauamen, vel non eſſe certum, vel ſubditi iudicantis eſſe grauamen, vbi non eſt, vel eſſe grauamen manifeſtum, vbi eſt incertum, & dubium. Non enim negotium hoc regulandum eſt ex priuata opinione, vel Superioris corrigentis, vel inferioris correcti, ſed ex iure, & Rei veritate. Quod ius, & quam veritatem iudicabit Iudex ad quem ſpectatis facti ſubſtantia, & circumſtantijs. Ex duobus autem in præſenti accipienda eſt certitudo, nimirum ex facto, & iure. Ex facto quidem, ſcilicet, ex correctione ipſa, ſeù pœna illata. Et in hac parte tam ſuperior quam ſubditus certi ſunt de eo quod factum ſit, & cum agatur de illorum facto certi eſſe præſumuntur. Nec eſt neceſſe, quod vel præceptum Superioris corrigentis, vel obedientia ipſa, aut non obedientia innixa appellationi ſit notoria, ſed ſufficit ſi ſit certa, & de facto in Rei veritate executa, & quod per iuris probationes ſit probabilis coram Superiore. Nam quando appellatur ex cauſa,adhoc vt appellatio ſit legitima, ſufficit ſi ſit ex cauſa probabili. *cap. Romana* §. *cum autem de appell. in* 6. Suppoſito autem certo facto, ſcilicet, iniunctione pœnitentiæ ſeù correctionis, quod hæc excedat, vel non excedat, iam ex iure eſt definiendum. Et in hoc poteſt contingere, vel dubium etiam probabile, ſeù veriſimile, & non certum, vel iuris certitudo, quæ in hac parte coincidit cum notorietatè iuris. Erit vero certus exceſſus correctionis, ſi ſit certum, & manifeſtum ex iure, quod correctio, vel in quantitate, vel in qualitate notabiliter excedat quantitatem,vel qualitatem pœnæ iniunctæ a iure, vt ſi ius imponat carcerem ad annum, & ſententia condemnet ad carcerem per biennium; vel ſi lex imponat pœnam carceris, & ſententia contineat pœnam triremium. Ex parte etiam formæ ſeruandæ in corrigendo certa erit iniuſtitia grauaminis, ſi vbi ſeruandus eſt ordo iuris, vel ſubditus non fuerit citatus, vel delictum non fuerit probatum, & vel negatæ fuerint defenſiones, & de his conſtiterit ex actis. His igitur modis certus eſſe poterit correctionis exceſſus.

32. Eſt ergo communis ſententia, quod à grauamine iniuſto certo, & manifeſto licet appellare quantum ad vtrumque effectum, quia ſubditus non tenetur obedire Superiori, dum manifeſtè contra aut ſupra regulam indubitate præcipit, vt patet ex communi ſententia Doctorum, quos retuli *tom. p. de ſtat. qu.* 188. *toto art.* 8. Tum quia prohibitio appellationis faueret iniuſtitiæ, ſi iniquitatem Iudicis manifeſtè iniuſtam non ſuſpenderet. Et hæc ſuſpenſio in hoc caſu eſt de iure naturali, & diuino, ex quo Iudici illicitum eſt, vel iniuſtam ſententiam exequi, vel ad vlteriora grauamina procedere.

33. Sed hic dubium oriri poteſt. Nam vbi appellatio ſuſpendit, cauſat attentata, quæ ſtatim ante omnia ſunt reuocanda iuxta annotata *cap. non ſolum de appell. in* 6. *num.* 21. *& ſeqq. cap. interpoſita eod. tit.* At vero vbi appellatio eſt ex cauſa, innouata poſt appellationem non ſunt reuocanda, niſi iuſtificata appellatione, & probata veritate cauſę iuxta notata eiſdem locis. Præterea ſecundo appellatio extraiudicialis non ſuſpendit, vt dictum eſt; igitur à grauamine etiam certo, ſed extraiudicialiter illato non datur appellatio ſuſpenſiua. Reſpondetur nihilominus, & dicitur quod huiuſmodi obiecta, non probant,niſi quid in noſtro caſu non habet locum reuocatio attentatorum ſtatim ante omnia, quia non conſtat de validitate appellationis, niſi conſtet de veritate cauſæ, & ita nec conſtat, quod attentata ſint attentata, ſed tamen vbi conſtet de grauamine manifeſto, innouata pendente appellatione ſunt reuocanda, cum diſcrimine tamen. Nam vbi appellatio ſit iudicialis, ſcilicet, a grauamine iudicialiter illato, ſi quid ſit innouatum intra tempus datum ad appellandum, ſtatim debet reuocari ex *d. cap. Non ſolum de appellation. in* 6. Quia cum ſententia fuerit appellabilis, ſaltem ex cauſa certa, innouata, vel infra tempus ad appellandum, vel poſt appellationem conſtito de certo grauamine ſunt reuocanda. In appellatione vero extraiudiciali non omnia, ſed ſolum innouata contra appellationem ſiue principaliter, ſiue conſecutiuè ſunt reuocanda, iuxta ea quæ adnotaui. *tract. de elect. c.* 32. *n.* 34. Diſtinguuntur ſecundo quia in appellatione iudiciali, quæ ſit a multiplici grauamine, ſufficit ſi conſtet de vno grauamine manifeſto, adhoc vt ſtatim omnia innouata reuocentur, quamuis adhuc pendeat cognitio de veritate aliorum grauaminum,quia ex quo Iudici ad quem conſtat de vno certo illato grauamine, ſatis conſtat de attentatis, & ſpretu appellationis: ſed in appellatione a grauamine extraiudiciali non poſſunt reuocari ſtatim niſi grauamina, de quibus conſtat, quia appellatio extraiudicialis non ſuſpendit ſimpliciter iuriſdictionem Iudicis a quo, ſicut facit appellatio iudicialis, vt dictum eſt *d. c.* 32. *n.*34. appellatio vero iudicialis vbi grauamen eſt certum ſimpliciter ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis a quo, quia

hæc non eſt in hoc caſu prohibita; vnde ſibi competit, quod appellationi conuenit de iure, & hoc eſt ſupendere ſtatim iuriſdictionem Iudicis a quo.

34 In tribus etiam caſibus appellatio ſemper ſuſpendit, ſcilicet, ſi Iudex detulit appellationi. Secundo ſi Iudex ad quem inhibuit. Tertio in appellatione ad Sedem Apoſtolicam, ſi conſtet de admiſſione appellationis. Nam hoc conſtito, etiam ſi Papa non inhibuit, ob tenentiam Iudex a quo debet abſtiuere. Et hos caſus puto verificari etiam in appellatione extraiudiciali. Nam appellatio de qua *in cap. de Priore eod.* eſt ſermo eſt appellatio extraiudicialis, vt notant ibi Panormit. *num.* 2. *&* 3. Francus *num.* 1. Prepoſ. *num.* 2. *Dec. num.* 6. Neuo *in vlt. num.* Fagnan. *num.* 8. *& in cap. cum appellat. & eod. tit. in* 6. abſolutè decernitur, quod Iudex deferens appellationi ex hoc abdicat a ſe iuriſdictionem.

35. An vero quando grauamen non eſt certum, ſed dubium ſiue negatiue, ſiue poſitiue ſit Regularibus interdicta appellatio ſuſpenſiua eſt valdè controuerſum, ſi loquamur de iure communi. Vnde in hac parte quilibet Religioſus perpendat leges proprias, & prohibitiones ſpecialiter pro ſuo ordine a Pontificibus emanatas. Et in hoc eſt conſiderandum quod huiuſmodi ſtatuta Pontificum prohibentium appellationẽ, non ſunt propriè priuilegia, ſed ſunt conſtitutiones æditæ per modum legis prohibentis, & pœnalis. Et ideo in his non intrat communicatio, quia lex pro vno ordine lata ex vi communicationis priuilegiorum non communicatur; imò ſi bene conſiderentur dictæ conſtitutiones ſunt ſibi contrariæ, inquantum, quod vni concedunt, alteri negant. Non poteſt igitur dari regula generalis pro omnibus Regularibus quantum ad hanc partem, ſed vnaquæque religio proprias leges attendere debet. Hoc vero conſiderandum erit, quod vbi ex proprio ſtatuto non poteſt imponi aliqua pœna niſi ſeruato ordine iuris, vt in ordine Prędicatorum, non poteſt imponi pœna grauioris culpæ, ſi Iudex hanc pœnam velit mittere extraiudicialiter, manifeſtè grauat, & locum habet appellatio ſuſpenſiua.

36. In Ordine Prædicatorum primo prohibita eſt appellatio abſolutè, & generaliter, vt patet *diſt.* 2. *cap.* 8. §. 3. *& ex conſt.* 4. Bonifatio VIII. Secundo ſpecialiter eſt prohibita appellatio ab abſolutione ab officio Prouincialatus, Prioratus, aut Vicariatus, etiam prætextu grauaminis, vt patet ex conſtitutione *diſtinct.* 2. *cap.* 8. §. 5. & ex conſtitutione Iulij II. data 4. Nouembris 1511. & habetur in Bullario eiuſdem Ordinis *fol.* 246. quæ confirmantur ex alijs Pontificum conſtitutionibus, quas retuli *ad tit. de appellat. quæſt. vnica art.* 18. Itaque in hoc Ordine & in alijs, in quibus appellatio abſolutè eſt prohibita, neceſſe eſt, vt in appellatione etiam a definitiua aſſignetur cauſa iuſta appellandi. Vt enim probatum eſt, vbi appellatio eſt prohibita, appellatio non valet, niſi in ea exprimatur cauſa iniuſti grauaminis. Et nihilominus vbi detur iniuſtum grauamen certum, & manifeſtum non eſt prohibita appellatio, etiam quoad ſuſpenſiuum, lex enim prohibens appellationem non fauet certę & indubitatæ iniuſtitiæ, vel Iudici iniquè ſuum ſubditum grauanti. Solum igitur intelligi debet, vt ſit prohibita appellatio ex grauamine non certo, ſed dubio licet probabili. Et adhuc in hoc caſu non cenſetur prohibita appellatio quantum ad deuolutiuum, ſed ſolum quantum ad ſuſpenſiuum.

37. Quantum etiam ad appellationem ab abſolutione officij eodem modo dicitur, quod non eſt prohibita appellatio quantum ad deuolutiuum, ſed ſolum quantum ad ſuſpenſiuum, niſi grauamen ſit manifeſtè, & certè iniuſtum; quia huic grauamini non fauet lex prohibens appellationem. Quomodo autem in viſitatione poſſit abſolui Prior per ſummariſſimum proceſſum ſtatutum in Capitulo Generali Romæ 1629. oſtenſum eſt *d. art.* 18. & ſuperius *quæſt.* 10. *art.* 3.

38. In caſu autem in quo appellatio non ſuſpendit, adhuc conſiderari debet, quod de Iure naturali, & diuino Iudex tenetur abſtinere ab omni grauamine iniuſto, & ita etiam tenetur abſtinere ab omni grauamine irreparabili per appellationem, & decretum Iudicis, ad quem appellatio ſemper deuoluit cauſam. Et licet acta per talem Iudicem non reuocentur vt attentata, nihilominus conſtito de iniuſta appellatione Iudex ad quem reuocabit; quidquid contra appellationem geſtum fuerit in præiudicium appellantis.

39. Omnibus vero regularibus prohibitum eſt appellare ad Iudices extraneos, qui non ſunt de dictis Ordinibus, præcipue vero illicitum eſt appellare ad Iudicem laicum, ſed neque appellari poteſt ad Iudicem Eccleſiaſticum incompetentem, quia non licet appellare ad Epiſcopos, a quibus Regulares ſunt exempti, imò nec ad Conſeruatores quantum ad cauſas, quæ intra Religiones, & Religioſos verſantur, poſſunt tamen Regulares appellare ad Sedem Apoſtolicam, & ad Sacras Congregationes, & Iudices, quorum tribunal non eſt diſtinctum a tribunali Summi Pontificis. Quoniam etiam Legati a latere ſunt ordinarij exemptorum, poſſunt regulares ad eos appellare, ſicut & ad Nuntios habentes facultatem legati a latere. Videantur explicata in *d. art.* 18. in quo etiam explicatum eſt quando, & quomodo appellari poſſit ad Auditorem Cameræ.

40. Ordo autem appellandi præſcriptus a S. Congregatione Regularium ann. 1587. apud Quarantam *verb. monaſteria*, vt appelletur à Priore ad Prouincialem, & a Prouinciali ad Generalem; & a Generali ad Protectorem regulariter eſt neceſſarius. Nam alias cum Pontifex ſit immediatus Prælatus omnium fratrum ſeu religioſum, ideo nedum per viam

ap-

appellationis, ſed etiam per viam querelæ poteſt quilibet religioſus immediatè adire Pontificem iuxta dicta ſupra. Et hæc eadem ratio militat in Generali Ordini Prædicatorum, & omni alio, qui ſit immediatus Prælatus omnium religioſorum ſui Ordinis. Ideo illud, quod, ordinatur per Sac. Congreg. Regularium, quod ſcilicet, fratres ſine cauſa graui non veniãt Romam ſine licentia, ſed quod prius recurrant ad Prælatos ſui ordinis iuxta tamen cuiuſcumque ordinis ſtatuta, & conſuetudines non facit ſi appelletur ab eis ſine medio, vel ad Pontificem vel ad Generalem, quod appellatio, ſit irrita ex hoc. Quamuis Generalium ſit appellationes has immediatas non admittere ſine graui cauſa, ſed bonum regimen exigat, vt ſubditos ad ſuos proprios inferiores Prælatos remittant.

41. Religioſi etiam in appellando non tenentur ad Apices Iuris, & ideo appellatio fieri poteſt qualibet die, ſiue feriata, ſiue non feriata, & ſiue Index ſedeat pro tribunali ſiue, non. Vide etiam Anton. à *Spir. Sanct. tract.* 3. *diſp.* 9. *n.* 792. Et quod non ſit neceſſe appellare in ſcriptis; vt etiam ſupra dictum eſt. Quando autem, ſeu in quo tempore appellans teneatur obtinere commiſſionem cauſæ, & proſequi cauſam, & ex fatalium decurſu appellatio cenſeatur deſerta, explicatum eſt *tit. de appellation. in 6. quæſt. vnica art.* 12. & 13.

42. Vlterius vero aliqua adnotantur. Primo quod in cauſa appellationis contumax ſiue ſit appellans, ſiue appellatus damnatur in expenſis. *Cap. Cordi de appellation. in* 6. Quod vt ibi explicauit ex Franc. verum eſt etiam in caſu, in quo procedi poteſt contumacia non obſtante. Poteſt verò ſententia damnans ad expenſas contumacem dari per Iudicem ad quem, etiam ſi iudicauerit appellationem friuolam. *cap. Cum appellation. eod. tit. in* 6. Et tunc hanc ſententiam executioni dabit Iudex a quo, cui remittitur cauſa. Quod ſi Iudex ad quem omiſerit in hoc caſu damnare contumacem in expenſis, id faciet Iudex a quo, ad quem remittitur, qui inualidè appellauit. At vero *in cap. Cum appell. eod. tit. in* 6. decernitur quod Iudex qui ob appellationem friuolam remittit cauſam ad Iudicem a quo, debet eodem die condemnationem in expenſis facere; vnde poſt illum diem id facere non poteſt, vt ibi docent Dom. & Franc. Et condemnatio iſta fieri debet a tempore appellationis interpoſitæ, quia ex tunc cœpit deferri iudicium. Succumbens autem in iudicio appellationis non ſemper damnatur in expenſis. Appellatus enim excuſatur, niſi ſententia fuit euidenter iniqua, & ex ipſis actis, non vero ex nouis probationibus, ſuccubuit. Si etiam aliter, quam per iuramentum probatur probabilis error, vt quia plures conſuluit, non debet damnari in expenſis. *Cap. ignorantia, de reg. iur. in* 6.

43. Secundo quantum ad reuocationem attentatorum, quæ fuerunt attentata poſt appellationem diſtingui debent appellatio extraiudicialis, & iudicialis, & inter iudiciales appellatio a diffinitiua, & ab interlocutoria. Nam cum appellatio extraiudicialis non ſuſpendat ſimpliciter iuriſdictionem Iudicis a quo, ideo innouata poſt & contra appellationem, non ſunt reuocanda ſtatim, etiam conſtito de legitima appellatione, & illa admiſſa, ſed debet prius conſtare de veritate cauſæ appellationis; & de veritate iniuſti grauaminis. Iuſtificata vero hoc modo appellatione reuocantur omnia contra appellationem innouata; vt latius probaui *tract. de elect. cap.* 32. *qu.* 1. *a num.* 24. & *cap.* 34. *qu.* 1. *num.* 6. Sed in appellatione a diffinitiua ſtatim poſt acceptatam appellationem, antequam etiam examinetur cauſa appellationis, nedum reuocantur attentata poſt appellationem, ſed etiam innouata intra decem dies conceſſos ad appellandum; ſed hoc limitatur. *cap. Non ſolum de appellat. in* 6. vt non procedat in caſu, in quo de iure prohibita eſt appellatio, in caſibus igitur expreſſis in iure in quibus appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis a quo, ſi Iudex exequatur ſententiam a ſe datam, id non reuocatur per viam attentatorum, ſed conſtito de grauamine iniuſto reuocatur. Et ſi ſit dubium, an appellatio ſit data in caſu prohibito, reuocatio attentatorum ſtatim fieri debet, niſi appellatus ſtatim incontinenti exhibeat probationem prohibitionis. Sed è contra ſi ex libelli appellationis inſpectione appareat de caſu prohibito, tunc appellatus habet pro ſe ius commune, & Iudex nedum non reuocabit attentata ſtatim, ſed nec inhibebit, niſi prius cœperit cognoſcere de veritate grauaminis, vt ſtatuitur *cap. Romana* §. *ſi autem de appellat. in* 6. Vniuerſaliter vero ſtatim reuocantur innouata poſt inhibitionem factam per Iudicem ad quem. Quando autem ſumus in caſu perſonarum, quibus abſolutè interdicta eſt appellatio, ſicut eſt interdicta pluribus Regularibus, non erit dubium an ſimus in caſu a lege prohibito. Nam ſi iniuſtum grauamen non ſit certum, & manifeſtum, ſed dubium, licet probabile, ſemper certum eſt appellationem vt ſuſpenſiuam interponi in gradu prohibito a lege, & innouata per Iudicem a quo non reuocabuntur vt attentata. Et quia in hoc caſu appellatio a diffinitiua non admittitur, niſi in libello exprimatur cauſa appellationis, ideo de hac appellatione verificantur, quæ dicuntur de appellatione ab interlocutoria. In hac vero appellatione ab interlocutoria, prout ſtatuitur *d. cap. Non ſolum*, innouata poſt appellationem non reuocantur ſtatim, ſed prius debet eſſe probata veritas cauſæ, & ſic iuſtificata appellatio. Et tunc innouata poſt, & contra appellationem reuocantur, non tantum quia iniuſta, ſed quia aliqualiter attentata. Nam appellatio ex natura Rei cauſam deuoluit ad Superiorem, & ſic aliquo modo obligat Iudicem a quo, vt abſtineat ab illis, quæ verificata cauſa appellationis re-

Digitized by Google

uocanda erunt. Et ſic licet huiuſmodi innouata, non ſint propriè attentata, & ipſo iure nulla, reuocari tamen debent à Iudice ad quem. Vniuerſaliter vero dicitur, quod in hoc pars offenſa poteſt cedere iuri ſuo, ideo parte non inſtante attentata non reuocantur. Barb. *d. cap. Non ſolum n.* 5. Niſi Iudex contemptus ea ex officio reuocare velit. Quando etiam interlocutoria habet vim diffinitiuę taliter quod litem dirimit, & tranſit in iudicatum appellatur ab ea vt ab diffinitiua, & ſtatim reuocantur attentata, modo ſupra expoſito. Franc *d. c. Non ſolum n.* 3. Quia etiam innouata contra appellationem, ſaltem ea iuſtificata ſunt reuocanda, Iudex à quo in quacumque appellatione non friuola abſtinere debet ab omni grauamine, non reparabili per appellationem, ſeu per Iudicem appellationis, & ſic non poteſt exequi pœnam mortis. Alia circa hanc reuocationem attentatorum videri poſſunt *d.c. Non ſolum,* vbi late de hoc diſerui, & in toto illo titulo.

PRA-

PRAXIS
CAVSARVM IVDICIALIVM
Iuxta triplicem procedendi modum Inquiſitionis, Denunciationis, & Accuſationis.

Praxis incipiendi Proceſſum:

Cap. I.

TRiplicem eſſe modum incipiendi proceſſum demonſtratum eſt *quæſt.* 6. *& ſeqq.* Qui tamen modi ad duo reducuntur, ſcilicet, ad modum procedendi ex officio Iudicis, & admodum procedendi ad inſtantiam partis. Quatuor autèm modis Iudex poteſt incipere proceſſum ex officio, vel, ſcilicet, fama deferente delinquentem, vel quia in inquiſitione generali, quæ fit in viſitatione, vel alio modo media inquiſitione generali aliquis cognoſcitur grauiter deliquiſſe (Huius modi, qui eſt ſecuriſſimus, non mentionem facit Auctor tractatus de Iudicijs faciendis in Ordine Præc. *cap.* 1. Bene tamen illum tangit *cap.* 2. *num.* 3.) vel quia aliquis ſimplici iudiciali denunciatione, non inſtando vt Iudex procedat, Iudici denunciat delictum alicuius, vel quia delictum Iudici eſt manifeſtum per euidentiam facti. Et quia modi procedendi in ſui initio valde quidem diſtinguuntur, ſed in proſecutione proceſſus, vt in probatione corporis delicti, examine teſtium, & Reorum, exibitione defenſionum, ſententia, appellatione nihil, vel parum differunt, ideo prius agendum fuit de varijs modis incipiendi proceſſum, & poſtea de alijs actibus. Et diſtinguitur hæc praxis in capita decem. Primum de praxi incipiendi proceſſum. 2. De praxi probandi corpus delicti. 3. De praxi examinandi teſtes. 4. De praxi citandi Reum. 5. De praxi recipiendi, vel reijciendi exceptiones Rei ante litem. 6. De praxi interrogandi Reum. 7. De Rei defenſionibus. 8. De praxi torturæ Rei. 9. De praxi ferendi ſententiam. 10. De praxi appellandi á ſententia.

2. Cum veró proceſſus, & acta per aliquem fide dignum ſcribi debeant, & is non debeat, nec poſſit eſſe Iudex, aſſumendus primo eſt aliquis in ſcribam & Actuarium, qui acta ſcribat. Quidquid vero ſit, an Prælati Regulares, præcipue locales poſſint de iure communi, vel ex priuilegio inſtituere Notarios proprie dictos, de qua quæſtione plura adnotaui. *tom.* 2. *de ſtat. qu*, 187. *art.* 2. *num.* 38. *& ſeqq.* hoc certum eſt, quod cum Prælati Regulares poſſint iudicare, cauſas criminales cognoſcere, & proceſſus facere contra ſuos ſubditos, nec conueniat, vt ad huiuſmodi ſcribenda aſſumant Notarios ſeculares, vel alterius Ordinis, poſſunt propterea ex proprijs Ordinibus in ſcribas, vel Actuarios aſſumere illos, quos ad id idoneos iudicauerint. Iſti vero Actuarij, licet non ſint proprie Notarij, cum nec ſint perpetui, nec ad vniuerſitatem factorum aſſumpti, eorũ tamen ſcriptis tanquam authenticis plena debetur fides in quocumq; iudicio etiam coram Iudicibus ſecularibus. Exiſtimant vero aliqui, quod iſtis Actuarijs in eorum inſtitutione iniungendum ſit iuramentum de fidelitate in exercendo officium, ſicuti neceſſario iam fit in inſtitutione Notariorum. Sed hoc eſt contra praxim, quæ ab iſtis Secretarijs, ſeu Actuarijs hoc iuramentum non exigit, nec illos inſtituit per collationem calami, & atramentarij; bonum tamen eſset, & magis ſecurum, ſi præfatum iuramentum exigeretur. Duplici autem modo iſtorum Actuariorum inſtitutio fit, vel ſcilicet ſimul cum initio proceſsus, vt infra apparebit ex pluribus formis adducendis, vel ſeparatim & tunc hæc inſtitutio fit hoc modo.

Forma inſtituendi Notarium, ſeu Actuarium cauſæ.

1. C*Vm nobis F. N. Prouinciali &c. viſum fuerit pro præſentis cauſæ expeditione Actuarium aſſumere, vt omnia actitanda in ſcriptis redigat, & fideliter excipiat, plurimum de integritate* F. *N. &c. confiſi ipſum in noſtrum Actuarium elegimus preſtito iuramento de fideliter ſcribendo, & ſecrete cuſtodiendo quidquid á teſtibus in hac cauſa, nec non ab ipſo Reo dictum fuerit vſque ad publicationem proceſſus. Datum etc. Ita eſt F.* N. *de* N. *Prouincialis. F.* N. *de* N. *Notarius aſſumptus.* Actuario impedito alius ſubrogari poteſt. Bart. *in l. p. ff. de offic. Conſul.* Bald. *in leg.* 1. *C. de portul. & in l. repetita C. de Epiſcop. & Cleric.*

3. Cum ergo in genere duo tamtum ſint modi procedendi, ſcilicet, ex officio Iudicis, & ex inſtantia accuſatoris, incipiendo ab inquiſitione ex officio aduertendum, quod multi arbitrautur, quod Iudex ex officio non poſſit inquirere niſi contra infamatum de delicto; & huius ſententiæ fuit etiam Auctor tractatus

de iu-

Google

de iudicijs impreſſi poſt *conſt Ord. Præd. cap. 2. n. 5.* Sed hæc ſententia primo non aduertit, quod vbi præcedit ſimplex denunciatio indicialis denunciatore minimè inſtante, Iudex non procedit, niſi ex officio, quia non procedit, niſi ex debito officij, ſicut quando delinquens eſt manifeſtus Iudici per euidentiam Rei non eſt neceſſe, quod præcedat, vel infamia, vel accuſatio, ſed Iudex ex officio procedere poteſt. Secundo cum non ſit neceſſe, quod præcedat infamia quando Iudex per inquiſitionem generalem ſibi parat viam ad ſpecialem, vel quando præcedit denunciatio, vt explicatum eſt ſupra *q. 8. a. 1. 2. 3. & 4. & q. 9 a. p.* ideo non eſt verum, quod Iudex ex officio non poſſit procedere niſi contra infamatum. Et hic modus procedendi modo vix eſt in vſu, & ego, qui a 63. annis per Dei miſericordiam defero habihabitum Religionis, & ratione plurium officiorum meorum innumeros proceſſus, vel feci, vel legi, & examinaui, non recordor aliquem præ manibus habuiſſe, in quo inquiſitum ſit ex ſola præcedenti infamia, ſed imo ſæpiſſimè nulla præceſſit, vel accuſatio, vel infamia, ſed ſola denunciatio, vel generalis inquiſitio. Verum ſi contingat caſus in quo non ſit procedendum niſi contra infamatum, vel Iudex ex infamia ſola velit inquirere, hoc modo incipiet proceſſum.

Praxis incipiendi proceſſum fama deferente.

2. I*N nomine Domini &c. Amen. Hæc eſt inquiſitio, quam facere intendit. Adm. R. P. Prouincialis F. N. de N. contra & aduerſus F. N. N. in eo, & de eo, & ſuper eo quod fama publica præcedente, & clamoroſa inſinuatione non tantum ſemel ad aures ſuas, ſed ſæpe ſæpius deferente orta non à maleuolis, ſed a probis & fide dignis N. de N. tale delictum commiſit &c. Ideo ne delicta impunita remaneant, idem qui ſupra decreuit talem infamiam ſpeciali inquiſitione perquirere, & vlterius progredi prout de iure. Et confidens de integritate P. F. N de N. eum præmiſſo iuramento de fidelitate, & ſecreto ſeruandis in Actuarium aſſumpſit. Actum in Monaſterio N. die &c. in Camera &c. per me F. N. Actuarium electum in hac cauſa.*

Ita eſt F. N. de N. Prouincialis

F. N de N. Actuarius

4. Hoc præmiſſo decreto Iudex procedet ad probationem corporis delicti, ſi delictum ſit facti permanentis aut relinquentis poſt ſe veſtigium. Quod qualiter fieri debeat dicetur infra *cap.* 2. Deinde procedet ad probationem infamiæ, & faciet decretum, hoc modo *Comm. apud P. Prouincialem. Fr. N. de N fuerit diffamatus F. N. de N. de homicidio patrato in perſonam F. N. de N.* (vel de alio crimine *graui*) *volens dictus Pater Prouincialis procedere contra ipſum ad inquiſitionem ſpecialem decreuit, & mandauit examinari, ad probandam infamiam, & iuſſit vocari teſtes de illa informatos.*

Acta ſunt hæc per me Fr. N. Actuarium hac die 14. menſis Maij præſentis ann. 1675.

Ita eſt F. N. de N. Prouincialis

F. N. de N. Auctuarius

Forma examinandi teſtes ſuper infamia.

5. D*Ie &c. In noſtro Monaſterio &c. coram præfato admodum R. P. Prouinciali N. &c. vocatus P. N. Sacerdos ætatis ſuæ annorum 30. vt dixit, & ex eius aſpectu apparet, & monitus de veritate dicenda ſuper interrogatis prout iurauit* tactis &c. *vel ſub præcepto Sanctæ Obedientiæ, ad opportunas interrogationes; Reſpondit.* Hic ponatur reſponſio teſtis &c. *interrogatus. An ſciat cauſam ſuæ vocationis &c.* Item *quantum temporis in hoc Monaſterio moratur.* Item *ſi omnes fratres d. Monaſterij ſint exemplares, & compoſiti.* Item *ſi aliquis eorum eſt diffamatus de aliquo delicto.* Item *quomodo id ſciat, Reſpondit. Si dice publicamente nel monaſterio &c.* Item *à quibus præcipue audiuit.* Item *an ſciat quid ſit fama publica. Reſpondit. Quello che communemente ſi dice da tutti, ò dalla megior parte per il monaſterio.* Item *à quanto tempore orta fuit talis fama.* Item *qua occaſione orta fuit talis fama.* Item *an ipſe vnquam viderit committere tale delictum &c.* Item *an aliquam offenſionem cum F. N. aliquando contraxit.* Item *an odio vel amore depoſuerit. Quibus habitis Præfatus admodum R. P. Prouincialis &c. mandauit d. Fr. vt proprio examini ſe ſubſcriberet, & relectum examen confirmauit, & propria manu ſubſcripſit, & dictus P. Prouincialis præcepit ei in virtute S. Obedientiæ ne de his cum aliquo loqueretur Actum etc.*

Ita eſt Ego F. N. N. Prouincials

Ego F. N. N. Actuarius

Debet verò probari fama per duos teſtes.

6. Sed modus iſte formandi proceſſum procedendi ad inquiſitionem ſpecialem contra Reum nunc parum eſt in vſu, & merito; eſt enim valde difficilis, & fama difficillime probatur, vt patet ex dictis ſupra *quæſt. 16. art.* 1. Ideo eſt alius modus procedendi facilior, qui fit incipiendo proceſſum ab inquiſitione generali, & per hoc parando ſibi viam ab inquiſitionem ſpecialem, vt explicatum eſt *q. 8. a. 7.*

7. Duplex vero modus eſt parandi ſibi viam ad inquiſitionem ſpecialem per inquiſitionem generalem. Primus eſt per viam viſitationis, ſecundus eſt quando præcedit aliqua notitia delicti aut etiam delinquentis. Dicamus primo de modo procedendi per viſitationem.

Forma incipiendi proceſſum ex cognitis in inquiſitione Generali ſeu Viſitatione.

8. DEbet Viſitator inquirere generaliter An in Conuentu, vel Prouincia ſint commiſſa aliqua, quæ indigeant correctione, & quidem vt in Ordine noſtro ſeruatur præmiſſo præcepto formali in genere interrogantur

ſub-

ſubditi. An detur aliquid correctione dignum. Quod ſi Viſitator inueniat aliqua corrigenda eſſe, ſed eſſe leuia, & pœnitentijs ſalutaribus corrigenda, proſequitur ſuam viſitationem, nec eſt neceſſarius alius proceſſus iudicialis. Debet tamen Viſitator facere vt Religioſi ſubſcribant ſuis depoſitionibus, etiam ſi dixerint ſe neſcire aliquid mali, & nihil depoſuerint; ex hoc enim in ſindicatu Viſitator ſe defendere poterit, ſi forſan aliquid fuerit emendandum, & non fuerit emendatum, quia non fuit viſitatori denunciatum. Sed vbi inuenit grauia requirentia pœnam iudicialem, quæ ſine proceſſu & Reo non conuicto nec confeſſo non poteſt imponi, ſed eam præcedere debet ſententia iudicialis, tunc neceſſe eſt, vt viſitator proceſſum iudicialem a viſitatione diſtinctum inſtituat, & teſtes & Reum audiat, & poſtea per ſententiam definitiuam controuerſiam terminet, ſeruato ordine iuris, qui in Ordine noſtro ſeruari debet. Verum tamen eſt, quod poteſt coniugere viſitationẽ cum hoc proceſſu, & in ſequentibus interrogare fratres nedum vt viſitator, ſed etiam vt Iudex reſpectu illius delicti & cauſæ, quam iudicialiter intendit cognoſcere. Quando igitur aliquis ex fratribus depoſuerit aliquod delictum graue contra aliquem in viſitatione, de quo formandus ſit proceſſus iudicialis, & ſpecialis inquiſitio incipiet proceſſum ſequenti modo.

9. *In nomine Chriſti &c. amen. Cum in viſitatione generali habita in hoc Monaſterio N. ab A. R. P. N. Prouinciali &c. Die &c. eſſet denunciatus Ioannes quod commiſit àdulterium cum Berta vxore Titij intendens d. A. R. P. Prouincialis procedere in hac cauſa cum maiori diligentia prout debitum ſui officij exigit, decreuit prout præſenti decreto decreuit dictum denunciantem, & alios teſtes veriſimiliter informatos vltra nominatos interrogare electo actuario in hac cauſa præmiſſo iuramento de de fidelitate & ſecreto me infraſcripto F. N. Et primo vocari fecit N. de N. qui in viſitatione generali depoſuerat dictum Adulteriũ contra Ioannem, & præſtito ei iuramento de veritate dicenda prout iurauit, &c. ad apportunas interrogationes, &c.*

Verum, quia vt dictum eſt, ſuperior eodem contextu poteſt vti officio Viſitatoris, & Iudicis non erit validus proceſſus, ſi non præmiſſo expreſsè, vel implicite hoc decreto Iudex de facto proſequatur proceſſum interrogando alios, vt teſtes ſeruata forma iuris in examine tam denunciantis, quam teſtium. Et primo interrogabit denunciantem.

Forma examinandi denunciantem aliquod delictum in viſitatione.

10. DIe &c. in noſtro Monaſterio &c. *Ponantur reſcripta ſupra n. 5. in principio examinis teſtis de infamia, et poſtea ſubdatur primo igitur interrogatus. An quicquid depoſuit in viſitatione generali contra Ioannem ſit ſecundum veritatem. Reſp. &c.*

Et monitus vt dicat quicquid depoſuit in viſitatione generali. Reſpondit io diſſi, che Giouanni &c. E queſto io dico di nuouo per ſcarico della mia coſcienza.

Interrogatus quomodo hoc ſciat? & ſi dicat, ſe ſcire de viſu, *interrogetur vbi, quando, quomodo, & quoties, & vt explicet omnes facti circumſtantias,* vt puta *Si alij hoc ſciunt, & qui ſint. Si nominatus erat ſolitus in illa Domo practicare. Si cum d. Berta colloquium ſæpe habuerit, ſi munera ei dederit, ſi alia ſigna ſpecialis familiaritatis ei oſtenderit, & qui hoc ſciunt, &c.* Si deponit de auditu *dicat vbi, quando, quomodo, quoties, & à quibus audiuit & quibus præſentibus, ac illi à quibus audiuit ſint fide digni, qua occaſione ita dixerunt, ſi ſint amici vel inimici Ioannis, ſi ipſe etiam ſit eius amicus, vel inimicus, ſit, de hoc ſi ſparſa fama publicat,* Et ſi deponit de fama interrogetur, iuxta modum alias datũ n. 5. ſuper hac interrogatione facienda. Item interrogetur *ſi de ſimili delicto fuerit alias denunciatus, & punitus &c.* Et finito examine *Tunc A. R. P. Prouincialis pro nunc examen dimiſit animo &c. adhibito ei præcepto de ſeruando ſilentio, & ipſe relectum examen confirmauit, & propria manu ſubſcripſit, &c. Actum, etc.*

F. N. de N. Actuarius.

11. Sed quia in viſitatione Superior recipit depoſitiones fratrum ſolus ſine præſentia Notarij, aduertat Superior in Ordine Prædicatorum, quod exceptis caſibus in quibus procedere poteſt per viam articulorum iuxta ſtatutum Capit. Generalis Rom. anni 1629. quando ſeruandus eſt ſtrictior ordo iuris, non ſufficiet examen factum in viſitatione coram ſolo Superiore, ſed tam denuncians, quam teſtes coram Notario examinandi erunt; & aduertat etiam Iudex, vt ſemper iuxta exigentiam iuris prius probet corpus delicti permanentis, vel relinquentis poſt ſe veſtigium, vel vbi delictũ eſt facti tranſeuntis, prius, licet in eodẽ contextu inquirat de delicto, quam de delinquente.

Forma incipiendi proceſſum, quando in inquiſitione generali reſultant indicia aut ſemiplena probatio contra aliquem.

12. ET quia etiam aliquando in viſitatione non detegitur immediatè delictũ, & delinquens, ſed aliquod illius indicium, tunc poterit hoc modo incipere proceſsum.

In nomine Domini &c. Amen. Hæc eſt ſpecialis inquiſitio quam facere intendit A. R. P. Prouincialis, &c. contra F. N. de N. in inquiſitione generali habita in Monaſterio in eo, de eo, & ſuper eo, quod apoſtaſiam commiſerit, vt in actis viſitationis indiciatus apparet. Quapropter ne delicta impunita remaneant, decreuit ſuper hoc informationes ſumere, teſtes examinare, & alia præſtare, quæ ſunt de iure præſtanda. Acta ſunt hæc in eodem Monaſterio die &c. menſe &c. Anno &c. per me F. N. dicti Patris Actuarium ad hoc deputatum excepta.

F. N.

Ita eſt F. de N. Prouincialis.
F. N. de N. Actuarius.

Debent vero examinari illi, vel illæ, qui denunciauit indicia, ſicut ſupra d.nu.9.dictum eſt de eo, qui in viſitatione denunciauit delictum.

Forma incipiendi proceſſum ex inquiſitione generali, quam dicunt mixtam.

13. Aliquando inquiſitio partim eſt generalis, & partim ſpecialis, vt quando innoteſcit delictum, ſed ignoratur delinquens, vel è contra conſtat de perſona, & ignoratur delictum, vt fit in Sindicatu, de qua inquiſitione videnda erunt, quæ dicta ſunt ſupra *quæſt.*8. *art.*7. 8. & 9.

In hoc ergo caſu incipietur proceſſus hoc modo.

IN nomine Domini, &c. Hæc eſt inquiſitio quæ fit ab A.R. P. N. Prouinciali huius Monaſterij N. ſpecialis quidem quo ad delictum, generalis verò quoad perſonas, eo quod ex fama & clamoroſa inſinuatione ad illius aures peruenit tale delictum perpetratum fuiſſe (explicetur ſpecies delicti) *cuius auctor ignoratur. Quapropter, vt ſuo officio ſatisfaciat, & aliorum ſcandalo proſpiciat, decreuit, pro vt decernit eligere me, & elegit Actuarium in cauſa, & de delicti corpore inueſtigare, vt poſſit poſtea alia peragere, prout de iure. In quorum fidem &c. datum in hoc Monaſterio &c. die &c. ſubſcriptiones vt ſupra. Actum, etc.*

Ita eſt F. N. de N. Prouincialis.
F. N. de N. Actuarius.

Forma alia ad idem.

14. *IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti glorioſiſſimeq. Matris eius. Amen. Quoniam ad aures A.R. P. F. N. de N. Prouincialis huius Prouinciæ N. Religionis N. deuenit Titium de N. vulneratum fuiſſe à quodam ex fratribus eiuſdem Religionis in hoc noſtro Conuentu N. Ideo plurimum de integritate Fr. N. de N. Sacerdotis eiuſdem Ordinis confiſus ipſum ſibi in Actuarium elegit, decreuitque, prout præſenti decreto decernit ante omnia de corpore inquirere delicti, & deinde reliqua præſtare, prout de iure omni, &c. In quorum, &c.*

Datum in noſtro Conuentu N. die 7. menſis Iunij. anni 1656.
Iſta eſt Fr. N. de N. *Prouincialis.*
Ego F. N. de N. Sacerdos Religionis N. Actuarius.

15. Hæc via procedendi per viam inquiſitionis mixti facilior eſt, & ſecurior, & poteſt habere locum etiam ſi præcedat accuſatio, & denunciatio; quia tunc etiam tutius, & ſecurius aget Iudex, ſi teſtes prius generaliter interroget, an ſciant commiſſum fuiſſe aliquod delictum, vel dum de delicto conſtat, an ſciant quis illud commiſerit, quam ſi interroget in ſpeciali an Titius, vel Caius tale delictum commiſerit; nam ſæpius huiuſmodi interrogationes ſunt ſuggeſtiuæ, vt explicatum eſt ſupra *quæſt.* 23. *ar.* 2. Hoc ergo ſummopere aduertendum, quod ad procedendum ſecundum hanc viam non eſt neceſſe, quod præcedat accuſatio, vel denunciatio, vel infamia, ſed ſufficit qualiſcumque notitia, vel rumor, & ſic poteſt incipi proceſſus per verba, cum ad aures noſtrus &c. Nec eſt neceſſe quod Iudex vel probet infamiam, vel oſtendat quomodo, & à quo audierit, ſed ſufficit, quod aſſerat audiuiſſe, & poſtea probet corpus delicti eo modo quo poteſt, & poſtea generaliter inquirendo de delinquente, ſibi paret viam ad inquiſitionem ſpecialem.

16. Aliquando vero contingit, vt de delicto non conſtet, niſi ex dicto illius, qui damnum paſſus eſt. Vt ſi quis deponat ſibi furatam fuiſſe multam pecuniam, ſed dicat ſe neſcire, & non potuiſſe cognoſcere furem, & de corpore delicti aliter conſtare non poteſt; in hoc ergo caſu Iudex accepta denunciatione, prius expendat an denunciator ſit dignus fide, & quatenus opus ſit, examinabit teſtes de fama bona & bona æſtimatione denunciatoris, vt videat, ſi illi fides præſtari debet: Et ſi illum fide dignum, vel non indignum inueniat, tunc procedat ad inquiſitionem delicti, & delinquentis per inquiſitionem generalem, parando ſibi viam ad ſpecialem.

Forma incipiendi proceſſum contra delinquentem cuius delictum incidenter cognitum eſt in alio iudicio.

17. *IN nomine* Domini, *&c. Quoniam ex denunciatione facta coram nobis à Fratre N. de N. contra Fratrem N. de N. de ſuſpecto conſortio innotuit crimen furti contra dict. Fratrem, idcirco ne delicta impunita remaneant, decreuimus contra d. Fratrem N. de N. ex officio procedere, reducendo omnia quæ aduerſus ipſum producta ac probata ſunt in priori Iudicio, ac alios teſtes ſumere, & producere, & inquiſitionem inſtituere ſuper annexis emergentibus, & dependentibus & omnia alia peragere prout iuris eſt vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè.*

Datum die &c. in Monaſterio &c.
F. N. de N. Prouincialis.
F. N. de N. Actuarius.

18. Aduertendum tamen, quod in multis caſibus, vt explicatum eſt ſupra *quæſt* 23. *ar.* 7. in eodem iudicio, & contextu & proceſſu poteſt cognoſci de delicto incidenter cognito. Et tunc Iudex poterit procedere contra delinquentem in eodem Iudicio, ſeruatis alias ſeruandis, ſed ſi Iudex non poſſit procedere criminaliter contra Reum, tunc opus erit, vt Iudici competenti innoteſcat delictum incidenter

ter

457

ter in alio iudicio patefactũ per accuſationem, vel dennnciationẽ,vel famã aliquã,vel rumore & tuncIudex incipiat proceſsũ per aliquã viã ex illis, quæ,in hoc cap. ſunt poſitæ. Vbi vero Iudex poteſt criminaliter procedere, ſi in iudicio ciuili incidenter conſtet de delicto, poterit incipere proceſſum criminalem, ſub hac, vel ſimili forma, *Cum in proceſſu ciuiliter intentento in cauſa tali, &c. Titius confeſſus fuerit furtum talem, ſcilicet &c. vel de eo grauiter ſit inditiatus &c. Idcirco ne delicta maneant impunita decernimus, &c.* Si etiam commiſſa fuerit falſitas per aliquem teſtem, vel accuſatorem, aut denunciatorem, aut Notarium, tunc idem Iudex, etiam ſi cauſa principalis ſit ciuilis poterit criminaliter de falſitate cognuſcere, & vti hac vel ſimili forma. *Cum N. de N. examinato in teſtem, probetur in actis eum falſum depoſuiſſe, id circo volentes de iuſtitia prouidere decernimus illum ſuper hoc interrogare & via iuris contra illum procedere.*

Forma incipiendi proceſſum per viam denunciationis.

19 DE denunciatione vidẽda ſunt dicta ſupra *q. 9 ar. 1. & ſeqq.* In primis autem debet conſiderare Iudex, an denũciatio ſit veriſimilis & probabilis, & expediat illam recipere. Debet verò denunciatio in ſcriptis porrecta inſeri proceſſui, ſiue ſi ſit oretenus propoſita debet ab Actuario in ſcriptis redigi, & in actis deſcribi. Hæc verò eſt forma denunciationis.

20 *A R. Pater Iuſte de N. Prouincialis Prouinciæ N. Ego. F. Auditor de N. Sacerdos Religionis N. denuncio iuridicè P. V. F. Seucrum de N. Conuerſum huius Conuentus, qualiter die veneris proxime præterita ſexta huius menſis magno quodam cultro noſtræ culinæ grauiter vulnerauit in brachio ſiniſtro, necnon in capite ſecularem, qui reperitur vulneratus in hoc conuentu nomine Caius de Fervidis de Monte Caluo cum magna ſanguinis effuſione in noſtra Sacriſtia. Quod delictum publicum in hoc Conuentu Ego denuncio non odio nec maleuolentia, ſed honoris Dei zelo, Religionis bono. Datum in hoc noſtro Conuentu N. die 7. Iul. anni 1649.*

Teſtes ſunt Patres fratres Verus de N. & Conſtantius de N. Sacerdotes, & F. Reſiſtens de N. Sacerdos noſter Sacriſtanus.

Ego Fr. Stephanus de N. Sacerdos denuncio iuridice vt ſupra.

21 Data hac denũciatione Iudex faciet decretum de proſequutione proceſſus hoc modo.

Die 7. Iulij. Anno 1649. in noſtro Conuentu N. coram A R. P. F. Iuſto de N. Prouinciali N. Prouinciæ N. præſentata fuit ſupraſcripta denunciatio. Ideo plurimum de integritate P. Fidelis de N. Sacerdotis noſtri ordinis confiſus idem A. R. P. ipſum ſibi in actuarium elegit. Decreuitque prout præſenti decreto decernit ante omnia de corpore inquirere delicti omni &c. In quorum &c.

Datum in Conuentu N. die 7. Iunij anni 1649.

Ita eſt F. Iuſtus de N. Prouincialis.

Ego F. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

Forma examinandi Denunciatorem.

22. LIcet verò in delictis facti permanentis prius probandum ſit corpus delicti quam examinentur teſtes. Nihilominus quia non raro examinandus eſt dennnciator, vt declaret ſuam denunciationem, ſeu vt cum iuramento plenius denunciata exponat, ideo antequam etiam probetur delicti corpus examinatur denunciator modo ſequenti.

Die 8. Iunij anni 1649. in noſtro Conuentu N. Coram A. R. P. Iuſto de N. Prouinciali vocatus fuit P. Stephanus de N. Sacerdos N. denunciator ætatis ſuæ annorum 30. Religionis verò 12. & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis, etc. ad opportunas interrogationes reſpondit, vt infra.

Interrogatur autem. An ipſe P. Prouinciali aliquam denunciationem præſentauerit. Reſpondit etc. Item vtrum recordetur rerum in dicta denunciatione contentarum. Item *vnde ſciat contenta in denunciatione.* Item *an aliqui interfuerint facto.* Item *an caſus ſit ſecretus, vel publicus.* Item *quo tempore vidit vel audiuit ea, quæ depoſuit et à quibus audiuit, et quo loco, et quibus præſentibus, et an denunciatus ſit ſolitus delinquere et ſimilia facere. An ſit bona, vel mala fama. An fuerit alias inquiſitus, et alia ſimilia.*

23. Quia verò denunciator regulariter non poteſt eſſe teſtis de Iure communi, Iudex in caſu, in quo non poteſt denunciatorem examinare in teſtem ſed ſolum ad explicationem ſuæ denunciationis, hoc faciet explicare per Actuarium, quod Denunciator examinatur vt denunciator, & non vt teſtis.

Forma incipiendi Proceſſum via denunciationis factæ per litteras ab aliquo abſente.

24. HViuſmodi litteræ reponendæ ſunt in actis, & Iudex formabit decretum hoc modo.

In nomine Domini &c. Die 6. Iunij 1649. in Monaſterio N. Cum præterito proximo ordinario per poſtam (ſi aliter fuerit aliter enarretur) *deueniſſet ad manus A. R. P. Iuſti de N. Prouincialis, quædam Epiſtola, quæ incipit A. R. P. Obſer. Iniuſtitiæ P. N. de N. & deſinit Tuſculani 23. Maij 1649. V. P. R. Seruus & ob. fil. F. N. de N. conuentus N. à tergo verò A. R. P. P. Prouinciali N. Romam. Et in eadem Epiſtola quędam res continentur ſuper quibus informationes legitimè ſumenda de Iure ſunt, prædictus Pater Prouincialis vt ritè procedat ſibi in Actuarium elegit P. Fidelem de N. & exhibens Epiſtolã iuſſit eam in actis inſeri, prout &c. & decreuit, prout præſenti decreto decernit ad recognitionem eiuſdem Epiſtolę deuenire, & alia præſtare, quæ de Iure præſtanda ſunt &c. In quorum &c.*

Ita eſt F. Iuſtus de N. Prouincialis.

Ego P. Fidelis de N. Notarius.

25. Hic verò duo caſus diſtingui debent. Primus eſt quando litteræ ipſæ ſunt delictum, & ſcribens in ſcribendo delinquit, nec eſt propterea denunciator, ſed Reus. Et de hoc caſu dicendum erit infra. Alter caſus eſt, quando litteræ continent delictum ab alio commiſſum, & illud denunciant Iudici. Et in hoc caſu litteræ originales inferendæ ſunt in proceſſu, & ſcribens examinari debet vel per Iudicem ordinarium, vel per Commiſſarium ſequenti modo.

26. *Die* 8. *Iunij* 1674. *In noſtro Conuentu N. Coram A R. P. F. Iuſto Prouinciali &c.* (vel *coram A. R. P. Simplicio Commiſſario &c.*) *vocatus fuit P. Modeſtus Sacerdos & denunciator per litteras ætatis ſuæ annorum &c. Religionis verò annorum &c. & dato ei iuramento de veritate dicenda, quod præſtitit tacto pectore more ſacerdotali ad opportunas interrogationes Reſpondit vt infra. Interrogatus An ſciat ſcribere. Reſpondit ſcio. Interrogatus an aliquam Epiſtolam ſcripſerit A. R. P. F. Iuſto Prouinciali &c. Reſpondit ſcripſi.* Succeſſiuè vero interrogari debet *an recordetur eorum quæ in dd. litteris continentur.* Item *ſi litteras recognoſceret ſi ſibi oſtenderentur,* & eis oſtenſis, *an fuit ille, qui ipſa ſcripſit.* Et ſucceſſiuè interrogari debet de alijs, vt dictum eſt ſupra nu. 22. de examine denunciatoris.

27. Sed ſi neget ſe ſcripſiſſe & miſiſſe litteras ceſſat denunciatio, nec eſt locus procedendi in cauſa ad vlteriora. Quamuis ex hoc poſſit Iudex media inquiſitione generali ſibi parare viam ad inquiſitionem ſpecialem, ſi ſibi expedire viſum fuerit. Et in eo caſu, ſi etiam qui ſcripſit litteras inueniatur mendax, poteſt puniri. Et ſi haberentur ſufficientia indicia quod ipſe litteras conſcripſerit, poſſet contra eum procedi recognitis litteris, & ſi conſtaret quod ipſe litteras conſcripſit, poſſet puniri.

28. Sed ſi epiſtola contineret delictum ipſius ſcribentis, vt v. g. ſi diceretur. *Iniuſtitiæ P. N. de N. Prioris N. vſque ad tyrannidem deuenerunt, & ideo proteſtor me vlterius manere cum iſta fera beſtia non valere. P. V. alibi me collocet, alias non baculo ſed ferro vtar, & prædictum interficiam: humiliter eam veneror. Datum N. Menſe &c. Anno &c. P. V. R. Ser. & obed fil. F. Santius de N. A tergo vero A. R. P. obſer. P. Prouinciali N. Romam.* Tunc vt poſſit procedi etiam contra ſcribentem, prius per teſtes, recognoſcendæ ſunt litteræ.

Forma recognitionis literarum.

29. D*Ie &c. menſe &c. In Monaſterio N. coram R. P. N. de N. Prouinciali vocatus fuit in teſtem P. N. de N. Sac. ætatis ſuæ,* 30. *annor. Religionis vero* 10. *cui delato iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis, &c. ad opportunas interrogationes reſp. vt infra.*

Interrogatus. An ſcribere ſciat, & practicus ſit in manuſcriptis recognoſcendis.

Reſpondit ſcribere ſcio. Aliqualemque praxim habeo in recognoſcendis manuſcriptis.

Tunc. R. P. iuſſit, vt exiberetur, & teſti oſtenderetur, præbereturque in manibus Epiſtola de qua ſupra, eamque teſtis in manibus accipiens alta voce legit.

Interrogatus. An cognoſcat cuius manus ſit illa Epiſtola;

Reſpondit Character huius Epiſtolæ eſt.

F. N. de N.

Dictum eſt ei, vt benè, & diligenter illam inſpiciat Epiſtolam, Poſtquam autem teſtis iterum atque iterum eam vidit.

Interrogatus an benè, & quomodo characterem illius Epiſtolæ cognoſcat.

Reſpondit bene cognoſco, characterem huius

Epiſtolæ eſſe F. N. de N. nonmodo quia pluries vidi eum ſcribentem, & illius character eſt omnino ſicut iſte, quem in iſta video Epiſtola, ſed etiam quia fuit præſens, & vidi, dum eamdem ſcriberet, & diligenter obſeruaui eſſe illius tenoris, de quo in eadem Epiſtola à me lecta.

Interrogatus an aliquid vltra dicere velit.

Reſpondit. Non Pater.

Et Relectum examen confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Ego F. N de N. Sacerdos depoſui, vt ſupra.

Ego F. N. de N. Actuarius.

30. Eodem modo examinatur ſaltim alter teſtis, qui dum conteſtatur, deueniendum erit ad examen Rei, vt hic ſequitur.

31. *Eodem die & loco, & coram eodem conſtitutus fuit F. N. de N. ætatis ſuæ, annorum, &c. Religionis vero, &c. Delatoque ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis Sacris Scripturis, præmiſſaque monitione de veritate dicenda ad opportunas, Interrogationes reſpondit vt infra.*

Interrogatus. An ſcribere ſciat?

Reſpondit. Ita Pater.

Interrogatus. An vnquam ſuo P. Prouinciali ſcripſerit.

Reſpondit. Paucis ab hinc diebus vnam ei direxi Epiſtolam.

Interrogatus. An propria, vel aliena manu d. Epiſtola ſcripta fuerit?

Reſp. mea propria manu illam ſcripſi.

Interrog. De qua materia in ea ſcripſit Epiſtola.

Reſp. Scripſi de iniuſtitijs P. Prioris N.

Interrog. An d. Epiſtolam recognoſceret, ſi eam videret?

Reſpondit. ita Pater.

Tunc R. P. iuſſit, vt Epiſtola exhiberetur, de qua ſupra in actis inſerta, & in manibus Reo daretur ad eam videndam, & legendam prout &c. quam cum Reus vidiſſet, & intelligibili voce legiſſet.

Interrogatus. An hæc ſit Epiſtola prædicta, & manu eius fuerit ſcripta.

Reſpondit. Hæc eſt mea Epiſtola, quam manu mea propria ſcripſi & A. P. V. R. tranſmiſi.

Interrogatus, qua ratione ſcripſerit contra P. Priorem N. de N. ea, quæ in eadem Epiſtola continentur, & legit.

Reſp.

Reſp. ſatis rationabiliter eam ſcripſi,cum ſatis malè ſe geſſerit cum ſuis ſubditis, & præſertim mecum.

Interrogatus. Quo ferro intellexerit in d. Epiſtola ſe velle vti, & quare minatus fuerit ſe velle d. P. Priorem occidere.

Reſpondit nullam ſiniſtram habui intentionem occidendi, vel ferro vulnerandi d. P. Priorem, ſed tantum ita tactando ſcripſi vt P. V. me remoueret de illo Monaſterio, & ita me ſubtraherem à periculis in quibus reperiuntur ſubditi illius cum ſit extrauagantiſſimus vltra quam credi poſſit.

32. Eſt vero interrogandus huiuſmodi Reus, vt exprimat iniuſtitias, quas dicit ſibi factas à Priori, & ſi quæ alia deponat contra illum adnotari debent, & addenda alia opportuna interrogatoria.

33. Sed ſi Reus negat Epiſtolam fuiſſe à ſe ſcriptam, & Reus ſciat ſcribere, Iudex mandabit, vt ipſe ſcribat propria manu in eius conſtituto verba per Iudicem dictanda, prout adnotatum eſt ſupra *quæſt.* 19. *nu.* 7. vbi etiam plures modi recognitionis poſiti ſunt, & explicatum eſt, quomodo, & quantum probant, & qualiter probatio per recognitionem ſcripturæ ſit valde fallax. Arbitratur autem Bictus *in praxi* 4. *num.* 42. quod cum ſit difficile habere legitimas probationes per recognitionem ſcripturarum, regulariter conſultum erit, vt in his caſibus procedatur per viam articulorum in ſcriptis redactorum. Sed de hoc videantur dicta ſupra *quæſt.* 10. *art.* 3.

Praxis incipiendi proceſſum per viam Accuſationis.

34. DIcitur procedi per viam Accuſationis quando proceditur ad inſtantiam partis. Et cum antiquitus multa eſſent de ſolemnitate libelli Accuſationis, & precipuè quod Accuſator ſe ſubſcriberet ad pœnam Talionis, modo hoc non eſt neceſſarium, ſed Iudices procedere poſſunt ad ſimplicem querelam, & inſtantiam partis, prout explicatum eſt ſupra *q.* 7. *a.* 1. *num.* 5. vbi etiam explicata ſunt requiſita ad legitimam accuſationem, & quis poſſit accuſare, & quomodo Accuſatio non multum deceat Religioſos. Quod etiam ſi Accuſator dedit contra accuſatum plura crimina, & primum de quo prius actum eſt probare non potuit non ſit admittendus, ad probandum alios ex *Conc. 7. Carthag. & Arelat. probat. Auctor. tract. de Iud. poſt conſ. ord. Prædicat.* In hoc tamen caſu Iudex ex officio procedere poterit ad probationem ſingulorum. In hoc ergo modo procedendi primo accuſator proponit accuſationem, ſub hac, vel ſimili forma.

Forma Accuſationis quando Accuſator propriam iniuriam proſequitur.

35. *COram A.R. P. N. Prouinciali die &c. menſe & anno &c. comparet Fr. Siluanus non animo calumniandi, ſed pro ſuo iure proſequendo, & defert ac proponit Iudicialem accuſationem contra F. N. qui menſe N. huius anni ante ianuam refectorij huius Monaſterij baculo illum aggreſſus eſt, & acerrimè illum in ſcapulis percuſſit, prout probare intendit, & accuſationem hanc vſque ad finem proſequi volens inſtat, & petit, vt informationes capiantur, & ne delicta remaneant impunita, et fiant, quæ de iure ſunt facienda vſque ad ſententiam definitiuam, ad hoc vt delinquens prædictus digna pœna puniatur, & condemnetur ſecundum formam iuris, & omni via iure, & forma, quibus melius fieri poteſt, ne in poſterum ſimilia contra ipſum Accuſatorem facere audeat, & examinari poſſunt F. N. Et F. N. qui interfuerunt. Et ita hoc & omni alio meliori modo &c. In quorum fidem propria manu ſubſcripſit, & ſubſcribit obligatus probare ſub pœna Talionis.*

Fr. *Siluanus &c.*

36. Sed ſi delictum non ſit contra priuatam iuſtitiam Accuſatoris, & ita accuſatio non fiat ad proſequendam propriam Accuſatoris iniuriam, ſed ad publicam vindictam, & boni communis intuitu, nihilominus Accuſator eadem forma vtetur, & narrato delicto ſubiunget, *prout probare intendit.* & *accuſationem* hanc &c. *Ne impoſterum ſimilia facere audeat & punitio illius ſit in aliorum exemplum, &c.*

Forma Accuſationis quando non conſtat de delinquente.

37. *COram vobis A.R. P.N. Prouinciali &c. die &c. menſe &c. Anno &c. comparet in hoc Monaſterio F. Iulius, de N. & exponit notificat, ac denunciat qualiter hac nocte præterita, dum ipſe erat in Choro perſoluens officium matutinum in propria cella ſibi furto ſublata fuerunt ſua ſcripta quadrageſimalia, & neſciens delinquentem, vt hoc delictum non remaneat impunitum, & vt reſtituantur ſibi dicta ſcripta quadrageſimalia, & ad omnem alium meliorem finem denunciat vobis tale delictum, & inſtat vt ex officio inquirat, & perquirat delinquentem, vt de iure eſt faciendum, quo delinquente inuento procedatis ad vlteriora, prout de iure vſque ad ſententiam diffinitiuam, & ita hoc & omni alio meliori modo.*

Fr. Iulius, &c.

Forma preſentationis accuſationis, & decreti de inquirendo et electionis Actuarij.

38. *IN nomine Domini &c. die &c. menſe &c. Anno &c. in Monaſterio &c. coram A.R. P.N. Prouinciali &c. præſentata fuit ſupraſcripta accuſatio cum ſubſcriptione ad pœnam talionis*

nis, vt patet, ideo præfatus, A.R.P. Prouincialis decreuit, prout præſenti decreto decernit ante omnia de corpore inquirere delicti, electo actuario P. N. Sacerdote iniuncto præcepto de fideliter ſcribendo & ſecreto tenendo.

Ita eſt F. N. Prouincialis.

F. N. Actuarius.

39. Quando delictum erit facti tranſeuntis non eſt neceſſe quod formetur decretum inquirendi de corpore delicti. Et ſi etiam Accuſator non ſe ſubſcripſerit ad pœnam talionis, poteſt acceptari accuſatio per modum querelæ; debet tamen Iudex aduertere ne admittat accuſationem alicuius, qui prohibitus ſit accuſare. Et nihilominus (ſi Iudex non habeat limitatam facultatem, vt non poſſit criminaliter procedere niſi ad inſtantiam partis) quando ſibi bonum viſum fuerit pro cõmuni vtilitate, poteſt vti accuſatione tanquam ſimplici denunciatione, & ex officio inquirere, & ad vlteriora procedere. Imo poteſt ſimul vtrumque modum iungere & tam ad inſtantiam partis querelantis, quam ex officio inquirere. Et ſicut dictum eſt ſupra num. 22. de Denunciatore ſic dicitur de Accuſatore, quod poterit Iudex illum examinare, ſi opus fuerit, vt clarius conſtet de contentis in accuſatione. Poſtea Iudex faciet decretum de inquiſitione facienda, & continuando proceſsũ ſub hac, vel ſimili forma.

40. *Attentis ſupraſcriptis cum plenè in actis conſtet de corpore delicti* (ſi delictum ſit facti permanentis, & ſit probatum) *A.* R. *P. N. Prouincialis præfatam accuſationem iuſſit fieri de actis, prout inſeritur, eamque admiſit ſi & in quantum &c. & volens debitè ſuo officio ſatisfacere decreuit, prout preſenti decreto decernit in Cauſa & Cauſis procedere, informationes ſumendo, teſtes examinando, & alia præſtando, quæ de Iure noueris facienda omni meliori modo. Datum in hoc noſtro Monaſterio N. die &c. menſe &c. Anno &c. In quorum fidem &c.*

Ita eſt F. Iuſtus Prouincialis.

F. Fidelis de N. *Notarius.*

41. Quod ſi Iudex, vel non admittit querelam per modum querelæ ob eius defectum, vel ex cauſa iuſta vult vti illa vt ſimplici denunciatione, vel ſi ſimul vult procedere ad inſtantiam querelantis, & ex officio proprio, id totum exprimat in ſuprapoſito decreto.

Praxis incipiendi proceſſum per viam notorij.

42. **V**Ideantur dicta *ſupra quæſt.* 10. *art.* 1. Etenim ſi delictum ſit notorium Iudici non eſt neceſſatius proceſſus, vt ibi eſt explicatum; qui tamen eſt neceſſarius quando notorium debet probari in Iudicio. Tunc igitur poterit incipi proceſſus ſequenti modo.

43. *In Nomine Domini. Amen. Cum ad aures admodum* R. *P. F. Iuſti. Prouincialis peruenerit, quod in tali Monaſterio fuit tale delictũ &c. notoriè, & coram omnibus fratribus,* aut *coram maiori parte fratum in dicto Monaſterio degentium ſcilicet, die tali, et tali menſe huius Anni &c. & in tali loco publico commiſſum. Idcirco decreuit per viam & modum notorij informationes ſuper dicto delicto ſumere, teſtes in genere interrogando, vt comperto delinquente poſſit contra ipſum eadem via notorij procedere, electo ad hæc Actuario me N. de N. infraſcripto. Datum hodie &c.*

Ita eſt F. Iuſtus Prouincialis.

F. Fidelis Notarius.

Alia Forma per viam Denunciationis.

44. **I***N nomine Domini. Amen. Die &c. Menſe &c. Anno &c. coram Admodum* R *P. F. Iuſto Prouinciali huius Monaſterij &c. perſonaliter Cõparuit Fr. N. de N. & dixit denuncio vobis qualiter die &c. menſe &c. Anno &c. hora prandij in publico refectorio huius Monaſterij publicè & palam præſentibus omnibus Patribus & Fratribus F. N. de N dolosè, ſcienter, ac temerariè, alapam in faciem impegit F. N. de N. & ita tali modo, quod dictus Frater N. de N. non poteſt negare, quod dictum maleficium non perpetrauerit, nec eſt locus iuſtificationi, cum d. maleficium ſit manifeſtum & notorium, & manifeſtè palam; publicè, & notoriè commiſſum, & cum ſcelere perpetratum, quo circa id vobis denuncio, vt de iuſtitia ſuper hoc notorio delicto prouidere poſſitis. Quo quidem audito præfatus P. Prouincialis cuncta eiuſmodi prædicti fratris N. de N. denunciantis Chirographo obſignanda, & ſubſcribenda mandauit, vt re ipſa ſubſcripſit. Acta ſunt hæc in præfato Monaſterio in Camera ſolita habitationis eiuſdem P. Prouincialis.*

45. *Eodem die &c. in Monaſterio &c. Præfatus Admodum P. Prouincialis vt ſuo munere ſatisfaciat, & ne facta cum tanto ſcandalo impunita remaneant, decreuit informationes ſumere, & per viam & modum notorij procedere electo Actuario me N. infraſcripto.*

Ita eſt F. Iuſtus Prouincialis.

F. N. *de* N. *Notarius.*

Et primo quidẽ vocatus fuit P. N. de N. cui præſtito Iuramẽto de veritate dicẽda prout iurauit &c.

Forma procedendi contra Reum coram Iudice delinquentem.

46. **I***N nomine Domini &c Amen &c. Hodie &c. & in hoc noſtro Monaſterio, & in ſua Cella coram Admodum* R. *P. N. Prouinciali, quaſi pro Tribunali Sedenti F. N. de N. Reum examinante in, & ſuper cauſa de qua in actis ipſe* Reus *Dei timore poſtpoſito Deum blaſphemauit* vel *alapam vni ex aſtantibus impegit &c. ſuper quibus idem P. Prouincialis volens de Iuſtitia procedere ipſum F. N. de N. vocauit, cumque interrogauit, cur ſic blaſphemaueris* vel *cur alapam F. N. impegerit &c.* Si Reus cõfitetur ſtatim ipsũ condemnet; Si neget examinentur duo teſtes, qui de facto deponãt, & debet fieri cõdemnatio antequam Reus diſcedat à Tribunali, & præſentia Iudicis, alias debet citari ad ſententiam. Si vero delictum fuit commiſſum in præſentia Iudicis, ſed extra Iudicium exiſtentis procedItur via ordinaria, ac ſi delictum non fuiſſet commiſſum coram Iudice.

Practi-

Practica incipiendi Proceſſum contra delinquentem deprehenſum infraganti delicto.

47. *IN nomine Domini &c. Die &c. Coram admodum* R. *P. N. Prouinciali &c. Comparuerunt N. de N. et ipſi Patri Prouinciali præſentauerunt F. N. de N. Reum præſentem audientem & intelligentem, quem apprehenderunt in actu quo vulnerauit F. N. de N. & in ipſo actu nullo alio extraneo medio interueniente, & ceperunt in tali loco hodie prædicto die &c. & captum in d. P. Prouincialis fortijs reduxerunt, & asportauerunt, vt ſic poſſit contra ipſum procedere, vt iuris erit.*

48. Hoc autem facto ſtatim examinantur Apprehenſores medio Iuramento tanquam teſtes, & fit decretum ſequenti modo.

49. *Quo audito Admodum R. P. Prouincialis vt ſuo muneri ſatisfaciat decreuit ſtatim perquirere veritatem, & apprehenſores & alios teſtes examinare medio Iuramento. Et primo monitus F. N. de N de veritate dicenda prout iurauit &c. & in præſentia ipſius capti audientis, videntis, & intelligentis examinauit, et interrogauit primo. Quare apprehendiſti hunc fratrem, & coram me adduxiſtis. In quo loco, et tempore apprehendiſti? In quo actu, etc. quantum ſpatium temporis interpoſitum fuit inter tale delictum, et apprahenſionem? Qui erant præſentes in dicto actu, et in ipſa apprehenſione?* Item *ſi apprahenſus fecit reſiſtentiam in apprahenſione etc. ad quem finem ipſum apprahendiſti etc.*

50. Examinatis autem teſtibus in præſentia Rei ſtatim examinatur Reus, & proceditur ad vlteriora iuxta dicenda infra ſuo loco.

Forma incipiendi proceſſum per Iudices Delegatos.

51. DIſcrimen eſt inter modum procedendi per Iudicem ordinarium, & Iudicem Delegatum. Duplici autem modo deputantur Iudices Delegati, vel ſcilicet, deputando illos vt Viſitatores Prouinciarum, aut conuentuum, vel vt Commiſſarios in vna, vel altera cauſa determinata. Si mittendus ſit viſitator, fieri poterit commiſſio in forma ſequenti.

52. *R. in Chriſto P. N. de N. Priori N. et F. N. de N. einſdem Ordinis Prouincialis ſalutem, Cum in Prouincia N. quadam ſint diſponenda negotia, pro quibus nos intereſſe, ſicut cupimus, non valeamus. Hinc te de cuius prudentia, & Religionis zelo maximè confidimus virtute præſentium viſitatorem generalem, & vices noſtras per omnia gerentem ſuper præfatam Prouinciam conſtituimus, & declaramus. Dantes tibi facultatem, & omnimodam noſtram auctoritatem in vtroque foro viſitandi, monendi, corrigendi, puniendi, ligandi, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, diſpenſandi ſuper irregularitatibus, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alias pœnas, coercendi, & compellendi, Nouitios ad Ordinem recipiendi, cauſas cognoſcendi, & terminandi, ſi opus fuerit in carcerem trudendi, & rigoroſo examine contra quoſcumque nobis ſubditos vtendi, etiam per torturam ſeruatis ſeruandis, electiones confirmandi, ſeù infirmandi, & generaliter omnia, & ſingula integrè perficiendi, quæ nos ipſi facere poſſemus, ſi perſonaliter adeſſemus. Præcipientes Religioſis vniuerſis in d. Prouincia nobis ſubditis, vt tibi perinde ac nobis in omnibus obediant. Peracto autem tempore viſitationis, et omnibus expeditis, quæ ad tuum officium pertinere poterunt ad tuam Prouinciam N. redibis. In quorum fidem has manu noſtra ſubſcripſimus, & ſigillo maiori officij noſtri muniri iuſſimus. Datum &c. Ita eſt* F. *N. de N. Prouincialis Locus ✠ Sigilli.* In Ordine Prædicatorum debet præfigi tempus, vltra quod non poſſint protrahere viſitationem, vt fuit ſtatutum Neapoli 1603. ord. 7. & confirmatum Romæ 1601. conf. 13. & Valiſoleti 1605. conf 9. Quæ vero inquirere debeant habetur expreſſum Lugduni 1536. ord. 1. *et latius in conſt. diſt. 2. cap. 11. §. 1. litt. A.*

53. Viſitator autem deputatus ſupraſcripſcriptam Commiſſionem legere faciat in publico Refectorio in ingreſſu Prouinciæ, ad quam viſitandam dirigitur, & congruum erit, vt hæc pubicatio fiat in conuentu præcipuo Prouinciæ, vel etiam in Capitulo Prouinciali, ſi tunc celebretur. Viſitator autem miſſus vbi procedendum ſit per viam iuris, vti poterit aliqua ex formis præſcriptis iuxta exigentiam materiæ.

54. Tempore autem viſitationis cum de iure communi totum externum contentioſum regimen ad viſitatorem pertineat, ad Prælatos autem inferiores ſiuè conuentuales, ſiue Prouinciales voluntaria tantum ſpectet iuriſdictio, vt probat Lezan. *tom. 2. cap. 18. nu. 28.* citans Portell. *in dub. regul. verſ. Prouincialis in addit, ad add.* De quo agit Sanch. *lib. 3. de Matrim. diſput.* 8. Ideò ſi cauſa præſertim inchoata committenda fuerit, hæc forma, in calce proceſſus à Prælato inferiori præſentati regiſtranda erit.

55. *Die &c. anno &c. In noſtro Conuentu N. In aduentu noſtro ad hanc Prouinciam viſitandam cum R. P. Petrus de N. eiuſdem Prouincialis in hoc proceſſu cauſam, & cauſas præſentaſſet contra N. de N. noſtrum Conuerſum, cum omnibus in eodem proceſſu actitatis; Non valentes per nos ipſos grauioribus viſitationis curis præpediti cauſam, & cauſas proſequi, mandamus R. P. Prouinciali, vt ipſe vel ſolus, vel cum vno, ſeù cum pluribus vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè prout de iure &c. eam proſequatur. Omni &c. in quorũ &c.*

Ita eſt F. N. *de* N. *Prouincialis*

Locus ✠ Sigilli

Forma mittendi Commiſſarium.

56. DVm autem mittendus ſit Commiſſarius pro cauſa aliqua determinata,

com-

commiſſio expediri poterit, ſequenti modo.

R. P. N. de N. Priori &c. F. de N. eiuſdem Ordinis Prouincialis ſalutem.

Cum ad nos per iudicialem denunciationem delatum fuerit F. N. de N. in electionibus facinus ſubornationis perpetraſſe, prout latius in eadem denunciatione a nobis ſi & inquantum &c. admiſſa, ad quam &c Cum per nos ipſos grauioribus negocijs præpediti in hac cauſa, & cauſis procedere non poſſimus: Confiſi de tua doctrina, induſtria, & integritate virtute præſentium te. Commiſſarium vices noſtras in hac cauſa, & cauſis per omnia gerentem conſtituimus, & declaramus, Dantes tibi facultatem Religioſos nobis ſubditos Prouincia N. ad te vocandi, examinandi, carcerandi & rigoroſo examine per torturam compellendi. Nec non ſeculares, aliorumque ordinum Regulares, quatenus voluntariè ſe examini ſubijciant, aliiſque ſeruatis ſeruandis examinandi, cauſamque; & cauſas eaſdem vſque ad omnimodam expeditionem, & terminationem per ſententiam, ſeu decretum incluſiuè proſequendi. Et ad ſupradicta perficienda facultatem tibi impertimur quocumque te conferendi cum ſocio ſeù ſocijs tibi bene viſis quos & eoſdem à iuriſdictione omnium. Prelatorum nobis inferiorum eximimus. Præcipientes in virtute Sanctæ Obedientia &c. omnibus, & ſingulis noſtris ſubditis, vt omni mora poſt poſita in his quæ concernunt celerem & legitimam huius cauſæ expeditionem cum annexis & connexis tibi pareant Datum &c. die &c. menſe &c. anno &c.

F. N. de N. Prouincialis.

Locus ✠ Sigilli

57. Eadem forma deſeruire poterit paucis mutatis in commiſſione ad plures cauſas, vel ad vniuerſitatem cauſarum.

At vero Commiſſarius benè perpenſis litteris ſuæ commiſſionis, ne excedat metas in ipſis ſibi præfixas, priuſquam proceſſum cauſæ incipiat, oſtendet litteras Superiori Conuentus, & eas legi faciet in refectorio ſeù Capitulo conuocatis Religioſis Conuentus. Quod ſi hoc expediat, aliquando ſingulis examinandis ſuam notificet auctoritatem. Proceſſum autem inchoabit modo ſequenti.

58. *In nomine Domini Amen. Die &c. anni &c. In noſtro Conuentu &c. Acceptis nuper à R. P. N. de N. Priore N. Patentibus litteris admodum R. P. N. de N. noſtri Prouincialis manu ipſius ſubſcriptis, & Prouincialatus officij Sigillo munitis ſub. Datum &c. menſe &c. anno &c. quibus d. P. N. Commiſſarius generalis inſtituitur in cauſa & cauſis contra F. N. de N. prout latius in eiſdem Patentibus litterisque incipiunt R. P. N. de N. & deſinunt. Datum &c. die &c menſe &c. anno &c. P. N. de N. Prouincialis. Quas inſimul cum denunciatione, de qua in ipſis mentio fit incipientes Admodum R. P. Prouinciali N. & deſinunt. Ego P. Auditor de N. Sacerdos N. iuridice denuncio, vt ſupra, idem. Commiſſario iuſſit inſeri in actis pro vt &c.* (vel dicitur de dictis patentibus) *quarum tenor eſt talis: R. P. N. de N. &c.* Et hic ad literam Patentes literæ deſcribantur, & hoc præſtandum præſertim erit, dum commiſſio eſt ad cauſas plures contra diuerſos Reos, vt ſinguli proceſſus habere ita poſſint congruum initium.

59. *Commiſſione ergo per F. N. prædictum iuxta præfatas patentes literas accepta plurimum de integritate F. Fidelis de N. Sacerdotis confiſus ipſum in eius ſibi Actuarium elegit, decreuitque prout præſenti decreto decernit in cauſa, & cauſis ſibi commiſſis procedere informationes ſumendo teſtes examinando, & alia prout de iure præſtando. Omnis etc. In quorum &c.*

Ita eſt F. N. de N. Commiſſarius generalis & Prior &c.

Ego F. N. de N. Sacerdos Actuarius.

60. Si vero Prouincialis habuerit notitiam delictorum commiſſorum in aliquo Conuentu per viam accuſationis, commiſſionem incipiet, *cum ad nos per iudicialem accuſationem delatum fuerit &c.* Et ſi notitiam eorumdem delictorum habuerit, non per denunciationem iudicialem, ſed per relationem ſibi a pluribus fide dignis factam incipiet commiſſionem per clauſulam *cum ad aures noſtras peruenerit per famam, vel rumorem, vel relationem plurium fide dignorum, vel alicuius fide digni etc.* Sed deficiente accuſatore, vel denunciatore, vel per Commiſſarium probanda erit prius infamia allegata, vel commiſſarius non incipiet proceſſum niſi per viam generalis Inquiſitionis modo ſupra *num.* 2. *et ſeqq.* explicato.

61. Semper vero Commiſſarius prius probare debebit corpus delicti relinquentis poſt ſe veſtigium, & vbi delictum eſt facti tranſeuntis, ordo iuris poſtulat, vt prius de delicto, & indè de delinquente inquirat, prout etiam ſupra *num.* 11. dictum eſt.

Caput. II.

De praxi ſeruanda in probatione corporis delicti.

62. POſtquam Iudex habita notitia delicti, vel per infamiam, vel per inquiſitionem generalem, vel per denunciationem, vel per accuſationem decreuit deuenire ad inquiſitionem ſpecialem contra delinquentem, ſi delictum ſit facti permanentis debet prius viſitare, & probare corpus delicti iuxta conditiones, & circumſtantias illius, prout probatum eſt *qu.* 20. *art. vn.* Et ideo ſi in decreto inquiſitionis ſimul non decreuit viſitandum eſſe corpus delicti, de hoc decretum faciet ſpeciale in forma ſequenti, vel alia ſimili.

Aduertendum etiam quod dicta *qu.* 20. *nu.* 21. ex Bicto *in praxi* 1. *nu.* 7. dictum fuit non eſſe neceſſarium examinare teſtes coram quibus Notarius viſitauit corpus delicti, & qui inſtrumento Notarij ſubſcrip ſerunt. Quanuis illos, examinare ſit tutius. Etenim quod imò hoc ſit neceſſarium præter citatos *d. quæſt.* 20. tenet Antonius Conciolus *in reſol. crim. v. corpus delicti reſp.* 4 Sed diſtingui debet inter

ter

ter recognitionem rei viſibilis, & recognitionem perſonæ, & qualitatum, quæ ſolo viſu non percipiuntur, & ex cognitione aliunde habita pendent, vt quod occiſus ſit Titius, nobilis, diues, filius Caij &c. Nam de iſtis Notarius ſolus fidem facere non poteſt, ſed per alios teſtes probari debent. Et in his terminis id docet Farinac. *qu. 2. nu.* 4. Sed loquendo de his, quę ſub ſenſu cadunt, & quæ ex ſola præſenti inſpectione Notarij cognoſcuntur, & à Notario in præſentia teſtium ſenſibiliter inſpiciuntur, & teſtes ſcripturę Notarij ſe ſubſcribant, in hoc caſu ſcriptura Notarij fidem obtinet ex præſentia, & ſubſcriptione teſtium, Et licet regulariter non credatur Notario ſine teſtibus, vt dicit Rota coram Greg. XV. *dec.* 71. Et alias pluries; aſſertio tamen Notarij de illo, quod ſpectat ad ſuum officium munita ſubſcriptione teſtium non eſt aſſertio Notarij ſine teſtibus.

Forma decreti viſitationis corporis delicti.

63. *IN nomine Domini &c. Cum ad aure A.R.P. F. Iuſti Prouincialis Prouincia* N. *vulneratū fuiſſe F. Fulanū, ideo electo me infraſcripto Actuario in cauſa decreuit, prout præſenti decreto decernit accedere ad locum delicti ſimul cum teſtibus rogatis & me Actuario, & de corpore delicti ante omnia inquirere, in quorum fidem, &c. Datum, &c. die &c.*

Ita eſt F. Iuſtus Prouincialis, &c.

Ego F. N. de N. Actuarius.

Forma viſitandi corpus delicti alicuius vulnerati.

64. *IN nomine &c. Viſitatus fuit ab A. R. N. Prouinciali huius Monaſterij præſentibus infraſcriptis F. Fulanus iacens in lecto in cella infirmorum vulneratus vnico*, vel *pluribus vulneribus; quorum alterum eſt in capite, alterum in brachio dextero* (& ſic de ſingulis vulneribus) *cum maxima ſanguinis effuſione, quod vulnus videbatur gladio punctim acutiſſimi illatum, vel inferis, prout apparebat, & erat longitudinis trium digitorum, & erat profundū, & e. quod nos vidimus ac proprijs oculis perſpeximus* (Et hoc modo diſcribantur ſingula alia vulnera) *& ſi propter medicamenta vulnus detegi non poſſit & ipſius qualitas videri, dicetur quod vulnus, aut vulnera propter medicamenta appoſita videri non potuerunt. Actum in Monaſterio &c. die &c.*

Ita eſt Ego N. Prouincialis.

Ego F. N. fui præſens.

Ego F. N. fui præſens.

Ego N. Actuarius.

65. Sed quia non eſt neceſſe quod Index per ſe ipſum viſitet corpus delicti, ſed poteſt id committere Notario, quando corpus delicti probatur per Actuarium, tunc Actuarius incipiet deſcribere viſitationem per hæc verba.

66. *In nomine Domini, &c. viſus, & repertus fuit per me Actuarium infraſcriptum præſentibus infraſcrittis teſtibus eiuſdem Monaſterij de mandato A. R. P. Prouincialis F. Fulanus iacens in lecto &c.*

67. His vero peractis, quia agitur de vulnerato viuente, debet ipſe examinari, iuridice

Forma interrogandi, & examinandi vulneratum.

68. *DIe &c. In hoc Monaſterio, &c. coram A. R. P. N. Prouinciali ſedente in Camera, in qua iacet F. Fulanus vulneratus, & requiſitus vt ſe examini ſubiaceat, delatoque ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit &c. ad opportunas Reſponſiones. Reſp. Interrogatus. Quomodo reperiatur ita vulneratus, & à quo tempore Reſpondit, &c. Interrogatus. An cum aliquo inimicitiam contraxit? Reſpondit, &c. Interrogatus cum quo? Reſp. &c. Interrogatus ex quo tempore. Reſpondit &c. Interrogatus, ob quam Cauſam talem inimicitiam contraxerit? Reſp. &c. Interrogatus. An alijs hæc inimicitia fuerit nota, & quibus? Reſp. &c. Interrogatus. Quomodo ad illorum notitiam veneri? Reſ. &c. Interrogatus. A quo vulneratus fuit? Reſpondit, &c. Interrogatus quo loco? Reſpondit &c. Interrogatus qua die & hora? Reſpondit &c. Interrogatus in quibus partibus? Reſp. &c. Interrogatus. An vulneratus erat ſolus, vel cum alijs quando ipſum vulnerauit? Reſp. &c. Interrog. Quo genere armorum? Reſpondit &c. Interrogatus Quomodo factum accidcrit? Reſpondit, &c. Et Relectum examine confirmauit, & propria manu ſubſcripſit, acta ſunt, &c.*

F. N. Prouincialis

F. N. fui præſens

F. N. fui præſens

F. N. Actuarius.

69 Diſtinguendum tamen hic eſt inter vulneratum non ſubditum Iudici, & illi ſubditum Nam ſi non eſt ſubditus, & interrogetur qua occaſione, & cauſa fuerit vulneratus, & nolit deponere, & v. g. respondeat *caput doleo propter vulnus, quod in eo videtis, nolite mihi præbere occaſionem loquendi, ſed interrogate teſtes, qui fuerunt præſentes*, permitti poterit eius ſilentium, Imo ſi cauſa data vulneranti ſit culpa ipſius vulnerati punibilis in iudicio, vel inferens illi infamiam, aut graue præiudicium, non tenetur illam manifeſtare Iudici, cui non eſt ſubditus. Interrogabitur tamen vt dicat, qui fuerint præſentes, vel à quibus Iudex poſſit informari, & ad hoc tanquam teſtis reſpondere tenebitur, ſi ſine graui damno id tacere nō poſſit. Et in omni caſu, in quo vulneratus tunc non poſſit reſpondere, diferendum erit examen illius ad aliud tempus, In quo reſpondere aliæ poſſit, & hoc adnotandum erit in proceſſu.

70. Interrogationes aliæ fieri poſſunt iuxta qualitatem facti, & vulnerati reſponſa. *Si* autem vulneratus nolit delinquentem manifeſtare, vel indicia contra eundem tradere, cogi poteſt à Iudice.

Forma viſitandi cadauer occiſi.

71. *IN nomine Domini Amen &c. viſum, & repertum fuit per me Actuarium infraſcriptum præſentibus admodum R. P. N. Prouin-* cali

cialis, & teſtibus infraſcriptis cadauer F. Fulani indutum habitu Religioſorum, quo ſolent veſtiri noſtri conuerſi, ætatis, vt dicebatur, annor. 40. indumenta autem eius erant vetus ſcapulare nigri coloris cum caputio eiuſdem coloris, & tunica alba femoralia, tibialia, & torax ex lino albi coloris, zona, qua erat precintus, erat ex corio nigro, calceamenta in pedibus ex nigro corio, in ſacculo dextero ſemoralium habebat quatuor nummos argenteos vulgo Iulij inuoluti in naſiſtergio, quos ego Actuarius accepi animo ſeruandi, &c. Repertum fuit dictum cadauer iacens in terra ante portam Refectorij, duo vulnera habebat vnum in capite profundum vſque ad cerebrum longitudinis palmi vnius factum, vt videbatur, ſecuri, alterum in pectore penetrans, &c. & quod ex cultro factum videbatur, prout ego adnotaui de mandato d. A. R. Prouincialis preſentibus teſtibus infraſcriptis hodie die menſe & anno. In quorum fide, &c.

Ita eſt Ego F. Iuſtus Prouiucialis, &c.
Ego F. N. de N. fni præſens
Ego F. N. de N. fui rræſens.
Ego N. Actuarius

Forma inquiſitionis corporis delicti occiſi, ſed incogniti.

72. *VIſum & repertum fuit per me Actuarium infraſcriptum præſente A. R. P. Iuſto de N. Prouinciali cadauer cuiuſdam hominis indutum habitu Religioſorum N. iuſtæ ſtaturæ, barba rubicundæ, ætatis vt videbatur annorum 30. circiter, indumenta autem eius erant vnum ſcapulare nigrum eum caputio, tunica alba, femoralia, tibialia, & torax ex lino albi coloris, zona lana erat præcinctum, & calceamenta in pedibus eius ex nigro groſſo corio, in ſaculo dextero femoralium habebat quatuor nummos argenteos vulgo d. Paoli inuolutos in naſiſtergio, & vnam ſubulam ſatis ob longam infixam in paruo ligno. Repertum ſuit d. cadauer iacens in terra intra portam præcipuam horti N. huius Monaſterij N. & propè eam, quod duo vulnera habebat vnum in medio capitis ſatis profundum vſque ad cerebrum, & ſecuri factum videbatur, & erat longitudinis fere vnius palmi, alterum in ſiniſtro humero penetrans vſque ad oſſa longitudinis quaſi palmaris, & ſecuri; &c. Item videbatur factum Prædictas res in ſaculo repertas, vt ſupra, Ego infraſcriptus Actuarius accepi animo eas ſeruandi. Omnia verò ſupraſcripta, ego vidi & adnotaui de mandato, & vt ſupra, præſentibus, A. R. P. Prouincialis, & teſtibus infraſcriptis ad hoc ſpecialiter vocatis. Actum in Monaſterio, N. die 7. Iunij 1640.*

Ita eſt ego Fr. *Iuſtus Prouincialis.*
F. *N. de N. fui preſens,*
Ego F. *N. de N. fui præſens*
F. *N. de N. Actuarius.*

73. Si autem occiſus non ſit incognitus examinabuntur teſtes de occiſi nomine, cognomine, & patria, & ſi ſit incognitus, & ſi ſtatim non habeantur teſtes informati, & examen fieri non poſſit, relinquendum cadauer inhumatum in loco vbi pertranſeant perſonę, quæ occiſi cognitionem habeant, & lapſo competenti termino ſepeliatur, & nihilominus licet nomen occiſi ignoretur, ſufficienter conſtabit de corpore delicti. Quod ſi cadauer fuiſſet humatum debet deſumari habita competenti licentia.

74. Si autem corpus delicti ſit dubium vt puta, ſi mortuus fuerit interfectus veneno & neſcitur, an ex veneno innato, vel propinato ſeruabitur forma ſequens.

Forma Viſitationis Corporis delicti ex ſuſpicione veneni, vel in alio caſu dubio.

75. *VIſum et repertum fuit per me infraſcriptum Actuarium ex commiſſione A. R. N. Prouincialis et teſtibus infraſcriptis in camera ſita in dormitorio N. vbi habitabat F. Fulanus de* N. *cadauer ipſius in lecto ſtratũ, et extinctum, liuidũ circa labia, et vngues manuum, et pedum cum ſpuma liuida, quæ de ore cadebat, quod denudatum viſum et repertum eſt cum quibuſdam maculis nigris è regione cordis, et pectoris, erat autem habitu nigro Religioſo &c. indutum; præcinctum zona, ex coiro nigro confecta etc.*

76. Vel ſi fuerit repertum cadauer in piſcina vel puteo ſito in horto vel ex eo puteo extractum, deſcribatur hoc modo.

Viſum, et repertum etc. Cadauer F. Fulani exiſtens in piſcina horti vel puteo, quod extractum repertum fuit ſemitumens, et totum liuidum, iacens ſupinum in terra totum aqua madefactum paulo ante vt aſſeritur extractum, indutum etc.

77. Si autem Cadauer fuerit repertum laqueo appenſum, dicatur.

Viſum & repertum &c. Cadauer F. Fulani in Culina laqueo & trabe quadã pendente ſuſpenſum, extinctum iam & frigidum, manibus ſolutum, nigrum in facie, ore, & oculis toruum & diſtortum indutum &c.

78. Vel ſi Cadauer fuerit inuentum in lecto cum laqueo circa collum, dicatur.

Viſum & repertum fuit &c. Cadauer F. Fulani iacens ſuper ſuum lectum cum laqueo circa collum apprime compreſſo, cuius manus circa laqueum erant applicatæ, lingua autem ex ore prominebat &c.

Quæ omnia vidi, & adnotaui præſentibus infraſcriptis teſtibus ad hæc vocatis. Acta ſunt hæc in hoc Monaſterio per me F. N. de N. Actuarium & Commiſſarius de mandato &c.

F. N. de N. fui præſens.
F. N. de N. ſui præſens.
F. N. Actuarius.

79. In primo autem caſu veneni vocandi ſunt medici, vt videatnt an mortuus obierit ex veneno propinato.

Forma Examinis Medici in caſu Veneni.

80. *ANno &c. Die &c. menſe; Cum de morte F. Fulani pateat, qui repertus eſt mortuus*

tuus in camera &c. & de cauſa mortis non certè conſtat, an ſcilicet per veneni aſſumptionem; an verò naturaliter acciderit A. R. P. Prouincialis &c. ne in tam graui negotio iuſtitiæ ſuo officio deſit, decreuit vocandum & examinandum eſſe Peritum. Quare habita facultate à D. Gubernatore Ciuitatis vocari ad ſe fecit D. N. Medicum Phyſicum ordinarium, vel D. N. & D. N. medicos Phyſicos, & rogauit eos, vt diligenter cadauer cum ſuis ſignis aſpicerent, quo facto iuramentum eis exhibuit, prout iurauerunt tactis corporaliter Sac. Scripturis, & coram me Actuario in hunc modum ſingillatim interrogauit. Et primo interrogauit D. N. An ipſe nouerit F. Fulanum iam defunctum, dum in viuis ageret. Interrogatus. An defuncti complexionis naturam perſpectam habuerit, & an ipſum vnquam curauerit. Interrogatus. An cognouerit ſecundum ſuam artem & profeſſionem ex his, quæ vidit in ipſo cadauere cauſā ipſius mortis. Si reſpondeat dicens. *Suſpicor probabiliter ſecundum meam profeſſionem attentis maculis, quibus eſt reſperſum præſertim circa cordis regionem veneno interemptum fuiſſe. Interrogatus. An iudicet mortuum fuiſſe ex veneno extrinſecus aſſumpto, an potius ex veneno ingenito. Reſpondit. Stante ſubitanea mutatione poſt cibi aut potus aſſumptionem, credo mortuũ fuiſſe ex veneno aſſumpto non ex veneno ingenito, quia venenum ingenitum non ita de repente operatur ſicut venenum aſſumptum. Interrogatus. An aliquid aliud velit dicere &c. Et relectum examen confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.*

Io N. Medico affermo come di ſopra.

Ego F. N. Teſtis.

Ego F. N. Teſtis.

Ita eſt F. N. Prouincialis.

Ego F. N. Actuarius.

81. Et hoc modo examinabuntur alij Medici, qui fuerunt vocati. Sed & examinandi ſunt teſtes, qui poſſint eſſe informati de veneno.

Forma examinandi teſtes in caſu Veneni.

IN nomine Domini &c. Anno &c. Die &c. In Monaſterio &c. coram præfato &c. vocatus fuit in teſtem F. N. Interrogatus. An cognouerit F. Fulanum modo defunctum. Item *a quo tempore;* Item *an nouerit illum bona, vel infirma valetudinis.* Item *quo morbo ſpeciali laboraret.* Item *an defunctus grauem cum aliquo querelam haberet, aut odium, aut aliquis de ipſo in re graui conqueſtus fuerit.* Item *quomodo nouerit.* Item *an nouerit aliquem defuncto minatum fuiſſe, quod vindictam de ipſo exigeret.* Item *an ſciat dictum defunctum antequam in morbum incideret, cibum aliquem nociuum comedisse.* Item *à quo & quibus præſentibus illi cibi deferebantur, poſtquam in morbum incidit, & quis eius curam haberet.* Item *an viderit vel audiuerit dictum defunctum poſt cibum, vel ſtatim vel aliquibus horis elapſis, vel poſtera die maiori morbo aggrauatum vomuiſſe.* Item *an nouerit vel audiuerit cuius coloris extiterint ea, quæ vomitu ſe purgauit.* Item *an ſciat res per huiuſmodi vomitum purgatas medico videndas oblatas fuiſſe & cui nam medico eas obtulerit, & quis tunc præſens adeſſet.* Item *an nouerit vel audiuerit quo mortis genere defunctus obierit.* Item *quid ipſe ſentiat de huiuſmodi fama.* Item *quid ipſum teſtem ad id credendum impellat.* Item *de cauſa ſcientiæ loco & tempore.*

Poſtea verò ſubſcribunt teſtis & Actuarius

Forma probandi corpus delicti in crimine furti.

In nomine Domini &c. Die &c.

82. *CVm ad aures Admodum R. P. Prouincialis &c. perueniſſet commiſſum fuiſse furtum in Sacriſtia huius noſtri Monaſterij, decreuit, prout præſenti decreto decernit electo me infraſcripto actuario in cauſa de corpore delicti prius inquirere; quapropter ipſemet N. Prouincialis, et ego Actuarius in cauſa à dicto A. R. P. Prouinciali electus, ac infraſcriptis teſtibus ad hoc vocatis, deuenimus ad eandem Sacriſtiam, et inuenimus oſtiũ fractum, et ſecuris ictibus in fruſtra diſſectum; in eaque armarium, in quo calices & vaſa ſacra ſeruantur vi apertum, & detractis ſeris & foribus ſuo loco dimotis, calices verò non inuenimus &c.* & ſic explicando ſingulas partes eiuſdem fractionis omnia in proceſſu ſcribantur. *Acta ſunt hæc &c. In quorum fidem &c.*

Sequuntur ſubſcriptiones vt ſupra.

Eſt etiam hic aduertendum, quod vbi adſit indicium, aut ſuſpicio quod res furata, vel moneta falſa, aut aliud corpus delicti ſit in domo alicuius, vel cella, poteſt Iudex inquiſitionem facere, non per partem, ſed per Notarium & teſtes. Aduertat tamen Iudex, quod licet ad hanc perquiſitionem comittendam ſufficiat ſuſpicio etiam non multum grauis, tamen contra perſonam integræ famæ non tam de facili mandari debet, ne eius honor lædatur, & præcipuè ſi illam petens ſit inimicus, qui id faciat ad deuigrandam famam inimici. Videantur Farinacc. *q.* 165. *num.* 31. Guazz. *def.* 17. *cap.* 1. *num.* 3. Conciolus *v. Perquiſitio reſ. vn. &* ali apud iſtos. Quod etiam ad indicendam hanc perquiſitionem ſufficiat iuramentum partis dixit Fariu. *d. n.* 31. Rota apud Cocciuũ *d. reſ. n.* 1.

83. In crimine ſtupri non eſt viſitandum corpus delicti per Iudicẽ, & Notarium. Imo non deſunt, qui negent etiam viſitari debere per obſtetrices, vt dictum eſt ſupra *quæſt.* 20. *art. vnico* Nihilominus quia alij exiſtimant hoc eſſe neceſſarium ponitur.

Forma examinandi obſtetrices, quando dubitatur de ſtupro.

In nomine Domini, &c. die &c.

84. *CVm præfato &c. non conſtet. An N. eſſet ſtuprata necne. Vocatæ ſunt obſtetrices N. & N. cum licentia ſui ſuperioris ad inſpicienda pudenda ipſius, & poſtquam inſpexerunt, interrogauit eas ſingillatim cum iuramento tactis Euangelijs, vt ve-*

ritatem deponant ; & primo Interrogata fuit Berta de N. ætatis annorum &c. An viderit præſcriptam N. & inſpexerit in pudentis , Reſpondit &c. Item , *interrogata ſi virginitatis ſignaculum in illa integrum , vel infractum inuenit. Reſpondit , &c.* Item *interrogata ſi ipſa alias idem iudicium ſuper alijs puellis talit . Reſpondit , &c.* Item *ſi à ſemet ipſa vel ab alio defloratam iudicet.Reſpondit,&c.* Item *ſi iudicet defloratam fuiſſe de recenti . Reſpondit , etc. Quibus receptis dimiſſa fuit iuſſa prius vt ſignum Crucis propria manu apponat , ſi ſcribere neſcit .* Deinde ſubſcribuntur teſtes , & Actuarius , & eodem modo examinentur aliæ obſtatrices .

85. Si obſtetrices cum iuramento retulerint commiſſum eſſe ſtuprum,ſeu ita ſe iudicare ſatis dicetur conſtare de ſtupro.Clar *d.q.4.verſ. quando vero* Scac.*d. queſt.83.n. 15. & aly.* Idem dicendnm eſt in probando corpore delicti in Sodomia mittendo medicos , &c. qui cum iuramento fidem faciant de ruptura ani , & quam primum adhibendi ſunt , vt re adhuc recentiore exiſtente diſcernere facilius poſſint , vnde illa ruptura ſit cauſata , vt deponere debent , &c.

86. Aduertendum verò quod ad pleniorem notitiam corporis delicti vtile eſt examinare teſtes, qui vocari fuerunt, & fuerunt præſentes illius viſitationi , & ita etiam praxis Iudicnm vt plurimum obſeruat , quod etiam eſt ſecurius . Sed tamen hoc non eſt neceſſarium, vt explicatum eſt ſupra *nu.* 62.Quando, tamen examinandi erunt ſeruabuntur formæ quæ in cap. ſequenti deſcribuntur.

CAPVT III.

De Praxi ſeruanda in examine teſtium.

87. PRæter ea, quæ de hoc puncto dicta ſunt ſupra *queſt.* 15. *art.* 1. 7. & 8. Aduertat primo principaliter Iudex , vt ſuggeſtionem non incurrat. Et ideo incipiat examen per inquiſitionem generalem , & interrogatoria generalia , & omnino caueat ne teſtem in ſpecie interroget de aliquo ſpeciali delicto Rei , niſi de illo ſit inditiatus in proceſſu determinate , & expreſsè, vel ſufficienter. Item ſecundo Iudex antequam accedat ad examen capita omnia ſuper quibus de iure interrogare poteſt ſibi ex actis deſcribat,eaque præ oculis in examinando habeat ne, prout tenetur,vllum ex illis capitibus intactum relinquat, & ne vt vltra interrogando ſe diffundat . Tertio non obliuiſcatur Iudex communis omnium doctrinæ , vt teſtem aliquem non dimittat , quin , ſi ex ſe non dixerit , interroget eum de loco , tempore , cauſa ſcientiæ, & de conteſtibus , & faciat vt quæcunque depoſita fuerint tam pro Reo, quam contra Reum fideliter ſcribantur . Imo , & ſigna ex quibus falſitas , inconſtantia , vel ſimile aliquid depræhenderetur .

83. Conſideret quarto Iudex , quod vbi, deeſt abundantia teſtium, qui deponant de auditu proprio , vel de viſu. & habeat teſtes, qui deponant de auditu alieno, vnum vel duos ex iſtis prius examinet , vt ſaltim deſeruiant ſibi pro denunciatoribus, & per illos pareatur via ad ſpecialem inquiſitionem. Ita monet Bictus in Praxi prima *nu.* 12. Sed quomodo hoc poteſt habere locum , ſi non poſſunt examinari teſtes , niſi præcedat accuſatio , vel denunciario , ant fama, vel aliquis rumor , qui locum, habeat denunciationis ? Reſpondetur , quod hoc locum habere poteſt in inquiſitione mixta dum Iudex notitiam habet delicti nō vero delinqnentis , & tunc teſtes de auditu alieno nominantes delinquentem ſe habebunt ſaltim vt denunciantes. Quomodo autem teſtes ante examen extraiudicialiter , & oretenus interrogari poſſint , dicetur infra . Item quinto conſideretur, quod circa particolares interrogationes , non poteſt dari certa regula , qnia interrogatoria debent neceſſario variari iuxta criminum varietates, & eorum circumſtantias, & reſponſiones teſtium , quæ ſolent Iudici prudenti aperire viam ad cognoſcendam veritatem, vel falſitatem depoſitionis . Vnde teſtium interrogationes ſcientiæ , & prudentiæ Iudicis remittuntnr . Cætera videantur queſt. ſupra citata . Poſſnnt vero hic dari aliqua exempla examinandi teſtes , ex qnibus poterit Iudex videre qualiter in alijs caſibus ſingularibus poſſint teſtes examinari ſiue defectu.

89. Aduertat etiam Iudex, quod vbi adeſt vehemens ſuſpicio ſubornationis teſtis , poteſt prius extraiudicialiter illum interrogare oretenus, & ſeriem facti exquirere , & vbi cognoſcat teſtem non dicere veritatem, & habeat vehementem ſubornationis ſuſpicionem, illum interrogabit , an cum aliquibus loquutus fuerit antequam acceſſerit ad iudicium , & an ab aliquo fuerit inſtructus , etiam cogendo illum ad præſtandam cautionem de ſe ræpræſentando , maximè ſi teſtis veniat poſt fundatam Fiſci intentionem , & procurando illum capere in verbis, illumq; interrogando etiam ſuper circumſtantijs non neceſſarijs, & cuncta rimando , ne permittat ſe decipi per teſtes , vel per partem , quæ aliquando inita pace , cum Reo colludit , ad delictum occultandum , vt admonent . Clar. *queſt.* 23. *in princ.* Farinac. *qu.* 74.*num.* 16. Vbi dicit Iudicem in hoc caſu poſſe etiam teſtem dimittere non accepta eius depoſitione , Guazz *def.* 14. *cap.* 2. *nu.* 1. *Conciolus. v. Iudex res.* 11. *nu.* 6. Quæ conformia , ſunt ijs quæ ſtatuit Paulus V. *in reform. tit. de iudic. crim.* §. *Nec vllo pacto* Eſt etiam conſiderandum , qnod cum de iure commune impubes non poſſit examinari ſub iuramento *ex l. qui iuraſſ. ff. de iure iur. & cap.* 1. 4. *queſtion.* 3. *& capit. Paruuli* 22. *quæſtion.* 4. prout etiam tradiderunt Farin. *qu.* 58. *num.* 3. Car. *p.* 3.*tit.* 5. *num.* 49. Nihilominus, quod impubes doli capax , & proximus pubertati poſſit & debeat examinari ſub iuramento ex Baiard. *ad*

ad Clar. *queſt.* 24. *num.* 103. & alijs dixerunt Guazz. *def.* 30. *cap.* 11. *n.* 11. & Conciolus, *v. minores*, 2. *num.* 12. Vnde magis etiam patet quod neceſſitas iuramenti in teſtibus eſt de iure poſitiuo, & quod etiam impubes de iure naturæ poteſt iurare, ſi ſciat quid ſit iuramentum. Pariter nec teſtis corruptus facit indicium ad torturam contra corrupentem, niſi eius depoſitio ſit ſufficienter adminiculata Clar. *qu.* 21. Farin. *qu.* 45. *num.* 28. Conciol. *ſubornans v.* 2. *reſ. num.* 8.

90. Aduertendum tamen quod contingere poteſt, quod Iudex non poſſit per ſe ipſum examinare teſtes, ſed debeat delegare examen. Et tunc committet alicui, vt teſtem examinet, & deſcribet commiſſionem ſub hac, vel ſimili forma.

Die &c. menſe, &c. Anno, &c. In noſtro Conuentu N. in cauſa & cauſis coram nobis agitatis contra F. N. de N. opus eſt Domini; N. teſtimonium excipere, nec eſt nobis facile eundem perſonaliter adire, neque eum ad nos vocare cum podagra aliquantulum laboret. Et ideo ob rationabiles cauſas viſum eſt nobis iuxta noſtras inſtructiones deſtinare, prout deſtinamus ad domum d. D. N. P. N. de N. Sacerdotem, qui cum Socio ſibi bene viſo eo ſe conferat, ibique prudenter, & cautè, vel in alio congruenti loco veritatem eb eodem audire ſatagat medio iuramento. Ita cenſemus, deſtinamus, & mandamus hoc, & omni &c.

Ita eſt F. *N. de* N. *Prouincialis.*

Ego F. *N. de* N. *Sacerdos & Actuarius.*

Si vero Iudex per ſe ipſum, ſiue per alium examinet teſtes, fieri poteſt examen ſequentibus modis.

Forma examinis teſtis, vbi crimen eſt probatum, & ignoratur delinquens.

91. IN *nomine Domini, &c. Die &c. menſis, &c. Anni &c. F. Seruius Laicus ætatis ſuæ annorum &c. profeſſionis &c. vocatus in teſtem pro informatione Curiæ coram A. R. P.* F. *Innocentio Priore huius Monaſterij &c. Ciuitatis, &c. in camera eiuſdem R. P. Prioris, et coram me F. Theophilo Actuario huius cauſæ, et facto ei precepto in virtute S. Obedientiæ, & Spiritus Sancti de veritate dicenda, vel preſtito ei iuramento de eadem veritate, quod praſtitit tactis Sacris Euangelys.*

Fuit primo Interrogatus. An ſciat, vel præſumat cauſam ſuæ vocationis, & praſentis examinis.

Si reſpondeat ſe ſcire vel præſumere cauſam propter quam fuit vocatus.

Dicetur illi, vt hunc cauſam exprimat, et ea expreſſa addetur illi, vt totum id quod ſcit de negotio illo & cauſa exprimat diſtinctè.

Reſpondit. Hò inteſo à dire per Conuento, che è ſtata ſforzata la porta della camera del depoſito commune, et l'armario, e caſſa doue ſi conſeruano i denari della communità, e ſono ſtati rubbati denari in quantità di ſcudi mille, & io ſteſſo in preſenza di F. N. de N. conuerſo, hò viſta la detta porta rotta, e l'armario e caſſa aperei con rottura, et queſto fu la notte del Mercordì venendo il Giouedì à 13. Maggio dell'anno praſente 1675. Et hò parimente inteſo che il ladro ſia Fr. Robuſto Conuerſo. Et queſto me l'hanno detto F. Santio, e Fr. Guglielmo Laici, et il P. F. Raimondo, e F. Giouanni Sacerdoti alla preſenza di altri Frati, cioè di Fr. N. de N. F. N. da N. e F. N. da N. et l'hò ſentito dire publicamente da altri. Et io ſteſſo hò viſto il detto Fr. Robuſto la notte iſteſſa circa le ſette hore vſcire dalla detta camera del depoſito, che ſtà nel dormitorio abbaſſo, & è la ſtanza N. *del detto dormitorio, & di la andare verſo la camera ſua, che ſtà nel dormitorio de' Conuerſi, & all'entrare è la ſeconda à man dritta, portando ſotto lo ſcapulare vn inuoglio groſſo, che non sò ſe foſſe borſa, ò caſſetta, ò altra coſa ſimile.*

Qua reſponſione habita iterum interrogatus fuit cuius famę ſit dictus Fr. Robuſtus.

Reſpondit. E di poca bona fama, & communemente è tenuto, che rubbi le coſe del Conuento, anco che tenga prattica diſoneſta con vna meretrice, e che rubbi à queſto è quello, per mantenerla.

Si vero ad primam illam interrogationem factam, an teſtis ſciat, vel præſumat cauſam ſuæ vocationis, & examinis.

Reſpondit ſe neſcire, tunc alio modo procedendum eſt.

Interrogatus. A quo tempore maneat in hoc Monaſterio.

Reſpondit. Sono due anni che io ſtò aſſegnato in queſto monaſtero.

Interrogatus. An habeat aliquod officium, & quale.

Reſpondit. Io ſono Sacreſtano da otto meſi in qua.

Interrogatus. An in hoc Monaſterio commiſſum fuerit aliquod delictum.

Reſpondit. Fu commeſſo vn furto graue, perche furno rubbati nella camera del depoſito commune circa mille ſcudi, e fu ſforzata la porta di detta camera, & vn armario, e caſſa che ſtauano in detta camera, doue ſi trouauano i detti denari, e queſto fu la notte del Mercordì venendo il Giouedì 13. di Maggio dell' Anno præſente.

Interrogatus. An ſciat, vel audierit quis fuerit ille, qui furatus fuit d. pecuniam.

Reſpondit. Io non lo sò di viſta; mà hò inteſo dire che il ladro ſia ſtato Fr. Robuſto da Monticoli Conuerſo, e me l'anno detto Fr. Santio, e F. Guglielmo laici, & il P. F. Raimondo, Fr. Giouanni Sacerdoti ſtudenti in præſenza di F. N. da N. e F. N. de N.

Interrogatus. An ipſe teſtis aliquid viderit ex quo colligi poſſit dictum Fr. Robuſtum furatum fuiſſe d. pecuniam.

Reſpondit. La detta notte li 13. dì Maggio à hore 7. in circa. Io viddi il d. F. Robuſto vſcire dalla detta camera del depoſito, portando ſotto lo ſcapulare alcun inuoglio, che non sò che coſa foſſe, mà ſi vedeua che era coſa aſſai grande, che teneua alzato lo ſcapulare.

Interrogatus. Quomodo cum eſſet de nocte cognouit d. F. Robuſtum.

Reſpondit. Era vicino alla lampada del dormitorio, et il detto F. Robuſto mi paſsò tanto vicino, che lo conobbi, anzi gli diedi la bona ſera e me la reſtituì.

Interrogatus. Quo loco & die dd. Fratres Santius, & Innocentius dixerunt ſibi d. F. Robuſtum fruatum fuiſſe d. pecuniam.

Reſpondit me lo diſſero in Sacriſtia la mattina delli 13. di Maggio ſendo occorſo il latrocinio la notte antecedente. Mà poi hò inteſo l'iſteſſo in altri luoghi del Monaſterio, e da altri, et di queſto n'è publica voce e fama.

93. Sed ſi iſte teſtis quando interrogatus fuit. An ſciat aliquod delictum commiſsum fuiſse in Monaſterio, reſpondit ſe neſcire, aliter interrogari debet, & per generalia, & communia debet primo interrogari.

Interrogatus. A quo tempore maneat in hoc Monaſterio, et precipuè. An in illo fuerit in principio menſis Maij die 13. eiuſdẽ menſis præſentis anni.

Reſpondit. E molto tempo, che io ſtò in queſto Conuento, e faccio l' offitio di Sacreſcano, et in particolare il decimo terzo giorno del meſe di Maggio dell'anno preſente io ero nel Monaſtero.

Interrogatus. An in iſto tempore commiſſum fuerit aliquod delictum ſcandaloſum.

Reſpondit mi ſouuiene, che fu la notte venendo li 13. di Maggio rubbato il depoſito del Monaſtero alla ſomma di circa mille ſcudi con rottura della porta della cella, doue ſtaua detto depoſito, ed vn armario & vna caſſa, nelle quali ſi trouaua il detto denaro, et io ſteſſo hò viſta la camera sforzata con il d. armario, e caſſa.

Interrogatus. An ſciat vel ſuſpicetur quis fuerit qui d. pecuniam furatus fuit.

Reſp. Io non lo sò di viſta, ma ſi dice per il conuento, & e publica fama, che il ladro ſia ſtato F. Robuſto da Monticoli Conuerſo.

Interrogatus. An ſaltem aliquid viderit ex quo potuerit colligi d. fratrem Robuſtum hoc furtum commiſiſſe.

Reſpondit. L'iſteſſa notte di Mercordi venendo il Giouedì circa le 7. hore di notte io ſteſſo con occaſione di andare à i lochi communi viddi vſcire di detta camera del depoſito detto F. Robuſto, che haueua ſotto lo ſcapolare alcun inuoglio ò coſa, che alzaua lo ſcapulare, & andaua verſo la Camera ſua, che ſta nel dormitorio de Conuerſi, & è la ſeconda à mano deſtra, ſi come la camera del depoſito ſta nel dormitorio commune de Padri, & è ſegnata col num. 5. e ſta in mezzo alle camere di F. N. de N. e di F. N. de N. e ſe bene era di notte, perche era vicina la lampade del dormitorio acceſa, & il detto F. Robuſto mi paſsò molto vicino io lo conobbi, e lo ſalutai, e gli diedi la bona ſera, et me la reſtitui.

Interrogatus. Cuius famæ & opinionis ſit apud ipſum dictus F. Robuſtus.

Reſ. è di poca bona ſama, e ſi dice ancora che egli habbia prattica diſoneſta con vna meretrice, e che rubbi à queſto e quello per mantenerla.

Interrogatus à quibus audierit iſta.

Reſ. che il detto F. Robuſto l'abbia rubbati i detti denari del depoſito, me l'hanno [illegible]etto F. Santo N. e F. Inno[illegible]zo N. Conuerſi & il P. F. Raimondo e F. Giouanni Sacerdoti ſtudenti, e me lo diſſero la mattina delli 13. di Maggio nella Sacriſtia alla præſenza di F. N. de N. ac F. N. de N. e di F. N. de N. e l'hò ſentito dire altroue da altri, ch'è publica voce in Conuento. Quanto poi all'hauer ſentito dire che tenga prattica diſoneſta, e che per queſto rubbi, l'ho ſentito à dire à F. Angelo N. in preſenza di F. N. de N. e di F. N. de N. eſſendo noi in dormitorio à 10. del meſe di Aprile del preſente anno 1675. e da F. Sigiſmondo N. eſſendo in camera ſua alla præſenza di F. N. de N. e F. N. de N. à 6. del detto meſe di Aprile, e l'hò ſentito da molti altri in altri tempi, che non mi ricordo.

Interrogatus. A quo tempore fuit ſparſa dicta fama contra F. Robuſtum.

Reſ. Che è molto tempo, che è ſparſa queſta fama. Ma io non mi ricordo preciſamente del tempo determinato, sò bene che ſaranno paſſati ſei ò otto meſi in circa da che ſi dice, che egli ſi tiene la detta prattica diſoneſta, e che per quella rubbi à queſto e quello.

Interrogatus. An ſciat à quo orta fuerit dicta fama & ex qua cauſa.

Reſ. Io non sò preciſamente chi foſſe il primo che cominciaſſe à parlare publicamente di queſto, Mà per quello che ho inteſo dire fu introdotta da perſone ſecolari honeſte e di bona fede, & in particolare dal Signor Antonio di N. Gentilhuomo molto honorato, che vidde il detto F. Robuſto più volte entrare, & vſcire anco di notte dalla caſa di detta donna. Et lo ſteſſo lo diſſe il Signor Decio N. e quanto à furti ſi ſentirono molti lamentarſi perciò del detto F. Robuſto, e fra gli altri il P. F. Girolamo N. & il Padre F. Sebaſtiano N. Sacerdoti, & altri ancora, & dal P. F. Antonino N. & F. Alon. N. Conuerſo & altri molti ho inteſo che ſi dice publicamente, & è publica voce e fama, che il detto F. Robuſto tenga detta prattica diſoneſta con detta meretrice chiamata Berta N. e che perciò rubbi. E le perſone da me ſopranominate dalle quali s'è ſparſa queſta fama, e ſi mantiene ſono perſone honorate di buona conditione, e degni di fede.

Interrogatus. Quid ipſe teſtis intelligat per famam publicam.

Reſpondit. Io per fama intendo quello ch' vniuerſalmente ſi tiene, e ſi dice in Connento almeno dalla maggior parte.

ß5. Interrogatus. An ipſe teſtis viderit præfatum F. Robuſtum commiſiſſe aliquod furtum.

Reſpondit. Non l'hò viſto.

Interrogatus. Se ſi ſiano trouati li detti mille ſcudi, che dice eſſer ſtati rubbati dal depoſito.

Reſpondit. Io non sò niente di queſto.

Interrogatus. An ſciat, quid d. F. Robuſtus fecerit de talibus pecunijs furatis.

Reſpondit. Io non sò altro circa di queſto, ſe non che il detto F. Robuſto ſpende profuſamente negli habiti, et in quello che concerne la ſua

ſe-

perſona, e dona anco a gli amici, e dalli 13. di Maggio in qua ſi è fatto vn habito nouo, et hà compro ſedie, et altri vtenſili, per la ſua Camera, come ſi può vedere, et mi è ſtato detto da Fr. Santio Conuerſo, alla preſenza di Fr. Innocenzo N. e di Fr. Guglielmo N. che il detto Fr. Robuſio hà dato in depoſito al Signor Eutimio N. 600. ſcudi.

Interrogatus. Quare dictus F. Robuſtus, et non alius fuit imputatus de furto.

Reſpondit credo che ciò ſia ſtato, per la mala fama del detto frate. E per hauere io detto di hauerlo viſto vſcire da detta camera quella notte, che fu fatto il furto, come io hò detto di ſopra. E perche altri ancora viddero il detto Frate l'iſteſſa notte andare verſo la camera ſua portando ſotto lo ſcapulare vn non sò che, e queſti che lo viddero furono Fr. Martino N. e Fr. Silueſtro N. come eſſi medemi mi diſſero alla preſenza del P. Fr. Giordano N. e del P. Fr. Manſueto N.

Interrogatus de cauſa ſcientiæ.

Reſ. Quelche hò depoſto io, sò parte per hauerlo viſto, parte per hauerlo inteſo, come hò detto di ſopra.

Interrogatus. Qui ſint informati de hoc negotio, et poſſint eſſe conteſtes.

Reſpondit. Ponno eſſer quelli che hò nominati di ſopra, e tutti li Frati del Conuento.

Interrogatus ſi odio, vel amore.

Reſpondit. Hò depoſto quel che hò depoſto per pura verità.

Tunc R.P. Prior acceptatis, ſi et in quantum eius depoſitionibus mandauit ipſi teſti, vt lecto ei de verbo ad verbum ſuo examine, et ab ipſo bene audito, et cum precepto in virtute Spir. Sancti, et Sanctæ Obedientia illi facto ſeruandi ſecretum in hac re ſe ſubſcribat prout fecit.

Ego F. Seruius confirmo quæ dixi ſupra.

Et ſi neſciat ſcribere Actuarius ſcribat.

Et quia dixit ſe neſcire ſcribere, accepto calamo deſignauit hoc ſignum crucis.

Ego F. N. *Actuarius:*

Hoc eodem modo examinandi ſunt alij teſtes, & curandum, vt appareant conteſtes ſaltem in eſſentialibus delicti, & Iudex curare debet interrogatorijs ſuis non tamen ſuggeſtiuis, vt ſi quæ omiſſa, vel non integrè, aut clarè dicta fuerunt ſuppleantur, declarentur, & & enarrentur per teſtes, inuigilando vt facti ſeries habeatur plena, clara, & diſtincta, cũ omnibus circumſtantijs, & qualitatibus, & quod forma perfecte etiam conſtet.

Forma examinandi teſtes quando Reus nominatim eſt denunciatus, & cognitus.

6. D*ie 8. Iunij 1675. In Conuentu Religionis N. et in cella ſolita reſidentiæ Prioris coram R. P. Fr. Iuſto de N. Priore d. Conuentus vocatus fuit in teſtem F. Martialis Sacerdos eiuſdem Ordinis ætatis ſuæ annorum 35. Religionis vero 14. et debita monitione præmiſſa, delato que ei iuramento quod præſtitit tacto pectore Sacerdotali ad opportunas interrogationes, reſpondit, vt infra.*

Si teſtis non ſit Sacerdos, dicatur, *prout iurauit tactis Sacris Sripturis.* Vel ſi vſus Religionis eſt non præbere iuramentum, ſed interrogare per pręceptum, dicatur *facto ei præcepto formali in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientia de veritate dicenda.*

Interrogatus. An vnquam ex huius Conuentu familia fuerit.

Reſpondit. Pater alijs vicibus, & etiam hoc anno ex familia huius Conuentus ſum.

Interrogatus. Qui nam alij modo ex eadem familia ſunt?

Reſpondit ex huius conuentus familia modo ſunt P. Verus de N. P. Conteſtatus de N Sacerdotes, F. Reſiſtens de N. Clericus, F. Seuerus de N. & Fr. Humilis de N. Conuerſi, et plures alij.

Interrogatus. An ſciat aliquam contentionem hoc anno inter ſecularem & Fratrem aliquem accidiſſe?

Reſpondit à diuerſis in hoc Conuentu pluries audiui Fr. Seuerum de N. noſtræ Religionis Conuerſum vulneraſſe Seruulum de Occultis à Monte Caluo ſecularem.

Interrogatus. A quibus particulariter hoc audiuit?

Reſpondit. A P. Vero de N. et à P. Conteſtadio de N. Sacerdotibus noſtris audiui aſſerentibus facto interfuiſſe, et vidiſſe quod F. Seuerus prædictus magno cultro in brachio et in c. d. Seruulum vulnerauit.

Interrogatus. An ſciat prædictæ contentioni alios interfuiſſe?

Reſpondit. Interfuiſſe etiam audiui Fr. Reſiſtentem de N. Clericum noſtrum Sacriſtanum, nec non Fratres alios ſtrepitum audientes accuriſſè.

Interrogatus. An ſciat quinam fuerint illi alij Fratres, qui ad ſtrepitum accurrerunt.

Reſpondit. Neſcio, ſed hoc P. V. à ſupra nominatis ſcire poterit.

Interrogatus. An dictus caſus ſecretus ſit vel publicus?

Reſpondit ſtatim poſt factum prædictum, et etiam poſtea ego de eo multoties publicè audiui Fratres inter ſe colloquentes in hoc noſtro Conuentu, et præſertim prænominatos P. Verum P. Conteſtadium, F. Reſiſtentem et plures alios.

Interrogatus an ſciat à quo eiuſdem facti publicatio originem traxerit.

Reſpondit. Publicationis acti origo præcipua fuit, quia prædictum vulneratum Seruulum viderunt, vt puto omnes, vel ferè omnes huius Conuentus Fratres, prout Ego vidi, vnaque voce, et publicè aſſertum fuit F. Seuerum eundem vulneraſſe.

Interrogatus de tempore et loco prædictæ contentionis.

Reſponditur. Audiui accidiſſe die 6. huius menſis prope oſtium Sacriſtiæ huius Conuentus.

Interrogatus. An ſciat cauſam quare d. Fr. Seuerus Seruulum vulnerauerit.

Reſpondit. Cauſa fuit, vt audiui s, eo quod F. Seuerus Seruulum furantem in noſtra Sacriſtia inuenit

uenit de quo melius P. V. à prænominatis Fratribus informationum ſumere poterit.

Interrogatus. An aliquid aliud habeat in propoſito dicendum.

Reſpondit. Non pater. Et relectum examen confirmauit, et propria manu ſubſcripſit, dimiſſuſque fuit cum præcepto Sanctæ Obedientiæ de ſilentio ſeruando.

Die 9. Iunij 1656. habitum fuit examen alterius teſtis in noſtro Conuentu N. in Cella ſolita roſidentiæ coram R. P. Iuſto Priore et vocatus fuit in teſtem P. Verus de N. eiuſdem ordinis Sacerdos ætatis ſuæ ann. 40. Religionis vero 20. et delato ei Iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tacto pectore, ad opportunas interrogationes reſpondit, vt infra.

Interrogatus. Vbi ſit de familia, et à quanto tempore,

Reſpondit. In hoc Conuentu à Menſe maij proximo.

Interrogatus. An in dicto tempore ſciat contentionem aliquam inter aliquem fratrem, et ſecularem contigeſſe;

Reſpond. Paucis ab hinc diebus F. Seuerus de N. noſter Conuerſsus vulnerauit ſecularem quendam nomine Seruulum de Occultis à Monte Caluo.

Interrogatus. An ſciat quo inſtrumento vulnerauit d. F. Seuerus.

Reſpondit. Seruulum vulnerauit magno quodam cultro culinæ, qui in ea ſeruari ſolet.

Dictum eſt ei, vt cum P. Fideli de N. Actuar. ad videndum pergat, an in d. loco modo culter ille reperiatur, et eum inueniendo in actis præſentet. Poſt hæc ſcripta promptus teſtis ſtatim cum Actuario de mandato A R. P. Prioris iuit. Non multum vero poſt prædicti reuerſi ſimul ſunt, idemq; teſtis cultrum detulit longitudinis trium ciuitatis palmorum, latitudinis vero duorum & circa trium digitorum, ſine cuſpide totumque ferreum, quem teſtis præſentauit, dicens iſte eſt cultrer, quo F. Seuerus dictum Seruulum vulnerauit, et d. P. Prior mihi Actuario iuſſit, vt eundem cultrum ſeruarem, et in actis inſererem, et cum ſua imagine, quæ eſt, vt hic infra immediate apparet, ſed in pluribus diuiſa partibus, ſi ſine diuiſione deſcribi non poteſt, ad hoc vt in præſenti quinterno, cum eius menſura regiſtraretur prout, etc.

Hic lineis calami d. cultec repeæſentetur.

Interrogatus. Vtrum bene noſcat iſtum in Iudicio ab eo præſentatum cultrum vere illum eſſe, quo F. Seuerus Seruulum vulnerauit.

Reſp. Ita Pater optimè cognoſco, iſteeſt ille.

Interrogatus. Quot vulnera, et in qua parte corporis à F. Seuero inflicta fuerunt Seruulo.

Reſpondit. Duo vulnera ego inflicta fuiſſe vidi. Primum in ſiniſtro brachio, quod Seruulus ad ſe ab ictu erga caput directo defendendum eleuauit. Secundum vero in capite, et magnam ſanguinis copiam ex vulneribus his fluxiſſe vidi.

Interrogatus. Vtrum ſciat quare Fr. Seuerus Seruulum ſupradictum vulnerauerit.

Reſpondit. Vulnerauit, quia in noſtra Sacriſtia Seruulum ſurantem inuenit.

Interrogatus. Quodnam illud fuiſſet furtum, et vt dicat ſi ſciat quomodo hoc ſe habuerit factum.

Reſpondit. Die Veneris præterita 6. huius Menſis, dum eſſem in culina confabulando cum F. Seuero de N. noſtro Conuerſo, illuc caſu venit P. F. Conteſtadius de N. et erat parum poſt meridiem, cum eodem tempore in culinam intrauit F. Reſiſtens de N. Clericus noſter Sacriſtanus dicens. Accurrite accurrite. Fur enim in Sacriſtia reperitur, & vereor ne gemmarum capſulam, quę intra ſerinium, ſeu credentiam ibidem ſeruatur, quæ D. Ricchæ de Ricchis ſunt, furetur. Illico d. F. Seuerus quodam magno cultro accepto ſine cuſpide, quem in ſolito loco ibidem inuenit, de culina cum eo exijt, et poſt eum dictus Clericus quodam aſſumpto baculo ſibi roperto, deinde d. Conteſtadius, et ego ſequuti eos fuimus vſque ad ſacriſtiæ oſtium, quod cum clauſum fuiſſet repertum, eum manu dextera Clericus impulit, et abſque vlla difficultate aperuit, quo aperto quemdam vidi ſecularem capite et parte corporis intra Sacriſtia d. ſerinium manentem, vbi pretioſiora miniſtrorum Altaris indumenta, vt caſulæ, tunicellæ, pluuialia, et ſimilia ſeruari ſolent. Hic per modicum temporis ſpatium teſtis ſiluit.

98. Dictum eſt ei, vt peoſequatur, & reliqua omnia, quæ in propoſito ſcit enacrare non deſinat.

Reſpondit. Secularis ille (quem d. Seruulum eſſe benè noui) ex oſtij aperitione ſtrepitu audito, ſe extra ſerinium illud ſtatim retraxit, manu ſiniſtra manubiolo ex oricalco capſulam tenens rubeo conteſtam ſerico, in qua prout poſtea mihi d. retulit Sacriſtanus d. D. Ricchæ gemmæ ſeruabantur. Tunc ipſemet Sacriſtanus in ſacriſtiæ oſtio ſtans Seruulo ait, quid hic moliris? Depone ibi illam capſulam. Reſpondit Seruulus. Ab illo recede oſtio, & vt pertranſeam mihi permitte, & hæc dicens exire magna vi conatus fuit. At hoc ei Sacriſtanus minimè permiſit, baculo quem in manibus geſtabat eum retradendo dicens. Hinc non egredieris niſi capſula dimiſſa: tunc Seruulus capſulam in terra depoſuit,

Interrogatus. An aliquid aliud tunc acciderit.

Reſpondit. Sine dilatione Seruulo appropinquat F. Seuerus de N. noſter conuuerſus & prædicto cultro erga caput Seruuli illum direxit, ſed vt ſupra dixi iſte brachium ad ſe tuendum eleuando vulnus vnum in eodem non leue accepit, inde ſtatim cum cultro F. Seuerus graue in caput aliud vulnus Seruulo inflixit cum abundanti ex vtroque vulnere ſanguinis effluxione.

Interrogatus. Vtrum ſciat vbi capſula illa de qua depoſuit modo ſeruetur.

Reſpondit. Capſulam in terra depoſitam, vt ſupra, accipiens Sacriſtanus in dicto me præſente repoſuit ſcrinio. Poſtea vero ab eodem certioratus fui Sacriſtano capſulam eandem cum gemmis d. D. Ricchæ redditam fuiſſe.

Interrogatus. An ſciat vbi modo ſit dictus Seruulus.

Reſ-

Reſpondit. Poſt omnia ſupradd. Seruulus dixit pſto mea curare vulnera, Tunc dictus P. Conteſtadius de N. et ego ad cubiculum, quod foreſtaria dicitur prope huius Conuentus oſtium præcipuum vulneratum perduximus, vbi curatus fuit, & ibidem etiam nunc puto eum reperiri.

Interrogatus. An ſciat quomodo Seruulus in dictam intrauerit ſacriſtiam, & ſcrinium aperuerit.

Reſpondit. Sacriſtanus ait ſe clauibus ſacriſtiam & ſcrinium clauſiſſe, & ideo creditur, cum fractum minime appareat, Seruulum ferreo aliquo inſtrumento vice clauis vſum fuiſſe ad prædicta aperienda.

Interrogatus. De cauſa ſcientiæ.

Reſpondit. Ea qua depoſui ſcio, quia facto interfui propriiſque oculis vidi, & proprijs auribus omnia audiui, & à me hic ſupranominati bene mihi noti ſunt.

Interrogatus. An vltra ſupradd. aliqui alij prædictorum conſcij ſint?

Reſpondit etiam conſcij ſunt F. N. de N. & F. N. de N. noſtri conuerſi, qui audito ſtrepitu accurrerunt. Sed poſtquam vulnera fuerunt inflicta, poſtea ad aliorum fratrum notitiam idem deuenit factum, de quo publice in eodem Conuentu eos colloquentes audiui.

Interrogatus. Quoſnam particulariter vt ſupra colloquentes audiuit, & a quo tempore.

Reſpondit. Iſti fuerunt P. Conteſtadius de N. P. Sincerus de N. Sacerdotes, nec non alij, qui præſertim de præmiſſis publice colloquebantur die Veneris 6. huius menſis ſtatim ac factum accidit, & plures etiam poſtea.

Interrogatus. De origine publicæ famæ.

Reſpondit, Originem publicæ famæ à prædictis traxit, & præſertim quia dictus Seruulus vbi ſupra publice à patribus huius conuentus viſus fuit, publiceque bucinatur à prædictis F. Seuerum eum vulneraſſe.

Interrogatus. An aliquid aliud velit dicere.

Reſpondit. Non Pater.

Et relectum examen confirmauit, & propria manu ſubſcripſit, & dimiſſus fuit cum præcepto S. Obedientiæ de ſilentio.

Ego F. Verus Marſicli de N. Sacerdos Religionis N. *depoſui.*

Ego F. *Fidelis de N. Sacerdos* Religionis *Actuarius ſcripſi &c.*

99. Eodem modo examinabuntur alij teſtes obſeruatis quæ notata ſunt ſupra *num.* 88. & 89. Et hæc Regula attendi debet, quia vel teſtis ad interrogationem reſpondet affirmatiue, & ſic deponit factum, de quo interrogatur, & tunc ſi ipſe non expreſſit omnes circumſtantias facti, vt puta locum, & tempus, teſtes, & conteſtes, cauſam ſcientiæ, arma, vel inſtrumenta per quæ factum fuit homicidium, vel delictum, modum facti, & alias eius circumſtantias, debebit Iudex de illis interrogare teſtẽ, illumque adiuuare ſine ſuggeſtione, vt clarè, & diſtinctè deponat. Quod ſi examen teſtis vna vice expediri non poteſt, tunc ita ſcribitur.

100. *Quoniam ob vrgentia negotia, vel ob horæ tarditatem hoc examen compleri non poteſt, iuſſit R. P. Prior pro nunc terminari examen, animo tamen continuandi illud, cum primum commoditas acceſſerit.* Et lecto examine ipſi teſti faciat ab illo ſubſcribi, acceptis ſi & in quantum eius depoſitionibus.

Fiant ſubſcriptiones ſolitæ & deinde continuatur examen, quando id fieri poteſt.

101. *Die &c. præfatus R. Prior regrediens ad perficiendum examen F. N. teſtis ipſum in ius vocauit, & ipſi iterum iuramentum præſtitit &c. pro vt iurauit tactis &c. Et interrogauit &c.*

Forma examinandi teſtem contumacem, aut mendacem, varium, & ſibi contrarium, & illum torquendi.

102. SI teſtis interrogatus ſit vel pertinax, & nolit reſpondere ad interrogata, vel nolit reſpondere affirmatiue, vel negatiue, vel reſpondeat dubitatiue per verbum neſcio, vel non recordor, vel in deponendo ſit varius, vel ſibi contrarius. conſiderari debent quæ dicta ſunt ſupra *quæſt.* 13. Et præcipuè ſi non reddat aliquas rationabiles cauſas ſui facti, & an ſimus in caſu, in quo poſſit torqueri non datis illis defenſionibus. Vbi igitur adhibenda ſit tortura, hæc apud Religioſos erit carcer, & fames, vel aliud ſimile afflictiuum corporis; & vbi teſtis ſit pertinax, & nolit reſpondere prout tenetur ſubiungetur.

103. *Tunc præfatus R. P. Prior videns quod prædictus teſtis pluries benigne admonitus noluit reſpondere, & quod ex benignitate peior efficitur, nec adducit cauſam iuſtam, & rationabilem, ob quam reſpondere recuſat, ideo vt à ſua pertinacia diſcedat, iuris remedijs vtendum conſuit, & præſenti decreto pro reſponſione extorquenda decreuit, vt dictus N. teſtis in carcerem detrudatur, ibique continuo in pane & aqua ieiunet per dies &c. vt reſcipiſcat reſpondeat, & mandatis pareat. Die &c.*

Subſcribantur Prior & Actuarius

104. Sicut enim tortura funis, & alia tormenta non dantur niſi ad tempus determinatum vnius v. g. horæ, vel plurium horarum ad arbitrium Iudicis attenta qualitate delicti, & indiciorum, ita in caſu iſto determinari debebit numerus dierum huiuſmodi torturæ regularis. Hic tamen numerus dierum longus eſſe poterit, & excedere menſem ad arbitrium prudentis Iudicis. Qui etiam in decreto torturæ poterit determinare tempus cum clauſula ad ſui arbitrium &c.

105. Poteſt etiam Iudex conſtringere inobedientem manicis ferreis, compedibus &c. ſecundum qualitatem delicti & perſonæ, Et eodem decreto vti poteſt, ſi teſtis ſuo examini nolit ſubſcribere, aut nolit reſpondere affirmatiue, vel negatiue, aut reſpondeat per verbum neſcio, non recordor, & ſimile, ſi eſt veriſimiliter informatus, aut veriſimiliter recordari poteſt, & ſi à pertinacia diſcedit, ſequitur examen vt infra.

Cùm

106. *Cum F. N. teſtis ad cor reuerſus fuerit, veniam petierit, excarceratus fuit admiſſus ad examen, & denuò interrogatus &c.*

Eodem modo cogi poſſunt offenſi, vel vulnerati renuentes propalare delinquentes, dum Iudex eſt certus factum commiſſum fuiſſe delinquendo & delinquentes non poſſint veriſimili ignorantia excuſari.

Forma torquendi teſtem negantem interfuiſſe facto, vel delicto: cuius examen ita concluditur.

107. T*Vnc Præfatus P. Prior viſa ex vna parte pertinacia d teſtis negantis ſe fuiſſe præſentem in loco delicti tempore, quo ipſum crimen perpetratum fuit, & ex altera parte in proceſſu ſufficienter conſtet ipſum dicto loco commiſſi criminis adfuiſſe tempore, quo crimen ipſum perpetratum fuit, & per conſequens veriſimile eſt ipſum vidiſſe, quomodo factum ſe habuerit, & quis fuerit delinquens conſideratiſque alijs indicijs ex proceſſu reſultantibus contra ipſum teſtem.*

108. *Ideo ad effectum habendi ab ipſo teſte plenam, & integram veritatem ſuper præmiſſis, & ſuper his de quibus veriſimiliter apparet informatus, atque ad omnem alium bonum finem, & effectum mandauit, prout in preſenti decreto mandat eundem F. N. teſtem examinatum in carcerem detrudi, ibique ſolo pane & aqua veſci per dies &c. vt puram facti veritatem teſtetur &c. Actum &c.*

F. N. *de* N. *Prior*.
F. N. *Actuarius*

Forma torquendi teſtem, qui facto interficit & negat aliquid vidiſſe, aut audiſſe: & in fine examinis ita concluditur.

109. T*Vnc conſiderato quod conſtet in iudicio per teſtes vel per propriam confeſſionem ipſum teſtem fuiſſe præſentem in loco commiſſi criminis tempore, quo fuerat perpetratum, vnde veriſimile eſt ipſum vidiſse, quomodo dictum factum ſe habuerit &c. qui fuerint delinquentes, cuius ætatis, quibus veſtibus induti, quibus armis accincti, qua effigie &c. Et non obſtantibus pluribus monitionibus, vt veritatem fateatur, negare non erubeſcat delinquentes vidiſse nulla rationabili cauſa ſuæ ignorantiæ allata, conſideratiſque etiam alijs indicijs ex actibus ipſis reſultantibus & contra dictum teſtem facientibus. Ea propter præſcriptus R. P. Prior ad effectum habendi ab ipſo teſte examinato plenam, & integrum veritatem ſuper premiſſis de quibus, vt dictum eſt, veriſimiliter informatus apparet & ad omnem alium meliorem finem &c. mandauit &c.* Aduertendum vero quod teſtis ſemel tortus non torquetur amplius, niſi variauerit, & nec poteſt vltra tertiam vicem torqueri. Quod ſi teſtis in ſecunda tortura variauerit à primo dicto, & contrarium depoſuerit, non creditur primo nec ſecundo dicto, & ſed torqueri debet, niſi doceat de errore ſuæ confeſſionis. Et an ſtandum ſit tunc in eo quod deponit tertio loco explicatum eſt ſupra *quæſt.* 15. *art.* 9. *num.* 133. Sed & ex dictis ſupra Iudex conſiderare debebit, an teſti dandæ ſint defenſiones antequam decernat eius torturam & illum torqueat.

Forma torquendi teſtes inhabiles:

110. SI teſtis aliquis ſit inhabilis, vt puta periurus, vel inimicus, torqueri poterit pro inhabilitate purganda: quanuis in foro Regularium hæc tortura non ſit neceſſaria. Hæc etiam tortura regulariter non habet locum ante examen teſtium, cum teſtes examinentur non citata parte, imo illa neſciente, & ideo nec excipiente. Si tamen pars excipiat contra teſtem, & incontinenti exceptio poſſit probari, & pars id petat, & offerat, nec ſit opus altiori indagine, tunc ante teſtis examen diſcuti debet exceptio, nec interim teſtis examinari debet, quando vero fuerit examinatus, & purgari debeat eius inhabilitas per torturam, eam Iudex decernet hoc modo.

Tunc A. R. Prior &c. viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, ſtante inhabilitate examinati, quia vel eſt ſuſpectus, vel ſocius criminis, vel affectus inhabilitate alia explicanda, quæ debet purgari &c. Ad tollendam hanc maculam, & vt eius dictum magis afficiat nominatum, & ad omnem alium bonum finem, & effectum, mandauit, prout præſenti decreto mandat ipſum. N teſtem per integrum diem in cella recludi, et eum nomine loqui, ibique ſolo pane, & aqua veſci. Actum in hoc etc. die etc.

F. N. *de* N. *Prouincialis*.
F. N. *Actuarius*

Forma reijciendi Teſtem vel accuſatorem.

111. C*Oram vobis A.* R. *Prouinciali N. &c.* Frater N. *de* N. *excipiendo dicit quomodo venit in eius notitiam, quod fuit accuſatus, vel denunciatus à* F. N. *de* N. *vel quod fuerunt contra eum examinati* F. N. *et* F. N. *etc. et quia dictus Accuſator*, vel *quia dd. teſtes ſunt eius capitales inimici, vel conſpiratores, vel &c. Et hoc promptum ſe offert probare coram vobis incontinenti, ideo dicit ipſum Accuſatorem, vel ipſos teſtes eſſe repellendos, et ſi aliter fieret per vos proteſtatur dictam exceptionem etc. et omnes alias ſibi competentes, et competituras contra perſonas, et dicta dictorum teſtium, vel contra Accuſatorem. Ita hoc, et omni alio meliori modo, et forma &c.*. Probata cauſa contra teſtes, vel contra Accuſatorem ab accuſato, vel inquiſito coram Iudice auditis ipſis teſtibus, vel accuſatore ſi ſunt repellendi, formatur ſententia interlocutoria modo vt infra.

Forma ſententiæ interloquutoria pro teſtibus inhabilibus, vel accuſatore repellendo.

112. *CVm F. N. &c. inquiſitus, vel accuſatus de tali crimine exceperit contra F.* N. *& F.N. teſtes, vel contra F.N. Accuſatorem, vt tamquam illegitimi à teſtificatione, vel accuſatione repellantur ob talem cauſam etc. idcirco nos* N. *Prouincialis &c. attendentes exceptiones propoſitas eſſe veras, & ſufficientes probatas, dictos F.N. & F.*N. *tamquam inimicos* (vel conſpirantes, vel vel ob aliam cauſam adductam, & probaram) *à teſtimonio, vel ab accuſatione contra dictum F.* N. *reppellendos fore vt illegitimos, prout illos repellimus, & inhabiles ac illegitimos teſtes, vel inhabilem aut illegitimum accuſatorem declaramus,* & *conſequenter dict. F.* N. *propter illorum teſtimonium, vel accuſationem non eſſe fatigandum, & id non ſolum hoc ſed omni alio meliori modo &c. Hodie die &c. menſe &c. anno &c.*

F. N. *Prouincialis*

F. N. *Actuarius*

Forma examinandi teſtem ſuper recognitione alicuius ſcripturæ.

113. *DIe 7. Iunij 1640. In Monaſterio N. coram R. P. Iuſto de N. Prouinciali N. vocatus fuit in teſtem N. de N. Sacerd. ac ætatis ſuæ* 30. *annorum*, Religionis *vero* 12. *et delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tacto pectore, ad opportunas interrogationes reſpondit vt infra.*

Interrogatus. An ſcribere ſciat, et practicus ſit in manuſcriptis recognoſcendis.

Reſpondit. Scribere ſcio et aliqualemque praxim habeo in recognoſcendis manuſcriptis.

Tunc R. P *iuſſit vt exhiberetur et teſti oſtenderetur, præberetuſque in manibus epiſtolas, de qua ſupra, eamque teſtis in manibus accipiens alta voce legit.*

Interrogatus. An cognoſcat cuius manus ſit illa Epiſtola?

Reſpondit. Caracter huius Epiſtolæ eſt F. N. conuerſi N.

Dictum eſt ei, vt bene et diligenter illam inſpiciat Epiſtolam, poſt quam autem teſtis iterum atque iterum eam vidit.

Interrogatus. An bene. & quomodo characterem illius Epiſtolæ cognoſcat.

Reſpondit benè cognoſco caracterē huius Epiſtolæ eſſe d. Conuerſi, non modo quia pluries vidi eum ſcribentem, & illius character eſt omnino, ſicut iſte quem in iſta video Epiſtola; Sed etiam, quia fui præſens, & vidi dum eamdem ſcriberet, & diligenter obſeruaui eſſe illius tenoris, de quo in eadem Epiſtola à me lecta.

Interrog. An tunc aliquis alius fuit præſens.

Reſp. Erat præſens F. N. de N. conuerſus.

Interrogatus. An aliquid vltra dicere velit?

Reſpondit. Non Pater.

Et relectum examen confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Ego F. N. de N. Sacerdos depoſui vt ſupra.

Ego F. fidelis de N. Actuarius &c.

Eodem modo examinentur ſaltem alter teſtis, qui dum conteſtatur deueniendum erit ad examen Rei, vt hic ſequitur.

CAP. IV.

De Praxi ſeruanda in citatione Rei.

114. EXaminatis teſtibus, & formato proceſſu, ad hoc vt Iudex præcipue Regularis procedat ad vlteriora, debet prius videre, An delictum contra delinquentem ſit ſaltem ſemiplenè probatum. Auctor autem tractatus de iudicijs *poſt conſtitut. Ordin. Prædicat.* impreſſis vult, quod inquirens ex officio, ſi contra inſignem perſonam inquirat, debeat habere omnino plenam probationem, antequam illum citet, & ad hoc adducit *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 6. Sed neque in Conc. Trid. loco citato habetur, vnde hoc colligi poſſit, & quamuis æquitas poſtulet, vt contra perſonas inſignes non procedatur de facili, ſed ſolum cum magna maturitate, de rigore tamen ſufficit ſemiplena probatio, vt dictum eſt *q.* 21. *n.* 1. Sed cum citatio ſit duplex, ſcilicet, verbalis, & realis, quæ idem eſt quod carceratio. Et adhuc citatio aliter diſtinguitur, ſcilicet, citatio rei ad reſpondendum, & citatio ad ſe defendendum, & citatio ad audiendam ſententiam, hic ſermo eſt de citatione ad reſpondendum. Et primo de verbali, & poſtea de reali. Apud Regulares verò in hac citatione verbali ad reſpondendum non eſt neceſſe ſeruare ſolemnitates Iuris, ſed ſufficit quod ſuperior per Nuncium vocet perſonam inquiſitam, ſi eſt præſens, vt compareat coram eodem Superiore ad reſpondendum in iudicio ſuper his de quibus interrogabitur. Vel ſi eſt abſens, ſed in certo loco, ſufficit quod ſuperior illum vocet per epiſtolam.

Sed tamen ſi Reus ſit abſens, & fugiat, & latitet, & ſe abſcondat ſpecialis forma citandi eſt neceſſaria.

115. Hic prius aduertendum, quod multi DD. Regulares in hoc vtuntur forma citandi Reos, quæ curijs ſecularibus competit, & citant Reum abſolute ſub pœna conuicti, & confeſſi. Sed vt probatum eſt *q.* 23. *a.* 12. apud Eccleſiaſticos contumax non damnatur vt confeſſus, & conuictus pro vnica contumacia, ſed requiritur duplex contumacia. Nam citatur Reus ad comparendum triplici citatione, vel vna pro tribus ſub pœna excomunicationis, & reſpectiuè ſub pœna confeſſi, & ſi non comparet in termino citatur ad dicendum quare non debeat excommunicari, vel declarari excommunicatus, & ſi non comparet excommunicatur, vel declaratur excommunicatus, prout or-

ordo iuris exigit, & ſi per annum inſordeſcat excommunicatione, & non compareat, tunc demum quinto citatur ad dicendum cur non debeat damnari vt conuictus & confeſſus, & ſi non compareat, ita damnatur, vt habetur *cap. Cum contumacia de hær. in 6.* Et huic praxi æquum eſt, vt adhæreant Regulares, vt dictum eſt ſupra *q.* 23. *num.* 12. Et ſic vti poterunt forma ſequenti.

Forma citandi abſentem per Edictum.

116. D*Ie N. Menſis N. anni N. Nos Prior* N. *tenore præſentium mandamus & expreſsè præcipimus tibi F.* N. *vt infra dies* 15. *proxime futuros ab executione præſentium numerandos, quorum dies aſſignamus quinque pro primo, alios vero quinque pro ſecundo, poſtremo alios quinq; pro vltimo, & peremptorio termino coram nobis perſonaliter te ipſum præſentare, & ad parendum noſtris mandatis comparere debeas ſub pœna excommunicationis latę, ſententia & reſpectiue ſub pœna conuicti et confeſſi criminum, de quibus imputaris, nec non ad reſpondendum ſuper his, de quibus fueris à nobis interrogatus in cauſa proceſſus contra te fabricati de* (inſeritur delictum, vel delicta) *prout in actis, & ad allegandum, & deducendum quidquid allegare & deducere poteris pro tua excuſatione, defenſione, & exculpatione, Et volumus præſentem citationem tibi perſonaliter, ſi repertus fueris præſentari, & intimari; ſint autem in cubiculo tuæ ſolitæ habitationis, & in valuis Refectorij dimiſſis & affixis ibidem copijs. Illamque citationem ſic executam ita te arctare, & afficere, ac ſi perſonaliter & magis legitimè executa foret, certificates nihilominus, quod ſi in dicto termino in ea monitione tibi facta non comparueris iuxta iuris ordinem ad vlteriora procedemus contra te, etiam tamquam contumacem, conuictum, & confeſſum omni meliori modo &c. in quorum fidē &c. Datum &c.*

F. N. Prior.

F. N. Actuarius,

Relatio citationis, & executionis.

117. *Fidem facio ego F. N. Actuarius, qualiter ſupra dicta citatio fuit publicata in monaſterio N. & illius copia affixa in valuis cubiculi* F. *N. ſuæ ſolitæ habitationis necnon in valuis Refectorij eiuſdem Monaſterij &c. Die N. &c.*

Ita eſt F. *N. Actuarius.*

118. Si citatus comparuerit mancipetur carceribus, & tempore opportuno examinetur, in actis conſtet eius comparitio his verbis.

Comparuit F. *N. de N. qui fuerat citatus vt patet per edictum ſupra in actis regiſtratum, & in carceribus ſe conſtituit paratus obedire mandatis A. R. P. Prioris.*

119. Si non comparuerit infra tempus præfixum tamquam contumax condemnatur, & *elapſo termino Actuarius faciat fidem de contumacia, & elapſo altero die citatur ad audiendam ſententiam contra eum ferendam intra ſpatium e. g. trium dierum iuxta modum & ordinem expreſſum ſupra num.* 115.

Forma alia citandi Reum, qui fugit inchoato proceſſu, vel ex carceribus.

120. IN actis ſcribantur locus, tempus, modus, atque aliæ fugæ circumſtantiæ. Et ſi in actis ſint ſufficientia indicia ad tranſmittendam ei inquiſitionem iuxta tradita ſupra *qu. art.* 2. citabitur hoc modo.

Nos E. N. de Prouincialis &c. Tibi E. N. *de N. tenore præſentium præcipimus quatenus intra tres dies ab huius executione computandos, cuius primus dies pro primo, ſecundus pro ſecundo tertius pro tertio & peremptorio termino tibi aſſignatur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & reſpectiue ſub pœna confeſſorum delictorum de quibus imputaris, & priuationis omnium officiorum ordinis coram nobis comparere debeas ad te exculpandū & defendendum ab infraſcriptis criminibus tibi imputatis, nēpe &c.* (Hic inſeratur tota facti crimino ſi ſeries cum ſuis circumſtantijs, loco, tempore, & alijs accidētibus alicuius momēti.) *Et his patratis in pœnas iuris incurriſti, deinde in fugā te dediſti. Volumus autem præſens monitorium noſtrum tibi perſonaliter præſentari ſi tua perſona haberi commode poterit, ſin autem ad portam tui ſoliti cubiculi, & ad valuas Refectorij huius Monaſterij copias illius affigi, taleque monitorium ſic executum ita coarctare, & afficere, ac ſi perſonaliter præſentatum foret, certificantes, te quod ſi in prædicto termino non comparueris. Nos ſeruatis terminis iuxta ſtylum in ſimilibus ſeruari ſolitis ad declarationem incurſus pœnarum, illarumque executionem contra te procedemus non obſtantibus quibuſcumque. In quorum &c. Datum &c. In Monaſterio* N. *die* 7. *Iunij* 1649.

Subſcribatur hic P. Prouincialis ac Actuar.

121. Hoc monitorium Actuarius exequatur & à tergo ſcribat. Affixum fuit in præfatis locis die &c. Anno &c. Deinde referat in actis vt hic ſequitur.

Per me Actuarium infraſcriptum de mandato &c. d. Monitorium affixum fuit in ſupradictis locis, cum Reum inuenire per perquiſitionem non potuiſſem. Die &c. Anno &c.

Ego F. Fidelis de N. Sacerdos, & Actuarius.

122. De carceratione autem ſeu citatione reali videantur dicta ſupra *qu.* 21. *art.* 3. Hic vero aduertendum, quod quando Reus non eſt ſuſpectus de fuga non poteſt carcerari antequam conſtituatur. quamuis delictum ſit tale, pro quo ſolet infligi pœna corporalis, & ſit. Semiplene probatum. Baiard. ad Ciar. *q.* 28. *nu.* 11. Farinac. *qu.* 27. *num.* 76. ſed debet prius citari, & interrogari, & poſtea in fine conſtituti carceribus mancipari. Verum ſi Reus eſſet citandus, & ob citationem eſſet periculum fugę, poſſet ante citationem carcerari ad cuſtodiam, deinde à carcere ad ius vocandus erit. Quando autem adeſt timor fugæ, vel ſubornationis teſtium iuxta dicta in *quæſt.* 21. *art.* 3. poterit Reus carcerari.

For-

Forma decreti Carcerationis quando delinquens eſt ſuſpectus de fuga.

123. C*Vm apud R. P.* N. *Priorem huius Monaſterij &c. fuiſſet accuſatus, vel denunciatus, vel infamatus,* F. *Fulanus de furto magna quantitatis, & ſit ſuſpectus de fuga &c. vel dictus R. Prior eſt moraliter certus quod poſt capturam d. F. Fulani teſtes ad examen ſine timore accedent ad veritatem deponendam; idcirco ſtante grauitate delicti, et ſuſpicione de fuga etc.* vel *ſtante morali certitudine quod teſtes libere accedent ad veritatem deponendam ſine timore seductionis, præfatus R. Prior mandauit, prout præſenti decreto mandat cum conſilio PP. et ſeniorum Monaſterij d. F. Fulanum capi, et carceri ad cuſtodiam mancipari, à quo ſiue ipſius mandato amoueri non poſſit. Acta ſunt hac die etc.*

F. F. N. Prior.

F. N. *Actuarius*

Forma alia decreti ad Reum ſuſpectum de fuga carcerandum.

124. Q*Refatus R.P.Prior viſis videndis &c.& diligenter exploratis depoſitionibus teſtium, & indicijs qua contra inquiſitum in proceſſu conſtant, ex quibus aduerſus eumſdem reſultat ſemiplena probatio criminis. Inſuper conſiderato quod crimen, de quo agitur, eſt eius generis, vt ipſius fuga merito timeatur, mandauit, prout preſenti decreto mandat d. F.*N.*capi, & carceri ad cuſtodiam tradi, à quo niſi de ipſius mandato amoueri non poſſit. Acta ſunt hac die &c. In Monaſterio &c.*

Sequuntur ſubſcriptiones vt ſupra.

125. Relatio de Rei carceratione facta ab Actuario. *Ego* F. N. *&c. Actuarius fidem facio d. decretum fuiſſe intimatum per me d.* F. N. *& fuiſſe ipſum* F. N. *cum effectu carceri formali mancipatum die &c. in Monaſterio &c.*

F. N. *Actuarius.*

126. Si Reus à decreto carcerationis appellauerit, non eſt audiendus, quia non admittitur huiuſmodi appellatio quoad remedium ſuſpenſiuum, & ideo non obſtante appellatione carceri mancipatur, Clar. *quæſtion.* 46. P. Boner. *fol.* 203. Portell. *v. carcer. et v. appell.* Admittitur tamen quoad remedium deuolutiuum manua de Reo carcerato Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 4. *nu.* 10. Barb. *in ſumm: Bull. v. carceratio.*

127. Si Prælatus aliquem Religioſum mitteret in cellam, & præciperet ne eo inconſulto ab illa exeat, non poteſt talis dici carceris pœna coercitus, quia de eſſentia carceris eſt obſeratio, ita vt quis priuetur libertate exeundi, Vnde Prælatus ita Religioſum in ſua cella recludens non incurrit pœnam indebitæ carcerationis. Sanctor. *de pœn. c.* 4. *de pœna carceris in princ.* F. Antonius a Spiritu Sancto *de Reg. Prælatur. tract.* 4. *diſp.* 3. *num.* 41. & formaliter carceratus dicitur, dum intra duos parietes, vel vinculis detinetur *l. ſuccurritur ff. ex quibus caſus* Clar. *quæſt.* 46. *in princip.* F. Anton vbi *ſupra nu.*403. *Videantur dict. qu.* 21. *art.* 3. *n.*40.

CAPVT V.

De praxi ſeruanda in admittendis, vel reijciendis exceptionibus.

128. DE iſtis exceptionibus dictum eſt ſupra *qu.* 22. ſunt autem triplicis generis. Nam quædam reſpiciunt perſonam Iudicis, & dicuntur diclinatoriæ fori, ſiue exceptiones incompetentiæ, vt puta, quod Iudex eſt incompetens, vel eſt ſuſpectus, vel ſi eſt delegatus in cauſa, non poteſt procedere ſolus, & aliæ ſimiles. Quædam reſpiciunt libellum Accuſatorium de criminibus, vt puta ſi accuſator ſit inimicus, vel alia de cauſa inhabilis ad accuſandum, vel quia non ſe ſubſcripſit ad pœnam talionis. Quædam reſpiciunt cauſam vt puta ſi de eodem delicto inquiſitus fuit diffinitiue abſolutus, vel præſcripſit inſtantiam. Huiuſmodi autem exceptiones dicuntur dilatoriæ, quatenus differunt cauſam & impediunt litis ingreſſum, & conteſtationem, & faciunt propterea, vt inquiſitus non poſſit interrogari nec poni inter Reos, niſi prius exceptiones iſtæ fuerint examinatæ, & videatur quantum valeant.

129. Sed aduertant Iudices Regulares, quod non tenentur in his ſeruare Apices & ſolemnitates iuris poſitiui, & admittere exceptiones friuolas, & non legitimas. Sic v. g. exceptiones ex parte accuſationis multoties ſunt friuolæ, quia cum Iudex poſſit procedere ex officio, & vti accuſatione vt ſimplici denunciatione, etiam ſi accuſatio non debeat admitti vt accuſatio, ſed reijci debeat Accuſator, nihilominus Iudex poteſt procedere ad vlteriora ex officio exceptione non conſiderata. Aliter dato etiam quod ad accuſationem de iure Canonico ſit neceſſarium quod Accuſator ſe ſubſcribat ad pœnam talionis, quia tamen hæc eſt iuris ſolemnitas, & Apex, eam Iudex Regularis poteſt non admittere. Sed in hoc ſtatuta ſuæ Religionis debet obſeruare, ſi forſan ex illis hæc ſit ſolemnitas ſubſtantialis, quæ talis non eſt in Ordine Prædicatorum. Sed in hoc Ordine Accuſator ſiue ſe ſubſcribat, ſiuè non ſubſcribat, tenetur ad pœnam talionis, ſi non probat, vt dictum eſt *qu.* 7. *art.* 5. *num.* 21.

130. Iam etiam *qu.* 3. *art.* 8. dictum eſt, quomodo in caſu recuſationis præſentis Iudicis electio arbitrum parum ſit in vſu, ſed ſi Iudex delegatus recuſatur, habetur recurſus ad delegantem, vel ſi ſit ordinarius ſatisfacit, ſi deleget cauſam alicui non ſuſpecto. An verò & quando Iudex recuſatus poſſit ſuam tueri iuriſdictionem, & decernere quod recuſatio ſit illegitima, oſtenſum eſt *qu.*3. *art.* 8. Hæc tamen exceptio recuſationis, ſi non ſit notoriè friuola ſuſpendet iuriſdictionem Iudicis. Ideo ea legiti-

gitimè obiecta Iudex non poteſt. Reum interrogare, ſed ſi Iudex procedit vlterius, an proceſſus ſit ipſo iure nullus explicatum eſt *dict. qu. 3. art. 9.*

Forma Conſtituti in quo Iudex recuſatur ſuſpectus.

131. *IN nomine Domini &c. Die &c. In Monaſterio &c. coram A R. P. N. Priore &c. vocatus, & conſtitutus fuit F. N. de N. ętatis ſuæ &c. Religionis verò &c. & delato ei ſtatu ſuæ cauſæ præmiſſaque monitione &c. nec non delato ei iuramento de veritate dicenda, noluit iurare recuſando prædictum Priorem vt ſuſpectum Iudicem, & præſentauit libellum recuſationis modo infra dicto.*

Forma recuſationis.

132. *QVia naturale eſt velle ſuſpectorum Iudicum declinare iudicium, coram vobis à R. P. Priore iudice in cauſa illata iniuriæ mihi oppoſitæ compareo ego F. N. & dico, quod cum ſit mihi ſuſpectus ex cauſa* (hic explicatur cauſa ſuſpicionis)*ideo tanquam talem in hac cauſa recuſo, & prædictam cauſam ſuſpicionis coram arbitris me offero probaturum, ad quos ſtatim* (additur vna cũ aduerſario quãdo proceditur per accuſationem)*eligendos me paratum offero, & caſu quo conuenire non poſſimus, ex parte mea ex nunc pro tunc eligo P. N. de N. Ita die &c.*

Actuarius ſcribat in actis ſub hac forma.

133. *DIe &c. anno &c. fuit per F. N. præſentatus ſupraſcriptus libellus recuſationis, & à R. P. Priore fuit admiſſus ſi & in quantum, vel fuit reiectus tamquam calumnioſus & ſine cauſa vera, & legitima.*

134. Eodem modo, & forma vtendum erit, ſi Iudex recuſetur ex alia cauſa, vt quia Inquiſitus ſit Clericus, & Iudex ſit laicus, vel ſi Iudex ſit excommunicatus. Si tamen Iudex ſit delegatus, & habet Collegam, vel Collegas cum clauſula, *quod ſi non ambo* &c. vel habent cauſam delegatam in ſolidum tunc coram Collega, vel Collegis probanda eſt exceptio recuſationis iuxta explicata in *cap. ſi contra de off. deleg. in 6. num.* 8. & tunc libellus recuſationis formatur dicendo, *& cauſas huiuſmodi ſuſpicionis coram Collega veſtro, vel cum iudicibus, ſe probaturum offert.* Et pariter aduertendum, quod in prædicta forma, in qua recuſans recuſat Iudicem ſuſpectum in manibus Iudicis imponitur ſæpè iuramentum, non quia de iure Canonico ſit neceſſarium, ſed quia eſt neceſſarium de iure Ciuili, de iure autem Canonico requiritur expreſſio cauſæ, vt queſt. citata probatum eſt; tamen ad maiorem cautelam, quia in aliquibus Curijs ſeruatur ius ciuile, in hoc vnuſquiſque ſe regulare debet ſecundum ſtylum, & conſuetudinem riarum.

Forma præfigendi terminum Arbitris à dice recuſato ad cauſam ſuſpicionis proſequendam, & terminandam.

135. *CVm certum ſit in cauſa recuſat nis propoſita à F. N. dicente eſſe ſuſpectum fuiſſe electos in Arbitros ad hanc ca ſam ſuſpicionis decidendam vos P. N. & P. Ideo vobis tamquam Arbitris electis terminum aſ gnamus dierum octo ad prædictam cauſam proſ quendam, & terminandam à vobis, vel cum te tio à vobis aſſumpto ſub pœna excommunicationi latæ ſententiæ, aliter non deſinendo ex nunc pr tunc dico me proceſſurum elapſo dicto termino i negotio principali iuxta iuris diſpoſitionem.*

Forma appellationis interponendæ, à ſententia interlocutoria Iudicis, per quam reiecit exceptionem tamquam friuolam.

146. *EGo F. N. ſentiens me grauatum per interlocutoriam latam à R. P. N. Priore &c. Iudice in cauſa, quia pronunciauit exceptionem accuſationis à me propoſitam coram ipſo, die, anno &c. non eſſe ammittendam; idcirco in his ſcriptis appello ad R. P. N. & Apoſtolos peto inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè. Ita hoc, & omni alio meliori modo &c. datum &c.*

Forma ſententiæ Arbitrorum in cauſa recuſationis Iudicis.

137. *NOs F. N. de N. & F. N. de N. Arbitri electi ab A R. P. N. Priore ex vna parte, & à F. N. ex altera parte ſuper exceptione propoſita contra dictum Priorem Iudicem ordinarium, vel delegatum in cauſa propoſita per dict. F. N. quæ talis eſt* (Hic inſeritur totus tenor recuſationis de verbo ad verbum) *receptis probationibus hinc inde in termino dato ad hanc cauſam finiendum, & auditis omnibus, quæ voluerunt proponere coram nobis, viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, ſententiamus, diffinimus, & pronunciamus dictam exceptionem recuſationis non eſſe probatam &c. Sed eſſe friuolam, et ideo dicimus, ſententiamus, et pronunciamus, quod R. P. Prior Iudex interueniat in cauſa tali, et illam proſequatur, tamquam non ſuſpectus, vel dicimus cauſam eſſe probatam, et validam ideoque P. N. Prior, vt ſupra abſtineat, vt ſuſpectus à cauſa contra N. hodie die, anno etc. in Monaſterio etc. In quorum fidem etc.*

Subſcribunt Iudices, Arbitri, & Actuarius.

138. Verum circa huiuſmudi recuſationem Iudicis præcipue Iudicis ordinarij, aduertendum, quod vſus eligendi arbitros non eſt neceſſarius; ſed vbi eſt facilis recurſus ad ſuperiorem, hic habendus eſt, & quantum ad ſuſpenſionem Iudicis recuſati, huius non eſt habenda ra.

da ratio, ſi Iudex recuſationem declaret friuolam, ſi tamen reus apellerà Iudicis declaratione facta vel verbo, vel facto, obſeruanda ſunt, quæ de appellatione dicta ſunt *qu.* 32. *ar.vn.* & Iudex recuſatus præcipuè cauere debet, ne reo inferat damnum irreparabile.

CAPVT VI.

Praxis intarregandi Reum.

139. PRæmiſſis quæ de interrogatione Reorum dictæ ſunt ſupra *qu.* 23. *cap.* 1. & 2. hic primo dicitur non poſſe Iudicem Reum interrogare niſi præceſſerint ſufficientia indicia, vt dictum eſt *quæſt.* 21. *art.* 1 ita quod neceſſe eſt, qood delictum ſit ſemiplerum probatum. An vero Iudex antequam Reum interroget, debeat ſcripto, vel voce ſignificare cauſam ob quam eſt citatus, vt plures volunt, & inter illos Auctor tractatus de iudicijs impreſſi poſt conſtit. Ord. Præcl. *cap.* 2. *nu.* 9. explicatum fuit *cap.* 1. *de areuſ. in* 6. *nu.* 8. & 91. & *tom.* 2. *de ſtat. qu.* 186. *ar.* 8. *nu.* 328. & *ſupra q.* 23. *art.* 1. *nu.* 7. An verò examen rei fieri poſſit præſentibus aliquibus honeſtis viris, negat Auctor ſupra citatus *cap.* 4. *nu.* 6. ſed nedum poſſunt adhiberi honeſti viri, vt aſſiſtant proceſſui, ſed imo fieri debere fuit aliquando mandatum. Et additur amplius, quod aliquando optimum erit Rei carcerati perquirere domum, vel cellam, quoniam facilè eſt, quod ibi inueniantur aliqua, à quibus reus facilius conuincatur, & ideò hac ſpe probabili exiſtente poterit Iudex hoc modo hanc recognitionem decernere.

140. *Cum de mandato R. P. N. de N. Prouincialis N. fuiſſet F. N. de N. conuerſus N. carceri mancipatus idem P. Prouincialis vna mecum Actuario et teſtibus infraſcriptis acceſſit ad cubiculum d. F. N. poſitum in hoc Monaſterio N. contiguum cellis F. N. & F. N. quod reperit clauſum, & iuſſit per eum aperiri, quo aperto in eum intrauit, & ego eum eo, nec non prædicti teſtes, & eum res in eo reperta perluſtraſſet, diligenterque perquiſiſſet, videns quandam capſam altam ibi exiſtentem clauſam iuſſit eam per vim aperiri, qua aperta, in ea fuerunt repertæ duæ tunicæ albi coloris, & quadam alia inſtrumenta, nec non vnus culter in ſummitate acutus, totus ferreus, longitudinis duorum palmorum circiter, item vna crumena ex ſerico rubeo cum octo nummis aureis vulgo dictis Zecchini, & 25. nummis argenteis, ſeu Paulis prædictus vero culter, & pecunia conſignati mihi fuerunt de mandato &c. anno &c. In quorum &c. Actum N. die etc.*

Hic ſubſcribant P. Prouincialis, teſtes, & Actuarius.

141. Præterea verò aduertendum, quod nō ſtatim interrogandus eſt Reus de delicto, ſed aliquo circuitu verborum eſt vtendum. Vt ſi Reus eſt indiciatus, quod vulnerauerit Seruulum, prius interrogetur, an congnoſcat Seruulum, & qua occaſione, & quo tempore, & quo loco, & an illum viderit in conuentu, & ſic de alijs circumſtantij. Vel alio ſimili circuitu vti poterit, etiam in inueſtigandis indicijs. In reſponſionibus autem Rei nedum verba, ſed et geſtus corporis, ſingultus, lacrymæ, ſuſpiria, vultus alterationes, corporis tremores, & alia ſigna per quæ falſitas, aut inconſtantia deprahenderetur ab Actuario in actis notari debent. In primo etiam conſtituto Reo permittenda eſt magna confidentia, vt dicat quid velit ſine contradictione; facilè enim eſt, vt deponat aliquid falſum, & ita quod poſtea ſibi contrarius, & falſus deprahendatur. Hæc tamen confidentia haberi non debet cum Reo parato ad negandum. Imo cum illo hæc cautela adhibenda, vt Iudex ſecreto, & ad aures Actuarij dictet interrogatoria, dum ſcribuntur, ne Reus interim cogitet de mendaci reſponſione. Poſt vero ſcripta interrogatoria ſtatim ore proferantur, vt Reus ſtatim reſpondeat.

Forma examinis rei ſponte confitentis.

142. *IN nomine* **Domini** *Amen &c. In Conuentu, et in camera ſolita Reſidentiæ vocatus (vel eductus de Carceribus) conſtitutus fuit perſonaliter coram AR. P. Prouinciali &c. & me Actuario F. Fulanus &c. Reus in hac cauſa, principalis quoad ſe, & teſtis quo ad alios ætatis ſuæ annorum &c. Religionis &c. & monitus ad dicendam veritatem, ac propterea delato ei iuramento de veritate dicenda ſuper hys de quibus interrogabitur, prout iurauit tactis Sacris Scripturis, vel tacto pectore ſi fuerit* Sacerdos, *vel ſub præcepto formali in virtute Spiritus Sancti. & S obedientiæ*, vbi hoc eſt in vſu. *ad opportunas interrogationes reſpondit, vt infra*

Interrogatus. An ſciat vel imaginetur cauſā ſuæ vocationis, & præſentis examinis. Reſpondit &c. Et ei dicto, vt per extenſam exprimat hanc cauſam, & narret. Reſpondit &c.

Reo autem incipiente narrare factum, & confiteri delictum Iudex illum non interrumpat, etiam ſi aliena à propoſito inſerat, ne forſan a dicenda in omnibus veritate remoueatur, & ſæpè Reus ex ſuis reſponſionibus ducit Iudices in viam indagandæ veritatis. Quando verò Reus narrationem ſuam terminauerit, Iudicis partes erunt, ſi Reus integrè, clarè, & diſtinctè factum non narrauerit, vt prudentibus interrogationibus curet omnes circumſtantias explicari, & nullo modo in hoc caſu debet Iudex dimittere examen ex cauſa prandij, vel cænę, vel ſomni &c. ſed debet illud continuare, ne Reus peniteat, & veritatem amplius non dicat. Et poſtea ſemper attendat, vt ſi reus non expreſſit omnes facti circumſtantias, ipſe ſuis interrogationibus non ſuggeſtiuis faciat, vt in proceſſu plenè factum innoteſcat. Deinde verò ſi aliquod inſtrumentum, vel ſcriptura recognoſcenda ſit, recognoſci debet modo inſraſcripto, v.g. ſi recognoſcēdū ſit culter;

Inter-

Interrogatus . An prædictum cultrum , quo dixit ſe vulneraſſe N. recognoſceret, ſi videret .

Reſpondit . Ita pater .

Tunc R. P. iuſſit vt culter ſupradictus exhibeatur , & in manibus detur Reo ad eum bene videndum , prout factum fuit, vel ſi non ſit ſecurum in manibus Rei , taliter illum ei oſtendat, vt ab eo benè videri , & recognoſci poſſit .

Interrogatus. Vtrum cognoſcat iſtum eſſe cultrum , quo ipſe faſſus eſt ſe N. vulneraſſe .

Reſpondit . Ita pater . Iſte eſt ille culter , quo à me duobus ictibus , vel pluribus N. vulneratus fuit .

Interrogatus . An velit aliquid aliud dicere .

Reſpondit . Non Pater .

Et relectum examen confirmauit , & propria manu ſubſcripſit , dimiſſusque fuit cum præcepto S. obedientiæ de ſilentio &c.

Ego Fr. Fulanus de N. conuerſus Religionis N. depoſui , vt ſupra .

Ego F. N. de N. Religionis &c. Sacerdos Actuarius .

Forma examinis Rei ſuſpecti de confeſſione veritatis .

143. QVando verò Iudex timet, quod Reus nolit fateri veritatem, non debet immediatè illum interrogare de delicto , & ſubſtantialibus circumſtantijs , & proximis, quia ſic de facili Reus inuenit fallas reſponſiones , & interrogatoria erunt debiliora , ſed interrogabit Reum de remotioribus circumſtantijs , & factis , vt de pertinentibus ad qualitatem perſonæ ipſius Rei , vel ad aliquod indicium , vt puta ad indicium minarum , vel de loco , & tempore , & conuerſatione rei per diuerſos dies , & loca . Et poterit incipi proceſſus hoc nudo.

In nomine Domini Amen &c. die &c. anno &c. in Monaſterio ſeu Conuentu &c. in camera ſolita reſidentiæ vocatus (ſeu eductus de carceribus) , conſtitutus fuit perſonaliter coram A R. P. Prouinciali &c. & me N. Actuario F. Fulanus Reus in hac cauſa principalis quo ad ſe , & teſtis quo ad alios ætatis ſuæ annorum &c. Religionis &c. officio &c. & monitus ad dicendam veritatem ac propterea delato ei iuramento de veritate dicenda , prout iurauit tactis Sacris Scripturis (vel tacto pectore , ſi fuerit Sacerdos , *vel facto ei præcepto S. obedientiæ* iuxta morem Religionis) *ad opportunas interrogationes reſpondit vt infra .*

Interrogatus . Si ſciat , vel imaginetur cauſam ſuæ vocationis

Reſpondit . Non *la sò .*

Interrogatus . Vnde veniat .

Reſpondit. Vengo dalle prigioni .

Interrogatus. An ſciat , vel imaginetur cauſam ſuæ carcerationis .

Reſpondit . Io non la sò : ma ſiaſi qualſiuoglia , ſenza dubio è falſa ,

Interrogatus . A quo tempore detruſus fuit in carcerem .

Reſpondit . Sono 3. giorni .

Interrogatus . An habeat inimicitiam cum aliquo .

Reſpondit . Padre sì .

Interrogatus . Quis nam ille ſit .

Reſpondit . E Tiberio di Franceſco N. *che fà l'officio di Calzolaio , & habita nella contrada* N. *di queſta Città .*

Interrogatus . Come ſappia che li ſia inimico .

Reſpondit . Perche mi hà ingiuriato , e minacciato .

Interrogatus . Quo loco , & quo tempore , & quis tunc eſſet præſens, cum ille ſibi minatus , aut iniuriatus fuit .

Reſpondit , Fù queſto nel chioſtro del preſente conuento , e fu a' ſei del preſente meſe di Marzo alla preſenza di Matteo N. *e Giulio N. e di Roberto N.*

Interrogatus . Qualia fuerut verba minatoria . & iniurioſa .

Reſpondit . Tiberio tenendo vn coltello nelle mani mi minacciò con dire , che con quello voleua vccidermi , dopo hauermi detto che io ero vn furfante , ladro , & altre parole ingiurioſe .

Interrogatus . An vnquam fuerint reconciliati .

Reſpondit . Padre nò .

Interrogatus . An alijs hæc inimicitia nota fuerit , & quibus .

Reſpondit . Queſta inimicitia è manifeſta à quelli, che furon preſenti , e di più à Fr. Paolo N. conuerſo , e Fr. Girolamo N. conuerſo , e molti altri Frati del Conuento .

Interrogatus . An habeat alios inimicos .

Reſpondit ſono miei inimici il P. F. N. de N. e li fratelli Conuerſi F. N. de N. e F. N. de N.

144. Habita hac reſponſione interrogetur de cauſa iſtius inimicitiæ , & de loco , & tempore, & preſentibus facto , quod aſſeritur cauſa inicitiæ .

Interrogatus . An illi, quos dicit inimicos, ſint viri probi , & quare exiſtimet illos eſſe ſibi inimicos .

Reſpondit . Io laſcio li ſudetti nel ſuo eſſere , ma sò che ſono miei inimici , e che all' occaſione mi faranno del male ſe ponno .

145. Si verò delictum de quo agitur fuerit commiſſum v. g. die octaua Februarij hora 21. diei anni 1675. vt melius poſſit conuinci Reus quod fuerit præſens delicto illo die patrato interrogabitur , vt infra .

Interrogatus . Vbi ſit eius cella in Conuentu .

Reſpondit . Stà nel Dormitorio commune, & è la quarta dalla banda deſtra , e la ſua fineſtra riſponde nel Chioſtro verſo Ponente .

Interrogatus . Qual ſia l'officio ſuo in Conuento , e quali li ſuoi eſercitij , ſe auanti il pranſo , ò dopò

ò dopò, e con chi ſuole conuerſare, & à che hora vá à dormire la ſera, e ſi leua la mattina.

Reſpondit. Io nel Conuento faccio l'offitio di calzolaro, e mi leuo la mattina aſſai per tempo, & vdita la meſſa mi pongo à lauorare nel mio meſtiere fino ad hora di pranſo, ſtò in conuerſatione per vn poco con li fratelli conuerſi, e poi ſe non occorre alcuna occaſione di vſcire da Conuento, ò di fare altro ſeruitio torno in calzolaria à lauorare finche ſia hora di cena, dopo la quale all'hora ſolita io vado à dormire.

Interrogatus. Vt dicat vbi fuerit die 5. Ianuarij, & quid fecerit eo die à mane vſque ad ſeram, & ſi de loco, ſeu Monaſterio exiuit, & cum quo, & qua occaſione.

Reſpondit &c.

Interrogatus. Eodem modo vbi fuerit die 6. 7. & 8. & 9. & 10. dicti menſis Februarij præſentis anni.

Reſpondit. A di 6. Io fui &c. & à di 7. io fui &c. & a di 8. io fui la mattina nella calzolaria à lauorare fino all'hora di pranſo, e doppo pranſo nella cucina fui in conuerſatione con li fratelli conuerſi doppo pranſo, e ſtetti con loro fino alle 22. hore, e poi andai fuori di caſa con F. Elmo de N. con licenza del Superiore, e foſſimo alla piazza della ſtrada ordinaria, e poi tornaſſimo al Conuento. Et io lauorai fino all'hora di cena, e nel giorno 9. fui &c. e nel giorno 10. fui &c.

Interrogatus. An ſciat fuiſſe aliquam vulneratum in hoc conuentu.

Reſpondit. Fù ferito P. Gaudentio di N.

Interrogatus. Quomodo hoc ſciat.

Reſpondit. Queſto mi fù detto da F.N. de N.

Interrogatus. In quo loco, & quo die, & hora fuit vulneratus.

Reſpondit. Fù ferito in cucina il Venerdì 8. di Febraro dell'anno preſente 1675. à hore 21.

Interrogatus. Vbi tunc erat ipſe conſtitutus:

Reſpondit. Io ero in Chieſa à pigliare le ſtationi, e tornato in Conuento inteſi come il detto F. Gaudentio de N. era ſtàto ferito.

Et monitus ad dicendam veritatem, quia ipſamet ſupra confeſſus fuit, quod die illa 8. Februarij fuit in coquina in conuerſatione cum alijs Fratribus ab hora prandij vſque ad horam 22. & ex conſeqoenti erat in coquina hora 21. in qua dictus F. Gaudentius fuit vulneratus. Et præterea ex proceſſu habetur, quod ipſe erat præſens quando F. Gaudentius fuit vulneratus.

Reſpondit. Hora mi ſouuiene, che non era ancora andato in Chieſa quando F. Gaudentio fù ferito.

Interrogatus. An ſciat à quo d. F. Gaudentius fuerit vulneratus?

Reſpondit. Vi erano molti, e contendeuano inſieme, e non auuertij, chi foſſe quelle che lo ferì.

Interrogatus. Qui erant præſentes.

Reſpondit. Vi erano F. N. de N. e F. N. de N. e F. N. de N. Conuerſi, e Simplicio de N. ſeruitore della cucina.

Interrogatus. An fuerit contentio inter aliquem, & cum quo, et quæ contentio fuerit.

Reſpondit. Io ſtauo parlando con F.N. de N. e non auuertij à chi contendeſſe, ne qual foſſe la conteſa, e non viddi chi feriſſe Fr. Gaudentio; ma ſolo al ſentirlo gridare, e lamentarſi mi accorſi, che fuſſe ferito, e viddi le ferite.

Interrogatus. Quæ fuerint vulnera, & in quo loco eius corporis.

Reſpondit. Era ferito in teſta, e ſotto il braccio deſtro, e nella mano ſiniſtra, e queſte ferite erano grandi, e con ſpargimento di ſangue. E per quanto ſi diceua erano fatte con coltello.

Interrogatus. An in propria cella habuit aliqua arma, & qua nam fuerint.

Reſpondit. Io non hò tenuto altre arme in cella fuori dell'inſtrumenti neceſſarij per l'officio della calzolaria.

Et monitus ad dicendam veritatem, quia in requiſitione eius cellæ factæ per eundem P. Prouincialem coram Notario, & teſtibus in vna capſa clauſa fuit inuentus vnus culter longitudinis duorum palmorum circiter in ſummitate acutus, & totus ferreus. Ideo dicat veritatem.

Reſpondit. Hora mi ſouuiene, che queſto coltello, che non era mio, ma mi era ſtato dato da Giouanni N. ſecolare, perche glie lo conſeruaſſi.

Interrogatus. An ſi videret d. cultrum illum recognoſceret.

Reſpondit. Padre sì.

Et tunc ego Actuarius accepto illo cultro toto ferreo, & in ſummitate acuto, & longitudinis duorum palmorum circiter oſtendi illum dicto Fr. Fulano, qui illum bene vidit, & conſiderauit, & poſtea &c.

Reſpondit. Queſto è il coltello, che io haueuo nella caſſa, e che mi fù dato in cuſtodia da Giouanni N. ſecolare.

Interrogatus. An poſtquam audiuit d. F. Gaudentium fuiſſe vulneratum viderit aliquem habentem hunc, vel ſimilem cultrum in manibus.

Reſpnndit. Io nou l'a uuertij.

Et monitus ad dicendam veritatem, cum non ſit veriſimile, cum ille eſſet præſens, & ad clamorem vulnerati attenderit ad eius clamorem, & viderit eum vulneratum, ſimul non viderit, quis haberet gladium, quo illo vulneratus fuit.

Reſpondit. Io non auuertij a queſto.

148. Interrogatus. An ipſe fuerit qui contentionem habuit cum d. F. Gandantio, & eum vulnerauit.

Reſpondit. Ne io hò conteſo col detto F. Gaudentio, ne io l'hò ferito.

Et monitus ad dicendam veritatem, quia in proceſſu per teſtes conteſtes, & ſufficientia indicia habetur, quod ipſe dicto die 8. Februarij hora 21 contenderit cum d. F. Gaudentio, & illum vulnerauit.

Reſpondit. Queſti teſtimonij hanno detto il falſo.

Et cum non poſſet aliud haberi pro nunc dimiſſum fuit examen animo illud repetendi, (& ſi Reus non erat prius carceratus) dicatur ideo prædictus P. Prouincialis mandauit prout præſenti decre-

decreto mandat , vt ipſe conſtitutus in carcerem ad cuſtodiam detrudatur animo iterum , & quoties ſibi viſum fuerit etc. (& ſi prius carceratus erat dicatur) *& remiſſus fuit ad carceres , & dictus Reus ſuum examen relectum confirmauit , & propria manu ſubſcripſit .*

F. Fulanus de N. ita depoſui .
F. N. Prouincialis .
F. *N. de N. Actuarius .*

Forma ſecundi conſtituti ipſius Rei .

149. N *nomine Domini Amen &c. Die &c. In Monaſterio &c. In camara ſolitæ reſidentiæ eductus à carceribus & conſtitutus coram præfato A. R. P. Prouinciali &c. & me* F. *N. de N. Actuario F. N.* de N. *Reus in hac cauſa principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, & graui admonitione præmiſſa, delatoque ei iuramento de veritate dicenda ſuper his de quibus in primo conſtituto interrogatus fuit, in hoc ſecundo interrogabitur, prout iurauit tactis corporaliter Sacris Scripturis (vel tacto pectore ſi eſt Sacerdos , vel impoſito præcepto formali in virtute Spiritus S. & S.Obedientiæ iuxta morem Religionis) ad opportunas interrogatus . Reſpondit vt infra .*

Interrogatus : An habeat aliquid addendum ad ea quæ dixit in priori conſtituto .

Reſpondit . Non *ho che aggiungere altro .*

Interrogatus . An ſe diſpoſuerit ad veritatem fatendam ſuper his , de quibus alias interrogatus fuit .

Reſpondit . Io ho detto la verità nel mio primo conſtituto .

Tunc Iudex epilogatis omnibus teſtibus , & indicijs quæ contra Reum reperiuntur , & his quæ Reus in alio conſtituto dixit .

Interrogatus & monitus , vt tandem velit fateri veritatem ſe F. *Gaudentium vulneraſſe & contentionem cum illo habuiſſe, cum de his conſtet plene in actis .*

Reſpond. Io non sò coſ'alcuna di queſte coſe .

Monitus grauiter , vt caueat à periurijs, cum ſit in actis plene conuictus per conteſtes ipſum ſcire præfata , imo ipſummet fuiſſe delinquentem , & vulnerantem .

Reſpondit . Tutto è falſo .

Dictum eſt ei nimium eum pertinacem eſſe dum negat ea de quibus in proceſſu conuictus eſt per plures teſtes conteſtes . Ex quibus vnus depoſuit Hic ſpecificabuntur ea, quæ teſtes deponit . *Alter teſtis depoſuit .* Hic iterum ſpecificabitur &c. Et idem præſtandum erit circa depoſitiones aliorum teſtium , quando alij eſſent circa famam , & confeſſa ab ipſo Reo &c.

Reſpondit . Io dico che ſono innocente , dicano gl'altri quello che vogliono .

Legantur hic in facie Rei teſtiũ depoſitiones *Tunc A* R. *P. ad* Reum *arguendum in facie ipſius teſtium depoſitiones legi iuſſit contra ipſum examinatum , ſine tamen eorum nominibus , et taliter ; vt quantum fieri poſſit non dignoſceretur quiſnam in ſingulis atteſtationibus eſſet deponens , prout etc.* Arbitrarium tamen erit Iudici etiam nomina teſtium exponere, ſi hoc fuerit expediens iuxta d q.a.) *Et prius lecta fuit ei, ſed non in totum depoſitio prædicti teſtis* N. de N. *vt ſupra ab illis verbis. Paucis ab hinc diebus etc. vſque ad illa Fr. Fulanum eum vulneraſſe . Qua depoſitione* Reo *perlecta intelligibili voce , et diſtinctè . Dictum eſt ei quid ipſe dicat huic clare depoſitioni ,*

Reſpondit . *Io dico, che tutto è falſo .*

Tunc de mandato etc. Perlecta fuit in facie Rei *teſtis ſecundi* N. de N. *depoſitio , vt ſupra ab illis verbis . Ego quamuis etc. vſque ad illa . Nihil aliud . Et dictum eſt ei vt videns in proceſſu ſe plene conuictum veritatem , vt tenetur , fateri non vlterius renuat , nec periuria multiplicet .*

Reſpondit . *Io ſono innocente & le teſtimonij ſono calumniatori. Tunc A. R. P. examen dimiſit , animo etc. ipſumque conſtitutum in locum ſuum reponi mandauit , ſed ant relectum examen confirmauit , et propria manu ſubſcribſit impoſito ſilentio etc.*

Hic ſubſcribant Reus, Prouinc. & Actuar.

Forma confrontationis, & recognitionis Rei.

150. E*Adem die , et loco , et coram eodem conſtitutus F. Fulanus de* N. *Conuerſus* N. Reus *et delato ei iuramento de veritate dicenda prout iurauit etc. tactis Sacris Scripturis àd opportunas interrogationes reſpondit vt infra .*

Interrogatus . An melius ſit diſpoſitus ad veritatem fatendam de his , de quibus iam fuit interrogatus

Reſpondit . Son pronto à dir la verità , che hò detta .

Dictum eſt ei . Aliter in proceſſo conſtare , quam ipſe depoſuit . Et quid dicet , ſi teſtes fide digni teſtificabuntur in eius facie ſuum delictum , et eum delinquentem recognoſcent ?

Reſpondit . *Io ſono innocente , dicano gl'altri quel che vogliano .*

Ad ipſum Reum *de mendacio conuincendum ipſumque diſponendum ad veritatem fatendam , ad omnem alium bonum finem, et effectum A* R. P. *N. mandauit, prout præſenti decreto mandat adduci tres alios habitu, facie, ſtatura , et ætate ipſi* Reo *ſimiles , nempe* F. *N. de N.* F. *N. de N. et* F. *N. de N.* Conuerſos Religionis N. *et prope ipſum Reum collocare, prout etc. Et deinde mandauit in facie ipſius Rei et omnium præſentorum accerſiri P. N. de N. et eo accerſito delatoque ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tacto etc. vel etc.*

Interrogatus . An *inter iſtos quatuor hic in ordine poſitos ſit ille, de quo in eius examine mentionem fecit .*

Reſpondit . Fra queſti v'è quello del quale ho depoſto . Dictum eſt ei , vt dextera ſua manu eum tangat, de quo ipſe depoſuit. Mouens ſe tunc teſtis de loco ad locum manu dextera à Reum tetigit dicens . Queſto e quello F. Fulano, il quale come ho depoſto

fui

rubò l'oſtenſorio d'argento nella ſacreſtia, di queſto conuento, ſubito riſpoſe il Reo. Io non mi chiamo F. Fulano mà F. Negante*, io non sò quel che ſi dica queſto bugiardo.*

Tunc R.P. N. mandauit ad claram amborum intelligentiam ipſius teſtis examen legi alias factum die N. *huius menſis, quo lecto, & per ambos, vt aſſeruerunt bene audito, & intellecto.*

Iuterrogatus teſtis. An quæ modo lecta fuit, eius ſit depoſitio, & in ea depoſita vera ſint.

Reſpondit. Ita Pater. *Et omnia in ea contenta, vt veriſſima in facie* F. Fulani *confirmo.*

Conuerſus *R.* P. *N. ad Reum Interr. Quid reſpondeat ad ea quæ iſte teſtificatur.*

Reſpondit. Ego non ſum F. Fulanus*, & teſtis mendax eſt.*

Replicauit d. teſtis. Et ego dico veritatem depoſuiſſe.

Cumque vterque perſiſteret in ſuo dicto d. A R. P. *teſtem dimiſit. Deinde examen cntinuando* Reo *dixit. Nonne vides miſer quod veritatem neges, quam teſtis in faciem tuam confirmauit?*

Reſpondit *non veritatem ſed mendacium firmauit &c. Viſa* Rei *obſtinatione A* R.P. *N. dimiſit examen animo continuandi, &* Reus *relectum examen confirmauit, & ad ſuum reductus fuit locum.*

Ponantur hic ſolitę ſubſcriptiones. Deinde confrontentur, vt ſupra proximè alij teſtes.

Eadem die &c.

151. *Iuterrogatns quid dicet, ſi ſocius criminis in eius facie delictum aſſeret?*

Reſpondit. *Ego dicam ipſum eſſe delinquentem, ſed me innocentem. At non credo aliquem me imputaturum.*

Tunc R. P. N. *ad diſponendum* Reum *ad veritatem fatendam, & ad omnem alium bonum finem &c. Mandauit ad faciem ipſius F.* Fulani Rei *adduci F. Completum de N. Canuerſum N. quo adducto, & delato huic iuramento de veritate dicenda prout iurauit tactis Sacris Scripturis,* vel *&c. factaque mutua perſonarum recognitione ad opportunas interrogationes idem* F.Completus. *Reſpondit.*

Interrogatus. An ea quæ ipſe depoſuit in eius examine die N, huius Menſis ſiut vera, & an ea velit modo ratificare in facie F. Fulani *hic præſentis.*

Reſpondit. *Ita Pater vera ſunt, & omnia ea ratifico.*

Tunc &c. R. *P.* N. *ad tollendam quantum in ſe eſt omnem inhabilitatem, quæ circa perſonam & dicta ipſius* F. *Completi conſiderari poſſet, cum ſe faciat criminis ſocium, & ad omnem alium bonum finem, mandauit d.* F. *Completum in conſpectu d.* Rei *in caput ipſius & aliorum nominatorum duci ad locum torturæ, ibiquæ ſpoliari, ligari, & funi applicari, prout &c. & antequam in altum eleuaretur fuit per* R. *P.* N. *benignè monitus ad ſimplicem veritatem fatendam, quæ ſola ab ipſo requiritur.*

Reſpondit: *Veritatem depoſui, quam modo confirmo. Tunc ad effectum prædictum tantũ, & non alias &c. A* R.*P.N. mandauit ipſum* F.Completum *in altum eleuari præſente d. F.* Fulano *vidente, & omnia prout aſſeruit intelligente. Qui ſic eleuatus dixit Heu mihi quare me torqueris. Ego veritatem iam dixi.*

Interrogatus. An ea quæ depoſuit contra F. Fulanum *hic præſentem, & alios ſint vera, & & velit ea confirmare?*

Reſpondit. *Quidquid in eo examine depoſui contra* F. Fulanum *hic præſentem & contra alios veriſſima ſunt, & ea confirmo. Heu mihi deponite me ab iſto tormento.*

Tunc A R. *P.*N.*mandauit legi per me Actuarium ad claram amborum intelligentiam ipſius torti depoſitionem, de qua ſupra ſub die* N. *huius menſis & per ambos bene auditam, & intellectam, vt aſſeruerunt.*

Interrogatus idem tortus. An id quod ei modo lectum fuit ſit eius, depoſitio. An ſit verum velitque id coram F. Fulano *rattificare.*

Reſpondit. *Quidquid mihi modo lectum fuit verum eſt, & eſt meum examen, illudque pro veritate in facie* F. *Fulani ratifico.*

Statim F. Fulanus *præſens ait. Iſte magnus eſt mendax, & me calumniando animam ſuam damnat, cui tortus replicauit i Ex hoc non timeo damnationem animæ meæ, cum veritatem dicam.*

Videns A R.*P. N. quod vterque perſiſteret in ſuo dicto, mandauit tortum de tormento deponi, illiu brachia reaptari, & reueſtiri, & ad ſuum locum reponi, cum ſtetiſſet eleuatus per ſpatium circiter vigeſimæ partis vnius horæ, prout &c.*

Et relectum examen confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Subſcribant Prouincialis, tortus, Reus & Actuarius

Forma recognoſcendi Reum quando teſtis illum cognoſcit tantum de viſu.

152. Q*Voniam F. Videns d. N.* Conuerſus N. *depoſuit coutra quemdam* Religioſum *eiuſdem Ordinis, quem de viſu tantum cognoſcere dixit, ideo adhoc, vt melius conſtet an* F. *N. de delicto prætenſo ab alio teſte imputatus ſit ille, contra quem depoſuit dictus* F. *Videns, iuſſit A* R. P. N. *&c. & in medio quatuor aliorum fratrum habitu, & ſtatuta quoad fieri potuit ſimilium, nempe &c.* (hic nominentur iſti quatuor fratres) *præſentari d.* F. *in faciem dict. fratris Videntis, prout eductus fuit, & introductus ipſe fraterr Videns ad præſentiam prædictorum, delatoque ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis Sacris Scripturis, vel &c. ad opportunas interrogationes reſpondit vt infra.*

Intrrogatus. An inter iſtos hic præſentes ſit ille, de quo ipſe depoſuit in proceſſu furtum perpetraſſe, & videat, & ſingulos bene inſpiciat, qui teſtis, eum oculos in ſingulos adſtantes direxiſſet, & intuitus eos ſufficienter fuiſſet.

Reſpondit. Inter iſtos eſt illæ, qui calicem,

vt depoſui furto ſubtraxit: dictum eſt ei vt manu d. delinquentem tangat, et deſignet.

Reſpondit. Et dixit manu deſignando, & tangendo. Iſte qui poſitus eſt hic in ſecundo loco habitu nouô indutus, quique pileum ſatis pulchrum & curioſum in manu gerit, eſt ille delinquens, de quo iuxta ſinceram veritatem ego in proceſſu depoſui, & iterum depono furtum calicis in noſtra Sacriſtia perpetraſſe. Si dictus deſignatus aliqua verba proferret, vel ſigna aliqua daret, ſeu etiam ſileret hic adnotandum eſſet. *Et cum illo indicatus à F. Vidente eſſet N. de N. pratenſus Reus, de quo in proceſſu, alij prædictis introducti quatuor licentiati fuerunt, Reuſque detentus &c. omni &c. In quorum &c.*

Subſcribant hic Prouincialis, teſtis, & dum aliquid dixerit, etiam Reus, & tandem Actuarius.

Forma recognitionis Rei negantis ſe eſſe illum, qui vere eſt.

153. *INterrogatus Reus prætenſus quomodo vocetur, & quæ eius ſit profeſſio.*

Reſpondit. Vocor F. Negans de N. & ſum Eremita.

Tunc A R. P. D. N. Prouincialis N. ad faciendum perſonam conſtituti recognoſci mandauit ad locum examinis adduci tres fratres, qui magis ſimiles, ætate, ſtatura, & aſpectu reperiri potuerunt in hoc Monaſterio N. (hic explicentur nomina horum trium fratrum) *quos ſimul ductos mandauit R. P. vt ordinate collocarentur, & inter eos d. prætenſus Reus conſtitutus in ſecundo loco. Succeſſiuè autem mandauit, vt in facie prædictorum conduceretur Fr. N. teſtis, qui conductus delatoque ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis ſacris ſcripturis,* vel *&c. ad opportunas interrogationes reſpondit vt infra.*

Interrogatus. An cognoſcat has quatuor perſonas hic præſentes. Et oſtenſi fuerunt ei dictus Conſtitutus & præfati tres fratres.

Reſp. Benè cognoſco quatuor iſtos fratres.

Dictum eſt ei, ſi ſciat vt ſingulos proprio nomine, patria, & profeſſione appellet.

Ait. Hic primus vocatur F. N. de N. Hunc ſecundum qui defert hæremitalem habitum ſatis bene noſco eſſe F. Fulanum de N. noſtræ Religionis Conuerſum, Tertius hic F. eſt N. de N. Quartus hic eſt F. N. de N. noſtri Conuerſi.

Interrogatus. Quomodo ſciat hunc ſecundum qui ex habitu videtur Eremita eſſe F. Fulanum de N. noſtrum Conuerſum.

Reſpondit. Scio quia anno elapſo per duos circiter menſes commoratus fui in noſtro Monaſterio N. & eodem tempore iſte F. Fulanus ibi erat ex familia, & erat coquus.

Dictum eſt ei, vt manu tangat eum, qui ex iſtis quatuor eſt F. Fulanus.

Tunc teſtis dextera tetigit d. F. Conſtitutum. Reum prætenſum, qui in ordine ſecundus erat, & ait. Iſte, qui in ordine eſt ſecundus eſt, F. Fulanus, de quo ſupra depoſui.

At dictus ſecundus Conſtitutus tunc reſpondit. R. P. Neſcio quid dicat iſte Frater, dum aſſerit ſe me cognoſcere. Ego eum non cognoſco. Nunquam fui in veſtro Monaſterio N. credo quod ſomniet dum ait me fuiſſe ex veſtra Religione, & quod fuerim coquus. Nec ego vocor F. Fulanus. Sed F. Negans.

Interrogatus d. N. Teſtis. Quid reſpondeat ad verba hominis iſtius, quem ipſe tetigit.

Reſpondit. Ego aſſeuero ipſum F. Fulanum vocari, & ab omnibus ita vocabatur in d. Monaſterio, eum optimè recognoſco.

Cum autem tam teſtis, quàm prætenſus Reus in dicto perſiſterent d. A R. P. d. teſtem dimiſit.

Idem fiat cum alijs teſtibus, quibus conteſtantibus licentiatis teſtibus interrogetur, vt ſequitur Reus perſiſtens in negatione.

Interrogatus quomodo audeat negare ſe eſſe F. Fulanum de N. cum ſit recognitus & conuictus à pluribus teſtibus ſe illum eſſe.

Reſp. Ego non F. Fulanus, *ſed F. Negans vocor, ſum Eremita non autem de veſtra* Religione.

Monitus vt deſiſtat multiplicare periuria, quia etſi in negatiua perſiſtat, vt conuictus ſententia condamnatoria contra eum exequi poterit.

Reſpondit. Ego F. Fulanus certè non ſum. Nec debeo condemnari cum innocens ſim, vt demonſtrabitur in meis defenſionibus, quas peto. Tunc R. *P.* N. *&c.*

154. Aduertendum verò, quod ſi Reus perſiſtens in negatione identitatis ſuæ perſonæ eſt conuictus per duos teſtes ſufficienter poteſt ſententia contra eum lata dari executioni, *Farinacc. q.* 11. *num.* 25. *Ambroſ. lib.6. cap.2. num.* 5. Si verò non eſt conuictus, ſed tamen habentur indicia ad torturam, poteſt ſuper identitate perſonæ torqueri, vt ex *Cartar. habet Ambroſ. n.* 7. Quo caſu Reus interrogandus eſſet nedum de eius nomine, Patria, & profeſſione &c. Verum & de tempore diſceſſus à ſua patria, qua de cauſa diſceſſerit, vbi interim commoratus fuit, & de alijs pro opportunitate, & natura cauſæ. Quod ſi Reus fatetur identitatem perſonæ, ſed negat delictum adhuc ſententia contra eum lata poſſet dari executioni, vt ait Ambroſ. *vbi ſupra nu.* 10. Si verò Reus tortus ſuper identitate perſonæ in negatiua perſiſtat, abſoluendus eſt, & relaxandus iuxta notata ſupra *q.* 29. *art.* 1. *n.* 23. Farinacc. *q.* 11. *num.* 25.

Forma compellendi Reum ad reſpondendum præciſè, et affirmatiuè, vel negatiuè.

155. SI Reus nolit reſpondere, vel nolit reſpondere præciſè affirmatiue, vel negatiuè, vel reſpondeat ſe neſcire vel non recordari non reddita de hoc rationabili cauſa, poterit compelli modo infraſcripto.

Et monitus vt veritatem dicat, quia non eſt veriſimile non recordari, dum tempus de quo agitur eſt recens. Reſpondit &c.

Et

Et iterum monitus vt dieat veritatem, & receedat ab obſtinatione, alids deuenietur ad Iurii & facti remedium &c.

Reſpondit *&e.*

Et tertio monitus vt dieat veritatem, & eam non neget in præiudicium animæ ſua.

Reſpondit &e.

Et quia pluries & pluries monitus a R.P. Priore nunquam voluit pracisè reſpondere; & quia non eſt veriſimile ſe non poſſe recordari de dicto tempore recenti, idco ſtante dicta inobedientia & contumacia, ſine præiudicio probatorum & indicijs reſultantibus ex d.inobedientia & contumacia, mandauit A R.P.Prior eundē conſtitutum recludi in carcerem, & ibi (ad tempus determinatum, aut ad arbitrium) *tantum pane & aqua veſci, quouſque preciſe reſpondeat, declarans quod hac tortura non datur niſi tantum pro dicta præciſa reſponſione, & non aliter, nec ad alium finem, & ita fuit executum hodie die &c.*

Ita eſt F. N. *Prior.*

Ego F.N. Actuarius.

CAPVT VII.

Praxis dandi Reo defenſiones.

156. PRout dictū eſt ſupra *q.25.a.1.n.15.* dandæ ſunt Reo defenſiones etiam ante quam torqueatur. Quanuis vero apud Regulares priuilegiatos teſtes examinati parte non citata probent, tamen bonum eſt, vt interrogetur Reus, an habeat illos pro rite examinatis, & repetitis, & illo petente, vt repetantur, omnino repeti debent; quia hoc ſpectat, & poteſt eſſe neceſſarium ad iuſtam defenſionem. Poſtea vero Reo danda eſt facultas, & terminus ad ſe defendendum: Quod fieri poterit ſequenti modo.

157. *Volens A R.P.Iuſtus Prouincialis in hac cauſa, & cauſis ad vlteriora ritè procedere, decreuit, prout hoc decreto decernit, F. Seuero de N. Conuerſo* N. *præſenti, & habenti teſtes pro rite & recte examinatis terminum dare ſpatium trium dierum ad ſuas faciendas defenſiones cum copia proceſſus, qua & data ei fuit; inſuper oblatus ei fuit conſiliarius ad ſui electionem, qui ſibi elegit P.*F. *Sapientem de* N. *concionatorem noſtri Ordinis omni &c. In quorum &c. Datum in noſtro Conuentu* N. *die 22. Iunij 1656.*

Ita eſt F. *Iuſtus* Prouincialis.

F. *Fidelis de* N. *Sacerdos & Actuar.*

158. *Die 25. Iunij Anni 1656 vbi ſupra coram* A *R.P.Iuſto Prouin tali* N *comparuit F Seuerus de* N. *eiuſdem Ordinis Conuerſus cum dicto ſuo Conſiliario P. F. Sapiente, & petijt ſibi prorogari terminum datum ad ſuas faciendas defenſiones, quas vſque huc perficere non valuit omni &c. Tunc idem A R.P. Prouincialis admiſſa petitione ſi, & in quantum &c. prorogauit iam conceſſum terminum alios tres ei concedens dies, omni &c.*

Ita eſt F. Iuſtus Prouincialis.

Ego F. Fidelis de N. Sacerd. & Actuar.

159. *Die 27. Iunij Anni 1656. in eodem loco, & coram eodem A R.P. Prouincialis comparuit P. Sapiens de* F.N. *Cōuerſi* Rei *Procurator & eius nomine defenſiones præſentauit, quæ incipiunt defenſiones F. Seueri de* N. *&c. Et finiunt ego F. Sapiens de N.*N. *Conſiliarius. Et inſtitit pro earum admiſſione cauſaque expeditione. Et idem* R *P. Prouincialis admiſit ſi & inquantum, iuſſitque eaſdem defenſiones inſeri in actis, prout &c animo &c.*

Ita eſt F. Iuſtus Prouincialis N.

Ego F. Fidelis de N.*Sacerd.* N. *Actuar.*

160. Defenſiones F. Seueri de N. Conuerſi Religionis N. prætenſi Rei. Redigat ſibi ad memoriam A R. P. Prouincialis Iudex, & attendat illam communem doctrinam, nimirum Iudicem teneri nedum ad partis inſtantiam, verum etiam ex officio indagare Rei innocentiam, cuius communiſſimæ doctrinæ pluries & late meminerunt Bart. *in leg. penultima §. ad crimen col. 3. verſ. ſed quero ff de publ. iudic. per l. & ſi non defendantur ff. de pœnis* Boſſ. et Farinac *quæſt. 11. num. 10.* Quæ proprie partes A R. P. Prouincialis erunt, quæ mei imbecillitas ingenij non attingit, quæ inſcientia in patrocinando non ſubminiſtrat, queue librorum inopia non largitur, ea omnia ab ipſis, qui peritiſſimi ſunt ſuppeditari, ne aliquæ rationes prætenſi Rei ignotas, & intactas remanere permittãtur. Præcipuè enim Iudices ſuæ conſcientiæ conſulant & memores officij ſui ſciant debitas partes eſſe, vt omnem diligentiam adhibeant ne ſua incuria, vel imperitia, vel ignauia rationes Rei prætenſi taceantur, vel etiam opprimantur, cum ex communi DD. ſententia grauiſſimi peccati culpam, & infamiæ pœnã non effugiant, ſi aliter ſe gerunt.

161. Igitur ad rem deueniendo. *F. Seuerus de N. prætenſus Reus contra quem per inquiſitionem proceſſum eſt, ad ſui defenſam contra proceſſum confectum adducit* (Hæc quæ ſequuntur pro opportunitate inducantur, & amplientur ſeu quando ad rem non eſſent in toto, vel in parte non admitantur) *quod non bene teſtes ſint examinati; ideoque contra examen teſtium inducit talia & talia* (ſpecificentur particularia) *contra perſonas vero teſtium adducit dictus F. Seuerus* (Si teſtes contra eum examinati forte ſint P. *N. de* N. & N. *de* N.) *quod non ſint fide digni, quia &c.* Et hic ſpecificētur oppoſitiones contra perſonas teſtium

Contra autem dicta teſtium dicit & opponit præfatus F. *Seuerus, quod nempe &c.* etiam hic ſpecificentur *oppoſitiones contra* teſtium dicta de quibus &c.

Contra propriam autem ſuam confeſſionem d. F. Seuerus opponit &c. quas oppoſitiones ſpecificet, & ita fiet de alijs oppoſitionibus, necnon petitionibus, *& petit repetit teſtes, & interrogari ſuper his interrogatoris, videlicet. &c.*

Hic per extenſum ſcribenda erunt Interrogatoria, eorum formam, necnon repetitiones teſtium.

Ex *ſupradd. autē concludendum videtur d.F.Se-*

Digitized by Google

uerum nullo modo eſſe plectendum . Datum in Conuentu N. 18. *Iunij* 1656.

Ego F. Sapiens de N. *Conſiliarius*

162. Aduertendum enim, quod in praxi obſeruanda eſt, ſicut obſeruatur ſententia illorum qui dicunt teſtes repetendos eſſe ſuper interrogatorijs datis à Reo, & quod aliter teſtes non probant, vt dictum eſt ſupra *quæſt.* 26. *art.* 5. *num.* 53. Fiſco tamen, Accuſatori, vel inſtigatori non licet dare interrogatoria ſuper quibus examinentur teſtes inducti a Reo ad defenſam vt aduertit Conciolus *v. interrogatoria reſ.* 4. Hæc tamen repetitio teſtium ſuper interrogatorijs datis a iure eſt ſolemnitas iuris poſitiui

Forma Admiſſionis Articulorum.

163. *CVm F. N. Conſiliarius d. Fulani comparuiſſet coram A. R. P. Prouinciali rogans ipſos articulos probaturos admitti, & ſuper illos examinari teſtes ibidem nominatos pro defenſione F. Fulani, viſum fuit ipſi A R.P. Prouinciali admitti ſi & inquantum eitra praiudicium impertinentium, & non admittendorum, prout præſenti decreto admiſit, & iuſſit eoſdem articulos inſeri in actis, prout &c. omni meliori modo &c. et Die etc.* Subſcribuntur Prouincialis, & Actuarius.

Examinantur teſtes ad defenſam, ſicut ad offenſam mutato ſolo nomine officij, vt infra.

Forma prorogandi terminum defendendi.

164. *DIe &c. in eodem Monaſterio et coram eodem A R.P. Prouinciali comparuit* F.N. *Conſiliarius Fulani, et petijt prorogari terminum datum ad defenſionem faciendam, quam vſque huc perficere non valuit.*

P. N. Conſiliarius Fulani

Tunc R. P. Prouincialis admiſſa petitione ſi et in quantum prorogauit conceſſum terminum ad alios dies tres.

Subſcribuntur Iudex & Actuarius.

Forma petendi teſtium repetitionem ſuper Interrogatorijs Rei.

165. *DIe etc. In Monaſterio etc. F.N. Cōſiliarius Fulani et ipſius nomine petit teſtium repetitionem contra ipſum examinatorum, vt ſuper proprijs interrogatorijs, quæ præſentat exam netur, et repetantur, et ſunt infra ſcripta.*

Interrogatoria F. Sulani facienda ſingulis teſtibus contra ipſum examinatis.

Interrogatorium primum. Quomodo N. *teſtis viderit Fulanum percutientem Meuium tempore noctis?*

Interrogat. ſecundum. Quo genere armorum vulnerauit dictum Menium.

Interrog. 3. An fuerunt alij teſtes præſentes, et qui erant.

Interrog. 4. In quo loco præciſo eum vulnerauit?

Interrog. 5. In quo loco præciſo erat ipſe teſtis, quando vidit Fulanum vulnerare meuium.

Interrog. Qua de cauſa illam vulnerauit.

Et ſic de alijs interrogatorijs circumſtantijs talibus faciendis ſecundum ſubiectum materiam

Forma repetendi teſtes ſuper interrogatorijs.

166. *Die &c. In hoc Monaſterio etc. vocatus fuit F.N. de N. teſtis alias pro informatione Curiæ examinatus iterum examinandus ſuper interrogatorijs partis, et delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit etc. fuit interrogatus primo ſuper primo interrogatorio, & reſpondit etc.*

Et ſic ſuper ſingulis interrogatorijs ſunt ſigillatim interrogandi iuxta eorū ordinem, & partis petitionem, & ſcribenda ſunt reſponſa per extenſum, & eo ordine, quo ſunt interrogati, id eſt, ſuper primo interrogatus, reſpondit. Super 2. interrogatur reſpondit &c. & ſic de cæteris, & examinatis ſingulis teſtibus ſupra dictis interrogatorijs tandē examinātur ſuper examinibus ab ipſis teſtibus factis pro Curiæ informatione, & ipſe vous quiſq; examinatur.

Interrogatus. An ea quę in alio examine coram nobis in hac eadem cauſa pro Curiæ informatione depoſuit ſint vera, illaque pro veritate dixit, depoſuitque. Reſpondit etc.

Interrogatus. Vt dicat, quid in alio examine depoſuit.

Et ſi reſpondeat ſe nō recordari, non de facili admittatur hæc reſponſio, ſed cogatur, vt ſaltim ſummariè dicat id, quod prius depoſuit. Et poſtea præcipiat Iudex Actuario, vt examen illud legat alta, & clara voce ipſi teſti intelligenti, & audienti illud, illoque lecto illum iterum eum interroget hoc modo.

Et lecto per me Actuarium de mandato à R. *P. Prouincialis ipſi teſti examine ſupradicto clara voce, ac diſtincta, & ab ipſo teſte prout aſſeruit benè audito, & intellecto fuit interrogatus, an ea quæ hic, & nunc legi audiuit fuerint ab ipſo dicta, & depoſita tam in hoc, quam in priori examine eo modo quo ſcripta ſunt, ſitque iſtud ſuum examen de quo, ſupra mentio facta fuit.*

Reſpondit &c.

Iterum interrogatus. An huic examini velit aliquid addere, vel minuere, aut illud reuocare in totum, vel in partem, vel pro veritate confirmare, & ratificare.

Reſpondit &c.

Tunc R.P. Prouincialis teſtem dimiſit, & relectum examen confirmauit ac propria manu ſubſcripſit.

Subſcribuntur teſtes, Iudex, & Actuarius.

Decretum oſtendendi proceſſum defenſiuum parti.

167. *POſtquam Ad. Reu. P. Prouincialis vidit completū proceſſum pro defenſione* F. *Fulani ſtuduit certiorem facere conſiliarium* F. *Fulani*

lani

Digitized by Google

lani, ac ipſummet Reum, prout præſenti decreto certiorem fieri mandat per me Actuariū. Datum &c.

Subcribuntur Prouincialis, & Actuarius.

Cum per me certiores facti fuiſſent N. & N. de examine iam perfecto ad ipſorum petitionem gratias egerunt. Et in fidem die &c. F.N. Actuarius.

Forma petendi copiam proceſſus defenſiui.

168. C*Oram A.R.P. Prouinciali comparuit F. N. Conſiliarius F. Fulani, & petijt copiam depoſitionum teſtiū examinatorum cum termino competente, vt conſulere poſſit an aliud ſit agendum pro completa defenſione ipſius Rei.*

Præſentata fuit ſupradicta petitio per F. N. Conſultorem F. Fulani die &c.

Audita petitione ſupradicta A.R.P. Prouincialis mandauit aſſignari d. P. N. Conſultori copiam depoſitionum d. teſtium, prout præſenti decreto concedit et aſſignat &c. Datum &c.

F. N. Prouinciilis

F. N. Actuarius.

Cum per me fuiſſet aſſignata copia depoſitionū F.N. gratias agendo illam accepit, & in fide &c.

F.N. Actuarius.

169. Habitis vero Rei defenſionibur Iudex illas examinabit, vt videat ſi Reus ſuam innocentiam probauit, vel an potius maneat grauatus, vt poſſit illum vel abſoluere, vel punire.

CAPVT VIII.

Praxis torquendi Reum.

170. PRæter ea, quæ dicta ſunt *qu.* 27. ſequentia conſiderari debent à Iudice volente Reum torquere. Primo, ſcilicet, vt Iudex non deueniat ad torturam funis, niſi prius dederit decretum de torquendo. Ab hoc tamen decreto, imo & à comminatione torturæ poteſt Reus appellare appellatione ſuſpenſiua, etiam poſtquam fuit coeptum eum in altum eleuari. Et nihilominus ex conſuetudine arbitrarium eſſe Iudici admittere hanc appellationē dixit Baiard. ad Clarum *qu.*64. *nu.*84. quod non reprobat Guazz. *def.* 30. *c.*1. *nu.*8. maximè vbi Iudex poteſt prodedere ex abrupto. Sed conſuetudinem hanc repræhendit Concíolus v. appellatio *reſol.*1. *num.* 2. Et verè in quantum eſt contraria iuri naturali admitti non debet, quod tamen Iudex ex conſuetudine non teneatur in hoc caſu expectare lapſum temporis dierum decem dati ad apppellandum, ſed poſſit intra illud tempus procedere ad torturam, ſi Reus non appellauit, vel ſi ſuperior non inhibuit, dixerunt Far. *qu.* 38. *nu.*16. Scac. Baiar. & alij, quos ſequuntur Guazz. *def.*30. *c.*1. *nu.*4. & Conciol. *d. reſ.*1. *nu.*5.

171. Aduertendum ſecundo, quod exculpatio vulnerati, vel offenſi etiam tacita multum iuuat inquiſitum, & facit, vt non poſſit torqueri Clar. *qu.*52. *verſ. poteſt etiam* Far. *qu.*46. *nu.* 104. Guazz. *def.*30 *cap.*4. *nu.*23. *Conc. verb. exculpatio reſol.*1. *nu.*1. qui plures alios referunt; quod maximè verificatur de exculpatione facta ab offenſo exiſtente in articulo mortis. Cum autem plures hoc limitent, vt non procedat quando contra inculpatum ſunt indicia vrgentia; hoc explicat Farin *qu.*46. *nu.*114. & 115. quem ſequitur Conciol *d. reſol.*1. *nu.*8. vt non procedat quando indicia ſint vrgentiſſima, & pluſquam ſufficientia, quoc iudicio meo eſt dicere, quod ſi indicia non conſtituunt niſi vnicā ſolam ſemiplenā probationē delicti, & non conuincunt, exculpatio offenſi illa extenuat, vt non ſufficiant ad torturam infligendam Reo; maximè ſi cū exculpatione adſint alia indicia innocentię Rei, & præcipuè vbi offenſus in periculo mortis cōſtitutus exculpat aliquē nō poteſt ex ſolis indicijs ſufficientibus ad torturam, ſeu ex vnica ſola ſemiplenæ probatione torqueri. Si tamen offenſus prius cum iuramento culpauit Reum, ſi poſtea ſe retractet extra periculum mortis, & illum exculpet, & non reddat congruam rationem ſuæ variationis, & probet errorem primæ inculpationis, exculpatio non iuuat, vt Reum à tortura liberet, ad quam eſt indiciatus Far. *qu.*46. *nu.*108. *Conc. d. reſ.*1. *n.*5. Pariter exculpatio ſocij criminis etiam implicita, & iuuat inculpatum, & debilitat indicia ad torturam Foller. Gig. Gom. Maſc. Menoch. quos ſequitur Far. *qu.*43. *num.* 18. *Concil. verb. Exculpatio. reſ.*2. *nu.* 6. Quod intelligitur iuxta explicata de exculpatione offenſi. Quando verò ſocius inculpauit aliquem, ſi vel probato errore primæ inculpationis, vel conſcientia ductus, & in periculo mortis conſtitutus, vel poſt confeſſionem ſacramentalem, & Euchariſtiæ ſuſceptionem inculpatum exculpet, non poteſt inculpatus torqueri. Gram. Burſat. Remmig. Ciriac. & alij quos ſequuntur Far. *qu.*46. *nu*68. *Conc. d. reſ.*2. *nu.*9. Pariter exculpatio mandatarij aſſerentis ſe non ex mandato alicuius perpetraſſe delictum impedit ne mandans poſſit torqueri, niſi in contrarium vrgeant indicia. Menoch. *de arbitr. caſu* 474. *nu.*4. Far. *qu.*44 *n.*23. *Conc. verſ. exculpatio reſ.*4. Aduertendum etiam quod Conciolus *verſ. Fama reſol.* 1. *nu.*5. vult quod ſola fama in delictis occultis faciat indicium ad torturam, & inter alios refert Farin. *qu.*47. *nu.* 11. ſed Farin. ibidem *nu.*12. rem explicat, & benè docet; quod etiam in delictis occultis fama non ſufficit ad torturam, niſi ſit adminiculata, vt notatum eſt *ſupra qu.*16. *ar.*2. *nu.*13. vbi etiam *nu.*13. dictum fuit, quod bona fama non tollit indicia ſufficientia ad torturam. Et quamuis contrarium fuerit dictum à pluribus, tamen hoc non obſtante in praxi illa ſententia obſeruari debet aliter vix vnquam eſſet locus torturæ. Clar. *qu.*60. & ibi Baiar. *nu.*97. Far. *qu.*47. *nu.* 187. Carena *p.*3. *tit.*10. *nu.*81. poſſet tamen eſſe, vt indicia ad torturam eſſent adeò leuia, vt ex bona fama debilitarentur.

Deler.

Digitized by Google

Deler. diſq. ineg. *leg.* 5. *ſect.*3. §. *quartum indicium Conc. verb. Fama ref.* 5. *numer.* 12. vbi *ref.*6. numerat multa indicia, quæ tollit bona fama. An vero dictum mandatarij aſſerentis ſe ex mandato alicuius patraſſe delictum faciat indicium ad torturam contra mandantem, etiamſi mandatarius dicat ſe non acceptaſſe mandatum, maximè ſi mandans ſit vir bonæ famæ; in hoc tamen multi diſtinguunt, & volunt, quod in caſibus in quibus mandatarius poteſt à Iudice interrogari de mandante, depoſitio mandatarij faciat indicium ad torturam contra mandantem. Sed hoc verum erit, ſi tunc etiam contra mandantem ſint adminicula, quibus depoſitio mandatarij adiuuetur; & ideò generaliter eſt verum quod depoſitio mãdatarij non facit indicium ad torturam contra mandantem, niſi ſit adminiculata ſicut nec depoſitio criminoſi, nec ſocij criminis, vel teſtis inhabilis. Si tamen mandatarius non acceptaſſet mandatum, nec crimen commiſiſſet, & alias eſſet teſtis omni exceptione maior, eius depoſitio tale faceret indicium, quale facit teſtis omni maior acceptione. Videantur Clar. *qu.* 20. Maſcard. *concl.* 1318. *nu.*19. Farin. *qu.* 44. *à nu.*14. Dec. *l.*9. *cap.* 34. *numer.*30. & alij plures, quos referet Conciolus *verb. mandatum ref.*11.

172. Aduertendum quod Iudex in ipſo actu torturæ debet adhibere horologium pulueris, vt ſciatur quanto temporis ſpatio Reus detineatur in tortura, & hoc appareat in proceſſu, & hoc horologium debet teneri modo quo per Reum non videatur, ſed ſolum per Iudicem, & Actuarium, & debet habere ad minus diſtinctiones quartorum, vt melius conſtet de quantitate torturæ, Guazzin. *defenſ.* 30. *capit.*1. *num.*4.

Forma vltimi conſtituti ipſius rei, & decreti de tortura.

173. *Conſtitutus perſonaliter coram A. R. P. Prouinciali &c. & me Actuario F. Fulanus &c. principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis corporaliter Sacris Scripturis vel tacto pectore Sacerdotali* (Si ſit Sacerdos), *vel impoſito ei præcepto formali in virtute ſanctæ obedientiæ* iuxta morem Religionis *ad apportunas interrogationes reſpondit, vt infra.*

Interrogatus. Si *cogitauerit, & adhuc ſe diſpoſuerit, & deliberauerit melius dicere veritatem, quam dixerit ſuper his, de quibus iam fuit interrogatus in præcedentibus eius examinibus, & conſtitutis.*

Reſpondit. Io hò detto la verità negli altri eſami.

Et tunc iterum obiectis illis, per quæ poſſit moueri ad dicendam veritatem, illo adhuc perſiſtente in negatiua, iterum moneatur.

Interrogatus. Et monitus, vt recedat à ſua pertinacia & ſe tandem diſponat ad dicendam puram veritatem de ordine, & tractatu de vulnerando N. & de executione huiuſmodi tractatus, aliàs deuenietur cõtra ipſam conſtitutum ad iuris, & facti remedia opportuna, & ad rigoroſum examen.

Reſpondit &c.

Iterum monitus quomodo adhuc pertinaciter negare audeat dictum tractatum & illius executionem ſatis deductam ex ipſius inimicitia, quam habuit cum d. N. vulnerato, ex ſermone, & minis &c. ex veriſimilibs; item ex tali indicio. Reſpondit &c Iterum admonitus, vt fateatur veritatem, nec patiatur contra ſeipſum deueniri ad rigoroſum examen, & torturam, prout deuenietur, ſi adhuc in ſua pertinacia perſtiterit. Reſpondit &c.

174. *Et tunc R. P. Prior &c. viſa pertinacia ipſius conſtituti attenta qualitate eius* (ſi ille erat malæ conditionis, & famæ), *& quod vult dare verba, & non veritatem fateri, ac ſtantibus indicijs contra ipſum vrgentibus* (quæ ſpecificari poſſunt) *pro veritate habenda de dicto crimine cum aliter haberi non poſſit, mandauit, prout præſenti decreto mandat ipſum N. conſtitutum adduci ad locum torturæ, ibique ſpoliari, ligari, & ad funem applicari, & torqueri per integram horam* (vel per mediam horam arbitrio ipſius diuidendam), *& hoc fine præiudicio quorumcumque iurium Curiæ, quomodocumque acquiſitorum, & aliorum omnium de quibus ipſe conſtitutus eſſet conuictus, vel confeſſus, ſuper quibus R. P. Prior ipſum non intendit torquere, de quo proteſtatur, & quæ proteſtatio intelligitur ſemper repetita in omni actu ex nunc pro tunc, qui ſic adductus dum ſpoliaretur, & ligaretur fuit pluries benigne monitus per* R. P. *Priorem de veritate dicenda, vt illam tandem dicat, & recedat à pertinacia, alioquin etiam ad vlteriora procedetur contra ipſum. Reſpondit &c Et tandem ſpoliatus, & ligatus ac funi applicatus antequam eleuaretur, adhuc fuit benignè monitus per R. P. Priorem, vt recedat à ſua pertinacia, & fateatur ingenue veritatem, alioquin in funem eleuabitur, & ita torquebitur, & cum nollet veritatem fateri iuſſum fuit ipſum eleuari, & ibi poſitus iterum interrogatus fuit de veritate dicenda &c.*

175. Subnectam hic formulas pro diuerſis gradibus huius torturę funis, circa quos animaduertat Iudex, vt nullo modo eos mandet niſi ponderatis ijs, quæ dictæ ſunt.

Monitus ne patiatur in tormento detineri, ſed veritatem fateatur.

Reſpondit. Veritatem iam faſſus ſum, & eam confirma. Videns igitur R.P.N ſortiram F.*N. paratum pendere, & parum tormenta ſentire, eo quod corpore robuſtus ſit, mandauit ſine ictibus funem modicum quaſſari, et moueri. Quo praſtito.*

Interrogatus. An tandem mendacia dimittere velit, et veritatem fatendo de tormento deponi.

Reſpondit. Semper veritatem depoſui, nec aliter vnquam dicam.

Tunc R. P. N. mandauit, vt F. N. darentur duo ictus funis, quo facto tortus exclamauit, ò crudelitas, à crudelitas iniqua, et poſtea per aliquantulum ſpatium temporis tacuit.

Inde R. P. N. mandauit ad pedes F. N. ferreos

Digitized by Google

reos compedes apponi (ſeu lapidẽ alligari ponderis librarum *N.*) *et hoc adimpleto exclamauit F. N. hac eſt crudelitas, qux nunqnam appd Turcas exerceretur. Et monitus, vt veritatem dicat.*

Reſpondit. Deponite me de tormanto hoc, non poſſum vltra ſnbſtiuere, et omnia manifeſtabo.

176. *Dictum eſt ei, vt veritatem fateri incipiat, et poſtea deponetur.*

Reſpondit. In hoc tormento nihil dicere poſſum. Deponite me, et omnia dicam.

Stante hac promiſſione, et ad prædictum tantum effectum animo tamen etc. Mandauit R. *P. N. leuiter ipſum F.* N. *de tortura deponi, et ſnper ſcamno ligneo accomodari. Quo executo.*

Dictum eſt ei, vt veritatem ſateatus promiſſumque ſeruet.

Reſpondit. *Veritatem iam faſſus fui. Nec poſſum aliter dicere.*

Dictum eſt ei, vt promiſſum ſernet in tortnra ſactum omnia dicedi cum ſincera veritate alias ſtatim in ſune eleuabitur.

Reſpondit. *Torqueat me P.V. quantum vult. Et ego aliter non deponam, quam id quod pro veritate depoſui.*

177. Poſſet hic obijci torturam eodem die repeti non poſſe, vt probatum eſt *quæſt.2.n.24. art.* 26. & propterea non ritè in hac ſormula dici, vt non modo eodem die ſed etiam eadem hora iterum atque iterum in altum eleuetur, ita enim videtur, quod tortura repetatur pluries eodem die, imo & eadem hora: ſolutio erit, quod iſta non eſt repetitio torturæ, quæ prohibita eſt eodem die, ſed continuatio eſt eiuſdem torturæ, quæ præſtari poteſt pluries etiam eadem hora,

Idem R.*P. mandauit F.N. in altum eleuari, qui eleuatns cœpit exclamare, heu mihi Ieſus Maria, Inde ſiluit paululum. Poſtea dixit deponite me de hoc tormento. Ego neceſſitatem habeo corpus leuandi.*

Et R.P. ad hunc effectum mandanit F. N. leuiter de tortura deponi et ei facta fnit facultas corpus euacuandi. Poſt verò ductus coram d. R.P. et monitus, vt veritatem fateatur.

Reſpondit. *Veritatem me depoſuiſſe iam dixi, et iſtis violentis patet velle à me falſitatem extorquere.*

Videns R.P.N. in obſtinatione F.N. permanere iuſſit eum eleuari in funem, et eleuatns nihil dixit, et pluries interrogatus, et monitus ad veritatem fatendam nihil prorſus reſpondit. Quia ego etc. et cum ſteuſſet in totum in tortura F.N eleuatus per ſpatium integræ vnius horæ iuxta horologium pulueris. R.P. mandauit eum leuiter deponi, ſolui, et brachia reaptari, indui, et in carcerem reponi animo &c., ſed ante relectum examen confirmauit, et propria manu ſubſcripſit.

Subſcribant hic Iudex, Aſſiſtens (ſi adfuit) *Tertus, et Actuarius.*

178. Si tortus non ſimulatè deficeret in tormento, ſtatim ab eo deponendus eſſet, et Actuarius modum deficiẽdi, aquæ aſperſionẽ &c. deſcribet in proceſſu, vt hic ſequitur.

Cum videretur tortus in tortura deficere R.P. N. leuiter ipſum de tortura deponi, et ſnper ſedelligena accomodari mandauit, prout etc. Vbi pluries interrogatus, commotns, et concnſsus reſponſum non dedit, imo ſemimortui imaginem habebat. Vnde mandauit R. P N. in eius faciem aquam frigidam propter tempora, et nares aceto mandefieri, et cum ad animum non rediret, nares ipſius ſulphure (*aut lino accenſo*) *ſuffumigari, quibus peractis ad ſe rediens F.N. fuit interrogatus.* Reſpondit.

179. Signa ex quibus dignoſci poteſt tortum deficere ſunt. Si ex ore ſpumam emittat. ſi nimis pallidus fiat, ſi nimis ſudet, ſi verba pronunciare non poſſit &c. Dum fuerit verum deliquium ad vlteriorem torturam non procedatur, ſed ſi dubium ſit de fictione, medicus, vel alius expertus adhibeatur, qui pulſibus tactis &c. Si fidem faciat eum nullo morbo laborare ad vlteriorem torturam deueniri poterit in hac ſorma. *Viſis, & auditis prædictis mandauit R* P.N. *iterum eleuari. Qui eleuatus &c.*

180. Antequam Iudex ad torturæ repetitionem deueniat præuidebit adnotata in *qu.*26. *ar,* 2.

Viſo rigoroſo examine habito heſterna die à F. N. &c. in tormentis R. P. N. matura conſideratione decreuit eundem iterum ad locum torturæ ducendum, rurſuſque admonendum ad veritatem fatendam, alias iterum torturę ſubiecietur, & præſenti decreto ipſum in prædictum locum adduci, & torqueri mandauit. Datum &c.

181. Hic ſubcribant Iudex, & Actuarius. Interrogatoria fiant vt in prima tortura mutatis mutandis.

Forma interrogandi Reum in tortura de ſocijs.

182. CONfeſſione principalis delicti à Reo facta dum in caſibus à iure præmiſſis tortura eidem Reo inferenda eſſet pro habenda vlteriori veritate, & ſocijs criminis, & aliorum delictorum animaduertendum erit, quod ſi Reus in tortura dicat ſe delictum iam confeſſum non commiſiſſe cum ſocijs &c. dictam reſponſionem Iudex ſcribere faciat quaſi ſine interrogatione ſua datam, ſed tanquam prolatam à Reo ex ſeipſo, vt poſt Chartar. docet. Ambroſ. *de modo form prox. in form. l.* 65. *cap.* 4. *num.* 11. ſed ſi Reus ſponte non nominat ſocios, ſed de illis interrogari debet, id fiet hoc modo.

183. *Interrogatus. An habuerit ſocios in delicto confeſſo, vel aliud patrauit.*

Reſpondit. Habui ſocium tantum F. N. de N. nec aliud crimen commiſi.

Si ex actis conſtaret plures habuiſſe ſocios, vel tale delictum ſine pluribus ſociis perfici non poſſe vlterius, vt ſequitur, interrogetur.

Dictum eſt ei, vt veritatem fateatur eum habeatur in proceſſu plures in delicto habuiſſe ſocios, vel plura commiſiſſe delicta, quæ non eſt veriſimile eum vno tantum ſocio patrata, alias erit deueniendam ad iuris, & facti remedia.

Reſ-

Digitized by Google

Reſpondit. Nullum alium habui ſocium niſi F.N. de N. nec aliud delictum perpetraui.

TuneR.P.N. Viſa pertinacia F.N. de N. in neganda veritateR.P.N. mandauit, prout præſenti decretomandat eundem F.N.ad locum torturæ duci ibique ſpoliari, Ductus vero ad locum torturę, dum ſpoliaretur, et ligaretur pluries benignè monitus, vt veritatem fraeatur, nec permittat ſe in fune eleuari, prout eleuabitur, ſi in pertinacia permanſerit.

Reſpondit. Ego veritatem iam dixi, eamque confirmo.

Idem R. P. obſtinatum mandauit in fune eleuari & eleuatus exclamauit. O Deus, ò Deus, quæ crudelitas eſt iſta.

Interrogatus. An veritatem fateri velit?

Reſpondit. Iam eam faſſus fui.

et interim iterum, otque iterum monitus, vt obſtinatione dimiſſa veritatem fateatur.

Reſpondit, Pater eam dixi.

Tune A. R. P. ete.

Tormrntum ignis.

184. HOc tormentum teſte Ambroſ. *lib.*4. *cap* 8. *num.* 9. receſſit ab aula ſeculari, quia eſt nimis ſęuum, & præiudiciale, & multo magis recedere debet ab Aula Eccleſię, & Regulari. Nihilominus, quia ſaltem in rariſſimo caſu poteſt habere locum, de eo aliquid dicendum eſt, vt nihil deſiderari poſſit ad tormenta inferenda.

Tunc R.P.N. videns Reum veritatem fateri nolle mandauit tormento ignis illum ſupponi, prout ete. qui ſic ſuppoſitus pedibus nudatis, lardo porcino inunctis, et in cippis iuxta ignem validum detentis, cum ita manſiſſet per ſpatium vnius Credo in d. tormento tacitus, poſtea vociferando dixit heu mihi ò magna crudelitas, elaudum non me videtis, quod me reddatis.

Cum videret R.P.N. Reum oſtendere ſe magnum ſentire dolorem, mandauit tabulam ante Rei pedes apponi animo ete. qua appoſita dictum eſt ei.

Vt ſimplieem fateatur veritatem, aliàs tabula, & tormentum continuabitur.

Reſp. Veritatem iam patefeci, ſed videmini velle vi tormentorum mendaeium extorquere.

Statim R. P. mandauit tabulam ad pedem Rei poſitam amoueri, amotaque inde ad modieum temporis ſpatium alta voee elamauit Reus, ò iniquitas, ò crudelitas.

Iterum R.P.N.mandauit tabulam ad Rei pedes apponi animo, &c. Et appoſita monitus Reus, vt ſuam dimittat obſtinationem, veritatemque fateatur.

Reſp. Ego innocens ſum, & veritatem depoſui.

Videns R.P.perſiſtere Reum in negatiua mandauit eum à tormento amoueri, cum in eo ſtetiſſet computatis etiam appoſitionibus Tabulæ per ſpatium duorum miſerere, & ad loeum ſuum reponi animo, &c. Sed ante relectum examen confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Subſcribant Iudex, Reus, & Actuarius.

Tormentum Vigiliæ.

185. HOc tormentum eſt ſcamnũ ligneum à terra altum per ſeptem circiter palmos, tribus inhærens aſtis non planum, ſed paululum accliuè, & in medio faciens angulum obtuſum, ſuper quo angulo debet manere Reus ano denudato, & obtuſus debet eſſe angulus, quia ſi eſſet acutus, poſſet fractis inferioribus partibus Reum interimere. Ambroſ. vbi ſupra, *lib.*4. *eap.* 20. *num.* 4.

Cum Reus tormento funis torqueri non poſſet, (vel *videretur tormentum funis pauci pendere,* vel *attenta atroeitare delicti, eum iam torturæ funis ſuppoſitus, nihil faſſus fuiſſet, & contra ipſum indicia minimè eſſent purgata) R. P. Viſis &c. Mandauit ipſum ad locum tormentorum adduci, ibique ſpoliari, ligari & in tormento vigiliæ poni, prout ete. qui ſic in dicto tormento natibus denudatis, brachijs poſt terga vinctus, & vndique ligatus de mandato &c. poſitus, benigne per R. P. N. ad veritatem fatendam monitus.*

Reſp. Veritatem iam dixi totam.

Hic pro opportunitate addantur alia Interrogatoria, & quæ in ſingulis horis Reus in tormento poſitus dicit, & facit ab Actuario ſeribenda ſunt eum Interrogatorijs, &c. eidem factis v.g. Currente hora 1. *per R. P. fuit Reus interrogatus an noſcat F. N. de N.*

Reſp. iam dixi me eum non noſcere, &c.

Currente hora 2. *Ex ſe Reus dixit permittite me manere in hoc tormento quantum vultis, nihil aliud dieam, quam quod dixi pro ſincera veritate, &c.*

Et eum manſiſſet Reus in dicto tormento per ſpatium 4. *horarum, & aliud ab eo haberi non poſſet, R. P. N. mandauit Reum de tormento deponi, diſſolui, & brachia reaptari, Animo, &c. Et relectum examen, &c.*

Hic ponantur ſubſcriptiones Iudicis, Rei, Aſſeſſoris, & Actuarij.

Tormentum taxillorum.

186. C*Vm, &c.* mutatis mutandis, &c. *Mandauit ad locum tormentorum adduci, ibique taxillorum tormẽto, quod vulgo ſtanghetta nuncupatur, ſupponi, quo ſic adductus antequam tormento ſupponeretur pluries benigne monitus fuit ad veritatem dicendam, alias dicto tormento ſupponetur.*

Reſp. Si veritatem vultis ego eam iam dixi.

Mandauit R. P. N. Prior Reum in dicto tormento torqueri, qui eidem tormento ſuppoſitus in terram proſtratus denudato tale dextri pedis inter duos ferreos taxillos eoncauos poſito & F N. de N. eos ſtanchetta eomprimente alta voce Reus elamauit, &c. Heù mihi, &c.

Dictum eſt ei, vt veritatem fateatur,

Reſp Veritatem iam dixi.

Alia Interrogatoria hic addi poterunt pro opportunitate.

Cum in dicto tormento manſiſſet Reus per ſpatium duorum miſerere, & aliud haberi non poſſet ab eo, mandauit, &c.

Subſcribant, &c.

Tor-

Digitized by Google

Tormentum Sibilorum.

187. **C**Vm, &c. mutatis mutandis, &c. *R. P. N. Prior mandauit Reum tormento Sibillorum ſupponi. Qui ita ſuppoſitus tormento manibus ante tunctis, & inter binos ſingulos digitos earum Sibillis accomodatis, & F. N. N. illa funiculo currente fortiter comprimente clamauit, & dixit. Heù mihi, &c. Dictum eſt &c. cum in tormento manſiſſet, Reus per ſpatium trium Pater noſter.*

Subſcribuntur Index, Reus, & Actuarius.

Forma ratificationis poſt torturam.

188. **N**Eceſſe eſſe, quod confeſſus in tortura ratificet confeſſionem factam in tortura patet ex dictis ſupra *quaeſt.* 23. *art.* 11. De teſtibus tamen eſt controuerſia, an ſit neceſſaria huiuſmodi ratificatio, alijs id negantibus, & alijs affirmantibus, vt videre eſt apud Farinac. *quaeſt.* 79. *nu.* 83. Alij autem dicunt, quod quando teſtis confeſſus fuit extra torturam, & torquetur ad illam confeſſionem conualidandam, vt ad purgandam teſtis inhabilitatem, vel ad videndum in quo dicto perſiſtit, non ſit neceſſaria ratificatio. Sed vbi teſtis confeſſio primo emanauit in tortura, hæc remanet ſuſpecta, niſi ratificetur poſt torturam. Guaz. *d. def.* 19. *c.* 14. *num.* 2. *Conciol. v. Tortura reſ.* 19. *num.* 14. Vbi quod in ſocio criminis nominante alium non ſit neceſſaria ratificatio, ſed ille torquendus ſit iterum ad purgandam maculam, & hoc ſufficiat, quod in hac tortura dictum ſuum confirmet. Sed vt verum fatear, etiam quando datur tortura teſti ad videndum in quo dicto perſiſtat, puto quod ſit neceſſaria ratificatio, quia tunc approbatio vnius dicti præ alio ortum habet in tortura, & ideo eſt ſuſpecta, niſi ratificetur; vbi ergo neceſſaria ſit ratificatio, ſeruari poterit ſequens forma.

Die, &c.

Conſtitutus coram R. P. Priore F. N. Reus prætenſus eductus de carceribus vinculis ſolutus, & extra locum tormentorum poſitus, vocatus ad ratificandum, que externa die in tortura depoſuerat, & preſtito ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis &c. fuit illi lecta ſua confeſſio per me Actuarium clara, alta, & intelligibili voce, & ab ipſo Reo bene audita, dixit illi R. P. Prior. Hauete voi inteſo bene quello, che hieri confeſſaſte di propria bocca, &c. Reſp. Padre ſi l'hò inteſo, e queſto è quello medeſimo.

Interrogat. Volete voi confermare è ratificare quanto hauete detto.

Reſp. Lo ratifico è confermo, e così e la verità.

Interrogato ſe vole aggiungere, ò leuare alcuna coſa di quello, che ha detto, confeſſato, ò ratificato.

Reſp. Padre nò.

Interrog. Che ſi guardi da bugie; e ſe haueſſe confeſſato alcuna bugia, la reuochi. Reſp.

Quo accepto fuit iuſſus ſcribere.

Io N. hò depoſto è ratifico quanto di ſopra.

F. N. Prior.

F. N. Actuarius.

189. *Tunc R. P. Prior acceptatis ſic & in quantum eius depoſitionibus, & ratificatione examen dimiſit, & Reum ad carcerem reduci mandauit præcipiendo dari illi copiam ſuæ confeſſionis, & Conſtitutorum, nec non Conſiliarium F. N. de N. ab ipſo, electum, vt poſſit melius ſe defendere aſſignauit, & dedit ſpatium trium dierum ad faciendas ſuas defenſiones. Ita omni meliori modo, &c. prout præſenti decreto mandat etc. Datum etc.*

F. N. Prior.

F. N. Actuarius.

Quod decretum fuit intimatum dict. N. *F. eodem die &c. per me infraſcriptum Actuarium.*

F. N. Actuarius.

190. *Die, &c. Per me infraſcriptum Actuar. fuit data ipſi Reo copia actorum, & confeſſio facta in tortura cum ſua ratificatione, dato termino trium dierum ad ſe defendendum. In quorum fidem, &c*

Fr. N. Actuarius.

CAPITVLO IX.

Praxis Sententiæ.

191. **Q**Vando Reus in ſuis defenſionibus & pœ torturam vel euacuauit omnia indicia contra ipſum contenta in proceſſu, ſiue illa non euacuauit, deuenitur ad ſententiam, vel abſolutoriam, vel condemnatoriam in pœnam ordinariam, vel extraordinariam; & ideo ſententiæ diuerſæ dari debent, prout infra explicatur, & dictum eſt ſupra *q.* 29. *a.* 1.

192. Et quia Actuarij Regulares non habent plenam legalitatem, ſicut habent Notarij. Bictus in praxi prima *n.* 52. conſulit, vt ſaltem duo adhibeantur teſtes, qui ſententiæ ſubſcribant; ſed hoc non eſt neceſſarium, quia huiuſmodi Actuarij ſcripturæ de eo quod factum eſt coram teſtibus plena fides debetur, licet teſtes non ſubſcribant, vt dictum eſt *ſup. n.* 2.

Forma Citationis ad ſententiam.

193. **P**Onderatis. *& diſcuſſis omnibus, tum pro parte F. N. Accuſatoris* (Si proceſſum fuit in via accuſationis) *tum pro parte F. N. Rei accuſati in ſui defenſione adductis in proceſſu compilato, ac omnibus pro, & contra productis, & probatis, Viſum fuit A. R. P. Priori &c. mandare, vt citentur præfatus N. Accuſator, & præfatus N. accuſatus & Reus, nec non P. N. eius Conſiliarius, ad audiendam ſententiam diffinitiuam promulgandam in hoc noſtro Monaſterio N. die, menſe, Anno &c. prout præſenti decreto mandat, vt citentur. Datum in eodem Monaſterio die etc.*

Ego F. N. Prior.

Fr. N. Actuarius.

Relatio Citationis:

194. **P**ER *me F. N. Infraſcriptum Actuarium de mandato admodum R. P. N. Prioris ſupradictum*

ctum decretum citationis fuit præſentatum, & intimatum ſuprad. F. N. coram F. N. F. N. *& F.N. teſtibus à me vocatis in hoc Monaſterio, hodie die &c. & in fidem propria manu me ſubſcripſi.*

F. *N. Interfui.*
F. *N. Interfui.*
F. *N. Actuarius.*

Relatio citationis, & ſubſcriptiones teſtium, & Actuarij, &c. ſub hac forma mutatis mutandis *fieri debent, quando citandus eſt Accuſator ad audiendam ſententiam abſolutoriam.*

Forma ſententiæ condemnatoriæ contra Reum non omnino plene conuictum ad pænam extraordinariam:

195. I*N nomine Santiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis Patris & Filij, & Spiritus Sancti & Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ. Amen. &c.*

Chriſti nomine innocato Nos F. N. *Prouincialis Viſis ac diligenter conſideratis omnibus & ſingulis in cauſa, & cauſis coram nobis actuatis de & ſuper ſuſpecto conſortio tibi F. Fulano imputato, & mature conſideratis teſtium depoſitionibus contra te F. Fulanum, & de prędicto crimine, te que citato, & interrogato, ac ſufficienter audito in omnibus tuis defenſionibus habitoque ſuper hoc P. P. conſilio* (vel ſi ſententia datur in capitulo auditis diſſinitoribus debet addi de eorum conſilio & aſſenſu. Quod & dici debet, ſi ſententia datur à Superiore locali, & in quocumque caſu Patres à Conſilijs habent votum deciſiuum, *præ oculis habentes, vt de illius vultu Iudicium prodeat noſtrum, Chriſti nomine repetito dicimus, ſententiamus, declaramus, pronunciamus, atque diſſinimus te F. Fulanum, licet non confeſſum, nec plene conuictum, nihilominus verè repertum fuiſſe culpabilem, & de iure punibilem, & propterea in pænam damnandum &c. Sicut &c.*

Forma ſententiæ abſolutoriæ Rei innocentis & condemnatoriæ teſtium.

196. C*Vm de tali crimine coram nobis denunciatus ſit* F. N. *ipſe vero contra F. N.* et F. *N. ad id à denunciatore allatos exceperit, quod falſum depoſuerint, id que nobis conſtare feceris, & citatis teſtibus & auditis in termino ipſis dato ad dicendam cauſam, quare non debeant declarari falſarij, & quo termino elapſo & inſtante denunciato vt iuſtitiam ſibi ſuper hoc faciamus; Idcirco ſtante falſitate plene probata de Patrum noſtrorũ conſilio, & aſſenſu ſupradictos teſtes dicimus non ſolum repellendos eſſe à teſtimonio ferendo, ſed tanquam falſarios puniendos pæna in noſtris conſtitutionibus taxata & F. N. denunciatum propter eorum teſtimonium minimè fatigandum eſſe. Prut de facto dicimus, ſententiamus &c. Ita hoc &c.*

Forma ſententiæ abſolutoriæ pro non reperto culpabili.

197. I*N nomine &c. Chriſti nomine Innocato, &c. Chriſti* Nomine *repetito dicimus ſententiamus, & declaramus d. F. N. ex hactenus deductis in proceſſu, &c. non fuiſſe repertum culpabilem, nec de iure punibilem de dicto delicto, de quo fuit inquiſitus vel denunciatus, quare illum tamquam non repertum culpabilem, nec punibilem à preſenti iudicio, & inſtantia, & rebus ſic ſtantibus ab ſoluimus, & liberamus, abſolutumque, ac liberatum declaramus. &c.*

Forma ſententiæ abſolutoriæ pro torto, qui ſe purgauit per torturam.

198. I*N Nomine, &c. Chriſti nomine innocato Nos N. Prior &c. Viſis, & conſideratis omnibus & ſingulis quæ habentur in proceſſu formato, & actitato coram nobis contra F.* N. *denunciatum, vel accuſatum, aut inquiſitum de tali crimine, qui cum, contra ſe haberet vrgentia indicia, qua de cauſa fuit tortus, & ipſe per torturam ſe purgauit, & eum in carceribus per viginti etiam, aut* 30. *dies poſt torturam eſſet detentus ad videndum, an noua alia indicia ſuperuenirent, & cum non ſuperuenerint, Deum prę oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, per hanc noſtram ſententiam, quam de conſilio & aſſenſu P. P. à conſilijs in his ſcriptis ferimus Chriſti nomine repetito, ſupradictũ F. N. à ſupradicto crimine ſuper quo fuit tortus abſoluimus, & liberamus ex hactenus deductis, & rebus ſic ſtantibus doneç noua ſuperueniant indicia. Ita hoc etc.*

Forma Sententiæ partim abſalutoriæ, & partim condemnatoriæ, quando fuit quis tortus cum clauſula citra præiudicium probatorum, quia iudicia ad torturam pro delicto pro quo fuit tortus, erant etiam de per ſe delictum &c.

199. I N *nomine Domini etc. Chriſti nomine innocato &c.*

Nos *Prior etc. viſis etc. quæ habentur in proceſſu formato et actitato coram nobis contra ac aduerſus* F. N. *accuſatum, vel inquiſitum, ſeu denunciatum de adulterio cum* Berta *vxore Titij, eo quia viſi fuerunt ſimul à pluribus teſtibus in tempore et loco ſuſpectis, nec non viſa fuerunt aliqua indicia ſuſpicionis, et omnia concludenter probata, ex quibus remanet conuictus de ſuſpecto cõſortio. Et quia iudiciatus ad torturam ſuper ipſo adulterio etiam erat; ideò fuit ſufficienter tortus pro habenda veritate ſuper adulterio cum clauſula citra praiudicium conuicti criminis quo ad ipſum ſuſpectum conſortium, et cum eſſet negatiuus, et per torturam ſe purgaſſet à crimine adulterij, idcircò Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, et oculi noſtri videant æquitatem, per hanc noſtram ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus. Chriſti nomine repetito de conſilio et aſſenſu PP. à conſilijs ſententiamus, pronunciamus, et declaramus ſupra d.* N. *ab obiecto crimine adulterij rebus ſic ſtantibus, et ex hactenus deductis abſoluendum et liberandum*

fore

Digitized by Google

fore et eſſe, prout præſenti decreto abſoluimus et liberamus. Quo vero ad ſuſpectum conſortium, de quo eſt conuictus cōdemnandum eſſe(in hanc vel illā pœnā Iudici bene viſā)*prout condemnamus, ac pro condemnato haberi volumus ad exequendam ſupra dictam pœnam ab hodie in antea. Ita hoc etc.*

Forma Sententiæ partim abſolutoriæ, & partim condamnatoriæ, quando quis inquiſitus de duobus delictis ab vno abſoluitur & pro altero condemnatur.

In nomine &c.

200 V*Iſis actitatis in cauſa et cauſis coram nobis* N. *Prouinciali vertentibus contra* N. *denunciatum de vulnere illato in perſonam* F. N. *nec non de furtiua occupatione bonorum, quæ erant ad vſum* F. N. *ac lite conteſtata et probationibus pro et contra* Reum *productis in iudicio elapſo termino peremptorio, ac cognitis cauſa meritis, ac accuratiſſimè perpenſis omnibus, quæ ſunt in proceſſu, ac æqua iuſtitiæ lance diſcuſſis, citatis partibus ad audiendam ſententiam pro hodierno die præſente dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac ſententiamus* F. N. *abſoluendū fore et eſſe ab obiecto delicto furti, prout præſenti decreto rebus ſic ſtātibus, ac ex hactenus deductis abſoluimus ac liberamus, donec alia indicia inſurrexerint, pro vulnere tamen illato in perſonam P.* N. *condemnamus in pœnam in noſtris Conſtitutionibus, ac inſtructionibus taxatam nimirū &c. exequendam ab hodie antea. Ita hoc ac omni alio meliori modo etc.*

Forma ſententiæ condemnatoria contra conuictum.

202. IN *nomine &c. vt ſupra.*

Chriſti nomine inuocato. Nos Prior *&c. viſo proceſſu à nobis fabricato cōtra* F. N. *de tali delicto &c. & interrogato ac illo ſufficienter audito in termino dato ad ſe defendendum, nec non examinatis omnibus, & ſingulis in d. proceſſu contentis, ac mature diligenter diſcuſſo negotio Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat de conſilio, & aſſenſu grauiorum Patrum dicimus, ſententiamus, declaramus, pronunciamus, atque diffinimus ipſum F. N. fuiſſe culpabilem, & conuictum de dicto crimine. Pœnam tamen pro eodem crimine in noſtris conſtitutionibus, ſeu inſtructionibus taxatam pro delicto huiuſmodi, cū Reus non ſit confeſſus* (in foro Eccleſiaſtico Reus conuictus, ſed non confeſſus mitius punitur) *vel ob alias cauſas animum noſtrum digne mouentes, minuendam eſſe*(ſi adeſt diminutionis, vel augendā, ſi adeſt cauſa augumentandi)*iudicauimus. Quare fore, & eſſe puniendum decreuimus, ſicut prædicti hoc noſtro decreto punimus in talem pęnam, &c. & id non ſolum hoc ſed omni alio meliori modo &c.*

Forma alia ſententia condemnatoriæ contra conuictum.

203. I N *nomine &c. vt ſupra.*

Chriſti nomine inuocato Nos F. N. Prior viſis, ac diligenter diſcuſſis omnibus, & ſingulis in cauſa, & cauſis coram nobis actuatis contra N. *Reum noſtræ Religionis profeſſum de conſilio, & aſſenſu Patrum à conſilijs pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, per hanc noſtram definitiuam ſententiam.*

Chriſti nomine repetito dicimus, ſententiamus, declaramus, pronunciamus, atque diffinimus dictum F. *N. culpabilem, & tanquam conuictum punibilem repertum fuiſſe. & eſſe, ac in pœnam in noſtris conſtitutionibus taxatam incurriſſe nimirum &c. prout illum ad eam peragendam condemnamus, & ſententiamus, & vt ſupra &c.*

Sed hæc forma valet in foro ſæculari, in quo plene conuictus punitur pœna ordinaria, etiam ſi non ſit confeſſus. Valet etiam apud Regulares, ſi in eorum Ordine ſit expreſſe ſtatutum, quod conuictus etiam non confeſſus, puniatur pœna legis: ſed non eſt tam facilè, quod Reus non confeſſus ſit plenè conuictus, ideo tutius aget Iudex, ſi cum non confeſſo mitius agat.

Forma ſententiæ abſolutoriæ pro reperto innocente.

In nomine etc.

204. C*Hriſti nomine inuocato Nos N. Prior Monaſterij N. viſis, ac diligenter conſideratis omnibus, et ſingulis, quæ habentur in proceſſu formato, et actitato coram nobis contra N. inquiſitum, vel denunciatum de tali crimine, viſis, ac auditis omnibus, et ſingulis, quæ contra ipſum fuerunt in proceſſu adducta. ac etiam omnibus, et ſingulis adductis ad ſui defenſionem per ſuum Aduocatum, vel* Conſiliarium, *et quia repertus fuit innocens à prædicto crimine, de quo fuit imputatus Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, et oculi noſtri videant æquitatem per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis ſerimus de conſilio, et aſſenſu grauiorum patrum.*

Chriſti nomine reperito dicimus, ſententiamus declaramus, pronunciamus, atque diffinimus d. F. N. ob tale delictum illi imputatum punibilem non eſſe, et ideo illum definitiuè, et tanquam innocentem abſoluimus, et liberamus, ita hoc, et omni alio meliori modo etc.

Forma alia abſolutoria pro reperto innocente, & ſimul condemnatoria contra calumniatorem.

205. I*N nomine etc. Chriſti nomine inuocato Nos N. Prior Monaſterij etc. viſis omnibus, et ſingulis quæ continentur in proceſſu à nobis fabricato in cauſa, et cauſis vertentibus coram nobis inter F. N. accuſatorem ex vna, et F. N. denunciatum, vel accuſatum ex altera de et ſuper tali delicto Patrum noſtrorum habito conſilio, et aſſenſu, Deum præ oculis habentes etc.*

Digitized by Google

Chriſti nomine repetito, dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, et definitiue ſententiamus in prædicto proceſſu à nobis fabricato nihil extare, quod d. F. denunciatum, vel accuſatum grauet, imo prorſus inculpabilem, et de iure impunibilem, ac innocentem de delicto ſibi imputato à denuncante fuiſſe, et eſſe decernimus, et liberamus, ac pro abſoluto, et liberato haberi volumus, et quatenus opus ſit ad priſtinum ſtatum, gradum honoris, prærogatiuas, et dignitates, in omnibus, et per omnia reſtituimus, et reintegramus, et pro integrato, et reſtituto haberi volumus, ipſum F.N. denunciatorem, vel accuſatorem ad hoc citatum, et auditum in termino ſibi dato ad dicendam cauſam quare tanquam repertum calumniatorem non ſit damnandus, eodem Chriſti nomine repetito conſtitutionum noſtrarum ac inſtructionum trangreſſorem, detractorem, iniquum delatorem, et calumniatorem per hanc noſtram definitiuam ſententiam declaramus, et infamiam, ac tallionis pœnã incidiſſe decernimus nimirũ &c, &c. ad quas pœnas ſubeundas, et exequendas teneri ſententiamus. Ita hoc, et omni meliori modo etc.

Forma ſententiæ declaratoria contra teſtem.

206. **I***N nomine etc. Chriſti nomine inuocato etc.*

Chriſti nomine repetito etc. dicimus, pronunciamus, ſententiamus, declaramus d. F.N. de criminibus in dictis exceptionibus contra illum propoſitis fuiſſe conuictum, ſeu confeſſum, aut infamatum, et propterea inhabilem ad teſtificandum, & ad quaſcumque dignitates, declarandum fore, et eſſe, prout ipſum ad eas inhabilem eſſe ſententiamus, et declaramus, adeo quod ad eas elegi aut electus in eis nequeat confirmari. Et ita etc.

Aduertendum ſemper, quod cum non confeſſo mitius agitur in pœnis arbitrarijs.

Forma declaratoria pro incurſu pœnarum.

207. **I***N nomine etc. Chriſti nomine inuocato etc. Nos N. Prior etc. Chriſti nomine repetito dicimus, pronunciamus, ſententiamus, declaramus d. F.N. à criminibus contra ipſum impoſitis, immunem eſſe, et non contraueniſſe ſacris Canonibus. et legibus Pontifiſijs, et conſequenter in pœnas communes in ipſis taxatas non incurriſſe. Vel è contra crimina contra ipſum obiecta perpetraſſe, et conſequenter contraueniſſe ſacris Canonibus, et legibus Pontificijs, et in pœnas in ipſis taxatas incidiſſe nimirum &c. prout ipſum ad eas ſubeundas teneri ſententiamus, et declaramus hoc et omni meliori modo etc.*

Specificentur delicta, & pœnæ, quæ in iure impoſitæ ſunt pro dictis delictis.

Alia forma pro incurſu pœnarum.

208. **I***N nomine etc. Nos Prior N. volentes dante domino expedire ac fine debito terminare cauſam, et cauſas coram nobis vertentes contra F. N. denunciatum, de introductione mulierum in Monaſterio Noſtro N.*

Chriſti nomine repetito Nos d. Prior per hanc noſtram ſententiam quam pro tribunali ſedentes. et ſolum Deum præ oculis habentes, quam de P.atrum conſilio, et aſſenſu ferimus in his ſcriptis, dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus d. F.N. fuiſſe, & eſſe culpabilem ob introductionem mulierum in noſtro Monaſterio N. & pœnas taxatas in Bulla B. Pij V. & Greg. XIII. fulminatas contra Religioſos introducentes, vel permittentes introductionem mulierum in eorum Monaſterio, illumque excommunicatum denunciandum, incurriſſe ab omnibus Chriſt fidelibus, euitandum fore, prout denunciamus, & euitari mandamus. Et ita dicimus, & declaramus non ſolum hoc, ſed & omni alio meliori modo &c.

Forma ſententiæ condemnatoria via articulorum.

209. **C***Vm in generali viſitatione huius Monaſterij N. porrecti nobis fuerint nonnulli articuli, contra, & aduerſus P.N. Priorem Conuentus de mala adminiſtratione Prioratus, ſuper quibus fuit à nobis vocatus, examinatus, ac ſufficienter benignè auditus, vt moris eſt noſtræ Religionis, quando in cauſa proceditur via articulorum, et conſideratis, ponderatis, & diſcurſis omnibus, & ſingulis quæ pro, et contra in hoc negotio ponderanda, et diſcutienda erant, inuenimus ipſum conuictum, ac etiam licet non in toto, ſed in parte confeſſum, idcirco ſaluti ipſius Fratris prouidere volentes, et ne de cætero talia peccata committere audeat, ipſum præſenti decreto ſalutari ac Regulari pœnitentia punire decreuimus, et iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus ad infraſcriptam pœnitentiam condemnamus &c.*

Ita pronunciaui Ego F.*N. Prouincialis. Latum, lectum et publicatum fuit hoc præſens decretum in præſentia ipſius Rei hodie &c.*

Subſcribuntur teſtes, & Actuarius &c.

Forma ſententiæ contra contumacem.

210. **S**I Reus abſens non compareat in termino citationis, elapſo termino poterit condemnari, & Iudex præſentibus ſaltem duobus teſtibus, qui ſe ſententiæ ſimul cum Iudice, & Actuario ſubſcribant ferret ſententiam in hac vel ſimili forma.

In nomine Domini &c. Chriſti nomine inuocato, Nos F.*N. Prouincialis &c. cum fabricauerimus proceſſum contra F. Fulanum denunciatũ,* vel *accuſatum,* vel *inquiſitum ex officio noſtræ Curiæ fama publica præcedente, & clamoroſa inſinuatione ſubſequente de eo, & ſuper eo, quod anno N. menſe &c. die N. fecit inſultum contra N. in Refectorio Conuentus N. & manu vacua in facie ipſum percuſſit (vel quod animo furandi &c. furatus fuit de Monaſterio N. hoc & hoc) de quo delicto in proceſſu contra eum fabricato eſt ſufficienter*

ter indiciatus, quem ſtante fuga non poſſumus eitare perſonaliter, & citari, et moneri fecimus in cubiculo ſolitæ habitationis, & in valuis Refectorij, vt coram nobis compareat ad allegandum, & ſe defendendum, & excuſandum à d. denuncia, (aut accuſatione, vel inquiſitione) aſſignato ei tempore debito, & congruo intra quod nec vltra illud comparuit, & cum propterea excommunicatus fuiſſet, per annum in excommunicatione inſorduit & potius mandatum noſtrum habuit in contemptum; vnde ipſum habuimus pro conuicto, et confeſſo propter eius contumaciam, et inſordeſcentiam, tandem citari eum fecimus ad audiendam ſententiam contra eundem ferendam, ac legendam die N. prout hæc et alia in actis noſtræ Curiæ plenius continentur. Qua propter dicimus, pronunciamus, et diffinitiuè dictum F. Fulanum condemnamus in exilium per ſeptem annos in Conuentu N. ita vt dies tunc incipiat quando verè, et realiter à condemnato executa dicta pœna primo fuerit. Datum etc.

Sequuntur ſubſcriptiones.

211. Verum quia, vt video DD. plures. vt contumacem damnant pœna confeſſi criminis pro prima contumacia, & ex quo non comparuit in primo termino, non facta mentione excommunicationis & non expectata inſordeſcentia in excommunicatione per annum, & ex praxi multarum Curiarum ita fit, ſi aliquis eorum opinionem ſequi velit, in ſententia non faciet mentionem præfatæ inſordeſcentiæ, ſed ſolius contumaciæ non comparendi in termino debito, & in monitione, & citatione reus citabitur, ſine alia mentione excommunicationis, immediatè ſub pœna confeſſi, ſi in termino non compareat. Sed videantur notata ſupra *qu*, 23. *ar*. 12.

Forma ſententiæ condemnatoriæ pro delicto facti notorij.

212. QVando delictum eſt notorium Iudici iuxta explicata ſupra *q*. 10. *art*. 1. non eſt neceſſaria ſententia, ſed Iudex ſtatim per præceptum iubet delinquentem puniri, ſed quando notorium debet probari in Iudicio, tunc neceſſarius eſt proceſſus, & ſententia, quæ poterit ferri in hac, vel ſimili forma.

Chriſti nomine inuocato. Nos F. N. Prior &c. Conuentus N. viſis ac diligenter conſideratis omnibus & ſingulis, quæ habentur in proceſſu formato contra te F. N. de N. pro tali notorio delicto à te cōmiſſo contra F. N. de N. in publico refectorio talis Monaſterij &c. in præſentia maioris partis, vel omnium Fratrum illius Monaſterij, prout in proceſſu, conſiderataque nimia tua audacia, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus.

Chriſti nomine repetito, ſententiamus, declaramus, pronunciamus, atque definimus te F. N. de N. pro prædicta notoria, & graui offenſa F. N. de N. illata repertum eſſe punibilem, et in talem pœnam, vel in arbitrariam, et grauem pœnam incidiſſe; Ideo per hanc diffinitiuam ſententiam in prædictam talem legibus ſtatutam pœnam te condemnamus. (vel ſi pœna eſt arbitraria dicat) *ad talem pœnam ab hac die incipiendam condemnamus. Ita pronunciaui ego F. N. &c. Lata, lecta, ac publicata fuit hæc ſentētia in camera ſolitæ Reſidentiæ R. P. Prioris pro Tribunali ſedentis die etc. præſente ipſo Reo, et præſentibus P. N. de N. et P. N. de. N. teſtibus ad hoc vocatis.*

Fiant ſubſcriptiones &c.

Forma ſententiæ declaratoriæ de delicto notoriè commiſſo.

213. *IN nomine Domini Amen. Chriſti nomine inuocato etc. nos etc. viſis et maturè conſideratis informationibus ſuper delicto notorio de quo fuit imputatus* F. *N. de N. quod in tali Monaſterio in tali loco tali hora coram omnibus fratribus vel maiori parte* Fratrū *Monaſterij tale delictū commiſit, nec non conſideratis eius exceptionibus* (ſi fuerunt propoſitæ) *Deum præ oculis habentes etc. Chriſti nomine repetito etc. Dicimus etc. prædictum delictū notoriè fuiſſe commiſſum* (vel è contra non fuiſſe notoriè cōmiſſum) Arbitratur autē Scroi *p*. 3. *c*. 9. *n*. 9. quod in primo caſu quādo declaratur notoriè cōmiſſum fuiſſe proceditur tanquā ſuper notorio ex abrupto. In ſecundo caſu proceditur modo ordinario, prout in alijs cauſis ſummarijs. Sed vt dictū eſt ſupra *q*. 10. *a*. 1. ſolum quando factum eſt notorium Iudici actualiter iudicanti, in iudicio proceditur ex abrupto ſine ſentētia, ſed quando notoriū in iudicio probari debet, non proceditur ex abrupto, ſed ſeruatur ordo iuris ſaltem ſicut in cauſis ſūmarijs.

Forma terminandi cauſam delinquentis reperti in fragranti.

214. QVando aliquis deprehenſus in infragranti ducitur ad Iudicem, ipſe denunciatione audita apprehenſores examinat, & examen decernit hoc modo.

Quo audito A. R. P. Prouincialis, vt ſuo muneri ſatisfaciat, decreuit ſtatim perquirere veritatem, & apprahenſores, & alios teſtes examinare medio iuramento, et primo monitus F. N. de N. de veritate dicenda prout iurauit etc. in præſentia ipſius capti audientis, videntis, et intelligentis examinauit, et interrogauit primo. Quare apprahendiſti hunc fratrem, et coram me adduxiſti? In quo loco, et tempore apprahendiſti? In quo actu quātum ſpatium temporis interpoſitum fuit inter tale delictum, et apprahenſionem? qui erant præſentes in dicto actu, et in ipſa apprahenſione? Item ſi apprahenſus fecit reſiſtentiam in apprahenſione etc. ad quem finem ipſum apprahendiſti etc.

Examinatis teſtibus in præſentia Rei ſtatim examinatur ipſe Reus, & fit decretum.

215. *Coram A. R. P. Prouinciali conſtitutus*

Per-

Digitized by Google

F.N. de N. in flagranti captus, ac monitus de veritate dicenda, prout iurauit etc. Interrogatur. Quare ſic captus reperiatur etc. vbi per quos, et quo loco et tempore fuit captus etc. quibus præſentibus fuit captus, et an commiſerit delictum de quo imputatur etc.

Et vbi Reus fatetur delictum, teſtes non ſunt amplius repetendi, nec ratificanda eſt confeſſio, ſed debet ſtatim procedi ad condemnationem. Facta tamen recognitione delicti ante condemnationem, ſi delictum eſt facti permanentis iuxta formam traditam ſupra. Vbi autem Reus neget delictum, & non ſit conuictus debet torqueri, ſi autem ſit conuictus, & neget delictum, debet darj terminus ad faciendas ſuas defenſiones. Sed ſi fatetur delictum ſiue conuictus, ſiue non debet condemnari, vt explicatum eſt *qu.* 10. *art.* 2. *num.* 22. *&* 26.

At verò Scroi *p.* 3. *c.* 8. *n.* 12. ſentit quod ſententia in tali delicto non requiritur cum ſolemnitatibus requiſitis in ſententię prolatione, ſed ſufficit ſimplex ordinatio à Iudice ſubſcripta, à qua ſententia non datur appellatio quo ad remedium ſuſpenſiuum. Addit etiam quod in hoc crimine Reus interrogatus non reſpondens nec affirmatiuè, nec negatiuè pro confeſſo habetur. Sed vt dictum eſt *qu.* 10. *art.* ſolum ſi Reus inuentus fuit in fragranti à Curia & ab ea fuit captus, & fatetur delictum proceditur contra illum ex abrupto. Quod verò Rei taciturnitas cenſeatur confeſſio, ex qua ille poſſit damnari, aſſeritur ſine fundamento, cum taciturnitas iſta ex pluribus alijs cauſis poſſit oriri, quam ex conſcientia delicti. In hoc ergo caſu Reus debet torqueri, &, cogi, vt reſpondeat.

Forma ſententiæ ad reijciendum aliquem à dignitatibus.

216. CHriſti *nomine repetito, dicimus, ſententiamus, & declaramus diffinitiuè dictum P. N. de N. de criminibus in exceptionibus contra ipſum propoſitis eſſe conuictum, & propterea ad talem dignitatem fore, & eſſe inhabilem ſententiamus, declaramus, & diffinimus, prout ipſum inhabilem ſententiamus &c. ita vt eligi ad d. dignitatem non poſſit &c.* Reliqua vt in alijs formis ſententiarum.

CAPVT X.

Praxis Appellationis.

217. CVm verò Reus à ſententia contra ſe lata poſſit appellare, videnda ſunt, quæ dicta ſunt ſupra *qu.* 32. At verò appellans porriget libellum appellationis continens requiſita ad appellationem, prout dictum fuit in illa *qu.* 32.

Forma appellationis.

218. DIe *&c. menſe &c. anno &c. In Monaſterio N. coram R. P. N. de N. Prouinciali comparuit perſonaliter F. N. de N. & à ſententia contra eum lata ab eodem R. P. die &c. huius menſis appellauit ad Reuerendiſſimum P. N. Generalem dicens ſe grauatum fuiſſe ab eadem ſententia ob hanc, vel alium cauſam* (quam exqrimere debet) *petens ſibi de apoſtolis reſponderi inſtanter inſtantius, & inſtantiſſimè. Omni &c. In quorum &c.* ſubſcribant, appellans, & Actuarius.

Quamuis verò in apppellatione à ſententia diffinitiua non ſit neceſſe exprimere cauſam appellationis, tamen in hac forma dictum eſt exprimi debere hanc cauſam, quia praxis iſta principaliter ſcripta eſt pro Regularibus, & præcipuè pro Regularibus Ordinis Prædicatorum, quibus abſolutè prohibitum eſt appellare, & ideo ipſi cauſam appellationis exprimere debent, vt ſupra *qu.* 32. dictum eſt, vt videri poſſit an ſimus in caſu, in quo appellatio ſit, vel non ſit à lege interdicta.

219. Si autem Reus ſtatim appellaret in fine ſententiæ vti poterit hac forma.

Lata, lecta, & publicata fuit hæc ſententia (tali die, & loco) *præſente, audiente, & appellante F.N. de N. ad Reuerendiſs.* P. Generalem *noſtrum, expreſſa cauſa appellationis, & petente ſibi reſponderi de apoſtolis inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè.*

Ego F. N. de N. appello, vt ſupra. Subſcribant teſtes, & Actuarius.

229. Antequam vero Index procedat ad vlteriora obſeruanda erunt, quæ dicta ſunt dict. *qu.* 32. Et ſi non det ſtatim apoſtolos dabit ſpatium competens, in quo appellans pro apoſtolis reuerti teneatur. Et dum apoſtolos dimiſſorios præbet Reo, poteſt etiam præfigere illi terminum competentem ad ſe præſentandum cum apoſtolis coram Iudice ad quem. Si autem acceptet appellationem, dabit ſequens decretum.

220. *Eadem die, & loco. Idem R. P. Prouincialis appellationem ſupradictam admiſit, ſi & in quantum, & non aliter, prædictoque F.*N.de N.*appellanti terminum decem dierum ad redeundum pro Apoſtolis conſtituit. Omni etc. in quorum &c.*

Subſcribant Iudex, & Actuarius.

221. Deinde Iudex det apoſtolos dimiſſorios *Nos P.N. de N. Prouincialis* N. *ſalutem.*

Quoniam à diffinitiua per nos contra te lata ſententia die &c. menſis etc. anno etc. In cauſa, et cauſis de quibus in actis appellaſti expreſſo grauamine ad Reu. noſtrum P. Generalem; ideo à noſtra iuriſdictione ad eum, ad quem appellaſti his literis te dimittimus, et remittimus, præfigentes tibi 25. *dierum ſpatium ad hos apoſtolos dimiſſorios coram eodem Reuerendiſſimo præſentandum. In quorum etc. Datum etc.*

Subſcribant Prouincialis, & Actuarius.

222. Si vero reijcienda ſit appellatio. Iudex id decernet hoc modo. *Nos F.N. de N.Prouincia-*

uincialis N. tibi F, N. de N. ſalutem.

Quoniam à noſtra ſententia diffinitiua appellaſti, ſed friuolè, et temerariè, propterea tua appellationi nequaquam detulimus. Et hoc tibi reſponſum pro apoſtolis refutatorijs concedimus. In quorum. Datum etc.

Subſcribant Iudex, & Actuarius.

223. Sed ſi deferat appellationi ob reuerentiam Iudicis ad quē, ita decernet ſequēti modo.

Nos F. *N.* de *N.Prouincialis tibi* F. *N. de N. ſalutem.*

Quamuis appellatio tua à noſtra diffinitiua ſententia friuola, et temeraria ſit. Ob noſtram tamen in apoſtolicam Sedem, ad quam appellaſti reuerentiam, et venerationem illi duximus deferendum, prout detulimus. Et has tibi proinde reuerentiales Apoſtolas concedimus. In quorum etc. Datum etc.

Subſcribant Iudex, & Actuarius.

224. Et quia aliquando contingit, quod non poteſt appellari coram Iudice à quo, ſed appellatio interponitur coram honeſtis viris, vt dictum eſt *qu.* 32. *nu.* 6. tunc interponetur appellatio in forma ſequenti.

Forma appellandi coram honeſtis viris.

225. D*ie etc. menſis etc. anno etc. In Monaſterio N. coram RR. PP. FF.* N. *de N. et* N. *de N. lectoribus comparuit perſonaliter tanquam coram honeſtis viris F. N. de N. Sacerdos N. pretenſus Reus in cauſa, et cauſis aſſerta ſubornationis, et ſentiens ſe grauatum a ſententia contra eum lata in prædicta cauſa, et cauſis à R.P. N. de N. noſtro Prouinciali ſub die ſecunda huius menſis, prout in ea, eo quod prædictum delictum ſubornationis nō perpetrauerit, & indefenſus damnatus fuerit, alyſque de cauſis ſuis loca, et tempore deducendis, et non audēs iuſto timore in conſtantem virum detentus coram eodem R.P. Iudice à quo appellare, vel non valens attenta aius abſentia, id facere, iuxta Sacros Canones coram ſupradictis honeſtis viris, et infraſcriptis teſtibus appellat ad R. P. noſtrum Generalem, et inſtanter inſtantius et inſtantiſſimè à dictis honeſtis viris petit ſibi reſponderi de apoſtolis teſtimonialibus. Omni etc. In quorum etc.*

Ego F. *N.* de N. *Sacerdos appello, et peto vt ſupra manu propria.*

226. *Eadem die, et loco.* Nos *F.* N. *de* N. *et* F. N. *de* N. *Lectores* N. *plenam, et indubitatam fidem facimus, quibus ſpectat, et pro veritate requiſiti atteſtamus P.* F. N. *de* N. *Sacerdotem ſupradicta die et loco perſonaliter, et coram nobis comparuiſſe, cauſaſque metus, vel abſentiæ Iudicis à quo allegaſſe, appellaſſe, et poſtulaſſe, prout in ſcriptura manu eiuſdem exarata hic ſupra latius apparet, ad quam etc. quæ incipit. Die 4. Iunij et fuit vt ſupra ſubſcripta manu propria, et præſentibus infraſcriptis teſtibus. In quorum fidem hos teſtimoniales apoſtolos manu propria ſcriptos damus omni etc.*

Ego F. N. *de* N. *Prior, et Lector* N. *manu propria.*

Ego F.N. *de* N. *Lector manu propria.*

Ego F.N. *de* N. *Sacerdos teſtis.*

Ego F.N. *de* N. *Sacerdos teſtis.*

127. Iudex autem appellationis ea recepta conſiderabit an ipſa legitima ſit, & admittenda, & an tempore debito ſit appellatum, & an deſerta ſit appellatio, & alia ſimilia, vt explicatum eſt *qu.* 32. *à nu.* 9.

Forma appellationis, ne quis in Prælatum eligatur

228. C*oram vobis A R. P. F. N.* Præſidente *capituli electiaui faciendæ de Priore in hoc Conuentu* N. *et coram vobis Patribus eligentibus, in capitulo congregatis comparet F.N. de* N. *& opponis, quia ius prælatus in futurum facilius abdicatur, quam quæſitum, ea propter ego* F. *N. de* N. *attendens inhabilitatem* P. N. *de N. quam habet ad officium* N. *eo quia experientia ita docuit, et patet in alijs afficijs, in quibus fecit hoc, et hoc, et propter ſuum malum regimen tali tempore euenit hoc, et hoc etc. Aut intendens* P. *N.* de N. *eſſe dilapidatorem boni Monaſterij et Fratrem mali exempli, quæ iuramento sacto pectore canfirmo eſſe vera, et poſſe probare pluribus teſtibus, et præcipue infraſcriptis etc. Ac ita feciſſe in alijs ſimilibus officijs etc. Vnde ſi iterum eligeretur maximum præiudicium emergeret toti Monaſterio. Idcirco ſi hoc non obſtante eligatur in Priorem iſtius Monaſterij, his ſcriptis in præſentia teſtium infraſcriptorum appello ad* N. *et peto inſtanter, inſtantius, et inſtantiſſime, vt de appellatione à me facta interloquamini, et apoſtolos traddatis, vt poſſim coram Superiore, ad quem appello oſtendere grauamen, et præiudicium toti Monaſterio factum ex tali mala electione, & proteſtor etiam de omnibus malis futuris ex dictæ mala electione &c.*

Forma appellationis contra perſonam electam.

229. Q*Via non obſtante cauſa legitima à me propoſita coram R.P.*N. *& capitulo eligentium et obligatione in promptu probandi pluribus teſtibus præcipuè nominatis in appellatione facta die &c. Et hoc non obſtante fuit P.*N. *de N. electus in Priorem &c. in monaſterio &c. in maximum damnum, & præiudicium totius monaſterij, idcirco in his ſcriptis iterum appello ab hac mala electione ad* N. *et apoſtolos peto inſtanter, inſtantes, et inſtantiſſimè.*

Forma acceptationis appellationis.

230. IN *nomine Domini Amen. etc. Menſe etc. Anno etc. In Monaſterio* N. *coram R.* P. N. *de* N. *Generali. Comparuit* F. N. *de* N. *et præſentauit dimiſſorios apoſtolos incipientes.* Nos F. N. *de* N. *et finientes* F. N. *de* N. *Sacerdos Actuarius, quibus ad eumdem* P. *Generalem idem* F. N. *de* N. *fuit per A R.* P. N. *Prouincialem dimiſſus, et remiſſus, cum à ſententia eius diffinitiua contra eum lata ad ipſum appellauerit, et ſentiens*

ſe gra-

Digitized by Google

ſe grauatum iterum nunc appellat petens eamdem renocari ſen tentiam. Idem Pater Generali conſideratis conſiderandis, prout iuſſit eoſdem apoſtolos inſeri in actis, et decreuit, prout preſenti decreto decernit omnia et ſingula actá ſubſtantialia primæ inſtantia coram ſe traſportari, et in cauſa et cauſſs procedera prout de iure. Ec plurimum de integritate P. N.de N.*confiſus ipſum ſibi in Actuarium elegit. Omni etc. In quorum etc.*

Subſcribant Iudex & Actuarius.

231. Si Iudex appellationis iuſtam appellationem fuiſſe cognouerit inhibere, & alia praſtare poterit pro cauſę proſequutione, & terminatione.

Forma Reiectionis Appellationis.

232. IN *nomine Domini etc. Die etc. coram R.P.* N.de N. *Generali comparuit F.*N.deN. *et præſentauit refutatorios, vel reuerentiales apoſtolos ſibi datos ab A R.*P.N. Prouinciali *à cuius ſententia contra eum lata appellauit, et iterum dicens ſe grauatum ſentire, appellat petens eamdem renocari ſententiam, ſed cum ex eiſdem apoſtolis productis manifeſte pateat appellationem tempore debito non fuiſſe interpoſitam; propterea appellationem idem* P. *Generalis non admiſit, ſed decreuit prout præſenti decreto decernit reijciendam, et reijecit prædictos tamen apoſtolos incipientes.*Nos F.N *etc. et finientes.* F. N *Sacerdos Actuarius inſeri iuſſit in actis, prout etc. Et ad actum iuridicum perficiendum*(ſi prius non elegerat)*ſibi* P.N de N.*Sacerd. in Actuarium elegit. Omni etc. In quorum etc.*

Subſcribant Iudex & Actuarius.

Forma Compoſitionis Rei cum Iudice.

233. MVltoties Reo expedit ad vitandam inquietudinem, & vexationes litium fugiendas, & Iudici vt releuetur ab onere probationium, & periculo apellationis, componere litem, & tunc poterit compoſitio, & decretum illius fieri ſub hac forma.

Ego F. N. de N. reperiens me proceſſatum apud admodum R.V.P. N. de N. Prouincialem *huius noſtræ Prouincia N.* de *tali crimine, vel de talibus criminibus*(explicentur crimina)*licet innocens, & immunis ſim à crimine, vel criminibus ſupra dictis, nibilominus conſiderans, quod ad Religionem veni non ad fouendas lites, ſed ad proprias delendas culpas, & ad Chriſti Domini Crucem baiulandam, & vt ab inquietitudinibus, & litium vexationibus redimar, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum ſupplico, ac ſuppliciter obſecro, & obteſtor eamdem A* R.P. *vt velit ſupradicto proceſſui finem, & ſilentium imponere; nec vlterius procedere libere, ac ſponte totaliter me ſubmitens ad eam pænitentiam exercendam, quam dignabitur mibi aſſignare, vel offerens me ad trium an. vtriuſq; vocis priuationem, vel ad exiliũ ad Conuentum N.N. per bienniũ, vel ad pænam formalis carceris per annum, quod totum pro gratia profiteor me recepturum. Datum in loco noſtro &c. die &c.*

Ego F. *N. de N. ſupplico vt ſupra,*

Præfatus P. Prouincialis *ſupradictam ſupplicationem per P. N. de N. comparentem porrectam admiſit ſic & inquantum, & iuſſit eam in actis ad necti, pront &c. Die &c.*

F. *N.* de *N. Actuarius:*

Nos N. *de N. Prouincialis &c. Attenta ſupplicatione nobis exhibita per* P. N. de N. *pretenſum Reum in cauſa, & cauſis de quibus ſupra in proceſſu, vt eius, & Religionis* (quantum in Domino poſſumus) *quieti, paci, bonoque proſpiciamus, aliiſque rationabilibus de cauſis animum noſtrum mouentibus, prædicti* P. *N. de N. ſupplicationibus inclinati, virtute præſentis decreti compoſitionem, quam ante d. P.N.*de N. *ex ſe & ſponte porrectam in ſcriptus per ſupplicationem cum regulars noſtra curia expoſtulat, & offerr, admittimus & acceptamus,* ea *ſcilicet lege vt per tres annos priuatus, exiſtat vtraque voce,* vel *biennio exulet ab hoc ſuo N. Conuentu & in Conuentu N. relegatus permaneat,* aut *per annum formalibus carceribus mancipetur à die huius lati decreti computandum* (vel plus minuſue pro qualitate criminis ſeu criminum, de quibus imputatur & pro conditione indiciorum, quibus grauatur magis, vel minus vrgentibus) *& ſic prædictæ cauſa ſiue cauſis finem imponimus, ac perpetuum ſilentium indicimus, ita vt ſuper præmiſſis amplius non debeat, vel valeat moleſtari. Sic dicimus, acceptamus, & decernimus, & omni alio meliori modo. Datum &c. Die etc. et in loco noſtro etc.*

Ita eſt F. N. de N. *Prouincialis etc.*

Ego F. N.*de* N. *libere ac ſponte aſſentior ſupradictæ compoſitioni, et accepto ſupra d. decretum cum gratiarum actione. Et in fide mea manu me ſubſcribo.*

F. N. *de* N. *accepto vt ſupra*

Ego F. N. *de* N. *aſſiſtens ſus*

Ego F. N. *de* N. *aſſiſtens ſus*

Ego F. N. *de* N. *Actuarius*

FINIS.

INDEX
RERVM NOTABILIVM
Quæ in hoc Operæ continentur,

Primus numerus Quæſtionem, vel Capitulum; ſecundus Articulum, tertius marginalem numerum, & quartus paginam deſignat.

A

ABSENS:

ABSENS quomodo ſit citandus qu.2. art.3. nu.26. pag.8.
Abſens contumax cenſetur confeſſus, & eſt puniendus non iurè communi, & Canonico, ſed vigore ſtatutorum particularium qu.23. a. 12.n.105.p.327.
Abſeus contumax non comparens in termino iuxta exigentiam delicti tam in foro ſaculari, quam Eeeleſiaſtico condemnatur. ib. p.327.

ABSOLVERE, ABSOLVTIO, ABSOLVTVS.

Iudex quando poſſit inquiſitum abſoluere, vel damnare. q.29.a. 1. nu. 2. p.411.
Si remanet aliquod dubium de exiſtentia delicti facti permanentis, Reus abſolui debet cum actione de ſe præſentando.qu.19. a.1.n.12. p.271.
Si inquiſitus neganit delictum in tortura, eſt abſoluendus.q.29, a.1.n.24. p.417.
Et quomodo ſit abſoluendus ib. n.24. p.417.
Adducuntur opiniones variæ. ib.
Iudex procedens ſola facti veritate inſpecta, non poteſt Reum conuictum ex allegatis, & approbatis diffinitiuè abſoluere, & Innocentem declarare. ib. a.2. n.46. p.423.
Et quomodo Princeps poſſit ex ſcientia priuata nocentem à pœna liaerare. ibidem pagin. 423.
Quomodo verificetur, quod abſolutus ab vno Iudice non ſit damnandus ab alio.q.25. a.1. n.134. p.366. & ſeq.
Petitio abſolutionis infert confeſſionem criminis. qu. 23. a.12. n.144,p.335.
Reus abſoluitur Actore non probante, & illius cauſa eſſet fauorabilior.q.25. a.7. 89. p.356.

ACCVSARE, ACCVSATOR, ACCVSATVS.

V. Acto, denunciator, calumniator.
Accuſator ſollemnis, & qui habet ſolemnitates, & conditiones iuris poſitiui, non eſt de ratione eſſentialis Iudicij. qu.4. a.4. p.48.
Quilibet poteſt alium accuſare ad repellendam ſuam, & ſuorum iniuriam qu. 4. art.4. nu. 36. pag. 50.
Quid veniat nomine ſuorum, & nomine iniuria. ib. p.50.
Quicumque non è probibitus poteſt alium accuſare, etiam ad publicum delictorom vindictam ibi. num. 37. pag. 51.
Quinam prohibentur accuſare. ib.38. p.51.
Inhabiles ex iure humano admittuntur ad accuſandum in criminibus exceptis, ſecus vero inhabiles ex iure natura. ib. n.40. p.51.
Quomodo Clerici, & Regulares probibiti ſint accuſare ibi. n.41. & 42. p.51.
Laici de quibus criminibus poſſint Clericos, & Regulares accuſare. ib. n.43. p.52.
In quibus caſibus aliquis nedum poſſit, ſed etiam teneatur accuſare. ib. n.44. p.52.
Quid ſit accuſatio? q.7. a.1. nu.1. p.61.
Per quid diſtinguatur accuſatio à denunciatione Euangelica. ib.p.61.
In quo conueniant, & diſconueniant accuſatio, & denunciatio iudicialis. ib. n.2. p.61.
Quæ conditiones requirantur ad accuſationem. ib. n.3. & 5. q.9. p.61.
Accuſator cauere debet in accuſando à calumnia, & tergiuerſatione q.7.a.2. n.8. p.62.
Qui accuſauit aliquem ratione proprij intereſſe, ſi punitio accuſati non eſt neceſſaria Reipublica, poteſt ab accuſatione deſiſtere. ib. n.9. p.62.
Accuſator quibus caſibus poſſit deſiſtere. ib. nu.10. pag.62.
Accuſatore deſiſtente ab accuſatione, Iudex poteſt procedere in cauſa ex officio. ib. nu.14. p.62.
Accuſator delinquentem accuſare poteſt, etiam ſi non præcedat infamia dũmodo in iudicio per ſufficientes teſtes delictum probari poſſit. qu.7. a.3. n.15. p.63.
An accuſator teneatur ad pœnam talionis, ſi non probet contra accuſatum. ib. a.5. nu.19. p.65.
Ad hoc vt accuſator damnetur ad damna, & expenſas in fauorem Rei, ſuffieit temeritas in accuſando, & quod non babuerit iuſtam cauſam in accuſando. ib. n.26. p.65.
Accuſator calumnioſus ad pœnam talionis damnari debet, etiam ſi ad talem pœnam non ſe ſubſcripſerit. ib. n.88. p.66.

Quibus caſibus poteſt puniri pœna falſi? ib. n. 46. pag. 68.
Accuſato abſoluto non poteſt damnari accuſatores niſi audiatur. ib. n. 47. a. 48. p. 69.
Regulares poſſunt admittere inhabiles accuſator, niſi obſtet lex naturalis, vel ſpecialis Eccleſiaſtica. q. 9. a. 3. n. 17. p. 89.
Regulares rariſſimè tenentur accuſare Reos, & delicta etiam ſi ſit enormiſſima. ibid. num. 18. pag. 83.
Quando agitur de crimine ciuiliter ad inſtantiam partis proceditur per accuſationem. qu. 9. a. 4. n. 28. p. 92.
Accuſatio quando habet locum conteſtationis litis. q. 15. a. 5. nu. 74. p. 218.
Accuſatio an ſit iniuſta, ſi accuſator ſcit vnum ſolum adeſſe teſtem. ib. a. 8. n. 98. p. 223.
Accuſatio, ſeu motio cauſæ criminalis contra aliquem eſt cauſa inimicitię capitalis. qu. 16. a. 3. n. 50. p. 244.
Quomodo accuſator non poſſit eſſe teſtis? q. 29. a. 1. n. 4. p. 412.
Conſtitutiones Ord. Præd. & Cappucinorum obligant accuſatores ad pœnam tallionis qu. 7. a. 5. n. 21. p. 164.
Modus incipiendi proceſſum per viam accuſationis P. cap. 1. n. 34. p. 453.
Diuerſæ forma accuſationis P. c. 1. num. 35. p. 451. & ſeqq.
Forma *præſentationis accuſationis P. c. 1. num. 38. p. 451.*
V. Accuſatio.

ACTIO, ACTOR, AGERE.

V. Accuſatio.
Actio iudicialis quid ſit? q. 4. ar. 2. num. 19. & 20. pag. 46.
Ad actionem iudicialem quæ pertinent. ib. n. 21. pag. 47.
Explicatur triplex diuiſio actionis Iudicialis. ib. n. 22. & ſeq. p. 47.
Actor in modo procedendi per inquiſitionem quomodo concurrat q. 4. a. 3. n. 27. & 28. p. 48.
Actoris munera quæ ſint. ib. n. 26. p. 49.
Actio non eſt idem ac inquiſitio, ſed eſt quid præſuppoſitum ad inquiſitionem. qu. 8. ar. 7. n. 25. pag 75.
Perſona actoris liquidanda eſt in omni iudicio etiam ſummario. q. 20. n. 5. p. 293.
Si notoria ſit inhabilitas Actoris, Iudex tenetur illum reijcere. ib. n. 6. p. 293.
Quando Actor agit nomine alieno, multo magis debet perſonam liquidare. ibid. num. 6. & 7. pag. 293.
In dubio an Actor ſit inhabilis, Iudex non tenetur illum ex officio reijcere. ib. n. 6. p. 293.
Per Clem. exiui prohibetur Fratribus Minoribus agere in iudicio pro rebus temporalibus. q. 9. ar. 3. n. 18. p. 89.
Hæc prohibitio non afficit alios Regulares habentes dominium rerum temporalium. ib. p. 89.

ACTA.

Acta facta in vno iudicio non probant ad damnandum in alio, etiam inter eaſdem perſonas, & hoc in criminalibus, qu. 15. art. 1. num. 6. pag. 203.
Acta coram alio Iudice poſſunt habere vim, & poſſunt deſeruire etiam ad torturam coram alio Iudice competente. qu. 25. & ſeqq. artic. 1. n. 2. p. 203.
Iudex non tenetur teſti oſtendere acta, vt videat ſi legitimè interrogetur. qu. 15. art. 8. num. 96. pag. 222.

ADMINICVLVM.

Adminiculum quid ſit. qu. 16. ar. 1. n. 6. p. 235.
Adminiculum non poteſt transferre probationem de vna ſpecie in aliam, ſed ſolum illam intra eandem ſpeciem perficit. ib. p. 235.
Adminiculum non poteſt augere probationem niſi probando. ib. p. 235.
Quænam ſint adminicula cum quibus inimicitia ſufficit ad torturam. qu. 16. art. 6. num. 66. pag. 246.

ADVOCATVS.

Aduocatus mortaliter peccat, ſi Clienti ſuo conſolat vt non confiteatur veritatem, dum legitimę interrogatur. qu. 23. a. 1. n. 1. p. 305.

AFFINIS.

Affinitas an ſit cauſa recuſandi Iudicem. q. 3. ar. 6. n. 114. p. 32.

APPELLARE, APPLLATIO.

A ſententia arbitrorum poteſt appellari ad Principem, qui Iudicem delegauit. q. 3. ar. 8. n. 149. p. 39.
Quid ſit Appellatio vt ſic; & quid importet de formali. q. 32. a. vnic. n. 2. p. 442.
Papa, & Supremi Principes committere poſſunt cauſam appellatione remota. q. 32. a. vn. nu. 2. p. 442.
Quid ſit Appellatio iudicialis, & extraiudicialis, & quomodo differunt inter ſe. ib. n. 3. p. 442.
Quis poſſit appellare. ib. n. 4 p. 442.
A ſententia Papæ, & Supremi Principis non datur appellatio, niſi ad eundem. ib. n. 5. p. 442.
Coram quo Iudice debeat appellari. ibi. n. 6. p. 442.
Quomodo debeat fieri appellatio, ad hoc vt valeat. idid n. 6. pag. 442.
Appellatio fit ſolū ad Iudicē ſuperiorē. ib n. 7. p. 443
Quomodo appellari poſſit fieri ad Superiorem omiſſo medio. ibid. n. 7. p. 443.
Quodnā ſit fundamentū appellationis. ib. n. 8. p. 443.
In quibus caſibus appelletur à ſententia interlocutoria, & extraiudicialiter. ibid. n. 8. p. 443.
Quæ requirantur ad legitimam appellationem, etiam

Digitized by Google

etiam in indicio ſummario . ib.u.9. p.443.
Quando ſit appellandum . ib.u.10.p.444.
Si tempus appellationis præterijt, quomodo grauatus agere debeat de nullitate. ibid.n.10.p.444.
Tempus deputatum ad petendum, & dandum apoſtolos eſt triginta dieuum . ibi. num.11 . pag. 444.
Quomodo, & quando Iudex teneatur petenti apoſtolos illos concedere . ibi.n.11.p.444.
Iudex negans legitimam appellationem peccat.
Quid dicendum ſit, ſi grauatus apellet à pluribus Iudicibus . ibi. u.12. p.444.
In dubio appellatio eſt admittenda, & quomodo Iudex poſſit procedere.ibid.p.444.
Quando Iudex defert appellationi, quos terminos poſſit præfigere appellanti. ib.u.13.p.435.
Legitima appellatio deuoluit cauſam ad Iudicem ad quem, & ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo.ibi.n.14.p.445.
Quæ ſint partes Iudicis ad quem in caſu appellationis . ib.n.15.p.445.
Et quæ priuilegia gaudeant Regulares. ibid.
Quomodo appellatio ab interlocutoria ſuſpendat iuriſdictionem Iudicis à quo .ib.u.16.p.446.
Appellatio ab interlocutoria ſuper vno articulo, ſimpliciter non ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo . ib.nu. 17.p.446.
Iudex à quo poteſt procedere ſuper noua cauſa ſuperueniente poſt appellationem . ib. num.18. p. 447.
Appellatio à ſententia deuoluit cauſam ad Iudicem ad quem, ſuſpenditque iuriſdictionem Iudicis à quo . ib. n.19. p.447.
Cauſa in appellatione an exprimenda . ibid. p. 447.
Appellatio ab interlocutoria ſuſpendit ſimpliciter iuriſdictionem Iudicis à quo reſpectu cenſurarum.ib.n.20. p.447.
Si appellatio interponatur poſt latam cenſuram non ſuſpendit eius effectum . ib. nu.21. p.447.
At ſi eodem tempore quo legitur ſententia excommunicationis fiat appellatio, appellans non eſt excommunicatur . ibid. p.447.
Appellatio facta de ſententia alicuius delicti, quod habet annexam excommunicationem ſuſpendit executionem.ib.n.22. p.447.
Appellatio in cenſuris conditionalibus valet ante euentum conditionis . ib.n.23. p.447.
A præcepto ſub pœna excommunicationis intra decendium datur appellatio . ib.nu.24.p448.
Appellatio facta poſt ſententiam excommunicationis latæ abſolutè, licet non ſuſpendat effectum, deuoluit tamen cauſam ad Iudicem ad quem. ib. n.25.p.448.
Quomodo ab abſolutione ab excommunicatione non detur appellatio. ib.n.26.p.448.
In quibuscaſibus appellatio ſit prohibita.ib.num.27.p. 448.
Quomodo appellatio ſit prohibita Regularibus. ib. nu.28. p.448.
A correctione quantumuis rigoroſa; Regularis non poteſt appellare, ſi ſit ſecundum regulam.ib. n.28. p.448.
Vbi eſt exceſſus in corrigendo, Regularis appellare poteſt . ibid. p 448.
Appellatio facta à Regulari ſemper valet quãtum ad deuolutiuum.ib.n.30.p.448.
Duplex effectus appellationis. ibid. p.448.
In quibus caſibus appellatio interpoſita à ſubdito Regulari ſuſpẽdat iuriſdictionem.ib.n.31.p.449.
A grauamine certo, & iniuſto licet appellare quo ad vtrumque effectum.ib.n.32.p.449.
Duplex obiectio, & ſolutio. ib. n.33.p.449.
Appellatio in tribus caſibus sẽper ſuſpendit.ib.n.34
Quomodo Regularibus ſit interdicta appellatio ſuſpenſiua, quando grauamen eſt dubium . ib. nu.35. p.449.
Quomodo in Ordine Prædicatorum ſit prohibita appellatio . ib. nu,36. p.449.
Vbi eſt prohibita appellatio, debet exprimi in ea cauſa iniuſti grauaminis . ibid. p. 449.
Appellatio ab abſolutione officij non eſt prohibita Regularibus quantum ad deuolutiuum, ſed ſolum quantum ad ſuſpenſiuum.ib.n.37.p.446.
Etiamſi appellatio non ſuſpendat, tenetur tamen Iudex ſe abſtinere ab iniuſto grauamine. ib. n. 38. p.449.
Regularibus prohibitum eſt appellare ad Iudices extraneos . ib. n.39. p.450.
Ordo appellandi præſcriptus à Sacr. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, Regularibus. ib.n.40.p.450.
Regulares in appellando non tenetur ad apices iuris. ib. n.42.p.440.
Contumax in cauſa appellationis damnatur in expenſis . ib. u.42. p.451.
Quomodo, & quando reuocanda ſint attentata facta poſt appellationem . ib.p.451.
Forma appellationis . P. cap.10. n.218. p.486.
Forma dandi apoſtolos . ib. nu.221. 222. & 223. p.486.
Forma appellandi coram honeſtis viris . ib. num. 225. p.487.
Forma appallationis, ne quis in Prælatum eligatur . ib nu.228. p.487.
Forma appellationis contra perſonam electam. ib. n.229. p.487.
Forma acceptationis appellationis . ib. num.230. p.487.
Forma reiectionis appellationis . ibid. num.232. pag.488.
Forma compoſitionis Rei cum Iudice . ib. nu.233. pag.488.

ARBITRI.

In cauſa recuſationis Iudicis quomodo, & quando eligendi ſint Arbitri . P.c.5. n.130. & 138, pag.467.
Arbitri electi ad cognoſcendam cauſam legitimè recuſantis quomodo debent procedere . q.3, a.8.nu. 147. & 148.p.93.
Regulares eligentes Arbitros, debent illos eligere ex proprio ordine. ib.u.150. p.39.

ARCHIEPISCOPVS.

V. Epiſcopus.

Archiepiſcopus, ſeu Epiſcopus non eſt Iudex ordinarius Regularium exemptorum. qu.2. ar.2. n.8. p.4.

Archiepiſcopus, & eius Officiales an poſſint recuſari. q.3. a.3. n.45. p.21.

B

BONVM.

Bonum commune iuſtitiæ vindicatiuæ præponderat bono priuato accuſati. quæſt. 7. art. 3. num. 17. pag. 64.

CADAVER.

Quid dicendum eſt de illo, apud quem inuentum eſt cadauer alicuius hominis occiſi. quæſt. 16. art. 8. num. 115. & 116. pag. 254.

Emiſſio ſanguinis facta à cadauere in conſpectu occiſoris an faciat indicium ad torturam. qu. 16. art. 5. num. 89. pag. 250.

CALVMNIA CALVMNIATOR.

Quis ſit calumniator verus & calumniator præſumptus q. 7. a. 5. n. 22. p. 65.

Verus calumniator puniendus eſt pœna talionis, vel reſpectiuè pœna extraordinaria, & arbitraria. ibid. num. 23. pag. 65.

Talis calumniator afficitur Iuris Infamia, ſi de calumnia fuerit condemnatus, & efficitur irregularis. ibid. num. 24. pag. 65.

Veri calumnioſi puniendi ſunt pœna talionis. ibid. num. 25. 26. & 28. p. 65.

Iudex ex officio calumnioſam Inquiſitionem formans tenetur ad damna, & intereſſe, & debet puniri extra ordinem. ibid. num 26. p. 66.

Quomodo Iudex debet procedere contra Calumniatorem. ib. num. 27. p. 66.

In quibus caſibus Iudex arbitrari poteſt accuſatorem ex iuſta cauſa accuſaſſe, & ita excuſandum eſſe à pœna calumniæ. ibid. à num. 31. vſque ad 40. pag. 67.

Per quæ excuſatur accuſator à vera calumnia. & à præſumpta. ib. n. 401. p. 68.

Quænam cauſa excuſet à pœna calumniæ. ibid. num. 42. pag. 68.

Calumnioſus præſumptus de iure Canonico non eſt puniendus pœna talionis, ſed pœna extraordinaria ad arbitrium Iudicis. ib. n. 44. pag. 68.

Calumniatores præſumpti in Ordine Prædicatorum puniri poſſunt pœna talionis. ib. 45. pag. 68.

Quibus caſibus calumnioſus accuſator puniri poſſit pœna falſi? ibid. n. 46. p. 68.

CAPTVRA CAPTVRATVS.

Minora indicia requiruntur ad capturam, quando eſt timor fugæ, quam ad torturam, aut ad traſmittendam inquiſitionem. q. 8. a. 5. n. 18. pag. 73.

Qui dicatur repertus, & captus in fragranti crimine. q. 10. a. 2. n. 24. p. 99.

Quid requiratur ad probandum quod aliquis ſit repertus, & captus in fragranti crimine. ibid. n. 26. & 27. pag. 100.

Iniuſtè captus pro vno delicto, aut debito, poteſt iuſtè detineri pro alio. q. 20. a. 3. n. 27. p. 281.

In quo caſu Iudex ex notitia extraiudiciali poteſt mandare capturam? ib. n. 19. pag. 281.

Quando timetur ſubornatio teſtium, aut reuelatio veritatis poteſt Iudex ex leuibus indicijs mandare capturam. ibid. n. 21. pag. 282.

Ad quos Iudices ſpectat mandare capturam. ibid. num. 24. & 25. pag. 282.

Iudex incompetens ex duplici caſu capturam facere poteſt. ibid. n. 26. pag. 282.

Regulares circa capturam ſeruare debent ſtatuta ſui ordinis. ibid. n. 27. pag. 283.

Quæ in Ordine Prædicatorum ſeruentur? ib. p. 283.

Quomodo detur appellatio à mandato capturæ. ib. 28. pag. 283.

Qua pœna puniendus ſit, qui vel impedit ne capiatur aliquis, vel captum rapit de manu miniſtrorum iuſtitiæ. ib. n. 30. p. 283.

Aliquis indebite captus fugiens à captura non eſt puniendus. ibid. n. 32. p. 284.

Quando captura dicatur iniuſtè notoria. ib. p. 284.

In dubio an captura ſit iniuſta, non licet Birruarijs reſiſtere. ibid. p. 284.

Quomodo aliquis per vim reſiſtere poſſit ne capiatur? ib. 49. p. 487.

In aliquo caſu perſona priuata capere poteſt delinquentes. ib. 72. p. 291.

Iudex non poteſt inquirere ſpecialiter contra Reum, nec illum tradere capturæ ante probationem corporis delicti, niſi ſit de fuga ſuſpectus. q. 19. a. 1. n. 4. p. 269.

Quid ſit faciendum à Iudice ſi Reus ſit repertus & captus in fragranti crimine à Miniſtris. qu. 10. art. 2. n. 22. & 23. p. 99.

Reus non poteſt carcerari antequam conſtituatur niſi ſit ſuſpectus de fuga, vel de ſubornatione. Praxis cap. 4. n. 122. p. 466.

Forma decreti carcerationis Rei ſuſpecti de fuga. ibid. cap. 4. n. 123. & 124. p. 467.

Quis propriè dicatur carceratus. ib. n. 127. p. 467.

CARCER CARCERATVS

Carcer vel ordinatur ad Rei cuſtodiam, vel ad torturam, vel ad pœnam. q. 20. a. 3. n. 13. p. 280.

Carcer ad cuſtodiam non eſt propriè carcer, vnde carcerati ad cuſtodiam non ſunt propriè carcerati. ibid. pag. 280.

Huiuſmodi carcer qualiter eſſe debet. ibid. nu. 13. & 15. pag. 280.

Huiuſmodi carcer non infamat. ib. n. 13. p. 280.

Regulares aduertere debent, ne ex leuibus cauſis mandent fratres in carcerem tradi. ibid. nu. 13. pag. 280.

Superior Regularis ſine ligitima cauſa carcerans Relicioſum peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitu-

Digitized by Google

ſtitutionem famæ, immò eſt excommunicatus. ibid. num. 13. pag. 280.
Quaenam ſit legitima cauſa carcerandi inquiſitum. ibid. n. 14. p. 280.
Delicta; pro quibus poteſt querelatus carcerari, quænam ſunt. ibid. n. 14. pag. 280.
Prælatus regularis eſt excommunicatus, ſi ad cuſtodiam ponit Religioſum in carcerem, in quo veriſimiliter eſt moriturus, ſecuta morte. ibid. nu. 15. pag. 180.
Quando carceratus poſſit detineri in compedibus & vinculis ferreis. ib. nu. 16. p. 280.
Ex quibus indicijs poteſt inquiſitus carcerari? ibid. n. 17. & 18. p. 281.
Quando ex ſola querela accuſatoris poteſt querelatus carcerari. ib. n. 19. p. 281.
Quæ ſunt de ratione iuſtæ carcerationis. ibid. nu. 29. pag. 283.
In delictis grauibus habenda eſt ratio qualitatis perſonarum & carcerum. ib. p. 283.
Circa Epiſcopum nihil fieri poteſt, niſi de mandato Sum. Pontificis. ib. p. 283.
Iniuſte carceratus habet ius, vt ſe defendat contra iniuſtum Iudicem ſicut contra latronem. ibid. num. 45. pag. 286.
Quando quis dicatur iniuſtè carceratus non ſeruato ordine iuris. ib. n. 46. p. 286.
Quæ ſeruanda ſunt à ſuperiore in carceratione Religioſi. ibid. n. 46. p. 290.
Superior præcipiendo Religioſo vt eat ad carcerem non tenetur manifeſtare cauſam carcerationis. ibid. num. 67. p. 290.
In quo habitu tradendi ſunt Religioſi carceribus. ibid. num. 68. pag. 291.
Carcer aliquando ſpeciem habet torturæ. ibid. nu. 70. pag. 291.
Carcer quoddam pœnale eſt. ibid. n. 71. p. 291.
Non licet introducere in carceres perſonas viles, & infames, quæ vt plurimum ſolent mille mendacijs inducere Reos ad delictum fatendum. qu. 22. a. 2. n. 28. p. 299.
Eſt autem licitum introducere aliquem, vt vijs licicitis inducat ad fatendum veritatem. ib. p. 299.

CARCERVM VIOLATORES.

Quæ ſit pœna illius, qui impedit, ne aliquis puniatur. q. 20. a. 3. n. 30. p. 283.
Explicantur quæ in ſtatu Eccleſiaſtico ſeruantur; & Bulla Sixti V. ibid. ſeqq. pag. 283.
Plures caſus diſtinguuntur, in quibus diuerſimodè punitur, qui fugit à manibus miniſtrorum. ibid. num. 31. pag. 283.
Aliquis indebitè captus fugiens à captura non eſt puniendus. ibid. n. 32. p. 283.
Quando captura dicatur iniuſta notorie. ibid. nu. 32. pag. 284.
Quis dicatur carceris fractor. ib. n. 33. p. 283.
De iure ciuili fractores carcerum puniuntur pœna capitali. ib. n. 34. p. 284.
Pœna capitalis in iure non eſt neceſſariò pœna mortis naturalis. ibid. n. 34. p. 284.
Effractores carcerum, & fugientes non puniuntur pœna conuicti, & confeſſi. ib. n. 35. p. 284.
Opiniones variæ. ibid. n. 35. p. 284.
Fugientes à carceribus pœna extraordinaria puniuntur, & præcipuè grauius torquentur pro delicto, pro quo fuerunt carcerati. ib. n. 36. p. 284.
An puniri etiam debeant, ſi ſint innocentes, quo ad delictum. ib. n. 37. p. 285.
Fugiens à carcere, an damnari poſſit in contumaciam pro delicto pro quo carceratus fuit. ibid. num. 38. pag. 285.
Quid intelligatur hic nomine carceris. ib. num. 39 pag. 285.
Et quomodo fugientes ab aliquo palatio, conuentu, & cella non ita rigoroſè puniendi ſunt, ſicuti effractores carceris propriè dicti. ib. n. 39. p. 285.
Fugientes ab aliquo palatio, in quo detinebantur mediante præcepto Iudicis, puniuntur pœna ſub qua illis præceptum fuit. ib. n. 40. p. 285.
Quid ſit dicendum de Regularibus. ib. n. 40. p. 285.
Quomodo detineri debeat effractor carceris iterum captus. ib. n. 41. pag 285.
Clerici, & Regulares carcerum effractores puniri poſſunt ad inſtar regularum ciuilium. ibid. num. 42. pag. 285.
Ita etiam puniendi ſunt illi, qui accipiunt carceratos, licet ipſi non ſint carcerati. ib. n. 43. p. 285.
Et quando teneantur ad damna, & intereſſe. ibid. num. 43. pag. 285.
Pœna mortis quando puniendus eſt ille, qui eripit à carcere aliquem conuictum, & confeſſum, de delicto capitali. ib. n. 44. p. 286.
Romæ ſeruanda eſt conſtitutio Sixti V. ibid. n. 44. pag. 286.
Iniuſtè notorie carceratus fugiendo à carceribus non eſt puniendus. ib. n. 45. p. 286.
Quomodo, ſi ſit licentiatus, non teneatur ſeruare iuramentum, quod fecit de redeundo ad carceres. ibid. n. 45. p. 286.
Et quomodo poſſit offendere miniſtros, & Iudicem ad hoc vt effugiat. ibid. n. 45. p. 286.
Dummodo non ſit carceratus ſeruato ordine iuris & iniuſtitia ſit notoria ibid. n. 45. p. 286.
Iniuſtè notorie carceratus habet ius, vt ſe defendat contra iniuſtum Iudicem, ſicuti contra latronem. ibid. n. 45. p. 286.
Explicatur quomodo quis dicatur iniuſtè carceratus non ſeruato ordine iuris. ib. n. 46. p. 286.
Innocens in foro conſcientiæ, licet non poſſit offendere Iudicem, poteſt tamen fugere de carceribus. ib. n. 47. p. 287.
Imò etiam delinquens damnatus ad mortem poteſt in foro conſcientiæ fugere, & vincula frangere. ibid. n. 47. p. 287.
Quid dicendum ſit de innocente iuſtè damnato, an poſſit per vim ſe defendere. ib. n. 48. p. 287.
Opiniones variæ. ibid. n. 48. p. 287.
Et quomodo aliquis per vim reſiſtere poſſit, ne capiatur. ib. n. 49. p. 287.
Quæ ſint motiua fugiendi de carceribus. ibid. nu. 50. pag. 288.
Fugiens de carceribus illas frangendo non tenetur ad damna fracturæ. ib. n. 51. p. 288.
Dummodo damnum illatum ſit ex neceſſitate. ibid. n. 51. p. 288.
Et non adſit iuramentum de non fugiendo licitè ſeruan-

uandum. ibid. n. 51. p. 288.
Iuſte damnatus ad carcerem perpetuum, ſeu ad triremes fugere non poteſt. ib. n. 52. p. 288.
Secus vero ſi ſit innocens in ſoro conſcientiæ. ibid. n. 52. p. 288.
In quo caſu religioſus fugere poſſit de carceribus. ib. n. 54. p. 288.
Et quando aliquis conſulere poteſt carcerato, vt fugiat, eique auxilium dare. ib. n. 55. p. 289.
Quando fugiens de carceribus non teneatur ad damna, nec, qui auxilium præſtat, ad illa teneatur. ib. n. 56. p. 289.
Si vero fuga ſit iniuſta, præſtans auxilium tenetur ad reſtitutionem. ibid. n. 59. p. 289.
Qui fugit à carcere animo reuertendi, & de facto reuertitur, mitiori pœna puniendus eſt, & non pœna ordinaria. ib. n. 57. p. 289.
Sicuti ille qui fugit ſine fractura carcerum, ſeu, ex negligentia cuſtodis. ib. n. 59. p. 289.
Quid de illo qui fugit ex iuſta cauſa. ibid. num. 60. pag. 290.
Et qui fugit de licentia cuſtodis. ib. n. 61. p. 290.
Et ex neceſſitate. ib. n. 62. p. 290.
Mulier ad euitandum periculum incontinentiæ cum cuſtode, fugere poteſt à carcere. ib. n. 63. p. 29.
Qui reuelat conſpirationem de fugiendo, cuius erat particeps, non eſt puniendus pœna ordinaria. ib. n. 64. p. 290.
Quid de ille qui remanſit in carcere ob infirmitatem, & negat ſe conſeniſſe fractioni carcerum. ibid. num. 65. p. 290.

CAVSA.

Concluſio in cauſa quando fit. quaſt. 15. art. 5. num. 73. p. 217.
Cauſæ meri, & mixti imperis non poſſunt delegari de Iure Ciuili, bene tamen de iure Canonico. q. 2. a. 2. n. 5. p. 4.
Cauſa inimicitiæ. V. inimicitia.
Cauſa recuſandi Iudicem. v. Iudex in ordinatione ad reuiſationem.

CHARITAS.

Charitas non violatur ad Accuſante delictum probabile in iudicio non præcedente infamia. quaſt. 7. a. 3. n. 171. p. 64.

CITATIO.

Quid ſit citatio Rei. qu. 20. a. 2. n. 7. p. 277.
Citatio duplex, ſcilicet realis, & verbalis, & quid ſit vtraque. ibid.
Reus neceſſarius audiendus eſt, & ideo in iudicio citari debet. ibid. n. 8. p. 277.
Citatio de iure communi triplex ſcilicet ad comparendum, ad alligandum, & ad ſententiam. ib. pag. 277.
Quæ debent ſeruare ſuperiores regulares in citationibus. ibid.
Quæ ſunt de ſubſtantia citationis. ibid. num. 9. pag. 277.
Fugitiui vel qui latitant quomodo ſint citandi. ib. num. 10. pag. 278.
Quis dicatur latitare. ib. nu. 12. p. 278.
Regulares abſentes quomodo citandi ſint. ibid. nu. 11. p. 278.
In citationibus ſeruanda eſt praxis curiarum. ib. num. 12. pag. 278.
Multa alia notantur circa citationem. ib. 278.
Citatio debet eſſe trina, vel vna pro tribus, vt contumax declaretur. q. 23. a. 12. n. 10. p. 328.
In forò ſæculari ſi Reus non comparet in termino poſt tres citationes damnatur, non in foro Eccleſiaſtico. ib. 109. p. 328.
Citationis terminus debet eſſe competens, ſicut, & copia Reo etiam relinquitur, vel perſonaliter vel domi. ib. 109. p. 328.
Fugitiui citantur ad valuas, vel in ſolito loco reſidentiæ. ib. n. 110. p. 328.
Quæ differentia eſt inter citationem realem, & verbalem. ib. p. 328.
Iudex domicilij requiritur, vt forenſes extra territorium citentur, coram Iudice loci delicti. ibid. num. 111. p. 329.
In iudicio Regularium ſufficit citatio per Epiſtolam, vel affigere citationem, in loco ſolito in quo conueniunt. ibid. 113. pag. 329.
Princeps quamuis ſupremus non poteſt mandare, vt quis damnetur non auditus, vel vocatus. qu. 20. art. 2. num. 8. p. 277.
Sententia contra non auditum aut citatum ipſo iure e nulla. ibid. p. 277.
Ad citandum Reum etiam ſi ſit perſona inſignis ſufficit ſemiplena probatio delicti. P. cap. 4. n. 114. pag. 465.
Regulares in citando Reum non tenentur ad ſolemnitates iuris. ibid. p. 465.
Quomodo ſit citandus abſens. ib. n. 115. p. 466.
Forma citandi fugitiuum. ibid. n. 120. p. 466.

CLAVSVLA.

Clauſula conſiſi, poſita in commiſſione delegationis quid operetur. q. 2. art. 3. n. 17. p. 6.
Quæ ſunt clauſulæ ex quibus colligitur, quod ſit electa induſtria perſonæ. ib. n. 18. p. 67.
Nullus Iudex inferior Principe poteſt reſcribere cum clauſula recuſatione remota. nec cauſam committere cum clauſula appellatione remota. q. 3. a. 2. n. 13. p. 15.
Cum clauſula ſummariè & de plano Iudex inferior, non poteſt committere cauſam. ib. p. 16.
Clauſula recuſatione remota, abſolutè poſita in reſcript. debet intelligi ſtrictiſſimè. ibid. num. 10. pag. 17.
Hæc clauſula quomodo habeat efficaciam. ib. n. 21. & ſeqq. p. 17.
Idem dicendum eſt de clauſula appellatione remota. ibid. num. 25. pag. 17.

CLERICVS.

Clerici & Regulares an poſſint ſine licentia ferre teſtimonium, & iurare coram Iudicem laico. qu. 11.

q.11. a.3. n.33. & ſeqq. p. 109.
Clericus in quo caſu poteſt à Iudice laico detineri. q. 20. a.3. n.26. p.282.
Clerici, & Regulares carcerum eſfractores puniri poſſunt ad inſtar regularum ciuilium. ibid. n. 42. pag. 285.
Clericus pro crimine capitali poteſt deponi. ibid. pag. 285.

COMPOSITIO.

Forma compoſitionis Rei cum Iudice. P. c. 10. n. 233. pag. 488.

CONFESSARIVS.

Confeſſarius non debet abſoluere Reum, niſi proponat dicere veritatem, ſi iuridicè interrogetur. q. 23. a. 1. n. 1. p. 305.
Ad hanc obligationem inducendam ſufficit ſi delictum ſit ſemiplenè probatum. ib. p. 305.

CONFESSIO.

Confeſſio facta à teſte in caſu in quo Iudex non habet vt poſſit de aliquo interrogari, nec ipſum, nec nominatum afficit. quæſt. 15. art. 9. num. 131. pag. 229.
Quid dicendum ſit ſi aliquis confiteatur ſe accidiſſe hominem, illumque proieciſſe in mare. q. 19. a. 1. n. 13. p. 271.
In quo caſu Confeſſio cum fama non conſtito de corpore delicti ſufficit ad Reum damnandum. ib. n. 13. & 14. p. 271.
Confeſſio extorta non præcedentibus indicijs non nocet confitenti q. 19. art. 1. num. 2. p. 270.
Confeſſio per ſugeſtionem extorta non nocet Reo q. 23 a. 2. num. 17. p. 307.
Confeſſio dubia in fauorem Rei interpetrari debet. q. 23. a. 3. n. 19. p. 309.
Confeſſio iudicialis ad hoc vt ſit ſufficiens ad damnandum Reum quot conditiones neceſſariò habere debet. ib. n. 19. & ſeqq. p. 209.
Confeſſio, quæ ſufficit ad Reum damnandum, debet eſſe valida & facta coram Iudice competente. ib. n. 26. p. 313.
In Criminalibus confeſſio non ſupplet defectum ſententiæ. ib. n. 27. p. 311.
Supplet tamen defectum Proceſſus ex ineptitudine accuſationis. ib. p. 315.
Confeſſio habita abſque fraude, ſupplet defectum Proceſſus, etiam ex eo quod non proceſſerunt legitima indicia. ib. n. 28. p. 311.
Non ſupplet tamen ſi habeatur cum fraude ib. p. 311.
Confeſſio quando habetur cum fraude, vel ſine fraude. ib. p. 311.
In quo Caſu confeſſio ſit iudicialis, nulla præcedente inquiſitione. ib. n. 32. p. 311.
Vbi adeſt confeſſio non intereſt quod Proceſſus ſit validus. ib. nu. 312. Obiectio n. 34. Soluitur. n. 35. p. 312.
Confeſſio in vno inditio facta præiudicat in alio. ib. 37. p. p. 312.
Quas conditiones habere debet dicta confeſſio. ib. n. 38. p. 312.
An confeſſio facta in vno iudicio ad vnum finem, & effectum præiudicet in alio iudicio tendducente ad illum finem. ib. p. 312.
Confeſſio emanata in Iudicio Ciuili non probet ad condemnationem in Iudicio criminali. ibid. 39. p. 312.
Sufficit tamen ad inquirendum. ib. p. 312.
Adducuntur opiniones variè. ib. p. 312.
Confeſſio habita in vno Iudicio Criminalì probet. in alio ad condemnationem. ib. p. 312.

CONFESSIO ERRONEA.

Confeſſio erronea etiam acceptata à parte, & Fiſco reuocari poteſt. q. 23. n. 70. p. 319.
In Criminalibus etiam poſt latam ſententiam reuocari poteſt, & ſimiliter in cauſa appellationis, etiam ſi illam præceſſerint indicia. ib. p. 319.
Iudex non poteſt non admittere confeſſionem reuocatam. ib. p. 319.
Si reuocatio fiat calumnioſè non acceptatur. ib. n. 71. p. 319.
Quæ ſint neceſſaria ad hoc vt dicta reuocatio ſuum ſortiatur effectum. ib. n. 72. & 73. p. 320.
Quomodo fiat reuocatio incontinenti non eſt neceſſe probare errorem. ib. 73. p. 320.
Quomodo fiat reuocatio incontinenti. ib. p. 320.

CONFESSIO EXTRAIVDICIALIS.

Confeſſio extraiudicialis emanata poſt ſententiam diffinitiuam non nocet. q. 25 a. 11. n. 153. p. 370.
Hæc confeſſio non ſufficit ad Reum damnandum, roborata tamen indicijs ſufficit ad imponendam pœnam extraordinariam pecuniariam. q. 23. a. 9. num. 74. p. 320.
Hæc Confeſſio in Criminalibus, etiam facta parte præſente, etiam geminata ſufficit quidem ad torturam, ſed non ad condemnationem. ibib. pag. 320.
Confeſſio hæc facta pro exoneratione conſcientiæ, vt in articulo mortis valet in foro conſcientiæ. ib. n. 75. p. 321.
Confeſſio hæc quando agitur de probando aliquid, quod conſiſtit in animo confitentis ſufficit ad condemnandum. ib. p 321.
Confeſſio hæc plenè probat crimen hæreſis. ibidem pag. 321.
Quomodò puniendus, ſit qui extraiudicialiter de delicto commiſſo ſe extollit. ib. n. 76. p. 321.
Et quomodo quando fateatur publicè delictum. ib. 77. p. 321.
Extraiudicialis Confeſſio ſufficit ad torquendum Reum. ib. n. 78. p. 321.
Confeſſio hæc reuocata in Iudicio non tollit indicium ad torturam ib. 79. p. 321.
Si vero reuocetur extra iudicium re adhuc integra tollit indicium ad torturam. ib. p. 321.
Confeſſio hæc ad hoc vt faciat indicium, ſufficit quod exprimat certum delictum, & certam perſonam. ib. n. 80. p. 321.

Si ve-

Si verò ſit facta in calore Iracundiæ vel ex Ioco indicium non facit. ib. n. 81. p. 322.

An Confeſſio hæc Clerici, aut Religioſi ſi non ſit diffamatus non faciat indicium ad torturam. ib. nu. 82. p. 322.

Quid requiratur ad hoc vt hac confeſſio ſufficiat ad torturam ib. n. 83. p. 322.

CONFESSIO EXTORTA PER TORTVRAM SINE PRÆCEDENTIBVS INDICIIS.

Confeſſio extorta ſine præcedentibus indicijs, aut non ſufficientibus non præiudicat confitenti. qu. 23. a. 10. n. 84. p. 322.

Etiam ſi ſit iurata, & emanata coram quocumque Iudice etiam habente liberum, & abſolutum arbitrium in procedendo. ib. p. 322.

Iudex qui extorſit prædictam confeſſionem, non poteſt procedere contra confitentem nec medio alio proceſſu. ib. n. 85. p. 323.

An confeſſus in tortura ſine præcedentibus indicijs poſſit puniri ab alio Iudice, media noua confeſſione. ibid. n. 86. & 87. p. 323.

Iudex qui extorſit confeſſionem non præcedentibus indicijs, nouis indicijs ſuperuenientibus poteſt adulteriora procedere, dummodo non recuſetur à Reo. ib. n. 88. p. 224.

Ex ſecunda confeſſione habita præcedentibus legitimis indicijs procedere poteſt ad pœnam. ib. 89. pag. 334.

Hæc ſecunda confeſſio non poteſt dici per vim extorta. ibid. p. 324.

Quomodo Reus poſſit reuocare ſecundam confeſſionem, ratione metus prima confeſſione extorta vi tormentorum. ibib. n. 90. p. 324.

Opiniones variæ. ibid. p. 324.

Ex pluribus capitibus confeſſio redditur inualida: ibid 92. p. 325.

Confeſſio emanata in tortura ſine indicijs non valet etiam ſi ſit ratificata. ib. a. 11. n. 102. p. 326.

Confeſſio hæc non ſufficit ad Reum condemnandum niſi ratificetur. q. 23. a. 11. n. 101. p. 326.

Quomodo & quando fieri debet ratificatio. ibid. pag. 326.

Talis ratificatio eſt de iure natura, & neceſſaria ad hoc vt confeſſio plenè probet. ib. 326.

Si quis ex ſola fama tortus confeſſus fuerit, & confeſſionem ratificauerit, confeſſio eſt nulla. q. 16. art. 2. num. 13. p. 237.

CONFESSIO EXTORTA PER PROMISSIONEM IMPVNITATIS.

Confeſſio extorta per promiſſionem Impunitatis an ſit ſufficiens ad damnandum Reum. qu. 22. art. 2. n. 31. pag. 300.

Confeſſio extorta per promiſſionem impunitatis, & poſtea ratificata quando ſit valida. ibid. n. 35. pag. 301.

Si vero non ſit vllo modo ratificata non poteſt puniri Reus virtute illius confeſſionis. ibid. num. 36. pag. 301.

Nec Iudex virtute dictæ confeſſionis poteſt recurrere ad Principem, ad hoc vt damnetur Reus. ibid. num. 37. pag. 301.

Quando confeſſio extorta ſpe impunitatis ſufficit ad pœnam extraordinariam, & ad torturam. ib. num. 41. & 45. p. 302.

Et quomodo dicta confeſſio reuocata non ſufficiat ad torturam. & ad Reum interrogandum. ib. n. 42. 302.

Poteſt tamen deſeruire pro adminiculo. ibi. pagin. 302.

In aliquo ſenſu iſta confeſſio dicitur nulla, & in aliquo non. ib. n. 43. p. 302.

Confeſſio extorta ſpe impunitatis promiſſa à Iudice potente illam concedere eſt inualida. ibi. num. 44. p. 303.

Iudex damnans Reum ex confeſſione extorta ſpe impunitatis promiſſa, an teneatur ad reſtitutionem ib. n. 45. p. 303.

CONFESSIO EXTORTA PER METVM, VEL MINAS.

Confeſſio hæc non facit indicium ad torturam. q. 23. ar. 6. nu. 81. p. 322.

Quando ex miſsis dicatur Confeſſio inualida. q. 23. a. 10. n. 93. & 94. p. 329.

Confeſſio facta à Reo ducto ad locum tormentorum ſine præſentibus iudicijs eſt extorta per metum. ib. n. 95. & 96. p. 329.

Arbitrarium eſt Iudici cognoſcere, & iudicare an confeſſio habita in locum tormentorum ſit ab metum ib. 97. p. 329.

Ad hoc vt ſit extorta Confeſſio metu tormentorum, inueniri habita metus iniuſtus. ibid. num. 98. p. 329.

Confeſſio extorta non præcedentibus indicijs, non dicitur extorta metu tormentorum. ibid. nu. 100. p 430.

In dubio cofeſſio præſumitur ſpontanea. q. 23. a. 10. p. 326.

CONFESSIO INCIDENTER, VEL PER VIAM EXCEPTIONIS EMANATA.

Confeſſio facta incidenter de crimine de quo non agebatur ſufficit ad imponendam pœnam ordinariam. q. 23. a. 7. n. 59. p. 317.

Quando tela Iudicis generaliter ordinata, eſt contra illum de cuius crimine incidenter conſtat per eius confeſſionem poteſt confeſſus damnari, etiam in pœnam ordinariam. ibid. numer. 61. p. 318.

Iudex generaliter inquirens ſuper ſtatu alicuius Eccleſiæ, & totius Capituli, ſi incidenter conſtat per eius confeſſionem, aliquem de Capitulo commiſiſſe aliquod crimen poteſt à Iudice puniri. ibi. 62. p. 318.

Princeps punire poteſt Reum, incidenter confeſſum aliquod.

aliquod crimen. ibi.n.63.p 318.
Confeſſio incidenter facta ſufficit quantum ſit de iure naturæ ad damnandum Reum in pœnam ordinariam, omnibus plenè inſpectis. ibi. n.67. p.318.
Quando delictum tangit cauſam principalem, vel illi eſt annexum, puniri poteſt in eodem Iudicio. ibi.n.66. p.318
Confeſſus incidenter delictum ſibi obiectum perviam exceptionis in eodem iudicio puniri poteſt pœna extraordinagia; ſecus vero ſi de delicto non conſtet per illius confeſſionem. ibi n 67. p.319.
Quando confeſſio incidenter non ſufficit ad puniendum Reum confeſſum in eodem Iudicio, eſt ſemper ſufficiens ad formandum nouum proceſſum. ibi. n.68. p.319.

CONFESSIO FALSI.

Confeſſio falſitatis in crimine falſi ſufficit ad condemnandum falſarium. etivm ſi falſitas ſit obiecta per viam exceptionis. qu.23. ar.7. nu.60. p.318.

CONFESSIO FACTA CORAM IVDICE INCOMPETENTE.

Hæc Confeſſio non ſufficit ad condemnandum Reum, aliquam tamen præſumptianem facit, & indicium contra confitentem. q.15. a.1. nu.6. & q. 23. ar.6. nu.54. p.316.
Hæc confeſſio quando indicium facit ad torturam; etiam ſi fuerit reuocata. ib. n.55. & 56.p.316.
Confeſſio facta coram Iudice laico à Clerico, quæ non ſit ſpontanea omnino, an ſufficiet ad torturam ibi. n.55. p.316.
Confeſſio facta coram Iudice incompetente non facit indicium ad torturam. ſi eſt emanata incidenter. ibi. n.57. p 317.
Confeſſio Clerici facta coram Iudice laico, & etiam Eccleſiaſtico infamiam parit. ibi.58.p.317.

CONFESSIO QVALIFICATA.

Confeſſio qualificata diuidi poteſt. q.23. a.4.n.40. & 41.p.313.
In quibus caſibus confeſſio qualificata qualitate excludente diuidi non poteſt. ib. n.45. p.314.
Quando ob confeſſionem qualificatam poſſit damnari Reus in pœnam ordinariam. ib. nu.46.& ſeq. p.314.
Quomodo poſſit torqueri Reus ad hoc vt fateatur delictum ſine qualitate. ibi n.50.p.315.
Quando de delicto non conſtat niſi per Confeſſionem Rei qualificatam non poteſt puniri in pœnam ordinariam. ibi. n.51. p.315.

CONFESSIO SPONTANEA.

Quomodo ſpontanea confeſſio validat nullitatem Proceſſus. q.23. a.3. n.17. p.308.
Et quomodo validat proceſſum, etiamſi in eo ſit omiſſus ordo ſubſtantialis. ibi.n.29. p.311.
Sponte confeſſus iudicialiter poſt peremptam inſtantiam damnari poteſt. ibi.n.30. p.311.
Qui dicatur ſponte confeſſus? qu.23. ar.5. nu.52. p.316.
Sponte confeſſus mitius puniendus eſt. ib. pagin. 316.
Hoc tamen intelligitur non de pœnis ſtatutis à lege, ſed arbitrarijs reſpectu Iudicis. ib. nu.53. p. 316.
In dubio confeſſio præſumenda eſt ſpontanea. ibi. a.10. n.99. p.326.

CONFESSIO TACITA.

Confeſſio tacita incerta, & dubia ſufficit ad torquendum. q.23. a.3.n.19. p.319.
Non reſpondens interrogationi ſine iuxta cauſa non dicitur tacita confeſſus. qu. 23. art.12.nu.318. p.333.
Quæ ſunt conditiones requiſitæ ad hoc vt aliqui habeantur pro confeſſis tacitis. ibid. num. 139. p.333.
Vt confeſſio iudicetur tacita, requiritur quod ponantur conditiones de ſcientia, & conſenſu ſupplicantis, aut contrahentis. ib. num. 140. p.333.
Si illæ conditiones exponantur ab alijs, ſiue à ſupplicante, vt liberet ſe à vexationibus, nulla oritur vera delati confeſſio. ib. num. 141. pag n. 334.
Quomodo taciti confeſſi dicantur contumaces. q.23. ar.1. n.101. & ſeq. p. 327. Et qui petunt veniam. ib. n.139. p.333.
Fractor carcerum ex hooc non eſt tacitè confeſſus. ib. nu. 145. p.335.

CONFRONTATIO.

Quando ſit neceſſaria confrontatio teſtium cum Reo q.23. a.2. n.13. p.308.
Iudex poteſt cogere teſtes, vt confrontentur cum Reo. ib. p.308.
Quando adeſt impedimentum confrontationis poteſt Iudex legere Reo teſtium depoſitiones. ibid. p.308.
Poteſt etiam Iudex teſtes inter ſe contrarios confrontare. ib. p.308.
Quæ ſint ſeruanda in prædicta confrontatione. ib. n.14. p.308.
Socius criminis in facie Rei nominati torqueri debet dum ſit confrontatio. ib. p.308.
Quomodo facienda ſit confrontatio. ibid. num.15. p 308.
Confrontatio ſupplet vim citationis non interrogatoriorum. ibi n.16. p.309.
In iudicio Regularium confrontatio eſt in arbitrio iudicis. ib. p.309.
Forma confrontationis Rei cum teſtibus. Praxis c. 6. n.150. p.472.

CONIECTVRA.

Conie*c*tura quid ſit? q.17. a.1. n.23. p.261.
In quibus conueniant, & differant indicium, præſumptio, & coniectura. ib. n.24. p.261.
Coniectura ex quibus probatur furtum, quænam & quot ſint. qu.19. ar.1. n.25. & ſeq. p.272.

CONIVRATIO.

Ad probandam coniurationem poſſunt admitti teſtes participes criminis. qu.16. art.3. num. 61. p.245.
Coniuratio quid ſit. ibi p,245.

CONSPIRATIO.

Conſpiratio quid ſit. q.16. a.3. n.61. p.245.
Eſt cauſa inimicitiæ capitalis. ib. p.245.

CONSVETVDO.

Conſuetudo peccandi legitimè probata an faciat indicium ad torturam. qu.16. art.5. num.88. p.250.
Conſuetudo iuncta cum mala fama facit indicium, vt ſi alias inquiſitus leuiter torquēdus eſſet, grauius torqueatur. ib. nu.88. p.250.
Conſuetudo legitima approbata abrogat leges, etiam Canonicas. qu.8. a.9. n.43. p.79.

CONTVMACIA CONTVMAX.

Contumax pro confeſſo habetur, quando legitimè citatur ex legitimis indicijs, quæ valent ad torturam. qu.23. a.12. n.106. p.328.
Quomodo ſit neceſſaria ſpecialis citatio ad ferendam ſententiam contra effectum contumacem. ib. n 113. p.329.
Differenter contumax pronunciatur in foro ſæculari, & in foro Eccleſiaſtico. ibi n.114. p.329.
Religioſi Iudices non debent contumaces damnare in pœnam delicti, niſi ſeruata forma fori Eccleſiaſtici. ib. n 116. p.329.
Contumax comparens ante ſententiam eſt audiendus, & diuerſimode debet audiri in foro ſæculari, & Eccleſiaſtico. ib n.117. p.329.
Ad executionem huius ſententiæ multa ſunt neceſſaria. ib. n.118. 330.
Contra ſententiam in ſtatuti habitam contra contumacem probatio in contrarium admittitur. ibid. n 121. 330.
Impeditus venire ad Curiam non è contumax. ibid. nu.125. p 331.
Iudex ignorans impedimenta poteſt proſequi proceſſum, qui eſt validus, ſicut & valida ſententia. ib.126. p.331.
Impedimenta iuſta quænam ſint. ibid. numer.127. p.331.
Iudex vnius territorij, ſi cœperit bannitum contumacem, non poteſt ſententiam exequi contra illum, bene tamen in ſtatu Eccleſiaſtico. ib, nu. 128. p.332.
In foro Eccleſiaſtico Reus habetur pro confeſſo poſt ſecundam contumaciam per annum poſt ſententiam ib.n.130. p.332.
Pro delicto principali contumax non punitur grauius, quam ſi fuiſſet preſens. q.23. ar.12.n.131. p.332.
Si conſtet, vel de non delicto, vel de Rei innocentia; ſententia lata contra contumacem non debet exequi. ib. n.132. p.332.
Admiſſus ad defenſiones poteſt ſe defendere. ib. nu. 133. & 135. p.332.
In foro Eccleſiaſtico Reus poſt duplicem contumaciam tantum habetur pro confeſſo. ib. nu.139. p.332.
Inquiſitus de delicto, & contumacia ad ſui vtilitatem poteſt probare, ſi admittitur, vt admitti debet ad ſui defenſiones ib.n.139. p.333.
Probans ſe innocentem, & non contumacem debet abſolui ib. n.136. p.333.
In foro Eccleſiaſtico eſt ſimpliciter contumax, qui legitimè citatus, & non comparens in termino pertinaciter perſeueras in excommunicatione per annum: ib.n 137. p.333.
Contumacia non operatur certitudinem, nec facit quod delictum ſit, ſi non eſt. qu.19. a.1. n.12. p.270.
Reus vt damnetur in contumaciam, requiritur indicium vehemens antequam citetur. qu. 16. a.2. n,15. p.238.

CONVICTVS.

V. Reus conuictus.
Conuictus, & confeſſus pari pœna ſtatuta à lege puniuntur q.23. a.5. n.53. p 316.
Duo teſtes ſufficiunt ad conuincendam quamcumque perſonam, niſi iuris præſumptio ſit contraria. q. 24. a.1. n.2. p.335.
Conuictus per duos teſtes damnatur in pœnam ordinariam. ib.n.3. p 335.
Conuictus non debet torqueri, & ſi torqueatur, & non fateatur delictum, mitiori pœna punitur. qu. 26. a.3. n.50. & 51. p.381.

CORPVS DELICTI.

V. Delictum Reus.
Formæ plures probandi corpus delicti in diuerſis delictis P. c.2. per totum. p.454.
Forma examinandi vulneratum. ibidem num. 2. p. 455.
Forma examinandi medicos, & teſtes in cauſa veneni. p.2.81. p.467.
Iudex non poteſt procedere ad condemnandum Reū ſi ſibi non conſtet de corpore delicti. q.8. art. 7. n,28. p.76.
Et quomodo ſibi conſtare debet de corpore delicti. ib. n.5. p.76.
Iudex ſi delinquens eſt ignotus prius debet verificare corpus delicti, & poſtea per inquiſitionem generalem inueſtigare delinquentem. ib. a. 8. nu. 40. p.78.
Quæ eſt differentia probandi corpus delicti, quando eſt

do eſt

do eſt facti permanentis, & tranſeuntis. ibid. p.78.
Non poteſt aliquis damnari ad pœnam grauem non conſtito de corpore delicti. qu.10. art.3. nu.29. p.101.
Iudex poſt accuſationem, ſeu denunciationem antequam procedat ad vlteriora probare debet corpus delicti. qu. 19. art vn. n.2. p.269.
Et eſt de iure naturæ ibi n.2. p.269.
Quod ſeruari debet tam in ordine ad condemnationem, quam ad torturam. ibi n.3. p.269.
Delicta alia ſunt facti permanentis, alia facti tranſeuntis. ib. n.4. p.269.
Quando corpus delicti eſt facti permanentis, ſeu reliquit poſt ſe veſtigium, neceſſario eſt probandum antequam deueniatur ad torturam, ſeu condamnationem Rei. ibid. p.269.
Pariter non poteſt Iudex inquirere ſpecialiter contra Reum, nec illum tradere capturæ ante probationem corporis delicti. ibidem. num.4. pag. 269.
Poteſt tamen inquirere inquiſitione generali. n. 5. p.269.
Corpus delicti probari debet nedum quantum ad ſubſtantiam, ſed etiam quantum ad qualitates ibi n.6 p. 69
Probatio omnium qualitatum delicti propriè non eſt de ſubſtantia iudicij. ib. n.7. p.270.
Ad quod non tenentur Regulares. ibid. numer. 7. p.270.
Quare Iudex debeat probare qualitates corporis delicti. ib. p.270.
In probatione corporis delicti debet probari delictum formaliter. ib. n.8. p.270.
Quando delictum poteſt eſſe factum ſine culpa, qualitates delicti probari debent. ibid. num. 9. p.270.
Corpus delicti qui eſt facti permanentis conſtare debet per euidentiam facti. ib. n.10. p.270.
Nec ſufficiunt indicia, & præſumptiones. ib. vt ſupra.
Iudex viſitare debet corpus delicti per ſe, vel per Notarium ib. n 11. p.279.
Et quæ ſint ponenda in actis media tali viſitatione. ib. p. 273.
Non probato corpore delicti non poteſt aliquis damnari, etiamſi confiteatur ſe commiſiſſe delictum ibi. n.12. p.271.
Quid dicendum ſit, ſi aliquis confiteatur ſe occidiſſe hominem, illumque proieciſſe in mare. ibid. n.13. 14. & 15. p. 271.
Iudices Regulares non poſſunt procedere contra aliquem, niſi prius probato corpore delicti. ibi. nu. 16. p.271.
De ſubſtantia iudicij pleni eſt probatio etiam qualitatis corporis delicti. ibi n.17. p.271.
Probatio corporis delicti per viſum, & repertum eſt de iure poſitiuo non de naturali. ibid. n. 17. p.271.
In quo caſu delicta probari poſſint per coniecturas, & indicia, ſeu per teſtes. ibid. num. 18. p.271.
In delictis tranſeuntibus, & quæ poſt ſe non relinquunt veſtigium, etiam prius debet probari corpus delicti. ib. n.19. p.271.
De ſubſtantia iudicij præcipuè ſummarij nõ eſt quod prius probetur corpus delicti, antequam ſumantur informationes. ibi. n. 20. p.272.
Quomodo ſufficiat ad probationem corporis delicti ſola recognitio facta per Notarium. ib. num.21. p.272.
Et quomodo probandum ſit corpus delicti in furto, quando relinquit poſt ſe veſtigium. ib. n.22. 23. p.272.
Et quando non reliquit poſt ſe aliquod veſtigium. n.24. p.272.
Coniecturæ quibus probatur furtum ſunt querela partis, bona fama, &c. ib. n.25. p.272.
Acclamatio incontinenti facta poſt furtum. ib. nu. 26. p.272.
Fama orta in vicinia. ibi. n.27. p.272.
Fractura Oſtij, ſeu Arcæ, de qua res dicitur furata. ib. n.28. p.272.
Fuga. ib. n.29. p.272.
Funis, ſeu ſcala inuenta ad feneſtram domus in qua res furata fuit. ib. nu. 30. p.273.
Rumor auditus à vicinis in loco vbi factum fuit furtum. ib. n.31 p.273.
Ex ſola querela poteſt Iudex inquirere ad verificandum delictum. ib. nu.32. p.273.
Et quomodo debeat procedere in caſu ſuprapoſito. ib. p.273.
Ad furtum ſufficit quod appareat rem furatam non fuiſſe furantis ibi. vt ſup.
Inuento indicio poteſt Iudex procedere ad capturam & torturam Rei. ibi n.33. p.273.
Delictum falſi probatur aliquando per coniecturas, & indicia. ib. n 34. p 273.
Et aliquando per euidentiam facti. ibid. numer. 35. p.273.
Quæ probationes ſint neceſſariæ ad probandum delinquentem. ib. n.35. p.273.
Quando probentur delicta carnis. ibidem num.36. p.273.
Crimen difficilis probationis probatur per indicia, quæ debent eſſe certa. ib. n.37. p.273.
Quomodo indicia probentur per peritos, & cuius conditionis eſſe debeant. ibid. num. 38. pagin. 273.
Dictum vnius periti non ſufficit ad imponendam pœnam, præcipuè mortis. ibidem numer.39, pagin. 273.
Procuratio officiorum, & dignitatum apud ſuperiores regulares per ſæcularium fauores eſt delictum graue. ibi. n.40. p 274.
Et quomodo hoc delictum probetur. ibidem pagin. 274.
Conſtitutio Clementis VIII. ib. num. 40. pagin. 274.
Quomodo probandum ſit delictum, & delinquentes iuxta Conſtitutionem Clementis VIII. ibid. n.41. p.274.
Opinio Donati. ibi. n.42. p.274.
Iudicialiter conſtare debet de præcibus porrectis. ib. pag.274.
Et debet præcedere ſententia declaratoria ib. p.274.

Nullus Princeps ſtatuere poteſt quod non ſit neceſſaria probatio delicti ad validitatem proceſſus. n.43. p.274.

Probato corpore delicti ſi delinquens ſit querelatus proceditur contra illum per inquiſitionem ad ſumendas informationes. ib. n.44. p.274.

Si vero nullus ſit querelatus proceditur per inquiſitionem generalem. ib. p.274.

Quomodo Iudex poſſit procedere contra delinquentem, ſi vnus tantum ſit conſcius delicti. ibi. nu. 45. p.274.

Et quomodo idem poſſit eſſe denunciator, & teſtis. ibi.n.46. p.275.

CORRECTIO.

Prælatus Regularis, ſi poteſt paterne corrigere delinquentes & bono communi, proſpicere debet abſtinere à forma, ſeu ſtrepitu Iudicis. q.9. a.4. nu 43. p.96.

Correctio fraterna an debeat præcedere denunciationem Iudicialem, quę ſit virtute publica vindicta q.9. a.4 n.36. & ſeq. p.92.

Explicatur ſententia Diui Thomæ. ib. numer.34. p. 92.

Ad quam denunciationem præcedere debeat correctio fraterna. ib. n.35. p.94.

Iudex dum iudicialiter procedit ad publicam vindictam, non eſt præmittenda correctio fraterna. q. 15. a.8. n.100. p.225.

Vbi agitur de correctione fratris denunciator poteſt eſſe teſtis. q.29. a.1. n.6. p.412.

CRIMEN.

V. Delictum. Inquiſitio. Teſtis

Iudicis officium eſt videre an crimen ſit probabile. q.15. a.8. n.97. p.223.

Crimina notoria, non requirunt ordinem iudiciarium. q.10. a.1. n.4. p.97.

CVLPA.

Culpa diuerſimode accipitur. qu.28. art.1. num.5. p.396.

Plures diuiſiones culpæ explicantur ibid. numer.6. p.396.

Ex culpa lata non poteſt puniri quis in rigore & quæ ſit culpa lata. ib. n.6. p.496.

Culpa lata non æquiparatur dolo. ib. numer. 10. & 11. p.397.

In quibus caſibus culpa lata non æquiparatur dolo. ib. n.13. p.398.

In quibus caſibus lata culpa puniatur. ib. n.14. & 15. p.398.

Non ſolum de iure punitur dolus, & malitia, ſed etiam lata culpa licet pœna mitiori ib.n.15.& 16. p.399.

Quomodo puniatur culpa leuis. ib n.18. p.393.

Culpa leuiſſima non punitur criminaliter, ſed ciuiliter. ib. 399

CVSTOS.

V. Fugitiui.

Qua pœna puniendus ſit cuſtos carceris relinquens fugere carceratos. q.20. a.3. n.73. p.291.

D.

DEFENSIO ABSOLVTE.

Ad ſui defenſionem occidens hominem non punitur. qu. 25. ar. 8. num. 105. pag. 360.

Defenſionis neceſſitas debet probari. ibidem. p.360.

Defendere ſi non licet à iuſto inuadente. qu. 20. ar. 2. num. 45. pag. 286.

Defenſio non eſt licita niſi fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. ibid. pag. 286.

Inſultatus an teneatur fugere.

Poteſt quis ſe defendere contra iniuſtum Iudicem, miniſtros eius, & qualiter hoc fieri poſſit. ibid. pag. 286.

DEFENSIO REI.

Admiſſus ad nouas defenſiones debet audiri. qu.23. a.2. n.133. p.332.

Defenſiones ſunt concedendæ Reo, antequam puniatur, aut torqueatur. qu. 25. ar. 1. nu. 1. p.339.

Reo eſt concedenda copia iudiciorum contra illum, ſicut & tempus ad purgandum indicia. ibidem. num. 2. pag. 339.

Iudex non poteſt ad vlteriora procedere pendente termino conceſſo Reo, vt ſe defendat. ib. num. 3. pag. 339.

Princeps abſolute non poteſt negare defenſiones Reo; in aliquo caſu poteſt. ib. num. 4. pag. 339.

Iudex ex officio ante condemnationem debet aſſignare terminum ad ſe defendendū. ib. n.5. p.339.

Qualiter Reus poſſit renunciare defenſionibus. ib. num. 6. pag. 339.

Iudex non poteſt inducere Reum, vt renunciet defenſionibus. ib. num. 7. pag. 340.

In omni tempore poteſt Reus ſe defendere. ibidem. num. 8. pag. 340.

Iudex quādo remoto periculo poteſt cōmunicare ſcripturas vnius partis alteri. ib. n. 9. pag. 340.

Reijcitur aliquorum opinio aſſerens non teneri Iudicem ad dandas defenſiones. ib. nu. 10. p. 340.

Caſus, in quibus Iudex non tenetur Reo concedere defenſiones. ibid. nu. 11. pag. 340.

Iudex poteſt limitare modum defenſionum. ibid. num. 12. pag. 340.

Quomodo teſti, vel Reo torquendo ſunt dandæ defenſiones. ib. num. 13. pag. 341.

Non eſt neceſſe repetere defenſiones, niſi repetantur tortura. ibid. num. 14. pag. 341.

Etiam apud Regulares Reo petente repetitionem teſtium illa debet concedi. P. c.7. n. 156. p.475.

Forma decreti Iudicis dandi Reo terminum ad ſe defendendum. P. num. 157. pag. 475.

Forma prerogationis termini. P. nu. 158. pag. 475.

Forma petitionis termini ad ſe defendendum. P. num. 159. pag 475.

Forma libelli continentis defenſiones Rei . P. num. 160. pag. 475.
Forma admiſſionis articulorum. P. n. 163. pag. 476.
Forma prerogandi terminum . P. nu. 164. pag. 476.
Forma petendi repetitionem teſtium ſuper interrogatorijs Rei . P. num. 165. pag. 476.
Forma repetendi teſtes ſuper interrogatorijs. P. numer. 166. pag. 476.
Decretum oſtendendi proceſſum defenſiuum parti . P. num. 167. pag. 476.
Forma petendi copiam proceſſus defenſiui . P. numer. 168. pag. 477.

VT SE DEFENDAT REO DANDA EST COPIA PROCESSVS.

A quo ſit danda copia proceſſus . qu. 25. ar. 2. nu. 15. pag. 341.
Qua neceſſitate ſit danda copia . ibidem. num. 16. pag. 341.
Cuius rei? Et cui debeat dari copia . ibid. num. 17. pag. 342.
Iudex tenetur abſolutè dare copiam proceſſus. ibid. num. 18. pag. 342.
Quare ſit non ſit puniendus Iudex licet non dederit copiam. ibid. nu. 19. pag. 342.
Copia eſt danda expreſſis nominibus teſtium nullo ſtante periculo . ibid. nu. 20. pag. 342.
Alia eſt ratio de hareticis, ac alijs delinquentibus . ibid. num. 21. pag. 342.
Ad quid eſt neceſſaria notitia teſtium. ibid. nu. 22. pag. 343.
Quomodo debeat publicari apud regulares. ibidem. num. 23. pag. 343.
Etiam in cauſa fidei danda eſt Reo copia . ibidem. num. 24. pag. 343.
Accuſatori non ſunt manifeſtanda nomina teſtium . ad defenſam , antequam examinentur. ibid. num. 25. pag. 343.
Inter producentem teſtes , aut illum contra quem producuntur eſt diſtinctio . ibidem. numer. 26. pag. 343.
Arbitrarium eſt Iudici dare copiam actorum Reo publicando nomina teſtium. ibid. nu. 27. p. 344.
Quantum ad regulares an hæc publicatio ſit neceſſaria? ibid. num. 28. pag. 344.
Lex poſitiua poteſt declarare in aliquo caſu , quod lex naturalis non obliget . ibid. nu. 28. p. 344.
Publicatio teſtium non eſt inducta vt nuda ſolemnitas . ibid. num. 29. pag. 344.
Notitia teſtium eſt neceſſaria ad Rei defenſionem . ibid. num. 30. pag. 344.
Forma ſub qua debet dari copia proceſſus . ibidem. num. 31. pag. 344.
Ex iure defenſionis copia actorum debet precedere repetitionem teſtium . ibid. num. 32. pag. 345.
Duplex eſt cauſa repetendi teſtes . ib. n. 32. p. 345.
Quomodo ſaluatur praxis non dandi copiam actorum . ibid. num. 33. pag. 345.
Forma decreti oſtendendi copiam proceſſus defenſiui. P. cap. 7. num. 167. pag. 476.
Forma petendi copiam proceſſus defenſiui . ibid. num. 168. pag. 477.

DEFENSIO ORTA EX NON PROBATO DELICTO.

Defendere ſe poteſt Reus ex non probato delicto . qu. 25. art. 7. num. 72. pag. 356.
Delictum debet probari. ibid. n. 73. p. 356.
Actus indiferens imò delictum , & non delictum præſumendus eſt bonus . ib n. 73. p. 357.
Verba quæ in bonum , vel malum ſenſum poſſunt trahi , in bonum debent accipi . ib. n. 74. p. 357.
Ex duabus præſumptionibus contrarijs , quæ excludit delictum eſt accipienda . ib. n. 75. p. 357.
In dubijs præſumitur minus delictum . ibid. nu. 76. pag. 357.
Quando actus de ſui natura eſt malus præſumitur delictum. ibid. num. 77. pag. 357.
Delictum excuſabile non præſumitur delictum . ib. num. 77. pag. 357.
In præſumptionibus diſtinguitur actor à Reo. ibid. num. 78. pag. 357.
Delictum regulariter non præſumitur , quando eſt cauſa excluſiua delicti. ib. n. 79. pag. 358.
In foro conſcientiæ in dubio præſumitur delictum . ibid. num. 80. pag. 358.
In defenſione magis creditur deponentibus pro non delicto . ibid. num. 81. pag. 358.
In defenſione admittuntur teſtes conſanguinei . ib. num. 81. pag. 358.
Ad probationem innocentis teſtes inhabiles admittuntur . ibid. num. 82. pag. 358.
Ex teſtibus inhabilibus aliqui admittuntur, alij non. ibid. num. 83. pag. 358.
Vnus teſtis poteſt plene probare defenſionem . ibid. num. 84. pag. 358.
Modus tollendi vim probationum. ib. n 85. p. 358.
Objicere teſti falſum crimen eſt illicitum . ibid. num. 86. pag. 359.
Objicere falſum crimen teſti eſt mortale peccatum. ibid. num. 87. pag. 359.
Teſtis à Iudice interrogatus legitimè tenetur confiteri . ibid. num. 88. pag. 359.
Actore non probante Reus abſoluitur cum diſcrimine . ibid. num. 89. pag. 359.

DEFENSIO ORTA EX EO, QVOD FACTVM NON SIT DELICTVM.

Multa fieri prohibentur, quæ ex circumſtantijs ſunt licita . qu. 25. ar. 8. num. 103. pag. 260.
Quando factum ex ſe non eſt delictum , ſed ex circumſtantia Actor illam debet probare. ibidem num. 104. pag 360.
Reus tenetur probare circumſtantiam excuſantem factum non eſſe delictum. ibid. n. 105. pag. 360.
Præſumptiones excludentes delictum vincunt præſumptiones delicti . ibid. num. 106. pag. 360.

DEFENSIO ORTA EX EO, QVOD DELICTVM NON SIT PVNIBILE.

Capita ex quibus delictum non eſt punibile . q. 25. ar. 9. num. 107. pag. 361.

Non

Non poteſt inquiri contra delinquentem, quando delictum eſt præſcriptum. ibid. num. 108. p. 361.

Valet præſcriptio in delicto notorio. ibidem. num. 109. pag. 361.

Iuxta qualitatem delicti, præſcriptio fit. ibidem. num. 110. pag. 361.

Iudex poſt præfixum terminum à ſtatuto non poteſt inquirere. ib. num. 111. pag. 361.

Præfixo termino ad inquirendum, ex hoc non eſt præfixus ad accuſandum. ibid. nu. 112. pag. 362.

Præſcriptio poteſt interrumpi. ib. n. 113. p. 362.

Multa ſunt delicta quæ nequeunt præſcribi. ibid. num. 114. pag. 362.

In delictis iterabilibus ſpatium eſt à die vltimi commiſſi delicti. ib. n. 115. p. 362.

Præſcriptio vnius delicti non interrumpit præſcriptionem delicti alterius ſpeciei. ibid. num. 116. pag. 362.

Præſcriptio delictorum habet locum viuente delinquente. ibid. num. 117. pag. 362.

Præſcriptio delictorum non irritat proceſſum factum contra illum qui præſcripſit niſi opponatur. ibid num. 119. pag. 363.

Diuturnitas temporis facit ne delinquens mitius puniatur. ibid. num. 119. pag. 363.

Iudex ordinarius ex diuturnitate temporis non poteſt minuere pœnam in delictis grauibus. ibid. num. 120. pag. 363.

Arbitrarium eſt iudici vario modo punire, & minuere pœnam. ibid. num. 121. pag. 363.

Diuturnitas culpabilis non iuuat. ibid. num. 122. pag. 363.

Abſens damnatus per ſententiam non poteſt inconſulto Principe ſiluari. ibid. num. 123. p. 363.

Diuturnitas carcerationis minuit pœnam. ib. p. 364.

DEFENSIO ORTA EX EO, QVOD PERIERIT INSTANTIA.

Tertia cauſa ex qua delictum non eſt punibili eſt, quia perierit inſtantia. q. 25. a. 10. n. 125. p. 364.

Elapſo biennio perit inſtantia. ib. n. 126. p. 364.

Inſtantia ex culpa perit. ib. num. 127. pag. 364.

Pereunte inſtantia Reus dimittitur. ibid. num. 128. pag. 365.

Aliqui reijciunt inſtantiam poſſe perire. ib. n. 129. pag 365.

In multis Curijs ſæcularibus inſtantia poſt biennium non ſeruatur. ibid. num. 130. pag. 365.

Si Reus vere fuit confeſſus delictum ante peremptam inſtantiam poteſt poſt biennium puniri. ib. num 131. pag. 365.

Inſtantia non perit, quando cauſa cognoſcitur coram Principe. ibid. quatuor caſus, in quibus. Inſtantia non perit. ibid. num. 131. pag. 365.

Quatuor modis poteſt inſtantia perempta reparari. ibid. num. 132. pag. 365.

DEFENSIO ORTA EX EO, QVOD CAVSA SIT FINITA.

Reus poteſt ſe defendere ex eo, quod lis ſit finita. qu. 25. ar. 11. num. 133. pag. 366.

In Iure Ciuili, & Canonico poſt abſolutionem Reus non poteſt damnari. ibid. num. 134. pag. 366.

Dantur caſus, in quibus exceptio rei iudicatæ non iuuat. ibid. num. 135. pag. 866.

Reus ſufficienter eſt puniendus, & qualis ſit ſufficientia. ibid. num. 136. pag. 367.

Sufficienter punitus ab vno Iudice, ab alio non eſt puniendus. ibid. num. 137. pag. 367.

Quomodo conſtat Iudicem ex cauſa iuſta minuere pœnam. ibid. num. 138. pag. 367.

Ex defectu iuriſdictionis, quando Reus non punitur, dupliciter conſideratur. ibidem. num. 139. pag. 367.

Reus habet ius, licet non ſufficienter punitus, vt pœna, quam ſoluit, ſibi computetur. ibidem. num. 140. pag. 367.

Idem delictum multoties punitur de Iure Ciuili grauius, quam de Iure Canonico. ibid. nu. 141. pag. 368.

Ex præuaricatione Accuſatoris, vel colluſione Iudicis poteſt impediri pœna. ibid. nu. 142. p. 368.

Admittitur ſecunda accuſatio habentis intereſſe, & ignorantis quod Reus ſit abſolutus. ib. nu. 143. pag. 368.

Inquiſitus abſolutus ab obſeruatione iudicij iterum in iudicium poteſt vocari. ib. nu. 144. p. 368.

Grauia indicia ſuperuenientia ſufficiunt, vt iterum abſolutus poſſit ad iudicium vocari. ib. nu. 144. pag. 368.

Dimiſſus ſub fideiuſſione, ſi ſuperueniant grauia indicia poteſt reuocari. ibid. nu. 145. pag. 368.

Ex non probato delicto Reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij. ibid. nu. 146. pag. 369.

Controuerſio Doctorum circa abſolutionem definitiuam Rei. ibid. num. 147. pag. 369.

In dubio an ſententia ſit definitiua, vel non? Recurrendum eſt ad acta. ibid. nu. 148. p. 369.

Notatur tempus, in quo durat ius procedendi contra abſolutum. ibid. nu. 149 pag. 369.

Iudex poteſt procedere contra abſolutum per viam exceptionis. ib. nu. 150. pag. 369.

Abſolutus per viam exceptionis, via ordinaria puniri poteſt. ibid. num. 151. pag. 369.

Inquiſitus punitus via ordinaria non eſt amplius moleſtandus. ibid. nu. 151. pag. 369.

Abſolutus ciuiliter ob non probatum delictum ſuperuenientibus grauibus indicijs poteſt moleſtari. ibid. num. 152. pag. 369.

Iudicatus in Iudicio per viam denunciationis Euangelicæ poteſt moleſtari. ibidem. num. 153. pag. 370.

Confeſſio extraiudicialis emanata poſt ſententiam definitiuam non nocet, bene tamen ſi non fuerit definitiua. ibid. num. 154 pag. 370.

Princeps de poteſtate abſoluta poteſt reſtituere Fiſcum in integrum. ibid. nu. 155. pag. 370.

DEFENSIONIS TEMPORE, ET PENDENTE EIVS TERMINO IVDEX DEBET SVPERSEDERE.

Qui dat copiam proceſſus debet dare terminum ſufficientem. qu. 25. art. 4. num. 42. pag. 347.

Multiplex eſt caſus, quo Iudex poteſt ad vlteriora procedere pendente termino. ibid. n. 43. p. 347.
Iudex poteſt abbreuiare terminum legalem. Ibid. num. 43. pag. 347.
Iudex non poteſt reuocare dilationem. ibid. nu. 44. pag. 347.
Ad inſtantiam Rei admittitur reuocatio dilationis. ibid. num. 45. pag. 347.
Proceſſus factus pendente termino eſt nullus. ibid. num. 46. pag. 347.

DELEGATVS.

Delegatus Iudex quis, & ad quæ eius iuriſdictio ſe extendat. qu. 2. a. 3. n. 12. p. 5.
Quinam ſint delegati ex parte delegantis, & ex parte cauſarum. ib. n. 13. & 14. p. 6.
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt cauſas particulares ſubdelegare. ib. n. 15. p. 6.
Delegatus an poſſit cauſas ſubdelegatas ad ſe auocare. ib. nu. 16. p. 6.
Delegatus non debet de facili cauſas ſubdelegare. n. 18. p. 7.
Delegati Iuriſdictio an ceſſet per mortem delegantis. ib. n. 19. p. 7.
Delegatus cenſetur mortuus, ſi ab officio, ſeu à dignitate ſit ſimpliciter ammotus. ib. n. 19. p. 7.
Delegatus poteſt ſuam iuriſdictionem defendere contra impedientes, rebelles &c. procedendo etiam per cenſuras. ib. nu. 20. p. 7.
Delegati Regulares quando debent tueri ſuam Iuriſdictionem. ib. p. 7.
Iudex delegatus ad tuendam ſui iuriſdictionem debet imponere præceptum ſub aliquo termino peremptorio ib. n. 21. p. 7.
Delegatus poteſt punire impedientes ſuos officiales, & miniſtros, & etiam impedientes teſtes, ne examinentur. ib. n. 22. p. 7.
Ad hoc vt delegatus habeat exercitium ſuæ delegationis debet prius præſentare literas dictæ ſuæ delegationis. ib. n. 23. p. 7.
Delegatus non tenetur oſtendere copiam ſuæ delegationis, ſi pars illam non petit. ibidem. num. 26. pag. 8.
Tenetur illam oſtendere ordinario loci potenti. ibid. n. 27. p. 8.
Delegati debent iuſtificare, & publicare literas ſuæ comiſſionis, & præcipuè Regulares. ib. num. 28. p. 8.
Delegatus Regularis quomodo ſe debet gerere in publicatione ſuæ commiſſionis. ib p. 8.
Delegatus Iudicis inferioris ſuam non poteſt exequi ſententiam, ſed ſententia lata eius iuriſdictio expirat, ib. n. 29 p. 9.
Et quid ſit dicendum de delegato Papæ, aut Principis. ib. p. 9.
Quinam ſunt Iudices delegati apud Regulares. ib. n. 32. p. 9.
Delegati à Magiſtro Generali Ordinis non poſſunt dici delegati à Principe. ib. n. 33. p. 9.
Delegatio quomodo ſit probanda. q. 2. a. 3. num. 24. & 25. p. 8.
Delegatus ab inferiore Iudice ſententiam à ſe latam nec alterare, nec exequi poteſt. quaſt. 27. ar. 5. num. 43. pag. 394.
Secus de delegatis à Principe, vel ad vniuerſitatem cauſarum. ibid. p. 394.
Si Iudex non poteſt in pœnis diſpenſare, nec poteſt illas alterare. ibid. num. 94 pag. 394.
Delegatus an poſſit ſubdelegare examen teſtium. qu. 15. ar. 1. num. 25. & 26. pag. 207.

DELICTVM DELINQVENS.

V. Inquiſitio, Iudex, Iudicium, Pœna.
Delictorum diſtinctio multiplex. qu. 4. a. 1. n. 2. & ſeq. & q. 9. a. 1. n. 6. p. 44. & 47.
Maioritas, & grauitas delictorum vnde ſumatur. q. 4. a. 1. n. 4. p. 45.
Delictum probatum per teſtes à Iudice inductos ſi non eſt probatum per ſolos teſtes inductos ab accuſatore, an vtile ſit accuſatori. q. 15. a. 6. nu. 87. p. 220.
Delicti inquiſitio nulli infert iniuriam. ibid. p. 220.
Delictum inuentum clamat, & vices accuſatoris agit ib. & qu. 20. a. 1. n. 44. p. 274.
Delicti corpus quomodo probandum.
V. Corpus delicti.
Iudex prius debet probare delictum, & poſtea debet procedere ad vlteriora, nedum in ordine ad condemnationem, ſed etiam ad torturam. q. 20. a. 1. n. 2. & 3. p. 269.
Delictum numquam præſumitur, ſed omnis interpetratio rationabilis fieri debet ad illum excludendum q. 25. a. 7. n. 85. p. 358.
Ex quibus capitibus delictum non ſit punibile. ib. d. a. 9. n. 107. p. 361.
Quænam delicta non poſſint perſcribi. ib. nu. 114. p. 362.
Delinquens minus punitur, ſi poſtea per tempus diuturnum laudabiliter vixit, & ad hoc valeat etiam in delictis grauibus. ib. num. 120. & ſeqq. p. 363.
An poſſit amplius inquiri pro delicto contra illum qui iam fuit abſolutus, vel punitus. ib. a. 11. nu. 144. p. 368.
Ex manifeſtatione iuſta, ſiue iniuſta delinquentis poteſt Iudex ad vlteriora procedere. q. 8. a. 7. n. 33. p. 77.
Pro delicto non debet damnari perſona non capax delicti. q. 24. a. 12. n. 132. p. 332.
Iudex non poteſt inquirere contra delinquentem quando delictum eſt perſcriptum, neque poſt præfixum terminum. qu. 25. a. 9. num. 108. & 111. p. 361.
Delictum attentatum numquam punitur ſicut conſumatum, ſicut nec delictum non omnino plenè probatum, ſicut plenè probatum. qu. 27. ar. 2. nu. 21. pag. 391.
Quomodo debet procedere Princeps ſi delictum non ſit probatum in iudicio. qu. 29. art. 2. numer. 51. p. 424.
Delicta difficilis probationis, quæ dicantur. qu. 4. ar. 1. num. 8. pag. 45.
Delicta inominata. ibid. pag. 44.
Delicta commiſſa omittendo quomodo puniantur.

qu.

qu. 23. ar. 1, nu. 11. & 12. pag. 369.
Delicti præſcriptio. Vide v. Præſcriptio.
Delinquentium multitudo, vel incertitudo, vel nobilitas, an pœnam minuat. qu. 28. ar. 2. nu. 54. pag. 408. & ſeqq.

DEMENS.

Vide Fatuus.

DENVNCIATIO DENVNCIATOR.

Ex ſola denunciatione non poteſt Iudex Reum interrogare. q.8. a.4. n.16. p.72.
Poteſt tamen incipere proceſſum contra Reum, & informationem ſumere. ib. p.72.
Denunciatio ſupplet vim accuſatoris, & vbi eſt neceſſaria accuſatio, regulariter ſufficit denunciatio iudicialis. ib. n.16. p. 72.
Denunciator priuatus an poſſit eſſe teſtis. q.8. art. 12. n.62. p.83.
Simplex denunciator qui non inſtat, nec petit, quod delinquens puniatur ſecundum exigentiam iuſtitia, non eſt actor verus, nec propriè fictus. ibid. nu. 63. p. 83.
Multiplex diuiſio denunciationis. qu.9. art.1. n.1. p.86.
Denunciationis materia poteſt eſſe quodlibet delictum. ib. p.86.
Quando iura antiqua diſtingunt triplicem modum procedendi. per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem, loquuntur de denunciatione Euangelica. ib. n.2. p.86.
Denunciatio Euangelica qua ſit. ib. p.86.
Denunciatio Iudicialis quomodo diſtinguitur ab accuſatione, vel inquiſitione. ib. p. 86.
Denunciatio ſumpta pro querela idem eſt ac accuſatio, ib. nu. 4. pag. 86.
Quomodo debent procedere Regulares in hoc iudicio. ibid pag. 86.
Qua ſit denunciatio ſimplex. ib. p. 86.
Modus procedendi ex denunciatione ſimplici, eſt modus procedendi ex officio, & per inquiſitionem. ib. p. 86.
Iudex ex ſimplici denunciatione poteſt inquirere de omni delicto ſiue publico, ſiue priuato, & occulto dummodo in Iudicio ſit probabile ſufficienter. ib. p.86.
Qua ſunt conditiones requiſitæ ad iuridicam denunciationem. ib. a. 2. n.8. p.86.
Qua debent exprimi in denunciatione, ad hoc vt ſit valida. ib. n.10. p.88.
In denunciatione quando deponens debet ferre iuramentum, quomodo hac debet enunciari à Notario. ib. nu. 11. p.88.
Qua debent obſeruari in denunciatione, antequam deponens recedat ab auditorio, & quid ſit faciendum ſi debeat interrumpi depoſitio. ib. nu.12. & 13 p. 88.
Iudex non debet procedere immediatè ad inquiſitionem ſpecialem, ſi denunciatio non contineat nomen, & cognomen denunciantis. ibid. nu. 14. pag. 88.
Poteſt tamen inquirere generaliter, maximè ſi delictum ſit graue, & ex eo immineat damnum tertio, & immineat aliquod periculum contra bonum commune. qu. 9. art. 2. nu. 14. p. 88.
Ex conſuetudine poſſunt concurrere, & cumulari accuſatio, denunciatio, & inquiſitio, in principio, medio, & fine Iudicij criminalis. p.88.
Idem poteſt eſſe accuſator, & denunciator. ib. n.16. pag. 89.
Denunciare an poſſint infames conſpiratores, inimici, &c. q. 9. ar. 3. n. 17. p. 89.
Regularibus licet denunciare iudicialiter alios Religioſos ſui ordinis Prælatis de quocumque delicto. ib. n.18. & 19. p.90.
Religioſus tenetur ad denunciandum quando ſecreta correctio non creditur profutura. ibid. n.20. pag. 90.
Similiter quando delicta tendunt in damnum boni communis, vel aliorum innocentium. ibidem p. 90.
Qua delicta ſint neceſſario denuncianda, & quæ non. ib. n.20. & 21. p. 90.
Subditi non tenentur denunciare delictum publicum, & non exceptum, niſi legitimè interroganti. ib. n. 22. p.90.
Et quando tenentur denunciare ibidem num. 23. p. 91.
Hæc obligatio denunciandi eſt ex charitate. ib. nu. 24. p.91.
Stante hac obligatione, ſi non denunciant, non tenentur reſtituere damna, niſi teneantur ex officio. ib. p. 91.
Ne tenentur illa denunciare, ſi imminet graue damnum denuncianti. ib. p.91.
Nec ſi delictum ſit ſibi reuelatum ſub ſecreto, vel cauſa petendi conſilium, aut remedium. ib. nu. 25. pag. 91.
Nec tenentur denunciare Aduocati, Procuratores, obſtretrices, Chirurgbi, maximè ſi non imminet damnum communitati, vel tertio innocenti. ib. p.91.
Denunciandus eſt delinquens, etiam ſi eius fama pereat. ib. p.91.
In Sancto officio Pater tenetur denunciare filium, & Filius Patrem, Frater Fratrem, & Vir Vxorem. ib p. 91.
Denuncians delicta excepta non debet præmittere correctionem fraternam, & præcipuè hoc verificatur de crimine Hereſis. qu.6. art.4. num. 26. pag.92.
Denuncians delicta priuata tenetur præmittere correctionem fraternam ſecundum multorum ſententiam. ib. n.27. p. 92.
Aliqui diſtinguunt denunciationem in Euangelicam, ciuilem, & iudicialem. ib. n.27. p.92.
Denunciatio ciuilis idem eſt ac Euangelica. ib n.28. pag.92.
Et quid ſit vtraque. ib. p.92.
Quando Sacr. Canon. dixerunt, quod correctio fraterna debet præcedere denunciationem, loquuntur de denunciatione Euangelica. ibidem num. 29. pag.93.
Qua debet obſeruare Iudex in denunciatione ſibi

facta. q.9. a.5. n.36. & 37. p.94.

Simplex denunciator non tenetur probare delictum denunciatum, ſed teſtes informatos proponere debet. ib. n.38. p.95.

Si falſum denunciat, debet puniri ad arbitrium Iudicis. ib. p.95.

Quando denunciatio habet requiſita, tenetur Iudex contra denunciatum procedere, niſi commune bonum aliud requirat. ib. n.39. p.95.

Publicus denunciator poteſt eſſe teſtis, ſecus verò denunciator voluntarius, & priuatus, ſaltem de iure poſitiuo. ib. n.40. p.95.

Denunciator in Euangelica denunciatione poteſt eſſe Teſtis correctionis iam factæ, & premiſſæ, eorum quæ denunciat. ib. n.40. p.95.

Iudex ex denunciatione Euangelica non poteſt punire denunciatum aliqua pœna, ad quam inferendum requiritur forma iudicij. ibid. num.41. pag. 95.

Debet tamen procedere ad aliquam pœnam ſalutarem, quæ pœna varijs exemplis explicatur etiam apud Regulares. ib. p.95.

Ex denunciatione, paterna, & euangelica alicuius grauis delicti poteſt Iudex deuenire ad inquiſitionem generalem, & ita ſibi parare viam ad ſpecialem. ib. p.95.

Denunciatio quando habet locum conteſtationis litis q.15. a.1. n.74.

Denuncians ex ſolo motiuo virtutis poteſt eſſe teſtis. q.29. a.1. n.15. p.412.

In Regularibus adſunt denunciatores voluntarij, & neceſſarij. ib. p.412.

Forma examinandi denunciantem delictum in viſitatione. P.c.1. n.10. p.415.

Forma incipiendi proceſſum per denunciationem, P. c.1. n. 19. & ſeq. p.449.

Forma examinandi denunciantem. P.1. num. 22. p. 449.

DIGNITAS.

Ad impetrandas dignitates recurrentes extra Ordinem Regulares puniuntur, & quomodo hoc crimen probetur. qu. 19. n. 41. & 42. pag. 274.

DILATIO.

Non eſt danda Reo ad reſpondendum. qu. 22. ar. 1. nu. 2. pag. 295.

Nec teſti. qu. 15. ar. 8. nu. 112. pag. 226.

Dilationibus non datis, an ſit ſententia nulla. q.25. ar. 4. num. 46. pag. 343.

Quot dilationes ſint dãdæ Reo. q.25. a.1. n.2. p.339

Dilatio intelligi debet vt continua. ib. ar.4. n.42. pag. 347.

Qualiter dilatio poſſit reuocari. ib. nu. 44. & 45. pag. 347.

DIVES.

Diuites nobiles qualiter minus puniantur. qu. 28. ar. 2. num. 56. pag. 409.

DOLVS.

Vbi dolus non eſt, non habet locum regulariter pœna legis q. 28. a. 1. n.1. p.397.

Quid intelligatur nomine doli. ib. p.398.

Quid ſit dolus verus, & dolus præſumptus. ib. n. 2. p.395.

Et quid dolus bonus, & malus. ib. n. 3. p.396

Quomodo dolus diſtinguatur à fraude. ib. n. 4. p. 396.

Dolus diſtinguitur à culpa. ib. n. 5. p.396.

In Iure dolus non diſtinguitur à malitia. ib. num.7. p.397.

Quando in foro externo non eſt dolus, nec malitia, pœna delictorum non habet locum. ibid. num. 8. pag. 397.

Vbi dolus ſolum eſt præſumptus delictum mitius punitur ib. n.9. p.397.

Vbi lex expreſſe dolum requirit, non ſufficit probare dolum per præſumptiones ad pœnam corporalem inferendam. ib. n.9. p.397.

Dolus præſumptus punitur mitiori pœna, quam dolus verus ib. n. 17. p.399.

Quomodo probetur dolus verus? ib. p.399.

Quæ ſunt præſumptiones non doli, & quæ doli, ib. n. 20. & 21. p.399.

DOMESTICVS.

Domeſtici, & familiares qui dicuntur, q.12. a.11. n.41. p. 123.

DOMINIVM.

Dominium eſt cauſa ſufficiens recuſandi Iudicem. q. 3. a. 6. n. 129. p.35.

DVBIVM.

Iudex in dubio non poteſt ferre ſententiam. q. 2. a.4. n. 34. p. 10.

Iudex quomodo ſe debet gerere in dubio Iuris. ib. n. 36. p. 10.

In dubio an aliquis ſit ſuperior, an teneatur ſubditus obedire. q.15. a. 8. n.96. p. 212.

In dubio ſemper præſumi debet pro non delicto, vel pro minori delicto. q.20. a.1. num.8. p. 270.

Iudex in dubio debet ſequi mitiorem partem q. 26. a.1. n.33. p.377.

In dubio non præſumitur dolus. q.28. a.1. n. 18. p. 399.

In dubio tranſactio iudicanda è valida. q. 22. a.1. n. 9. p. 295.

Iudex dubius an delictum ſit ita probatum, vt poſſit iuſtè Reum interrogare, & illum interrogat, an obliget ad reſpondendum q. 24. a. 1. num.6. p. 306.

Reus dubius de auctoritate Iudicis, an teneatur fatere veritatem. ib. n. 7. p.307.

Iudex in dubio facti, tenetur ſequi opinionem certam, vel quæ fauet Reo qu 2. art. 4. num. 35. pag. 10.

In dubijs ſemper accipi debet potius præſumptio, quæ excludit delictum & pœnam q.14. a.1. n.12. p. 174.

Si Præceptum Principis ſit dubium, an ſit licitum, vel illicitum, ſubditus illi obediens excuſatur à pœna q. 28. a. 2. n 46. p.406.

Digitized by Google

Examen fieri debet in loco ſecreto clauſis ianuis . q. 15. a.8. n.113. p. 226.
Examine facto coram Iudite non debet præſumi, quod Index permiſerit ſcribi falſum. q.15. a.10, 158. pag. 233.
Examinari debet vulneratus, & interrogari à quo fuit vulneratus, & quâ cauſa. q.20. a.1. n.11. pag. 270.
Reus dubitans, an indice interrogetur, an reſpondere teneatur . q. 23. ar. 1. nu. 6. 7. & 8.p.306.
Dubia confeſſio non ſufficit ad damnandum. qu. 23. ar. 3. num. 19. pag. 309.
Dubie deponens teſtis non probat .

DVRATIO IVRISDICTIONIS.

Iuriſdictio delegati quantum duret. qu. 2. art. 2. num. 19. pag. 7.

E.

EBRIVS EBRIETAS.

Ebrietas eſt cauſa minuendi pœnam . qu. 28. art. 2. num. 30. pag. 403.
Ebrius in aliquo caſu nulla pœna punitur de delicto in ebrietate commiſſo . ibid. pag. 403.
Quando ebrietas eſt culpa, ebrius aliqua pœna punitur . ibid.
In quo caſu ebrius puniendus ſit pœna ordinaria de delicto in ebrietate commiſſo. ib. nu. 31.p.403.
Ebrius provocatus ad delictum patrandum non punitur pœna ordinaria ib. num. 32. pag. 403.
Pariter dicta pœna non punitur, ſi malum non fuit præuiſum . ibid. pag. 403.
Quid requiratur ad hoc, vt malum ſeu damnum dicatur præuiſum. ibid. num. 33. pag. 403.
Ebrietas leuis non excuſat à pœna, vel ordinaria, vel mitiori . ibid. num. 33. pag. 403.
Quomodo probetur ebrietas . ib. n. 34. pag. 403.

EFFRACTOR.

Effractor carceris quomodo puniendus ſit. V. v. carcerum violatores.

ELECTIO.

Forma proteſtandi contra electionem alicuius, & appellandi ab electione . Praxis cap. 10. num. 128. pag. 487.

EPISCOPVS.

Epiſcopus in viſitatione generali, ſeu ſpeciali non eſt recuſandus, ſi procedat ſolum ad morum correctionem . q.3. a. 3. n. 38. p.20.
Epiſcopi ſuſpicio ob quam recuſatur Epiſcopus, dat legitimam cauſam recuſandi eius Vicarium . ibid. n.39. p.20.
Epiſcopi Vicarius,etiamſi ſit confirmatus à Pontifice, recuſari poteſt recuſato Epiſcopo . ibid. nu. 40. & 41. p.20.
Si Epiſcopus ſit ſuſpectus, Vicarij foranei recuſari poſſunt, ib.n.42. p.21.
Idem dicendum eſt de quocumque officiali Epiſcopi; qui in ſui iuriſdictione dependet ab Epiſcopo. ib. pag. 21.
Epiſcopi Vicarius non inſtitutus ab Epiſcopo, ſed à Pontifice recuſari non poteſt ex eo quod Epiſcopus ſit ſuſpectus . ib.n.43. p.21.
Epiſcopi familiaris, ſi ſit ſub poteſtate eius, recuſari poteſt recuſato Epiſcopo. ib.n.44. p.21.
Epiſcopi Vicarius ex eo quod ſit ſuſpectus,non recuſandus eſt Epiſcopus, niſi cauſa recuſandi Vicarium eadem ſit Epiſcopo . ib. n. 46. p.21
Quid dicendum ſit de alijs iudicibus ordinarijs Eccleſiaſticis . ib.n.47. p.21.
Epiſcopus, aut Prælatus in cauſis propriæ Eccleſiæ poteſt recuſari . q.3. a.6. n.118. p.33.
Epiſcopus ſi cum ſuis Clericis litiget, & ipſe ſit Actor, vel Reus, quid agendum ſit . ib.p.33.
Epiſcopus ſi illi moueatur lis ſuper iuribus ſpectantibus ad ſuam menſam, vel ſuper alijs rebus, quæ illum concernunt, non debet ſe intromittere . ib. p.33.
Si Iudex ſit Epiſcopi conſanguineus, & cauſa de qua eſt lis ſit Eccleſiæ eiuſdem Epiſcopi, poteſt recuſari . ib.n.119. p.33.
Epiſcopus an poſſit carcerari . V. Carcer .
Epiſcopus an poſſit torqueri.q.26.ar.4. n.68.p.384.
Proceſſu facto ab Epiſcopo an & quomodo vti poſſit Superior Regularis. V. Examen Teſtium .

EPISTOLA.

Quomodo procedendum,quando quis denunciat per litteras . Prax. c. 1. num. 24. pag. 449.
Forma procedendi contra delinquentem per litteras ibid. num. 28. pag. 450.
Forma recognitionis literarum . ib. nu. 29. p. 450.

ERROR.

Erronea confeſſio . V. v. Confeſſio erronea .
An Iudex poſſit ſententiam erroneam reuocare . qu. 29. ar. 4. num. 70. & 71. pag. 428.

EXAMEN REI.

V. Examen Teſtium .
Quæ obſeruanda ſint à Iudice circa interrogationem Rei, qu. 23. a. 1. nu. 1.& ſeqq. pag 295.
Reus examinari debet extra carceres.ib.n.2.p.295.
Et admoneri debet de ſanctitate iuramenti, & ſcelere periurij . ibid. num. 3. pag. 295.
Et in quolibet conſtituto debet ei dari iuramentum de veritate dicenda . ibid. num. 4. pag. 295.
Et illum examinare debet ſaltem in triduo poſt carcerationem. ibid. num. 5. pag. 295.
Debetquè Reum, & teſtes clare interrogare . ibid. num. 6. pag. 295.
Nec debet concedere illi dilationem temporis ad reſpondendum . ibid. num. 7. pag. 295.
Quid agendum ſit, ſi Reus recuſat reſpondere affirmatiuè, vel negatiuè . ibid. nu. 8 pag. 295.
Qua cautela vti poterit Iudex, ſi Reus veritatem nollit fateri . ibid. num. 9. pag. 295.

Non

Non danda eſt occaſio Reo immodeſte loquendi, aut conuiciandi. ib. nu. 10. pag. 295.
Nec promittenda eſt Reo impunitas, ſeu plena liberatio ad extrahendam veritatem. ib. nu. 11. pag. 295.
Quomodo Iudex non debeat Reum interrogare de non pertinentibus ad cauſam. ibidem. num. 12. pag. 296.
Quando Reus incipit fateri veritatem non debet impediri. ibid. num. 13. pag. 296.
In actis recipienda ſunt ea, quæ Reus depoſuit contra ſe, & etiam ad ſui fauorem. ibid. num. 14. pag. 296.
Interrogatoria fieri debent in idiomate cognito à Reo. ibid. nu. 15. pag. 296.
Et in actis ponenda ſunt reſponſiones ſecundum verba præciſè prolata à Reo. ibidem. num. 15. pag. 296.
Quod tutius ſeruari debet etiam apud Regulares. ibid. num. 15. pag. 296.
Et omnia per extenſum ſcribenda ſunt à Notario, etiam ſi plures teſtes idem dicant. ibid. num. 16. pag. 296.
Examen Rei poteſt fieri coram aliquibus honeſtis viris, P. c. 6. num. 139 pag. 469.
Quæ obſeruanda in examine Rei. P. c. 6. nu. 141. pag. 469.
Forma examinis Rei ſponte confitentis. P. c. 6. num. 142. pag. 469.
Iudex tenetur audito Reo per prudentes interrogationes curare vt factum perfecte explicetur. ib.
Forma examinis Rei ſuſpecti de confeſſione veritatis. cap. 6. num. 143. pag. 470.
Forma ſecundi conſtituti eiuſdem Rei. c. 6. n. 149. pag 472.
Forma Confrontationis, & recognitionis ipſius Rei. num. 150. pag. 472.
Forma recognoſcendi Reum, quando teſtis illum cognoſcit tantum de viſu. nu. 152. pag. 473.
Forma recognitionis Rei negantis ſe eſſe illum, qui vere eſt. num. 153. pag. 474.
Forma compellendi Reum ad reſpondendum præciſe, affirmatiue, vel negatiue. n. 155. pag. 474.
Qualiter Reus negans identitatem perſonæ poſſit, vel non poſſit puniri. ib. num. 154. pag. 474.
Forma recognitionis domus, ſeu Cellæ ipſius Rei. P. c. 6. num. 140. pag. 469.
Forma recognitionis Rei. cap. 6. numer. 153. pag. 474.

EXAMEN TESTIVM.

Teſtis examinari debet à Iudice competente. qu. 15. art. 1. num. 1. pag. 202.
Quis ſit Iudex competens. ibid. n. 1. p. 202.
Teſtis non neceſſario eſt ſubditus Iudici. ib. n. 2. pag. 202.
Iudex competens eſt, qui habet iuriſdictionem in cauſa. ibid. num. 2. pag. 202.
Examen teſtium fieri debet coram Iudice competente. ibid. num. 3. pag. 202.
Eccleſiaſticus puniri non poteſt ex vi proceſſus fabricati coram laico. ibid. num. 4. pag. 202.
Etiam ſi confeſſus fuerit delictum. ib. n. 5. p. 202.
Pariter non poteſt quis damnari ex vi proceſſus fabricati coram alio Iudice diuerſo, & non ſubordinato. qu. 15. num. 6. pag. 203.
Iudex competens non poteſt damnare Reum, niſi confeſſum, ſeu conuictum in ſuo iudicio. ibid. num. 7. pag. 203.
Prælatus Regularis non poteſt damnare ſuum ſubditum ex vi proceſſus fabricati ab Epiſcopo. ibid. num. 8. pag. 203.
Confeſſio ſpontanea facta coram Iudice incompetente eſt indicium ad torturam coram Iudice competente. ibid. num. 9. pag. 203.
Si vero ſit extorta per vim, & torturam, adhuc non facit indicium. ibid. num. 9. pag. 203.
Quomodo confeſſio reuocata per confitentem non indiciat ad torturam ibid. num. 10. pag. 204.
Confeſſio facta coram Iudice incompetente facit indicium ad ſpecialem Inquiſitionem. ib. num. 11. pag. 204.
Quomodo Iudex competens debet interrogare Reum ex vi proceſſus fabricati à Iudice incompetenta. ibid. num 12. pag. 204.
Opiniones variæ. ibid num. 12. pag. 204.
Caput. Etſi Clerici. ibid. nu. 13. pag. 204.
Ponitur punctum difficultatis. ib. nu. 14. pag. 205.
Iudex competens iudicialiter eſt certus de depoſitionibus teſtium factis coram Iudice incompetente, ſi proceſſus redactus ſit apud acta Iudicis competentis, & ab illo acceptatus. qu. 25. ar. 1. nu. 15. pag. 215.
Sufficienter inchoatur nouus proceſſus, ex hoc quod reponitur apud acta Iudicis competentis. ibidem. num. 16. pag. 205.
Teſtes examinatos coram Iudice incompetente non probare eſt iuris ſolemnitas. ib. nu. 17. p. 205.
Ad quam non tenentur, qui procedunt ſola rei veritate inſpecta. ibid. num. 17. pag. 205.
Ordinarius loci eſt Iudex competens illorum, qui delinquunt in ſuo territorio, etiam ſi ſint de alieno territorio. ibid. num. 18. pag. 206.
Prælatus Regularis punire poteſt hoſpites, ſi delinquant in ſuo Conuentu, vel loco, vbi eſt Conuentus. qu. 25. ar. 1. num. 18. pag. 206.
Et Viſitator Monaſterij deputatus ad vniuerſitatem cauſarum. ibid. num. 13. pag 205.
Iudex examinans teſtes debet eſſe competens. ibid. num. 19. pag. 206.
Et debet illos examinare per ſe ipſum, vt in plurimum. ibid. num. 19. pag. 206.
Plures caſus in quibus Iudex poteſt examinare teſtes per alium. ibid. num. 19. pag. 2 6.
Iudex duplici via facere poteſt, vt teſtes examinentur legitimè, quando per ipſum non poteſt illos examinare. ibid. num. 19. pag. 206.
Explicatur hæc via. ibid. nu. 19. pag. 206.
Monaſteria exempta non ſunt de territoria Epiſcopi, licet ſint intra eius territorium. ibid. nu. 19. pag. 206.
Iudices laici non poſſunt examinare teſtes in Eccleſijs. ibid. num. 22. pag. 206.
Si tamen examinarent de facto, examen non eſſe nullum. ibid. num. 22. pag. 206.

Eccleſiaſtici Iudices examinare poſſunt in Eccleſijs. qu. 15. a. 1. num. 22. pag. 206.
In commiſſionibus, & remiſſorijs præfigitur tempus. qu. 15. ar. 1. num. 23. pag. 206.
Iudex tenetur committere examen, quando per ſe ipſum illud facere non poteſt. ibidem. num. 24. pag. 207.
Delegatus à Supremo Principe vt Iudex poteſt ſubdelegare. ibid. num 25. pag. 207.
Si vero ſit delegatus vt executor, ſubdelegare non poteſt. ibid. num. 25. pag. 207.
Delegatus ab inferiori Iudice non poteſt ſubdelegare. qu 15. a. 1. num. 25. pag. 207.
Opiniones variæ. ibid. num. 25. pag. 207.
Delegatus etiam de conſenſu partium ſubdelegare non poteſt. ibid. num. 26. pag. 207.
Licet partes poſſint conuenire, ſe velle ſtare dictis teſtium. ibid. num. 26. pag. 207.
Quod non verificatur in criminalibus. ibid. nu. 26. pag. 207.
In Regularibus Generalis per totum ordinem, & Prouincialis intra Prouinciam poſſunt committere examen teſtium. ibid. nu. 27. pag. 207.
Commiſſarij vero delegati non poſſunt illud ſubdelegare. ibid. num. 27. pag. 207.
Citanda eſt pars ante examen teſtium, vel monenda per Iudicem q. 15 a. 2. num. 28. pag. 207.
Teſtes examinati ſine dicta citatione, ſeu monitione nihil probant. ibid. num. 28. pag. 207.
Ad dictam citationem non tenentur Iudices regulares. ibid. num 29. pag. 208.
Iudex non poteſt deuenire ad torturam, & ſententiam non citata parte. q. 15. a. 2. nu. 29. p. 208.
Poteſt tamen deuenire ad capturam, & interogationem Rei. ibid. num. 29. pag. 208.
Quomodo ſe debeat gerere Iudex, antequam deueniat ad torturam Rei. q. 15. a. 2. nu. 30. p. 208.
Reus poteſt petere, vt teſtes repetantur. ibid. nu. 30. pag. 208.
Quod ſeruari debet apud regulares, ibid. num. 30. pag. 208.
Apud Regulares Reus poteſt excipere contra perſonas, & dicta teſtium. ibid. nu. 31. pag. 208.
Teſtes examinari parte citata eſt apex iuris, ad quem non tenentur regulares. ibidem. num. 31. pag. 208.
Teſtes non debent examinari in turba. ibid. nu. 32.
Plures caſus in quibus teſtes examinati non citata parte probant, & ſeq. ibid. nu. 33. pag. 208.
Quomodo Iudex teneatur admittere omnes teſtes inductos ab accuſatore. q. 15. ar. 6. nu. 85. p. 219.
Plures caſus in quibus Iudex reijcere poteſt teſtes inhabiles, etiam parte aduerſa illos admittente. ibid. num. 86. pag. 219.
Iudex procedens ex officio examinare poteſt teſtes non inductos ab accuſatore. ib. num. 87. p. 220.
Iudices Regulares non tenentur examinare omnes teſtes ab accuſatore inductos. ibid. n. 88. p. 220.
Teſtis relatiuè reſpondens multipliciter admittitur. q. 15. ar. 7. nu. 89. pag. 220.
Se remittens ad primum examen non permittitur illud iterum legere in multis caſibus. ibid. n. 90. pag. 220.
Imò permittitur in criminalibus, & quando. ibid. num. 91. pag. 220.
Item quando primum eſt nullum, & tunc teſtis iterum examinatur per extenſum, eius dictis à Notario deſcriptis. ibid. num. 92. pag. 221.
Item ad declarationem primi dicti, & tunc propria voce debet deponere, & maximè in criminalibus. Nam fides data in ſcriptis non facit fidem, licet benè præſumptionem. ib num. 93.
In examine teſtium conſideret Iudex an in actis habeat ſufficientem notitiam ad inquirendum ex præcedenti infamia, accuſatione, vel denunciatione, & qeomodo procedendum in inquiſitione delicti, & delinquentis. q 15. a. 8. n. 94. p. 221.
Teſtis admoneatur de religione iuramenti, at inquirendus de nomine, cognomine, patria, habitatione, profeſſione, &c. ib. n. 95. pag. 222.
Certiorandus quod legitimè interrogetur; nam ſub hoc dubio non tenetur reſpondere: contrarium tamen probabilius nunc videtur, cum proceſſus incipit per viam denunciationis, & inquiſitionis, circa quem aliqua dubia reſoluuntur. ibid. num. 96. pag 222.
Quomodo, & quando teſtis teneantur reſpondere Iudici interroganti. ibid. num. 97. pag 223.
Opiniones variæ, ibid. num 97. pag. 223.
Teſtis vnicus poteſt deponere in iudicio. q. 15. ar. 8. num. 98. pag. 223.
Et probat ſemiplenè, ſi ſit omni exceptione maior. ibid. num 99. pag. 223.
Teſtis non poteſt eſſe dubius negatiuè, an Iudex legitimè interroget. ib. num. 99. pag. 223.
Teſtis tenetur reſpondere Iudici iudicialiter interroganti, etiam non promiſſa correctione fraterna. ibid. num. 100. pag. 223.
Quid dicendum ſit, ſi ipſi teſti imminet graue damnum ex depoſitione delicti. ib. n. 100. p. 223.
Teſtis interrogatus ordine iuris non ſeruato non tenetur teſtificari. ibid. num. 101 pag. 224.
Quomodo dicatur interrogari teſtis ordine iuris non ſeruato. q. 15. ar. 8. num. 101. pag. 224.
Teſtis non tenetur manifeſtare id, quod habet ſub ſecreto, niſi vrgeat neceſſitas boni communis, aut tertij innocentis. ibid. num 102. pag. 224.
Quando teſtis non tenetur manifeſtare veritatem poteſt vti æquiuocationibus, & amphibologijs, non tamen mentiri. ibid. num. 103. pag. 224.
Si in depoſitione delicti reueletur turpitudo ipſius teſtis, non poteſt interrogari. ibid. n. 104. p. 224.
Limitationes. ibid. & ſeqq. num. 104. pag. 224.
An Iudici interroganti ex officio teneatur teſtis reſpondere etiam de proprio crimine. ibid. nu. 105.
Quid dicendum ſit, ſi teſtis ſit ſocius criminis, & non ſubditus Iudici. ibid. num. 105. pag. 225.
Si teſtis fateatur proprium delictum illi creditur in ſui præiudicium. ib. num. 106. pag. 225.
Tenetur etiam reſpondere, quando non interrogatur de crimine. num. 106. pag. 225.
Et neceſſario debet interrogari de circumſtantijs. ibid. num. 107. pag. 225.
Teſtes neceſſario examinari debent ſeparatim. ibid. num. 108. pag. 225.
Et ſi Iudex ſuſpicetur, quod deponant falſum, poteſt differ-

diſerre examen . ibid. num. 109. pag. 225.
Et debet cauere à peruerſis interrogationibus , ibid. num. 110. pag. 226.
Et debet interrogare teſtes de cauſa ſcientiæ . ibid. num. 110. pag. 226.
Nec poteſt examinare Clericos , & Religioſos ſine licentia ſui ſuperioris. ibid. n. 111. p. 225.
Nec debet permittere quod teſtes relatiue reſpondeant. ibid. num. 111. pag. 226.
Quomodo Iudex non debeat permittere teſti dilationem ad reſpondendum . ib. n. 112. pag. 226.
Quo in loco debeat fieri examen , & quomodo . ibid. num. 113. pag. 226.

EXAMINIS TESTIVM REPETITIO.

Teſtes examinati non citato Reo ſunt iterum examinandi citato Reo . qu. 25. a. 5. nu. 47. pag. 348.
Citandus eſt Reus ad repetendos teſtes , ib. num. 48. pag. 348.
Repetitio teſtium eſt facienda poſt completum proceſſum . ib. nu. 49. p. 348.
Repetitio datur poſt publicatas atteſtationes, & copiam actorum . ib. n. 50. p. 348.
Viſa copia poteſt Reus repetitionem petere . ib. nu. 51. p. 348.
Super interrogatorijs datis à Reo teſtes ſunt examinandi . ib. n. 52. p. 348.
Interrogatoria debent admitti, quæ concernunt depoſitiones teſtium . ib. n. 53. p. 349.
Duplex eſt regula ſuper interrogatoria . ib. nu. 54. p. 349.
Prius examinari debent teſtes ſuper interrogatorijs quam ſuper depoſitionibus . ib. n. 55. p. 349.
Repetitio teſtium debet fieri per Iudicem . ib. n 56. p. 349.
Teſtis ſuſpectus de falſo non poteſt ſe referre ad primum examen . ib. n. 57. p. 349.
Ordo ſeruandus in examine . ib. n. 57. p. 349.
Teſtes poſt ſententiã non repetuntur. ib. n. 58. p. 349.
Teſtis citatus non comparens redditur ſuſpectus. ib. n. 59. p. 350.
Diuerſi ſunt modi , in quibus non eſt opus repetitione . ib n. 60. p. 350.
Repetitio teſtium citata parte , licet non ſit de ſubſtantia probationis, eſt tamen iuris apex. ib. num. 61. p. 350.
In iudicio Regularium ſufficit examinaſſe teſtes ſub iuramento . ib. n. 62. p. 350.
Remiſſoria nec fiſco, nec inſtigatori conceditur , niſi de conſenſu Rei. Et à quo fieri debeant expenſæ commiſſionis . ibid. nu. 63. pag. 350.

EXAMEN TESTIVM TEMPVS.

Quando teſtes dicantur examinati tempore non debito . qu. 15. a. 5. n. 73. p. 217.
Teſtes examinati ante litis conteſtationem in iudicio regulari probant . ib. n. 74. p. 218.
Quomodo poſſunt examinari teſtes ante litis conteſtationem . ib. n. 75. p. 218.
Et quomodo probare poſſunt teſtes examinati ad futuram rei memoriam , & lite non conteſtata , ib. n. 76. & 77. p. 218.
Teſtes examinati poſt terminum datum ad probandum , non probant . ib. n. 78. p. 218.
Quod non valet in iudicio Regulari . ib. num. 79. p. 218.
Huiuſmodi teſtes examinati poſt lapſum tempus præſumptionem faciunt in quocumque iudicio . ibid. n. 80. p. 219.
In criminalibus teſtes examinari poſſunt poſt concluſionem in cauſa . ib. n. 81. p. 219.
Et poſt publicationem proceſſus . ib. nu. 82. p. 219.
Quomodo probet teſtis examinatus in articulo mortis . ib. n. 83. p. 219.
Et quomodo die feriato , & feſtiuo teſtes examinari poſſunt . ib. n. 84. p. 219.
Duplex eſt publicatio proceſſus . ib. nu. 34. p. 345.
Noui teſtes nequeunt produci publicatis atteſtationibus. ibid. num. 35. pag. 345.
Diſtinctio inter teſtes examinatos ad offenſam Rei, & ad diſenſam . ibid. num. 36. pag. 346.
Poſt publicationem in examinandis teſtibus ad offenſam, ceſſet omne periculum ſubornationis. ib. num. 37. pag. 346.
Iudex poſt publicationem , quando articuli ſunt releuantes debet admittere nouos teſtes . ibidem . num. 38. pag. 346.
Ad defenſam Rei in multis caſibus admittitur examen in ciuilibus æque , ac in criminalibus . ibid. num. 39. pag. 346.
Iudex tenetur recipere articulos adductos à Reo ad ſui defenſionem . ibid. num. 40. pag. 346.
Certum eſt , poſt publicationem proceſſus offenſiui Reum poſſe inducere teſtes. ib. n. 41. pag. 347.
Qui dat copiam proceſſus, debet dare terminum ſufficientem . ibid. num. 42. pag. 347.
Multiplex eſt caſus , quo Iudex poteſt ad vlteriora procedere pendente termino . ib n. 43. pag. 347.
Iudex poteſt abbreuiare terminum legalem. ibidem. num. 43. pag. 347.
Iudex non poteſt reuocare dilationem. ibid. nu. 44. pag. 347.
Ad inſtantiam Rei admittitur reuocatio dilationis . ibid. num. 45. pag. 347.
Proceſſus factus pendente termino eſt nullus . ibid. num. 46. pag. 348.

EXCIPERE, EXCEPTIO.

Multæ exceptiones peremptoriæ non retardant litem , præcipuè in iudicio ſummario . q. 22. a. 1. n. 1. p. 292.
Plures exceptiones peremptoriæ dantur , quæ opponi poſſunt ante litis conteſtationem , & oppiſita illam impediunt. ib. p. 292.
Prima exceptio declinatoria quid ſit , & quomodo opponi poſſit. ib. n. 2. p. 292.
Qui ſint eius effectus , & quomodo reddant proceſſum nullum. ib. p. 292.
In quo caſu proceſſus ſit validus non obſtante tali exceptione. ib. n. 3. p. 292.
Ad quam Iudicem ſpectat videre de valore illius exceptionis . ib. n. 4. p. 292.
Secunda exceptio eſt liquidationis perſonæ actoris . ib d. num. 5. p. 293.

Quan-

Eccleſiaſtici Iudices examinare poſſunt in Eccleſijs. qu. 15. a. 1. num. 22. pag. 206.

In commiſſionibus, & remiſſorijs præfigitur tempus. qu. 15. ar. 1. num. 23. pag. 206.

Iudex tenetur committere examen, quando per ſe ipſum illud facere non poteſt. ibidem. num. 24. pag. 207.

Delegatus à Supremo Principe vt Iudex poteſt ſubdelegare. ibid. num 25. pag. 207.

Si vero ſit delegatus vt executor, ſubdelegare non poteſt. ibid. num. 25. pag. 207.

Delegatus ab inferiori Iudice non poteſt ſubdelegare. qu 15. a. 1. num. 25. pag. 207.

Opiniones variæ. ibid. num. 25. pag. 207.

Delegatus etiam de conſenſu partium ſubdelegare non poteſt. ibid. num. 26. pag. 207.

Licet partes poſſint conuenire, ſe velle ſtare dictis teſtium. ibid. num. 26. pag. 207.

Quod non verificatur in criminalibus. ibid. nu. 26. pag. 207.

In Regularibus Generalis per totum ordinem, & Prouincialis intra Prouinciam poſſunt committere examen teſtium. ibid. nu. 27. pag. 207.

Commiſſarij vero delegati non poſſunt illud ſubdelegare. ibid. num. 27. pag. 207.

Citanda eſt pars ante examen teſtium, vel monenda per Iudicem q. 15 a. 2. num. 28. pag. 207.

Teſtes examinati ſine dicta citatione, ſeu monitione nihil probant. ibid. num. 28. pag. 207.

Ad dictam citationem non tenentur Iudices regulares. ibid. num. 29. pag. 208.

Iudex non poteſt deuenire ad torturam, & ſententiam non citata parte. q. 15. a. 2. nu. 29. p. 208.

Poteſt tamen deuenire ad capturam, & interogationem Rei. ibid. num. 29. pag. 208.

Quomodo ſe debeat gerere Iudex, antequam deueniat ad torturam Rei. q. 15. a. 2. nu. 30. p. 208.

Reus poteſt petere, vt teſtes repetantur. ibid. nu. 30. pag. 208.

Quod ſeruari debet apud regulares. ibid. num. 30. pag. 208.

Apud Regulares Reus poteſt excipere contra perſonas, & dicta teſtium. ibid. nu. 31. pag. 208.

Teſtes examinari parte citata eſt apex iuris, ad quem non tenentur regulares. ibidem. num. 31. pag. 208.

Teſtes non debent examinari in turba. ibid. nu. 32.

Plures caſus in quibus teſtes examinati non citata parte probant, & ſeq. ibid. nu. 33. pag. 208.

Quomodo Iudex teneatur admittere omnes teſtes inductos ab accuſatore. q. 15. ar. 6. nu. 85. p. 219.

Plures caſus in quibus Iudex reijcere poteſt teſtes inhabiles, etiam parte aduerſa illos admittente. ibid. num. 86. pag. 219.

Iudex procedens ex officio examinare poteſt teſtes non inductos ab accuſatore. ib. num. 87. p. 220.

Iudices Regulares non tenetur examinare omnes teſtes ab accuſatore inductos. ibid. n. 88. p. 220.

Teſtis relatiuè reſpondens multipliciter admittitur. q. 15. ar. 7. nu. 89. pag. 220.

Se remittens ad primum examen non permittitur illud iterum legere in multis caſibus. ibid. n. 90. pag. 220.

Imò permittitur in criminalibus, & quando. ibid. num. 91. pag. 220.

Item quando primum eſt nullum, & tunc teſtis iterum examinatur per extenſum, eius dictis à Notario deſcriptis. ibid. num. 92. pag. 221.

Item ad declarationem primi dicti, & tunc propria voce debet deponere, & maximè in criminalibus. Nam fides data in ſcriptis non facit fidem, licet benè præſumptionem. ib num. 93.

In examine teſtium conſideret Iudex an in actis habeat ſufficientem notitiam ad inquirendum ex præcedenti infamia, accuſatione, vel denunciatione, & qeomodo procedendum in inquiſitione delicti, & delinquentis. q 15. a. 8. n. 94. p. 221.

Teſtis admoneatur de religione iuramenti, ac inquirendus de nomine, cognomine, patria, habitatione, profeſſione, &c. ib. n. 95. pag. 222.

Certiorandus quod legitimè interrogetur; nam ſub hoc dubio non tenetur reſpondere: contrarium tamen probabilius nunc videtur, cum proceſſus incipit per viam denunciationis, & inquiſitionis, circa quem aliqua dubia reſoluuntur. ibid. num. 96. pag 222.

Quomodo, & quando teſtis teneantur reſpondere Iudici interroganti. ibid. num. 97. pag 223.

Opiniones variæ. ibid. num 97. pag. 223.

Teſtis vnicus poteſt deponere in iudicio. q. 15. ar. 8. num. 98. pag. 223.

Et probat ſemiplenè, ſi ſit omni exceptione maior. ibid. num. 99. pag. 223.

Teſtis non poteſt eſſe dubius negatiuè, an Iudex legitimè interroget. ib. num. 99. pag. 223.

Teſtis tenetur reſpondere Iudici iudicialiter interroganti, etiam non promiſſa correctione fraterna. ibid. num. 100. pag. 223.

Quid dicendum ſit, ſi ipſi teſti imminet graue damnum ex depoſitione delicti. ib. n. 100. p. 223.

Teſtis interrogatus ordine iuris non ſeruato non tenetur teſtificari, ibid num. 101. pag. 224.

Quomodo dicatur interrogari teſtis ordine iuris non ſeruato. q. 15. ar. 8. num. 101. pag. 224.

Teſtis non tenetur manifeſtare id, quod habet ſub ſecreto, niſi vrgeat neceſſitas boni communis, aut tertij innocentis. ibid. num 102. pag. 224.

Quando teſtis non tenetur manifeſtare veritatem poteſt vti æquiuocationibus, & amphibologijs, non tamen mentiri. ibid. num. 103. pag. 224.

Si in depoſitione delicti reueletur turpitudo ipſius teſtis, non poteſt interrogari ibid. n. 104. p. 224.

Limitationes. ibid. & ſeqq. num. 104. pag. 224.

An Iudici interroganti ex officio teneatur teſtis reſpondere etiam de proprio crimine. ibid. nu. 105.

Quid dicendum ſit, ſi teſtis ſit ſocius criminis, & non ſubditus Iudici. ibid. num. 105. pag. 225.

Si teſtis fateatur proprium delictum illi creditur in ſui præiudicium. ib. num. 106. pag. 225.

Tenetur etiam reſpondere, quando non interrogatur de crimine. num. 106. pag. 225.

Et neceſſario debet interrogari de circumſtantijs. ibid. num. 107. pag. 225.

Teſtes neceſſario examinari debent ſeparatim. ibid. num. 108. pag. 225.

Et ſi Iudex ſuſpicetur, quod deponant falſum, poteſt

difer-

486

diſerre examen . ibid. num. 109. pag. 225.

Et debet cauere à peruerſis interrogationibus , ibid. num. 110. pag. 226.

Et debet interrogare teſtes de cauſa ſcientiæ . ibid. num. 110. pag. 226.

Nec poteſt examinare Clericos , & Religioſos ſine licentia ſui ſuperioris, ibid. n. 111. p.225.

Nec debet permittere quod teſtes relatiue reſpondeant. ibid. num. 111. pag. 226.

Quomodo Iudex non debeat permittere teſti dilationem ad reſpondendum . ib. n. 112. pag. 226.

Quo in loco debeat fieri examen , & quomodo. ibid. num. 113. pag. 226.

EXAMINIS TESTIVM REPETITIO.

Teſtes examinati non citato Reo ſunt iterum examinandi citato Reo . qu.25. a.5. nu.47. pag.348.

Citandus eſt Reus ad repetendos teſtes , ib. num.48. pag.348.

Repetitio teſtium eſt facienda poſt completum proceſſum . ib. nu.49. p.348.

Repetitio datur poſt publicatas atteſtationes, & copiam actorum . ib. n. 50. p.348.

Viſa copia poteſt Reus repetitionem petere . ib. nu. 51. p.348.

Super interrogatorijs datis à Reo teſtes ſunt examinandi . ib.n.52. p.348.

Interrogatoria debent admitti, quæ concernunt depoſitiones teſtium . ib. n. 53. p.349.

Duplex eſt regula ſuper interrogatoria . ib. nu.54. p.349.

Prius examinari debent teſtes ſuper interrogatorijs quam ſuper depoſitionibus . ib. n.55. p.349.

Repetitio teſtium debet fieri per Iudicem . ib. n.56. p.349.

Teſtis ſuſpectus de falſo non poteſt ſe referre ad primum examen . ib.n.57. p.349.

Ordo ſeruandus in examine . ib.n.57. p.349.

Teſtes poſt ſententiã non repetuntur. ib.n.58. p.349.

Teſtis citatus non comparens redditur ſuſpectus. ib. n.59. p.350.

Diuerſi ſunt modi , in quibus non eſt opus repetitione . ib n. 60. p.350.

Repetitio teſtium citata parte , licet non ſit de ſubſtantia probationis, eſt tamen iuris apex. ib. num. 61. p.350.

In iuditio Regularium ſufficit examinaſſe teſtes ſub iuramento . ib. n.62. p.350.

Remiſſoria nec fiſco, nec inſtigatori conceditur , niſi de conſenſu Rei. Et à quo fieri debeant expenſæ commiſſionis . ibid. nu. 63. pag. 350.

EXAMEN TESTIVM TEMPVS.

Quando teſtes dicantur examinati tempore non debito . qu.15. a.5. n.73. p.217.

Teſtes examinati ante litis conteſtationem in iudicio regulari probant . ib.n.74. p.218.

Quomodo poſſunt examinari teſtes ante litis conteſtationem . ib.n.75. p.218.

Et quomodo probare poſſunt teſtes examinati ad futuram rei memoriam , & lite non conteſtata , ib. n.76. & 77. p.218.

Teſtes examinati poſt terminum datum ad probandum , non probant . ib.n.78. p.218.

Quod non valet in iudicio Regulari . ib. num. 79. p.218.

Huiuſmodi teſtes examinati poſt lapſum tempus præſumptionem faciunt in quocumque iudicio . ibid. n.80. p.219.

In criminalibus teſtes examinari poſſunt poſt concluſionem in cauſa . ib.n.81. p. 219.

Et poſt publicationem proceſſus . ib. nu.82. p.219.

Quomodo probet teſtis examinatus in articulo mortis . ib. n.83. p.219.

Et quomodo die feriato , & feſtiuo teſtes examinari poſſunt . ib.n.84. p.219.

Duplex eſt publicatio proceſſus . ib. nu. 34. p.345.

Noui teſtes nequeunt produci publicatis atteſtationibus. ibid. num. 35. pag. 345.

Diſtinctio inter teſtes examinatos ad offenſam Rei, & ad difenſam . ibid. num. 36. pag. 346.

Poſt publicationem in examinandis teſtibus ad offenſam, ceſſet omne periculum ſubornationis. ib. num. 37. pag. 346.

Iudex poſt publicationem , quando articuli ſunt releuantes debet admittere nouos teſtes . ibidem . num. 38. pag. 346.

Ad defenſam Rei in multis caſibus admittitur examen in ciuilibus æque , ac in criminalibus . ibid. num. 39. pag. 346.

Iudex tenetur recipere articulos adductos à Reo ad ſui defenſionem . ibid. num. 40. pag. 346.

Certum eſt , poſt publicationem proceſſus offenſiui Reum poſſe inducere teſtes. ib. n. 41. pag. 347.

Qui dat copiam proceſſus, debet dare terminum ſufficientem . ibid. num. 42. pag. 347.

Multiplex eſt caſus , quo Iudex poteſt ad vlteriora procedere pendente termino . ib n. 43. pag. 347.

Iudex poteſt abbreuiare terminum legalem. ibidem. num. 43. pag. 347.

Iudex non poteſt reuocare dilationem. ibid. nu.44. pag. 347.

Ad inſtantiam Rei admittitur reuocatio delationis . ibid. num. 45. pag. 347.

Proceſſus factus pendente termino eſt nullus . ibid. num. 46. pag. 348.

EXCIPERE, EXCEPTIO.

Multæ exceptiones peremptoriæ non retardant litem , præcipuè in iudicio ſummario . q. 22. a. 1. n. 1. p. 292.

Plures exceptiones peremptoriæ dantur , quæ opponi poſſunt ante litis conteſtationem , & oppiſitæ illam impediunt. ib. p.292.

Prima exceptio declinatoria quid ſit , & quomodo opponi poſſit. ib. n. 2. p. 292.

Qui ſint eius effectus , & quomodo reddant proceſſum nullum. ib. p.292.

In quo caſu proceſſus ſit validus non obſtante tali exceptione. ib. n. 3. p.292.

Ad quam Iudicem ſpectat videre de valore illius exceptionis . ib. n. 4. p. 292.

Secunda exceptio eſt liquidationis perſonæ actoris . ib d. num.5. p.293.

Quan-

Quando ſi hæc exceptio opponatur reddit proceſſum inualidum, & quando validum. q.21.a.1. nu.7. pag. 293.
Tertia exceptio quæ poteſt opponi ante litis conteſtationem, eſt exceptio Rei iudicatæ. ib. n. 8. p. 293.
Quid requiratur ad hoc vt talis exceptio ſit valida. qu. 21. nu. 8. pag. 293.
Quinta exceptio eſt Rei tranſactæ, & quid requiratur ad eius valorem. ib. n. 69. p. 293.
Ad hanc exceptionem reducitur pactum de non agendo in iudicio, vel de non petendo, & maxime ſi hoc pactum ſit iuratum. ib. n. 10. p. 293.
Exceptio periurij per accidens poteſt eſſe peremptoria. ibid pag. 293.
Exceptio litis finitæ ſpectat ad exceptionem Rei tranſactæ. ib. n. 11. p. 294.
Exceptio litis finitæ quomodo differt ab exceptione Rei tranſactæ. ib. p. 294.
Exceptio ſubreptionis literarum etiam opponi popoteſt. qu. 21. nu. 12. p. 294.
Inquiſitus excipiens valide contra teſtes, itant non faciant ſemiplenam probationem, non poteſt interrogari, & ſi interrogetur proceſſus eſt nullus. ib. num. 13. p. 294.
Excipiens, & opponens alieni aliquod crimen, ſi confiteatur delictum, non ſolum punitur virtute exceptionis ſed etiam pro crimine oppoſito. qu. 24. art. 7. num. 62. p. 318.
Exceptio incompetentæ Iudicis admitti debet in omni ſtatu. qu. 24. art. 12. num. 122. pag. 330.
Exceptio inhabilitates teſtium qualiter impediat, vel non impediat examen. q. 12. 23. n. 160. p. 151.
Exceptio nullitatis proceſſus. qu. 25. ar. 6. per totum. num. 64. pag. 350. nu. 84. pag. 356.
Exceptio delicti non probati. q. 25. a. 7. per totum.
Exceptio, quod factum non ſit delictum. qu. 25. 8. 103. pag. 360.
Exceptio, quod delictum non ſit punibile. qu. 25. 9. 107. pag. 361.
Exceptio ex eo, quod perierit inſtantia. qu. 25. 10. 125. pag. 364. Et litis finitæ. ib. n. 113. pag. 366.

EXCOMMVNICATIO EXCOMMVNICATVS.

V. Abſoluere.
Ad probandam excommunicationem in foro animæ ſufficit fama. q. 16. a. 2. n. 17. p. 238.
Excommunicati prohibiti ſunt denunciare. qu. 9. art. 3. num. 17. pag. 89.
Excommunicatus non admittitur in teſtem neque coram Iudice laico, niſi in eo caſu, in quo admittitur infamis. q. 12. a. 17. n. 84. & ſeqq. p. 133.
Excommunicatus eſt iudex ſi non probato delicto clericum capiat. q. 20. a. 1. n. 4. p. 269.
Excommunicatus declarari non poteſt, qui eſt citatus ſub pœna excommunicationis, etiam latæ ſententiæ, niſi etiam ſit citatus ad defendendum & dicendum quare non debeat excommunicari q. 21. a. 2. n. 11. p. 278.
Iudex ſi ſit excommunicatus, aut ſuſpenſus, iuriſdictio eius eſt impedita. q. 3. a. 9. nu. 132. p. 37.

EXCVSATIO.

Excuſatio Rei, vel à ſocio criminis, vel à mandatario, vel ab alio quam vim habeat.

EXECVTOR.

Iudex laicus exiſtens in eadem Prouincia & dominio, poteſt exequi ſententiam latam ab alio Iudice. qu. 31. num. 1. pag. 439.
Iudex Eccleſiaſticus poteſt implorare brachium ſeculare pro ſua ſententiæ executione. ibid. nu. 2. pag. 439.
Plures caſus in quibus Iudex laicus requiſitus à Iudice Eccleſiaſtico tenetur obedire. ibid. num. 2. pag. 439.
Delegatus Iudicis ordinarij non poteſt ſuam ſententiam exequi. ibid. num. 3. pag. 439.
Quod facere poteſt delegatus Papæ, ſeu Principis. ibid. num. 3. pag. 439.
Executor merus quomodo admittere poteſt exceptionem fraudis. ibid. num. 4. pag. 439.
Iudex ſubditus non debet exequi ſententiam notoriè iniuſtam. ibid. num. 4. pag. 439.
Si autem non ſit notoriè iniuſta non poteſt de illa cognoſcere, & tenetur illam exequi. ibidem. num. 5. pag. 440.
In Criminalibus Iudex non poteſt contra ſuam conſcientiam exequi ſententiam iniuſtam. ibidem. num. 6. pag. 340.
In quibus caſibus teneatur ſuſpendere executionem ſententiæ. ibid. num. 6. pag. 440.
Iudex executor non poteſt cognoſcere de nullitate ſententiæ, ſed auditis oppoſitionibus, & exceptionibus illas traſmittere debet ad ſuperiorem. ibidem. num. 6. pag. 440.
Iudex executor poteſt recipere, & examinare oppoſitiones, quæ directè reſpiciunt executionem ſententiæ. ibid. num. 7. pag. 440.
Quis ſit executor mixtus, & quomodo debeat procedere in executione ſententiæ. ibidem. num. 8. pag. 440.
Executor merus nullam habet iuriſdictionem cognoſcendi de meritis cauſæ, & executionis, niſi ſit certus de iniuſtitia ſententiæ. ibid. numer. 9. pag. 440.
Quæ omnia explicantur à D. Thoma Aquinate. ibid. num. 10. pag. 440.

EXTRAIVDICIALIS.

Extraiudicialis ſuggeſtio eſt prohibita. qu. 22. ar. 2. num. 29. pag. 300.
Poteſt tamen aliquando Iudex ante iudiciale examen teſtes interrogare extraiudicialiter. P. 3. 87. pag. 458.
Extraiudicialis Confeſſio, Vide verbo Confeſſio extraiudicialis.
Ex notitia extraiudiciali, non poteſt Iudex iudicare. qu. 29. ar. 2. num. 36. & 37. pag. 420.

EXTRANEVS.

Non poteſt appellare ſine mandato . qu.23. num.4. pag.442.

EXTRAORDINARIA.

Extraordinaria pœna , non poteſt damnari Reus non confeſſus , nec aliquo modo conuictus qu.29. a.1. n.16. & 23. p.414.
Extraordinariè punitus , an iterum vexari poſſit . qu.25. a.11. n.138. & 137. p.167.
Extraordinariè poteſt aliquando Index ante iudiciale examen teſtes interrogare . P.3. 89.p.458.

F.

FACTVM.

Factum contra legem, an ſit nullum.q.30.a.1.n.14. p.438.

FALLITVS.

Fallitus teſtis repellitur. q.12. a.19. n.83. p.135.

FALSVM.

Falſus denuntiator puniri debet . qu.9. a.5. nu.38. pag.95.
Falſus teſtis . Vide verbo Teſtis falſus .
Falſa confeſſio Reo non nocet . q.23. ar.3. nu. 18. p.309.
Confeſſio falſa in parte, tota falſa præſumitur. ibid. p.309.

FAMA.

Fama in quo modo tenet locum accuſatoris . qu. 8. a.1. n.1. p.69.
Quid ſit fama , & quid de eius ratione ? qu.16.a.2. n.8. & 9. p.236.
Per quid diſtinguitur fama ab infamia ? ib. num.9. pag.336.
Fama alia eſt vana , & temeraria , & alia rationabilis , alia eſt verè non vana , & alia non vana præſumptiuè. Alia vehemens , alia ſimplex ib.n.9. & ſeqq. p.236.
Quid requiratur de iure ad hoc vt fama ſit vehemens . ib.n.11. p.237.
Quid ſit fama vehemens ? ib.n.12. p.237.
Nuda fama nec in ciuilibus , nec in criminalibus facit plenam probationem . ib.n.13. p 237.
Fama nuda non facit indicium ad torturam . ib. n. 13. & 22.
Fama quare vt plurimum fallax eſt . ib.p.237.
Fama mala plenè probata non inducit ſemiplenam probationem . q.16. a.2. n.16. p.238.
Quid requiratur ad hoc vt fama poſſit facere indicium ad torturam . ib. n 13. & 14.p.238.
An fama vehemens poſſit facere indicium ad torturam . ib. nu.14. p.238.
Fama nuda quando facit indicium ad inquirendum generaliter , & de delicto , & quando eſt ſufficiens contra infamatum, & quando ad Reum capiendum . ib.n.15. p.238.
Fama nuda non facit ſemiplenam probationem nec in ciuilibus niſi ſit adminiculata. ib. n.16. & 46. p.238. & 243.
Fama tantum probat , quantum probat cauſa . ib. n.18. p.238.
Fama cum vno teſte in criminalibus plenam probationem non facit . ib n.18. p.238.
Fama , & opinio orta etiam ex perſonis honeſtis facit quidem adminiculum , & alias probationes adiuuat. ib.n.19. p.238.
Fama ſi non ſit adminiculata non probat etiam ſemiplene. ib p 238.
Fama adminiculata Arbitrarium eſt Iudici videre quantum probat . ib.n.19. p.238.
Fama ad hoc, vt plenè probet, tria ſunt neceſſaria. ib.n.19. & 20. p.239.
Fama plenè probat quando de iure ad aliquid probandum ſufficit communis opinio . ibid. num.21. p.239.
Fama ſufficit ad inducendam purgationem Canonicam, & ad ſuſpendendum ab officio , vel beneficio . ib. p.239.
Fama non inducit onus in aduerſarium probandi contrarium . ib.n.22. p.239.
Qualis debeat eſſe fama ad hoc vt probet. ib. nu. 23. p.239.
Explicatur duplex conditio neceſſaria,& an vtraque ſit neceſſaria . ib.n.23. & ſeq. p.239.
Explicantur quatuor alia conditiones. ib. num. 26. & ſeq. p.240.
Bona fama in genere tollit malam famam in genere. ib.nu 30. p.240.
Bona fama in ſpecie tollit malam in genere . ibid. p.240.
Bona fama operatur vt Reus mitius puniatur , & torqueatur . ib p.240.
Bona fama in genere non tollit indicia ad torturam. ib. p.240.
Bona fama in genere an tollat malam in ſpecie . ib. nu.31. p.240.
Mala fama quando contra Reum præſumptionem facit . ib. n.32. p. 241.
Mala fama in eadem ſpecie delicti adminiculata ſit ſufficiens ad torturam . ib.nu.32. p.241.
Quando fama eſt probanda per teſtes, quæ ſunt neceſſaria . ib.n 33. p.241.
Explicantur ſex conditiones ad hoc , vt teſtes probent famam . nu.33. & ſeq p.241.
Per quot teſtes fama probetur , & quomodo . ib. n. 42. p.242.
Fama probatur etiam per ſcripturas , vt per Priuilegia , Inſtrumenta antiqua , & etiam per literas bonorum virorum . ib.n.43. p 242.
Inquiſitionem non præcedit neceſſariò infamia . P.1.53
Modus incipiendi proceſſum fama deferente, P.1,2.
Forma examinandi teſtes ad probandam famam . P. cap.4. & 5.
Forma incipiendi proceſſum ex notis in viſitatione. P. c.8.

Ad pro-

Ad probandam verò famam tam bonam, quam malam, ea ſeruanda ſunt quæ neceſſario ad probandam famam abſoluè. ib.n.44. p.242.
Fama bona diſtinguitur à mala per hoc, quod hæc non præſumitur ſecus autem illa. ibid. num.44. p.242.
An bona fama debeat etiam probari. ibid. num.44. pag.242.
Bonæ famæ præſumptio ceſſat in eo qui dat operam rei illicitæ. ib.242.
Fama bona non debet præſumi, quando hæc præſumptio redundat in præiudicium eius pro quo præſumitur. ib.242.
Per quos teſtes bona, vel mala fama eſt probanda. ib.n.45. p.243.
Id quod ſufficit ad probandam bonam famam, non ſufficit ad probandam malam. ib.p.243.
Teſtes non probant bonam vel malam famam niſi deponant de loco in quo viget. ib.p.243.
Quæ requiruntur ad probandam famam nudam. ib.nu.46. p.243.
Fama non eſt niſi opinio, & per hoc non debet cenſeri vana ſi ſit virorum recta & honeſtæ vitæ. ib. n.46. p.243.

FAMILIARIS.

V. Domeſticus.
Teſtis familiaris an admittatur. qu.12. ar. 11. nu. 41. p.122.
Qui ſit familiari. ib.n.41. p.122.

FATVVS.

V. Demens furioſus.
Fatuus delinquens non punitur. qu.28. art.2. nu. 35. p.40.

FERIATVS DIES.

Teſtes examinati die feriato, an probent. qu. 15. a.5. n.84. p.219.
Hoc non verificatur apud Regulares. ib. p.219.

FESTINANTER SENTENTIA DATA.

Feſtinanter dari non debet ſententia. qu.29. ar.3. nu.65. p.427.
Suſtinetur tamen ſi ab ea non appelletur. ib.

FICTIO FINGERE.

Quid ſit fictio iuris. q.18. a.1. n.2. p.260.
Fictiones, & ſimulationes quibus Iudex vtitur ad hoc vt Reus confiteatur licet admittantur in foro fori, in foro Dei damnant Iudices. q.23. a. 2. n.28. p.299.
Quæ ſint huiuſmodi ſimulationes quibus Iudex licitè vti poſſit. ib. n.30. p.300.
Iudex an poſſit fingere, & ſimulare cum Reo dicendo ſe ſcire totum factum. qu.23. a.2. nu.20. p.298.
Iudex vbi vtitur ſimulationibus laudabilibus debet id in ſcriptis per Notarium redigere. ibidem p.298.
Fictiones deceptoriæ inducunt ſuggeſtiones. V. ſuggeſtio.

FISCVS.

Fiſcus ſeu Procurator Vniuerſitatis habet locum pulſantis Iudicem. p.8. a.1. nu.2. p.69.
Fiſcus non tenetur probare Reum contumacem deliquiſſe. qu.24. a.12. n.12. p.330.
Fiſcus procedere non poteſt contra Confeſſum, niſi probata qualitate. qu.24. a.4. nu.41. p.313.
Fiſcus ex confeſſione facti quod eſt delictum habet præſumptionem excludentem qualitatem, quæ delictum excuſat. ib.n.43. p.314.
Non tamen totaliter reprobare poteſt qualitatem excuſantem delictum, ſed facultatem dare debet inquiſito, vt illam probet. ib.n.44. p.314.

FLAGRANTI IN CRIMINE.

Flagranti in crimine iuris ordo non ſeruatur. Vide ſummarium articuli 2. p.99.
Praxis, & forma terminandi proceſſum reperti in flagranti crimine. P. cap.9. nu.214. p.48.

FORMA.

Forma diuerſæ incipiendi proceſſum per accuſationem, inquiſitionem. P.c.1. per totum n. p.454.
Forma plures probandi corpus delicti. ib. cap. 2. n.62. p.454.
Formæ plures examinandi teſtes. P. cap.3. nu.87. p.458.
Forma examinis teſtis in tortura. ib.n.109. & reijciendi teſtem. ib.n.111. & examinandi teſtem in tortura ſuper recognitione alicuius ſcipturæ. nu.113. p.465.
Forma citandi Reum P. c.4. n.116. p.466.
Forma decreti carcerationis. ib.n.123. p.467.
Forma admittendi exceptiones. P. cap.5. nu.128. p.467.
Forma plures examinandi Reum. P. cap.6.n.139. p.469.
Forma confrontationis, & recognitionis Rei. ibid. n.50. p.672.
Forma cogendi Reum ad reſpondendum præciſe. ib. n.55. p.474.
Forma dandi defenſiones. P.c.7. n.156. p.475.
Forma petendi repetitionem teſtium. ibid.nu.165. p.476.
Forma petendi copiam proceſſus. ibid. num. 169. p.477.
Forma torquendi Reum P.c.8. n.170. p.477.
Forma citationis ad ſententiam. Prax.cap.9. num. 191. p.481.
Forma plures ſententiarum. ib.n.195. p.482.
Forma appellandi. P.c.10. nu.217. p.488.
Forma compoſitionis cum Iudice. ibid. num. 233. p.488.

FVGA FVGIENS.

Fugiens de domo in qua auditę ſunt vociferationes, fuga facit indicium ad torturam. qu.16. art.5. nu.85. p.249.
Fuga, & occultatio faciunt præſumptionem non leuem. q.16. a.6. n.90. p.250.
Quæ requiruntur ad hoc vt fuga faciat indicium ad torturam. ib.n.91. & ſeqq. p.250.
Fuga eſt indicium remotum, & minorem vim habet quam inimicitia. ib.n.97. p.251.
Fuga quando ſemiplenè probat. ib. nu.97. p.251.
Fuga ſe ſola non facit indicium ad tranſmittendam inquiſitionem abſenti. ib.n.98. p.251.
Fuga ſocij criminis de ſe ſola non facit indicium ad torturam. ib. n.99. p.251.
Comparitio ſpontanea in iudicio tollit præſumptionem ortam ex præcedenti fuga. ib.n.100. p.252.
Fuga non probat ſemiplenè, nec ſufficit ad puniendum fugientem, niſi fuga eſſet delictum. ib. nu.101. p.252.
Quid dicendum ſit de fuga famuli à domino, vel officialis tempore ſindicatus, aut præſtantis auxilium ad fugam. ib.n.102. p.252.
A quibus oriatur ſuſpicio fugæ? qu.21. ar.3. n.20. p.281.
Quis dicatur Carceris fractor, & quomodo puniantur fugientes à carceribus. V. carcerum violatores.

FVROR FVRIOSVS.

Furor, dementia, frenenſis mentis, mentis captio & fatuitas ſunt cauſa minuendi pœnam, & aliquando illam tollendi. q.28. a. 2. nu.35. p.403.
Quomodo Reus ſit puniendus, ſi furor aduenias poſt delictum commiſſum? ib.n.36. p.404.
Furioſus pro quocumque delicto in furore commiſſo non eſt puniendus. ib.n.37. p.404.
Quid ſi ex culpa ſua euaderet furioſus. ib. p.404.
Furioſus delinquens non punitur; vide ſummarium. q.28. a.2.

FVRTVM.

Furtum eſt cauſa inimicitiæ capitalis. qu.16. art. 3. n.48. p.244.
Res furtiua inuenta apud aliquem, an faciat indicium ad torturam. qu. 16. art. 8. num. 113. p.254.
Famulus habens apud ſe rem domini, præbet indicium ad torturam. ibid. p.254.
An Regatterius, qui publicè tenet res venales illaſque vendit, teneatur nominare illum à quo rem habuit. ib.p.254.
Furtum ſiue relinquat poſt ſe, ſiue non relinquat aliquod ſignum, probandum eſt quod res furata fuerat in loco, in quo dicitur furata. q.20. art.1. nu.22. p.272.
Furtum relinquens veſtigium illud debet verificari, & recognoſci. ib. num.23. & 32. pag.272. & 273.
Res furata niſi fuerit inuenta, & Confeſſione Rei verificata, Reus non poteſt damnari ad pœnam ordinariam. ib.n.23. p.272.
Furtum vbi non relinquit poſt ſe veſtigium, ad ſumendas informationes ſufficit quod præcedat querela non tamen ad Reum interrogandum, carcerandum, & torquendum. ib.nu.24. & 32. p. 272. & 273.
Ad furtum ſufficit quod appareat rem non fuiſſe furantis. ib.n.32. p.273.
Inuento indicio furti contra aliquem poteſt Iudex procedere ad capturam, & torturam Rei. ib.n. 33. p.273.

FVSTIGATVS.

Fuſtigatus repellitur à teſtimonio. qu.12. art.19. n.94. p.135.

G

GENERALIS.

Generalis in Ordine Prædicatorum eſt Prælatus immediatus omnium fratrum, Conuentuum, & Prouinciarum, ideo poteſt omnium cauſas ad ſe auocare. qu.2. a.2. nu.11. p.5.
Poteſt etiam ſententiam à ſe lata mutare. q.29. a.4. n.70. p.529.
A Generali Ord. Præd. Delegatus an cenſendus ſit delegatus à Principe. q.2. a.3. n.33. p.9.

GRADVS.

V. dignitas.
Graduum conſanguinitatis, & affinitatis computatio. qu.12. a.12. n.47. p.12.

GRAVATVS.

Grauatus omnis iniuſtè appellare poteſt, non verò non grauatus. q.32. n.8. p.443.
A grauamine ſucceſſiuo appellatur etiam poſt decem dies. q.32. n.10. p.444.
A grauamine futuro in aliquibus caſibus appellari poteſt. ib. p.447.
Ab iniuſto grauamine quomodo Regulares appellare poſſint. ib.n.27. & ſeqq. p.448.

GRAVE.

V. Delictum. Indicium.
Graue inditium, vel grauiſſimum quale ſit. q.16. a.1. n.5. p.156.
Grauia, vel leuia delicta, quæ ſint. q.4. art. 1. n. 6. p.45.
Vnde colligatur grauitas, vel leuitas delictorum. ib. n.10. & ſeq. p.41.
Arbitrarium eſt Iudici iudicare an delictum ſit graue. ib. n.16. p.46.

H.

HABILIS.

Habiles teſtes qui ſint q. 12. a. 1. per totum p. 112.
V. v. Teſtis idoneus, Teſtis inhabilis.

HYSTRIONES.

Hyſtriones, ſeu buffones à teſtimonio repelluntur. q. 11. a. 19. n. 91. p. 135.

I.

IACTANTIA.

Iactationes an, & quale inditium faciant. qu. 16. a. 6. n. 112. p. 254.

IDONEVS.

Idoneus teſtis quis ſit. q. 12. a. 1. per totum. p. 112.
V. teſtis idoneus, Teſtis inhabilis.

IGNORANTIA.

Ignorantia quomodo excuſet à pœna, ſeu allegari poſſit in iudicio. q. 28. a. 1. n. 22. p. 400.
Ignorantia eſt cauſa minuendi pœnam. qu. 28. ar. 2. n 23. p. 400.
Quomodo ignorantia inuincibilis, & etiam probabilis excuſet à pœna. ib n. 47. p. 406.
Et quomodo ignorantia craſſa, ibid. n. 48. p. 407.

IMMVNITAS ECCLESIÆ.

Immunitate Eccleſiæ an gaudeat Eccleſiaſtici in ordine ad eorum Iudices. qu. 25. art. 3. num. 71. p. 252.
An gaudeat captus extra Eccleſiam, & per Eccleſiam ductus. ib. p. 353.
Religioſi non gaudent immunitate in proprijs Eccleſijs benè verò in extraneis. qu. 21. a. 3. n. 29. p. 283.

IMPEDIENS.

Impediens capturam alicuius quomodo puniendus.
V. Carcerum violatores.

IMPLICITVM.

Plures caſus implicitæ confeſſionis. qu. 23. ar. 12. per totum p. 327.

IMPOSSIBILE.

Impoſſibilis confeſſio non ſubſiſtit. q. 23. art. 2. nu. 18. p. 306.

IMPVBES.

Quomodo puniendi ſunt impuberes. qu. 28. art. 2. numer. 27. pagin. 401.
Quomodo puniantur minores etiam impuberes, ſecundum Curiam Romanam. ib. n. 29. p. 402.
Quando admittantur in teſtimonium. qu. 12. ar. 4. n. 11. & 12. p. 114.
Impubes à teſtimonio repellitur. qu. 12. a. 4. per totum p. 114.
Impubes mitius punitur. q. 28. art. 2. num. 24. & ſeq. p. 402

IMPVNITAS.

V. Confeſſio facta ſpe impunitatis.
Quando Iudex ex promiſſione impunitatis extorquet Rei confeſſionem, eſt quartus modus ſuggeſtionis. q. 23. a. 2. n. 31. p. 300.
Princeps promittens impunitatem tenetur illam concedere. ib. n. 32. p. 300.
Quid dicendum ſit de Iudice promittente impunitatem, & non habente authoritatem dandi illam ib. nu. 33. p. 300.
Adducuntur opiniones variæ. ib. n. 34. p. 300.
Iudex extrahens Reum de loco ſacro media expreſſa promiſſione impunitatis tenetur illum in eum locum reſtituere. ib. n. 38. p. 301.
Princeps Reum confeſſum ſub ſpe Impunitatis à Iudice inferiori promiſſa an poſſit damnare. ib. n. 39. p. 302.
Promiſſio Impunitatis non tollit vim aliarum probationum. ib. n. 40.
Iudice potente concedere impunitatem, illamque promittente, talis promiſſio non eſt illicita. ib. n. 55. p. 303.

INCERTITVDO.

Incertitudo delinquentis, an, & quando pœnam minuat. qu. 28. a. 2. n. 55. p. 408.

INCHOARE.

V. accuſatio, denunciatio, inquiſitio.
Ad inchoandum ritè proceſſum, quæ ſpectent. Praxis c. 1. per totum. p. 453.

INCIDENTER.

Incidenter facta confeſſio, an & quando valeat. qu. 23. a. 7. per totum p. 317.
De incidenter cognito delicto an, & quando ei poſſit procedi ſeruata eadem tela proceſſus. qu. 27. a. 7. n. 64. & ſeq. p. 318.
Incidenter cognitum delictum qualiter poſſit puniri. ib. a. 27. n. p.

INCOSTANTIA.

Inconſtantia Rei, ſeu vacillatio, titubatio, & ſimilia faciunt aliquam præſumptionem, non verò indicium ad torturam. qu. 16. art. 4. per totum n. 74. p. 247. qu. 22. a. 3. n. 3. p. 306.

INCONTINENTI.

Incontinenti ſi ſe corrigat teſtis, ſecundum eius dictum attenditur. quæſt. 14. art. 5. num 50. & 51. pag. 182.
Quid dictio incontinenti importet. ibidem nu. 50. pag. 182.
Confeſſio Rei incontinenter reuocata, an ei noceat. quæſt. 23. art. 8. num. 73. pag. 320.
Quæ dicatur confeſſio facta incontinenti. ib. p. 320.

INDICIVM.

Indicium quid ſit. qu. 16. art. 1. num. 1. Eius deſcriptio explicatur. ibid.
Indicium multipliciter diſtinguitur. ibid. num. 3. & ſeqq. pag. 233.
Quid ſit indicium indubitatum, & non indubitatum, quid leue, graue, & grauiſſimum, & quid proximum, & remotum. ibidem num. 3. & ſeqq. pag. 234.
Indicium in iudicio quando probat. ib. n. 7. p. 235.
Indicia ad torturam debent eſſe grauia, & vrgentia. ibid. art. 2. num. 13. pag. 237.
Quomodo delatio armorum indicium faciat. quæſt. 56. art. 5. num. 79. pag. 248.
Conuerſatio cum male viuentibus an indicium faciat. ibid. num. 80. pag. 249.
Aſſiſtentia cum armis tempore, & loco commiſſi delicti an indicium faciat? ib. n. 80. p. 249.
Sollicitatio apud Iudicem ad hoc vt Iudex procedat contra delictum an faciat indicium. ibid. num. 81. pag. 249.
Taciturnitas eius qui tenetur denunciare delictum facit indicium. ibid. num. 81. pag. 249.
Emptio veneni facta paulo ante quam aliquis interierit an faciat indicium. ib. n. 84. p. 249.
Vociferatio, & auxilij inuocatio an faciat indicium. ibid, num. 85. pag. 249.
Præparatio armorum, Inſtrumentorum, pedis forma relicta, Phiſonomia, ſecreta locutio, & alia ſimilia, an faciant indicium ib nu. 86. p. 249.
Indicium facit qualitas Patriæ, conditio Parentum, mala filiorum educatio. ib. nu. 87. pag. 249.
Ex indicijs remotis, & non indubitatis non poteſt aliquis criminaliter damnari. ib. pag, 249.
Iactatio potentis poteſt etiam indicium facere ad torturam. ib. 112. pag. 254.
Indicium facit ad torturam deprehenſio in actu proximo delicto p. 16. art 9. nu. 121. pag. 255.
Indicium quando venire poteſt ſub nomine præſumptionis. q. 17. a. 1. nu. 28. pag. 263.
Indicia indubitata inducunt violentem præſumptionem. qu. 17. a 1, nu. 28. pag. 263.
An ex indicijs indubitatis poſſit Reus puniri in pœnam ordinariam. ib. nu. 28, & 29. pag. 263.
Vnum Indicium indubitatum non ſufficit ad Reum damnandum. ib. nu. 29. pag. 263.
Quid requiratur ad hoc vt indicium ſemiplenè probet. q. 20. a 1. nu. 6. pag. 276.
Dantur plura indicia indubitata ex quibus delictum deductum ex natura rei non præſumitur, ſed ſcitur ſic eſſe, & non eſſe. q. 17. a. 1. nu. 15. pag. 259.
Indicium verum, & certò probatum eſt certum ſaltem moraliter. ib. nu. 13. pag. 259.
Indicia alia ſunt leuiora, alia vehementiora, & alia indubitata, quæ propriè non faciunt præſumere, ſed ſcire ſi ſint probata. ibid. num. 16. pag. 260.
In quibus caſibus conueniant, & differant, Indicium, præſumptio, ſuſpicio, & conjectura. ibid. num24. pag. 261.
Vrgentiora indicia requiruntur ad traſmittendam inquiſitionem quam ad Reum interrogandum. quæſt. 8. art. 5. num. 10 pag. 73.
Arbitrarium eſt Iudici decernere quæ ſint indicia ſufficientia. ibid.
Indicia indubitata quomodo debent eſſe probata, quæſt. 29. art. 1. num 8. pag. 412.
Ex indicio indubitato (quod eſt res ſenſibilis) per diſcurſum alia res colligitur. quæſt. 24. art. 2. num. 8. pag 336.
Indicium eſſe indubitatum à Iudice conſiderandum eſt. ibid. num 14. pag. 337.
Conſequentia per quam ex indicijs infertur delictum debet eſſe certa. ibid. num. 16. pag. 338.
Res relicta in loco delicti indicium facit contra relinquentem. quæſt. 16. art. 8. nu. 119. p. 255.
Conſortium ſuſpectum cum aliquo an faciat indicium ad torturam. ibid. num. 120. pag. 255.

INFAMIA INFAMIS.

Infamiæ ſolemnitas omnino non eſt de ſubſtantia iudicij. qu. 7. ar. 3. nu. 17. pag. 64.
Infamia an debeat præcedere Inquiſitionem V. Inquiſitio.
An infamia ſit ſufficiens ad conſtituendum Reum in iudicio. qu. 8. ar. 2. nu. 10. pag. 71.
Infamia pura in iudicio probata non citato Reo non ſufficit ad interrogandum Reum. ib. n. 11. p. 71.
Sollemnitas infamiæ non eſt de ſubſtantialibus iuris. qu. 8. ar. 10. nu. 53. pag. 81.
Non eſt ad vnguem ſeruanda à Iudicibus Regularibus, ſed debent procedere iuxta ſua ſtatuta, & conſuetudines. ib. pag. 81.
Quid ſit ſeruandum in Ordine Prædicatorum. ib. pag. 81.
Quid ſentiant Pontifices circa hoc. ibid. num. 54, & 55. pag. 81.
Multiplex infamiæ diuiſio. qu. 12. a. 13. num. 48. pag. 125.
Infamia quando habet locum Conteſtationis litis. qu. 15. a. 5, nu. 74. pag. 218.
Ad delictum inquirendum, an præcedere debeat infamia? qu. 15. a. 8. nu. 94. pag. 221.
Infamia repellit à teſtimonio. V. Teſtis infamis.

INFIDELIS.

Non poteſt eſſe teſtis. qu. 12. a. 18. n. 86. p. 134

INHABILIS.

Vide Teſtes inhabiles.
Inhabilitas eſt cauſa legitima Iudicem recuſandi. qu. 3. a. 6. nu. 135. pag. 36.
Inhabiles teſtes qui dicantur. qu. 12. per totam. pag. 112.
Teſtes Regulariter non præſumuntur inhabiles. qu. 12. a. 19. nu. 102. pag. 137.
Vt teſtis repellatur probanda eſt inhabilitas in ſpecie. qu. 12. a. 20. num. 102. pag. 137.
In iudicio ſummario teſtes inhabiles admittuntur cum ſuis imperfectionibus. q. 12. a. 21. per totum pag. 140.
Inhabiles teſtes quantum probent. q. 12. a. 23. per totum. num. 133. pag. 146.
Quid ſi examinentur vbi non debent. ib. p. 146.
Plures caſus in quibus Iudex poteſt reijcere teſtes inhabiles, etiam parte illos admittente. qu 12. ar. 20. nu. 112. pag. 137. & q. 15. ar. 6. nu. 86. pag. 219.

INIMICVS INIMICITIA.

Inimicitia capitalis eſt ſufficiens ad recuſandum Iudicem. q. 3. a. 6. n. 110. p. 31.
Iudex videre debet quis ſit Inimicus capitalis, & inimicitia capitalis. qu. 16. a. 3. nu. 64. p. 245.
Inimicitia duplex grauis, & leuis, ſeu capitalis, & non capitalis, quæ ſit vtraque. ib. ar. 3. n. 47. p. 244.
Explicantur plures cauſæ inimicitiæ capitalis. ib. n. 47. & ſeq. p. 244.
Inimicitia capitalis cauſata, ex accuſatione cauſæ Criminalis præſumitur tam reſpectu eius cui mouetur cauſa criminalis quam reſpectu mouentis. ib. n. 50. p. 244.
Iudex ex facti qualitate, & Regionis conſuetudine poteſt arbitrari inimicitiam oriri etiam ex iniuria facta coniunctis vltra quartum gradum. ib nu. 52. p. 244.
In quibus caſibus præſumitur inimicitia. ib. nu. 55. p. 245.
In quibus caſibus contrahitur inimicitia cum Iudice, Aduocato, & Procuratore. ib. num. 62. & 63 p. 245.
Parua inimicitia reddit teſtem diminutæ fidei. ibid. n. 64. p. 245.
Quantum probet inimicitia etiam capitalis. ib. nu. 65. p. 246.
Inimicitia capitalis etiam orta ex cauſa offenſæ facit præſumptionem contra inimicum. ib. p. 246.
Inimicitia capitalis ſe ſola nec etiam probat ad dandam torturam: ib. n. 66. & 68. p. 246.
Inimicitia capitalis ſi ſit adminiculata ſufficit ad torquendum. ib.
In quibus caſibus inimicitia capitalis eſt ſufficiens ad torturam. ib n. 67. p. 246.
Inimicitia in illis caſibus in quibus non facit indicium ad torturam non facit indicium ſufficiens ad tranſmittendam inquiſitionem Reo abſenti ad effectum damnandi illum vt contumacem. ib. num. p. 247.
Inimicitia capitalis ſolum facit indicium ſufficiens ad inquiſitionem generalem non autem ad inquiſitionem ſpecialem ſimpliciter. ib. n. 71. p. 247.
Quomodo Inimicitia ſufficiat ad formandum decretum de captura. ib. n. 72. p. 247.
Si inimicitia non ſit plenè probata non probat. ib. num. 73.
Inimicitia quomodo probetur. ib. p. 247.
Inimicitia capitalis teſtem inhabilem reddit de iure diuino, & humano. q. 11. a. 6. n. 15. p. 116.

INIVRIA.

Iniuria perſonalis alicui illata, & offenſa facta conſanguineis eſt cauſa inimicitiæ capitalis. q. 16. a 3. n. 52. p. 244.
Iniuria grauis verbis, vel ſcriptis illata, etiam Contra abſentem eſt cauſa inimicitiæ capitalis. ib. n. 53. p. 244.
Verbalis iniuria inter perſonas viles non eſt cauſa inimicitiæ capitalis. ib. p. 244.
Iniurians ſi habet animum iniuriandi per verba contumelioſa vera inimicitia colligitur. ib. p. 244.

INNOMINATVM.

Innominatum delictum, quod dicitur, & an idem ſit delictum extraordinarium, & innominatum. qu. 4. ar. 1. nu. 5. & 6. pag. 44.

INNOCENS.

V. Iudex in ordine ad ſententiam.
Innocens iuſtè damnatus ſecundum allegata, & approbata an poſſit per vim ſe defendere. q. 20. a. 3. nu. 48. p. 287.
Adducuntur opiniones variæ. ib. p. 207.
Sententia contra innocentem data non obligat in foro conſcientiæ. ib. n. 52. p. 288.
Innocens damnatus ad carceres perpetuò, ſeu ad triremes in foro conſcientiæ fugere poteſt. ibid. p. 288.

INNOVARE.

Innouandum nihil eſt appellatione pendente. q. 32. num. 14. pag. 445.
Innouare non poteſt Iudex intra terminum datum Reo ad ſui defenſionem. qu. 25. ar. 1. num. 3. pag. 339. & ar. 4. num. 42. pag. 347.

INOBEDINTIA.

Inobedientia eſt cauſa inimicitiæ. qu. 16. art. 3. n. 57. p. 245.

INQVISITIO.

Inquiſitio quid ſit. q. 8. a. 1. n. 1. p. 69.
Modus procedendi per inquiſitionem licitus eſt in iure canonico, & ciuili. ib. n. 1. p. 69.
Diſtinguitur inquiſitio in generalem, & ſpecialem, & quid ſit Vtraque. ib. n. 2. p. 69.

Di-

430

Diſtinguitur etiam in inquiſitionem generalem, ſpecialem & mixtam, ſeu in generaliſſimam, generalem,& ſpecialem. ib. n.3. p.70.

Diſtinguitur etiam in inquiſitionem paternam, & Iudicialem. ib.n.4. p.70.

Explicatur quid ſit paterna, & ſubdiuiditur. ib. n 5. p.70.

Inquiſitio iudicialis per ſe primo ordinatur ad publicam vindictam. ib. n.6. p.70.

Diſtinguitur in genericam, & ſpecificam, ſeu in inquiſitionem factam inſtante accuſatore, & in inquiſitionem factam ex officio iudicis. ib. num.6. pag.70.

Ad inquiſitionem generalem, ſeu generaliſſimam non neceſſario debet præcedere infamia delicti, ſeu delinquentis. ib.a.2. n.7. p.71.

Inquiſitio ſpecialis, & iuridicia non poteſt fieri à Iudice ordinario ſeu delegato niſi præcedat infamia. ib.n.8. p.71.

Ad hanc inquiſitionem ſufficit infamia publica, vel frequens inſinuatio. ib. p.71.

Ad inquiſitionem iuridicam, quæ infamia non ſufficit. ib n.9. p.71.

Ad inquiſitionem ſpecialiter contra Reum non præmiſſa inquiſitione generali, neceſſario debet præcedere infamia. ib.n.12. p.72.

Ad inquiſitionem delicti an requiratur, quod delictum ſit famoſum. q.8. a.3.n.13. p.72.

De qua inquiſitione locuti ſunt Pontifices volentes quod infamia præcedat inquiſitionẽ.ib.n.14.p.72.

Iudex an poſſit ſpecialiter inquirere contra denunciatum de delicto infamatum. ib.a.4. n.15.p.72.

Iudex non poteſt inquirere ſpecialiter contra indiciatum non diffamatum. q.8. a.5. n.17. p.73.

Si præcedant indicia ſufficientia poteſt Iudex inquirere ſpecialiter contra non diffamatum. ib. num. 18. pag.73.

Indicia leuia non ſufficiunt ad prudenter inquirendum. ib. p.73.

In quibus caſibus non eſt neceſſe quod inquiſitionem præcedat infamia. q.7. a 6.nu.19. & ſeq. p.74.

Inquiſitio eſt actus iudicis inueſtigantis quid ius requirat, vt illud decernet. ib.a.7. nu. 25. p.75.

Iudex quando procedit ad inquiſitionem partis, aut perſonæ priuatæ dicitur inquiſitio per viam accuſationis. ib.p.75.

Quando autem procedit ex officio, ſeu ad inſtantiam Vniuerſitatis dicitur inquiſitio per viam inquiſitionis. ib.p.75.

In inquiſitione per accuſationem quomodo infamia gerat vicem accuſatoris, infamia deficiente. ib. n.26. p.75.

Quomodo Iudex ex inquiſitione generali poſſit procedere ſpecialiter per inquiſitionem contra aliquem. in. n.27. p.76.

Inquiſitio ſpecialis ſupponit delictum.ib.n.28.p.76.

Superior in quo caſu poteſt inquirere generaliter per inquiſitionem mixtam extra tempora ſtatuta. qu.8. a.8. nu.36. & 37. p.77.

Ad inquirendum generaliter de delicto non eſt neceſſe quod delictum ſit diffamatum, ſed ſufficit quecumque veriſimilis, & probabilis eius ſuſpitio. ib.p.77.

Ad inquiſitionem generalem, ſeu mixtam, an ſit neceſſe quod præcedat infamia. qu.8. art.9. num. 41. & 42. pag.78.

Conſuetum eſt quod Iudices Eccleſiaſtici, ſeculares, & Regulares ex officio inquirant nulla præcedente infamia. ib.n.43. p 79.

Quid circa hoc ſentiat Innocentius 3. Cap. qualitercunque cum oporteat. Cap. Inquiſitionis. ib, num.44. & ſeqq. p.76.

De iure antiquo eſt prohibitum procedere criminaliter per viam inquiſitionis generaliter aperientis viam inquiſitioni ſpeciali, nulla præcedente infamia. ib.nu.47. p.80.

Voluerunt Pontifices quod ad cognoſcendum de aliquo delicto. vel præcedat infamia, vel quod denuncietur ab accuſatore. ib. nu.48. p.80.

Quomodo modus procedendi per ſimplicem denunciationem ſit modus procedendi per inquiſitionem. ib. n.46. p.80.

Quid ſit dicendum, ſi verum eſt, quod inquiſitio generalis non parat viam ad inquirendum contra aliquem, ſi non ſit diffamatus de delicto. ib. n.50. & ſeq. p.80.

Iudex ex denunciatione ſpecifica, vel inquiſitione generali, vel ex particulari deponente de delinquente non diffamato poteſt ex officio procedere. ib.n.52. p 80.

Regularis in inquiſitione generali conuictus de delicto poteſt damnari, & quomodo hoc ſit faciendum. q.8 a.11. n.57. & 58. n.82.

Talis inquiſitio dicenda eſt ſpecialis annexa tamen generali. ib. n.59. p.82.

Inquiſitio in hoc caſu non gerit vicem actoris.p.82.

Inquiſitio generalis habita notitia de delicto, & delinquente in particulari, poteſt ſpecialiter inquirere, & teſtes in ſingulari interrogare. ibid. pag.82.

Quid debeat facere Iudex ſi incidenter habeat notitiam alterius delicti non connexi cum eo de quo principaliter agit. ib. n.99. p.82.

Qui in inquiſitione generali manifeſtat Iudici aliquod delictum, vel aliquem delinquentem in ſingulari, aperit viam ad ſpecialiter inquirendum q.8. a.12. n 61. p.83.

In inquiſitione generali ſi denuncians ſit actor non poteſt eſſe teſtis, benè verò denuncians ex officio,& quomodo hoc verificetur.ib.n.62.p.83.

Primus qui in inquiſitione generali denunciat in ſingulari delictum delinquentis non eſt teſtis. ib.n.64. p.85.

Inquiſitio generalis non ordinatur præcipè ad correctionem morum, & ſalutem priuatam, ſed ad bonum commune vniuerſitatis, & ad corrigendos delinquentes. ib.n.64. p.84.

Non eſt deueniendum ad punitionem, & inquiſitionem ſpecialem, niſi ſeruato ordine iuris. ibid. pag.84.

Qui poſt primum denunciatorem in inquiſitione generali examinati ſunt habentur vt teſtes. ib. n.65. p.84.

Quomodo reſpectu delicti manifeſtati in ſpeciali in inquiſitione generali datur inquiſitio ſpecialis. ib. p.84.

Inquiſitio duplex. q. 8. a. 13. n. 70. p. 85.
Quæ ſunt conditiones legitimæ inquiſitionis. ib. p. 85
Quæ ſunt ſeruanda à Regularibus in legitima inquiſitione. ib. p. 85.
Formæ plures incipiendi proceſſum per viam inquiſitionis P. c. 1. à p. 454.
Formæ incipiendi proceſſum ex inquiſitione generali. P. cap. à num. 10. pag. 455.
Plures formæ incipiendi proceſſum per viam inquiſitionis. Praxis c. 1. per totum. pag.

INSORDESCENTIA.

Inſordeſcens in excommunicatione per annum poſt legitimam citationem habetur vt contumax, & punitur. qu. 23. ar. 1. nu. 136. pag. 332.

INSTANTIA.

Vide Defenſio,
Iudex quando poteſt contra inquiſitum procedere poſt peremptam inſtantiam. q. 25. a. 10. num. 128. & ſeqq. pag. 365.
De iure Canonico inſtantia non perit ob lapſum temporis. ib. nu. 129. pag. 365.
Inſtantia perempta non proceditur contra Reum. qu. 25. ar. 10. per totum. nu. 525. pag. 364.

INSTRVCTVS.

V. Teſtis inſtructus.
Teſtis inſtructus eſt ſuſpectus. q. 14. ar. 8. per totum. num. 91. pag. 189.

INSTRVMENTVM.

V. Scriptura.
Inſtrumentum continens delictum factum de conſenſu Rei quomodo probat contra illum. qu. 18. num. 3. pag. 266.

INTERRESSE.

Interreſſe habens in cauſa repellitur à teſtimonio. qu. 12. a. 7. num. 26. pag. 118.
In cauſa propria Iudex non poteſt iudicare. qu. 3. ar. 6. nu. 117. pag. 33. qu. 25. a. 6. num. 67. pag. 351.

INTERLOCVTORIA.

Interlocutoriam ſententiam Iudex poteſt reuocare.
Ab interlocutoria ſententia habente vim definitiuæ poteſt appellari. Et quando infert damnum irreparabile per appellationem. q. 32. nu. 8. p. 443.
Appellationes ab interlocutoria requiſita. ibidem. num. 9. pag. 443.

INTERPRÆTATIO.

Interpratatio facienda eſt, quæ delictum excludat, videlicet minuatur. qu. 25. ar. 7. num. 84. & ſeqq. pag. 350.
Lex prohibens benignè eſt interpratanda. qu. 27. ar. 3. num. 27. pag. 392.

INTERROGATORIA.

Vide verbo examen.
Interrogatoria ſuggeſtiua fugienda, & quæ ſint talia. Vide verbo ſuggeſtio.
Interrogari non poteſt Reus de ſocijs criminis non præcedentibus indicijs, & quid ſeruetur de conſuetudine. qu. 22. a. 2. nu. 52. pag. 304.
Quomodo interrogari non debeat Reus de non pertinentibus ad cauſam. qu. 21. a. 1. n. 12. p. 296.
Interrogatoria fieri debent in idiomate cognito à Reo. ib. num. 15. pag. 297.
Interrogari non debet teſtis de his, quæ non poteſt fatere niſi reuelandò ſuam turpitudinem. qu. 15. ar. 8. num. 104. pag. 224.

INVERISIMILE.

Inuериſimile deponens non probat. qu. 14. ar. 2. num. 17. pag. 175.
Inuerиſimilis confeſſio non probat. quæſt. 23. ar. 3. num. 18. pag. 309.

IRACVNDIA.

Quomodo delictum in ira commiſſum ſit puniendum? qu. 28. ar. 2. num. 38. pag. 404.
Parua iracundia non excuſat à pœna. ib. num. 39. pag. 405.
Qualis iracundia inualidet Contractum, & lis excuſet à pœna. ibid. pag. 405.
Ira non excuſat à pœna, ſi delictum poſt iracundiam committatur. ib. nu. 40. pag. 405.
Quid dicendum ſit, ſi iracundia non oriatur ex iuſta cauſa. ibid. pag. 405.
Quæ dicuntur de iracundia dicenda ſunt de amore cum proportione. ib. nu. 41. pag. 405.

IVDEVS.

V. Delegatus.
Iudæus poteſt eſſe teſtis contra Iudæum, & infidelis contra infidelem. q. 12. a. 18. n. 87. p. 133.
Et an contra chriſtianum. ib. p. 134.
Iudeus, non poteſt eſſe teſtis. qu. 12. ar. 18. num 86. pag. 134.

IVDEX.

Iudex ſententiam erroneam ex defectu notarij poteſt corrigere. qu. 29. a. 4. n. 71. p. 429.
Iudex terminato officio ſuo non poteſt ſententiam à ſe latam declarare, ib. p. 429.
Iudicem non poſſe ſententiam reuocare eſt iuris ſolemnitas, ad quam non tenentur Regulares, qui poſſunt iudicare non ſeruato iuris ordine.
Quænam ſint qualitates veri Iudicis. qu. 2. art. 1. nu. 2. p. 3.
Quot ſunt genera iudicum. qu. 2. a. 2. n. 3. pag. 3

Quis ſit Iudex ordinarius: ib. p. 3
Iudex quomodo ſe habet vt ordinarius, & non vt delegatus ib. n. 4. p. 3.
Iudex Ordinarius cauſas alteri delegatat poteſt ad ſe anocare etiam re non integra . ib. n. 6. p. 4.
Qui ſunt Iudices ordinarij in Regularibus . ibid. n. 7. & 8. p. 4.
Ex qui in Ordine Prædicatorum. ib. n. 9. p. 4.
Iudex ordinarius quomodo poſſit reſiſtere Iudici delegato iniuſte notoriè , & nulliter agente ib. a. 3. n. 30. p. 9.
Et quando illum punire poſſit . ib. n. 31. p. 9.
Quis ſit Iudex delegatus . V. Delegatus .
Iudex ex multiplici cauſa eſt incompetens . q. 125. ar. 7. n. 65. & 68. p. 351,
Ad Iudicis officium ſpectat, ne aliquis grauetur. qu. 12. a. 15. nu. 37. & 77. p. 132. & q. 15. art. 8. n. 101. p. 224.
Iudex tenetur ex officio quærere Rei Innocentiam . q. 23. a. 12. n. 121. p. 330.
Iudex Eccleſiaſticus præcipuè dirigere debet ſuum arbitrium ex lege diuina, naturali, & Sacris Canonibus. q. 27. a. 5. n. 46. p. 394.
Iudex non poteſt iudicare ex ſcientia priuata . V. Iudex in ordine ad ſententiam .

IVDICIS ARBITRIVM.

Diſtinguitur arbitrium in liberum, & regulatum à iure, & æquitate. qu. 27. ar. 1. nu. 1. p. 386.
Quæ arbitrio Iudicis committuntur ex legis principijs dirigi debent. ib. nu. 2. pag. 387.
Iudex de iure ex cauſa iuſta poteſt augere pœnas à lege ſtatutas . ibid. num. 3. pag. 387.
An poſſit extendi augmentum pœnæ ad pœnam mortis, diſtinctione indiget . ibid. nu. 4. pag. 387.
Quando qualitas auget delictum, & mutat ſpeciem cui de iure debetur pœna, Reus debet puniri illa pœna . ibid. num. 5. pag. 387.
Varius eſt caſus imponendi pœnas ſecundum legem, & ſtatutum . ibid. num. 6. pag. 387.
Si lex dirigat verba ad Reum , electio pœnæ pertinet ad arbitrium Rei . ſi verò ad Iudicem, Iudicis eſt eligere pœnam . ibid num 6. pag. 388.
In pœnis ſubordinatis non poteſt Iudex eligere pœnas, ſi lex vnam imponit principaliter , alteram in ſubſidium . ibid. num. 7. pag. 388.
Circa augmentum pœnæ pro delicto duo debet obſeruare Iudex . ibid. num. 8. pag. 388.
Iudices ſuperiores poſſunt ex cauſa legitima pœnas augere . ibid. num. 9. pag. 388.
Inferiores Iudices , ſeu pedanei inconſulto Principe augere pœnas non poſſunt. ib. nu. 10. pag. 389.
Cauſa augens pœnas eſt augmentum delicti . ibid. num. 11. pag. 389.
Circa augmentum pœnæ debet obſeruari, an pœna ſit indiuiſibilis, & an qualitas augens delictum mutet ſpeciem vel non . ibid. nu. 12, pag. 389.
Pœna grauiori quam ſit illa, quæ à iure eſt impoſita non poteſt Reus puniri . ib. nu. 13. pag. 389.
Pœna non impoſita à lege pro qualitate augente delictum eſt in arbitrio Iudicis pro qualitate delicti . ibid. num. 14. pag. 389.
Iudicium ſpectat ad Iudicem cognoſcentem qualitatem aggrauantem . ibid. num. 14. pag. 389.
Seruata eadem ſpecie pœna poteſt intra latitudinem illius grauius delictum grauius puniri . ibidem . num. 15. pag. 389.
Inferiores Iudices inconſulto Principe nequeunt pœnas grauiores imponere, nec in cauſis grauioribus ſententiare . ibid. num. 16. pag. 390.
Punire delictum ſpecie diſtinctum ab eo , contra quod lex imponit pœnam, non eſt augere pœnam, ſed diſtinctum delictum punire. ib n. 17. p. 390.
An delegatus abſque ſpeciali facultate poſſit alterare pœnam à lege ſtatutam. ibid. nu. 18. p. 399.
Quando Iudex ex cauſa in caſu licito auget pœnam legis , debet illam in ſententia exprimere . ibidem . num. 19. pag. 340.
Licet appellare à Iudice iniuſte pœnam legis augente . ibid. num. 20. pag. 340.
Iudex in tribus caſibus poteſt punire Reum mitiori pœna , quam ſit ſtatuta à lege . qu. 27. art. 2. p. 391. nu. 21.
Quomodo Iudex etiam inferior poſſit minuere pœnam in caſu delicti conſumati , & plene probati. ib. p. 391. n. 22.
Iudex non poteſt minuere pœnam , quæ concernit intereſſe tertij non ipſo cõſentiẽte. ib. n. 23. p. 391.
Quid dicendum ſit , ſi concernat intereſſe Fiſci. ib. n. 23. p. 391.
Si pœna pœnalis non debetur ex iuſtitia offenſo, Iudex illam minuere poteſt . ib. n. 23. p. 391.
Iudex ſine iuſta cauſa minuens pœnam puniendus eſt . ibid. num. 23. pag. 391.
Pœna capitalis minui poteſt ſecundum conſuetudinem Curiarum , ibid. num. 24. pag. 392.
Quando in ſtatuto , ſeu lege duæ imponuntur , Iudex mitiorem imponere poteſt . ibid n. 25 p. 392.
Iudex minuens pœnam à iure ſtatutam ſine iuſta cauſa peccat , & ſit infamis . ibid. nu. 25. p 392.
Lex præcipuè ſi ſit pœnalis non extenditur de caſu ad caſum , ſeu de perſona ad perſonam . ibid . n. 27. pag 392.
Quomodo hoc verificetur . ibid. nu. 28. pag. 392.
Iudex in caſu pro quo lex pœnam non impoſuit poteſt imponere pœnam taxatam ab alia lege pro caſu ſimili . ibid. num. 29. pag. 392.
Quando pro aliquo delicto eſt impoſita duplex pœna legalis ſcilicet , & ſtatutaria , Iudex imponere debet pœnam ſtatutariam. ib. a 4. n. 30. p. 393.
Etiam ſi ſtatutum reſeruet pœnas legales . ibid. nu. 31. pag. 393.
Quando ſtatutum non imponit pœnam , ſit recurſus ad pœnam legalem . ib. nu. 31. pag. 393.
Iudex attendere debet pœnam impoſitam à noua lege . ib. num. 36. num. 393.
Niſi pœna legis antiqua ſit impoſita ipſo iure . ibid. nu. 36. pag. 393.
Quomodo Iudex ſe gerere debeat in pœnis quando in vno ſtatuto duæ pœnæ imponũtur. ib. n. 37. p. 37.
Iudex etiam ordinarius non poteſt pœnam , quam per ſententiam diffinitiuam tulit alterare . ibid. ar. 5. n. 38. p. 393.
Sententia ipſo iure nulla poteſt reuocari. ibid. num. 38. p. 393.

Quomo-

Digitized by Google

Quomodo Iudex poſt ſententiam latam illam moderari non poteſt, ſiue procedat de iure ciuili, ſiue canonico. ib. n.39. p.394.

Quomodo Epiſcopus, & Iudex Canonicus ordinarius poſsit ſententiam à ſe latam moderari. ib. nu.40. & 41. p.394.

De iure ciuili Reus poſt datam ſententiam confitens delictum puniri poteſt. ib.n.42. p.394.

Delegatus ab inferiore Iudice ſententiam à ſe latam, nec alterare, nec exequi poteſt. ibid. nu.43. p.394.

Secus dicendum eſt de delegatis à ſupremo Principe, aut ad vniuerſitatem cauſarum. ibid. num. 43. p.394.

Ordinarij, ſiue Delegati qui non poſſunt in pœnis à ſe latis diſpenſare, illas alterare non poſſunt. ibid. n.44. p.394.

Optimum eſt in ſententia ſibi reſeruare facultatem augendi, vel minuendi pœnam. ib. n.45 p.394.

Iudex Eccleſiaſticus præcipuè dirigere debet ſuum arbitrium ex lege diuina, & naturali, & ex ſacris Canonibus. ib. n.46. p.294.

IVDEX IN ORDINE AD APPELLATIONEM.

V. Appellatio.

IVDEX IN ORDINE AD CAPTVRAM.

V. Carcer.

IVDEX IN ORDINE AD EXAMEN REI, ET TESTIVM.

V. Rei, *vel teſtium examen.*

Iudex *quos teſtes examinare debet. q.15.a.6.n.85. & ſeqq. p.319.*

Iudex *quid facere debeat quando non poteſt per ſeipſum examinare teſtes. q.15. a.1. num. 20. & ſeqq. p.206.*

Iudex *poteſt iudicare an teſtis in articulo mortis examinatus ſit mente, & corpore grauatus. qu.15. ar.5. n.78. p.218.*

Iudex *an teneatur admittere omnes teſtes inductos ab accuſatore. ib.a 6. n.85. p.219.*

Iudex *in criminalibus an poſſit reijcere teſtes inhabiles. ib.n.86. p.219.*

Iudex *cognita teſtium inhabilitate an teneatur monere accuſatorem, vt deſiſtat ab accuſatione. ib. pag.219.*

Iudex *procedens per viam accuſationis, an poſſit examinare ſolos teſtes ab accuſatore inductos. ib. & ſeq. p.219.*

Iudex *quando poteſt admittere reſponſionem relatiuam teſtis. q.15. a.7. n.91. p.220.*

Regularibus priuilegiatis, vt iudicent ſola rei inſpecta veritate arbitrarium eſt huiuſmodi reſponſiones relatiuas admittere. ib. p.220.

Iudex *ex iuſta cauſa, poteſt admittere depoſitionem teſtis in ſcriptis. ib. n.93. p.221.*

Iudex *Regularis an poſſit recipere hanc depoſitionem. ib. p.221.*

Iudex *de quibus tenetur admonere teſtes, & de quibus interrogare. q.15. a.8. n.95. p 222.*

Iudex *in quo caſu non debet examinare teſtem. ib. n.100. p.223.*

Iudex *debet diligenter interrogare teſtem de circumſtantiis loci, & temporis. q 15. a.8. n.107. pag.225.*

Iudex *an poſſit audire teſtes extraiudicialiter. ib. pag.225.*

Iudex *ſi ſuſpicetur quod teſtes ſint falſum depoſituri, bonum eſt examen differre. ib.n.109. p.225.*

Iudex *omnino cauere debet à pertinitis interrogationibus ſubornatiuis, & ſugeſtiuis, ib. n. 110 p.226*

Iudex *quando debet interrogare de circumſtantijs ſuperfluis. ib.p.226.*

Iudex *quando non debet permittere, quod teſtes relatiuè reſpondeant. ib. n.111. p.226.*

An Iudex *debeat dare dilationem tum ad reſpõdendum, tum ad conſulendum teſti id petenti. ib. num.112. pag.226.*

Iudex *non intelligens idioma teſtis aſſumat ſaltem vnum interpretem. ib. nu.113. pag.226.*

An Iudex *procedens inquiſitione generali poſſit interrogare teſtem in ſingulari. qu.15. art.9. num. 130. pag.229.*

Iudices *ſeculares, & Regulares quomodo ſe gerere debeant in interrogatorijs. ib. num.140. pag. 230.*

Iudex *quomodo procedere debet contra teſtem contradicentem Notario. q.u15. a.10. n.158. p.233.*

Iudex *vt perſona priuata ſubornans per vias illicitas teſtes vt deponant, an vti poſſit depoſitione. qu 15. art.8. num.101. pag.224.*

Quæ obſeruanda ſunt à Iudice *in interrogatione Rei. qu.15. art.1. num.1. pag.295.*

Iudex *Reum, vel etiam teſtes admonere debet de ſanctitate iuramenti, & periurij. ib n.2. p.295.*

In quolibet conſtituto debet ei dare iuramentum de veritate dicenda. ib. n.4. p.295.

Iudex *Reum, & teſtes interrogare debet clarè, & diſtinctè. ib 6. p.295.*

Si obſcura ſit interrogatio, Reus poteſt petere quod Iudex *ſe declaret. p.295.*

Quando Iudex *poſſit vti interrogatorijs ſophiſticis & obſcuris. ib.p.295.*

Si Reus dilationem temporis petat ad reſpondendum non debet illi concedi. ib.n.7. p.295.

Quid agendum ſit ſi Reus recuſet reſpondere affirmatiuè vel negatiuè. ib.n.8. p.295.

Qua cautela vti poterit Iudex, *ſi Reus veritatem nollit fateri. ib. n.9. p.295.*

Quomodo Iudex *non debeat Reum interrogare de non pertinentibus ad cauſam. ib. n.12. p.269.*

Iudex *non poteſt interrogare teſtem de his, quæ continent teſtium infamiam, vel turpitudinem. qu.15. a.8. n.104. & ſeq. p.224.*

Quomodo poteſt interrogare de his, quæ teſtem reddunt inhabilem. ib. p.225.

Iudex *laicus non poterit Clericum, vel Religioſum examinare ſine ſui ſuperioris licentia. Depoſitio tamen ſic examinati non eſt nulla. qu.11. art.3. n.34. & 35. p.110. & quid in criminali. ibid. n.36. p.110.*

Iudex *quomodo ex cauſa poteſt magis credere vni*

Digitized by Google

teſti, quam alteri. quæſt. 14. ar. 2. numer. 24. pag. 177.
Iudex caueat à repetitione teſtium ante publicatas atteſtationes ad partis inſtantiam. qu. 25. ar. 5. num. 49. pag. 348.

IVDEX PROMITTENS IMPVNITATEM.

Vide verbo impunitas.

IVDEX IN ORDINE AD POENAM SEV PVNITIONEM.

V. pœna.
Iudex non poteſt damnare Reum ad pœnam ordinariam niſi delictum ſit probatum prorſus plenè. quæſt. 2. art. 4. num. 35. pag. 10.
Quando pro aliquo delicto eſt impoſita duplex pœna, legalis ſcilicet, & ſtatutaria, Iudex imponere debet pœnam ſtatutariam, quæſt. 27. a. 4. num. 30. pag. 393.
Quid ſi ſtatutum referret pœnam legalem? ibid. num 31. pag. 393.
Quando ſtatutum non imponit pœnam ſit recurſus ad pœnam legalem. ibid. pag. 393.
Iudex attendere debet pœnam impoſitam à noua lege.
Niſi pœna legis antiquæ ſit impoſita ipſo iure. ib. num 36. pag. 393.
Quomodo Iudex ſe gerere debeat in pœnis quando in nouo ſtatuto duæ pœnæ imponuntur. ibid. nu. 37. pag. 393.
Iudex etiam ordinarius non poteſt pœnam quam per ſententiam diffinitiuam tulit alterare. ibid. art. 5. num 38. pag. 393.
Ordinarij ſiuè delegati, qui non poſſunt in pœnis à ſe latis diſpenſare, illas alterare non poſſunt. ibid. num. 44 pag. 394.
Iudex debet eſſe certus de delicto adhoc vt pœnam imponat. qu. 29. ar. 1. num. 16. & 17. pag. 415.
Quomodo ſit in arbitrium Iudicis torquere Reum vel illi pœnam extraordinariam imponere. ibid. num. 18. & 19. pag. 415.
Opiniones variæ adducuntur. ibid.
Iudex ex cauſa iuſta poteſt augere pœnas à lege ſtatutas. qu. 27. ar. 1. num. 3. & 11. pag. 387. & 388.
An hoc augumentum extendi poſſit ad pœnam diuerſæ ſpeciei? ib. nu. 4, & 5. pag. 387.
Iudex in arbitrandis pœnis debet ſequi id, quod eſt ſolitum, & ab eo non diſcedere. ibid. num. 5. pag. 387.
Iudicis arbitrium debet regulari, ſecundum legem naturalem, diuinam, & ius gentium. ib. num. 2. pag. 387.
Iudices inferiores nequeunt inconſulto Principe pœnas grauiores imponere, nec in cauſis grauioribus ſententiare. ib. nu. 16. pag. 390.
Iudex ex iuſta cauſa poteſt minuere pœnam à Iure ſtatutam. ib. ar. 2. nu. 22. pag. 391.
Iudex non poteſt minuere pœnam quæ concernat intereſſe tertij, ipſo non conſentiente, ibid. nu. 23. pag. 391.
Iudex in caſu in quo ex pœnam non imponit, poteſt imponere pœnam ab alia lege taxatam pro caſu omnino ſimili. ib. ar. 3. nu. 39. pag. 392.
Iudex in iudicando, quam opinionem ſequi teneatur. qu. 29. a. 2. per totum. nu. 34. p. 420
Iudex inferior ſententiam erroneam, vel iniuſtam non poteſt reuocare, ſed Principem conſulere debet. qu. 29. ar. 4. nu. 70. pag. 429.
Magiſtratus ſupremus ſententiam à ſe latam poteſt retractare. ibid. num. 429.
Idem poteſt Generalis Ord. Præd.
Iudex obediens iniuſto Principis mandato, an à pœna excuſetur. qu. 28. ar. 2. nu. 44. 45. 46. 50. & ſeqq. pag. 406. & 407.
Iudici aſſerenti ſe feciſſe de mandato Principis an ei credatur. ib num. 53. pag. 508.
Iudex non poteſt ex ſcientia priuata punire, vel abſoluere. qu. 29. ar. 2. per totum. pag. 420.
Iudex an poſſit in ſententia pœnam augere, vel minuere. V. Iudicis arbitrium.

IVDEX A QVO, ET AD QVEM.

Vide in verbo appellatio.

IVDEX IN ORDINE AD RECVSATIONEM.

V. Recuſatio.
Quid ſit recuſatio iudicis. q. 3. a. 1. n. 1. p. 13.
Recuſatio iudicis ſuſpecti non eſt de iure naturæ præcepta. ibid. num. 4. pag. 14.
Dicitur tamen de iure naturæ negatiuè. ibid. nu 56. pag. 14.
Recuſatio Iudicis ſuſpecti ſimpliciter eſt de iure poſitiuo licet ex genere poſſit dici de iure naturæ. ibid. num. 7. & 9. pag. 14. & 15.
Ad quid teneatur Iudex recuſatus vt ſuſpectus ſpectato iure naturali. ibid. nu. 10. pag. 15.
Cauſa ad recuſandum Iudicem, vt in plurimum fundantur in præſumptione. ibid. n. 11. pag. 15.
Quare recuſatio Iudicis ſuſpecti ſimpliciter ſit remedium, aut defenſio legis ciuilis, ſeu canonicæ. ibid. num. 12. pag. 15.
Princeps ſupremus poteſt tollere recuſationem iudicis ſuſpecti. qu. 3. a. 2. n. 15. pag. 16.
Recuſationem iudicis ſuſpecti quomodo, & in quibus caſibus poſſit Princeps impedire. ib. n. 17. & 18. pag. 16.
Recuſatio vt eſt de iure naturali non tollitur per clauſulam recuſatione remota. ib. n. 19. p. 17.
Recuſatio iudicij ſuſpecti non intelligitur remota ſi Princeps non apponat in commiſſione clauſulam recuſatione remota. ib. n. 26. p. 17.
Recuſatio eſt prohibita, prohibita appellatione. ibid. num. 28. pag. 17.
Supremi Iudices qui nullum ſuperiorem habent non poſſunt recuſari. qu. 3. a. 3. nu. 30. pag. 18.
In caſu quo præſumeretur inordinatus amor, aut odium in ſupremo Iudice, quid ſit agendum. ib. num. 32. pag. 19.

Iudex ſuſpectus in vno articulo, non cenſetur ſuſpectus in tota cauſa. ibid. pag. 19.

Pars, quæ Iudicem recuſauit, poteſt illum approbare, altera parte diſſentiente. ib. n. 33. p. 19.

Iudex ordinarius de iure ciuili poteſt recuſari. ib. num. 33. pag. 19.

Iudex tam ordinarius quam delegatus de iure Canonico in totum recuſari poteſt; de iure vero ciuili ordinarius in totum recuſari non poteſt. ibid. num. 35. pag. 19.

Iudici ordinario recuſato de iure ciuili adiungitur alius Iudex à ſuperiore, vel ipſe ordinarius ſibi adiungit ſocium, qui ſimul cognoſcat cauſam. ibid. pag. 19.

Iudex ordinarius quamuis de Iure Canonico poſſit recuſari in totum, tamen ob aliquas ſubſiſtentes cauſas poteſt ipſi dari adiunctus. ibid. nu. 36 pag. 19.

Quæ ſint cauſæ, in quibus Iudex ordinarius ſuſpectus poteſt recuſari. ibid. num. 37. pag. 20.

Iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſe habet vt ordinarius, & vt talis recuſari poteſt. ib. num. 38. pag. 20.

An recuſari poſſint alij ordinarij Iudices Feudorum, Domini Principes, &c. num. 47. pag. 21.

Et quid dicendum ſit de vniuerſitatibus, Collegijs, & præcipuè de Sacra Rota. ibid. nu. 49. & 50. pag 22.

Ex ſuſpicione delegantis non poteſt recuſari delegatus. ibid. num. 51. pag. 22.

An Iudex delegatus poſſit allegari ſuſpectus. ib. num. 52. & ſeqq. pag. 22.

An Iudex acceptatus ab aliqua parte poſſit recuſari. ibid. num. 55. & ſeqq. pag. 23.

Arbitres an poſſint recuſari? ibid. nu. 57. pag. 23.

Regulares an poſſint recuſare ſuos ſuperiores. qu. 3. art. 4. num. 58. pag. 23.

Adducuntur Opiniones variæ. ib. n. 59 p. 23.

Regularibus eſt prohibita Iudicis Regularis recuſatio, ſi procedat Iudex ad correctionem ſecundam regulam. ib. nu 65. & 66. pag. 25.

Regularis quando poteſt recuſare Iudicem. ibid. num. 67 pag. 25.

Si Iudex Regularis recuſatus ſolum ex probabili cauſa procedat ad vlteriora, quid ſit agendum. ibid. num. 70. pag. 25.

Quid ſit dicendum quando apud regulares ſit ſtatutum vt non liceat recuſare Iudicem ordinarium.. ibid. num. 73. & ſeqq. pag. 26.

Iudex licite recuſatus procedens ad vlteriora, nulliter procedit. q. 3. a. 5. n. 77. p. 26.

Iudex diuerſimodè recuſatur, iure ciuili, & Canonico. ibid. num. 80. pag. 27.

De iure Canonico requiritur quod exprimatur in libello recuſationis cauſa ſuſpicionis, quæ exprimi debet in particulari, non in communi. ib. num. 80. & 81. pag. 27.

Quo tempore cauſæ ſupicionis exprimi debeant in libello recuſationis. ibid. nu. 82. pag. 27.

Solæ cauſæ quæ expreſſæ fuerunt in recuſatione attendi debent. ibid. num. 83. pag. 28.

De iure ciuili non eſt neceſſe quod exprimatur, & & probetur aliqua cauſa, ſed ſufficit quod recuſans iuret de calumnia. ib. n. 91. & 92. p. 29.

Explicatur hoc varijs doctrinis. ibid. num. 95. & ſeqq. pag. 29.

Iudex poteſt recuſari vt ſuſpectus etiam ex leui cauſa. qu. 3. a. 6. nu. 107. pag. 31.

Cauſa quæ ſufficit ad recuſandum Arbitrum, & Procuratorem eſt ſufficiens ad recuſandum Iudicem. ibid, num. 108. pag. 31.

Ad recuſandum ordinarium Iudicem, requiritur grauior cauſa quam ad recuſandum delegatum. ibid. num. 109. pag. 31.

Quæ ſunt cauſæ ſufficientes ad recuſandum Iudicem? Enumerantur fuſius. ibid. num. 10. & ſeqq. pag. 31.

Iudex qui in eadem cauſa fuit Aduocatus, Procurator, Conſultor, Aſſeſſor, Soliicitator an poſſit recuſari. ib. nu. 120. pag 33.

Doctor qui typis ſuā opinionem expreſſit an poſſit recuſari ab eo cuius intentioni opinio illa eſt contraria. ibid. num 122. pag. 34.

Quæ ſunt cauſæ ſufficientes recuſandi Iudicem in Tribunal S. Officij. q. 3. a. 6. n. 134. p. 36.

Iudex quomodo poſſit recuſari nedum poſt litis conteſtationem, ſed etiam poſt concluſum in cauſa. ibid. art. 7. n. 137. & ſeqq. pag. 37.

In recuſatione Iudicis ſeruandæ ſunt in quacunque Prouincia, & Ciuitate propriæ leges. ib. art. 7. n. 141. p. 37.

Iudex recuſatus ob cauſā notoriè friuolam, ſeu falſam poteſt procedere ad vlteriora, & etiam pronunciare ſuper illo articulo. q. 3. a. 8 n. 142 p. 37.

Iudex ordinarius recuſatus quomodo debet procedere in cauſa, & quomodo delegatus. ib. nu 144. & ſeq. p. 38.

Recuſatio Iudicis prohibet proſecutionem ad vlteriora; ſed non eſt irritatum ipſo iure attentatum in contrarium. qu. 3. a. 9. n. 167., & ſeq. p. 42.

IVDEX IN ORDINE AD SENTENTIAM.

V. Innocens, opinio, ſententia.

Iudex non poteſt damnare aliquem ex vi Proceſſus fabricati coram alio Iudice diuerſo, & non ſubordinato. qu 15. ar. 1. nu. 6. pag. 203.

Iudex competens quomodo ſe debet gerere circa Reum ex vi Proceſſus fabricati à Iudice incompetente. ibid. nu. 12. & ſeqq. pag. 204.

Iudex in arbitrarijs an debeat fauere conſanguineo. qu. 3. ar. 6. n 124 p. 34.

Iudex in arbitrarijs an poſſit partem amicam gratificare. ib. n. 126 p. 35.

Iudex appellationis non poteſt confirmare ſententiam ipſo iure nullam. q. 3. a. 9. n 174. p. 43.

Quomodo Iudex poſt ſententiam latam illam moderari non poſſit, ſiue procedat de iure ciuili ſiue de iure canonico. q. 27. a. 5. n. 39. p. 394.

Quomodo Epiſcopus, & Iudex Canonicus ordinarius poſſit ſententiam à ſe latam moderari. ibid. n. 40. & 41. p. 394.

Delegatus ab inferiore Iudice ſententiam à ſe latam nec alterare, nec exequi poteſt. ib. nu. 43. pag. 394.

Secus dicendum eſt de delegato à ſupremo Principe,

aut

aut ad vniuerſitatem cauſarum. ib. p.304.

Optimum eſt in ſententia ſibi reſeruare faculta-tem augendi, vel minuendi pœnam. ib. num.45. pag. 364.

Iudex inſpecta veritate iudicare debet. qu.29. ar. 2. nu.34. pag 420.

Iudex cognoſcere poteſt veritatem, vel ſcientia priuata, vel publica ib. nu.3. p.4.0.

Iudex in iudicando ſcientiam publicam ſequi debet. ib nu.30. & 37. p.420.

Iudex ex notitia priuata iudicare non poteſt. ibid. nu 38. pag.421.

Iudex certus de innocentia alicuius ex ſcientia priuata debet facere quantum poteſt, vt ille non conuincatur de delicto in iudicio, vel liberetur. ib. nu.39. p.421.

Quomodo gerere ſe debet Iudex in hoc caſu. ibid. num.40. p.421.

Debet procurare libertatem innocentis. ibid. n.40. & 41. pag.421.

Et ſi ipſe non poteſt debet illum remittere ad Iudicem ſuperiorem, etiam ſi non adſit ſpes probabilis liberationis illius. ib nu 41. & 42 p. 422.

Non tenetur tamen renunciare officium, vt liberet innocentem ex ſcientia priuata. ib n. 4. p. 422.

Iudex ſciens ex ſcientia priuata innocentiam alicuius, ſi talis eſt in iudicio conuictus, debet illum damnare. ib nu.44 p.423.

Paruet ſi ſciat ſcientia priuata aliquem eſſe nocentem, debet ſolum iudicare ſecundum allegata, & probata. ib. pag 422.

Iudex ſupremus liberare poteſt innocentem ex propria ſcientia, qui ſit nocens ſecundum acta, & probata ib n.46. p 423.

Non poteſt tamen dictum nocentem ſecundum acta & probata iuridice pronunciare innocentem ib. nu.47. p. 423

Princeps vt liberet innocentem poteſt vti via extraordinaria. ib pag 423.

Viceſgerentes Principum, & Senatores debent iudicare ſecundum acta & probata, niſi habeant facultatem derogandi legibus. ibid. numer. 48. pag.423.

Iudices procedentes ſola facti veritate inſpecta non poſſunt Reum conuictum ex allegatis, & probatis diffinitiuè abſoluere, & innocentem declarare. ib. n 49. p 413.

Supremus Princeps non poteſt damnare nocentem ex propria ſcientia, qui ſit innocens ſecundum acta, & probata. ib n 50. p.424.

In Ordine Prædicatorum nullus poteſt damnari niſi ex ſcientia publica conuictus ſit, vel confeſſus. ib. nu.53. p.424.

Princeps, ſeu Magiſtratus ſupremus poteſt ſententiam à ſe latam retractare. qu.29. art.4. nu.70. pag.429.

Iudex vero inferior poteſt ſententiam ſuam declarare non vero retractare ſeu mutare. ib.p.420.

Iudex ordinarius poteſt ſententiam corrigere, ſi ſit erronea ex defectu notarij. ib. n.71. p.429.

Iudex terminato officio non poteſt ſententiam à ſe latam declarare. ib. p.249.

IVDEX IN ORDINE, AD SENTENTIAE EXECVTIONEM.

Iudex laicus exiſtens in eadem Prouincia, & dominio poteſt exequi ſententiam latam ab alio Iudice. qu.31 a.1. nu.1. p 349.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt implorare brachium ſeculare pro ſua ſententiæ executione ib. num.2. pag 439

Plures caſus in quibus Iudex laicus requiſitus à Iudice Eccleſiaſtico tenetur obedire. ib p. 439.

Delegatus Iudicis Ordinarij non poteſt ſuam ſententiam exequi ibidem. n.3. p 439.

Quod facere poteſt delegatus Papæ, ſeu Principis. ib. p.439.

Executor merus quomodo admittere poteſt exceptionem fraudis. ib. n.4. p.439.

Iudex ſubditus non debet exequi ſententiam notoriè iniuſtam. ib. p.439.

Si autem non ſit notoriè iniuſta non poteſt de illa cognoſcere, & tenetur illã exequi ib.n.5.p.440.

In criminalibus Iudex non tenetur contra ſuam conſcientiam exequi ſententiam iniuſtã. ib.n.6 p.440.

In quibus caſibus tenetur ſuſpendere executionem ſententiæ. ib. p.440.

Iudex executor non poteſt cognoſcere de nullitate ſententiæ, ſed auditis oppoſitionibus, & exceptionibus illas traſmittere debet ad ſuperiorem. ib n.7. p 440.

Quis ſit executor mixtus, & quomodo debeat procedere in executionem ſententiæ. ib. n.8. p.440.

Executor merus nullam habet iuriſdictionem cognoſcendi de meritis cauſæ, & executionis, & niſi ſit certus de iniuſtitia ſententiæ tenetur illam exequi. ib. n.9. pag. 440.

Quæ omnia explicantur à D. Thoma. ibid. nu.10. pag.440.

IVDEX IN ORDINE AD TORTVRAM.

V. Tortura.

Iudex quando non habet vt poſſit de aliquo interrogare teſtem in nullo caſu poteſt eum torquere. qu. 15. a 9. n.131. p. 229.

Iudex quandocumque habet ius interrogandi teſtem poteſt torquere illum in illis caſibus in quibus teſtis torqueri poteſt. ib. p 229.

Iudex laicus non poteſt torquere Clericos teſtes quando torquendi ſunt. ib. n.136. p.230.

Iudex ſine neceſſitate non debet teſtes torquere. ib. n 138. p.230.

In Iudicis arbitrio eſt duratio, & qualitas torturæ cum teſtibus. ib. n.139. p.230.

In Iudicis arbitrio eſt duos vel tres teſtes torquere, vel plures. ib n 138. p.230.

Iudex abſtinere debet à torquendis teſtibus non præcedentibus indicijs contra illos. ib nu. 148. pag.231.

Iudices debent facere vt teſtes torti ratificent depoſitionem extra torturam. ib. p 231.

Iudex quomodo poſſit torquere illum, qui eſt conſuetus committere ſimile delictum. qu. 16. ar.5. nu. 88. p.250.

Digitized by Google

Iudex prius debet probare delictum, & poſtea procedere ad vlteriora, ne dum in ordine ad condemnationem, ſed etiam ad torturam. qu. 10. a.1. n.2. & 3. p.269.

Iudex niſi fama fuerit probata non poteſt procedere ad dumnandum Reum vel illum torquendum. qu.16 a.2. nu 36. p.241.

Iudices regulares debent torquere Reum quando adſunt ſola indicia ad torturam. qu.29. ar.1. n.21. p.417.

Iudex non poteſt decernere torturam ex ſola ſuſpicione. qu.26. a.1. nr9. p.372.

Quanum conſiderare debet Iudex antequam ad torturam deueniat. ibid. art.2. num.35. & ſeq. p.378.

IVDEX SECVLARIS.

Requiſitus à Iudice Eccleſiaſtico tenetur præſtare brachium. qu.31. n.2. p.429.

Iudex vnius territorij, an poſsit exequi ſententia Iudicis alterius territorij. ib. n.1. p.432.

IVDICIVM.

V. Iudex, Proceſſus.

Abſolutus ab obſeruatione iudicij poteſt ex nouis iudicijs iterum iudicari. qu. 25. art. 11. num.144. pag.368.

Et idem dicendum de dimiſſo ſub fideiuſſore. ibid. num.145. pag.368.

Iudicium quid ſit. q.1. art.1. nu.1. & 2. pag.1.

Iudicium aliud priuatum, & aliud publicum. ib. num. 3. pag.1.

Iudicium forenſe quid ſit. ibid. pag.1.

Iudicium verſatur circa iuſtitiam commutatiuam, & diſtributiuam, cuius eſt actus formaliter. ibid. num.4. pag 2.

Iudicium publicum per ſe reſpicit publicum bonum. ibid. num.6. pag. 2.

Hoc iudicium conſurgit, ex iuſta diſtributione bonorum, & malorum pœna. ibid. pag.2.

Poteſt ex charitate ordinari ad emendationem, & ſalutem perſonarum priuatarum. ibid. pag 2.

Eſt ſummè neceſſarium ad conſeruandam pacem, & tranquillitatem communem Reipublica, maximè Eccleſiaſtica, & regularis. ibid. num.7. pag. 2.

Iudicij publici cauſa efficiens eſt Iudex. qu.2. a.1. num.1. pag.2.

Iudicium in tantum eſt licitum, in quantum eſt actus iuſtitiæ, ad quod tria requiruntur. ibidem pag.3.

Iudicij materia alia eſt próxima alia remota, ad primam ſpectant actor, & Reus, ad ſecundam delictu. qu.4. ar.1. num.1. pag.44.

Iudicium circa duplicem perſonam ſit, ſcilicet, actorem, & Reum. ib. u.2. n.18. pag.46.

Iudicium eſſe non poteſt ſine accuſatore. qu. 4. a. 3. num 6 pag 48.

De ratione iudicij eſt quod vna pars pulſet Iudicem, & petat ſibi ius. ib. num.32. pag.49.

An ad iudicium ſit neceſſarium quod pars perſonaliter compareat coram Iudice. ib. n.33. p.50.

Iudicium duplex, ordinarium ſcilicet, & ſummarium, & quæ ſeruanda ſunt in ordinario, & ſummario priuilegiato. qu.5. a.1. nu.1 pag.54.

Quæ ſunt de ſubſtantia iudicij ſummarij quando cauſa committitur ſub his verbis: Summariè ſimpliciter, de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicii. *ibid. num.2. pag.54.*

In iudicio ſummario non eſt opus ſeruare Apices iuris, qui ſpectant ad pompam, ornatum, & perfectionem iudicij. qu.5. a.1. nu.9. p.55.

Seruanda eſt Clementina ſæpè de verb. ſignificati. ib. n.7. & 8. p.55.

Qui ſint Apices iuris quos non ſit opus ſeruare in iudicio ſummario. ib. n.9. p. 55.

Quæ ſint ſubſtantialia iudicij, & neceſſario ſeruanda in iudicio ſummario. ibid. nu.10. & 11. pag.55. & 56.

In iudicio ſummario Iudex priuilegiatus ſi velit poteſt ſeruare ordinem iuris cum Apicibus, & ſollemnitatibus. ib. n.12. p.56.

In hoc iudicio quid importet clauſula: ſola facti veritate inſpecta. *ib. nu.13. pag.56.*

Hæc clauſula continet amplius priuilegium, quam clauſula Summariè, ſimpliciter *&c. ib. nu.14. pag.56.*

In hoc iudicio Iudex virtute illius clauſulæ. Sola facti &c. *non tenetur ſeruare omnia ſtatuta in Clementina:* Sæpè de verb. &c. *ib. pag. 56.*

Iudex potens procedere Sola facti. &c *poteſt etiam procedere manu Regia. ib. num.17. pag.57.*

Quid ſit faciendum quando dubium iuris ſit, an aliquid ſit de ſubſtãtialibus iudicij ſummarij q.5. art 2. num.27. & 28 pag.59.

Quæ ſint ſubſtantialia iudicij ſecundum ſtatuta, & Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum. ibid. num.29. pag. 59.

IVRAMENTVM.

Iuramentum de non accuſando obligat, ſi accuſatio poteſt remitti ſine peccato. qu. 7. ar. 3. nu. 17. pag. 64.

Iuramentum de non accuſando delictum antequam ſit commiſſum iniquum eſt. ib. pag. 64.

Quis teneatur in iudicio iurare. q. 11. ar. 2. n. 6. pag. 104.

Et quot ſint iuramenta. ibid. nu. 6. pag. 104.

Iuramentum neceſſariò requiritur etiam in ſummario iudicio. ibid. num. 7. pag. 104.

Iuramentum calumniæ, aut veritatis eſt de ſubſtantia iudicij ſaltem parte opponente. ibid. num. 8. pag. 104.

Tamen accuſatio non iurata non eſt ipſo iure nulla. ibid. num. 8. pag. 104.

Iuramentum calumniæ poteſt præſtari in qualibet parte litis. ibid. num. 8. pag. 104.

Qui plenè probauit, non tenetur ad iurandum de calumnia. ibid. num. 8. pag. 104

Denunciator qui eſt querelans, vel poteſt eſſe Teſtis, tenetur iurare de calumnia. ibidem. numer. 9. pag. 104.

Sed ſi eſt ſimplex denunciator, non tenetur. Ibid. num. 9. pag. 104.

Quando Accuſator eſt miniſter publicus, praxis eſt vt non iuret de calumnia. ibid. n. 10. *p.* 104.

Solemnitas accuſationis receſſis ab aula in multis Curijs. ibid. num. 10. *pag.* 104.

Regulares in hoc debent ſeruare ſtatuta ſuorũm ordinum. ibid. & num. 10. *pag.* 104.

Quid ſpeciale habeatur in Ord. Prædicatorum. ib. num. 10. *pag.* 104.

Vbi hoc iuramentum eſt præſtandum, non eximuntur ab hac obligatione Clerici, & Religioſi, num. 12. *ibid. num.* 11. *pag.* 105.

Imo *eorum Procuratores poſſunt iurare de calumnia abſque ſpeciali mandato. ib. n.* 11. *pag.* 105.

Depoſitio Teſtis non iurata eſt nulla. ibid. nu. 13. *pag.* 105.

Etiamſi Teſtis ſit Perſona in magna dignitate conſtituta, ibid. num. 13. *pag.* 105.

Tale iuramentum non eſt neceſſarium de iure naturali, vel diuino ſupernaturali. ibidem. num. 14. *pag.* 105.

Ideo *Pontifex, vel alius Supremus Princeps poteſt auferre neceſſitatem huius iuramenti, ib. nu.* 15. *pag.* 105.

Hoc etiam poteſt fieri per conſuetudinem legitimè introductam. ibid. num. 15 *pag.* 105.

Virtute Clauſulæ ſola facti veritate inſpecta, *poteſt credi Teſtibus non iuratis. ibid. num.* 15. *pag.* 105.

In Criminalibus non poſſunt partes remittere obligationem iuramenti. ibid. num. 16. *pag.* 105.

Licet hoc poſſit fieri à partibus in Ciuilibus. ibid. num. 16. *pag.* 105.

Maximè ſi iuramentum requiratur principaliter ad fauorem partium. ibid. num. 16. *pag.* 105.

Quomodo apud Regulares iuramentum omitti non poſſit. ibid. num. 16. *pag* 105.

Requiſita, & ſolemnitates ſeruandæ in hoc Teſtium iuramento à nu. 17. *vſque ad* 24.

Solemnitates iuramenti pertinent ad apices iuris. ib. num. 24. *pag.* 107.

Ideo *non neceſſariò ſeruandæ in* Iudicio *ſummario, & apud Regulares. ibid. nu.* 24. *pag.* 107.

Subſtantia iuramenti conſiſtit in hoc, quod iurans inuocet Teſtimonium Dei in probationem veritatis ſui dicti. ibid. num 24. *pag.* 107.

Et hoc eſt de ſubſtantia iudicij. ib. n. 24. *pag.* 107.

Et neceſſario ſeruandum in iudicio ab omnibus. ib. num. 24. *pag.* 107.

Teſtis debet iurare quoties examinatur, & repetitur. ibid. num. 25. *pag.* 107.

Nec ſufficit præſumptio iuramenti, ſed expreſsè debet apparere in depoſitione. ib. nu. 26. *pag.* 108.

Sufficienter præſumitur Teſtem iuraſſe ſi notarius dicat, quod teſtis iurauit in forma. *ibidem. num.* 26. *pag.* 108.

Regulares obſeruantes ſolemnitates iuramenti benè faciunt. ibid. num. 26. *pag.* 108.

Apud Regulares *ſufficit, quod Teſtis deponat ſub præcepto Sanctæ obedientiæ, vel excommunicationis iuxta propria ſtatuta. ibidem. num.* 27. *pag.* 108.

In Ordine Prædicatorum Teſtes debent examinari per præceptum formale. ibidem. numer. 27. *pag.* 108.

Periti in arte, vt Obſtetrices, Medici &c. non probant in iudicio, niſi iurati. ibidem. numer. 28. *pag.* 108.

Teſtes mortui ſi depoſuerunt non iurati, probant. ibid. num. 29. *pag.* 108.

In *extraiudiciali informatione non eſt neceſſe adiurare teſtes. ibid. num.* 30. *pag.* 108.

Teſtis non iuratus licet plenè non probet, facit tamen præſumptionem. ibid. num. 31. *pag.* 108.

Quæ ſufficit pro informatione conſcientiæ Iudicis. *ibid. num.* 31. *pag.* 108.

Reus in iudicio etiam tenetur iurare. ibid. nu. 32. *pag.* 108.

Si deponat contra tertium, debet iurare de calumnia. vel de veritate, alias eius depoſitio eſt inualida. ibid. num. 32. *pag.* 108.

Sed ſi deponat contra ſe ipſum, iuramentum non eſt de ſubſtantia, & natura rei. ibidem. num. 32. *pag.* 108.

Confeſſio iudicialis Rei etiam non iurata ſufficit ad illum damnandum. ibid. num. 32. *pag.* 108.

Iuramentum debet dari modo iuridice approbato, vel tactis ſacris literis, vel tacto pectore more Sacerdotum. qu. 23. *ar.* 1. *num.* 4. *pag.* 295.

Iu*ramentum ſemper præcedere debet depoſitionem Rei, vel Teſtis. ibid. pag.* 295.

IVRISDICTIO.

Iu*riſdictio iudicis ſuſpenditur ſi Recuſator appellat à grauamine ſibi illato ſtante legitima recuſatione. qu.* 3. *ar.* 9. *num.* 162 *pag.* 41.

Iu*riſdictio iudicis Regularium. qu.* 2. *ar.* 2. *per totum. pag.* 1.

Delegati iuriſdictio quomodo probetur. qu. 2. *ar.* 3. *num.* 24. *& num.* 25. *pag.* 8.

De Iudicis *iuriſdictione dubitandum non eſt, dum ipſe in ingreſſu ſui officij patentes litteras publicauit ibid nu.* 24. *pag.* 8.

Iuriſdictionis ex defectu proceſſus eſt nullus, & inſanabilis. qu. 20. *num.* 2. *pag.* 292.

Iu*riſdictio quomodo prorogatione acquiritur. ibid. num.* 3. *pag.* 292.

Iu*dex præueniens eſt incompetens. qu.* 25. *art.* 6. *num.* 72. *pag.* 353.

Iu*dex in propria cauſa, vel ſuorum familiarium, an poſſit iudicare. ib. num.* 73. *pag.* 354.

Iu*riſdictionem, an habeat* Iudex, *poſtquam ſententiam tulit. qu.* 27. *art.* 5. *numer.* 38. *& ſeqq. pag* 393.

Iu*riſdictione caret* Iudex *laicus in Clericum q.* 15. *ar.* 1. *num.* 4. *pag.* 202. *& qu.* 25. *ar.* 6. *nu.* 54. *pag.* 316. *& qu.* 20. *pag.* 292.

Iu*riſdictionem non habet* Iudex *laicus, vt compellat Eccleſiaſticum ad teſtificandum.*

Iu*riſdictio* Iudicis *laici non prorogatur per Clericum. qu.* 20. *nu.* 2. *pag.* 292. *& qu.* 30. *nu.* 1. *pag.* 436.

Iu*riſdictionem quomodo habet* Iudex *Eccleſiaſticus ad capiendum Eccleſiaſticum.*

Iuriſdi-

Iuriſdictionem non habet Iudex in Reum indebitè ab Eccleſia extractum. V. Immunitas, & q. 25. ar. 6. num. 2. pag. 359.
Iuriſdictionis ex defectu prætenſa nullitates quomodo reparentur. qu. 30. num. 1. & ſeqq. p. 436.

IVS IVSTITIA.

Iuſtitia commutatiua non datur in Deo, bene tamen Iuſtitia diſtributiua, ad quam pertinet Iuſtitia vindicatiua. qu. 1. ar. 1. nu. 4. pag. 2.
Iuſtitia diſtributiua, & legalis requirit certitudinem ſaltem moralem. qu. 2. ar. 4. nu. 34. pag. 10.
Ius nominis multiplex ſignificatio. qu. 3. ar. 1. nu. 2. pag. 13.
Ius naturale quid ſit? ibid. pag. 14.
Ius dominatiuum ſubditorum quomodo ſit in multis ſubiectum diſpoſitioni ſupremi legiſlatoris. qu. 3. ar. 2. num. 16. pag. 16.
Iuſtitia quid ſit? qu. 4. ar. 3. num. 29. pag. 49.

L.

LAICVS.

Laicus nō poteſt eſſe teſtis contra Clericum, nec contra Religioſum. qu. 12. ar. 9. n. 36. p. 121.
Laicus an poſſit ſine licentia ferre teſtimonium coram Iudice Eccleſiaſtico, vel Regulari. qu. 11. ar. 3 num. 13. & ſeqq. pag. 109.
Laicus eſt Iudex incompetens in delictis Eccleſiaſticorum. qu. 25. ar 6. num. 70. pag 352.
V. Clericus. Iudex in ordine ad Torturam. Accuſatio.

LATA CVLPA.

In criminalibus quando equiparetur dolo. qu. 28. num. 10. & ſeqq pag. 497.
Quomodo puniatur. ibidem. numer. 14. & ſeqq. pag. 498.
Lata culpa non præſumitur. ibidem. numer. 19. pag. 499.

LATITANS.

Latitans fugienti æquiparatur: & quomodo citandus. qu. 20. ar. 2. num. 10 pag. 278.

LEGATVS.

Legati à latere, & Nuncij in ſuis legationibus ſunt Iudices ordinarij exemptorum. q. 2. a. 2. nu. 7. pag. 4.
Quando non poſſunt cognoſcere illorum cauſas in prima inſtantia? ibid. pag. 4.

LEGI EXAMEN REI, VEL TESTIS.

In Iudicis arbitrio eſt, an Reo legatur eius examen, vel potius admittatur eius reſponſitio relatiua. qu. 22. ar. 1. num. 2. pag. 306.
Lectione denegata, quid poſſit facere Reus. ibidem. pag. 306.

LEGITIMVS.

Legitimi teſtes, qui ſint, & an differant ab idoneis, & omni exceptione maioribus. quæſt. 12. ar. 1. num. 1. pag. 512.

LEVE.

Leuia, & grauia delicta, quæ ſint, & vnde Iudex arbitrari poſſit ea eſſe leuia, vel grauia. qu. 4. ar. 1. num. 9. & ſeqq. pag. 44.

LEX.

Lex probibens, quod Iudex non procedat, niſi contra infamatum, loquitur de Iudice procedente per viam Inquiſitionis. quæſt. 7. ar. 3. num. 16. pag. 63.
Lex affirmans, vel negans aliquid per propoſitionem Cathegoricam non præſumit, ſed definit. q. 18. ar. 1. num 4. pag. 257.
Lex circa vniuerſaliora verſatur, nec decernit de ſingularibus. ibid. num. 5. pag. 257.
Lex in quo caſu aſſumit verum fallibile, pro vero infallibili. ibid. nu. 21. pag. 261.
Lex ad hoc vt ſtatuat præſumptionem habendam, vt infallibilem ſufficit frequentia delicti grauis, & ſuſpicio rationabilis. ib. num. 22. pag. 261.
Lex ad damnandum non eſt contenta ſimplici, ſeu vnica probatione, etiam certa, ſed ad minus duplicem quærit. ib. ar. 2. nu. 29. pag. 263.
Lex naturalis eſt, vt antequam ad vlteriora procedatur probetur corpus delicti. quæſt. 20. ar. 1. num. 2. pag. 269.
Lex humana ſæpe non obligat cum periculo mortis. qu. 24. ar. 1. num. 10. pag. 307.
Lege probibente aliquid abſolute, tam ſubſtantia facti eſt prohibita, & illicita. quæſt. 24. num. 41. pag. 313.
Quando à lege imponuntur plures pœnæ, alternatiuè, vel diſiunctiuè, quid agendum. qu. 27. ar. 1. num. 6. pag 388.
Lex non obligat niſi ex voluntate legiſlatoris exterius expreſſa, & ſufficienter promulgata. q. 27. ar. 3. num. 27. pag. 392.
Lex præcipue ſi ſit pœnalis non extenditur de caſu ad caſum, ſed de perſona ad perſonam. ibidem. pag. 392.
Lex poſitiua poteſt declarare, quod in aliquo caſu lex naturalis non obliget. qu. 25. ar. 2. nu. 28. pag. 344.
Lege cum non omnia comprehendi poſſint, multa Iudicis arbitrio commiſſa ſunt. qu. 27. ar. 1. n. 2. pag. 386.
Leges ciuiles, an, & quomodo Eccleſiaſticos, etiam Religioſos obligent. qu. 5. ar. 1. nu. 1. pag. 54.
Lex prohibens non irritat ipſo iure factum contra legem, niſi id exprimat. qu. 30. ar. 4. num. 14. pag. 438.

LICITE.

Quod Reus licitè peteret id de quo imputatur eſt bona exceptio. qu. 25. ar. 8. nu. 105. p. 360.

LIS.

Conteſtatio litis quando ſit. qu. 15. ar. 5. nu. 73. pag. 217.
Lis omnium vel maioris partis bonorum, eſt cauſa inimicitiæ capitalis. qu. 16. ar. 3. num. 47. pag. 244.
In Iudicis arbitrio eſt videre penſatis qualitatibus, an res ſit magna vel parua in lite. ibid. pag. 244.
Lis Ciuilis ardua; quæ Criminali æquiparatur eſt cauſa inimicitiæ capitalis. ib. nu. 49. pag. 244.
In Criminalibus non datur propriè litis conteſtatio. qu. 22. ar 1. nu. 1. pag. 292.
Interrogatio Rei, eiuſque Reſponſio habet locum conteſtationis litis, etiam ſi actor ſit abſens. ib. pag. 292.

LOCVS.

Locus non tutus eſt cauſa recuſandi Iudicem. qu. 3. ar. 6. nu. 130. pag. 35.
Vicinitas loci delicti facit indicium contra vicinum qu. 16. ar. 5. num. 82. pag. 249.
Sola vicinitas loci delicti non inducit indicium ad torturam. qu. 16. ar. 8. nu. 117. pag. 255.
Loci conſuetudo, quæ eſt contra ius poſitiuum, quomodo excuſet à pœna. qu. 28. art. 2. num. 42. pag. 405.
Loci conſuetudo, quæ eſt contra legem naturalem, aut diuinam non excuſat à pœna. ibid. num. 43. pag. 405.

LITTERAE.

Litteræ ſine nomine quomodo deſeruire poſſint ad inquirendum. Prax. c. 1. nu. 27. pag. 450.
Litteræ patentes Delegati quomodo publicandæ. qu. 2. ar. 3. nu. 28. pag. 8.
Literarum recognitio. P. c. 1. nu. 20. pag. 450.
Literæ quantum probent. q. 13. n. 2. & ſeqq. p. 265.

M.

MANDANS.

Mandatum iniuſtum Principis an excuſet à pœna. qu. 28. ar. 2. à n. 44. vſque ad 52. pag. 406.
An officiali aſſerenti ſe feciſſe de mandato Principis credatur. ibid. num. 53. pag. 508.

MENDACIVM.

Mendacium Rei ad hoc vt faciat indicium, quæ requiruntur. q. 16. ar. 4. n. 74. & 76. pag. 247.
Mendacium Rei cum omnibus conditionibus requiſitis ſe ſolo non facit indicium ad torturam, niſi ſit adminiculatum: ib. num. 75. pag. 247.
An Iudex vti poſſit mendacio ad finem eruendæ veritatis? qu. 23. ar. 2. num. 21. pag. 298.
Mendacium quomodo ex ſuo obiecto, & ex ſuo genere eſt perniciosum, & contra charitatem. ibid. num. 22. pag. 298.
Mendacium alias illicitum poteſt eſſe contra charitatem, & non contra iuſtitiam. ibid. numer. 23. pag. 299.
Ad hoc vt mendacium ſit illicitum Iudici, & vitiet confeſſionem Rei, ſufficit quod ſit contra Iuſtitiam legalem. ibid. nu. 23. pag. 299.
Quomodo mendacium eſt iniuſtum ex obiecto, & quomodo priuat Reum re notabili. ib. num. 24 pag. 299.
Iudex præmiſſo mendacio interrogans Reum peccat, & iniuſte agit. ib. num. 25. pag. 299.
Iudex vtendo mendacio ad hoc, vt Reus non dicat falſum, & non peccet, non liberatur à peccato, & iniuſtitia. ibid num. 26. pag. 299.
Quomodo mendacium in iudicio non ſit ſemper peccatum mortale? qu. 24. ar. 1. nu. 12. pag. 307.
Mendacia in interrogatorijs inducunt ſugeſtionem. V. Suggeſtio.
Mendacium Rei quodnam indicium faciat. qu. 16. ar. 4. num. 75. & 76. pag. 247.

METVS.

Metus ad hoc vt excuſat à pœna quæ conditiones requiruntur. qu. 28. ar. 2. nu. 50. pag. 407.
Metus, an excuſet à pœna impoſita à lege naturali, & diuina. ibid. pag. 407.

MINÆ.

Minæ ad mortem ſunt cauſa inimicitiæ capitalis. qu. 16. ar. 3. num. 54. pag. 245.
Ex Minis quando oritur indicium? ibid. pag. 245.
Minæ præſumptionem faciunt contra minantem qu. 16. ar. 7. num. 103. pag. 252.
Præſumptio orta ex minis, etiam ſequuto effectu non ſufficit ad condemnandum Reum. ibid. num. 104. pag. 252.
Quæ requiruntur ad hoc vt minæ faciant indicium ad torturam. ib. num. 105, & ſeqq. pag. 253.
In illis vero caſibus in quibus minæ non faciunt indicium ad torturam, nec ſufficiunt ad traſmittendam Inquiſitionem abſenti. ibidem. num. 109. pag. 253.
Minæ probatæ per vnum teſtem, ſeu non totaliter, ſufficiunt ad incipiendam Inquiſitionem, & ad ſumendam informationem. ib. n. 110 pag. 253.
Minæ etiam præcedentes probatæ, non ex ira, & non ſtatim ante maleficium, faciunt præſumere, quod maleficium proceſſerit ex animo deliberato. ibid. num. 111. pag. 254.
Minæ præſumptionem faciunt contra minantem. q. 17. ar. 7. num. 103. pag. 252.
Præſumptio orta ex minis, etiam effectu ſequuto non ſuffiſit ad condemnandum Reum. ibid. nu. 104. pag. 252.
In aliquo tamen caſu ſufficit ad pœnam extraordinariam. ibid. num. 104. pag. 252.

Plure-

Plures conditiones neceſſariò requiſita ad hoc, vt mina indicium faciant ad torturam. num. 106. pag. 253.
Poſitis illis conditionibus, minæ non faciunt indicium ad torturam, niſi ſint adminiculatæ. ibid. num. 107. pag. 153.
Et probata per duos teſtes. ib. nu. 108. pag. 253.
Minæ non ſufficiunt ad transmittendam inquiſitionem abſenti, niſi faciant indicium ad torturam. ibid. num. 109. pag. 253.
Minæ probatæ per vnum teſtem, ſeu non totaliter, ſufficiunt ad incipiendam inquiſitionem, & ad ſumendam informationem. ib. n. 110. pag. 253.
Si vero præcedant maleficium, faciunt præſumptionem, quod maleficium proceſſerit ex animo deliberato. ibid. num. 111. pag. 254.
Iactatio potentis poteſt etiam indicium facere ad torturam. ibid. num. 112. pag. 254.
Princeps minans an obedientem exeuſet à pœna. qu. 28. ar. 2. num. 50. pag. 407.

MINOR.

Minores alij pueri, alij infantes, alij impuberes, & qui dicantur tales. qu. 28. ar. 2. nu. 25. p. 401.
Minor ſi ſit maior 14 annis torqueri poteſt, ſi vero ſit impubes, poteſt terreri ferula, & torqueri tormento ſibillorum. queſt. 26. ar. 4. num. 59. pag. 383.
An, & quomodo admittantur in teſtimonium. q. 12. ar. 4. pag. 114.
Quomodo puniantur minores 25. annis, ſed maiores 14. qu. 28. ar. 2. nu. 28. pag. 402.
Quando dicuntur maiores ex Bulla Pij V. & in quibus delictis. ibidem. pag. 402.
Quomodo puniantur minores etiam impuberes ſecundum Curiam Romanam. ib. nu. 29. pag. 402.
Minor quis dicatur. qu. 28. ar. 2. n. 35. pag. 401.
Minor mitius punitur. ib. num. 34. pag. 401.

MODVS.

In quibus habeat locū modus procedendi per viam articulorum ſecundum aliquos Doctores. qu. 10. ar. 3. num. 28. pag. 100.
Hic modus procedendi non diſtinguitur à modo procedendi per accuſationem, vel denunciationem. ibid. num. 30. pag. 101.
Quomodo in hoc modo ſeruetur tela Iudicij. ibid. num. 31. pag. 101.
Alius modus procedendi via articulorum apud Regulares. ib. num. 32. pag. 101.
Forma procedendi ſecundum hunc modum apud Fratres Ordinis Prædicatorum. ibid. num. 33. pag. 101.
Hic modus continet ſubſtantialia iuris naturalis. ibid. num. 34. pag. 101.
An ante Inquiſitionem ſpecialem Rei debeant eidem publicari articuli. ibid. pag. 101.
Quæ ſint de forma huius modi procedendi in Ordine Prædicatorum. ibid. nu. 35. pag. 102.
Quomodo diſtinguatur hic modus à modo procedendi per inquiſitionem ex infamia, & ab accuſatione, aut denunciatione. ib. nu. 36. pag. 102.

MOLESTARI.

An moleſtari poſſit Reus, vel abſolutus, vel condemnatus. qu. 25. ar. 11. per totum. pag. 366.

MONITORIVM.

Monitorium, & citatio ad comparendum, quando poſſit tranſmitti. qu. 20. art. 2. num. 8. & 9. p. 277. q. 23. a. 12. n 107. & ſeq. p. 328.

MORS.

Mortis pœna, dolo ceſſante, nemo punitur. qu. 27. a. 1. n. 8. p. 397.

MORTALE.

Mortale peccatum infamem reddit, & repellit à teſtificando, quia eſt delictum publicum de iure Canonico. q. 4. a. 1. nu. 3. p. 44. iuncto. art 11. q 12. n. 48. p. 125.

MVLIER.

Quomodo fragilitas ſexus mulieris habet minuere pœnam. q. 28. a. 2. n. 60 p. 410.
Mulier ad euitandum periculum incontinentiæ cum carcerato, vel cuſtode fugere poteſt de carcere. qu. 21. a. 3. n. 63. p. 290.
Mulieres quando admittantur, & quando reijciantur à teſtimonio, & quam fidem faciant. qu. 12. a. 19. n. 101. p. 136.
In dubio mulieri dicenti ſe eſſe pragnantem non creditur, ſed conſuluntur obſtetrices, & Medici. q. 26. a. 4. n. 65. p. 384.
Mulier pregnans in quacumque tempore non eſt torquenda, & ea quæ peperit intra 40. dies poſt partum torqueri non poteſt. ib. pag 384.
Mulier lactans quando nulla alia reperitur Nutrix nec etiam torqueri poteſt. ib. p. 384.

MVLTITVDO.

Multitudo delinquentium quomodo ſit cauſa minuendi pœnam. qu. 28. a. 2. n. 54. p 408.

MVTVS.

Quomodo examinandus. qu 12. a. 5. n. 14. p. 116.
Non ſunt torquendi. q. 20. a. 4. n. 97. p. 184.
An eorum teſtimonium valeat. qu. 12. a. 5. p. 115.

N.

NEGATIVA, ET NEGANS.

Negatiuè merè deponens teſtis eſt ſuſpectus de falſo. q. 13. a. 10. n. 150. p. 232.
Negantibus teſtibus minus creditur quam affirmantibus. ib. p. 232.

Dum

Dum Reo vel teſtibus negantibus qualiter agendum. q.15. a.9. n. 141. & ſeq. p.231. & q.23. art.1. num.5. p.306.

NOBILIS.

Nobilitas delinquentis eſt cauſa minuendi pœnam qu.28. ar.2. num.56. p.409.

NOMINATVM.

Nominata delicta quæ dicantur. qu.4. ar.1. nu.5. pag.44.

NOTARIVS.

Notarius debet ſcribere totum quod deponunt teſtes. qu.15. ar.8. num.108. pag. 225.
Notarius fideliter non ſcribens in proceſſu totam teſtis reſponſionem, non eſt immunus à crimine falſi. ib. pag. 225.
Notarius debet ſe rogare, & ſubſcribere, & fidem facere de examine per verba: Acta ſunt hæc &c. ibid. nu. 112. pag. 226
Notario non intelligente idioma teſtis aſſumendus eſt ſaltem vnus interpres. ib. n. 113 pag. 226.
Notario magis creditur quam non Notario, etiam quod Notarius ſtet pro actore. qu. 15. art. 10. nu. 150 pag. 233.
Vnius notarij dictum æquiparatur dicto duorum teſtium. ib. dag.233.
Hanc autem præminentiam habet cum deponit ex officio. ib. pag.233.
Notarius quando poteſt torqueri. ibidem num.157. pag. 233,
Magis creditur ſcripturæ Notarij, quam teſti. ib. nu.158 p.233.
Si Notarius ſit ſuſpectus, & teſtis integræ famæ cui credendum ſit. ib pag.233.
Cæteris partibus magis creditur tribus teſtibus, quam Notario. ib. pag.233,

NOTITIA.

De iure naturæ, & diuino debet dari aliquis qui deducat in notitiam Iudicis delictum, & delinquentem. qu.4. a.3. n.30. p.49.
Quomodo poſſit fieri talis notitia. ib. pag.49.
Qui deducit delictum in notitiam Iudicis, non eſt verè, & propriè fictus actor, ſeu accuſator. ibid. num. 31 p. 49.
Iudex debet habere notitiam delicti ad hoc vt inquirat de illo. qu.6. a.1. n.1. p.59.
Nec poteſt ſpecialiter inquirere contra aliquem niſi illius notitiam habeat. ib. pag.56.
Hæc notitia debet eſſe publica, ſcilicet per Notarium ſcripta. ib. nu.2. pag.90.
Ad incohandam inquiſitionem ſufficit quæcumque notitia vndequaque habita. ib. nu. 5. pag.60.
Iudex ex priuata notitia non poteſt inquirere. q.15. a.8. nu.94. pag.221.

NOTORIVM.

Notorium duplex, ſcilicet iuris, & facti, & quid ſit vtrumque. qu.10. a 1. num.1. pag.96.
Ad hoc vt delictum ſit notorium, neceſſe eſt quod factum ſit notorium in ratione delicti ib. pag.96.
Diuerſæ ſunt DD. ſententiæ circa diffinitionem Notarij. ib. num. 3. pag. 97.
Conditiones aliquæ neceſſario requiſitæ ad hoc vt delictum ſit notorium, ad hoc quod circa ipſum non ſeruetur ordo iuris. ib. a 15. nu.0. pag.94.
Quando indicium non poſſit eſſe notorium Iudice, vt Iudici. ib. p.97.
Quomodo delictum eſt notorium Populo, & non Iudici, illud eſt probandam, ſiue ſit facti permanentis, ſiue tranſeuntis, ib. n.7. p.97.
Similiter ſi delictum eſt notorium Iudici per euidentiam facti procedit Iudex procedere ſine accuſatore, & denunciatore. ib. p.97.
Et quomodo in hoc ſe debet gerere Iudex, circa incohationem, & proſecutionem cauſæ. ib. n. 8. pag.98.
Ad probandam notorium requiruntur teſtes de viſu, & ſufficiunt duo ib n 9. pag.98.
Probato notorio non eſt neceſſe ſeruare ordinarium ordinem iuris. ib. nu. 10. pag. 98.
In cauſa notorij facti non eſt neceſſaria litis conteſtatio, nec iuramentum calumniæ, nec veritatis, & malitiæ. ib. pag.98.
Hæc verificantur quando delictum eſt notorium Iudici, vt Iudici. ib. pag 98.
At ſi probatio eſt neceſſaria ſeruandus eſt ordo iuris. ib. pag.98.
Quomodo in cauſa notorij non ſit neceſſaria citatio ſententia ſcripta, vel probata per verba. ibid. nu.11. & 12 pag.98.
Et quomodo in hac cauſa non habeat locum appellatio, ib. nu. 13. pag 98.
Quando in cauſa notorij ſeruandus eſt ordo iuris ſufficit ſeruare illum, qui ſeruatur vbi proceditur ſummariè, & de plano, iuxta Clem. Sæpè de verb. ſignif. ib. n.14. p.98.

NVLLITAS.

Nullitatis remedio vti poteſt quis contra ſententiam inappellabilem. q.29. a.4. n.27. pag.630.
Nullitas ſi appareo ex proceſſu Iudex ex officio poteſt reijcere actorem. ib. pag 430.
Nullitas tentari poteſt tam cum Iudice à quo, quam cum Iudice ad quem. ib pag.430.
Nullam ſententiam reuocare, an poſſit Iudex ordinarius, ſeu etiam delegatus, & quando eo quomodo. qu.27. art.1. num.38. & qu.30. art.4. nu.12. pag. 437.
Nullitas per modum exceptionis perpetuo opponi poteſt.
Nullitas per modum actionis opponi poteſt per triginta annos. q.29. a.4. n.72. p.439.
Nulla ſententia in vno eſt nulla in omnibus inſeparabilibus. qu.29. a.4. n.69. p.429.
Et quid ſi ſententia ſit nulla ex defectu iuriſdictionis. ib. pag.429.

Nullitatis oppoſitio vt poſſit videri contra inappellabilem ſententiam deaet opponi principaliter.
Nullitatis oppoſitio quomodo executionemimpediat. qu.29. art.4. nu.72. pag.430.
Nullitates, vel alij defectus contra proceſſum, quomodo reparentur. qu.30. art. vn. per totum pag.434.
Iudices qui nulliter egerunt quod facere debeant. qu.27. ar.1. num.38. pag.393.
Null tas proceſſus in dubio non præſumitur. q.30. art.4. nu.14. pag 438.
Nulli nun ſunt proceſſus apud Regulares ex ommiſſione Apicum Iuris. qu.30. art.4. num. 14. pag.438.
Nullitatis exceptio ex incompetentia Iudicis poteſt dari etiam poſt tres ſententias, etiam ſi partes pepigiſſent non agere de nullitate. qu.20. ar. 1.. num.2. pag.292.
Nullitas proceſſus ex quibus cauſis oriatur. qu.25. ar.6. num.65. pag.351. & num.83. pag.356.
Nulla ſententia non tranſit in iudicatum. qu.29. art.4. num.72. pag.430.

NVDVS.

Nudus cum nuda repertus, quo indicium faciat. qu. 16. art. 9. num.123. pag.255.

O.

OBLIGATIO AD RESPONDENDVM.

V. Examen Rei, vel teſtium.
Obſcurè, dubiè, vel incertè deponens teſtis non probat. qu.14. ar.9. num.93. pag.190.
Quæ oppoſitio dicatur obſcura. ibid. pag.190.

OBSTATIVA.

Obſtatura ſingularitas teſtium, quæ ſit. qu.13.a.3. num. 18. & ſeq. pag.156.

OCCVLTVM.

Occultum delictum, & non exceptum, ſi ex eo non imminet damnum communitati vel tertio innocenti, non tenetur ſubditus iudicialiter denunciare. qu.9. ar.3.
Occulta delicta, & difficilis probationis, quæ dicantur. qu.4. ar.2. n.8. pag.45.

OFFERENS.

Teſtis offerens ſe ſponte, an probet qu.15. art. 4. num.72. pag.217.

OFFICIVM ET OFFICIALIS.

Officiorum procuratio, & dignitatum apud Superiores Regulares per ſecularium fauores eſt delictum graue. q.20. ar.2. n.40. p.274.
Quomodo hoc delictum probetur. ib. pag.274.
Adducitur conſtitutio Clem. VIII. ib. pag.274.
Quomodo probandum ſit delictum, & delinquens iuxta prædictam Conſtit. ib. num.41. pag.274.
Adducitur opinio Donati. ib nu.42. p.274.
Iudicialiter conſtare debet de precibus porrectis. ib. pag.274.
Debet præcedere ſententia declaratoria. ib. p.274.
Officialis mandato iniuſto ſuperioris obediens, an excuſeatur à pœna. qu.28. art.2. num.44. & ſeq. pag.406.
Officiali aſſerenti ſe feciſſe de mandato ſuperioris an credatur. ib. nu.53. pag.408.

OFFVSCANS.

Reus habentes offuſcantes probationes pro ſe an ſit abſoluendus. q.21.a.1. n.93. vſque ad p.358.

OMISSIO.

Delicta omittendo commiſſa, an mitius puniantur. qu.28. a.1. nu.11. & 12. pag.596.

OPINIO.

Quam opinionem ex duabus probabilibus; vel vna probabili, & altera probabiliori debet ſequi Index. qu.2. ar.4. nu.37. pag.10.
Opiniones æque probabiles, non videntur poſſe dari in iudicio criminali, ſed illa quæ fauet Reo & benignior eſt, dicitur probabilior. ib. nu.38. pag.11.
Iudex non ſemper tenetur iudicare ſecundum opinionem magis communem, & in ſententia aliorum probabiliorem. ib. n.39. pag.11.
Opiniones ex principijs intrinſecis examinandæ ſunt & illam, quæ ex illis vera iudicatur, debet ſequi. ib. num.40. pag.11.
Opinio quæ ſit communis, ſeu communior, & ſit de ſtylo, ſeu conſuetudine iudicantium, & non habeat contra ſe motiuum forte, & vrgens non eſt ſumenda probabilis, ſed certa moraliter, & ſecundum illum Iudex iudicare debet. ib. nu.41. pag.11.
Quænam dicatur opinio communis. ib. pag.11.
Quando ſunt opiniones oppoſitæ, quæ ſunt communes, & ex conſuetudine diuerſorum Iudicium approbata quomodo Iudex debet procedere, etiam quando periculum eſt in mora. ibid. nu.42. & ſq. pag.12.

OPPOSITIO.

Oppoſitiones contra perſonas teſtium, vel eorum delicta, vel eorum examen. quæſt.30. numer.7. pag.436.
Quomodo Reus, vt ſe defendat opponnere poſſit, & obijcere teſtibus crimina. qu.25. art. 7. nu. 98. pag.319.
Et quid ſit obijciat crimina falſa. ibid. n.99. p.37.

OR-

ORDINARIVS.

Quis ſit Index Ordinarius.q.2.a.2. per totum.p.3.
Ordinarius an poſſit, & debeat reſiſtere aelegato malè agenti . qu.2. a.3. num.31. pag.9.
Ordinarius poteſt delegare . ib.a.2. nu.6. pag.4.
Ordinarius Iudex, quis ſit apud Regulares . ibid. num.9. pag.4.
Ordinarius an poſſit recuſari.q.3.n.34.& 35.p.19.
Ordinario ſuſpecto, an ſit ſuſpectus eius Vicarius. ib.n.40. vſq. ad.43. pag.20.

P.

PARS.

Parte non citata teſtes examinari non probant. qu.11. art2. per totum pag.29.
Parte preſente non examinatur teſtes. qu.15. ar.9. num.108. pag.221

PAVPER.

Pauper teſtis an ſit integra fidei . qu. 13. art.19. num.98. pag.131.
Paupertatis inhabilitas poteſt ſuppleri ex idoneitate conteſtis . ibid. pag.135.
Pauper ob ſolam paupertatem non reijcitur à teſtimonio. qu.12. a.19. nu.99. pag.136.

PAX.

Pace facta non præſumitur inimicitia . qu.16. a.3. num.98. pag.246.
Quomodo Pax indita faciat iudicium ad torturam, & ſit confeſſio delicti . qu.16. art.8. nu. 118. p.255.

PECCATVM.

Apud Regulares omne peccatum mortale eſt delictum publicum . qu.9. ar.1. nu.15. pag.87.
Iudex minuens pœnam à iure ſtatutam ſiue iuſta cauſa peccat, & ſit infamis, qu.27. art.2. num 26. pag.392.
Iudex mortaliter peccat, qui ex ſola ſuſpicione Reum damnat . qu.18. ar.2. nu.28. pag.263.
Reus mortaliter peccat, ſi veritatem non dicit Iudici legitimè interroganti . pu.24. art. 1. n.1. pag.305.

PEREMPTA.

Perempta inſtantia Reus non punitur . qu.25. a.10. per totum num.3. pag.6.

PERITVS.

Peritus in arte mitius punitur . qu.28. art. 2. nu. 17. pag.49.
Dictum vnius periti non ſufficit ad imponendam pœnam præcipuæ mortis . qu.20. art. num. 39. pag.273.
Maxima peritia in arte vtili Reipublicæ habet minuere pœnam . qu.28. a.2. nu.57. p.409.

PERIVRVS.

Periurus tam in cauſa ciuili, quam in criminali reijcitur à teſtimonio . q.12. a.16. n.79. p.133.
In aliquibus tamen caſibus admittitur . ib. nu. 80. & 81. pag.133.

PHYSIONOMIA.

Phyſionomia mala, quod indicium faciat, qu. 16. ar. 1. num. 89. pag. 250.

PLANVM.

Regulares non ſolum in Cauſis Ciuilibus, ſed etiam Criminalibus poſſunt procedere : ſimpliciter de Plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. q. 5. ar.2. num. 19. & ſeqq. pag. 57.
Regulares Ordinis Prædicatorum procedunt de plano, &c. in Criminibus ex Priuilegio conceſſo à Bonif. VIII. & Bonif. IX. qu. 16. nu. 22. & 24. pag. 58.
Pluribus alijs Ordinibus fuit conceſſum . ib. nu. 23. pag. 58.
Regulares ita priuilegiati ſolum tenentur ſeruare ſolemnitates Iuris naturalis, diuini, & gentium, & propria ſtatuta ordinis . ib. nu. 25. pag. 58.
Regulares Iudices non tenentur in Iudicio ſeruare ſolemnitatem infamiæ, niſi ad id teneantur ex proprijs legibus . qu. 7. ar. 3. num.17. pag. 64.

POENA.

Pœna talionis, an receſſerit ab Aula? qu. 7. ar. 5. num. 19. pag. 65.
Regulares circa pœnam talionis debent ſeruare ſuas Conſtitutiones . ib. num. 21. pag. 65.
Pœna talionis non debet imponi ſecundum æqualitatem, ſed ſecundum analogiam, hoc eſt debent conſiderari qualitates accuſantis, & accuſati. ib. num. 22. pag. 65.
Pœna lata in ſententia non debet excedere demerita . qu. 24. ar. 12. nu. 129. pag. 332.
Pœna debet eſſe proportionata delicto, nec debet eſſe maior contra abſentem ficti confeſſum, quam contra præſentem confeſſum . ib. nu. 131. p.332.
Qui ex animo delinquunt non excuſantur à pœna legis . qu. 28. ar. 1. num. 7. pag. 397.
Quomodo ſit puniendus ille, qui ommiſit aliquod ſtatutum à lege ex negligentia . ibid. num. 12. pag. 398.
An ad pœnam ordinariam imponendam poſſit ſufficere indicium indubitatum non tantum moraliter, ſed phyſicè? qu. 29. ar.1. nu. 12. pag.413.
Quæ dicatur pœna extraordinaria? ibid. num. 13. pag. 414.
Qualis probatio ſit neceſſariam ad pœnam extraordinariam imponendam . ibid. num. 14. & ſeqq. pag. 414.
Adducuntur opiniones variæ . ibid. pag. 414.
Quomodo eſt puniendis accuſator vel teſtis fatens eri-

criminaque defendere prompt. quæſt. 24. ar. 7. num. 63. pag. 318.

Quinam excuſantur, & non excuſantur à pœna. Vide totum articulum 2. qu. 28. V. Iudex in ordine ad pœnam. Reus, & alibi.

Pœna capitalis in Iure non eſt neceſſario pœna mortis naturalis. quæſt. 21. ar. 3. numer. 34. pag. 284.

Ex iure naturali in pœnis mitior pars eſt eligenda, qu. 27. ar. 1. num. 6. pag. 388.

Quando à lege vel ſtatuto imponuntur plures pœnæ alternatiuè, vel diſiunctiuè, quid agendum. ibid. pag. 388.

Pœnas augere, vel minuere, an poſſit Iudex. qu. 27. ar. 1. & 2. per totum, pag. 286.

Pœnæ inter Regulares mites eſſe debent, & in Religione conſuetæ.

Pœna extraordinaria, an poſſit puniri Reus, grauiter initiatus, ſed nec confeſſus, nec conuictus, q. 29. ar. 1. num. 18. & ſeqq pag. 415.

Quomodo conſtet Iudicem ex cauſa iuſta minuere pœnam. qu. 25. art. 11. num. 138. pag. 367.

Pœna impeditur ex præuaricatione accuſatoris, vel ex colluſione Iudicis. ib. nu. 142. p. 368.

Pœna mortis ceſſante dolo, nemo punitur. quæſt. 28. ar. 1. num. 8. pag. 47.

Qualiter puniatur Reus pro iteratis delictis, qu. 27. ar. 1. num 12. pag 389.

Pœna minuitur dolo ceſſante. qu. 28. ar. 1, per totum, pag. 395.

Pœna, an ſit afficiendus obediens iniuſto ſuperiori, qu. 27. ar. 2. num. 44. & ſeqq. pag. 405.

Pœna debet eſſe delicto conformis, quæſt. 29. ar. 3. num. 62. pag. 427.

Pœna impoſita contra ius, vel contrà conſuetudinem eſt nulla. qu. 27. ar. 3. nu. 62. pag. 427.

Vbi ſunt poſitæ plures pœnæ pro delicto cuius ſit alterius electio, quæſt. 27. art. 1. num. 6. & 7. pag. 388.

PRAECEPTVM.

Præcepti ſententiæ quæ dicatur, quæſt. 29. ar. 4. num. 78. pag. 431.

PRAXIS.

Praxis Religionum eſt, vt Viſitatores imponant præceptum obligans ſubditos ad reuelanda, quæ oportet Viſitatorem ſcire. qu. 8. a. 1. nu. 5. pag. 70.

PRAELATVS.

Prælatus, ſeu Prior localis in ordine Prædicatorum poteſt formare proceſſus, & cauſas Criminales ſuorum ſubditorum cognoſcere vltimate. qu. 2. ar. 2 num. 10. pag. 5.

Prælatus in cauſis propriæ Eccleſiæ recuſari poteſt. qu. 3. ar. 6 num. 118. pag. 31.

Prælatus an poſſit à ſubdito ſuo recuſari? V. Iudex in ordine ad recuſationem. Epiſcopus. Viſitare, & alibi.

PRAESCRIPTIO.

Præſcriptum delictum non punitur. qu. 25. ar. 9. per totum, pag. 360.

Præſcribitur etiam crimen falſi, & quomodo, ibidem. num. 113. pag. 302.

Quæ delicta præſcribi non poſſunt, ibid. num. 114. pag. 302.

Quando præſcriptio currere incipiat. ibid. nu. 115. pag. 302.

PRAESVMPTIO.

Quid eſt præſumptio? qu. 18. ar. 1. num. 1. & 2. pag. 256.

Præſumptio diſtinguitur ab Indicio, eo modo quo diſtinguitur Concluſio à medio. ib. n. 3. p. 257.

Præſumptio diſtinguitur in Præſumptionem, hominis, Iuris, & Iuris de Iure: definiuntur, & explicantur. ib. nu 4. & 5. pag. 257.

Diuiſum in hac diuiſione eſt præſumptio communis. ibid num. 6. pag. 257.

Quæ ſit præſumptio leuis, Vehemens, Violenta, & temeraria. ib. nu. 7. & ſeqq. p. 258. & ar. 2. num. 27. pag. 262.

Quomodo præſumptio violenta ſit præſumptio iuris. ibid. num. 11.

Præſumptio indubitata quando eſt præſumptio iuris, & de iure. ib. num 14. pag. 259.

Præſumptio violenta coincidit cum præſumptione iuris, & de iure. ibid. pag. 259.

Præſumptio eſt minus quam probatio ſimplex, imo quam ſemiplena probatio. ib. nu. 15. pag. 259.

Præſumptio violenta plenè probat. ib. n. 23. p. 261.

An in Criminalibus ex præſumptione iuris, poſſit quis damnari in pœnam ordinariam pro delicto præſumpto? qu. 18. art. 2. numer. 26. & ſeqq. pag. 262.

Præſumptio iuris in aliquo caſu iuſtificat præſumptionem Iudicis in eo caſu præſumentis. qu. 18. ar. 2. num. 26. & ſeqq. pag. 262.

Iudex ex præſumptione iuris, & de iure tenetur damnare Reum ſic præſumptum in pœnam taxatum à lege. qu. 18. ar. 2. nu. 25. pag. 262.

An ex præſumptione violenta poſſit quis damnari in pœnam ordinariam. ib. num. 27. pag. 262.

An ſaltem in delictis occultis, & difficilis probationis poſſit Reus præſumptus damnari ex præſumptionibus: ib. num. 30. pag. 263.

An ex pluribus præſumptionibus v. g. leuibus fiat vna vehemens, & ex pluribus vehementibus vna violenta: ib. num. 31. pag. 263.

Quantum probet præſumptio iuncta probationi alterius ſpeciei: ib. num. 32. pag. 264.

Præſumptiones quomodo debent eſſe probatæ, ad hoc vt ipſæ probent. ib. num. 33. pag. 264.

Fundamentum præſumptionis probari debet. ibid. num. 34. pag. 264.

An contra præſumptionem dari poſſit probatio, vel impugnatio. ibid. num. 35. pag. 264.

An & quæ præſumptio præſumptionem aliam tollat? ibid. num. 37. pag. 264.

Præ-

Digitized by Google

498

Præſumptio non poteſt accipi ex præſumpto. ibid. num. 38. pag. 265.

Prꝑſumptio non oritur ex facto plene probato. ib. pag. 265.

Prꝑſumptio, quę ſtat pro cauſa pia, prꝑualet. ibid. pag. 265.

Iudex Religioſus in prꝑſumptionibus ſtatuta ſuę Religionis, & conſuetudines ſeruabit. ibidem. num. 39. pag. 265.

Prꝑſumptio non probat indicium. qu. 25. art. 2. num. 10. pag. 337.

Prꝑſumptiones ſolæ etiam Iuris non probant plenè delictum. ibid. num. 11. pag. 337.

Præſumpcio Iuris non continet certitudinem. ibid. nu. 15. pag. 338.

Prꝑſumptio iuris & de iure quęnam ſit. qu. 15. ar. 5. num. 76. pag. 218.

Præſumptio iuris & de iure, quæ priuat facultate probandi contrarium quando inter odioſa numerari debet. ibid. pag. 218.

PRINCEPS.

Principe, ſeu ſuperiore mandante aliquid contra legem poſitiuam, quam poteſt tollere ſi ſubditus obediat excuſatur à pœna. qu. 28. ar. 2. n. 44. pag. 406.

Si tamen prꝑcipiat aliquid contra legem diuinam, ſeu naturalem, in qua non poteſt diſpenſare, inferior non poteſt obedire, & obediendo non excuſatur, nec à culpa, nec à pœna. ib. n. 45. p. 406.

Si prꝑceptum Principis ſit dubium; an ſit licitum, vel illicitum, ſubditus illi obediens excuſatur à pœna. ib. nu. 46. pag. 406.

Et quid ſi mandatum Principis ſit iuſtum in ſe, & malum ex circumſtantia. ib. nu. 52. pag. 408.

Dicenti ſe habere à Principe præceptum iniuſtum non creditur. ib. num. 53. pag. 408.

Princeps quantumuis ſupremus non poteſt mandare, vel damnare, vt quis damnetur, non auditus, aut vocatus. quæſt. 21. art. 2. numer. 8. pag. 277.

Principe conſulto, & non aliter Magiſtratus pœnas iuris alterat, quæſt. 27. ar. 1. numer. 16. pag. 390.

Principe mortem minante, qui paret, an excuſetur, qu. 28. ar. 2. num. 51. pag. 47.

Principis mandatum afferens Iudex, an ei credatur ibidem, num. 13. pag. 78.

PRIVATVM.

Priuata, ſeu publica delicta, quæ dicantur, qu. 4. ar. 1. num. 8. pag. 75.

Priuata delicta an denunciari poſſint, etiam non prꝑmiſſa correptione, qu. 9. ar. 4. pag. 92.

PRIVILEGIATVS.

Perſonæ priuilegiatæ quænam ſint. qu. 21. ar. 3. num. 29. pag. 283.

PRIVILEGIVM.

Vide de Plano.

PROBABILE.

Vide v. opinio.

PROBATIO.

V. Delictum, indicia, fama teſtis.

Probatio quid ſit. qu. 11. ar. 1. num. 1. pag. 102.

Media ex quibus probatur veritas ſunt ſex. ibidem num. 2. pag. 102.

Probatio duplex ſcilicet plena, & ſemiplena, & quid ſit vtraque. ib. num. 3. pag. 102.

Probationes aliæ ſunt veræ, & tales ex natura Rei & aliæ præſumptæ. ibid. pag. 102.

Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores, quia debent ocum habere à ſenſu. ib. num. 4. pag. 103.

Nec moraliter debent relinquere obſcuritatem. ib. pag. 103.

In indicio ſummario abſolutè non ſufficit probatio perſuaſiua inherens conſcientiæ Iudicis. ibidem num. 5. pag. 103.

In iudicio vero ſummariſſimo admittitur probatio perſuaſiua, quæ ex natura rei debet eſſe certa. ibid. pag. 103.

Probatio per indicia dicitur mediata. qu. 25. ar. 2. num. 7. pag. 346.

Si probaciones ſint ita debiles, vt non ſufficiant ad torturam, quomodo Iudex etiam Regularis debet procedere. qu. 29. ar 1. num. 2. pag. 411.

Probatio per indicia minor eſt probatione per teſtes ibid. num. 10. pag. 413.

Probatio plena, ſeu per teſtes certior eſt illa, quæ eſt per indicia moraliter indubitata. qu. 21. ar. 1. num. 6. pag. 276.

Semiplena probatio aliqualiter adminiculata ſufficit ad torturam. quæſt. 15. ar. 9. numer. 120. pag. 228.

Probationes offuſcantes habens Reus pro ſe, an ſit abſoluendus. V. Defenſio orta ex non probato delicto.

Qualiter probanda ſunt indicia ad torturam. qu. 26. art. 1. num. 14. & ſeqq. pag. 373.

Probatio per teſtes non debet confundi cum probatione per indicia. ibid. num. 16. pag. 373.

Per quot teſtes probanda ſint indicia in ordine ad torturam. ibid. num. 18. pag. 373.

Qualiter ad torturam ſufficiat probatio per vnum teſtem. ibid num. 19. 20. & 21. pag. 374.

An ad torturam ſufficiat quod indicium indubitatum ſit probatum per vnum teſtem. ib. nu. 21. & 22. pag. 374.

Ad damnandum Reum non ſufficit probatio per vnum teſtem, ſeu ſemiplena. quæſt. 29. art. 1. num. 7. pag. 412.

Probatio ſemiplena etiam adminiculata ſola non ſufficit ad pœnam etiam extraordinariam. ibid. num. 18. & 19. & 23. pag. 415.

Ad

Ad pœnam inferendam indicia debent eſſe probata per duos teſtes idoneos. ib. nu. 8. pag. 412.
An aliquando vnum indicium indubitatum ſufficiat ad pœnam inligendam. q. 29. a. 1. n. 12. p. 413.
Probatur pluribus modis iuriſdictio delegati. q. 2. art. 3. num. 24. pag. 8.
Probatio per indicia longe minor eſt, quam ſit probatio per teſtes. qu. 19. art. 1. nu. 50. p. 413.

PROBATIO PER SCRIPTVRAM.

Scriptura continens delictum extra illam commiſſum, non probat. qu. 19. ar. 1. nu. 2. pag. 265.
Solum valet ad inquirendum, & habet vim accuſatoris. ibid. pag. 265.
Scriptura continens delictum commiſſum in ipſa ſcriptura probat delictum. ib, nu. 3. pag. 266.
Plures caſus in quibus delictum probatur per ſcripturam. ib. num. 4. pag. 266.
Etiam ſi ſcriptura non ſit inſtrumentum authenticum. ibid. num. 5. pag. 266.
Quæ differentia ſit inter inſtrumentum authenticum, & ſcripturam priuatam. ib. nu 6. pag. 266.
Quot modis fiat recognitio ſcripturæ, & in quo caſu plenè probat. ib. num. 7. pag. 266.
Quando ſcriptura eſt ſcripta per Reum, ſi ipſe neget ſe neſcire ſcribere, quomodo conuincendus erit ibid. pag. 266.
Quando ſcriptura recognita plenè probat. ibidem num. 8. & 9. pag. 267.
Scriptura iudicialis probat delictum. ibid. nu. 10.
Scriptura probans circumſtantiam, indirectè probat delictum. ib. num. 11. pag. 167.
Scriptura imperfecta, non integra, aliena manu facta, quare non probet. ib. num. 12. pag. 268.
Quantum probet exemplum à ſcriptura originali deſumptum. ib. num. 13. pag. 268.
Inſtrumentum continens delictum adminus præſumptionem facit. ib. num. 14. pag. 268.

PROCESSVS.

Proceſſus factus à Iudice inimico non recuſato, ſi alias ſit iuſtus, eſt validus. qu. 3. art. 5. num. 77. pag. 26.
Proceſſus factus à Iudice recuſato an ſit validus? referuntur opiniones diuerſæ. q. 3. art. 9. n. 151. & ſeq pag. 40.
Proceſſus factus à Iudice, qui legitimè recuſari non poteſt, validus eſt etiam dicto Iudice recuſato. ib. num. 58. pag. 41.
Proceſſus non dicitur nullus reuocata recuſatione. num 160. pag. 41.
Proceſſus eſt nullus, ſi poſt recuſationem recuſaans proteſtatur ſe non conſentire in Iudicem & appellet. ibidem num. 161. pag. 41.
An proceſſus ſit validus, ſi recuſans non proſequatur appellationem. ib. num. 163. pag. 41.
Proceſſus non irritatur ipſo iure per recuſationem Iudicis ſine appellatione. ib. nu. 166. pag. 42.
Proceſſus dicitur nullus ex vi appellationis, non ex vi puræ recuſationis de Iure Canonico, ſecus autem de iure ciuili. ib. n. 172. & ſeqq. pag. 43.
Proceſſus poteſt dici nullus ex defectu inquiſitionis. qu. 30. a. 1. num. 5. pag. 435.
Ex triplici capite oritur nullitas proceſſus, ratione defectus teſtium, & probationum. ib. nu. 7. p. 436.
Quæ ſunt opportuna defenſioni proceſſus etiam apud Regulares. ibid. num. 9. pag. 436.
Quomodo oriatur nullitas proceſſus ex illegitima rei interrogatione. ib. nu. 10. pag. 437.
Nullitas proceſſus oriri etiam poteſt ex defectu Procuratoris. ib. nu. 11. pag. 437.
Ex non ſeruanis ſubſtantialibus in ſententia ferenda proceſſus dicitur nullus. ib. nu. 12. pag. 437.
Nullus eſt proceſſus, ſi appellatione pendente Iudex ad vlteriora procedat. ib. nu. 13. pag. 438.
Quæ ſint de valore, & nullitate proceſſus. ibidem pag. 438.
Plures cauſæ ex quibus proceſſus redditur nullus. qu. 25. ar. 6. nn. 64. & 83. pag. 351. & 356,
Proceſſus publicatio quando fiat. quæſt. 25. art. 3. num. 34. pag. 345.
Noui teſtes nequeunt produci publicatis atteſtationibus. ibid. num. 35. pag. 435.
Diſtinctio inter teſtes examinatos ad offenſam Rei, & ad diſenſam. ib. num. 37. pag. 346.
Poſt publicationem in examinandis teſtibus ad offenſam, ceſſet omne periculum ſubornationis. ibid. num. 38. pag. 436.
Iudex poſt publicationem, quando articuli ſunt releuantes debet admittere nouos teſtes. ibid. n. 38.
Ad defenſam Rei in multis caſibus admittitur examen in ciuilibus æque, ac in criminalibus. ibid. num. 39. pag. 346.
Iudex tenetur recipere articulos adductos à Reo ad ſui defenſionem. ibid. num. 40. pag. 346.
Certum eſt, poſt publicationem proceſſus offenſiui Reum poſſe inducere teſtes. ib. nu. 41. p. 347.
Proceſſus nullitas tollitur ex ſpontanea Rei confeſſione. quæſt. 23. art. 3. num. 24. & ſeqq. pag. 310. V. confeſſio Rei.
Proceſſus nulli quomodo defendi poſſint. quæſt. 30. à num. 1. pag. 431.
Poteſt obijci contra ſententiam defectus iuriſdictionis Iudicis. ibid. num. 1. pag. 434.
Ex duplici capite prætendi poteſt nullitas iuriſdictionis. ibid. pag. 434.
Quomodo reijciatur obiectio defectus iuriſdictionis Iudicis delegati. ibid. num. 2. pag. 434.
Et quomodo reijciatur obiectio iuriſdictionis Iudicis, ex eo quod fuerit recuſatus. ib n. 3. p. 435.
Quid iuuat pro tuenda Iudicis iuriſdictione. ibid. num. 4. pag 435.
Proceſſus poteſt dici nullus ex defectu inquiſitionis. ibid. num. 5. pag. 435.
Ad ſuſtinendas informationes, non eſt de ſubſtantia iudicij, vt præcedat probatio corporis delicti. ibid. pag. 435.
Quomodo reijciatur præcipuè in iudicio regulari obiectio facta ex eo, quod accuſationi vel denunciationi deficiat aliquod ſubſtantiace. ibid. num. 6. pag. 435.
Pro qualitate delicti non expreſſa in accuſatione probata tamen in proceſſu, poteſt Reus damnari. ibid. pag. 435.

Ex

Ex triplici capite oritur nullitas proceſſus ratione defectus teſtium, & probationem. ibid. nu. 7. pag. 436.
Opiniones variæ circa admiſſionem teſtium inhabilium. ibid. pag. 436.
Quomodo teſtis Religioſus examinatus ſine licentia ſui Superioris probet. ib. nu. 8. pag. 436.
Multa explicantur, quæ ſunt opportuna defenſioni proceſſus, etiam apud regulares. ibid. n. 9.
Quomodo oriatur nullitas proceſſus ex illegitima Rei interrogatione. ibid. num. 10. pag. 436.
Quæ requirantur ad Rei interrogationem. ibid. pag. 436.
Nullitas proceſſus oriri etiam poteſt ex defectu Procuratoris. ibid. num. 12. pag. 436.
Quæ obijci poſſunt contra Procuratorem. ibid. pag. 436.
Ex non ſeruatis ſubſtantialibus in ſententia ferenda proceſſus dicitur nullus. ib. nu. 12. pag. 436.
Quid requiratur ad validam ſententiam. ibid. pag. 436.
Iudex in iudicando, ſi non eſt certus, debet ſequi opinionem, quæ fauet Reo. ibid. pag. 437.
Opponens ſententiæ, quæ tranſiuit in iudicatum, non eſt audiendus. ibid. pag. 437.
Quomodo verificetur, quod abſolutus ab vno Iudice non ſit damnandus ab alio. ibid. p. 437.
Appellatione pendente, ſi Iudex ad vlteriora procedat, proceſſus dicitur nullus. ib. n. 13. p. 437.
Quæ Iudex præſtare poteſt pendente appellatione. ibid. pag. 437.
Multa conſiderantur circa valorem, & nullitatem proceſſus. ibid. num. 14. pag. 438.
Proceſſus copia dari debet Reo. qu. 25. ar. 2. per totum num. 15. p. 341.
An hoc verificetur in crimine notorio. qu. 25. a. 2. num. 16. p. 342.
An in copia proceſſus exprimenda ſint nomina teſtium. ib. num. 20. & ſeq. pag. 341.
Proceſſus copia danda eſt ante torturam Proceſſus copia debet dari, ideo. quæſt. 25. art. 2. per totum pag. 341.
Proceſſus accelerandus eſt dum Reus eſt in carcere, quæſt. 21. art. 1. num. 5. pag. 295.
Proceſſus poteſt terminari per viam articulorum quæſt. 10. art. 3. num. 28. & ſeqq. pag. 100.
Proceſſus defenſiuus, an ſit publicandus. qu. 25. ar. 3. num. 41. pag. 347.
Duplex modus procedendi contra aliquem, vel, ſcilicet, inſtante aliquo accuſatore, vel ex officio Iudicis. Praxis cap. 1. num. 1.
Forma incipiendi proceſſum, ex notis in viſitatione. Praxis 1. 8.
Formæ variæ incipiendi proceſſum per inquiſitionem. Praxis cap. 1. per totum.
Modus incipiendi proceſſum per inquiſitionem mixtam eſt ſecurior. Praxis 1. 15.
Formæ incipiendi proceſſum per denunciationem, vel literas. Praxis 1. num. 19. & ſeqq.
Et per viam accuſationis. Praxis 1. 34.
Et per viam delicti in fragranti. Prax. 1. 47.
Et per Iudicem delegatum. Prax. 1. 51.

PROCVRATOR.

Quæ abijci poſſunt contra Procuratorem. qu. 30. art. 1. num. 11. pag. 437.
Procuratoris confeſſio, an Reo noceat. quæſt. 30. num. 11. pag. 451.
Procurator an pro abſente admittatur. quæſt. 23. art. 12. num. 125. pag. 331.
Procurator dum indebitè admittitur, an proceſſus ſit nullus. quæſt. 30. num. 11. pag. 451.
Procurator, an admittatur pro infirmo, ſeu pro carcerato, ſeu ad proponendas exceptiones, ſeu ad alligandas abſentiæ cauſas. quæſt. 23. art. 12. num. 125. & ſeqq. pag. 31.
Allegata abſentia differtur proceſſus. ib. pag. 331.

PRODITOR.

Quis dicatur talis. qu. 4. ar. 1. nu. 13. pag. 45.

PRODVCTVS.

Producti teſtes inhabiles, quomodo probent contra producentem. quæſt. 12. art. 23. num. 153. & ſeqq. pag. 150.

PROHIBITVM.

Progibitum à lege ſi fiat an ſit nullum. quæſt. 30. art. 4. num. 14.

PROPOSITIO.

Propoſitiones ex quibus conſtat ſylogiſmus iudicialis debent dici indubitatæ. qu. 25. art. 2. num. 5. pag. 346.
Propoſitio conſiſtens in facto debet conſtare Iudici per euidentiam rei, quæ cadit ſub ſenſu, vel per facientis confeſſionem. ib. nu. 6. pag. 346.

PROROGARI.

Prorogari poteſt iuriſdictio. qu. 20. nu. 3. p. 392.
Prorogari poteſt inſtantia. qu. 25. nu. 132. p. 365.

PROTESTATIO.

Quæ ſint conditiones ad validam proteſtationem requiſitæ. qu. 3. ar. 9. num. 161. pag. 41.
Quomodo Reus proteſtari poſſit valide contra indicia. qu. 22. a. 1. n. 14. p. 294.

PROXIMVM.

Proximum inditium quodnam ſit. quæſt. 16. art. 1. num. 5. pag. 234.

PVBES.

Pubes quis ſit, & an poſſit eſſe teſtis. quæſt. 12. art. 4. num. 31. & ſeqq. pag. 114.

PV-

PVBLICATIO.

Ius duplex eſt. qu. 25. a. 3. num. 34. pag 345.
Publicatio proceſſus quando fiat. ib. pag. 345.

PVBLICVM.

Publicum iuris aperit viam ad inquirendum ſpecialiter. qu. 8. art. 6. num 20. pag. 14.
Publica, & priuata delicta, quæ ſint. quæſt. 4. art. 1. num. 8. pag. 45.
Et qualiter poſſint denunciari, etiam non præuia correptione fraterna. Vide verbo denunciatio.

PVER.

Pueri, & infantes ex defectu ætatis, vel nulla pœna, vel mitiori puniuntur. qu 28. a. 2. nu. 26. pag. 401.
Tenentur tamen ad pœnam ſatisfactoriam ciuiliter. ib. pag 401.

Q.

QVALIFICATVM.

Vide verbo confeſſio qualificata.

QVERELA.

Quæ ſint ſeruanda in querela, ſimplici denunciatione, & ſimplici inquiſitione, qu 8. ar. 2. nu. 8. pag. 71.
Si nullus ſit querelatus proceditur per inquiſitionem generalem. qu. 20. ar. 1, nu. 45. pag. 274.

R.

RATIFICATIO.

Confeſſio emanata in tortura non ſufficit ad Reum condemnandum, niſi ratificetur. quæſt. 23. art. 11. num. 101. pag. 326.
Quando, & quomodo fieri debeat ratificatio. ibid. p. 326.
Confeſſio emanata in tortura ſine iudiciis non, valet etiamſi ſit ratificata. ibid. num. 102. pag. 326.
Talis ratificatio eſt neceſſaria de iure naturæ, ad hoc vt confeſſio plenè probet. ib. nu. 103. p. 126.
Quando teſtis teneatur ratificare depoſitionem habitam in tortura, qu. 15. a. 9. n. 121. p. 231.

RATIO.

Rationem ſcientiæ non reddentes teſtes, an probent. quæſt. 14. art. 14. per totum pag. 198.

RECEPTANS.

Receptans malefactorem, qua pœna puniatur, Verbo Carcerum violatores.

RECOGNITIO.

Forma confrontationis, & recognitionis Rei, Praxis, cap. 6. num. 150 pag. 472.
Forma recognoſcendi literas. Prax. cap. 1. n. 29. pag.
Forma recognoſcendi Reum, quando teſtis illum cognoſcit tantum de viſu. ibid. num. 152. pagin. 473.
Forma recognoſcendi Reum negantem ſe illum eſſe, qui verè eſt. ibid. nu. 153. pag. 474.

RECVRSVS.

Recurſus quorundam Religioſorum extra ordinem pro obtinendis Dignitatibus; quomodo probeatur. quæſt. 19. num. 41. & ſeqq. pag. 274.

RECVSATIO.

Iudex in ordine ad recuſationem.
Ad recuſationem non ſufficit timor grauaminis niſi timeatur iniuſtitia. qu. 3. a. 4. n. 68. pag. 25.
Ad hoc vt recuſatio ſit licita requiritur periculum graue iniuſtitiæ. ib. n 69 p 25.
Acceptata recuſatione à Iudice Superiori, manet ſuſpenſa iuriſdictio Iudicis inferioris etiam in Regularibus. ib. nu. 71. p. 25.
Quomodo fieri debet recuſatio. q. 3. a. 5. numer. 77. pag. 27.
Recuſatio debet proponi non ſolum ante litis conteſtationem, ſed etiam ante omnes alias exceptiones. q. 3. a. 7. nu. 135. p. 35.
Quænam differentia eſt inter appellationem, & recuſationem. ib. ar. 8. n. 144 p. 38.
Recuſatio ſi non ſit legitima, & valida, non tenetur Iudex ſuſpendere iudicium. qu. 3. ar. 9. nu. 169 pag. 41.
Recuſatio debet proponi coram Iudice recuſato tempore debito, aliter non tenetur Iudex abſtinere à iudicio. ib pag. 41.
Recuſatio quando dicitur reuocata. ibid. numer. 61. pag. 41.
Forma recuſandi Iudicem. cap. 5. numer. 131. p. 467.
A quo cognoſcenda ſit validitas recuſationis, quando delegati ſunt plures. num. 134. pag. 468.
Forma præfigendi terminum arbitris per Iudicem recuſatum. ib. num. 135 pag. 468.
Forma appellationis à ſententia Iudicis, quando reiicit exceptionem recuſationis tanquam friuolam. nu. 136. p. 468.
Forma ſententiæ arbitrorum in cauſa recuſationis, ib. num. 137. pag. 468.

REGVLARES.

Regulares in pœnalibus non veniunt nomine Clericorum.
Regulares aliqui prohibiti ſunt recurrere extra ordinem pro conſequendis dignitatibus. quæſt. 19. num. 40. & ſeqq. pag. 274.

RELATIVVM.

Relatiua depoſitio teſtis, & Rei, an ſit admittenda. qu. 15. art. 1. per totum nu. 89. pag. 220.

RELIGIOSVS.

Religioſi Iudicis recuſatio, an ſit licita. quæſt. 3. art. 4. per totum num. 58. pag. 23.

Religioſi Iudices tenentur ad ſola ſubſtantialia Iuris. qu. 5. art. 2. per totum nu. 19. pag. 57.

Religioſus iuridicè denunciare poteſt. quæſt. 9. art. 3. num. 28. & ſeqq. pag. 89.

Religioſus iniuſtè grauatus, quomodo poſſit appellare, verbo appellatio.

REMISSORIA.

Remiſſoria ad examinandos teſtes quando danda ſit. qu. 15. art. 1. num. 23. & 24. pag. 202.

Remiſſoria, vel commiſſio extra Territorium cui ſit facienda. qu. 15. a. 2. n. 20. & 21. p. 206.

In remiſſorijs, vel commiſſionibus ſolet præfigi tempus. ibid. num. 23. pag. 206.

Iudex tenetur teſtium examen remittere, vel committere, ſi ipſe eſt impeditus. ib. nu. 24. p. 207.

RENVNCIARE.

Renunciari an poſſit defenſionibus. qu. 25. ar. 1. num. 6. pag. 339.

Iudex non poteſt inducere Reum, vt renunciet defenſionibus. ib. num. 7. pag. 340.

REPARATIO.

Quatuor modis reparatur inſtantia perempta. qu. 25. ar. 7. num. 132. pag. 365.

REPETITIO.

Repetitio teſtium quando, & quomodo fieri debeat. qu. 25. ar. 5. per totum. num. 47. pag. 348. Vide Teſtium repetitio.

REPROBATIO.

Reprobatarij teſtes debent eſſe exceptione maiores. quæſt. 12. art. 20. num. 109. pag. 139.

RESPONDERE.

V. examen Rei.

RESTITVTIO.

Reſtitutio in integrum datur ex iuſta cauſa. qu. 25. num. 125. pag. 329.

REVOCARE.

Dum teſtis reuocat ſuum dictum, quid agendum? V. teſtis varius & teſtis ſe corrigens.

Confeſſio reuocata incontinenti non nocet Reo. qu. 25. art. 8. num. 73. pag. 319.

REVS.

Reus quis dicatur, & quando conſtituitur talis; qu. 21. a. 1. nu. 1. pag. 276.

Iudex non poteſt procedere contra Reum extractum ab Eccleſia in caſibus non permiſſis. qu. 25. ar. 6. num. 71. pag. 352.

REVS IN ORDINE AD EXAMEN.

V. Confeſſio, Iudex quoad examen.

Ad Reum interrogandum ſuppoſito delicto ſufficit ſemiplena probatio. qu. 8. ar. 7. n. 30. p. 76.

Quando Reus eſt varius, & contrarius in ſuis confeſſionibus quid agendum ſit. qu. 16. art. 4. num. 75. pag. 247.

Reus quando interrogari poteſt de delicto præſumpto qu. 16. ar. 8. num. 120. pag. 255.

Reus interrogari non poteſt niſi præcedentibus Indicijs. qu. 21. a. 1. nu. pag. 276.

An ad Reum interrogandum iuridice debent præcedere indicia ſemiplenè probantia. ib. n. 3. p. 276.

Adducuntur opiniones variæ. ib. pag. 276.

Ad Reum interrogandum quomodo ſufficiat fama? ibid. num. 4. pag. 276.

Quæ indicia debent præcedere ad inchoationem proceſſus, & quæ ad Reum interrogandum, ibidem num. 5. pag. 276.

Reus examinari debet extra carceres. qu. 23. a. 1. num. 2. pag. 295.

Poteſt etiam examinari ligatus, ſi qualitas delicti aut perſonæ id ſuadeat. ib. pag. 295.

Si ſit perſona illuſtris, vel in dignitate conſtitutus, debet cum decenti honore examinari. ib. p. 295.

Reus examinari debet ſaltem in triduo poſt carcerationem. ib. num. 5. pag. 295.

Dum examinantur Rei, benignè tractantur iuxta illorum qualitatem. ib. pag. 295.

Si Reus dilationem temporis petat ad reſpondendum non debet illi concedi. ib. nu. 7. pag. 295.

Quid agendum ſit, ſi recuſet reſpondere affirmatiuè vel negatiuè. ib. num. 8. pag. 295.

Non danda eſt occaſio Reo perturbationis. ibidem num. 10. pag. 295.

Nec ei promittenda eſt impunitas, ſeu plena liberatio ad extrahendam veritatem. ib. n. 11. p. 295.

Quando Reus incipit fateri veritatem non debet impediri. ib. num. 13. pag. 296.

In actis recipienda ſunt nedum quæ Reus depoſuit contra ſe, ſed etiam ad ſui fauorem. ib. nu. 14. pag. 296.

Si contingat Reos, dum examinãtur interno cordis dolore ita moueri, vt vel lacrymas emittant, vel flexit geſtibus miſericordiam implorent, hæc omnia ſunt ſcribenda. ib. pag. 296.

Notarius debet notare omnia quæcumque fiunt per te-

teſtem, vel Reum, & præſertim pallorem Rei, illiuſque trepitationem. ib. pag.296.
Interrogatoria, & reſponſiones fieri debent idiomate cognito à Reo, vel teſti examinato. ibidem num.14. pag.296.
Interrogatoria per extenſum ſcribantur à Notario. ibid. pag.296.
In actis ponendæ ſunt reſponſiones ſecundum verba præcisè prolata à Reo. ib. pag.296.
Quod ſeruari debet apud Regulares. Omnia per extenſum ſcribenda ſunt à Notario, etiamſi plures teſtes idem dicant. ib. pag.296.
Reus legitimè interrogatus à Iudice tenetur reſpondere, & dicere veritatem ſub peccato mortali. qu.24. num.1. 8. 9. & 10. & pag.305. & 307.
In tribunalibus Regularium Reo petenti dilationem ad reſpondendum non conceditur. ib.n.1. p.306.
Quomodo Reus pluries interrogatus poſſit ſe remittere ad depoſitionem priorem. ibid. num. 2. pag. 306.
Tarda reſponſio, timor, ſophiſmata, & duplicitates ſigna ſunt delicti. ib. num.3. pag.306.
Vbi Reus videt ſuum delictum omnino probandum longe melius eſt illud ſponte fateri antequam conuincatur. ib. nu.3. pag.306.
Reus non reſpondens ad interrogatoria longè eſt interrogandus, ib. num.4. pag.306.
Reus quando poteſt vti in reſpondendo æquiuocationibus, & tacitis conditionibus in mente retentis. Ib. num.6. & ſeq. pag.106.
In quibus caſibus non tenetur Reus confiteri delictum Iudici legitimè interroganti. ibid. nu.12. pag.307.
Reus vigore ſtatuti confeſſus poteſt appellare à ſententia contra ſe prolata, non tamen ſi eſt abſens. qu.34. a.12. num.124. pag.331.
Quid dicendum ſit, ſi Reus confeſſus in vno iudicio, in alio negat non ſolum delictum, ſed etiam confeſſionem. qu.29. ar.1. num.33. pag.419.
In quo caſu Reus interrogari poſſit ſuper vlteriori veritate dum negauit delictum principale in tortura. qu.29. ar.1. num.26. pag.417.

REVS CONVICTVS.

Quæ ſint media quibus Reus conuincitur. qu. 19. art. 1. num. 1. pag. 265.
Reus conuincitur indicijs indubitatis plenè probatis. qu. 25. art. 2. num. 13. pag. 337.
An ad extraordinariam pœnam conuincatur Reus, quando de indicio non conſtat per euidentiam Rei. ibid. num. 17. pag. 338.
Reus conuictus de delicto ſi interrogatur in tortura de illo, illudque neget, non poteſt puniri pœna ordinaria ſed extra ordinaria. quæſt. 29. art. 1. num. 27. pag. 418.
Si verò non ſit conuictus immediatè de delicto illudque neget in tortura nulla pœna eſt puniendus. ibid. num. 28. pag. 418.
Reus conuictus ad pœnam extraordinariam, tali pœna puniri poteſt relicta tortura. ibid. nu.29. pag. 418.
Vbi Reus conuictus non poteſt damnari inconfeſſus, ſi neges delictum puniri poteſt pœna extraordinaria. ibid. pag. 418.
Reum conuictum ad pœnam ordinariam melius eſt non torquere. ibid. num. 31. pag. 419.
Reus conuictus de delicto ſine qualitate adiuncta an poſſit damnari in pœnam ordinariam. qu. 24. art. 4. num. 47. pag. 315.
Si non ſit conuictus & ſolum adſint indicia, & præſumptiones, in pœnam ordinariam damnari non poteſt. ibid. num. 48. & 49. pag. 315.
Reus conuictus & damnatus ad mortem non tenetur confiteri delictum, ſi non interrogetur qu. 24. art. 1. num. 11. pag. 307.
Conuictus non debet torqueri, & ſi torqueatur, & non fateatur delictum, mitiori pœna punitur. quæſt. 26. art. 3. num. 50. & 51. pag. 381.

REVS QVOAD DEFENSIONEM.

V. Defenſio.
Iudex ex officio tenetur quærere defenſionem Rei. qu.25. ar.3. num.38. pag.346.
Iudex debet dare terminum ſufficientem Reo ad faciendas defenſiones, & eo pendente, ſuperſedere. ibid. ar.4. nu.42. pag.347.
Quando Iudex eſt certus quod Reus non poteſt ſe defendere poteſt ad vlteriora procedere. ibidm. num.43. & 44. ibid. pag.347.

REVS QVOAD PVNITIONEM.

Reus non poteſt damnari, niſi ſit delinquens notorius, vel conuictus, vel confeſſus. qu. 2. art. 4 num. 34. pag. 10.
Ad Reum damnandum requiritur quod delictum ſit plenè probatum. qu. 8. art. 7. nu. 30. pag 75.
Reus commitens delictum coram Iudice ſedente pro tribunali eſt puniendus non ſeruato ordine Iuris. quæſt. 10. art. 2. num. 15. pag. 99.
De tali delicto idem dicitur ac de notorio. ib. p.99.
Si tamen neget delictum debet probari. ib. p. 99.
Debet etiam citari ad ſententiam. ibid. pag. 99.
In hoc caſu non habet locum appellatio, niſi Iudex excedat in pœna. ibid. pag. 99.
Si autem deliquerit coram Iudice non ſedenti pro tribunali ſeruandus eſt ordo iuris. ib. n. 18. p. 99.
Et in hoc caſu non eſt neceſſe quod præcedat accuſatio, ſeu denunciatio. ibid. pag. 99.
Pariter ſi Notarius ſcripſit Reum delinquiſſe coram Iudice, & ipſe confiteatur, debet puniri ſine ſollemnitatibus. ibid. num. 19. pag. 99.
Ad Reum damnandum requiruntur teſtes omni exceptione maiores. q. 19 art. 1. nu. 2. pag. 265.
Ad Reum damnandum ſufficit eum patraſſe delictum. ibid. num. & 7. pag. 266.
Quot, & quales teſtes requiruntur de iure diuino, & natura ad Reum damnandum. qu. 29. art. 1. num. 3. pag. 411.
De iure poſitiuo quales teſtes requiruntur. ibidem num. 4. pag. 412.
Vbi ſunt indicia indubitata ſufficientia ad aliquam pœnam imponendam Reus damnari poteſt. ibid. num. 20. pag. 416.
Mala fama, & probatio delicti in genere non ſufficiunt

tiunt ad Reum puniendum. ib. nu. 21. p 416.
Si Reus in tortura negauerit delictum quomodo puniri poſſit. ibid. num. 22. pag. 416.
Ad hoc vt Reus puniatur vt conuictus, quomodo ſunt probanda indicia. ibid. num. 32 pag. 419.
In iure ciuili Reus poſt datum ſententiam confitens delictum puniri poteſt. q.27. a.5. n 42. p.394.
Reus non poteſt damnari, vt ſibi inferat mortem per actionem, quæ ab intrinſeco ſit latalis. qu.29. ar.4. num.76. pag.431.
Reus poteſt agendo, vel non agendo non impedire mortem ſibi ab extrinſeco inferendam. ibidem num.77. pag.431.
Pro qualitate delicti non expreſſa in accuſatione, probata tamen in proceſſu poteſt Reus damnari. qu.30. ar.1. num.6. pag.434.
Reus ſufficienter punitus ab vno Iudice non eſt amplius puniendus ab alio. qu.25. ar.11. nu.137. pag.367.
Reus non poteſt puniri pœna grauiori, quam ſit illa, quæ à iure eſt impoſita. qu. 27. ar.1. nu. 13. pag.389.

REVS IN ORDINE AD TORTVRAM.

V. Iudex in ordine ad torturam.
Reu. an poſſit torqueri quando non conſtat de delicto in genere, aut de corpore delicti. qu.15. ar. 9. num.129. pag. 229.
Reus pluries poteſt torqueri, ſi variatio fiat in tortura legitime data. qu.16. ar.4. num.75. p.247.
Rei variatio cum omnibus conditionibus ſola non ſufficit ad torturam, niſi ſit adminiculata. ibidem num.76. pag.248.
Rei vacillatio, titubatio, trepidatio, pallor, & ſimilia ſigna non faciunt indicium ad torturam, niſi adiunctis adminiculis, vel concurrente alia præſumptione. ib. num.77. pag.248.
Ad hoc vt huiuſmodi aliquod iudicium faciant, neceſſe eſt quod à Notario ſint adnotata in actis de mandato Iudicis. ib. num.77. pag.248.
Reus torqueri non poteſt ex indicio de ſe remoto & non indubitato. qu.19. ar.6. num.97. pag.251.
Reus interrogatus de delicto præſumpto, ſi neget poteſt torqueri. ib. ar.8. num.120. pag.255.
Poteſt etiam torqueri pro habenda præciſa reſponſione: quod etiam faciendum eſt, ſi fingat ſtultitiam, ad hoc vt non reſpondeat. qu.24. art. 1. num.5. pag.306.
Si Reus nolit ratificare confeſſionem à ſe factam in tortura, quomodo poſſit iterum torqueri, qu.26, ar.1. num.44. pag.380.
Vbi ſunt indicia ad torturam Reus debet torqueri. qu.29. ar.1. num.19. pag.415.
In quo caſu Reus torqueri non debet. ib. n.25. p.417.
quomodo Reus poſſit torqueri cum proteſtatione, & clauſula ſine præiudicio probatorum. ib. nu.26. pag.418.

RIXANTES.

Rixantes in dubio an torqueri poſſint, quæſt. 28. art. 2. num. 55. pag. 408.

RVBOR.

Rubor Rei quodnam iudicium faciat. quæſt. 16. art. 7. num. 77. pag. 247.

RVSTICVS.

Ruſticus quando minus punitur, & à dolo excuſatur. quæſt. 28. art. 2. num. 59. pag. 410.

S.

SACERDOS.

An in eo caſu in quo Sacerdotes poſſunt torqueri ſint à laicis torquendi. qu.15. art.9. nu.135. & 136. pag.230.

SANGVIS.

Sanguis emiſſus ab occiſo coram occiſore. V. Cadauer.

SCRIPTVRA.

V. probatio per ſcripturam.
Dictum teſtis præbens ſcripturam, & ad eam ſe remittens non probat. V. teſtis examen.
Scripturæ recognitio. V. recognitio.
Scriptura quantum probet. quæſt. 18. pag. 265.

SECVLARIS.

Secularis Iudex quando teneatur ab Eccleſiaſtico requiſitus brachium conferre. q.31. n.2. p. 439.

SEMIPLENA.

Semiplena probatio ſufficit ad Reum interrogandum. quæſt. 20. art. 1. num. 3. pag. 276.
Imò ſemiplena eſt neceſſaria. ibid. pag. 276.
Semiplenè indiciatus dum eſt ſpes euadendi, an teneatur fateri. qu.22. art.1. nu.9. pag. 307.

SENEX.

Senex mitius punitur. q.28. art.2. nu.24. p.401.
Senex quis dicatur. ibid.
Senilis ætas an minuere faciat pœnas pecuniarias. ibidem.
An poſſit torqueri. qu.26. ar.4. nu.60. pag.383.

SENTENTIA.

V. Iudex in ordine ad ſententiam, Opinio.
Neceſſe nõ eſt, quod teſtes ſubſcribant ſententiæ. P. cap. 9. num. 192. pag. 481.
Forma citationis ad ſententiam, & relatio eius. P. num. 193. pag. 481.
Forma ſententiæ condemnatoriæ contrà Reum plene conuictum. P. nu. 195. pag. 482.
Forma ſententiæ abſolutoriæ innocentis, & condemnato-

natoria teſtium. P. num. 196. pag. 482.
Forma ſententiæ abſolutoriæ pro non reperto culpabili. P. num. 197. pag. 482.
Forma ſententiæ abſolutoriæ eius, qui ſe purgauit per torturam. P. num. 198. pag. 482.
Forma ſententiæ partim abſolutoria, & partim condemnatoria. P. num. 199. & 200. pag. 482.
Forma ſententiæ contra conuictum. P. num. 202. & 203. pag. 483.
Forma ſententiæ pro reperto innocente. P. nu. 204. pag. 483.
Forma ſententiæ abſolutoriæ Rei, & condemnatoriæ calumniatoris. P. num. 205. pag. 483.
Forma ſententiæ declaratoriæ contra teſtem. Pr. num. 206 pag. 483.
Forma ſententiæ declaratoriæ pro incurſu pœnarum. P. num. 207. & 208. pag. 484.
Forma ſententiæ condemnatoriæ via articulorum. P. num. 209. pag. 484.
Forma ſententiæ contra contumacem. P. nu. 210. pag. 484.
Forma ſententiæ pro delicto facti notorij. P. n. 212. & 213. pag. 485.
Forma ſententiæ pro reperto in fragranti, P. num. 214. pag. 485.
Quando in hoc caſu poſſit procedi ex abrupto. Pr. num. 215. pag. 486.
Forma ſententiæ ad reyciendum aliquem à dignitatibus. P. num. 216. pag. 486.
Quid ſit ſententia iudicialis, & quomodo differat à re iudicata, & decreto. qu. 29. ar. 1. nu. 1. pag. 411.
Sententia alia diffinitiua, & alia interlocutoria. ibid. num. 2. pag. 411.
Sententia iniuſta data ſecundum allegata, & probata obligat in foro externo, licet ſit iniuſta ex parte obiecti. qu. 29. ar. 4. nu. 75. pag. 430.
Quid dicendum ſit in foro interno. ib. p. 430.
Quid faciat ſententia in vno Iudicio, quæ in alio Iudicio fuit lata. ib. nu. 79. pag. 432.
Explicatur quomodo verificatur, quod à tribus ſententiis conformibus non datur appellatio. ibid. nu. 81. pag. 433.
Plures caſus in quibus explicatur, quænam ſint obſeruanda inter ſententias contrarias. qu. 29. a. 4. nu. 58. pag. 428.

SENTENTIA NVLLA.

Sententia ipſo iure nulla poteſt reuocari, qu. 27. ar. 5. nu. 38. pag. 263.
Sententia erronea, & lata contra Iudicis mentem, eſt nulla, dummodo error appareat ex actis. q. 28. ar. 4. n. 67. pag. 428.
Quomodo ſententia ex vna parte nulla ſit nulla in totum. ib. nu. 69. pag. 429.
Quomodo ſententia nulla nullum inducat effectum. ib. num. 72. pag. 430.
Si nullitas reſultat ex actis poteſt intentari iudicium coram eodem Iudice. ib. pag. 430.
Contra ſententiam defectu iuriſdictionis Iudicis poteſt obijci. qu. 30. a. 1. nu. 1. p. 434.
Ex duplici capite prætendi poteſt nullitas iuriſdictionis. ib. pag. 434.
Quomodo reyciatur obiectio defectus Iuriſdictionis ex eo quod Iudex fuerit recuſatus. ib. n. 3. p. 435.
Quod iuat pro tuenda Iudicis iuriſdictione ibidem num. 12. pag. 437.
Contra ſententiam fundatam in falſis præſumptionibus datur reſtitutio in integrum. qu. 24. a. 12. num. 121. pag. 330.
Sententia contra non auditum, & non citatum ipſo iure eſt nulla. qu. 21. a. 2. nu. 8. p. 277.

SENTENTIA NOTORIE INIVSTA.

Sententia notorie iniuſta non debet exequi. qu. 29. ar. 4. num. 73. pag. 430.
Quando dicatur talis. ib. pag. 430.
Multi caſus in quibus ſententia non tranſit in iudicatum. ib. num. 74. pag. 430.

SENTENTIA PRAECEPTI.

Quænam ſit. qu. 29. ar. 4. nu. 78. pag. 431.

SENTENTIA VALIDA.

Ad valorem ſententiæ legitimę probationes præcedere debent. qu. 29. ar. 1. nu. 54. pag. 425.
Probationes fieri debent ex teſtibus verum, non falſum deponentibus. ib. num. 55. pag. 426.
Teſtes falſi in proceſſu examinati non inualidant ſententiam, ſi adſint in proceſſu aliæ legitimæ probationes. ib. nu. 56. pag. 426.
Sententia debet dari à Iudice competenti habente iuriſdictionem. ib. nu. 57. pag. 426.
Sentẽtia debet eſſe ſcripta vt valeat. ib. n. 58. p. 426.
Similiter ſententia pronunciari debet in termino citationis. ib. nu. 59. pag. 426.
Debetque continere nomen Iudicis, & Rei, & certam pœnam impoſitam. ib. nu. 60. pag 426.
Debet eſſe clara, & in illa exprimi qualitates ſubſtantiales delicti. ib. num. 61. pag. 427.
Pœna impoſita in ſententia debet eſſe æqualis delicto. ib. num. 62. pag. 427.
Sententia dari debet per verba de præſenti. ibidem num. 63. pag. 427.
Nec debet dari ſub conditione, licet aliquando valeat. ib. num. 64. pag. 427.
Nec nimis feſtinanter. ib. nu. 65. pag. 427.
Sententia debet eſſe conformis libello accuſationis. ib. num. 66. pag 428.
In iudicio Regularium ſententia non eſt nulla ſi non ſeruentur iuris ſolemnitates. ib. pag. 428.
Quæ ſollemnitates non debent ſeruari in iudicio Regularium circa ſententiam. ib. pag. 428.

SEPVLTVRA ECCLESASTICA.

Non priuatur Eccleſiaſtica ſepultura inuentus ſuffocatus in puteo, qu. 20. ar. 20. nu. 8. pag. 270.

SIGILLVM CONFESSIONIS.

Si non frangatur ſigillum confeſsionis, poteſt Iudex ad vlteriora procedere ex manifeſtatione iuſta, ſine iniuſta delinquentis. qu.8. ar.7. n.33. p.77.

SIGNA.

Signa culpabilitatis Rei. qu. 16. a.4. n.77. p.248.
Hæc in actis adnotanda ſunt. ib.nu.37. p.448.

SIMONIACVS.

Secundum Cõſtitutionem Pij V. Iudices ad ſimplicem denunciationem poſſunt procedere contra ſimoniacos, & alios criminoſos ſimiles. qu. 8. a.4. num.16. pag.72.

SOCIVS CRIMINIS.

Socius criminis, ſi confeſſus ſit delictum, debet etiam confiteri circumſtantias. qu.15. ar.8. num.115. pag.124.
Societas in crimine non ſufficit ad torquendum. qu.16. ar.5. nu.78. pag.248.
Societas in crimine eſt delictum. non verò ſolum delicti indicium. ib. pag.248.
Socius criminis in criminalibus non recipitur in teſtem qu.12. ar.14. num.59. pag.129.
Nec etiam vt accuſatur, aut denunciator. ibidem pag.129.
Socius criminis in quibus caſibus poteſt interrogari de ſocijs. ib. nu.60. pag.129.
Socij criminis inducti ab inquiſito in teſtes ad ſui exculpationem non probant, nec illis creditur. ib. num.62. pag.130.
Quomodo ſocij criminis valeant ad exculpandum inquiſitum. ib. pag.130.
Depoſitio ſocij criminis quando valet ad inquirendum. ib. num.63. pag.130.
Socius criminis quomodo poſſit eſſe Accuſator, & denunciator. ibid. pag.130.
Socius criminis eſt infamis, ideoque eius depoſitio non ſufficit ad torturam. ib. nu.64. pag.130.
Super quo, & quomodo ſit: torquendus ſocius criminis. ib. pag.130.
Depoſitio ſocij criminis ad hoc vt afficiat inculpatum debet eſſe iurata. ib. nu.65. pag.131.
Nuda depoſitio ſocij criminis, & non adminiculata non facit indicium ad torturam. ib. nu.66. pag.131.
Qualiter debet eſſe adminiculata. ib. pag.131.
Socius criminis quando facit indicium ad torturam & ad traſmittendam informationem. ib. nu.67. pag.131.

SVBSTANTIALIA.

Subſtantialia iuris, quæ ſint. qu. 5. art. 1. nu. 1. & ſeqq. pag. 54.
Obſeruanda in iudicio Regularium. quæſt. 5. a. 2. num. 10. & ſeqq. pag. 57.
Statuto religionum inter ſubſtantialia numerantur; ideoque obſeruanda omnino à quocumque Regulari ea, quæ ex sui ordinis ſtatutis cenſentur ſubſtantialia. ibid. num. 25. pag. 58.
Subſtantialia quædam enumerantur. qu.25. art.1. num.9. & 10. pag.55.
Subſtantialia citationis. V. Citatio.
Subſtantialia appellationis. V. appellatio.
Subſtantialia inquiſitionis. V. Inquiſitio.
Subſtantialia examinis. V. examen Rei, & teſtium.
Subſtantialia defenſionis Rei. V. Defenſio Rei.
Subſtantialia ſententiæ. V. Sententia.

SVBTILITATES.

Subtilitates iuris poſitiui non ſunt neceſſario ſeruanda in iudicio ſummario Regularium. qu. 5. ar.2. per totum. num.10. pag.57.

SVBTRAHENTES.

Teſtes ſe ſubtrahentes coguntur. qu.15. ar.5. per totum. num 37. pag.210.

SVGGESTIO.

Suggeſtio, tam in tortura, quam extra, de iure eſt prohibita. qu.22. ar.2. nu.17. pag.297.
Quare confeſſio per ſuggeſtionem extorta non nocet. Rea ib pag.297.
Quid ſit ſuggeſtio. ib. num.18. pag.297.
Suggeſtio alia aperta, & alia palliata. ib. num.19. pag.298.
Primus modus ſuggeſtionis aperta fit, quando interrogatur Reus abſque ſufficientibus indicijs. ib. pag.298.
Secundus modus eſt, quando medijs fraudibus, & mendatijs ducitur Reus ad fatendum delictum. ib. num.20. pag.298.
Quid dicendum ſit, an Iudex poſsit ſibi mendacio ad finem eruendæ veritatis. ib.num.21. p.298.
In illo caſu mendacium ex obiecto eſt pernicioſum, & contra charitatem. ib. nu.22. pag.298.
Quomodo mendacium, etiamſi illicitum, non ſit contra iuſtitiam, ib. num.24. pag 299.
Quando eſt iniuſtum ex obiecto, & quando dictum priuat Reum re notabili. ib. num.25. p.299.
Iudex præmiſſo mendacio interrogans Reum peccat, & iniuſtè agit. ib. num.25. pag.299.
Iudex vtendo mendacio adhoc, vt Reus non dicat falſum, & non peccet, non liberatur à peccato. ib. num.26. pag.299.
Confeſſio extorta per mendarium non eſt iudicialis ſed inualida. ib. nu.27. pag.299.
Tertius modus ſuggeſtionis eſt quando medijs fictionibus, & cautelis Reus ducitur ad confeſſionem delicti. ib. num.28. pag.299.
Iudex inducens Reum extra iudicium ad fatendum delictum, non vtitur ſuggeſtione iudiciali, ſed illicita ſubornatione. ib. num.29. pag.300.
Quæ ſint cautelæ, & ſimulationes, quibus licitè vti poſſit. ib. num.30. pag.330.
Quartus modus eſt, quando ex promiſsione impunitatis

nitatis extrahitur Rei confeſsio. ib.n.31.p.300.
Princeps promittens impunitatem tenetur illam concedere. ib. num.34. pag.300.
Opiniones variæ. ib. nu.33 pa300.
Quid dicendum ſit, ſi Iudex promittit impunitatem non habendo authoritatem dandi illam. ibid. num.34. pag.300.
Confeſsio extorta media promiſsione impunitatis, poſtea liberè ratificata eſt valida. ib.n.35.p.301.
Si vero non ſit vllo modo ratificata, non poteſt puniri Reus virtute illius confeſsionis. ib. nu.36. pag 301.
Nec Iudex virtute dictæ confeſſionis poteſt recurrere ad Principem, ad hoc vt damnetur Reus. ib. num.37. pag. 301.
Iudex extrahens Reum de loco ſacro media expreſſa promiſsone impunitatis tenetur illum in eum locum reſtituere. ib. num 38. p,301.
Quomodo Princeps poſſit punire Reum media confeſsione extorta à Iudice ſub conditione impunitatis. ib. num. 39. pag. 302.
Exemplum Alexandi III. ib p.302.
Promiſſo impunitatis non tollit vim aliarum probationum. ib. num 40. pa.302.
Quomodo confeſſio extorta ſpe impunitatis ſufficiat ad pœnam extraordinariam ia. n.41.p. 302.
Et quomodo dicta confeſſio reuocata non ſufficiat ad torturam, & ad Reum interrogandum. ib. nu. 42. pag.302.
Poteſt tamen deſeruire pro adminiculo. ib. p.302.
Et in aliquo ſenſu dicitur nulla, & in alio non nulla. ib. num.44 pag.302.
Iudex potens concedere impunitatem ſi illam promittat, talis promiſſio non eſt illicita. ibidem num.44. pag.303.
Confeſſio tamen extorta ſpe talis promiſſionis eſt inualida. ib. pag.303.
Quomodo Iudex poſſit torquere Reum, & punire pœna extraordinaria ex vi confeſſionis extorta ſpe impunitatis. ib. num.45. pag.303.
Et quomodo Iudex damnans Reum virtute dictæ confeſſionis non teneatur ad reſtitutionem. ibid. pag.303.
Quintus modus ſuggeſtionis eſt, quando teſtis, ſeu Reus interrogatur in ſpecie de perſona determinata, & delicto determinato. ib. n.46. p.303.
Iudex habens indicia ſufficientia ad inquiſitionem ſpecialem poteſt interrogare in ſpecie. ibidem num.47. pag.302.
Quomodo interrogatio in ſpecie poſſit eſſe ſuggeſtiua ex forma, & modo ſpeciali interrogandi. ib. num.48. pag.303.
Etiam ad interrogandum de circumſtantijs delicti præcedere debent indicia ſufficientia ibid. nu.49. pag.304.
Quomodo differant inquiſitio delicti, & inquiſitio delinquentis. ibi pag.304.
Quid requiratur ad inquiſitionem delinquentis in ſpecie. ib. num.50. pag.304.
Explicatur quomodo interrogatio de circumſtantijs ſit ſuggeſtiua. ib. num,51. pag.304.
Quomodo in interrogatione de focijs criminis vitanda ſit ſuggeſtio. ib. num.52. pag.304.
In caſu quo Iudex ponat in eodem carcere Reum, & teſtes, an habeat locum ſuggeſtio. ibid. num. 53. pag.304.
Ad tollendum defectum ſuggeſtionis, bonum eſt prius interrogare in genere Reum, & teſtes. ib. num.54. pag.304.
Iudex legens Reo depoſitiones teſtium non committit ſuggeſtionem. ib. num.55. pag. 304.
Alius modus ſuggeſtionis eſt, ſi Iudex interroget Reum de his quæ ſunt iuris. ib. nu.56. p,305.
Nec teſtis tenetur reſpondere ad dictas interrogationes. ib. pag.304.
Quid ſit ſuggeſtio palliata, & quot modis fiat. ibidem num 57. & 58. pag.305.
Interrogatio ſuggeſtiua eſt prohibita etiam Iudici procedenti de plano, & ſola Rei veritate inſpecta. ib. pag.305.
Iudex omnino cauere debet à ſuggeſtione. qu. 15. ar 9. num. 150.

SVPERIOR.

V. Iudex Prælatus Princeps.
Superioris mandatum an excuſet delinquentem à pœna. qu. 28. art. 2. num. 44. & ſeqq. p. 48.

SVPPLERI.

Quomodo ſuppleatur inhabilitas teſtium. qu. 12. art. 22. num. 141. 147.
Quomodo ſupleatur ex numero. ib. 148.
Quomodo ſuppleatur ex maiori habilitate aliorum. ibidem num. 145. pag. 148.
An ſuppletio] pertingat ad plenam probationem. ibid. num. 141. pag. 147.

SVPPLICATIO.

Supplicatio iudicialis in qua eſt aſſertio delicti probat delictum. q.24. a.12. n. 143. pag.334.

SVRDVS.

Quomodo examinandus. quæſt. 12. art. 5. nu. 13. pag. 115.

SVSPECTVS IVDEX.

V. Recuſatio Iudicis.

SVSPICIO.

Quid ſit, & qualiter differat ab indicio, præſumptione, & argumento. quæſt. 17. art. 1. num. 5. & ſeqq. pag. 260.
Quid ſit ſuſpicio? q. 18. a. 1. n. 1. & 2. p. 256.
Contra legem eſt quod Iudex temerariè velit ſuſpicari ſiue ſufficienti motiuo. ib. nu. 18. p. 260.
Iudex ex ſuſpicione legali non poteſt decernere de innocentia vel culpa hominum. ibid. num. 18. pag. 260.
Suſpicio eſt coniecturalis cognitio, notitia ex probabilibus, & veriſimilibus deducta, vel alia ſimilis

milis, vel alia ſimilis non importat certitudinem nec etiam moralem. ibid. num. 12. pag. 259.
Suſpicio quid, & qualiter diſtinguatur à præſumptione. ib. n. 17. pag. 260.
Suſpicio alia bona, & alia mala. ib. pag. 260.
Suſpicio de malo quando eſt peccatum veniale, & quando eſt mortale. ibid. pag. 260.
Suſpicio legalis, qualis eſt. ib. nu. 18. pag. 260.
Diuiditur ſuſpicio in leuem, vehementem, & violentam. ibid. num. 19. pag. 260.
Suſpicio leuis quando eſt temeraria, & vitioſa. ibidem
Suſpicio violenta qualis ſit. ib. nu. 20. pag. 260.

SVSPENSIO.

Qualiter & quando apppellatio ſuſpendat iuriſdictionem Iudicis. V. appellatio.
Quomodo Iudicis iuriſdictio maneat ſuſpenſa intra terminum defenſionum. qu. 25. art. 4. nu. 42 pag. 347.

T.

TACITVRNITAS.

Tacititurnitas Rei quid operetur. qu. 23. art. 12. num. 138. pag. 333.

TACITVM.

Tacitæ confeſſiones Rei quæ ſint. quæſtion. 23. art. 12. per totum pag. 327.
Tacita Rei confeſſio an ſufficiat ad damnandum. quæſt. 23. art. 3. num. 19. pag. 309.

TALIONIS POENA.

V. Accuſator.

TAXILLI.

Taxillorum tortura. Praxis cap. 8. num. 160. pag. 480.

TELA PROCESSVS.

Quomodo tela noua proceſsus ſit ordienda dum crimen incidenter in proceſsu cognoſcitur. qu. 23. art. 7. num. 64. & ſeqq. pag. 318.

TEMPVS.

Tempore non debito examinati teſtes an probent, V. teſtis examen.
Temporis diurnitas in delictis an minuat pœnam. V. Diuturnitas.

TERMINVS.

De terminis ad appellandum, & petendum apoſtolos, & proſequendum appellationem. V. appell.
Terminus ad ſe defendendum. V. defenſio Rei

TESTIS.

Teſtium materia cum ſit ampliſſima diſtinguitur, & colligitur, & reducitur claritatis gratia ad ſequentia capita.

TESTIS HABILIS, VEL INHABILIS.

Teſtes alij habiles, & alij inhabiles. quæſt. 12 art. 1. num. 1. pag. 112.
Teſtis idoneus idem eſt, ac teſtis omni exceptione maior. ibid. pag. 112.
Teſtis idoneus eſt, contra quem non poteſt dari legitima exceptio. ibid. pag. 112.
Idem dicendum eſt de teſte omni exceptione maiori ibidem pag. 112.
Minima, & friuola exceptio non facit, quod teſtis non ſit idoneus, & omni exceptione maior. ibid. pag. 112.
Idem eſt teſtis idoneus, & teſtis legitimus, & integræ fidei. ibidem. pag. 112.
Teſtis omni exceptione maior debet eſſe immunis à crimine, infamia, ſuſpicione, & macula. ibidem. pag. 112.
Sed melius huius teſtis conditiones explicantur his verſibus. Sexus, ætas, diſcretio, fama, & fortuna, fides in teſtibus. ibidem. pag. 112.
Inhabilitas teſtium duplex eſt, ſcilicet, ex parte cauſæ, & ex parte effectus. ibidem. art. 2. num. 2. pag. 112.
Ex ſecunda cauſa ſunt inhabiles, qui habent ſenſum corruptum in ordine ad ſenſibilia. ibidem. num. 3. pag. 113.
Ex tertia cauſa non ſunt cogendi Parentes contra filios, & è contra; nec mulier contra virum, nec ſeruus contra Dominum. ib. nu. 4. pag. 113.
Ex quarta cauſa infames infamia facti ſunt inhabiles, & illi qui à Iudice, vel à iure ſunt declarati inhabiles. ibid. num. 6. pag. 113.
Ex quinta cauſa ſunt inhabiles inimici, amici, conſanguinei, domeſtici, famuli, familiares, criminatos, banniti, pauperes, viles, infames, mulieres, &c. ibid. num. 6. pag. 113.
Inhabilitas per ordinem ad effectum duplex eſt ſcilicet tota, & diminuta. ib. nu. 8. pag. 113.
Vtraque explicatur. ibid. pag. 113.
Qualitas idoneitatis teſtium non eſt probanda, ſed præſumenda. ibid. art. 20. nu. 102. pag. 137.
Diuerſæ opiniones DD. ibid. pag. 137.
Quis ſit teſtis idoneus. ibidem. pag. 137.
Et quis ſit teſtis non idoneus, ſeu inhabilis. ibid. pag. 137.
Teſtis inhabilis in caſu neceſſitatis, & quando veritas aliter haberi non poteſt, admittendus eſt ibidem. num. 104. pag. 137.
Explicatur quomodo, & in quibus caſibus veritas haberi non poſſit. ibid. pag. 138.
In factis in quibus ſoli teſtes inhabiles interuenire potuerant non eſt neceſſe probare, quod ſoli inhabiles interfuerint. ibidem. numer. 5. & 6. pag. 138.
Hoc tamen probandum eſt in factis, in quibus ſpectatis

Digitized by Google

ſtatis communiter accidentibus teſtes habiles adeſſe potuerunt. ibid. pag. 138.
Quomodo hoc ſit probandum. ibid. pag. 138.
Iudex procedens ex officio poteſt admittere teſtes inhabiles, ſi veritas aliter haberi non poteſt. ibid. num. 107. pag. 138.
Secus, ſecundum aliquos, ſi procedat ad inſtantiam partis. Quod non probatur. ibid. pag. 138.
Teſtes inhabiles poſſunt admitti in caſibus exceptis. ibid. num. 108. pag. 138.
Qui ſint caſus excepti. ibid. pag. 138.
In caſu defenſionis innocentiæ teſtes inhabiles admittuntur. ibid. num. 109.
Non tamen admittuntur ad reprobandum teſtes examinatos ibid. pag. 139.
Nec valent ad inferendam pœnam parti. ibidem. pag. 139.
Quando adeſt conſenſus illius, qui habet intereſſe in cauſa, teſtis inhabilis admittitur. ib. nu. 110. pag. 139.
Dummodo non ſit inhabilis inhabilitate inducta à iure in pœnam. ibid. pag. 139.
Neque ſit inhabilis de iure naturæ. ibid. 139.
Qui, & quales ſint teſtes inhabiles, qui admittendi ſunt, quando adeſt conſenſus partis. ibidem. num. 111. pag. 139.
Et ſufficit conſenſus expreſſus, ſeu tacitus. ibid. pag. 139.
Quæ requirantur ad conſenſum tacitum. ibidem. pag. 139.
Et quomodo Iudex poſſit repellere teſtes inhabiles etiam parte non petente. ib. n. 112. p. 139.
Opiniones Doctorum. ibid num. 113. pag. 140.
Teſtis ſuſpectus manente ſuſpicione de iure naturæ eſt inhabilis, vt ſit integræ fidei. ib. nu. 114. pag. 141.
Teſtis à iure reiectus non admittitur in iudicio ſummario, & iudicio Regulari vt teſtis ſimpliciter idoneus. ibid. pag. 141.
Suſpectus ex aliqua conditione generali poteſt in aliquo caſu particulari admitti, vt teſtis idoneus.
Arbitrarium eſt Iudici etiam in iudicio ſummario admittere, & reijcere teſtes inhabiles ratione ſuſpicionis. ibid pag. 141.
Ceſſante ſuſpicione in teſte habetur vt teſtis integræ fidei. ibid. pag 141.
Explicatur in quo conſiſtat punctus difficultatis. ib. pag. 114.
Non eſt de ſubſtantia iudicij, quod teſtes inhabiles ex ſuſpicione falſitatis non ſint admittendi in iudicio, ſed eſt apex & ſolemnitas iuris poſitiui. ibid. num. 116. pag. 141.
Ad hanc ſolemnitatem non tenentur Iudices, qui iudicant in iudicio ſummario, & ſola facti veritate inſpecta. ibid. pag. 141.
Hæc concluſio probatur primo. ibid. num. 117. pag. 141.
Et ſuadetur ſecundo explicando quid ſignificat clauſula ſola facti veritate inſpecta. ibid. nu. 118. pag. 442.
Teſtes inhabiles inhabilitate, quæ eſt pœna lata contra teſtem, vel inducta ob reuerentiam, vel ex alia cauſa ſpeciali, non poſſunt admitti in iudicio ſummario, vel ſola facti veritate inſpecta. ibid. num. 119. pag. 142.
Hæc concluſio probatur & ſoluitur vna obiectio. ibid pag. 142.
In iudicio ſummario, aut regulari non poſſunt admitti infames per ſententiam damnati. ibid. num. 120. pag. 142.
Infames infamia iuris ſunt tales ex duplici cauſa, ſcilicet, vel ex cauſa ſpeciali pro delicto pro quo lata eſt infamia, vel ex cauſa generali infamia facti notoria. ibid pag. 143.
Explicatur quomodo infames ex prima cauſa non ſint admittendi in iudicio ſummario, & Regulari. ibid. pag. 143.
Exemplificatur, qui ſint infames ex ſententia lata. ibid. pag. 143.
Pariter declaratur, quomodo infames ex cauſa generali infamia facti notoria non ſint admittendi in iudicio Regulari, ibid. pag. 143.
Qui ſint infames ex genere delicti, & quomodo non poſſint admitti in teſtes in iudicio ſummario. ibid. pag. 143.
Infames ex genere delicti non ſunt infames infamia iuris, niſi poſt ſententiam diffinitiuam. ibidem. num. 121. pag. 143.
Quæ ſententia debet illos damnare vt conuictos, ſeu confeſſos de delicto, nec ſufficit quod ſint ſuſpecti. ibid. pag. 143.
Si Iudex in pœna tranſegit, Reus ex vi talis ſententiæ non remanet infamis, ſi agat per Procuratorem. ibid. pag. 143.
Pariter infames ex genere pœnæ, niſi ſententia ſit lata cognita cauſa, non ſunt infames infamia iuris. ibid. pag. 143.
Similiter in infamia iuris perfecta, ſi non ſit lata ſententia inducens infamiam. ibid. pag. 143.
Qui damnatus ſit pro aliquo delicto notorio non ſeruatis ſupradictis conditionibus eſt infamis infamia facti non iuris. ibid. nu. 122. pag. 143.
Explicatur quomodo teſtes inhabiles ratione reuerentiæ non ſint admittendi in iudicio ſummario, & regulari, & ſeruata clauſula ſola facti, &c. ibid. pag. 243.
Excommunicati non tolerati etiam non poſſunt eſſe teſtes in iudicio ſummario. ib. nu. 124. p. 143.
Teſtes inhabiles inhabilitate, quæ non eſt pœna, vel inducta ob reuerentiam, vel ex alia ſpeciali lege & cauſa admitti poſſunt in iudicio ſummario, & Regulari. ib. nu. 125. pag. 143.
Explicatur qui ſint hi inhabiles. ibid. pag. 143.
Quid ſit dicendum de inhabilitate, quæ eſt pœna pro delicto ipſo iure lata. ib. nu. 126. pag. 143.
Inhabilitas, ſeu infamia ratione delicti vel pœnæ locum habet ſuppoſita ſententia, maxime ſi ſit ſententia ferendæ. ibid. nu. 127. pag. 144.
In caſibus in quibus admittuntur inhabiles in iudicio ſummario admitti poſſunt ſine tortura. ibid. pag. 144.
In iudicio ſummariſſimo parte opponente non poſſunt admitti teſtes inhabiles vt integræ fidei. ibid. num. 128. pag. 144.
Pars tamen non poteſt in totum reijcere tales teſtes. ibid. pag. 144.

In

In indicio ſummario admitti poteſt teſtis minor, ſed non minor impubes. ib. nu. 129. pag. 144.

Impubes pubertati propinquus dum ſit capax doli admittitur in teſtem in indicio ſummariſſimo. ibid. pag. 144.

Inimicus admittitur in teſtem parte conſentiente. ibid. num. 130. pag. 144.

Inimicus verò capitalis in indicio ſummario admitti non poteſt. ib. pag. 145.

Quid ſit dicendum de teſte periuro. ibid. nu. 131. pag. 144.

Sententia Doctorum. ibid. n. 2. nu. 132. p. 145.

Teſtes ex multiplici cauſa inhabiles admittendi ſunt in caſibus ſupra narratis, maximè ſi non adſint niſi tales teſtes. ibid. pag. 145.

Teſtes inhabiles examinati vbi non debent faciunt indicium, & præſumptionem. ibidem nu. 133. pag. 146.

Limitatio DD. ibid. pag. 146.

Teſtes examinati, vbi non debent non probunt, nec inducunt probationem ſufficientem ad condemnandum Reum. ibid. nu. 134. pag. 146.

Faciunt tamen ſufficiens indicium ad inquiſitionem generalem. ibid. pag. 146.

Opiniones Doctorum. ibid. nu. 135. pag. 146.

Teſtes inhabiles inhabilitate occulta plenè probunt. ibid. pag. 146.

Inhabiles manifeſti parte opponente non faciunt indicium. ibid. pag. 146.

Pariter nec inhabiles inhabilitate pænali indicium faciunt. ibid. pag. 146.

Teſtes inhabiles ex ſuſpicione veritatis conſentiente parte admitti poſſunt. ibid. nu. 136. p. 147.

At parte non opponente, nec conſentiente non faciunt indicium ad torturam, vel ad ſpecialiter inquirendum, ſeu ad tranſmittendam inquiſitionem Reo abſenti. ib. nu. 137. pag. 147.

Et eſt ſermo de teſtibus inhabilibus admiſſis, vbi non debent admitti. ib. nu. 138. pag. 147.

Teſtes inhabiles non reijciuntur ſimpliciter. ibid. pag. 147.

Sed admiſſi, vbi debent admitti, etiam parte non opponente non plene probant, nec ſufficiunt ad condemnandum Reum in pœnam ordinariam. ib. num. 139. pag. 147.

In caſu, quo ceſſet ſuſpicio poteſt haberi teſtis vt idoneus, tamen non ad pœnam ordinariam, ſed ad extraordinariam. ibid. nu. 140. pag. 147.

In criminalibus inhabilitas teſtium non poteſt ſuppleri, vt ſufficiat ad pœnam ordinariam. ibid. num 141. pag. 147.

Suppletur tamen in ordine ad torturam, inquiſitionem ſpecialem, & pœnam extraordinariam. ibid. pag. 147.

Inhabilitas teſtium ſuppletur ex numero illorum. ibid. pag. 147.

Dummodo in totum non repellantur. ibid. p. 147.

Et ex alia cauſa, quam ex ſuſpicione falſitatis. ibidem. num. 142. pag. 148.

Diſtinctio de teſtibus in totum, vel non in totum à iure reiectis, explicatur. ibid. pag. 148.

Quando inhabilitas teſtium eſt eiuſdem generis, numerus illorum non minuit, ſed potius auget ſuſpicionem. ibid. num. 143. pag. 148.

Multa conſideranda ad cognoſcendum, quod ex pluralitate teſtium tollatur eorum inhabilitas. ibid. num. 144. pag. 138.

Quomodo inhabilitas teſtis ſuppleatur ex ſuprabūdantia fidei alterius teſtis. ibid. n. 145. p. 148.

Suppletur etiam inhabilitas teſtis ex alijs adminiculis, & coniecturis, &c. ibid. n. 146. p. 148.

Teſtis inhabilis admiſſus de conſenſu partis probat, ſi verum deponit. ibid. num. 147. pag. 148.

Diſtinctio de admiſſione, ſeu non admiſſione teſtis in teſtem ſimpliciter, & abſolutè, & in teſtem integræ fidei. ibid. 148.

Quomodo inimicus ſit teſtis inhabilis. ibidem. pag. 148.

Quid requiratur ad hoc, vt dictum vnius teſtis inhabilis faciat indicium ad torturam. ib. n. 148. pag. 149.

Et quomodo duo teſtes inhabiles faciant indicium ad torturam. ibid. num. 149. pag. 149.

Tres teſtes inhabiles, vel in maiori numero ſecundum aliquos DD. ſufficiunt ad damnandum Reum in pœnam ordinariam; & ſecundum alios non ſufficiunt. ibid. num. 150. pag. 149.

Opiniones variæ circa valorem dicti teſtis inhabilis. ibid. num. 151. pag. 149.

Dictum teſtis inhabilis, (etiam ſi eſſent centum) non probat ad pœnam ordinariam, niſi totaliter ceſſet ſuſpicio falſitatis. ibidem. num. 152. pag. 150.

Teſtes inhabiles contra producentem plenè probant. ibid. num. 153. pag. 150.

Explicatio huius. ibid. num. 154. pag. 150.

Quomodo teſtis per producentem approbatus in indicio ſummario, poſſit reprobari in indicio ordinario. ibid. num. 155. pag. 150.

Teſtis productus, & non examinatus non poteſt reprobari, ſi ex aduerſo reproducatur. ibidem. num. 156. pag. 150.

Hoc valet de approbatione expreſſa, & poſitiua, non negatiua. ibid. pag. 150.

Quomodo producens teſtem, ſi adueniant exceptiones, poſſit excipere, & illum reprobare. ibid. num. 157. pag. 150.

Reprobato teſte à producente, pars aduerſa poteſt illum reprobare, ſi contra ſe reproducatur. ibid. num. 150. pag. 151.

Quomodo hoc verificetur. ibid. pag. 151.

Quomodo, & quando inhabilitas tollat fidem teſtis.

Regulariter inhabilitas teſtis oppoſita non impedit examen teſtis. ibid. num. 160. pag. 151.

Plures caſus in quibus prius videndum eſt de oppoſitione inhabilitatis. ibid. pag. 151.

TESTES INHABILES EX CONDITIONE PERSONAE

Inhabiles ſunt, qui non ſunt perfectæ mentis, vt infantes, amentes, frenetici, lunatici. qu. 12. art. 3. nu. 9. pag. 114.

Impubes, & minores. ib. ar. 4. p. 114.

Cæci, ſurdi, & muti. ib. a. 5. p. 115.

Inimici. ib. n. 6. p. 116. vide ſupra v. *Inimicitia*

Intereſſe habentes in cauſa. ibid. ar. 7. num. 126. & *iſti nec præbent iudicium*. ib. nu. 25. & *an poſſint admitti in ſubſidium*. ib. nu. 28. p. 119.
Quid de Iudice Arbitro, Aduocato, Procuratore, Solicitatore, Adminiſtratore, Tutore, Hærede, Executore teſtamenti, & Legatario. ib. nu. 30. pag. 119.
Qui ſunt de vniuerſitate poſſunt deponere pro vniuerſitate. ib. ar. 8. nu. 31. p. 119.
Fratres Ordinis Prędicatorum, & Sancti Auguſtini poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, in quo aliquid relinquitur eorum Monaſterio. ib. p. 119.
Iſti teſtes examinati in ſubſidium ſunt idonei, & omni exceptione maiores. ib. nu. 32. p. 120.
Quomodo iſti teſtes admittantur in cauſis, quæ reſpiciunt commodum ſingulorum. ibid. num. 33. pag. 120.
Procurator, ſeu qui ſuſtinet onera litis Vniuerſitatis non poteſt eſſe teſtis ad fauorem ipſius Vniuerſitatis, ib. nu. 34. p. 120.
In concurſu contrariorum teſtium minus eſt credendum teſtibus de Vniuerſitate ad fauorem Vniuerſitatis deponentibus. ib. nu. 35. p. 120.
In criminalibus ad fauorem Vniuerſitatis non eſt admittendus teſtis de Vniuerſitate contra extraneum. ib. nu. 36. pag. 121.
Sed ſi aliquis de Vniuerſitate eſt accuſatus poteſt inducere teſtem aliquem de Vniuerſitate ad ſui fauorem, & contra extraneum. ib. p. 121.
Pariter ſi Prælatus eſt accuſatus poteſt deducere contra illum ſeu ad ſui fauorem teſtis de Vniuerſitate. ib. pag. 121.
In cauſis monialium vna monialis poteſt eſſe teſtis contra aliam. ib. pag. 121.
Quid in cauſis Religioſis. ib. p. 121.
Quid ſi delictum fuit commiſſum cum laicis, & Religioſis. ibid. pag. 121.
Ratione familiaritatis non admittitur teſtis de Vniuerſitate. ib. pag. 121.
Niſi in ſubſidium. ib. pag. 121.
Teſtis de Vniuerſitate à Iure approbatus eſt integræ fidei. ib. num. 37. pag. 121.
Quando teſtis de Vniuerſitate non eſt integræ fidei, eius dictum ſuppletur, vel ex aliis teſtibus, vel ex numero teſtium de Vniuerſitate. ib. p. 121.
Quod non valet ſi commodum cauſæ ſit ſingulorum. ib. pag. 121.
Laicus contra Clericum non admittitur, quod tamen fallit in multis caſibus. artic. 9. numer. 38. p. 121.
Amicus ad fauorem amici, quod tamen fallit multipliciter. ib. a. 10. nu. 39. p. 121.
Familiares, & domeſtici, ſed in multis caſibus etiam ſunt integræ fidei. art. 11. num. 40. & ſeq. pag. 124.
De conſanguineis, & affinibus eadem dicuntur. nu. 46. pag. 124.
Infamis infamia facti non admittitur in teſtem in ciuilibus, niſi cauſa ſit ardua. ib. qu. 12. ar. 13. num. 39. pag. 126.
Quomodo probet quando admittitur, ib. p. 126.
In criminali aut mixtis infamis infamia facti, non admittitur. ib. num. 50. p. 126.
At ſi veritas aliter haberi non poteſt admittendus eſt. ib. pag. 126.
Hic teſtis nunquam eſt integræ fidei. ib. pag. 126.
Etiam ſi admittatur cum tortura, ſicuti admittendus eſt. ib. pag. 126.
Infamis infamia iuris in duplici ſtatu conſideratur. ib. num. 51. pag. 126.
Infamis infamia iuris per ſententiam damnatus prorſus reijcitur. ib. pag. 126.
Etiam parte non opponente. ib. pag. 126.
Nec hic infamis cum tortura poteſt admitti in teſtem. ib. pag. 126.
Ad tollendam huius teſtis fidem ſufficit probare eius infamiam. ib. pag. 126.
Et ita eius dictum nihil probat. ib. pag. 126.
Infamis infamia iuris ante ſententiam reijcitur ſicut infamis infamia facti. ib. nu. 52. pag. 126.
Huiuſmodi Infames parte non opponente admittuntur in teſtes. ib. p. 126.
In caſibus exceptis, & in ſubſidium infames infamia iuris admittuntur in teſtes. ib. nu. 53. p. 127.
Non ſunt tamen teſtes integræ fidei, ſed ſolum faciunt indicium, & præſumptionem. ib. p. 127.
Sine tortura non ſunt admittendi, niſi in crimine hæreſis. ib. pag. 117.
Iſti infames in caſu, in quo de iure non debent admitti, non faciunt indicium ſufficiens ad torturam, nec ad inquiſitionem ſpecialem. ib. nu. 54. pag. 127.
Sed ſolum ad inquiſitionem generalem. ib. p. 127.
In caſibus vero in quibus admitti poſſunt ſi ſint plures, & teſtes de viſu, faciunt indicium ſufficiens ad torquendum Reum. ib. p. 127.
Nec probant, ſi non deponant de delicto principali, ſeu de adminiculis ſubſtantialibus. ib. nu. 55. pag. 127.
Qui infames admittendi ſunt in teſtes. ibid. nu. 56.
Quomodo probetur infamia. ib. pag. 127.
In iudicio ſummario, & ſola facti veritate inſpecta infames admittuntur in teſtes. ib. n. 57. p. 127.
Iudices Regulares poſſunt admittere Infames. ib. pag. 127.
Infames ita admiſſi non ſunt integræ fidei. ib. p. 127.
Prohibitio ne infames admittantur in teſtes eſt ſolemnitas iuris. ib. pag. 127.
Infames infamia pœnali, & legali non poſſunt admitti in teſtes à Regularibus. ib. n. 58. p. 127.
Excluſio infamis infamia iuris non eſt iuris ſolemnitas, ſed apex iuris. ib. pag. 127.
Infames infamia facti poſſunt admitti à Iudicibus, qui procedunt ſummariè, ſine tortura. ib. p. 127.
Criminoſi. qu. 12. ar. 15. pag. 132. *Hi non admittuntur in criminalibus*. ib. nu. 72. *Niſi in caſibus exceptis*. ib. nu. 74. & *parte non opponente depoſitio ſuſtinetur*. ib. nu. 77. & *teſtis poteſt ſuam innocentiam probare*. ib. n. 78. p. 132.
Periuri. qu. 12. a. 16. nu. 70. pag. 133.
Si tamen iuramentum ſit illicitum, iurans in hac parte non cenſetur periurus ib. nu. 80. pag. 134. *In pluribus caſibus periurus admittitur*. ib. nu. 81. pag. 133.
Excommunicati. qu. 12. art. 17. p. 133. *Et Iudex Eccleſiaſticus poteſt compellere Iudicem laicum, ne admit-*

Digitized by Google

ne admittat excommunicatum in teſtem. ib. n. 83. & quid ſi excommunicatus ſit occultus. ibidem num. 85. p. 134.
Iudaus, & infidelis in cauſa Chriſtianorum non admittuntur. Et quid de Neophito. q. 12. ar. 8. nu. 86. p. 134. & quid in foro Regularium. ib. num. 88. pag. 134.
Hiſtriones, Luſores, Birruarij, decocti, Apoſtata, fuſtigati, Frodigi, ligatores continui, Vſurary Pauperes, Viles. qu. 12. a. 19. pag. 135.
Mulieres quomodo ſint, vel non ſint admittenda. ib. nu. 101. p. 136.

TESTIS IDONEVS.

Teſtis idoneus quiſnam. qu. 12. ar. 1. nu. 1. p. 112.
Teſtis idoneus, legitimus, & omni exceptione maior conuertibiliter ſe habent. ib. p. 112.
Teſtis præſumitur idoneus niſi probetur contrarium. qu. 12. ar. 20. n. 102. p. 137.
Nullus teſtis quantumcumque idoneus æquiparatur Notario, etiam ad fauorem piæ cauſæ. qu. 13. ar. 10. num. 156. & 158. pag. 233.

TESTIS VNICVS.

Vnicus teſtis quam probationem faciat. qu. 13. a. 1. num. 1. p. 152.
Quomodo diſtinguitur à teſte ſingulari, ibid. art. 3. num. 16. pag. 156.
Teſtis vnicus poteſt deponere in iudicio. qu. 15. ar. 8. nu. 98. p. 223.
Vnicus etiam teſtis tortus non probat plenè. ib. a. 9. num. 144. p. 231.

TESTIS SINGVLARIS.

Singularitas triplex, ſcilicet obſtatiua, adminiculatiua, & diuerſificatiua. qu. 13. art. 2. num. 15. pag. 155.
Quæ ſint iſtæ ſingularitates. ib. p. 155.
Quis ſit teſtis ſingularis. ib. nu. 16. p. 156.
Et per quid diſtinguatur à teſte vnico. ib. p. 156.
Qui ſint teſtes conteſtes. ib. num. 17. p. 156.
Teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua nihil probant. ib. nu. 18. pag. 156.
Neque illorum defectus ſuppleutur ex multitudine teſtium. ib. p. 156.
In ſingularitate obſtatiua circumſtantia loci, & temporis eſt de ſubſtantia delicti. ib. n. 19. p. 156.
In dicta ſingularitate debet eſſe contrarietas in teſtibus ib. nu. 20. pag. 159.
Quomodo debeat verificari dicta contrarietas in teſtibus. ib. p. 155.
Et quomodo tollatur ſingularitas obſtatiua. ib. nu. 21. pag. 157.
In aliquo ſenſu verum eſt, quod diuerſitas loci, & temporis tollit ſingularitatem. ib. p. 157.
Quid ſit dicendum, ſi teſtes nihil deponunt de loco tempore, aut de alijs circumſtantijs. ib. nu. 22. pag. 157.
Quæ circumſtantiæ ſint de ſubſtantia delicti, & quomodo diuerſificant factum. ib. nu. 23. p. 157.
Teſtes interrogati de iſtis circumſtantijs ſi ſint contrarij ſunt obſtatiue ſingulares. ib. n. 24. p. 157.
Si autem non interrogantur de dictis circumſtantijs, & non deponunt, non vitiatur eorum depoſitio. ib. pag. 157.
Quid dicendum ſit de circumſtantijs neceſſarijs. ib. num. 25. p. 157.
Et quid ſi teſtes dicant, ſe non recordari de illis circumſtantijs. ib. nu. 26. & 27. p. 158.
Opiniones variæ. ib. nu. 28. p. 258.
Teſtis interrogatus de aliqua circũſtantia etiam accidentali tenetur reſpondere pro veritate. ibidem num. 29. pag. 158.
Quomodo conſtare debet de delicto, vt delinquens puniatur. ib. nu. 30. p. 159.
In criminalibus teſtes deponere debent de circumſtantijs loci, & temporis. ib. nu. 31. pag. 159.
Non tamen eſt neceſſe, quod deponant de loco loci, aut de hora diei. ib. p. 159.
Ratio quare teſtes deponere debent de dictis circumſtantijs. ib. p. 159.
Teſtes non deponentes de circumſtantijs, quæ non ſunt de ſubſtantia delicti, vel ex probabili ignorantia, vel quia non interrogantur plenè probant ſi deponant de ſubſtantia delicti. ib. n. 30. & 31. pag. 159.
Quomodo data non depoſitione circumſtantiarum præcipuè loci, & temporis teſtes ſint conteſtes, ſeu diuerſificatiuè ſingulares. ib. p. 160.
Opiniones variæ. ib. p 160.
Teſtes ſingularitate adminiculatiua probant aliquãdo pluſquam ſemiplenè, & aliquando plenè, præcipuè in ciuilibus. ib. nu. 33. p. 160
Teſtes adminiculatiuè ſingulares ſufficienter probare poſſunt ad pœnam extraordinariam. ibidem num. 34. pag. 160.
Quot teſtes ſingulares adminiculatiuè ſufficiant ad infligendam pœnam extraordinariam tam in ciuilibus, quam in criminalibus. ibid. nu. 35. 36. & 37. p. 160.
Explicatur quomodo dicti teſtes deponere debent de delicto, & indicijs ad hoc vt probent, vel non probent ad pœnam extraordinariam. ib. nu. 38. & ſeq. p. 161.
Quomodo ex pluribus probationibus ſemiplenis conſurgat plena probatio, ib. nu. 40. & 41. p. 162.
Et quomodo intelligatur, quod ſit arbitrarium Iudici adhibere plenam fidem teſtibus. ib. n. 42. pag. 162.
Ad damnandum Reum ad pœnam grauem non ſufficit vna ſemiplena probatio delicti. ib. num. 43. pag. 162.
Probatio plena plures habet gradus. ib. 162.
Dictum vnius teſtis omni exceptione maioris non ſufficit ad damnandum Reum in pœnam extraordinariam. ib. nu. 44. p. 163.
Dictum vnius teſtis ſimul cum vno indicio indubitato facit plenam probationem ad pœnam extraordinariam, non ad ordinariam. ib. nu. 45. p. 163.
Quomodo plura indicia non ſufficiant ad pœnam extraordinariam. ib. n. 46. p. 163.
Quid requiratur, vt ex pluribus ſemiplenis probationibus fiat vna plena probatio in criminalibus. ib. nu. 47. pag. 163.

Explicatur quomodo teſtes ſingulares plenè probent ſi eorum dicta tendunt ad eundem finem, ibidem nu.48. p.163.

Quomodo teſtes ſingulares valeant ad aliquid probandum in genere, vel in ſpecie. ibidem n.49. pag.164.

Opiniones variæ. ib. nu.50.& ſeq. p.164.

Genus, & ſpecies plenè non probantur eſſe per teſtes ſingulares deponentes de pluribus indiuiduis einſdem generis, & ſpeciei. ib. n.54. p.165.

Talis probatio non ſufficit ad puniendum aliquem pœna ordinaria. ib. p.165.

Limitationes DD. ib. nu.55. p.165.

Poteſt tamen ſufficere ad puniendum aliquem pœna extraordinaria. ib. nu.56. p.165.

Quomodo probetur id, quod originatur ex pluribus actibus. ib. nu.57. p.165.

Et quomodo probetur vnum totum indiuiduum per teſtes ſingulares deponentes de partibus illus totius. ib. nu.58. & 59. p.166.

Obiectio vna, illiuſque ſolutio. ib. nu.60. p.166.

Explicatio reſponſionis. ib. nu.61. & 62 p.166.

Per teſtes ſingulares deponentes de ſingulis partibus non probatur plenè delictum ad pœnam ordinariam. ib. nu.63. p.167.

Quomodo talis depoſitio ſufficiat ad pœnam extraordinariam. ib. num.64. & 65. p.168.

Et an, & quomodo tales teſtes ſingulares probent ad pœnam ordinariam, quando pœna ordinaria debetur vni parti ipſius totius, ib. nu.66. & 67. pag.168.

Quid dicendum ſit de probatione poſſeſſionis. præſcriptionis, conſuetudinis, &c. ib n.68. p.168.

Quomodo crimen læſæ maieſtatis probetur per teſtes ſingulares. ib. nu.69. p.198.

Opiniones variæ circa probationem delictorum difficilis probationis ib. nu.70. p.168.

Si adſit lex ſpecialis concedens, quod probetur delictum ex teſtibus ſingularibus, an talis probatio valeat. ib. p.168.

Plures regulæ ad cognoſcendum quomodo teſtes ſingulares probent. ib. n.71. p.168.

Teſtes ſingulares ſingularitate merè diuerſificatiua non probant plenè, ſed ſolum ſemiplene ſi ſint omni exceptione maiores. ib. n.72. p.169.

Quomodo ex diuerſa depoſitione teſtium ſingularium ſingularitate diuerſificatiua probetur delictum. ib. nu.83: p.169.

Duo teſtes hac ſingularitate ſingulares deponentes de delicto eiuſdem ſpeciei ſufficiunt ad torturam ib. nu.74. 169.

Si vero ſint plures quam duo, poſſunt ſufficere ad pœnam extraordinariam. ib. nu.74. p.169.

Quæ probatio requiratur ad pœnam extraordinariam infligendam. ib. n.75. pag.169.

Plures teſtes ſingulares deponentes de pluribus delictis eiuſdem ſpeciei non probant plenè genus, vel ſpeciem, ſed ſolum ſemiplene. ib. num.76. pag.170.

Explicatur quomodo per teſtes ſingulares probetur plenè delictum ad pœnam extraordinariam. ibid. pag 170.

Opiniones variæ. ib. nu.77. p.170.

Ex dicto duorum teſtium ſingularium non poteſt quis damnari in pœnam corporalem extraordinariam. ib. pag.170.

Quod valet etiam de Religioſis. ib. nu.70. p.170.

In hoc caſu duorum teſtium poteſt habere locum aliqua pœna ſalutaris, & mitior. ib. p.170.

An ex dictis duorũ teſtium ſingularium poſſit Reus torqueri. ib. nu.79. p.170.

Nuda probatio ſemiplena in caſibus non exceptis non ſufficit ad torturam. ib. p.170.

Pluralitas teſtium confert nouum adminiculum. ib. n.80. p.170.

Duo teſtes ſingulares omni exceptione maiores ſufficiunt ad torturam. ib. p.170.

Pluralitas teſtium ſingularium de pluribus delictis facit, quod probato plenè vno delicto Reus grauius puniatur. ib. nu.81. p.171.

Plures teſtes ſingulares immediatè de indicijs deponentes poſſunt ſufficere ad torturam. ibidem nu.82. p.171.

Opiniones variæ. ib. p.171.

Tria requiſita ad hoc, vt indicia ſufficiant ad torturam. ib. pag.171.

Si indicia ſunt indubitata ſufficiunt ad torturam. ib. num.83. pag.171.

Quando agitur de crimine ciuiliter aliquando ſufficiunt plures teſtes ſingulares ad pœnam imponendam. ibid. nu.84. pag.171.

Si vnus teſtis deponit de loco, ſeu tempore, & alter nihil dicit; teſtes ſunt ſingulares. ibid. num. 85. pag. 171.

In iudicio regulari ſeruanda ſunt, quæ dicta ſunt de teſtibus ſingularibus. ib. num.86. pag.171.

Teſtes ſingulares non plenè probare, eſt de ſubſtantialibus iudicij. ib. pag.171.

TESTIS DE AVDITV.

Teſtis de auditu alieno in criminalibus non probat, nec præſumptionem facit. ibid. num.105. pag.193.

Adiuncto tamen adminiculo, ſeu fama indicium facit, & præſumptionem. ib. p.193.

Opiniones variæ. ibid. p.193.

In multis caſibus teſtis de auditu probat. ib. n.107. & ſeq. pag.293.

Quæ conditiones requirantur ad hoc, vt teſtes de auditu probent, ib. num.110.

Quæ deſtinguantur in obiecto auditus. ib. n.112. pag.195.

Quomodo verificatur, quod teſtis de auditu plenè probet. nu.113. pag.195.

Quæ dicuntur de auditu reſpectu proprij obiecti verificantur de alijs ſenſibus externis. ibidem num.114. p.195.

Sola depoſitio de auditu non probat, quando ad probationem facti non ſufficit obiectum vnius ſenſus ib. num.115. pag.195.

In criminalibus teſtes de auditu non ſunt integri. ib. nu.116. pag.195.

In ciuilibus aliquando ſunt integri. ib. p.195.

Quid ſit dicendum de teſtibus cortinatis, ſeu retro parietem audientibus. ib nu.117 p.195.

Teſtis

Teſtis de auditu plcué proaans, probat etiam viſibile, ſi inter viſibile, & audibile datur neceſſaria conexio. ib. nu,118. p.165,
Quod non ſequitur ſi inter viſibile, & audibile non ſit neceſſaria conexio. ib. nu.119.p.196.
Teſtes qui audiunt,& non vident non probant viſibile factum ab eis non viſum. ibid. numer.120. pag.196.
Opiniones variæ, ib. nu.121. p.196.
Si viderunt perſonam ingredienrem, & habeant notitiam illius vocis, probant etiamſi non videant illam actualiter loquentem. ib. num.122. pag.196.
Quomodo teſtes cortinati in criminalibus probare poſſunt. ib. nu.23. p.196.
Quando delictum conſiſtit in viſibili teſtes cortinati non probant. ib. nu.124. p.196.
Arbitrarium eſt Iudici videre quantum probent teſtes de auditu in ÿs, quæ ſunt viſibilia, ibidem num.125, p.196.
Teſtes cortinati ex induſtria, & ad cautelam poſiti probant. ib. nu.126. p.167.

TESTES AD INVICEM CONTRARII.

Teſtes contrariÿ, & teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua coincidunt in idem. qu.14. ar.1. nu.1. pag.172.
Teſtes contrariÿ quauis dignitate præditi nihil probant. ib. nu.2. pag.172.
Si vnus teſtis deponit de maiori quantitate,& alter de minori non ſunt contrariÿ. ib. nu.3. p.172.
Si qui minus deponit non deponat cum excluſiua eius, quod eſt maius. ib. p.172.
Aliquando contrarietas teſtium non tollit fidem illorum. ib. p.172.
Teſtes contrariÿ, ſiue in ſubſtantia, ſiue in circumſtantÿs ſemper ſunt de fide ſuſpecti. ib. num.4. pag.172.
Doctrina D. Thomæ. ib. nu.5. pag.172.
Teſtee contrariÿ deponentes de non ſubſtantialibus poſſunt excuſari à mendatio, & falſitate. ibid. pag.173.
Quæ ſint circumſtantiæ ſubſtantiales, & non ſubſtantiales. ib. nu.6. p.173.
Teſtes interrogati de his circumſtantÿs, ſi contraria abſolutè deponunt ſunt contrariÿ. ib. p.173.
Quomodo ſe debeat gerere Iudex, ſi adſit aliqua ſuſpicio contra teſtem. ib. pag.173,
Contrarietas teſtium in quacumque circumſtantia, ſi non poteſt excuſari tollit fidem illorum. ibid. nu. 7. pag.173.
Quomodo modica contrarietas teſtium in tempore non inducat contrarietatem, & ſingularitatem. ib. nu.8. p.173.
Teſtes differentes in verbis,& concordantes in ſenſu non ſunt contrariÿ. ib. nu.9. p.173.
Dummodo vis litis non ſit in formalitate verborum. ib. pag.173.
Pariter teſtes conuenientes in facto, & diuerſimodè illud narrantes non ſunt contrariÿ. ibid. num.10. pag.174.
Quid attendendum ſit ad cognoſcendum, an diuerſitas verborum, aut rationum inducat contrarietatem. ib. nu.11. pag.174.
Facienda eſt omnis rationabilis interpretatio, vt contrarietas teſtium occultetur. ib. nu.12. p.173.
Opinio aliquorum. ib. pag.174.
Quando contrarietas eſt manifeſta,non habet locum concordia, & interpretatio verborum. ibidem num.13. pag.174.
Quomodo concordia iuuet ad euitandum periculum & ad hoc vt teſtis probet. ib. pag 174.
Qui teſtes non ſint concordandi. ib. pag 174.
Quomodo intelligatur, quod plures teſtes vincant pauciores. ar.2. nu.14. pag.175.
Triplex caſus diſtinguitur, in quo teſtes ſunt inter ſe contrariÿ. ib. pag.175.
In aliquo caſu potius credendum eſt teſtibus Rei ad eius fauorem deponentibus,quam teſtibus Fiſci contra Reum deponentibus. ib.n.15. p.175.
Teſtibus veriſimiliora deponentibus magis credendum, etiam ſi ſint numero pauciores. ib. nu.16. pag.175.
Teſtes impoſſibilia, ſeu inueriſimilia abſolutè deponentes ſunt ſuſpecti de falſitate. ib.n.17.p.175.
Quæ depoſitio dicatur inueriſimilis. ib. p.176.
Non de facili teſtes à Reo inducti reÿci debent. ib. pag.176.
Si teſtes Fiſci, ſeu actoris habentes pro ſe præſumptionem iuris præferendi ſunt. ib. n.18. p.176.
Abſolutè tamen potius credendum eſt teſtibus deponentibus de bona fama, quam de mala. ibidem pag.176.
Magis credendum eſt teſtibus deponentibus totum factum, quam deponentibus partem illius. ibid. num.16. pag.176.
Si tamen informati ſunt de toto facto, & interrogati. ib. pag.176.
Quid dicendum ſit, ſi teſtes actoris deponant magis in ſpetie, quam teſtes Rei. ib. nu.20. p.176.
Et quid ſi teſtes Actoris deponant ſuper affirmatiua, & teſtes Rei ſuper negatiua. ibid. num.21. pag.171.
Quando teſtes Actoris ſunt inter ſe contrarÿ, potius credendum eſt illis qui fauent Reo. ibid. num.22. pag.176.
Si teſtes producti à Reo ſunt contrariÿ, potius credendum eſt illis qui deponunt contra Reum. ib. nu.23. pag.177.
Quomodo regulandum ſit arbitrium Iudicis, & quibus teſtibus ex contrarÿs ſit credendum. ib. num.24. pag.177.
Contra teſtes contrarios pauciores poteſt procedi. ib. nu.25. pag.177.

TESTES SIBIMETIPSIS CONTRARII VARII, ET VACILLANTES.

Quis ſit teſtis varius, & ſibimet contrarius. ibid. num.26. pag.187.
Per quid diſtinguatur teſtis varius, à teſte ſibimet contrario. ib. nu.27. p. 177.
Quis ſit teſtis vacillans. ib. nu.28. p.178.
Teſtis varius, & ſibimet contrarius non probat. ib. nu.29. pag.178.

Teſtis vero præciſè vacillãs probat ; ſed diminutè. ib. pag.178.
Teſtis varius, & ſibimet contrarius in non ſubſtantialibus diminutè probat . ib. nn.30. p.178.
Niſi ſit legitimè interrogatus de non ſubſtantialibus & acceſſorijs . ib. pag.178.
Teſtis ex ignorantia , aut errore varius , & ſibimet contrarius non amittit fidem . ib. num.31. pag.178.
In ciuilibus poteſt teſtis ſe referre ad primum examen ad euitandam contrarietatem . ibid. nu.32. pag.178.
Et petere quod ſibi legatur prima depoſitio . ibidem pag.178.
Contrarietas teſtium concordanda eſt omnimodo poſſibili . ib. num.33. pag.178.
Opiniones variæ . ib. pag.178.
Teſtes concordati nihil probant in criminalibus cõtra Reum . ib. p.478.
Teſtes concordati non ſunt teſtes omni exceptione maiores . ib. p.178.
Plura exempla in quibus cognoſcuntur teſtes varij & ſibimet contrarij .
Opiniones varia . ib. nu.35. p.139.
Teſtes varij ; & ſibimet contrarij puniuntur pœna extraordinaria . ib. nu.36. p.179.
Teſtes vacillantes non puniuntur , niſi ſimul ſint varij , & ſibimet contrarij . ib. p.179.
Si non adſit manifeſta contrarietas non ſunt puniendi . ib, nu.37. pag.179.
Plures caſus in quibus teſtis varius , ſeu contrarius puniri poteſt pœna falſi . ib. num.38. p.179.
Teſtis varius, & contrarius , ſi vacillet, poteſt torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtat . ibidem nu.39. pag.179.
Quid de teſte Clerico . ib. pag.179.
In cauſa ciuili teſtis varius non poteſt torqueri ob varietatem, & contrarietatem ib. n.40. p.179.
Neque torquetur teſtis varius in non ſubſtantialibus . ib. pag.179.
Nec teſtis in dignitate conſtitutus , niſi in caſibus exceptis . ib. pag.179.
Non poteſt teſtis varius puniri niſi audiatur . ibid. num.41. pag.180.
Quando teſtis eſt ſibimet contrarius in diuerſis examinibus , ſtandum eſt primo eius dicto . ibidem ar.4. nu.42. p.180.
Si autem ſit ſibimet contrarius in eodẽm examine, & antequam diſcedat à Iudice , & non ſe corrigat neutro eius dicto ſtatur . ib pag.180.
Quomodo in pluribus caſibus ſtandum ſit ſecundo dicto . ib. num.43. pag.180.
Ex ſecundo dicto contrario debilitatur primum . ibid. pag.180.
Si ſecundum dictum habitum fuit in tortura illi ſtandum eſt etiam ſi primum dictum fuit iuratum . ibid. num. 44. pag. 180.
Teſtes varij , & contrarij in ſubſtantialibus torquendi ſunt . ibid. pag. 180.
Quando ſecundum dictum habetur ex tortura illegitimè data ſtandum eſt primo dicto ſi ſit magis veriſimile . ibid. num. 45. pag. 181.
Plures caſus in quibus cognoſcitur , an attendendum ſit primum , vel ſecundum dictum . ibid. pag. 181.
Si primum dictum eſt extraiudiciale , & non iuratum , ſecundum verò iudiciale , attenditur ſecundum, ſicuti è contra . ib. nu.46. pag. 181.
Limitationes . ibid. pag. 181.
Si primum dictum extraiudiciale ſit iuratum formiter, non attenditur ſecundum iudiciale , ſed neutri eſt ſtandum . ib. nu. 47. pag. 181.
Niſi ſecundum dictum ſit veriſimile, & emanatum ad correctionem prioris. ibid. pag. 181.
Quomodo ex primo dicto debilitatur ſecundum , & è contra . ib. num. 48. pag. 181.

TESTES SE CORRIGENS.

Teſtis ſibi contrarius ſi corrigat primum dictum medio ſecundo , ſtandum eſt ſecundo dicto . ibid. art. 5. num. 49. pag. 182.
Plures caſus adducuntur pro explicatione difficultatis . ibid. num. 50. pag. 182.
Teſtis deponens contraria primo depoſitis , ſi id facit ſe corrigendo incontinenti , attenditur ſecundum eius dictum . ib. num. 52. pag. 182.
Quomodo ſtandum non ſit ſecundo dicto , ſi teſtis cum interuallo deponat contraria primo dicto . ibid. num. 52. pag. 182.
Teſtis ſe corrigens ex interuallo debet allegare cauſam obliuionis . ibid. pag. 182.
Quomodo teſtis poſſit ex interuallo ſe corrigere . ibid. num. 53. pag. 182.
Licet correctio ex interuallo non tollat primum dictum , illud tamen debilitat . ib. nu. 55. p 183.
Non admittitur correctio poſt triduum à die depoſitionis . ibid. num. 54. pag. 183.
Teſtis legitimè ſe corrigens non debet torqueri ratione variationis . ib. nu. 56. pag. 183.

TESTIS FALSVS.

Teſtis falſus nihil probat . qu. 14. art. 6. nu. 58. & ſeqq. pag. 184.
Quinam ſit teſtis falſus tam in ordine ad probationem , qua in ordine ad punitionem . ibid. n. 62. & ſeqq. pag. 184.
Pœna falſi teſtis quænam ſit . ib. nu. 57. pag. 183.
Teſtis deponens falſum debet reparare damnum , & indemnem reddere eum cui damnum intulit . quæſt. 15. art. 3. num. 47. & 48. pag. 212.
Teſtis falſus impediens Iudicem ne inferat pœnam pecuniariem pro aliquo delicto non tenetur ad reſtitutionem . ibid. num. 49. & ſeqq. pag. 213.

TESTIS CORRVPTVS.

Teſtis corruptus non probat, eſtque ſuſpectus de falſo . ibid. num. 87. pag. 188.
Quomodo dictum teſtis dicentis ſe fuiſſe corruptum faciat indicium ad torturam . ibid. pag. 188.
Recipiens pecuniam etiam pro verè dicendo eſt ſuſpectus de falſo . ib. nu. 79. pag. 188.
Receptio pecuniæ non ſufficit ad infligendam pœnam falſi ordinariam . ibid. pag. 183.

Quis

Quis dicatur teſtis corruptus. ibid. num. 80. & 81. pag. 188.
Qua pœna puniendus ſit corrumpens teſtes. ibidem num. 82. pag. 188.
Et qua pœna puniendus ſit ſubtrahens, & occultans teſtes. ibid. pag. 188.
Quid operetur ſubtractio, & occultatio in teſte. ibid. pag. 189.
Dans pecuniam teſti vt dicat verum non punitur pœna falſi. ibid. pag. 189.
In quibus caſibus teſtis non dicitur corruptus. ibid. num. 83. & ſeqq. pag. 183.

TESTIS INSTRVCTVS.

Teſtis inſtructus vt verum dicat probat, num 91. pag. 189.
Si verò ſit inſtructus vt dicat falſum, non probat & eſt ſuſpectus de falſitate. ib. n. 91. pag. 189.
Quomodo puniatur teſtis reuelans ſuam depoſitionem ante publicationem. ibid. n. 91. pag. 189.
Quomodo poſſit induci teſtis ad iurandum id quod eſt verum, à teſte tamen ignoratum. ibidem. num. 92. pag. 190.
Et quomodo quis poſſit inducere aliquem ad iurandum & deponendum ad ſui fauorem id, quod inducens ſcit eſſe falſum. ibid. pag. 190.
Teſtis bona fide deponens falſum, ex quo ſequitur alteri damnum, & retractatio eſt alteri vtilis, tenetur retractare, ſi fieri poteſt ſine graui incommodo. ibid. pag. 190.
Secus vero ſi fieri non poteſt ſine graui incommodo. ibid. pag. 190.
Ad quæ ſe extendat hæc obligatio. ibid. pag. 190.

TESTIS DVBIVS ET OBSCVRE DEPONENS.

Quæ ſit depoſitio dubia, & incerta. ib. nu. 93.
Quomodo probet teſtis deponens de ſuo iudicio, & ſcientia. ibid. pag. 191.
Depoſitio ambigua, dubia aut incerta non probat. ibid. pag. 191.

TESTIS DE CREDVLITATE, VEL IVDICIO PROPRIO.

Quomodo deponat, & probet teſtis de credulitate. ibid. art. 10. num. 97. pag. 191.
In quo ſenſu ſit vera illa regula generalis quod, ſi teſtis reddit bonam & concludentem cauſam ſui dicti, probat. *ibid. nu. 98. pag. 192.*
Teſtis de credulitate probat contra producentem, & ad defenſam. ibid. num. 99. pag. 192.
In caſibus difficilis probationis ſufficere poteſt probatio per teſtes de credulitate. ib. n. 100. p. 192.
Artifex non tenetur reddere rationem ſui dicti, vbi agitur de peritia artis. ib. nu. 101. pag. 192.
Confeſſio partis illi præiudicat. ib. n. 102. p. 192.
Teſtes de credulitate faciunt indicium, & præſumptionem. ibid. num. 103. pag. 192.
Teſtes de credulitate probare poſſunt ad torturam, & pœnam extraordinariam. ib nu. 104. p. 192.
Sententia lata ex depoſitione teſtium de credulitate quando tranſit in iudicatum. ib. nu. 105. p. 192.

TESTIS DE NOCTE, VEL ALIVNDE SVSPECTVS.

Delicta de nocte commiſſa probantur etiam per teſtes inhabiles. ibid. art. 13. nu. 27. pag. 197.
Teſtes deponentes ſuper facto nocturno non probant niſi reddendo cauſam ſuæ ſcientiæ. ibidem num. 128. pag. 197.
In quo caſu non ſunt teſtes omni exceptione maiores. ibid. num 129. pag. 197.
Multi caſus in quibus teſtis de facto nocturno deponens, probat. ib. nu. 130. & 131. p. 197.
In quibus caſibus teſtes ſe reddant de falſo ſuſpecti. ibid. num. 132. & 133. pag. 197.
Quid debeat facere Iudex, ſi videt quod teſtis laborat aliqua ſuſpicione. ib. num. 134. p. 198.

TESTIS NON REDDENS CAVSAM SVÆ SCIENTIÆ.

Teſtis debet reddere cauſam ſufficientem ſuæ ſcientiæ. ibid. art. 14. num. 135. pag. 198.
Teſtis non reddens rationem ſufficientem quando debet, eius depoſitio eſt nulla, & non facit præſumptionem in iudicio. ibid. nu. 136. p. 198.
Quando teſtes reddere debeāt cauſam ſcientiæ etiā non interrogati. ibid. nu. 137. & 138. p. 198.
Teſtis deponens de illis, quæ ſenſu percipiuntur nō tenetur in ciuilibus reddere rationem ſui dicti, ſi non eſt interrogatus. ib. num. 139. pag. 199.
Tamen quando iudicium intellectus eſt neceſſariū, redditio rationis neceſſaria eſt. ibidem. pag. 199.
Teſtes aliquando non tenentur reddere rationem ſuæ ſcientiæ. ib. nu. 140. pag. 199.
In criminalibus non ſufficit, quod teſtis dicat verum eſſe quod deponit, ſed cauſam ſcientiæ reddere debet etiam non interrogatus. ibidem num. 141. pag. 199.
Ratio ſcientiæ quas conditiones habere debeat. ibid. num. 142. pag. 109.
Quomodo ratio reddi debeat in his, quæ cadunt ſub ſenſu. ibid. num. 143. pag. 199.
Et quomodo in his, quæ cadunt ſub duplici ſenſu. ibid. num. 144. pag. 199.
Vbi agitur de audibili teſtis reddens rationem medio viſu, non probat. ibid. nu. 145. p. 200.
Opiniones variæ. ibid. pag. 200.
In criminalibus non eſt bona ratio, dicere, ſcio, quia fui præſens. ib. num. 146. pag. 200.
Aliæ rationes inſufficientes. ib. nu. 147. pag. 200.
Opiniones variæ. ibid. pag. 200.
Quomodo vicinitas fundet præſumptionem. ibid. num. 148. pag. 200.
Ex ſola ratione vicinatis Iudex non poteſt procedere ad ſententiam, imò nec ad torturam, ibid. num. 149. pag 200.
In criminalibus non ſufficit ſi teſtes dicant ſcio quia ſum vicinus. *ibid. num. 150. pag. 200.*
Pariter non ſufficit ſi teſtes dicant ſcio quia percepi ſenſu corporis. *ib. n. 151. pag. 201.*

Suf-

Teſtis vero praciſè vacillas probat; ſed diminutè. ib. pag. 178.

Teſtis varius, & ſibimet contrarius in non ſubſtantialibus diminutè probat. ib. nu. 30. p. 178.

Niſi ſit legitimè interrogatus de non ſubſtantialibus & acceſſorijs. ib. pag. 178.

Teſtis ex ignorantia, aut errore varius, & ſibimet contrarius non amittit fidem. ib. num. 31. pag. 178.

In ciuilibus poteſt teſtis ſe referre ad primum examen ad euitandam contrarietatem. ibid. nu. 32. pag. 178.

Et petere quod ſibi legatur prima depoſitio. ibidem pag. 178.

Contrarietas teſtium concordanda eſt omni modo poſſibili. ib. num. 33. pag. 178.

Opiniones variæ. ib. pag. 178.

Teſtes concordati nihil probant in criminalibus cōtra Reum. ib. p. 478.

Teſtes concordati non ſunt teſtes omni exceptione maiores. ib. p. 178.

Plura exempla in quibus cognoſcuntur teſtes varij & ſibimet contrarij.

Opiniones variæ. ib. nu. 35. p. 139.

Teſtes varij, & ſibimet contrarij puniuntur pœna extraordinaria. ib. nu. 36. p. 179.

Teſtes vacillantes non puniuntur, niſi ſimul ſint varij, & ſibimet contrarij. ib. p. 179.

Si non adſit manifeſta contrarietas non ſunt puniendi. ib, nu. 37. pag. 179.

Plures caſus in quibus teſtis varius, ſeu contrarius puniri poteſt pœna falſi. ib. num. 38. p. 179.

Teſtis varius, & contrarius, ſi vacillet, poteſt torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtat. ibidem nu. 39. pag. 179.

Quid de teſte Clerico. ib. pag. 179.

In cauſa ciuili teſtis varius non poteſt torqueri ob varietatem, & contrarietatem ib. n. 40. p. 179.

Neque torquetur teſtis varius in non ſubſtantialibus. ib. pag. 179.

Nec teſtis in dignitate conſtitutus, niſi in caſibus exceptis. ib. pag. 179.

Non poteſt teſtis varius puniri niſi audiatur. ibid. num. 41. pag. 180.

Quando teſtis eſt ſibimet contrarius in diuerſis examinibus, ſtandum eſt primo eius dicto. ibidem ar. 4. nu. 42. p. 180.

Si autem ſit ſibimet contrarius in eodem examine, & antequam diſcedat à Iudice, & non ſe corrigat neutro eius dicto ſtatur. ib pag. 180.

Quomodo in pluribus caſibus ſtandum ſit ſecundo dicto. ib. num. 43. pag. 180.

Ex ſecundo dicto contrario debilitatur primum. ibid. pag. 180.

Si ſecundum dictum habitum fuit in tortura illi ſtandum eſt etiam ſi primum dictum fuit iuratum. ibid. num. 44. pag. 180.

Teſtes varij, & contrarij in ſubſtantialibus torquendi ſunt. ibid. pag. 180.

Quando ſecundum dictum habetur ex tortura illegitimè data ſtandum eſt primo dicto ſi ſit magis veriſimile. ibid. num. 45. pag. 181.

Plures caſus in quibus cognoſcitur, an attendendum ſit primum, vel ſecundum dictum. ibid. pag. 181.

Si primum dictum eſt extraiudiciale, & non iuratum, ſecundum verò iudiciale, attenditur ſecundum, ſicuti è contra. ib. nu. 46. pag. 181.

Limitationes. ibid. pag. 181.

Si primum dictum extraiudiciale ſit iuratum formiter, non attenditur ſecundum iudiciale, ſed neutri eſt ſtandum. ib. nu. 47. pag. 181.

Niſi ſecundum dictum ſit veriſimile, & emanatum ad correctionem prioris. ibid. pag. 181.

Quomodo ex primo dicto debilitatur ſecundum, & è contra. ib. num. 48. pag. 181.

TESTES SE CORRIGENS.

Teſtis ſibi contrarius ſi corrigat primum dictum medio ſecundo, ſtandum eſt ſecundo dicto. ibid. art. 5. num. 49. pag. 182.

Plures caſus adducuntur pro explicatione difficultatis. ibid. num. 50. pag. 182.

Teſtis deponens contraria primo depoſitis, ſi id facit ſe corrigendo incontinenti, attenditur ſecundum eius dictum. ib. num. 52. pag. 182.

Quomodo ſtandum non ſit ſecundo dicto, ſi teſtis cum interuallo deponat contraria primo dicto. ibid. num. 52. pag. 182.

Teſtis ſe corrigens ex interuallo debet allegare cauſam obliuionis. ibid. pag. 182.

Quomodo teſtis poſſit ex interuallo ſe corrigere. ibid. num. 53. pag. 182.

Licet correctio ex interuallo non tollat primum dictum, illud tamen debilitat. ib. nu. 55. p 183.

Non admittitur correctio poſt triduum à die depoſitionis. ibid. num. 54. pag. 183.

Teſtis legitimè ſe corrigens non debet torqueri ratione variationis. ib. nu. 56. pag. 183.

TESTIS FALSVS.

Teſtis falſus nihil probat. qu. 14. art. 6. nu. 58. & ſeqq. pag. 184.

Quinam ſit teſtis falſus tam in ordine ad probationem, qua in ordine ad punitionem. ibid. n. 62. & ſeqq. pag. 184.

Pœna falſi teſtis quænam ſit. ib. nu. 57. pag. 183.

Teſtis deponens falſum debet reparare damnum, & indemnem reddere eum cui damnum intulit. quæſt. 15. art. 3. num. 47. & 48. pag. 212.

Teſtis falſus impediens Iudicem ne inſerat pœnam pecuniariam pro aliquo delicto non tenetur ad reſtitutionem. ibid. num. 49. & ſeqq. pag. 213.

TESTIS CORRVPTVS.

Teſtis corruptus non probat, eſtque ſuſpectus de falſo. ibid. num. 87. pag. 188.

Quomodo dictum teſtis dicentis ſe fuiſſe corruptum faciat indicium ad torturam. ibid. pag. 188.

Recipiens pecuniam etiam pro verè dicendo eſt ſuſpectus de falſo. ib. nu. 79. pag. 188.

Receptio pecuniæ non ſufficit ad inſligendam pœnam falſi ordinariam. ibid. pag. 188.

Quis

Quis dicatur teſtis corruptus. ibid. num. 80. & 81. pag. 188.

Qua pœna puniendus ſit corrumpens teſtes. ibidem num. 82. pag. 188.

Et qua pœna puniendus ſit ſubtrahens, & occultans teſtes. ibid. pag. 188.

Quid operetur ſubtractio, & occultatio in teſte. ibid. pag. 189.

Dans pecuniam teſti vt dicat verum non punitur pœna falſi. ibid. pag. 189.

In quibus caſibus teſtis non dicitur corruptus. ibid. num. 83. & ſeqq. pag. 183.

TESTIS INSTRVCTVS.

Teſtis inſtructus vt verum dicat probat, num 91. pag. 189.

Si verò ſic inſtructus vt dicat falſum, non probat & eſt ſuſpectus de falſitate. ib. n. 91. pag. 189.

Quomodo puniatur teſtis reuelans ſuam depoſitionem ante publicationem. ibid. n. 91. pag. 189.

Quomodo poſſit induci teſtis ad iurandum id quod eſt verum, à teſte tamen ignoratum. ibidem. num. 92. pag. 190.

Et quomodo quis poſſit inducere aliquem ad iurandum & deponendum ad ſui fauorem id, quod inducens ſcit eſſe falſum. ibid. pag. 190.

Teſtis bona fide deponens falſum, ex quo ſequitur alteri damnum, & retractatio eſt alteri vtilis, tenetur retractare, ſi fieri poteſt ſine graui incommodo. ibid. pag. 190.

Secus vero ſi fieri non poteſt ſine graui incommodo. ibid. pag. 190.

Ad qua ſe extendat hæc obligatio. ibid. pag. 190.

TESTIS DVBIVS ET OBSCVRE DEPONENS.

Quæ ſit depoſitio dubia, & incerta. ib. nu. 93.

Quomodo probet teſtis deponens de ſuo iudicio, & ſcientia. ibid. pag. 191.

Depoſitio ambigua, dubia aut incerta non probat. ibid. pag. 191.

TESTIS DE CREDVLITATE, VEL IVDICIO PROPRIO.

Quomodo deponat, & probet teſtis de credulitate. ibid. art. 10. num. 97. pag. 191.

In quo ſenſu ſit vera illa regula generalis quod, ſi teſtis reddit bonam & concludentem cauſam ſui dicti, probat. *ibid. nu. 98. pag. 192.*

Teſtis de credulitate probat contra producentem, & ad defenſam. ibid. num. 99. pag. 192.

In caſibus difficilis probationis ſufficere poteſt probatio per teſtes de credulitate. ib. n. 100. p. 192.

Artifex non tenetur reddere rationem ſui dicti, vbi agitur de peritia artis. ib. nu. 101. pag. 192.

Confeſſio partis illi præiudicat. ib. n. 102. p. 192.

Teſtes de credulitate faciunt indicium, & præſumptionem. ibid. num. 103. pag. 192.

Teſtes de credulitate probare poſſunt ad torturam, & pœnam extraordinariam. ib. nu. 104. p. 192.

Sententia lata ex depoſitione teſtium de credulitate quando tranſit in iudicatum. ib. nu. 105. p. 192.

TESTIS DE NOCTE, VEL ALIVNDE SVSPECTVS.

Delicta de nocte commiſſa probantur etiam per teſtes inhabiles. ibid. art. 13. nu. 27. pag. 197.

Teſtes deponentes ſuper facto nocturno non probant niſi reddendo cauſam ſuæ ſcientiæ. ibidem num. 128. pag. 197.

In quo caſu non ſunt teſtes omni exceptione maiores. ibid. num 129 pag. 197.

Multi caſus in quibus teſtis de facto nocturno deponens, probat. ib. nu. 130. & 131. p. 197.

In quibus caſibus teſtes ſe reddant de falſo ſuſpecti. ibid. num. 132. & 133. pag. 197.

Quid debeat facere Index, ſi videt quod teſtis laborat aliqua ſuſpicione. ib. num. 134. p. 198.

TESTIS NON REDDENS CAVSAM SVÆ SCIENTIÆ.

Teſtis debet reddere cauſam ſufficientem ſuæ ſcientiæ. ibid. art. 14. num. 135. pag. 198.

Teſtis non reddens rationem ſufficientem quando debet, eius depoſitio eſt nulla, & non facit præſumptionem in iudicio. ibid. nu. 136. p. 198.

Quando teſtes reddere debeãt cauſam ſcientiæ etiã non interrogati. ibid. nu. 137. & 138. p. 198.

Teſtis deponens de illis, quæ ſenſu percipiuntur nõ tenetur in ciuilibus reddere rationem ſui dicti, ſi non eſt interrogatus. ib. num. 139. pag. 199.

Tamen quando iudicium intellectus eſt neceſſarium, redditio rationis neceſſaria eſt. ibidem. pag. 199.

Teſtes aliquando non tenentur reddere rationem ſuæ ſcientiæ. ib. nu. 140. pag. 199.

In criminalibus non ſufficit, quod teſtis dicat verum eſſe quod deponit, ſed cauſam ſcientiæ reddere debet etiam non interrogatus. ibidem num. 141. pag. 199.

Ratio ſcientiæ quas conditiones habere debeat. ibid. num. 142. pag. 199.

Quomodo ratio reddi debeat in his, quæ cadunt ſub ſenſu. ibid. num. 143. pag. 199.

Et quomodo in his, quæ cadunt ſub duplici ſenſu. ibid. num. 144. pag. 199.

Vbi agitur de audibili teſtis reddens rationem medio viſu, non probat. ibid. nu. 145. p. 200.

Opiniones variæ. ibid. pag. 200.

In criminalibus non eſt bona ratio, dicere, ſcio, quia fui præſens. ib. num. 146. pag. 200.

Aliæ rationes inſufficientes. ib. nu. 147. pag. 200.

Opiniones variæ. ibid. pag. 200.

Quomodo vicinitas fundet præſumptionem. ibid. num. 148. pag. 200.

Ex ſola ratione vicinatis Iudex non poteſt procedere ad ſententiam, imò nec ad torturam. ibid. num. 149. pag 200.

In criminalibus non ſufficit ſi teſtes dicant ſcio quia ſum vicinus. *ibid. num. 150. pag. 200.*

Pariter non ſufficit ſi teſtes dicant ſcio quia percepi ſenſu corporis. *ib. n. 151. pag. 201.*

Suſ-

Sufficit verò, ſi dicat ſcio, quia ſic inuenio notatum in meo memoriali. ib.nu.152. pag.201.

Ratio debet eſſe concludens ſaltem moraliter. ibid. num. 153. pag. 201.

Quomodo reddere debeat rationem teſtis deponens de eo, quod credit in conſcientia ſua. ibidem num. 154. pag. 201.

TESTIVM REPVLSA.

Quando reijciendus eſt teſtis habens commodum, vel incommodum in cauſa. q. 12. art. 7.n.26. p.118.

Qui dicatur habere commodum, vel incommodum. ibidem pag. 118.

Quinam crimnoſi repellantur à teſtimonio. qu.12. art. 15. num. 71. pag. 132.

Quid dicendum ſit de illegitimis, luſſoribus, Biruarijs, Vſurarijs, Buffonibus. ibid. art. 19. num. 89. & ſeqq pag. 135.

Iudex quando poteſt admittere, & reijcere teſtes inhabiles, ib. art. 20. num. 105. pag. 138.

V. Pauper Mulier.

TESTIVM FIDES, ET QVIBVS CREDATVR MAGIS.

Magis credendum eſt teſtibus excludentibus delictum, & ad fauorem Rei deponentibus. qu. 14. art. 2. num. 15. & ſeqq. pag. 175.

Magis creditur teſtibus veriſimiliora deponentibus. ibidem num. 16. pag. 175.

Magis credendum eſt teſtibus affirmantibus quam negantibus. q. 15. art. 10. nu. 150. pag. 232.

Magis creditur affirmantibus Laicis, quam negantibus Clericis. ibidem pag. 232.

Quare magis creditur duobus affirmantibus quam mille negantibus. ibidem pag. 232.

In quibus caſibus etiam magis creditur teſtibus deponentibus per negatiuam coarctatam. ibidem num. 152. pag. 232.

Cæteris paribus magis creditur pluribus teſtibus quam paucioribus. ibid. num. 152. pag. 232.

Vbi cætera non ſunt paria magis creditur teſtibus paucioribus, ſi ſint valdè digniores. ib. p. 232.

Teſtibus dignioribus magis credendum eſt. ibidem num. 153. pag. 232.

Et qui ſint huiuſmodi teſtes. ibid. pag. 232.

Quibus teſtibus magis ſit credendum ex modo deponendi. ibid. num. 154. pag. 232.

Magis credendum teſtibus deponentibus veriſimiliora, & conformia ad ius commune, quam deponentibus inueriſimiliora. ibidem num. 155. pag. 232.

Teſtes bona fama præferuntur teſtibus mala fama. quæſt. 16. art. 2. num. 31. pag. 240.

Teſtibus deponentibus de delicto in ſpecie magis creditur. ibid.

An maior fides debeatur teſtibus admiſſis cum tortura, quam admiſſis ſine tortura. quæſtion. 15. art. 9. num. 123. pag. 228.

TESTIVM EXAMEN.

Si teſtes interrogati in genere deponant contra aliquem in particularis. poteſt Iudex contra illum procedere, etiam ſi non ſit diffamatus. qu.8. art. 7. num. 28. pag. 76.

Teſtis interrogatus de delicto in genere, & delinquente non diffamato tenetur reſpondere in ſpecie, & in indiuiduo deponere id quod ſcit, & prout ſcit, etiam non præmiſſa correctione fraterna. ibidem num. 29. pag. 76.

Quomodo ſe debeat genere Iudex in hac forma iudicij. ibidem pag. 76.

Quando delictum eſt occultum, & non probabile in iudicio, teſtis interrogatus in genere de tali delicto occulto an teneatur manifeſtare. ibid. num. 30. pag. 76.

Teſtis interrogatus debet manifeſtate delinquentem niſi ſit certus de oppoſito. ibid. pag. 76.

Quando ſolus vnus eſt conſcius delicti, & delinquentis, & ita aut nullus alius adſit teſtis, an ad interrogationem factam in genere teneatur manifeſtare delinquentem. ibid. num. 31. pag. 76.

Quando adeſt vnus teſtis de viſu, & alius de auditu, teſtis de viſu interrogatus tenetur manifeſtare delinquentem. ib. num. 32. pag. 77.

Quæ cautela ſit ſeruanda, ſi contingat ſolum adeſſe vnum teſtem, qui de viſu poſſit deponere de delicto. qu. 8. art. 12. nu. 66. pag. 85.

In criminalibus in quibus probationes debent eſſe clariores, & certiores, an teſtis deponere ſemper debeat de circumſtantijs loci, & temporis. q.13. art. 3. num. 28. & ſeqq. pag. 158.

Teſtes, vt probent, examinari debent coram Iudice competente & legitimè ſua iuriſdictione vtente. qu. 15. a. 1. nu. 1. pag. 202.

Teſtes non poſſunt examinari niſi tempore à iure ſtatuto. quæſt. 15. art. 5. num. 73. pag. 217.

Teſtes quando dicuntur examinati tempore non debito. ibidem pag. 217.

Teſtes an examinari poſſint ante litis conteſtationem. ibid. num. 74. & 75. pag. 218.

Teſtes ante conteſtatam litem examinati, ſi adſint poſt conteſtationem litis, iterum examinandi. ibid. pag. 218.

Teſtes quando examinantur ad futuram rei memoriam, an citanda ſit pars. ibid. pag. 218.

Teſtes examinati ad futuram rei memoriam quando probant. ibid. num. 77. pag. 218.

Teſtes examinati poſt terminum datum ad probandum, an probent. ibid. n. 78. pag. 218.

Poſſunt examinari poſt lapſum terminum in iudicio Regularium. ibid. nu. 79. pag. 218.

Teſtes examinari poſt terminum eſt apex iuris. ibidem pag. 218.

Teſtes examinati poſt datum tempus in quo iudicio præſumptionem faciunt. ibid. num. 80.

Teſtes intra terminos iurati poſſunt examinari. ibid. pag. 219.

Teſtes in criminalibus quare poſt conſluſionem cauſæ, & publicationem proceſſus poſſunt examinari. ibid. num. 81. & 82. pag. 219.

Te-

Teſtis in articulo mortis examinatus an plenè probet. ibid num. 83. pag. 219.

Teſtes, qui in die non feriato iurauerunt, poſſunt in die feriato examinari. ibid. num. 84. p. 219.

In criminalibus etiam in die feriato examinantur, & torquentur. ibidem pag. 219.

In cauſis autem Regularium in die feriato poſſunt iurare, & deponere. ibid. pag. 219.

Apud regulares poſſunt examinari alij teſtes ex officio vltra inductos ab accuſatore. qu. 15. art. 6. num. 88. pag. 220.

Teſtis triplici modo relatiuè reſpondet. quaſt. 15. art. 7. num. 89. pag. 220.

Teſtis relatiuè reſpondens an debeat admitti. ibid. pag. 220.

Teſtis ſe remittens ad primum examen an permittatur illud legere. ib. num. 89. & ſeqq. pag. 220.

Teſtis an poſſit ſe referre ad dictum teſtis alterius. ibid. num. 92. pag. 220.

Teſtes an debeant deponere voce, vel ſcriptura. ibid. num. 93. pag. 221.

In teſtium examine quid attendendum eſt. ibid. pag. 221.

Teſtium depoſitiones datæ in ſcriptis, licet non probent, faciunt tamen præſumptionem. ibidem nu. 94. pag. 221.

Teſtis ſi ex ſua depoſitione ſibi imminet damnum an teneatur deponere. q. 15. a. 8. n. 100 p. 223.

Teſtis interrogatus non ſeruato ordine iuris non tenetur teſtificari. ib. nu. 101. pag. 224.

Teſtis quomodo dicatur interrogari ordine iuris non ſeruato. ibidem pag. 224.

Teſtis an teneatur manifeſtare id, quod habet ſub ſecreto. ibid. num. 102. pag. 224.

Teſtis dum non tenetur dicere veritatem poteſt vti æquiuocationibus, non tamen mentiri. ibidem num. 103. pag. 224.

Si in depoſitione delicti reueletur turpitudo ipſius teſtis, an poſſit interrogari. ib. n. 104. p. 224.

Teſtis quando teneatur reſpondere de proprio crimine. ibid. num. 105. pag. 224.

Quid dicendum ſit, ſi teſtis ſit ſocius criminis, & non ſubditus Iudici. *ibid. pag. 224.*

Si teſtis fateatur proprium delictum, illi creditur in ſui præiudicium. ibid. num. 106. pag. 225.

An teneatur etiam reſpondere, quando non interrogatur de crimine. ibid. pag. 225.

Teſtis, qui non eſt ſocius criminis, non poteſt in ſpecie interrogari de crimine aliquo, vel de illo quod non poteſt ille fateri ſine ſui turpitudine, & damno. ibid. pag. 225.

Teſtis debet interrogari diligenter de circumſtantijs loci, & temporis & alijs circumſtantijs. ibid. num. 107. pag. 225.

Teſtes quare ſeparatim examinandi ſunt coram ſolo Iudice, & Notario. ib. nu. 108. pag. 225.

Teſtes, ſi non ſint ſeparatim examinati, illorum examen eſt nullum. ibid. pag. 225.

Teſtes debent interrogari de cauſa ſcientiæ eius, quod deponunt, & etiam de diſtinctionibus rerum de quibus deponunt. ib. nu. 111. pag. 226.

Sufficit autem quod groſſo modo reſpondeant per verba facti. ibid. pag. 226.

Teſtis debet ſe ſubſcribere examini ſaltem per ſignum crucis, ſi ſcribere neſcit. ibid. num. 112. pag. 226.

Noui teſtes quando examinari poſſunt poſt publicationem proceſſus, & quando non. quæſt. 25. art. 3. num. 35. & ſeqq. pag. 345.

Teſtes examinati non citato Reo debent repeti eo citato. ibid. art. 5. num. 47. pag. 348.

Teſtes examinandi ſunt ſuper interrogatorijs datis à Reo. ibid. num. 52. pag. 348.

In iudicio Regularium ſufficit examinatos fuiſſe teſtes ſub iuramento, vel ſub præcepto Sanctæ Obedientiæ. ibid. num. 62. pag. 350.

Teſtes quando non repetantur. ibidem num. 58. & 60. pag. 349. & 350.

Teſtes qui legitimè depoſuerunt in inquiſitione non ſunt repetendi. q. 8. a. 12. n. 68. pag. 85.

Quomodo teſtis Regularis examinatus ſine licentia ſui Superioris probet. quæſt. 30. art. 1 nu. 8. pag. 436.

TESTIVM REPETITIO.

Teſtes examinati non citato Reo ſunt iterum examinandi citato Reo. quaſt. 25. art. 7. num. 47. pag. 348.

Citandus eſt Reus ad repetendos teſtes. ib. nu. 48. pag. 348.

Repetitio teſtium eſt facienda poſt completum proceſſum. ib. num. 49. pag. 348.

Repetitio datur poſt publicatas atteſtationes, & copiam actorum. ibid. num. 50. pag. 348.

Viſa copia poteſt Reus repetitionem petere. ibidem. num. 51. pag. 348.

Super interrogatorijs datis à Reo teſtes ſunt examinandi. ibid. num. 52. pag. 348.

Interrogatoria debent admitti, quæ concernunt depoſitiones teſtium. ibid. num. 53. pag. 349.

Duplex eſt regula ſuper interrogatorijs. ib. nu. 54. pag. 349.

Prius examinari debent teſtes ſuper interrogatorijs, quam ſuper depoſitionibus. ib. nu. 55. pag. 349.

Repetitio teſtium debet fieri per Iudicem. ib. nu. 56. pag. 349.

Teſtis ſuſpectus de falſo, non poteſt ſe referre ad primum examen. ib. nu. 57. pag. 349.

Ordo ſeruandus in examine. ib. nu. 57. pag. 349.

Teſtes poſt ſententiam non repetuntur. ibid. nu. 58. pag. 349.

Teſtis citatus non comparens redditur ſuſpectus. ib. num. 59. pag. 350.

Diuerſi ſunt modi, in quibus non eſt opus repetitione. ibid. num. 60. pag. 350.

Repetitio teſtium citata parte, quomodo non ſit de ſubſtantia probationis, ſed iuris apex. ibidem num. 61. & 62. pag. 350.

In iudicio Regularium ſufficit examinaſſe teſtes ſub iuramento. ibid. num. 62. pag. 350.

Repetitio teſtium fit per Iudicem, & fiſco non conceditur niſi de licentia Rei. ib. nu. 63. pag. 350.

TESTIVM CONROFNTATIO.

V. Rei confrontatio.

TE-

Digitized by Google

TESTIBVS DE CITANDIS, ET COGENDIS, ET DE TESTE VLTRANEO.

Teſtis neceſſitari poteſt ad teſtificandum duplici modo. qu. 15. ar. 3. num. 37. pag. 210.

In duplici caſu quis tenetur accuſare, ſeu denunciare delicta non vocatus. ibid. nu. 37. pag. 210.

Quando Iudex non vult recipere denunciationem teſtis, tenetur denunciare veritatem alteri Iudici. ibid. num. 38. pag. 210.

Obligatio deponendi in Iudicio ad defenſam boni communis, vel tertij innocentis eſt ex Charitate. ibid. num. 39. gag. 210.

Obligatio vero deponendi, quando teſtis eſt legitime citatus eſt ex iuſtitia legali. ibidem. num. 39. pag. 210.

Opiniones variæ. ibid. num. 40. pag. 210.

Datur obligatio deponendi, quæ eſt ex obedientia debita ſuperiori, & non ex iuſtitia commutatiua. ibid. num. 41. pag. 211.

Ad Reum puniendum non tenetur teſtis teſtificari niſi legitime vocatus, & interrogatus. ibidem. num. 42. pag. 211.

Teſtis non tenetur teſtificari ad defenſam accuſatoris. ibid. num. 42. pag. 211.

Et quid ſit dicendum, ſi accuſator non poteſt probare delictum. ibid. num. 43. pag. 211.

Quando ex depoſitione teſsis ad defenſam Rei occiditur accuſator, teſtis poteſt eſſe irregularis. ibid. num. 44. pag. 211.

Teſtis legitime vocatus, & interrogatus tenetur veritatem deponere. ibid num. 44. pag. 211.

Quid dicendum ſit ad quæſtionem, an obligatio teſtis legitime interrogati ad dicendam veritatem ſit ex iuſtitia. ibid. num. 45. pag. 212.

Et quando mendacium ſit peccatum mortale. ibid. num. 46. pag. 212.

Teſtis violans iuſtitiam, & deponens falſum quomodo debeat reparare, & reddere indemnem eum, cui intulit præiudicium. ibid. nu. 47. pag. 212.

Opiniones variæ. ibid. num. 48. pag. 213.

Teſtis falſus impediens Iudicem ne inferrat pœnam pecuniariam, quæ impoſita eſt alicui delicto, quando non tenetur ad reſtitutionem. ibid. nu. 49. & 50. pag. 213.

Oppoſitio, & Reſponſio. ib. nu. 51. & 52. p. 214.

Explicatur difficultas. ib. nu. 53. pag. 214.

Quomodo teſtis dicatur coactus, & inuitus. ibid. num. 54. pag. 214.

Per quid compellantur teſtes à Iudice Eccleſiaſtico, & Laico. ibid. num. 55. pag. 214.

Antequam teſtes compellantur, præmittenda eſt monitio. ibid. num. 56. pag. 214.

In criminalibus etiam poſſunt cogi teſtes. ibidem. num. 57. pag. 214

Et præcipue apud Regulares. ibid. nu. 58. p. 215.

Plures caſus in quibus teſtes cogi non poſſunt. ibid. num. 59. pag. 215.

Opiniones variæ. ib. nu. 60. & 61. pag. 215.

Sub nomine teſtium veniunt inſtrumenta, & ſcripturæ, quæ cauſam inſtruunt, ibid. num. 62. 63. & 64. pag. 215.

Multi caſus in quibus licet Iudici cogere teſtes. ibid. num. 65. pag. 216.

Priuilegiati in multis caſibus cogi poſſunt ad teſtificandum. ibid. num. 66. & 67. pag. 216.

Affines & conſanguinei multoties cogi poſſunt. ibidem. num. 68. pag. 216.

Arbitrarium eſt Iudici cognoſcere quando cogendi ſunt teſtes, vel non cogendi. ibid. nu. 69. p. 216.

Teſtis citatus ad teſtificandum, & ſe ſubtrahens eſt ſuſpectus de falſitate, ib. nu. 70. pag. 216.

In duobus caſibus punitur pœna falſi. ibid. nu. 70. pag. 216.

In alijs caſibus punitur pœna contumaciæ. ibidem. num. 70. pag. 216.

Teſtis ſe ſubtrahens à teſtificando an teneatur parti ad damna. ibid. num. 70. pag. 216.

Teſtis non poteſt accipere pretium pro teſtimonio ferrendo. ibid. num. 71. pag. 217.

Poteſt tamen illud recipere pro itinere, & expenſis. ibid. num. 71. pag. 217.

In quibus caſibus teneatur teſtis ad reſtitutionem. ibid. num. 71. pag. 217.

Quis ſit teſtis vltraneus. ibid. nu. 72. pag. 217.

In criminalibus non probat, eſtque ſuſpectus. ibid. num. 72. pag. 217.

In quo caſu aliqualiter probet, & faciat præſumptionem. ibid. num. 72. pag. 217.

TESTIVM TORTVRA.

Teſtes omnes indifferenter in crimine læſæ maieſtatis torqueri poſſunt. qu. 15. art. 9. num. 115. pag. 227.

Torquentur ſuper mera negatiua deponentes. ibid. num. 116. pag. 227.

Quid ſufficiat ad torturam. ibid. nu. 118. p. 227.

Quomodo ex præſumptione mendacij torqueatur teſtis ad habendam veritatem. ib. n. 119. p. 227.

Teſtis adducens aliquam veriſimilem cauſam ſuæ ſcientiæ, vel obliuionis non poteſt torqueri. ibid. pag. 227.

An teſtis teneatur probare cauſas allegatas ſuæ obliuionis vel neſcientiæ. ibid. pag. 227.

Teſtis antequam torqueatur, debet probari, quod teſtis ſit veriſimiliter informatus. ibidem pag. 228.

Quinam teſtes non admittuntur ſine tortura, & qui admittuntur. ibid. num. 122. pag. 228.

Teſtes non citati, ſed ſponte venientes ad teſtificandum non admittuntur ſine tortura. ibidem num. 124. pag. 228.

Teſtis quando torqueri poteſt, etiam pro inquiſitione generali. ibid. num. 125. pag. 228.

An teſtibus qui torquentur danda ſint defenſiones. ibid. num. 126. pag. 228.

In nullo caſu teſtes torquentur, quando veritas aliter haberi poteſt. ibid. nu. 127. pag. 229.

Teſtis non eſt torquendus in cauſa ciuili ad ſupplendum defectum perſonale. ibidem nu. 128. pag. 229.

Teſtes an poſſint torqueri quando non conſtat, de delicto in genere, aut de corpore delicti. ibid. num. 129. pag. 229.

Digitized by Google

Teſtis in nullo caſu torqueri poteſt in inquiſitione ſpeciali, quando ſolum in generali inquiritur. ibid. num. 130. pag. 229.
Teſtes nec torqueri poſſunt, ſi non adſint indicia ſufficientia. ib. nu. 132. pag. 229.
Teſtis, qui non poteſt cogi vt deponat, nec etiam poteſt torqueri. ibid. num. 133. pag. 229.
Teſtes minores non poſſunt torqueri, niſi in crimine leſæ maieſtatis. ibid. nu. 134. pag. 229.
Teſtes conſtituti in aliqua dignitate, nobilitate, & officio ſeculari quando poſſunt torqueri. ibidem num. 137. pag. 230.
Teſtes quando torquendi non ſunt niſi poſt examen Rei. ibidem. nu. 138. pag. 230.
Quando plures teſtes ſunt torquendi, à quibus incipiendum eſt. ibid. num. 135. pag. 230.
Torturæ qualitas, & duratio an æqualiter practicanda ſit cum omnibus teſtibus torquendis. ibid. num. 139. pag. 230.
Si teſtis aliquid in tortura confeſſus fuit, an debeat extra torturam ratificare confeſſionem. ibidem num. 141. pag. 231.
An teſtes plures torqueri poſſint. ibid. num. 142. pag. 231.
Teſtis, ſi in tortura dicat contrarium eius quod dixit extra torturam, attenditur dictum in tortura. ibidem num 143. pag. 231.
Teſtis ſi pluries ſit tortus, ſtatur vltimo dicto in tortura. ibid. num. 143. pag. 231.
Regulares poſſunt torquere teſtes religioſos clericos, & ſacerdotes pro purgandis defectibus. ib. num. 148. pag. 231.
Non poſſunt torquere priuilegiatos, & alios teſtes cum veritas aliunde haberi poteſt. ibidem. pag. 231.

TIMOR.

Timor Rei quodnam indicium facit. qu. 16. ar. 4. num. 77. pag. 248.

TITVLVS.

Titulus coloratus, & communis error validant actum. qu. 30. num. 10. pag. 454.

TORTVRA.

V. Rei, & Teſtium tortura.
A decreto torturæ datur appellatio. P. C. 8. num. 170. pag. 477.
In hoc caſu non eſt neceſſe expectare lapſum decem dierum ad appellandum. P. nu. 170. pag. 477.
Qualiter exculpatio offenſi, vel ſocij criminis, vel mandatarij, vel bonæ famæ tollat indicium ad torturam. P. num. 171. pag. 477.
Iudex in actu Torturæ debet vti horologio pulueris, ita tamen vt horologium à Reo non videatur. P. num. 172. pag. 478.
Forma vltimi conſtitutis, & decreti torturæ. P. nu. 173. pag. 478.
Forma torturæ, & diuerſorum graduum illius. P. num. 174. pag. 478.
Quid agendum, ſi Reus promiſit dicere veritatem in tortura, & petit dimitti. P. nu. 176. p. 479.
Quid agendum, ſi Reus deficiat in tortura. P. nu. 177. pag. 479.
Forma interrogandi Reum in tortura de ſocijs, vel pro vlteriori veritate. P. nu. 182. pag. 479.
Signa defectionis Rei in tortura. P. n. 179. p. 479.
Repetitio torturæ. P. nu. 180. pag. 479.
Tormentum ignis. P. nu. 184. pag. 480.
Tormentum Vigiliæ. P. 185. pag. 480.
Tormentum Taxillorum. P. 186. pag. 480.
Tormentum ſibillorum. P. nu. 187. pag. 482.
Forma ratificationis poſt torturam. P. num. 188. pag. 481.

TVRBATIO.

Quale indicium faciat. qu. 16. art. 4. num. 74. pag. 246.

V.

VACILLANS.

V. Teſtis vacillans.

VARIVS.

V. Teſtis varius, & contrarius.
Varius quomodo diſtinguatur à vacillante, & titubante. qu. 14. ar. 3. nu. 28. pag. 178.

VENENVM.

Forma probandi corpus delicti in ſuſpicione propinati veneni. Praxis cap. 2. nu. 75. pag. 456.
Forma examinandi peritos in crimine veneni. ibid. num. 79. pag. 456.
Forma examinandi teſtes in cauſa veneni. ibidem. num. 81. pag. 457.

VERBA.

Verba in dubio interpretantur, vt excludant delictum. qu. 25. ar. 7. num. 84. pag. 356.

VERITAS.

Veritatem an, & quando fateri teneantur Reus, & Teſtis. V. Examen Rei, & Teſtis.

VIA.

Tres ſunt viæ procedendi in criminalibus, per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem. q. 6. art. 1. num. 6. pag. 60.
Tamen in rei veritate ſunt tantum duæ, nimirum ad inſtantiam alicuius perſonæ, & ex officio. ibid. num. 7. pag. 60.

VIGILIA.

Vigiliæ torturæ quæ ſit, & forma decreti, & modus torquendi. P. cap. 8. num. 185. pag. 480.

VILIS.

Vilis perſona an admittatur in teſtem. qu. 12. ar. 14. num. 99. pag. 136.

VINDICATIO.

Vindicatio quid ſit. qu. art. 5. nu. 45. pag. 52.
Vindicatio virtus eſt ſpecialis annexa virtuti iuſtitiæ, ibid. num. 46. pag. 53.
Diuiditur vindicatio in priuatam, & publicam, prima illicita eſt niſi in caſu neceſſitatis, ſecunda licita eſt. ibid. num. 47. pag. 53.
Quando impleatur vindicatio publica, & ad quam iuſtitiam pertineat. ibid. nu. 48. & 49. pag. 53.
Quando ſeruato debito ordine licet in iudicio agere ex zelo vindictæ. ibid. num. 50. pag. 53.
Vindicatio non eſt contraria virtuti patientiæ, ſed ei opponuntur duo vitia, ſcilicet crudelitas, & remiſſio in puniendo. ibid. num. 51. & 52. pag. 53.
Vindicta publica neceſſitas, & vtilitas, & non ſola ratio ſcandali vitandi eſt inquiſitionis motiuum. quæſt. 8. art. 5. num. 18. pag. 73.

VISITATIO VISITATOR.

Prælati habentes ius viſitandi poſſunt inſtituere viſitationem, & inquiſitionem generaliſſimam ſtatutis temporibus. qu. 8. art. 8. nu. 35. pag. 77.
Hæc viſitatio directè, & principaliter ordinatur ad correctionem morum, & commune bonum. ibidem pag. 77.
Aliquando parat viam inquiſitioni ſpeciali, cum ex ipſa notificatur aliquod delictum. ibidem. pag. 77.
Quid requiratur ad hoc vt deſpoſitiones factæ in viſitatione ſint iudiciales. quæſt. 8. art. 12. n. 69. pag. 85.
Modus procedendi apud regulares qualis ſit. ibid. pag. 85.
Et quid in ordine Prædicatorum. ibid. pag. 85.

VLTRONEVS.

V. Teſtis vltroneus.

VNICVS.

V. Teſtis vnicus.

FINIS.

ROMÆ, Sumptibus Nicolai Angeli Tinaſſij. 1677.

SVPERIORVM PERMISSV.

VILIS.

Vilis perſona an admittatur in teſtem. qu. 12. ar. 14. num. 99. pag. 136.

VINDICATIO.

Vindicatio quid ſit. qu. art. 5. nu. 45. pag. 52.
Vindicatio virtus eſt ſpecialis annexa virtuti iuſtitiæ, ibid. num. 46. pag. 53.
Diuiditur vindicatio in priuatam, & publicam, prima illicita eſt niſi in caſu neceſſitatis, ſecundam licita eſt. ibid. num. 47. pag. 53.
Quando impleatur vindicatio publica, & ad quam iuſtitiam pertineat. ibid. nu. 48. & 49. pag. 53.
Quando ſeruato debito ordine licet in iudicio agere ex zelo vindictæ. ibid. num. 50. pag. 53.
Vindicatio non eſt contraria virtuti patientiæ, ſed ei opponuntur duo vitia, ſcilicet crudelitas, & remiſſio in puniendo. ibid. num. 51. & 52. pag. 53.
Vindicta publica neceſſitas, & vtilitas, & non ſola ratio ſcandali vitandi eſt inquiſitionis motiuum. quæſt. 8. art. 5. num. 18. pag. 73.

VISITATIO VISITATOR.

Prælati habentes ius viſitandi poſſunt inſtituere viſitationem, & inquiſitionem generaliſſimam ſtatutis temporibus. qu. 8. art. 8. nu. 35. pag. 77.
Hæc viſitatio directe, & principaliter ordinatur ad correctionem morum, & commune bonum. ibidem pag. 77.
Aliquando parat viam inquiſitioni ſpeciali, cum ex ipſa notificatur aliquod delictum. ibidem. pag. 77.
Quid requiratur ad hoc vt deſpoſitiones factæ in viſitatione ſint iudiciales. quæſt. 8. art. 12. n. 69. pag. 85.
Modus procedendi apud regulares qualis ſit. ibid. pag. 85.
Et quid in ordine Prædicatorum. ibid. pag. 85.

VLTRONEVS.

V. Teſtis vltroneus.

VNICVS.

V. Teſtis vnicus.

FINIS.

ROMÆ, Sumptibus Nicolai Angeli Tinaſſij. 1677.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google